HISTORIAE
ECCLESIASTICAE
Centuria VII.

PRÆFATIO.

VIrtutum ac vitiorum, ſive bonorum ac malorum operum, exempla inſignia, in omnium gentium hiſtoriis; maximè verò in rebus geſtis Eccleſię Dei, exſtant ac reperiuntur; quæ commonefactiones utiles ac neceſſarias quàm-plurimas continent, atque proponunt: Ut vel ob hoc digniſſimæ lectione ac conſideratione ſint Hiſtoriæ ſacræ. Id quod extra controverſiam ab omnibus ſanâ mente præditis poni, certum eſt.

Etſi autem in hac Centuriâ, complectente Hiſtoriam Eccleſię Dei, quę ſeptimo poſt Chriſtum natum ſeculo accidit, multa occurrunt, quæ hoc ipſum oſtendunt: duo tamen duntaxat, eaq́ue maximè conſpicua exempla, Conſtantini Pogonati nimirum, & Heraclii, in medium, hac quidem Præfatione, viſum eſt producere: in quorum altero, præclarum pietatis; in altero verò, enorme pernicioſi ac temerarii facti, exemplum elucet.

Ac primò quidem Conſtantini exemplum inſpiciendum putamus. Decet enim priùs in rectè facta intueri; ac poſteà demùm etiam turpitudinem, atque damna malefactorum, ex adverſo contemplari & expendere. Eſt autem, ſinè omni dubitatione, nihil inſignius, utilius, Deoq́ue ipſi gratius, inter omnia, quæ totâ vitâ ſuâ geſſit Conſtantinus, dictus Pogonatus; quàm, quòd magnâ curâ, ſingulari ſtudio, ſummâ pietate, in hoc incubuit: ut, cùm Eccleſiæ Chriſtianæ, à ſectâ Monotheletarum, horribiliter dilaceratæ, deformatæq́ue eſſent; ſextam Synodum Conſtantinopolitanam, Oecumenicam jurè cognominatam, cogeret; & in eâ, controverſiâ totâ juſto ac legitimo modo ventilatâ, veram ſententiam, perſpicuis verbi Dei teſtimoniis erutam ac cõfirmatam, amplecteretur, & exſequeretur; ſicq́ue Eccleſiæ Chriſti tranquillitatem reſtitueret. Quâ quidem in re, Conſtantini Magni exemplum ſibi ob oculos poſuit; ſuiq́ue muneris rationem, Dei gloriam, & Eccleſiæ ædificationem, pio pectore expẽdit. Eos enim, qui ad gubernacula Imperiorum, à Deo evehuntur & collocantur, in-primis conſiderare decet; id officii, ſe huic ſuo Domino debere: ut ipſius gloriam, & poſſeſſionis ad ipſum pertinentis incrementa, omni induſtriâ, conatu, labore, quærant, & adjuvent. Neque iſtud eſt præcipuum in Imperiis, & hominum gubernatione; hoc ſolum operam dare atque attendere: ut externum honeſtę diſciplinæ ſtudium vigeat, ac tranquillam ſubditi vitam agant. Cùm enim Magiſtratus, in ſacris literis, Dii nominentur: omnium prima & potiſſima ipſorum cura eſſe debet; tali pacto Deo ſervire: Ut regnum ejus in imperiis ſuis innoteſcat, creſcat, conſervetur; hoc eſt, ut ſincera veritatis divinæ doctrina (per quam Deus Eccleſiam ſibi colligit, ſanctificat, cuſtodit; à qua in hac, & æternâ vitâ, rectè agnoſcatur ac celebretur) publicè conſtet, promulgetur, atque ad poſteritatem transmittatur. Sicuti autem, ad pacem externam firmandam & conſervandam, pertinet; latrones, ſeditioſos, alioſq́ue vim injuſtam ſibi ſuiſq́ue inferentes, reprimere ac propulſare: ità etiam in Eccleſiâ Dei, omni ſolicitudine ac pietate proſpiciendum eſt, ne falſa dogmata ſubrepant; aut Hæretici (qui latrones, fures, atque lupi ſpirituales ſunt) invaleſcant, ac depoſitum Doctrinæ cœleſtis, & ſalutem adeò æternam hominibus eripiant. Quâ quidem exſpoliatione nihil triſtius, nihil pernicioſius, cogitari vel dici poteſt.

Multę autem inſignes virtutes, in hoc celebri Pogonati facto, fulgent. Non oppreſſit cõtroverſiam de Eccleſiæ doctrinâ, vel potentiâ, vel præjudicio ſuo; ſed priùs Eccleſiæ Doctores, tanquam verbi Dei ac veritatis miniſtros, in conſilium adhibuit: ut cognoſceret, quænam eſſent ſacris literis conſentanea; quæ non. Non reſpexit ad Anteceſſorum ſuorum exẽpla; qui, etiam publicis edictis, Monotheletarum dogma adprobaverant: quæ quidem abolere, difficile ipſi erat. Nec movit eum autoritas Patriarcharum & Epiſcoporum; qui tot annis, Conſtantinopoli, paſſimq́ue in Oriente, opinionem illam, mordicùs tuiti erant. Neque paſſus eſt ſe abſterreri Romani Pontificis inſolentiâ; ut qui ſupremam ſibi dignitatem, & au-

toritatem supra alios Episcopos ac Doctores,nefariè arrogaret: sed literas ad eum misit; quibus eum hortatus est,ut ad indictum conventum vel ipse veniret,vel Legatos suos mitteret. Nihilque prærogativæ ipsi concessit;neque veniam ab ipso Synodi convocandæ exoravit: Sed,pro suo officio,ipsemet de Synodo constituendâ definivit; scripsitque literis,Romanũ, ac reliquos Episcopos,amanter invitavit: ne tam-necessariæ collationi, de rebus ad publicum Ecclesię bonum pertinentibus, deessent. Synodo verò ipsi Imperator interest;non tantùm ut κωφὸν πρόσωπον, absque judicio decreta amplectens; aut Romani Episcopi Legatos summo loco constituens, & ab ipsis oracula velut ex tripode, dictata, sinè contradictione accipiens: sed modestè, reverenter, piè, quantum quidem suo conveniebat muneri, ipsemet Synodum gubernat, causam & quæstionis statum proponens, ordineque sententias requirens & colligens; ne quid confusè, aut præcipitanter fieret. Jussit, non tantùm unam; sed etiam alteram partem, clarè, & absque verborum involucris dicere, quid sentirent; quæq; suæ sententiæ, ex sacris literis, ac probatorum Doctorum testimoniis haberent fundamenta. Quâ in re, cùm prudentiam, tum quoque patientiam, & moderationem animi excellentem, adhibuit. Utrique enim parti, satis concessit spatii, ad proferenda omnia, quæ ad stabiliendas sententias suas adducerent: donec ipsi ultrò profiterentur, se nihil amplius allaturos esse. Contentiones inutiles, atque convitia, suâ præsentiâ atq; gravitate prorsus cavit: subindeq; rerum momenta, & probationes evidentes, postulavit. Absque omni significatione affectûs, aut propensionis in quemquam, æquis auribus, immò honorificâ appellatione, utrosq; audivit & compellavit: ut qui sciret, sibi non priùs esse damnandum; quàm plenè omnia cognovisset. Ubi verò re-ipsâ liquidò ostensum est, ac deprehensum, Monotheletas, suam opinionem, nullis perspicuis sacræ Scripturæ testimoniis, neque ullis probatorum Patrum suffragiis, tueri posse: immò cùm notum fieret, ipsos Patrum quædam dicta ex industriâ mutilâsse; quędam etiam adulterina scripta substituisse: rectè-sentientium judicio subscribit Imperator; & condemnationem, communi nomine factam, seriò ac strenuè exsequitur.

Istæ eximiæ virtutes Pogonati, hac in parte, majorem quoque laudem merentur: quia ipse quoque, procul dubio, suos habuit aulicos Gnathones ac susurrones; qui instillarent ei, esse imperatoriâ majestate indignum, rixis Doctorum & Ecclesię ministrorum se-se immiscere: dedecorosum esse, Majores suos damnare; aut decreta, jam-priùs eâ de re facta, in dubium revocare, vel etiam prorsus retractare: nec satis tutum esse, id negotii Episcopis & Ecclesiasticis concedere; nam posse eos, syncretismo facto, etiam Canones adversùs imperatoriam dignitatem condere, eamque labefactare: posse Imperatorem ipsum, pro autoritate, silentium mandare; clamosos verò & inobedientes in exsilium exigere, vel alio violento ipsos modo comprimere. Verùm ille, susurris istis ac tentationibus profligatis, honorificum sibi coram Deo, sanctis Angelis & Hominibus, esse ratus est: si ipsemet, in medio Ecclesiæ Doctorum cœtu comparens, controversiæ haud-exiguæ cognitionem, dijudicationemque legitimam, adjuvaret.

¶ Præclari & salutaris operis exemplum, in Constantino Pogonato, spectandum exhibuimus: jam etiam vitium, seu peccatum ex adverso positum, nonnihil cōtemplemur. Cùm pestilens illa doctrina, in Ecclesiâ primam quasi herbam exsereret, paulatimque adolesceret; quòd unica tantùm voluntas, unicaque operatio seu actio, in Christo esset: (quâ sententiâ dogma simul Eutychianorum, de confusis in Christo post unitionem Naturis, continebatur.) Heraclius Imperator huic parti aures, turpi & indignâ levitate, quàm-latissimè aperit; veris contrà doctoribus arctissimè occludit. Neque in consilium adhibet viros, doctrinâ ac fidei sinceritate celebres: sed ab eis sciscitatur tantùm, qui eâ lue infecti erant; rectamque sententiam lividis animis, ac venenatâ linguâ, persequebatur. Non convocat Synodum eâ de causâ; atque de veritate inquirit accuratius: sed potentiâ suâ elatus, ex arbitrio suorum Politicorum, adhibitoque aulico Gnathone potiùs, quàm Concionatore, Sergio, (qui postmodum, in vitulo Mahumetano conflando sedulam operam navavit) intra privatos parietes, cùm de controversiâ longè-difficillima & maximè-arduâ, pronuntiat; tùm verò ἀμνησίᾳ tali controversiam ipsam sedandam, opprimendamque, decernit: ut neque de duabus, neque de unicâ tantùm voluntate, aut operatione Christi, deinceps quicquam, publicè vel privatim, doceatur; néve alius alterum taxet aut condemnet: annexis minis, respectu sceptri sui formidandis. Eò tamen omnia comparata directaque erant: ut Sergius cum suis asseclis, sub Imperatoris clypeo latitantibus, liberè præstigias suas spargere possent; oribus sanorum Doctorum publicâ autoritate obstructis.

Atque hæc, ſinè dubio, politicis etiam coloribus, ſingulari venuſtate ſunt picta, talibusq; prætextibus commendata: Prohibendas eſſe contentiones: non eſſe in Synodo committendos homines rixoſos: Eccleſiæ tranquillitati eſſe modis omnibus conſulendum: ſilentio & ἀμνηστίᾳ potiùs Jacobitas ac Monotheletas ad converſionem invitandos; quàm gravi cenſurâ & refutatione, quâ magis animi irritentur, quàm ad concordiam & conſenſum redigantur: poſſe Imperatorem Doctoribus Eccleſiæ mandare, ut obtemperent; quod ſi non faciant, in ipſos animadvertere poſſe: Diſputationes iſtas, meras eſſe λογομαχίας, ex ambitione profectas; quæ non verborum pugnis, ſed ſceptro, ſint reprimendæ: ſpectare clamores iſtos, adversùs Monotheletas, ad publicam ſeditionem; ideoque videndum maturè, ne quid Heraclii Imperium detrimenti capiat. Qualia, & ſimilia multa, valdè ſpecioſè declamitantur; ac Politicorum animos magis commovent, quàm rationes omnes, quantùmvis ponderoſæ, pro veritatis inquiſitione, doctrinâ, & confeſsione, prolatæ. Verùm aulica hæc ſapientia, non fuit Eccleſiæ Chriſti ſalutaris. Ut enim non vult Deus, tali pacto religionis controverſias tolli: ità etiam tunc turbationes tantùm publicæ tàm politicæ, quàm eccleſiaſticæ, creverunt; ac tandem architectus ἑτεροδοξίας illius, cum ſuis συνεργοῖς, pœnas Deo dedit.

Quot igitur in Conſtantino illo virtutes; tot in Heraclio iſto vitia, Piorum oculis expoſita ſunt. Quid enim levius in Imperatore; quàm impoſtoribus tàm facilè credere? Quid ſtultius; quàm de hæreſi damnatos Eccleſiis præficere; ſicque lupis oves concredere? Quid iniquius; quàm adverſam partem non-auditam condemnare? Quid nocentius; quàm aulicos homines, cum uno atque altero falſo Doctore adhibito, & cum illis propter ſua lucra colludente, religionis formulas conflare; easque Chriſti Eccleſiæ, cum diris minis, obtrudere? Quid atrocius; quàm ſinceris Doctoribus, verisq; Confeſſoribus, ſilentium imponere prius; quàm de erroribus, aut verâ doctrinâ, ex verbo Dei, ritè ſit judicatum? Et quis ſanæ mentis, ejuſmodi conatus, proceſſus, & executiones, unquam probare queat. Verùm nos iſta hîc non proſequemur fuſiùs: ne nimiùm hæc nobis Præfatio excreſcat.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA SEPTIMA.

CAPUT I.

QUEMADMODUM Seculum sextum, si instituatur collatio, longo intervallo à superioribus aliquot, rerum amplitudine, & dignitate Doctorum præstantium, distat: ità vicissim hoc Septimum, in quo imperatores vixerũt, Phocas, Heraclius, Constantinus, Heracleonas, Constans, Constantinus Pogonatus, Justinianus II. & Leontius, (quod nunc, Deo juvante, describendum suscepimus) illo infelicius & tenebricosius multò Ecclesiæ Dei successit; rebus subindè in pejus, justo Dei judicio, & vindicatione adversùs Mundi ingratitudinem & scelera, ruentibus.

Nam paucos præstantes & celebres habuit doctores Ecclesia hac ætate: qui in propagandâ sincerâ doctrinâ cœlesti, & in refutandis erroribus & corruptelis Hæreticorum, suam fidem, constantiam, & zelum, graviter præstitissent. Orientales pleriq; Monothelitarum errorem profitebantur; eumq; mordicùs retinebant. Romani & Occidentales, ceremoniis condendis, novisq; cultibus instituendis, & se-se super Ecclesias Dei ambitiosè efferendo, regnaq; hujus Mundi & gloriam ejus aucupando, impensè superstitioseq; operam navabant.

Mahometi deliria, & vanas atq; impias opiniones, qui sedulò impugnaverit, vix invenias unum atque alterum: quantum quidem nobis ex historiâ notum esse potest.

Uterq; Antichristus, (quorum alterum in Ecclesiâ, sub nomine Christi; alterum extra Ecclesiam, abjecto Christi nomine, fore, prædictum est) sua regna in apertum produxerunt & confirmarunt, tempore propemodum eodem. Nam, cùm circa annum Domini 606. Pontifex Romanus suum dominatum super omnes Ecclesias, gratiâ atque indulgentiâ Phocæ, crudelissimi parricidæ, extulisset: & Pantheon, templum omnium deorum, hactenus clausum, suo Deo alieno Maosim aperuisset; omniumq; generum Sanctis utriusque sexûs id replevisset: mox, post annos sex, Mahometus in Arabiâ, per annos quidem decem, occultè suum venenum spargere cœpit. quibus absolutis, cùm interea potentiam & principatum, mirâ hominum fascinatione, dolo & vi, esset adeptus: ipse quoq; regnare publicè cœpit, & vi atq; armis dogma suum propagavit: abolendo religionem Christi; & Romanum Imperium atterendo; & aliam post aliam provinciam occupando.

Imperatores autem pleriq; gravissimis sceleribus se-se contaminabant: & non contenti gladio corporali, etiam Ecclesiæ potestatem, sibi suisq; Aulicis, magnâ temeritate arrogabant. Errore enim Monothelitarum imbuti, rectè sentientes duriter affligebant: & præposterâ Aulicorum sapientiâ fascinati, decreta, de intempestivâ & perniciosâ [illegible] & silentio, pro autoritate dictabant; stolidè somniantes, eo pacto controversias de doctrinâ piè & salutariter componi & sedari posse. Sed re-ipsâ experti sunt, cum suo & aliorum maximo damno; eam rationem, ut verbo Dei contrariam, nec commodam esse, nec Deo placere. Nam Ecclesiæ vulnera hoc modo nequaquam sunt sanata; sed magis exulcerata & perdita. Nam passus est Deus, Mahometum, instinctu Diaboli, in Ecclesiam veluti illotis manibus irruere: qui omnium religionum chaos horrendum fabricavit; illisq; Conciliatoribus, quantâ potuit vi, obrusit: & eos, qui utroque gladio se nefariè accinxerant, adeò in angustias coëgit; ut neutrum ad sui defensionem & salutem usurpare possent.

Etsi autem, in istâ turbulentissimâ tempestate, quâ uterque Antichristus tumultuosissimè sursum ac deorsum omnia jactabant, Ecclesia miserabiliter conquassata & deformata est: tamen Dominus sibi aliquod semen sanctum reliquum fecit; quod quidem Ipsum rectè cognovit ac celebravit: & Hæreticorum, Mahometi, & Pontificum, corruptelis, opinionibus, traditionibus, & erroribus, imò deliriis ac blasphemiis, repudiatis & damnatis; in medio generationis pravæ & tortuosæ, suâ fide & confessione, illuxit & resplenduit. Id quod in sequentibus latiùs ostendendum erit.

CAPUT II.

DE LOCO ET PROPAGATIONE Ecclesiæ.

DOMINUM nostrum Jesum Christum, etiam hoc seculo, ministerio Verbi & Sacramentorum, passim collegisse & fovisse Ecclesias; testantur Patres & Historici, qui res horum temporum memoriæ & posteritati tradiderunt. Sic enim in epistolâ Agathonis Papæ, ad Constantinum Barbatum, legimus; numerosam multitudinem Christianorum ad Oceanum usque extendi. *Conciliorum tomo 2.* Et in epistolâ Leonis Papæ, ad eundem Imperatorem, dicitur; quòd Ecclesia per totum terrarum orbem diffusa ac dispersa sit. Et *in Ecclesiasticâ historiâ Beda*, * scribit Bonifacius Papa ad Justum episcopum: *Verè per omnem terram exivisse sonum eorum, universalis gentium confessio, suscepto sacramento Christianæ fidei, testatur.* Idem Bonifacius ad Eduinum: * *Hunc Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, ab Ortu Solis usq; ad Occasum genus humanum confessione & fidei veneratur.*

* lib. 2. c. 8.
* lib. eod. cap. 10.

ISIDORUS inquit: * *Mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua in Domino. Hoc jam constemur suffe impletum: quia in omnibus terræ finibus Dei dilatatur Ecclesia.*

* li. 2. cõtra Judæos.

ADELHELMUS quoque, in epistolâ ad Regem Angliæ, inquit: *Deus inhabitare facit unanimes in domo. Domus hæc per totos Mundi cardines diffusa est.*

Sed nunc in specie quædam loca sunt recensenda: quorum quidem autores faciunt mentionem.

DE ECCLESIIS PER ASIAM.

ETsi Palæstina variis motibus concussa est: tamen non omninò destitit Ecclesiis Christi præbere hospitium, etiam hac ætate. Nam Hierosolymitanæ Ecclesiæ mentionem facit *Paulus Diaconus*, * in historiâ Heraclii. Et Sexto Concilio Constantinopolitano œcumenico, vicarius sedis Hierosolymorum interest: *Tomo 2. Conciliorum.*

* lib. 18

Cæsareæ quoque Ecclesiam fuisse; *Beda* * ostendit.

Tiberiadis meminit *Paulus Diaconus*. *

Gazæ Ecclesiam fuisse; tradit *Speculum Vincentii*. *

* li. de Ratiomp
* lib. 18
* li. 22. c. 11

In Supplemento Chronicorum, fit mentio oppidi Saphar, non procul ab Hierosolymis: ubi inventa sit inconsutilis tunica Christi, (si credere fas est) in arcâ marmoreâ.

¶ In Arabiâ Ecclesiam fuisse, testatur *Concilium œcumenicum sextum Constantinopolitanum*: cui quidem Cboënsis, Magidorum & Coracensium episcopi, interfuerunt. Multos autem Christianos in Arabiâ fuisse, commemorat *Paulus Diaconus*: * ubi quidem etiam de persecutione scribit, quam Saraceni exercuerunt in Ecclesias ejus loci.

* lib. 18.

¶ Inter Syriacas, præcipua hoc tempore fuit Antiochena: id quod successio episcoporum, & persecutio, & alia quàm-plurima argumenta, testantur. Fit ejus etiam mentio *Conciliorum tomo 2.* & apud *Nicephorum*, * qui scribit, seditionem ibi ortam esse inter Judæos & Christianos.

* li. 18. c. 44

Nominatur, *in eodem Concilio*, & Nazianzenus episcopus, & Philadelphiæ.

Apameæ quoq; episcopus, ibi pro hæretico damnatur.

Doriorum & Europæorum mentio in *Actione 7. ejusdem Synodi.*

*Lib.18. Meminit Hierapolitanæ Ecclesiæ *Paulus Diaconus*,* & *Beda de Ratione temporum.*

*Lib 19. Emissenæ, *Paulus Diaconus**

Damascenæ, *Pomponius Letus.*

*Lib.18. ¶ In Mesopotamiâ, Effedæ civitatis mentionem facit *Paulus Diaconus*,* ac inquit; Heraclium Imperatorem, eam Ecclesiam, à Nestorianâ hæresi, ad unitatem fidei reduxisse.

In Asiâ Minori, Cilicia est; in quâ Ecclesiam fuisse, consentaneum est. Nominat enim Tarsensem episcopum *Nicephorus*,* & *Conciliorum tomus 2.* Ubi etiam Anazarbensis, Adanensis, Flaviadensis, & Corycensis, commemorantur, *Actione 17. sexti Constantinopolitani Concilii.* *Li.18 c.42

In Pamphiliâ celebrantur Ecclesiæ, Uranopolitana, Carbaliensis, & Pergensis; *Conciliorum tomo 2.* Et fit ibidem mentio Sidensis, Dadibrensis, Craciensis, Conanensis, Magidensis, & Sylvensis: *Actione 17.*

Ex Pisidiâ, affuerunt in eodem Concilio, Sozopolitanus & Antiochenus episcopus, & Timbriensis cum Philomeliensi.

Ex Cariâ, Staureonopolis & Neapolis episcopos suos ad sextum Constantinopolitanum Concilium miserunt.

Ex Lyciâ, Myrarum, Sidiniorum, Oenandrorum, Daddalorum, episcopi nominantur ibidem. Facit & Phaselidis mentionem *Paulus Diaconus.** *Lib.18.

Ex Ioniâ quoque affuisse scribuntur Ephesi & Mileti episcopi, *in Sexto Constantinopolitano.*

Ex Lydiâ Sardium, Celandinæ, Daldenæ, & Septenæ, *ibidem.*

Ex Lycaoniâ, Barathanus, Iconiensis & Sibliensis. *ibid.*

In Phrygiâ, Hierapoli, Hypepæ, Anastasiopoli, Laodiceæ, Sinnadis, Magnisiæ, Pergami, Priene & Amyzone.

In Eleusiâ, Ancyrâ & Apyrâ. *Acta Synodi sextæ, in tomo Conciliorum 2.*

¶ Ex Asiâ quoque, quæ propriè sic dicta est, nominantur, Nacoliæ, Primnesiæ, & Myndi, episcopi; & Maustarorum, Nisorum, Amoriorum, Chrysopolitanus, Therensis, Adramitenus, Methymnensis & Daldenus.

¶ In Bithyniâ celebris fuit Ecclesia. siquidem ex eâ plurimi episcopi Concilio sexto interfuerunt; ut Nicomediensis, Tbiensis, Nicenus, Priemensis, Adrianus, Basilinopolitanus, Prusanus, Dascíliensis, Cadensis, Cæsareanus, Justinianopolitanus, & Amastrinus.

*Lib.19. Fuit & in Hellesponto Ecclesia: quia *Paulus Diaconus** Cyzici Christianos fuisse tradit, quos per septem annos Saraceni afflixerunt. Et ejusdem episcopus Concilio Constantinopolitano VI. interfuisse scribitur: ubi etiam Metilopolis, Ibus, Pentanium, & Præmanium, annumerantur; *Actione 17.*

¶ In Galatiâ Ecclesiam fuisse, *Symeon Metaphrastes* scribit: & in vitâ Gregorii Agrigēntini, inter reliquas, Ancyranam ecclesiam prædicat. Nominantur & in suprà-dicto Concilio, Sinopensis, Pessinuntina, Juliopolitana, Asponensis, Anastasionopolitana, Utanopolitana, Minicena, Theodosiana, Sinophena, Cinnensis, & Claneensis.

In Isauro ecclesiæ fuerunt: Seleuciæ, (cujus episcopus interfuit Concilio VI. Leontopoli) Dalisandi, & apud Cotyaios & Coraios.

¶ Habuit & Paphlagonia ecclesias Adrianopolitanæ enim & Euchaitanæ meminit *Symeon Metaphrastes.* Ex Gangrâ verò, Pompejopoli & Claudianopoli, nominantur episcopi *in Concilio VI. Constantinopolitano.*

¶ In Ponto Ecclesiam fuisse, non dubium est. Chalcedonensis enim mentionem facit *Beda de Ratione temporum.* Diospolitanæ verò, *Symeon Metaphrastes.* In Cōcilio quoq; fit mentio Dascilii, Heracleæ, Prusiados, *tomo 2.* Et Amasiæ, Andrapæ, in Helenoponto.

¶ In Cappadociâ, Justinianopolitanæ, Barathanæ, Cæsareensis, Tyanensis, Mostensis, Nisenensis, Faustinopolitanæ, Polemoniensis, Comanensis, Thermenæ, Thianæ, & Ceratitinæ, mentio fit. *Conciliorum tomo 2.*

¶ Sed & Armenos Christianos fuisse, & præ ceteris pie-A tatis studiosos; indè apparet: quòd Saraceni magnam ibi sævitiam & tyrannidem exercuerunt, in Christianæ religionis confessores. *Zonaras.** *Tomo 3

Scribit & Sergius Papa ad Honorium: quòd Heraclius imperator disputationem habuerit, cum Paulo quodam Severiano, in partibus Armeniæ: *Conciliorum tomo 2.*

Leguntur & episcopi Armeniæ in Concilio Constantinopolitano VI. Heracleopolitanus, Camelenus, Sirpensis, Darinisensis, Verisanus, Cottenensis, Sebastianus, & B Architanus.

¶ Ità nec, apud Persas Ecclesiam fuisse, dubium est. *Paulus Diaconus* enim inquit: * Chosroēn regem Persarum, victum ab Heraclio, omnes ecclesias Christianorum in Persida spoliâsse; eisque Nestorianam hæresin obtrusisse: tantùm ut Heraclio ægrè faceret. Chosroë autem sublato, Persas retrò ad veram sententiam, fidem & confessionem, rediisse; *Bonfinius** asserit. Ac narrat *Regino*, tempore Constantini Imperatoris, circiter annū Christi 683. Cæsaream, Persicam reginam, unà cum marito, (cujus nomen nō exC primitur) & 40000. Persarum, Constantinopolim venisse; ac baptizatam esse. Id quod *Sabellicus* tamen de reginâ Parthorum, qui sæpè etiam pro Persis sumuntur, factum commemorat. *Regino*,* *Platina*, *Sabellicus.** *Lib.18. *Decad.1 lib.8. *Lib 1 *Ennead.8 lib.6.

DE ECCLESIIS PER AFRICAM.

Sergius, Constantinopolitanus episcopus, ad Honorium Papam scribit: quòd omnis Alexandriæ populus, & penè cum eis universa Ægyptus, Thebais, Libya, & ceteræ Ægyptiacæ regiones, cum sanctâ Ecclesiâ coadunatæ fuerint, uno ore, labio & spiritu, rectæ Ecclesiæ doD gmata confitentes. *Conciliorum tomo 2.*

Idem persecutio ostendit, quâ Heraclii tempore Chosroēn scribunt, in Ægypto, Libyâ, Alexandriâ, & Carthagine, immani crudelitate & tyrannide Christi confessores affecisse; *Johannes de Oppido*, & *Henricus de Erfordiâ.** In sexto quoque concilio Constantinopolitano affuisse legimus episcopos, ex Alexandriâ, & Cynopoli Ægypti, *Conciliorum tomo 2.* Et Rhinocuturanæ Ecclesiæ meminit *Symeon Metaphrastes.** *cap 55. *Tomo 5.

E In Libyâ apud Hesperios ecclesiam fuisse, *Paulus Diaconus** tradit. Ac Ecclesiæ Aureopolitanæ mentio fit, in sexto Concilio Constantinopolitano, *Actione 17.* *Lib.18.

Fuit in Africâ quoque vetusta Ecclesiæ Dei sedes, Carthago: cujus meminit *Paulus Diaconus.** *Lib.10.

Mauritaniæ ac Numidiæ ecclesiæ *à Paulo Diacono** celebrantur. *Lib 18.

DE ECCLESIIS INSULARIBUS *in Mari mediterraneo.*

In Cypro aliquot nominantur, in Concilio VI. ConF stantinopolitano, Ecclesiæ: Thremethuntina videlicet, Constantina, Stobæa, Solina, Citina, Therana, & aliæ: quarum Episcopi ibi affuerunt. Meminit & Amathuntinæ *Symeon Metaphrastes*,* in vitâ Johannis Eleemosynarii. Et in genere, multos Christianos in insulâ Cypro fuisse, tradit epistola Cyri ad Sergium, quæ exstat *Conciliorum tomo 2.* *Tomo 5.

Rhodi & Carpathi episcopi interfuerunt Sextæ Constantinopolitanæ Synodo: *ut patet ex Actis.*

In Lesbo, Eressorum episcopi mentio fit *in iisdem Actis.*

Habuit & Creta suas ecclesias Christianæ religionis: ut G ex epistola Vitaliani Papæ, ad Paulum archiepiscopum Cretensem, apparet: in quâ & Ecclesiæ Lappensis, & monasteriorum in viciniâ, fit mentio: *Conciliorum tomo 2.*

Legimus etiam, Basilium, episcopum hujus insulæ primarium, interfuisse Synodo VI. Constantinopolitanæ, cum aliis multis ejus loci; ut Lappensi, Candanensi, Chcēnsi, Melino, Methymnensi, Chiensi, Mytilenensi, Gortyniensi, & aliarum urbium in Cretâ: ut est *Conciliorum tomo 2.*

Fuisse & in Siciliâ Ecclesiam, persecutio docet; quam H ibi Christianos à Saracenis pertulisse, scribit *Paulus Diaconus.** Exstat & Vitaliani Papæ epistola quædam, ad episcopum Syracusanum, *Conciliorum tomo 2.* Ac in sexto Concilio Constantinopolitano nominantur episcopi, ex Catinâ, Baiis, Syracusis, Messanâ, Thermis, Tauromino, *Lib.18.

Agrigen-

Ag… … …anormitanæ quoq; Ecclesiæ meminit *Simeon Metaphrastes*.

DE ECCLESIIS PER EUROPAM.

Accedimus nunc ad Europam: in quâ præcipuas Ecclesias hac ætate fuisse, constat. Ex universâ enim Europâ, aut maximâ certè ejus parte, Episcopos convenisse, legimus in Sexto Concilio Constantinopolitano. Ac nominatim fit mentio, Atheniensis episcopi, Corinthiaci, Lacedæmoniensis, Junopolitani, & Cleonensis, ex Peloponneso: Archivi, Pariensis, & Naxensis, ex Achaiâ: Tinnensis, & Therani, ex Euboeâ: Thessalonicensis, & Lemnii, ex Macedoniâ: Bizini, Selymbrini, Adrianopolitani, Sozopolitani, Chrysopolitani, Heracliani, & Panensis, ex Thraciâ; ubi & sedes Christianorum Imperatorum fuit Constantinopolis.

¶ In Chersoneso, Taurica Ecclesia fuit: quia Candaneensis episcopus fuit in Concilio Constantinopolitano VI. Ibidem ex Mesembriâ, civitate Mysiæ, episcopus etiam fuit.

¶ In Daciâ, circa Danubium: *Paulus Diaconus* * Ecclesiam quoque fuisse tradit: sed postea ejectam & oppressam à Bulgaris, irruentibus in eum locum. Addit tamen *Sabellicus*, * eam postea repurgatam esse per Cyrillum, & ipsos quoq; Bulgares Christianam fidem suscepisse.

* lib. 19.
* Ennead. 8. lib. 6.

¶ In Italiâ, urbs Romana Christianis domicilium quidem præbuit: licèt in eâ mysterium iniquitatis se-se efferret. Et passim fit mentio aliarum Ecclesiarum. *Blondus*, * Papiensis & Forumpopiliensis meminit: & *Platina*. Portuensis meminit *Regino*.* Pateinensis, & Rheginæ. *Antoninus*.*

* Decad. 1. lib. 9
* lib. 1.
* Tit. 13. c. 4. §. 7.

Magnus denique catalogus exstat *Conciliorum tomo 2.* in sexto Constantinopolitano; ubi longa Patrum series numeratur, qui ex Italiâ ad illud confluxerunt: ut Episcopus Ravennæ, Ostiensis, Terracinensis, Fundanus, Formianus, Cumanus, Misenatus, Puteolanus, Locrensis, Neapolitanus, Nolanus, Beneventanus, Capuanus, Eurentinus, Velitrenensis, Albanensis, Sylvanus, Numentanus, Prænestinus, Spoletanus, Camerinus, Foroflaminiensis, Nursinus, Asculanensis, Rheatinus, Vibonensis, Furconius, Balnensis, Tiburtinus, Mediolanensis, Bergomatis, Laudensis, Ticinensis, Cremonensis, Novariensis, Sporediensis, Genuensis, Dertonensis, Astensis, Valuensis, Albigaunensis, Vercellensis, Taurinus, Wintiniliensis, Lunensis, Lucensis, Pisanus, Populoniensis, Florentinus, Rosellanus, Aretinus, Senensis, Volaterranus, Castrovalentanus, Clusinus, Tusculanensis, Anagninus, Aletrinus, Signinus, Bononiensis, Faventinus, Cæsenatis, Fidentinensis, Liviensis, Placentinus, Rhegiensis, Mutinensis, Parmensis. Itèm Hydruntinus, Crotonensis, Scyllanus & Templanus, Brutiorum. Tarentinus, Thurinus, Taurianus & Tropejanus Calabriæ. Aquileiensis, Polensis, Pacaviensis, Parentinus, Cenetensis, Velentanus, Tergestinus, Opitergiensis, & Metamiensis; Histriæ. Pisaurensis, Fanensis, Numanensis, Auxinensis, & Anconitanus; Pentapolis. Perusinus denique, Tudertinus, Bleranus, Sutrinus, Nepesinus, Salernitanus, Amerinus, Polimartiensis, & Narniensis; Thusciæ.

¶ Neque etiam de Longobardis dubitari potest. Passim enim in autoribus eorum Ecclesiæ prædicantur: ut Gradensis, Aquileiensis Concordiensis, Caprularum, Forojuliensis, Luxonensis, & Bobiensis, *apud Sabellicum*.*

* Ennead. 8. lib. 6.

¶ Gallicæ verò Ecclesiæ, tum in multis Synodis, quæ hoc tempore diversis in locis coactæ fuerunt; tum in aliis Scriptoribus, celebrantur. Ac Antisiodorææ quidem, oppidi in Galliâ, quod à Ptolemæo Autricum nominatur, mentio fit *tomo 2. Conciliorum*. ubi additur, quòd ibidem celebratum sit Concilium circa tempora Papæ Deusdedit.

Dumiensis Ecclesia nominatur *in eodem lib.*

Trecassinæ verò meminit *Regino* * & *Sigebertus*.

Trajectensis, *Ottho Frisingensis* * & *Platina*.

* lib. … 13.

Pictaviensis, *Adon Viennensis*.

Aurelianæ, *Chronicon Ivonis in Constante*.

Hecluensis, & Augustodunensis, *idem in Justiniano*, & *Adon Viennensis*.

Belluacensis, & Remensis, *Platina*.

Lugdunensis, *Speculum Vincentii*.*

* li. 23. c. 1

Trevirensis, *Chronicon Sigeberti*.

Tarvanensis, *Speculum Vincentii*.*

* ibid.

Leronensem quoque insulam mirificè laudat *Cæsarius Arelatensis*: * eamque præ cæteris multarum Ecclesiarum nutricem fuisse, tradit.

* Hom.

Heduorum insuper gentem ecclesias habuisse; Synodus testatur, quæ in urbe Cabellino fuit, tempore Clodovei Regis Galliarum, & Eugenii Papæ: ut est *Conciliorum tomo 2*.

Plurimarum etiam Ecclesiarum in Galliis, ibi fit mentio; quarum episcopi affuerunt: ut Lugdunensis, Viennensis, Rhotomagensis, Senonum, Aurelianensis, Venetiensis. Lausannensis, Sagiensis, Lingonensis, Tarentasiensis, Ambianensis, Forojuliensis, Gratianopolitanus, Rhegiensis, Constantinus, Volontiensis, Matisconensis, Antipolitanus, Ebredunensis, Noviomensis, Belicensis, Cabilonensis, Valentinensis, Trecassinæ, Maurianensis, Lexoviensis, Carnotensis, Atrebatensis, Antisiodorensis, Senniensis, Vapincensis, Vasionensis, Nivernensis, Ebroicensis, Bituricensis, Turonensis, Nanneticus, Parisiensis, Lemnovicensis, Cenomanniensis, & Rhedonensis. Nominatur & Arelatensis episcopus: qui ibidem, ex communi suffragio & decreto Synodi, ab officio removetur.

In urbe Valentiâ Ecclesiam fuisse, dicit *Gaguinus*.*

* li. 2 de Ge… in Franc…

In ditione Spirensi hoc tempore monasterium Wissenburgense conditum esse, scribit *Trithemius*.

In Burgundiâ quoq; Ecclesiam hospitia habuisse, scribit *Beda in Historia ecclesiastica*.*

* li. 2. c. 1…

Sic & apud Eburiacenses, *Marianus in suo Chronico*, * Ecclesiam fuisse dicit; & *Vincentius*.*

* de Chr… tuno
* l. 23. c. …

Ulscolonensis Ecclesiæ meminit *Regino*.*

* lib. 1

Rothomagensis verò, *Adon Viennensis*. * *Robertus Gaguinus*.*

* An. …
* lib. 2.

¶ Denique & in Argentinâ, Nemeâ, Rubiaco, & Wissenburgio, ecclesias non-ignobiles fuisse, *Nauclerus* * testatur, & *Hartmannus Bavarus*.

* Gener. 2…

Multa quoque & præclara cœnobia ac monasteria, passim hoc tempore in Galliis fuerunt, ut sunt, Latiniacum, Fossense, Pontinense, Flaviacense, & Nivalense: quæ recitat *Sigebertus in suo Chronico*, Item alia duodecim, quæ Sigebertum Regem extruxisse idem tradit: inter quæ præcipua fuisse dicit, Stabulaum & Malmundarium. Deinde & alia, quæ Landenus condidit: ut Lobiense, Alneum, Wasslare, Crispinense, & Floriacense.

Fontanellæ meminit *Vincentius*.*

* li. 23. c. 10…

Apud Moranentes quoq; duo monasteria maximè nobilia fuerunt, Quintinum & Sithinum. *Vincentius ibidem*.

Postea, & Viromandense, Tornacense, Flandrense, Gaudense, & Corturiacense, recitantur *ab eodem Vincentio*.* Suessionense ac Beluacense.*

* li. 22. c. 8…
* lib. 6 … chp. 101

Quædam etiam *a Bruschio* ex aliis annotantur; ut sunt, monasterium in Albocastro, & in Cellâ; monasterium Monialium apud Treviros, cui Horreum nomen fuisse dicit; Monasterium Sangallense, apud Helvetios, Tholegiense, prope sanctum Wendelinum, sub veteri Schaumburgo, Lotharingiæ Ducum præclaro castro, situm, cui nomen sancti Mauricii; Heptinierianum prope Lucenburgum, cui nomen ad sanctum Willibrodum. Denique Hohenburgense, nomine Ad sanctam Otiliam.

Atque hæc de Gallicis Ecclesiis: quarum tantùm præcipuas, & maximè nobiles, hic recitavimus. Nunc Hispaniam etiam paululùm perlustrabimus, & Lectori ob oculos annotabimus.

¶ Fuisse autem in Hispaniâ non-exiguas aut ignobiles ecclesias: si nullum aliud esset testimonium; ex Synodis satis evidenter illud pateret: quarum hoc seculo plurimæ in eâ regione celebratæ sunt.

Ac primùm, in urbe Hispalensi, Synodus facta est tempore Honorii Papæ: ut habet *Pontificalis liber*, in quo nominantur ex Hispaniâ aliquot episcopi; ut Malacitanus, Astigitanus, Eliberitanus, Agabrensis, Cordubensis, Celticensis, Asindonensis, & Tuccitanus.

Dicuntur ex Bæticâ quoque provinciâ ibi aliqui affuisse.

In urbe verò Toletanâ solâ, novem Synodos hac ætate fuisse, legimus.

Ad Quintam, ex diversis Hispaniæ provinciis, episcopi confluxerunt; quorum nomina exstant: ut sunt, Palentinus, Accitanus, Bigastrensis, Bastianus, Complutensis, Urcitanus, Setabiensis, Cæsaraugustanus, Valentinus, Mentesanus, Valeriensis, Illicitanus, Oretanus, Oxoniensis, & Segobiensis. *Conciliorum tomo 2.*

In Sextâ, præter has, plures nominantur Ecclesiæ: ut Narbonensis, Bracarensis, Hispalensis, Placentina, Cordubensis, Elnensis, Ilipensis, Carthaginensis, Dertusana, Auriensis, Tyrassonensis, Elborensis, Oscensis, Ilerdensis, Egabrensis, Lamecensis, Areobricensis, Dumiensis, Lotenensis, Oretana, Egitana, Salamanticensis, Portugalensis, Barcinonensis, Olysipolensis, Tuccitana, Tudensis, Lucensis, Cauriensis, Italicensis, Conimbricensis, Asturicensis, Auxitana, Iriensis, & Visiensis. *Conciliorum tomo 2.*

In Septimâ insuper etiam Emeritensis Ecclesiæ mentio fit, *tomo Conciliorum 2.*

In Octavâ, præter has omnes, fit mentio Calogurritanæ, Gerundensis, Astigitanæ, Imopyreneæ, Castulonensis, Segontiensis, Carcassonensis, Dartosanæ, Pacensis, Bigerrensis, & vicinarum. *Conciliorum tomo 2.*

In citeriore denique Hispaniâ, apud Bracarenses, hac ætate aliquot Concilia celebrata sunt. Ac primum quidem tempore Honorii I. in quo omnes Galliciæ episcopi numerantur. Alterum paulò pòst secutum est: ac peculiariter ibi fit mentio Bracarensis, Visensis, Magolenensis, Lucensis, Asturicensis, Auriensis, & aliarum Ecclesiarum ejus provinciæ. *Conciliorum tomo 2.*

¶ In Germaniâ ecclesias fuisse, multa sunt, quæ testantur.

In Norico quidem, Vindeliciâ & Narisco, aliquot ecclesias recitat *Aventinus*:* ut Laureacensem, Juvavensem, Seburgensem, & Reginoburgensem: ac dicit ibi magnum gregem Monachorum fuisse. [* lib. 3.]

In Sueviâ similiter ecclesias fuisse, dubium non est: cùm, ibi divum Gallum ac Columbanum docuisse, constet *ex Aventino* & aliis.

Meminit & Salczburgensis episcopatûs *Chronicorum Compendium*, ac dicit: Theodonem, principem Bavariæ, quem beatus Rupertus baptizavit, illum fundâsse, tempore Heraclii Imperatoris.

Hoc quoque tempore in Franconiâ ecclesias fuisse, consentaneum est. Scribitur enim de origine Francorum, quòd Conon Papa sanctum Chilianum in Germaniam miserit, qui superioris Franciæ populos, circa Herbipolim, ad Christianam fidem converterit: idq; factum anno 688. post annos ducentos, à quo Gallofranci conversi fuerant. *Regino,* * Otho Frisingensis.* † [* lib. 1.] [* lib. 5 cap 12.]

Coloniæ, Moguntii. *Aventinus.** [* lib. 2.]

Wormaciæ, Austriæ, Stiriæ, & Bavariæ, mentionem facit *Hartmannus Schedel.*

Erfordiæ quoq;, circa finem Septimæ Centuriæ, veram Dei ecclesiam fuisse, *Hartmannus Bavarus* tradit.

Sic etiam Saxones ecclesias habuisse, *Sabellicus* † innuit. [† Enn. 8. lib. 7.]

Ac Bremæ civitatis, cum vicino Comitatu de Hoiâ, meminit *Fasciculus temporum.*

Ita Frisios Euangelium de Christo recepisse, *Volaterranus* † asserit; itèm *Fasciculus temporum*, & *Trithemius* de rebus Francorum, qui dicit: Pipinum, Francorum ducem hisce populis subjugatis, Willibrodum misisse, Angliæ episcopum, qui eos ad fidem converterit. [† lib. 11.]

Denique etiam apud Westphalos hoc tempore veram doctrinam floruisse, *Valentinus Munzer* testatur in Chronographiâ.

DE ECCLESIIS PER *Oceanum.*

IN Britanniâ multis in locis ecclesias fuisse, *Regino* † testatur. [† lib. 1.]

Eboracenæ civitatis Episcopus legitur, in sexto Concilio Constantinopolitano, quòd interfuerit. *Conciliorum tomo 2.*

Cantuariensis episcopi mentionem facit *Beda*, † & *Ado Viennensis.* [* lib. de Rat. temp.]

Doroverni Ecclesiam fuisse, dicit idem *Beda.* †

Orientales Anglos ad veram religionem conversos esse, tradit *Sigeberti Chronicon*, & *Beda* † [† lib. 2. Hist. Angl. cap. 3.] [† ibid.]

Northanumbros quoq; Orientales, & Occidentales Saxones, cum meridionalibus Anglis, omnes Christi fidem recepisse, *Beda* † asserit. [† lib 3. cap 6. 21. & 22.]

Lindonensis provinciæ, & Berniciorum gentis, *idem Beda* † meminit. Fit & mentio Hagulstadensis, quæ alio nomine Bothelm dicitur, *ibidem.* [† lib. 1. cap 10 & lib. 3 cap 2. & 3.]

Apud Mercios quoq; Ecclesiam fuisse, *Vincentius* † habet. Ac fit ibidem mentio Meldensis ecclesiæ. [† lib. 21 cap 17.]

Ailgensis denique meminit *Beda.* † [† de Rat. temp.]

¶ Deinde & in Scotiâ fuisse ecclesias, *Regino* † testatur, itèm *Ado Viennensis.* † [† lib. 1.] [† Anno 6..]

Ac in genere, Anglos, Britones, Scotos, ac Pictos, catholicos fuisse, *Ivo* indicat *in Constantino.*

¶ In Hiberniâ ecclesias fuisse, *Beda* † docet: qui insulam Vectam, ac Lindisfarnensem, ubi & monasterii Armocb mentionem facit, præ cæteris ob veram religionem commendat. [† lib 3. cap. 3 & lib. 4. cap 16.]

DE PROPAGATIONE.

SUB PHOCA.

AUgustino veniente in Angliam, ut superiori libro dictum est, omnium primus Cantuariorum rex Edilbertus, cum suâ gente, religionem suscepit: Augustino, Justo, Mellito, & aliis doctoribus, sedes largiens. Exinde verò paulatim ad alias vicinas gentes est propagata. Ac narrat *Beda*, † per Mellitum hoc tempore Orientales quoque Anglos, cum suo rege Sigeberto, ad fidem Christi esse conversos, & Ecclesiis hospitia dedisse. *Et Sigebertus in Chronico.* [† lib. 2. cap. 3]

SUB HERACLIO.

Northanumbri, id est, Angli Septentrionales, ad flumen Humbrum habitantes, converso Heduino rege à Paulino doctrinam Christi acceperunt. Postquam enim rex Paulino palàm prædicandi Euangelium concessit potestatem, certatim omnes confluxerunt ad audiendum verbum Dei: & templa, aras, fana & lucos, in quibus idola coluerant, succiderunt & destruxerunt: anno Christi 627. Ab adventu verò Anglorum in Britanniam, anno 180. in ipsâ Paschatis die, pridie Idus Aprilis, Eboraci, in Ecclesiâ sancti Petri, quam ibidem ipse Rex de ligno, cùm catechizaretur, usque ad percipiendum baptisma festinanter construi fecerat; postea quoque Paulino sedem episcopalem, magnis cum largitionibus, donavit. *Beda.* † [† lib 2. 14.]

Prædicavit & in provinciâ meridianæ Humbræ idem Paulinus; eamque usque ad mare convertit, & Ecclesiæ adjunxit. *Beda.* † [† lib. 2. 16.]

Occidentales quoque Saxones, prædicante Berino quem Papa Honorius ad eos miserat, cum rege Cynigildo, hoc tempore sunt conversi & baptizati. *Beda.* † [† lib 3. cap. 7.]

In Galliis, hoc tempore Amandus claruit. Is cum Aichario, Novionensi episcopo, & Landoaldo archipresbytero in Mempisco, docens, multis tandem laboribus Gandavos ad veram religionem convertit; adjutus à Dagoberto rege: qui ipsi diploma tradiderat; quo cogi eos jussit, quicunque spontè religionem suscipere detrectarent: ut scribit *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.* Gandavi itaque ad Christum deducti, aris Mercurii, quem colebant, destructis, lucis succisis, & fanis eversis, vero Deo servire cœperunt: annum circiter Christi 633. *Ibidem.*

Ejusdem Dagoberti tempore, Agilus & Eustasius in Galliis claruerunt: qui doctrinâ & miraculis pollentes, Ecclesiam ibi latè propagarunt: ut habet *Speculum Vincentii.* † [† lib. 23. cap. 100.]

Venedi quoque, circa hoc tempus, bello superati à Regulis Bojorum, qui, jussu Regis Dagoberti, tribus exercitibus ipsorum regionem invaserant, & in obsequium redegerant, coacti Christianæ religionis jugum susceperunt: ut scribit *Aventinus.* † [† lib. 3]

In [illegible] & [illegible] nus exsulantes [illegible] ter [illegible] & Brunichildin, docuerunt & eos etiam [illegible] ntare cœperunt. *Aventinus.*†

In Bavaria, Rupertus, cùm esset pulsus Wormacii à Bertio Duce, qui illas ecclesias vastabat, ad Theodonem Ducem Bavariæ venit: ipsoq; converso, antequam Saltzburgæ sedem Episcopalem construxit, per Noricum ad Pannoniam usque prædicavit, passim ecclesias plantans, unde & Bojoariæ, Austriæ & S[illegible]iæ Apostolus nuncupatur. *Hartmannus Schedel, & Compendium chronicorum.*

Scribit *Aventinus*,† etiam Agrestinum discipulum Eustasii, circa Heraclii tempora, Bojos adiisse, ac sacras literas ibi docuisse.

Apud Gothos verò, sub [illegible]sibutho Rege, Judæi quoq; in ejus ditione hærentes, Christianam fidem suscipere sunt coacti. Ac scribit *Johannes Magnus*,† quòd eo tempore Judæorum nonaginta-mi[illegible]ia simul baptizata sint. *Ado Viennensis.*

Simile exemplum de Dagoberto recitat *Annonius.*† Cùm enim Herac[illegible] ex astrorum adspectu cognosceret, imperium suum à circumcisa gente vastandum: idq; de Judæis [illegible]retur, falsò: nam postea eventus, de Saracenis ostendit [illegible]e, docuit petiit à Dagoberto, Rege Francorum [illegible] quotquot sub ipso degerent Judæi, ad Christianam fidem cogeret; vel [illegible]gno expelleret. Id cum faceret Dag[illegible]us, in gratiam Heraclii, multi Judæi religionem & fidem acceperunt.

Denique & Atrebatensem provinciam, sub Heraclio conversam esse, *Vincentius*† testatur: ubi Chillenus Scotus, à Pharone episcopo Meldensi, in eam missus legitur; qui sanâ doctrina & miraculis eam ab idololatriâ ad Christum [illegible]xit.

SUB CONSTANTE, HERAclii nepote.

Sequentibus autem annis, dum Constans, Heraclii ne[illegible] ad gubernacula rerum sedit, in Angliâ etiam Merciorum gens veram religionem accepit. Interfecto enim Penda rege gentili, O[illegible]us, rex Northanymbrorum, primus ad eam gẽtem Christianus rex exstitit: ejusq; exemplum [illegible]rcii secuti, omnes, intra biennium sunt conversi & baptizati: ut *refert Beda.*†

Eodem quoque tempore Eligius, ex Gallis peregrina[illegible] [illegible]endo verbum Christi, Flandros à Boonia ad Ost[illegible]m usque convertit, & Ecclesiæ adjunxit; circa an[illegible] Domini 649. ut testatur *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.*

SUB CONSTANTINO BARBATO.

Sub Constantino Barbato, in Dacia, ad Danubium, Bul[illegible] conversi sunt per Cyrillum: ut scribit *Sabellicus.*†

SUB JUSTINIANO.

Sub finem verò hujus seculi, Justiniano regnante, plurimæ accessiones ad Ecclesiam factæ sunt. Hoc enim tempore, Conon Papa [illegible]ianum in Germaniam misisse legi[illegible]à quo superioris Franciæ populus ad fidem Christi traductus perhibetur; circiter annum 688. ut scribit *Sigebertus* [illegible] *Chronico.*

Hoc etiam tempore Westphali Christianam fidem ac[illegible] docen[illegible] ibi Eualdo albo & Eualdo nigro, qui [illegible] de Hoi[illegible] prope Bremam, tandem martyres ta[illegible] [illegible] *[illegible]utinus Muntzer in Chronographia suâ, & Fasciculus* [illegible].

Non [illegible] [illegible]st [illegible]isii etiam, devicto duce Radobo, per Pipinum, [illegible] Francorum ad Christianismum sunt conversi: qui [illegible] [illegible]um Anglum ad eos transmisit. [illegible] factum est circi[illegible] [illegible]m Chri[illegible] 696. ut colligit *Tritenhemius, de Regibus Francorum.*

Addit *Volaterranus*, [illegible] etiam Ultranius præsul Senonensis, assumpto secum [illegible] & quibusdam aliis ex Fontanellæ cœnobio, ad [illegible] [illegible]mantunciatum hoc tempore profectus sit.

Erfordiæ apud Thyrigetas, sub [illegible] [illegible]jus seculi, cœpit propagari doctrina Christiana: ut *Hartmannus Schedel* [illegible] [illegible].

Abatgi [illegible] ad [illegible] tempus usq; Christianæ religionis [illegible] desertæ [illegible] uco venera[illegible] [illegible] bono [illegible]rbar [illegible]ampli[illegible]tate [illegible] diis h[illegible]berent, Justiniano [illegible] fuit, eos ad pietatem traducere. Mi[illegible] igitur sacri[illegible] [illegible], Dei cognitione Barbaros instituxit: extructaque præclara æde [illegible] in [illegible] Deiparæ, & sacerdotib[illegible] in eam collocat[illegible] eo [illegible] [illegible] pi[illegible] ne barbaricâ, ad pietatem & mores Christianorum, tr[illegible]duxit. *Zonaras.*†

Insuper etiam Australes Saxones, quorum tota provincia fuit divini nominis & fidei [illegible]ignara, hoc tempore conversi & baptizati sunt, per Vilfridum episcopum exsulantem: quo docente & baptizante, cùm antea, per tres integros annos, nulla in eam regionem pluvia decidisset, & inde magna esset fames secuta, adeò ut homines passim interciderent, subitò largissimus imber descendit: quo refloruit terra, & rediit viridantibus arvis annus lætus & frugifer. *Beda.*†

Postremò etiam insula Vecta, quæ sita est contra medium Australium Saxonum, & Gev[illegible]orum, interposito pelago, ad veræ doctrinæ cognitionem hac ætate [illegible] en[illegible], per Ceduallam, Regem Gevissorum: qui eâ potitus, indigenas ejus loci quos omnes idololatriæ deditos deprehen[illegible], exterminavit, ac suæ provinciæ homines eò deduxit. *Beda.*†

DE CONVERSIONIBUS.

SUB HERACLIO.

Tempore Heraclii Heduinus, Rex Northanymbrorum, conversus est a Paulino episcopo: non quidem temerario ausu; sed re diu multumq; deliberatâ. ut ex sequentibus patebit. Primùm enim, ambiens Edilbergam, filiam Edberti, Regis Cantuariorum, hac conditione ei spes connubii facta est; si religionem Christianam susciperet: quod dum promitteret, optatis nuptiis est potitus. Ac misit Edbertus cum sponsa Paulinum episcopum; qui eum de doctrinâ Christi institueret: ver[illegible] in ipso diu frustra laborante, tandem etiam Bonifacius Papa, per literas ad ipsum & conjugem ejus scriptas, maximopere argumentis & [illegible]nibus eũ, ad amplectendã religionem, est hortatus. Accessit & illud, quod peculiari visione est admonitus. Fugie[illegible] enim aliquando Edil[illegible]idum, qui ante ipsum regnãrat, di[illegible] in exsilio vagatus, tandem ad Redualdum, Orientalem Anglorum regem, divertit, vitam ac salutem suam ipsi committens. Ibi cùm Redualdus, ab Edilfrido solicitatus, decrevisset vivum ipsum hosti tradere, aut domi interficere, isq; de eâ re certior factus per noctem vigilans sederet [illegible] [illegible]sti gemitu mortem exspectans: v[illegible]it intempestâ nocte a[illegible]se venientem virum incognitum, qui consolatus eum, [illegible]xit: Se non solùm ex hoc periculo ipsum ve[illegible]le eripere; v[illegible]rum etiam ad regni [illegible]tem præter spem & opinionem suam evehere: si promitteret, qui[illegible] postea, de certiori [illegible]lutis æternæ [illegible]a edoctus, itidem sibi obtemperare vel[illegible]le, de vitâ & regno anxiè solicitus, citra hæsitationem illud promittit. Quare & divinitùs liberatus, mutante [illegible]dualdo sententiam, & ipsum armis contra Edilfridum propugnante ad regnum pervenit. Oblitus autem postea hujus divini beneficii cùm Paulino prædicanti assentiri non vellet; aliquando rursus i[illegible] eadem visio [illegible] [illegible]uit, eum promissi omnino oblitum. Inde moveri cœpit ut cum suis Consiliariis rem deliberaret. Cognoscentes igitur illi de doctrinâ Paulini, [illegible] [illegible]missiones de resurrectione mortuorum & æterna beatitudine audirent manibus ac pedibus ut d[illegible] [illegible] in ejus sententiam iverunt omnes ac Regi autores fuerunt, ut amplecteretur illam religionem. Ita demum [illegible]duinus relictis idolis conversus est. Et memorabile est, quòd ejus archiflamen Coi[illegible] qui antea [illegible]eduinum adeò fasc[illegible]nã[illegible] [illegible]s idololatricis superstitiosis cultibus, jam meliora edoctus, ipse suas aras & fana primus profanavit & [illegible]ccendit. *Beda.*†

In provincia meridianæ Humbriæ primus omnium conversus est præfectus Lindocolinæ civitatis, quæ Blecca dicitur, cum suâ domo. *Beda.*†

In Gallis, ab Amando episcopo Elvonensi, Allovinum Bavonem ex prædone conversum esse, scribit *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.*

[illegible] H[illegible] m Anastasi[illegible] septem annos [illegible] t. Adon Vienuen[illegible]

Non [illegible] Hera[illegible] cum [illegible] majo[illegible] parvuli [illegible] filiis in Perside re[illegible] baptizatus est, & ab Heraclio regno præfectus [illegible] & Paulo Diacono.

[illegible] etiam, rex Gothorum, gent[illegible] & idolola[illegible] tempore conversus esse [illegible] in Supplemento Chronicorum.* B

In Bavariâ, Dux Theodo, à Ruperto ex idolo est conv[illegible] & baptizatus: ut est in Compendio Chronicorum, & [illegible] Scheldel.

In Austriâ verò Lupus, à Clothario in exilium relega[illegible] Ducem Bosonem Landegisili[illegible] paganum [illegible] eodem errore teneba[illegible] convertit & bapti[illegible] vit. Vincentius.†

SUB CONSTANTE NEPOTE Hera[illegible].

Tempore Constanti[illegible] fuit nep[illegible] Heracl[illegible] etiam provincia Midlien[illegible] est, mediterran[illegible] A[illegible] orum, sub rege Pæadâ est conversa, [illegible] pat[illegible] regi [illegible] prætextus, a[illegible] Alchfledâ. [illegible] Oiuvii, regis [illegible] connubium impetravit eâ conditione [illegible] Christianus fieret. Cognocens [illegible] de doctrinâ & [illegible] a filio regis [illegible] & amplexus doctrina [illegible] baptizatus est à Finano episcopo, cum omnibus, qui [illegible] comitibus ac militibus [illegible] domum rediens. [illegible] duxit quatuor presbyteros Ceddam, Addam, B[illegible] & Diuman: qui palam in [illegible] prædicantes [illegible] quotidie converterunt. Pe[illegible] antiquâ & avitâ [illegible] nollet recedere, tan[illegible] prohibu[illegible] Christiani fierent, [illegible] pie eos, cōtemsit omnibus modis, quos [illegible] fidei non habere deprehendit, [illegible] eas & execrando [illegible] Deo suo in quem crederent obedire contemnerent. Beda.† D

SUB CONSTANTINO BARBATO.

¶ In Galliis, cùm Ebroini furor & immanitas subindè crescerent, Hermefridus quidam nobilis eum per insidias sustulit: & Pipinus, Præfectus domûs Austrasiæ, Theodoricum devicit: & totum regnum Francorũ subjugavit; idq; pro arbitrio suo (licet Theodoricũ, ejusq; filios, Clodovéum ac Hildebertum, regio titulo non privaret) rexit & moderatus est, annis 23. Etsi autem hic Pipinus, tyrannidẽ Ebroini nequaquam imitatus est; cum præsertim verbum Dei longè lateque armis propagâsse legatur: (ut quòd totam gentem Frisonum devictam, ad fidem Christi amplectendam, coëgerit) tamen suos etiam habuit nævos non exiguos. Nam Lampertum, quem antea propter confessionem exsulantem revocârat, jussit, aut saltem permisit, trucidari, propter reprehensum suum adulterium. Legitimâ enim uxore neglectâ, Alpiadem pellicem sibi adjunxit. *Sigebertus in Chronico, Sabellicus.* * Milites etiam suos impunè prædari sacra & profana loca concessit: qui cœnobium & domunculam divi Austregisili, in agro Bituricensium, direptum incenderunt. *Vincentius.* *

** Enn. 8. lib 7.*

** li. 27 c. 26*

¶ In Hispaniis, Vitiza, Rex Gotthorum, in ætate juvenili Christianam religionem, unà cum episcopis suis, diligẽter promovit: sed ubi ex ephebis excessit, & togam virilem induit, animum mutavit; & episcopos & sacerdotes graviter afflixit. Sacras denique constitutiones, & omnem Ecclesiæ autoritatem, quæ ejus facinoribus adversabatur, sustulit. *Johannes Magnus.* *

** lib 16. Hist Goth. c. 25.*

¶ Circa hoc tempus, ex Angliâ duo præclari doctores, Evaldus albus, & Evaldus niger, venerunt in antiquam Saxoniam: & ibi prædicantes Evangelium de Christo, martyrio affecti sunt, prope Bremam, in Comitatu de Hoiâ: *ut habet Fasciculus temporum.* Licèt alii in Galliis ipsos interfectos scribant; & sepultos esse, jussu Pipini, in Agrippinensi Coloniâ. *Sigebertus in Chronicô, & Beda.* * Addit idem *Beda*; corpora ipsorũ, fluvio injecta, contra alveũ per 40000. passuum natâsse, & ad suos rediisse. Autor verò cædis, fuit villicus quidam, apud quem diverterant, petentes, ut ad Satrapam ducerentur. Is autem, videns eos esse alterius religionis, ac metuens, ne Satrapa conversus avitos ipsorum cultus mutaret; communicato consilio cum aliis Barbaris, eos interemit: ac album quidem Evaldum velociter gladio sustulit; Nigrum verò longis tormentis membratim dissecuit.

** lib 5. c. 11.*

¶ Apud Ostrofrancos, Chilianus, ejusque socii Dolomannus & Tholmanus, quorum fideli operâ Dux Herbipolensis, cum toto ducatu, Christi fidem edoctus est, trucidati feruntur. Occasio ejus rei fuit: quòd Dux iste conjugẽ habuit, Geilanam nomine, quæ antea fratris sui uxor fuerat. Eam igitur cùm Chilianus juberet dimitti: subornavit ipsa aliquot sicarios, qui pios viros clàm è medio sustulerunt. Quæ tamen res postea miro judicio Dei innotuit. nã autores cædis, cum Geilanâ, dæmonibus correpti, rem totam evulgarunt: anno Domini *697. juxta Sigebertum.*

Rupertus episcopus, in urbe Vangionũ seu Wormacię, à Duce Berchario virgis cæsus, in exilium pellitur. Unde ad Theodonem pervenit in Bavariam: ibique magno cum fructu Christum prædicavit. *Hartmannus Schedel.*

Celebre etiam est Heimerani martyrium; quod paulò pòst accidit. Fuit is episcopus Reginoburgensis, apud eundem Theodonem, Ducem Bojariæ. Ejus filia Uta, cùm esset compressa à Sigeberto quodã decurione equestri; ipsa, honestioris patrocinii nomine, in Heimeranum vitiũ contulit. cumque is tùm fortè pietatis ergò Romam iter suscepisset: frater vitiatæ puellæ Landobertus, ipsum insecutus, in viâ comprehendit: ac nequicquam tantum scelus abnuentem, supra scalas arctissimè colligavit, & membratim dissecuit. *Aventinus.* *

** lib 3.*

¶ In Angliâ, Picti, rerum summâ potiti, non solùm immaniter sævierunt in devictos Anglos: sed etiam totas ecclesias, unà cum doctoribus piis, ejecerunt ex terrâ suâ. *Beda.** (lib. 4. c. 25.)

DE POENIS PERSECUTORUM.

DEus, perpetuus justitiæ custos, nec hoc seculo neglexit, pœnas de hostibus & persecutoribus suæ Ecclesiæ sumere: idque in terrorem impiis; & consolationem piorum. Phocas enim, cùm à Romanis Pontificibus, ob concessum primatum, & aliis episcopis, de nimiâ in Mauricium ejusque familiam crudelitate, non argueretur; putabat rem benè gestam esse. Sed istis tacentibus, Dominus ipsi pœnitentiam concionatur calamitatibus horrẽdis. Ex unâ enim parte, Chosroës, Rex Persarum, fœdera rumpẽs cum Romanis, perniciosum illud Orbi classicum cecinit: quo Syria, Palæstina, Phœnicia, Armenia, Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, & plurimæ aliæ regiones, ab Imperio sunt avulsæ. Ex alterâ, Avares, per Europã omnia vastantes, sævierunt: & cædes hominũ plurima grassata est, nõ tàntùm civibus passim; sed ipsis etiã militaribus copiis interemtis: quibus mirabiliter judiciũ Dei in pugnâ Persicâ innotuit: adeò, ut, ipso conflictus tẽpore, ignis cœlitùs, quasi cum largo imbre, in eos irrueret, & dimicantes impediret, quò minùs victoriâ potirẽtur. Sũtq; in illâ pugnâ omnes, quotquot Mauricii sanguine se cruentarant, miserabiliter trucidati: ut, cùm paulò pòst Heraclius exercitum lustraret, tãtùm duo sceleris ejus socii, ex immensis illis copiis Phocæ, superstites essent. *Nicephorus.** (lib. 18. c. 41.)

Accessit etiã horrenda fames & pestilentia; quæ animãtia simul cum hominibus perdiderunt: & frugum proventus passim fuit rarus. Hyemes itèm ingentes, naturam suã superantes: ità ut mare, frigore congelatum, pisces posteà emortuos ejecerit. Tandem facta est conjuratio in ipsum Phocam, à Prisco ejus genero: & quotquot Senatorii ordinis reliqui fuerunt, illi secretò per literas ab Heraclio, (Heraclii, ad quem posteà Imperium devenit, patre) tunc in occidentali Africâ & Libyâ, cum exercitu validissimo, Rempublicam administrante, petierunt; ut populum Romanum ab impiâ ejus tyrannide liberaret. Quibus lectis, filium Heracliũ cum pedestri navalique apparatu, cõtra tyrannum misit. Hic verò victoriâ potitus, tyranno Phocæ primùm manus ac pedes resecari; deinde, quia honestis [illegible]tonis multis vim intulerat, quasi in publicum monu[illegible] luxuriæ, pudibunda exscindi; tandem caput amputari; & postremò corpus ejus in bove æneo comburi jussit: [illegible] ejus stirpe cum ipso extinctâ. Hic tyrannidis & scelerum Phocæ finis fuit. *Nicephorus.** (lib. 18. c. 56.)

¶ Gisulphus, Longobardorum Rex, ob studium præposterum pacis, in suo regno, tum Arianis, tum Orthodoxis, ecclesias suas concedebat. Sed Dominus, cujus gloriã cõtaminati sinebat, excitat ei hostes. Avarũ enim dux Cajanus, nullâ injuriâ lacessitus, in eum arma movet: & obvium factum cum exercitu suo delet; urbesq; atque oppida Arianorum, hospitia & officinas blasphemiarum, evertit: inter quæ Forumjulium erat celeberrimum. Romilda, Gisulphi uxor, stuprata palo affigitur: viri & adolescentes interficiuntur. *Paulus Diaconus,** *Sabellicus.** Hæc scilicet est merces eorum, qui in suis urbibus hospitia blasphemiis præstant. (lib. 4. Longob. c. 12 / Enn. 8. lib. 6.)

¶ De Judæis, qui Antiochiæ turbas dederant, plurimos Christianos interficientes, scribit *Nicephorus*:* quòd, in pœnam facinoris, sint tũ tormentis subjecti; tũ urbe expulsi. (lib. 18. c. 44.)

¶ Theodoricus itèm in Galliis, qui, consilio Brunichildis, se sanguine proprii fratris, aliorumque Christianorũ permultorum, oneràrat, ab ipsâ suâ consultrice vitâ est privatus. Cùm enim, pacatis rebus, neptem ex fratre occiso reliquam, in matrimonium ducere vellet, speciosâ ejus formâ illectus; obstitit Brunichildis, dictitans: Incestũ esse connubium, quod cum fratris filiâ contraheretur. Illud ægrè ferens Theodoricus, cùm antea sibi ab eâdem persuasum esset, Theodebertum, non suum germanum, sed ex adulterino concubitu prognatum fuisse: cum impetu in eam irruit, gladio volens trajicere. Verùm illa, Aulicorum ope, qui fortè aderant, tunc ex ipsius manibus elapsa, non multò pòst veneno eum sustulit. *Trithemius de Regibus Francorum*, itèm *Robertus Gaguinus*.* Sunt tamen, qui scribãt, eum profluvio alvi interiisse: postquam regnâsset annos 18. *Aventinus** asserit, eum fulmine ictũ; cùm post parricidium fratris Matricum urbem esset ingressus. (* lib. 2. / * lib. 3.)

Bestia verò illa immanis, Brunichildis, cùm jam, præter infinitam vulgi multitudinem, decem etiam Reges morti tradidisset: infelici tandem bello moto cõtra Lotharium, cui regnũ cedere nolebat, capta est; & ad horrendũ supplicium, ex sententiâ omnium procerũ, totiusque exercitùs, damnata. Quater enim fustibus cęsa traditur, antequam ad Clotharium est deducta: deinde coram omni exercitu, scelera ejus sunt proclamata: & tandem pedibus & brachiis alligata, ad caudã indomiti & ferocientis equi, membratim est discerpta: anno Domini 618. *Sigebertus, Trithemius, Gaguinus, & Aventinus.*

¶ Chosroës verò, Rex Persarum, cùm miserabiliter ecclesias Palæstinæ & vicinarum regionum vastâsset; magnâque cum felicitate, permissu Dei, qui vindictã ab interemtoribus Mauricii exigebat, contra Romanos aliquamdiu pugnâsset: tandem etiam grassationis suæ pœnas dedit. Sicut plerunque solet Deus virgam, quâ suos castigat, (ut est in proverbio) tandem frangere, eamque ipsam in ignem conjicere. Nam cùm ab Heraclio, per annos sex, bello esset in Persiâ exagitatus; & filium suum natu minorẽ regem designâsset: Syroës, filius ejus natu maximus, vindicaturus jus suum, cum militibus in eum irruit, & captum indignis tractavit modis. Primùm manibus pedibusque ligatis, à collo etiam ferreo pondere suspenso, eum in altissimam turrim, quam is ad recondendas pecunias condiderat, demisit; ibique solo pane & aquâ parcissimè pavit: addens sævissimas exprobrationes, ut de auro comederet; quod tã multorum sanguine, tamque immani vallatione orbis terrarum, in eum locum collegisset. Deinde extractum, fecit spectare atrocissimam necem filii sui, cui anteà regnum destinârat. illum enim, coram ejus conspectu, cum reliquis filiis omnibus, trucidari jussit. Tandem per dies quinque exposuit eum omnium conviciis. Ultimò verò, arcubus in eum collimari, & certatim telis peti, ordinavit. Et sic magnus ille terror orbis terrarum, infeliciter animam exhalavit. *Paulus Diaconus,** *Regino.** (* lib. 18 Rerum Rom. / * lib. 1.)

¶ Heraclius porrò, de quo suprà dictum est, quòd Monothelitarum hæresin in Ecclesiam Dei primus invexerit, pios doctores turbârit; & insuper moribus adeò degenerârit, ut incestum connubium neptis peteret; seque superstitiosis observationibus astrorum & avium, & id genus impietatis, dederet: horrendam quoque sensit pœnam; quia in hodiernum usque diem totum orbem terrarũ infestat. Excitavit enim is, suâ temeritate, furores Arabum & Saracenorum; qui & religionem & imperium miserè dilacerarunt: & ipse in proprio corpore tormenta non exigua est expertus. Tradunt enim Scriptores, quòd aquâ intercute perierit: & insuper aliquot annis ante diem suum, in monumentum sui incestùs, hoc vitii habuerit; ut inguine converso faciem suam perminxerit: nisi per tabellam, infimo ventri oppositam, averteretur. *Zonaras,** *Paulus Diaconus,** & *Sabellicus.** (* Tomo 3. / * lib. 18 / * Enn. 8, lib. 6.)

¶ Cùm duo in unâ domo, Walaricum, Columbani discipulum, de pœnitentiâ concionantem, irrisissent: Dei justo judicio, alter oculis captus, alter genitalibus putrescentibus mortuus est. *Vincentius.** (* lib. 23. c. 23.)

¶ Noddo quidam, homo Epicureus, & contemtor Arnulphi, Metensium episcopi, cùm in symposio ei maledixisset: domum reversus, flammâ cum sociis cœpit ardere inextinguibili. Sed precibus episcopi curatus, cũ nec posteà vitam emẽdâsset; una cum filio in scelere quodam comprehensus, pœnas capitis luit. *Vincentius.** (* lib. 22. c. 76.)

¶ Constans, Monothelitarum patronus, & Orthodoxorum persecutor, (ut suprà diximus) omnibus Constantinopolitanis factus est invisus atque exosus: & cùm Romã transferre imperii sedem studeret, ingressus iter, incidit in Saracenorum manus: cum quibus infeliciter dimicans, vix fugâ est elapsus.

*lib. 19. Narrat *Paulus Diaconus*,* eum tunc temporis, antequam navale prælium iniretur, somnium habuisse; quasi apud Thessalonicenses degeret. idque ipsum, interpretem somniorum de amissione imperii intellexisse; quasi divinitùs esset significatum, [illegible] regnum ab eo auferendum esse. Etsi autem hostium manus effugit: judicium tamen Dei non potuit effugere. Nam in Siciliam reversus, à satellite quodam, dum cœperat sapone gallico deliniri, situlâ interficitur.

¶ Incidit in hæc tempora Gregorii Agrigentini tribulatio; quam suprà breviter attigimus: operæpretium autẽ est, hic eventum causæ considerare; & pœnas quoque eorum, qui tantopere & tam malis artibus pientissimum virum oppugnare ausi sunt, expendere. Scribit verò *Metaphrastes*, causam tandem, postquam jam Gregorius annos duos, & menses sex, in custodia tristiter detentus, delatam esse ad Synodum: ac convenisse 15. Patres, ad legitimam cognitionem ejus. Citati sunt ibi simul actores, Sabinus & Crescentinus: qui eum ipsâ Eudociâ, quã ad fraudem antea subornarant, aliisque 110. testibus conductis, comparuerunt; magnoque cum applausu, longoque ordine, actionem replicarunt. Adductus & Gregorius vinctus, postquã vidit tantum agmen hostium contra se stare, & tam ingentia plaustra accusationum & criminationum effundere, nihil aliud respondit: quam quòd altâ voce querelam illam ex Psalmo ingeminavit:* *Insurrexerunt contra me testes iniqui; quæ ignorabam objecerunt mihi: mala mihi pro bonis rependebant.* His actis, statim judicium Dei innotuit: & correpta puella à dæmone, ad pedes ejus corruit, miserabiles lamentationes edens. Illis omnibus stupescentibus; Gregorius suspirans, oculosque in cœlum levans, mandavit Satanæ in nomine Jesu: ut exiret de puellâ, eamque sineret verum fateri. Continuò ille egressus, avolavit cum fremitu: & jacuit puella tanquam mortua, sinè motu. Manu autem apprehensam erexit Gregorius, sanamque coram judicibus statuit. Indè inquisitio facta est, utrùm Gregorius unquam ejus concubitum petiisset. Illa verò sanctè jurat, se homini illi nunquam in voluptate fuisse; sed à delatoribus, Sabino & Crescentino, largâ pecuniâ conductam, crimen illud objecisse: & deprecatur culpam. Nacta est hinc lis & contentio exitum: & solutus Gregorius magnâ cũ reverentiâ à Pontifice, aliisque assessoribus omnibus. Puellam quoque Judicum clementia inultam habuit: verùm de accusatoribus, & iniquis testibus, cœptum est deliberari: essetque duriter in eos statutum; nisi Gregorius suâ intercessione illis subvenisset. Noluit enim is graviùs in eos animadverti: cùm sibi satis esset, innocentiam suam esse patefactam. Sed mirum hîc accidit. Statim, ut pax ipsis est concessa; orta est subitò ingens tempestas, quæ densissimis tenebris claram diei lucẽ cœpit obscurare penitùs. His cessantibus, omnes actores isti, nigri, partim unâ, partim utrâque genâ apparuerunt: Sabino verò ac Crescentino, nõ modò facies, sed etiã labia, atro colore infecta sunt: ut nec illa constringere, neque illis quicquam loqui possent. & sic animo pariter & corpore ipsorũ patrẽ Diabolum repræsentarunt toto illo tẽpore, quod postea vixerint. Fides esto penes autorem. *Metaphrastes in Vitis Patrum.*

¶ De lictora Leodegarii quem Ebroinus in Galliis interfici mandârat, refert *Vincentius*,* quòd ille, post patratam cædem, statim à dæmone sit arreptus, & ardore interno, quasi igni, in corpore succenso consumtus. [*lib. 23. c. 115.]

Iste Ebroinus, Major domûs Francorũ, qui hunc Leodegarium, aliosque innumeros doctores Ecclesiæ, partim interfecit, partim in exilium ejecit; tandem exosus suis, ab Hermenfrido quodam nobili, dolo est necatus; & visus à diabolis in infernum deportari: ut scribunt *Hartmannus Schedel** & *Trithemius de Regibus Francorum.* [*Ætate 6.]

¶ Dodo frater Alpiadis, qui propter sororem Alpiadẽ, pellicem Pipini Lambertum interemit, atrocissimo morbi genere, quod Græci phthiriasin nominant, periit: *teste Sabellico.** [*Ennead. 8. lib. 7.]

¶ Similiter in Arvernensi civitate, occisores Projecti episcopi, puniti sunt. Alter enim eorum, Radbertus nomine, vivus est à vermibus corrosus & consumtus: alter brachium fregit: alii mulctam pecuniariam templo ejus contulerunt. *Vincentius.**

¶ Milites Pipini, sacra Austrogisili spoliãtes, alii se-se invicem dentibus discerpserũt: alii membra sibi amputarunt: unus incendio periit. *Vincentius.** [*lib. 23. c. 150. *lib. 23. c. 86.]

¶ In Angliâ, successores Heduini, Osricus apud Northanymbros, & Eanfridus Berniciorum rex, statim, postquam à doctrinâ Euangelii defecerunt, & ad pristinam idololatriam revoluti sunt, sperantes se eo modo persecutiones posse effugere, & incolumitatẽ regni tueri; regnũ simul & vitam amiserunt. uterque enim à Peda est trucidatus. Ipse verò Penda, jam multis cædibus Christianorum nobilitatus, tandem suæ etiam impietatis & persecutionis pœnas persolvit: & ab Osuvio, filio Osvvaldi, est interemtus. Neque id accidit sinè judicio Dei. Cùm enim Penda numeroso, & maximè valido exercitu, pientissimum regem Osuvium esset adortus: isque numero & viribus longè esset inferior: vocatus in castra Deus suppetias tulit; & facto conflictu, à parvâ manu, fusæ sunt & prostratæ ingentes copiæ Pendæ: inter quas ipse etiam tyrannus cecidit. *Beda.** [*lib. 4. c. 3. & 24.]

¶ De Villicis illis in Saxoniâ, qui duos Ewaldos interemerãt, scribit *Beda*:* quòd, re cognitâ, satrapa ejus loci omnes illos trucidârit; simulque vicum ipsorum incendio perdiderit. [*lib. 5. c. 11.]

¶ Apud Ostrofrancos quoque, nullâ arte occultari potuit Chiliani, ejusque sociorum, martyrium: sed mirabiliter innotuit. Cùm enim clàm essent interfecti, & unà cũ libris ac vestibus sepulti, ne quid suspicionis relinqueretur: contigit justissimo Dei judicio, ut unus ex interfectoribus, in rabiem versus, propriis dentibus se laniaret; alter sibi, præ timore & desperatione, cruentas manus inferret; Geilana verò, dæmonibus multis obsessa, miserrimè torqueretur: & sic spontè singuli factum proderent. *ut scribit Sigebertus in Chronico.*

¶ In Bojariâ verò, nec divus Haimeranus, quem Landobertus propter suspicionem tantùm crudeli morte necârat, diu inultus mansit. Patefactâ enim Innocentiâ ejus, Theodo, dux Bavariæ, filiam Utam in Italiam relegavit: & fugit Landobertus ad Avares & Hunnos; ubi exul etiam obiit. Exinde omnis soboles ejus à ducatu & fastigio Bojariæ detrubata, & in equestrem ordinem redacta est. *Aventinus.** [*lib. 3.]

¶ De Justiniano denique, Imperatore Romano, suprà dictum est, quantam is tragœdiam suis sceleribus, tyrannide & persecutione, in imperio excitârit: & quomodo à Deo sit correptus, & tandem oppressus. Cùm enim ab initio, in Imperium evectus, non faceret, quæ Deo placerent: in pœnam, Imperio exutus est, & insuper naso abscisso in exilium relegatus. Suntque simul faces illæ, quæ ipsum ad omnis generis facinora accendebant, Theodotus nempè & Stephanus, in æneo tauro à populo combusti. Postea, cùm restitutus in Imperium, prioribus malis nihil emendatus, in immensum sævire pergeret; & optimos quosque ex Ecclesiâ & Republicâ tolleret per Eliam, suum spatarium, est interemtus; & translatum Imperium ad Philippicum. *Paulus Diaconus,** & *Ivo in Chronico* [*lib. 20.]

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

Quod superiori Centuriâ monuimus, doctrinæ lucem, & studium incorruptam veritatem tradendi, paulatim retraxisse, eò quòd ceremoniarum, & cultuum humanorum amor, immodicè cresceret & expeteretur: id nunc hoc seculo magis demonstratur. Pauci enim extiterunt doctores Ecclesiæ doctrinâ & scribendi dono illustres: & illi quidem ipsi satis impurè doctrinam cœlestem tradiderunt.

Nobis quidem isti tantùm fuerunt: Isidorus, Cæsarius, Adelhelmus, Julianus Pomerius, & quædam Rom. Pontificum Epistolæ, & Concilia istius ætatis. Sed ex istis præsentibus, quæ rectè & commodè prolata sunt: quæ ve incõmodè, vel etiam malè dicta sunt, exponẽda nobis veniũt.

Symbola, in quibus præcipua capita doctrinæ Christianæ solent recitari, aliquot extant.

In

In Conc[illegible] IV. T[illegible], [illegible]tat[illegible] hæc [illegible]fessio.

Secundum enim divinas Scripturas & doctrinam, quam a Sanctis Patribus accepimus Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, unius deitatis atq; [illegible]stantiæ. [illegible] tenemus in personarum di[illegible]versitate trinitatem c[illegible]entes, in divinitate unitatem prædicantes: nec personas con[f]undimus; nec su[bst]antiam separamus. [P]atrem a nullo factum v[el] genitum dicimus Filium a Patre non factum, sed [gen]itum, asserimus: Spiritum vero [s]anctum, nec creatũ nec genitum, sed procedentem ex Patre & [Fi]lio, profitemur. Ipsum autem Dominum Jesum Christum, Dei [Fil]ium, & creatorẽ omnium, ex substantia Patris ante secula g[eni]tum, descendisse ultimo tempore, pro redemtione Mundi, [a P]atre, qui nunquam d[es]i[i]t e[sse] cum Patre. Incarnatus enim e[s]t ex Spiritu sancto & gloriosa sancta Dei-genetrice virgine Maria [n]atus ex ipsa solus idem Dominus Jesus Christus, unus in sancta Trinitate, anima & carne perf[e]ctus sine peccato suscipiens hominem manens quod erat, assumens quod [non] erat æqualis Patri [se]cundum di[vin]itatem: minor Patre secundum humanitatem: habens in una persona duarum naturarum proprietatem. Naturæ enim in illo d[uæ], Deus & Homo. Non autem duo filii, & dii duo, sed idem una persona in utraq; natur[a]: perferens p[assi]onem & mortem pro nostra [salut]e. non in virtute di[vi]nitatis sed in i[nfi]rmitate humanitatis. [Desc]endit ad in[f]eros, ut [s]anctos qui ibi tenebantur, erueret. & devicto mortis imperio resurrexit. Assu[mptus] [in c]œlos, venturus est in futurum, ad judicium vivorum & mortuorum. Cujus morte & sa[ngui]ne mundati, remissionem pe[cc]atorum cõsecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissimâ, in ea, quâ nunc vivimus, carne, & i[n] ea, qu[a] [re]surrexit idem Dominus, forma: percepturi ab ipso, alii pro justitiæ meritis, vitam æternam, alii pro [pec]catis [supplicii] ætern[i] [se]ntentiam. H[æc] est [Ecc]lesiæ catholicæ [fide]s. Hanc confe[ssi]onem servamus, atq; tenemus. quam quisquis [fir]missime [c]ustodierit, perpetuam salutem habebit.

Item C[o]ncilio VI. Toletano: *Credimus & profitemur sa[cratissi]mam, & omnipotentissimam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum solum; non solitarium: [un]i[us] ess[e]ntia, virtutis, potestatis, majestatis, unius[q]; naturæ: discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substã[tia] deitatis: creatricem omnium creaturarum. Patrem ingenitum, increatum, fontem & originem totius divinitatis: Filium a [P]atre intemporaliter, ante omnem creaturam, sine initio genitũ, non creatum. Nam nec Pater unquam sine Filio, nec Filius exstitit sine Patre: sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo ille autem Filius Patris, & Deus de Patre, per omnia coæqualis Patri, Deus verus de Deo vero. Spiritum vero [illegible] tum, neq; [illegible] de Patre Filioq; procedentem. utriusq; [e]sse spiritum. ac per hoc substantialiter unum sunt: quia & unus ab utroq; procedit. In hac autem Trinitate, tanta est unitas substantiæ: ut pluralitate careat; & æqualitatem teneat. Nec minor in singulis, quàm in omnibus, nec major in omnibus, quam in sin[gu]lis personis, manet. Ex his [au]tem tribus, [tr]initatis personis [s]olum Filium fatemur. ad redemtionẽ hum[a]ni generis, propter culparũ debita. quæ per inobedientiam [Ad]a[m] o[rig]inaliter, & nostro libero arbitrio, contraxim[us], resolvenda, a[r]cano Patris arcanoq; pr[o]c[e]ssi[ss]e, & humanitas sine peccato [de san]ctâ semper-virgine Maria, assumsisse. ut idem Filius Dei Patris esset filius hominis. Deus perf[ectus] [at]q[ue] Homo perfectus: ut Homo & Deus [ess]et unus Christus, natur[is] in duabus una persona: ne quaternitas [T]rinitati accederet [si] in Christo [g]emina[ta per]sona esset. Ergo à Patre & [S]piritu sancto separabilis cr[ed]itur persona: ab Homine autem assumto, natura idem [ipse] e[n]im homine unius exstat personæ [cum P]atre ac Spiritu sancto natura: ac (sicut diximus) ex duabus nat[uris] una persona unus e[st] Dominus noster Jesus Christus: in [forma d]ivi[ni]tatis æqualis Patri [in f]orm[a] servi minor patre. Hæc est enim vox ejus in [P]salmo. * D[e v]entre ma*-
tris meæ, Deus meus es[tu]. *Natus itaq; a Deo sine matre, natus a Virgine sine patre: solum [V]erbum [c]aro [fac]tum est, & habitavit in nobis. Et cùm tota cooper[ata] [si]t Trinitas formationi suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis: [solus] tamen Filius suscepit humanitatem in [sin]gularitate person[æ] no[n] in unitate [divin]æ naturæ: id est in eo quod proprium [est Filii], non quod [co]mmune est Trinitati. Nam [hu]manam nat[uram] Hominis, [ad] al[te]ram co[mmu]ne pe[rso]nam, tota Trinitas corpus a[ssu]mpsi[ss]et: quoniam constat, natura[m] Trinitatis esse, non tamen personam. Hic*

[illegible]

ergo [illegible] non erat, nec amittens quod erat. inviol[abilis] [illegible], mort[em] de nostra: venit in hunc Mundum, peccatores [illegible] & c[re]dentes justificare faciens q; mirabilia, traditus [est] [pro]pter peccata nostra. mortuus est propt[er] [illegible] resurrexit propter justificationem nostram [cuj]us livore sanati, [cuj]us morte [De]o Patri reconciliati. [cujus] re[surrecti]one [illegible] et in [illegible] in fine ex[s]pectamus secu[nd]um cum resu[rrecti]one omnium, [illegible] [j]udi[cand]i [illegible]em. [illegible] Ecclesiam quoq; catholic[am] [illegible] in [illegible] rugã corporis ejus esse, [illegible] habit[ur]am cum [illegible] omnipotente Christo Jesu, [qui] corruptibile [illegible] incor[rup]tionem [illegible] mortale immortalitatẽ ut [si]t D[eus] om[ni]a in omnibus. Hac fide corda purific[a]ntur hu[c] [illegible] [at]q[ue] in hac omnis Ecclesia collata [illegible] regno [illegible] seculo præ[s]enti [illegible]etatur Et no[n] [illegible] nec enim nome[n] [ali]ud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos [salvo]s fieri.

In octav[o] [illegible] ano, reperitur [illegible] num Symbolum. It[em] [illegible] Br[illegible]aren[illegible].

[illegible] Agat[illegible] in sextâ [S]yn[odo] Constantinopolitanâ: *Hic igitur status est e[v]angelic[æ] & apostolicæ fi[d]ei regulæq; traditio ut confitentes, sanctam & [illegible] [Trini]tatem, [id] est, [P]atrem & Filium & Spiritum S[anctum] unius [illegible] deitatis, unius naturæ & substantiæ sive essentiæ, unius eadem prædicemus & naturalis voluntatis virtutis, operationis, dominatione[s], majestatis potestatis, & gloria. & quicquid de eãde sanct[a] [Trini]tate essentialiter dicitur [si]ngulari numero, tanquam de una natura triũ consubstantialium personarũ, comprehendamus, regula[m] [r]ationis hoc insistens. Cum vero de unâ earundem trium personarum ipsius sanctæ [T]rinitatis Filio Dei, Deo Verbo, & de mysterio admirandæ ejus secundum carnem dispensationis, cõfitemur: omnia duplicia, unius ejusdemq; Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, secũdùm evangelicam traditionem asserimus. id est, duas ejus naturas prædicamus. divinã scilicet, & humanam: ex quibus, & in quibus, etiã post admirabilem atq; inseparabilem unitionem subsistit. Et unamquamq; ejus naturam proprietate naturalem habere, co[nf]itemur: & habere divinam omnia, quæ divina sunt, & humanam omnia, quæ humana sunt. absq; ullo peccato. Et utramq; unius ejusdemq; Dei-Verbi incarnati, id est humanati, [inconfu]sè, inseparabiliter, immutabiliter, esse cognoscimus: sola intelligentia, quæ unita sunt, discernẽtes, propter confusionis duntaxat errorem. Æqualiter enim & divisionis, & commixtionis, detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas, duasq; naturales voluntates, & duas naturales operationes, confitemur, in uno Domino nostro Jesu Christo: non contrarias eas, nec adversas ad alterutrum dicimus (sicut a via veritatis errantes, apostolicã traditionẽ accusant: absit hæc impietas a fidelium cordibus!) nec tãquam separatas in duabus personis vel subsistentiis: sed duas dicimus. unum eundemq; Dominum nostrum Jesum Christum, sicut naturas, ita & naturales [e]i[us] voluntates & operationes habere, divinam scilicet, & humanã: divinam quidem voluntatem & operationem habere ex æterno, cum consentiali Patre communẽ, humanam temporaliter ex nobis, cum nostra natura susceptam. Hæc est apostolica atq; evangelica traditio, quam tenet spiritalis vestra felic[iss]imi imperii mater apostolica Christi ecclesia. Hæc est mera confessio pietatis. Hæc est Christianæ religionis vera at[que] immac[ul]ata professio: quã non humana adinvenit versutia, sed Spiritus [sanct]us per Apostolorum principes docuit.*

In eadem Synodo. Actione 4. *Hæc est perfecta nostra sententia, ut termini Catholicæ atq; apostolicæ fidei, quos usq; hactenus Apostolicæ sedes nobiscum & tenet & tradit, tota mentis custodia conservemus: credentes in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœ[l]i & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in [J]esum [Christum Filium] ejus unigenitum, qui ante omnia secula ex eo natus e[st]: verum Deum de Deo ve[r]o, lumen [de] lumine, natum, non factum consubs[tan]tialem Patri, id est, ejusdem cum Pat[re] [substan]tiæ: per quem omnia facta sunt quæ in cœlo, & quæ in terra. Et in Spiritum sanctum, dominum & vivificatorem, ex P[atr]e proce[d]entem, cum [P]at[r]e & Filio co[a]d[orandum] [illegible] [T]rinitatem in unitate & unitatem [in] t[rinita]te unitatem [illegible] esse [illegible] vero personarum sive [sub]sistentiarum. Deum [illegible] Deum F[il]ium D[eum] Spiritum [san]ctum [illegible] [illegible] enim P[a]t[r]e[m] [illegible] & Sp[iri]t[um] [san]ctum: non [illegible] minam subsistentiam sed [illegible]*

rum unam substantiam: quorum una essentia sive substantia vel natura, id est, una deitas, una aeternitas, una potestas, unum imperium, una gloria, una adoratio, una essentialis ejusdem sanctae & inseparabilis Trinitatis voluntas & operatio: quae omnia condidit, dispensat & continet. Confitemur autem unum ejusdem sanctae & essentialis Trinitatis Deum verbum, qui ante secula de Patre natus est, in ultimis autem horum temporibus, pro nobis nostraque salute descendisse de caelis, & incarnatum de Spiritu sancto, & sancta immaculata semper virgine gloriosa Maria, domina nostra verè & propriè Dei-genitrice secundum carnem scilicet. Ex ea natum, & verè Hominem factum: eundem Deum verum, eundem hominem verum: Deum quidem, ex Deo Patre: Hominem autem ex virgine matre incarnatum ex ea carnem & animam habentem rationalem & intellectualem: consubstantialem eundem Deo Patri secundum deitatem, consubstantialem eundemque nobis eundem ipsum, secundum humanitatem, & per omnia similem nobis, absque solo peccato: crucifixum pro nobis sub Pontio Pilato, passum, sepultumque, & resurgentem, ascendentem in caelos, sedentem ad dextram Patris, iterumque venturum judicare vivos & mortuos cujus regni non erit finis. Unum quippe eundemque, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex duabus, & in duabus substantiis, inconfusè, incommutabiliter, indivisè inseparabiliter, subsistere cognoscimus: nusquam sublata differentia naturarum, propter unitatem: sed potius salva proprietate utriusque naturae, in unam personam, unam subsistentiam concurrentem: non in dualitatem personarum dispertitum vel divisum, neque unam compositam naturam confusam, sed unum eundemque Filium unigenitum, Deum Verbum, Dominum nostrum Jesum Christum: neque alium in alio, neque alium & aliud; sed eundem ipsum in duabus naturis, id est, in deitate & humanitate. Et post subsistentialem adunationem cognoscimus, quia neque Verbum in Carnis naturam conversum est, neque Caro in Verbi naturam transformata est: permansit enim utrumque, quod naturaliter erat. Differentiam quippe adunatarum in eo naturarum sola contemplatione discernimus, ex quibus inconfusè, inseparabiliter, & incommutabiliter, est compositus. Unus enim in utrisque, & per utraque, quia simul sunt, & altitudo deitatis, & humilitas carnis, servante utraque natura, etiam post adunationem, sine defectu proprietatem suam, & operante utraque forma cum alterius communione, quod proprium habet: Verbo operante, quod Verbi est, & Carne exsequente, quod Carnis est: quorum unum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Unde consequenter, sicut duas naturas sive substantias, id est, deitatem & humanitatem, inconfusè, indivisè, incommutabiliter, eum habere, veraciter confitemur: ita quoque & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes habere, utpote perfectum Deum, & perfectum Hominem, unum eundemque, ipsum Dominum Jesum Christum, pietatis nos regula instruit: quia hoc nos apostolica atque evangelica traditio, sanctorumque Patrum magisterium, quam sancta apostolica atque catholica Ecclesia & venerabiles Synodi susceperunt, instituisse monstrantur. Ex quorum doctrinis haec colligentes, in brevitate perstrinximus.

In Synodo Theodori apud Bedam: *(lib. 4. c. 17.) Credimus consonanter, & confitemur secundum sanctos Patres, propriè & veraciter Patrem, & Filium, & Spiritum S. & trinitatem in unitate consubstantialem, & unitatem in trinitate: hoc est, unum Deum in tribus subsistentiis, vel personis consubstantialibus, aequalis gloriae & honoris, &c. Suscipimus, & glorificamus Dominum nostrum Jesum Christum, sicut isti glorificaverunt; nihil addentes vel subtrahentes. & anathematizamus corde & ore, quos anathematizaverunt, & quos susceperunt, suscipimus glorificantes Deum Patrem sine initio, & Filium ejus unigenitum, ex Patre generatum ante secula, & Spiritum S. procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter: sicut praedicaverunt hi, quos memoravimus supra sancti Apostoli, & Prophetae, & Doctores. Et nos omnes subscribimus, qui cum Theodoro archiepiscopo fidem catholicam exposuimus.

DE SACRA SCRIPTURA.

De sacra Scriptura inquit ISIDORUS: *(lib. 2. de Summo bono. c. 19.) Sanctarum Scripturarum altitudo, quasi montes pascuae sunt, ad quos dum quisque justorum conscendit, pastu indeficientis refectionis se invenire congaudet. In Scripturis sanctis, quasi in montibus excelsis, & viri perfecti habent sublimia intelligentiae, quibus gressus contemplationis quasi cervi erigant: & simplices, quasi parva animalia, inveniunt modicos intellectus, ad quos humiles refugiunt. Scriptura sacra infirmis & sensu parvulis, secundum historiam, humilis videtur in verbis: cum excellentioribus autem viris altius incedit; dum eis sua mysteria pandit. atque per hoc utrisque manet communis, & parvulis & perfectis. Scriptura sacra, pro uniuscujusque lectoris intelligentia, variatur sicut Manna, quae populo veteri, pro singulorum delectatione, varium dabat saporem. Juxta sensuum enim capacitatem singulis sermo dominicus congruit: & dum sit pro unius cujusque intellectu diversus, in se tamen permanet unus. Ideò in libris sanctis quaedam obscura, quaedam aperta reperiuntur, ut intellectum lectoris & studium augeatur. Nam si cuncta paterent, statim intellecta vilescerent: rursum, si cuncta clausa exsisterent, confestim diffidentiam gignerent. Ne ergo de obscuris desperatio fiat, ea, quae manifesta sunt, satiant: & ne de intellectu fastidium exsistat, ea, quae clausa sunt, desiderium excitant. Nam pleraque quanto magis latent, tantò magis exercitium praebent. In Scripturis sanctis saepè ea, quae futura sunt, quasi facta narrantur, sicut illud: *(Psal. 68. v. 22.) Dederunt in escam meam fel, & in siti meâ potaverunt me aceto. Sed cur futura quasi praeterita scribuntur: nisi quia ea, quae adhuc facienda sunt in opere, jam sunt facta in divina praedestinatione? Nobis igitur temporaliter accidunt, quae a Conditore omnium sine tempore providentur. Propterea prophetia, rerum futurarum gesta, in tempore nisi certis rebus, ut ita credantur illa quae futura sunt, quemadmodum ista cernuntur esse completa. Mos enim suo per praesentiam de futuris loquitur, sicut in persona Hierusalem de Ecclesiâ; & sicut in persona Ephraim de Hierusalem. Pro factis divinis plerumque, dicta ponuntur, ideirco, quia non operatione manuum Deus, sed dicendi imperio, operatur, sicut scriptum est: *(Psal. 148. v. 5.) Dixit, & facta sunt: mandavit, & creata sunt. Quòd in scripturis sanctis una bis repetitur sententia, aut confirmationis causa est, aut mysteriis: sicut lex & gratia, sicut initium & perfectio, sicut bonum & melius.

Idem ISIDORUS ita dividit Scripturam veteris Testamenti: Lex divina in tribus distinguitur partibus: id est in historia, in praeceptis, in prophetiis. Historia est in his, quae gesta sunt: praecepta in his, quae jussa sunt: prophetia in his, quae nuntiata sunt futura. Lex divina triplici sciendo est modo: primò ut historicè; secundò ut tropologicè, tertiò ut mysticè intelligatur. Historicè namque, juxta literam, tropologicè, juxta moralem scientiam, mysticè, juxta spiritualem intelligentiam. Ergo sic historicam oportet fidem tenere: ut eam & moraliter debeamus interpretari; & spiritualiter intelligere.

JULIANUS Pomerius inquit: *(lib. 1. contra Judaeos.) Ignorantia Scripturarum, est ignorantia Christi.

¶ Regulas aliquas de locutionibus Scripturae sanctae, recitat ISIDORUS: *(lib. 1. de Summo bono c. 19.) quas Lectoris gratiâ adjiciemus. Septem esse, inter caetera, regulas locutionum sanctarum Scripturarum, quidam sapientes dixerunt.

Prima regula est de Domino, & ejus corpore: quae de uno, aut ad unum loquitur, atque in unâ personâ modò caput, modò corpus ostendit. sicut Esajas ait: *(c. 61. v. 10.) Induit me vestimento salutari, & quasi sponsum decoratum coronâ, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. In una enim personâ, duplici vocabulo nominatâ, & caput, id est, sponsum & Ecclesiam, id est, sponsam, manifestavit. Proinde notandum in Scripturis, quando specialiter caput describitur; quando & caput & corpus, aut quando ex utroque transeat ad utrumque, aut ab altero ad alterum. sicque quid capiti, quid corpori conveniat, prudens Lector intelligat.

Secunda regula est de Domini corpore vero, & permixto. Sic enim ad omnes loquitur Scriptura, ut & boni redarguantur cum malis: & mali laudentur pro bonis. Sed quid ad quem pertineat, qui prudenter legerit discet.

Tertia regula est, de Literâ & Spiritu, id est, de Lege & Gratia. Lege, per quam praecepta facienda admonemur: Gratia, per quam, ut operemur, juvamur. Vel, quòd lex non tantùm historicè, sed etiam spiritualiter sentienda sit. Namque & historicè oportet eandem tenere, & spiritualiter legem intelligere.

Quarta regula est de specie & genere, per quam pars pro toto, & totum pro parte accipitur. Veluti, si uni populo vel civitati loquatur Deus, & tamen intelligatur omnem contingere Mundum. Nam licet adversus unam civitatem Babyloniam, per Esajam *(cap. 13.) Prophetam, Dominus comminetur: tamen, dum contra eam loquitur, transit ad genus de specie, & vertit contra totum Mundum sermonem. Certè, si non diceret adversus universum orbem; non adderet infra generaliter: *(v. 11.) Ut disperdam omnem terram, &

visitabo super orbem mala: & cætera. quæ sequuntur, ad in-
* c. 14. v. 26. ternecionem mundi pertinentia. Unde & adjicit: * Hoc est cō-
silium, quod cogitavi super omnem terram; & hæc est ma-
nus extenta super omnes gentes. *Item, priusquam sub personâ*
Babyloniæ arguit universum Mundum, rursum ad eundem, qua-
si de genere ad speciem revertitur, dicens, quæ eidem civitati spe-
* c. 13. v. 17. *cialiter contigerunt.* * Ecce ego suscitabo super eos Medos.
Nam, regnante Balthasar, à Medis obtenta est Babylonia. Sic &
in omni Aegypti ex personâ ejusdem totum vult intelligere Mun-
* c. 19. v. 2. *dum, dicendo:* * Et concurrere faciam Ægyptios adversùs
Ægyptios, regnum adversùs regnum, *cum Aegyptus nō mul-*
ta regna, sed unum habuisse describitur regnum.

Quinta regula est de temporibus: per quam aut pars maxima
temporum per partem minorem inducitur, aut pars maxima tem-
porum per partem minorem intelligitur. Sicut est de triduo Domi-
nicæ sepulturæ: dū nec plenis tribus diebus ac noctibus jacuerit in
sepulcro, sed tamen à parte totum triduū accipitur. Vel sicut illud,
quod quadringentis annis prædixerat Deus filios Israël in Aegy-
pto servituros, & sic indè egressuros. qui tamen, domināte Joseph,
Aegypto dominati sunt: nec statim post quadringentos annos e-
gressi sunt ut fuerat promissum, sed quadringentis triginta annis
peractis, ab Aegypto recesserunt.

Sexta regula est de recapitulatione. Recapitulatio enim est,
dum rerum præteritarum causæ futuris miscentur gestis. Sicut in
Genesi, dum sexto die hominem dicit fuisse factum, denuò recapi-
* Gen. 2. v. 7. *tulatur formatum dicens.* * Formavit igitur Dominus ho-
minem de limo ad imaginem suam. *Nec non & ubi expletis*
omnibus operibus, cum dicit, Deum septimâ die requievisse; reca-
* Ibid. v. 4. 5. 6. *pitulando subjungit:* * Istæ generationes cœli & terræ, quādo
creatæ sunt, in die, quo creavit cœlum & terram, & omne
virgultū agri, antequā oriretur super terram, nondū enim
pluerat Dominus Deus super terrā, & homo non erat, qui
operaretur terram: sed fons ascendebat de terrâ, irrigās u-
niversam superficiem terræ. *Hæc omnia recapitulando in serie*
narrationis, rebus futuris nectuntur: cùm intra sex dies etiam pa-
trata videantur.

Septima regula est de Diabolo, & ejus corpore. Quia sæpè dicū-
tur ipsi capiti, quæ suo magis conveniunt corpori: sæpe verò ejus
videntur dicta membrorum; & non nisi capiti congruunt. Sicut
in Esaiâ, ubi dum contra Babyloniam, hoc est, contra Diaboli cor-
pus multa dixisset sermo propheticus, rursum ad caput, hoc est, ad
* c. 14. v. 12. *Diabolum, oraculi sententiam derivat, dicēs:* * Quomodo ce-
cidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris?

¶ De induratione, & obcæcatione Dei, inquit ISIDO-
* lib. 2. de Summo bono. c. 4. RUS: * *Sic & obdurare Deus dicitur hominem, non ejus faciendo*
duritiam, sed non-auferendo eam, quam sibi ipse nutrivit. Non
aliter & obcæcare dicitur Deus quosdam: non ut in eis eandem i-
pse cæcitatem faciat, sed quòd, pro eorum inutilibus meritis, cæci-
tatem eorum ab eis ipso non auferat.

DE DEO.

* lib. 7. Etymol. c. 1. De proprietatibus quibusdā Dei sic scribit ISIDORUS: *
Omnipotens, quia ipsius sunt omnia, quæ ubiq; sunt. Solus enim
totius Mundi habet imperium. Dicuntur autem & alia quædam
in Deum substantialiter nomina: ut Immortalis, Incorruptibi-
lis, Incommutabilis, Aeternus. unde & meritò cunctæ præponitur
* 1 Tim. 6. v. 16. *creaturæ. Immortalis, sicuti de eo scriptum est:* * Qui solus ha-
bet immortalitatem. *quia in ejus naturâ nulla est commuta-*
tio. Nam omnis mutabilitas non inconvenienter dicitur morta-
lis, secundùm quod & anima mori dicitur. non quia in corpus, vel
in aliquam alteram substātiam, mutatur & vertitur: sed in ipsâ
substantiâ, quicquid alio modo nunc est, aut fuit, secundū id, quod
desistit esse, quod erat, mortalis utiq; deprehenditur. ac per hoc
solus Deus dicitur immortalis, quia solus incommutabilis. Incor-
ruptibilis appellatur: quia corrumpi & dissolvi non potest. nec di-
vidi. Quicquid enim capit divisionem, & interitum capit. Ille nec
dividi potest, nec interire: inde incorruptibilis est. Incommutabi-
lis est: quia semper manet, & mutari nescit. nec proficit; quia
perfectus est: nec deficit, quia æternus. Aeternus est, quia sine tem-
pore est: non enim habet initium, neq; finem. Hinc & sem-
piternus, eò quòd sit semper æternus. A quibusdam autem
æternus, ab æthere creditur dictus: quoniam cœlum sedes e-
* Psalm. 113. v. 16. *jus habetur. Unde est illud,* * Cœlum cœli Domino. *Et i-*
sta quatuor unum significant: nam una eademq; res dicitur, sive

dicatur æternus Deus, sive immortalis, sive incorruptibilis, sive
immutabilis. Invisibilis, quia nunquam, per substantiam suā, ap-
paruit oculis mortalium Trinitas, nisi per speciem subjecta crea-
turæ, ejusdemq; corporeæ. nam nemo potest ipsam manifestatioē
essentiæ Dei videre, & vivere: sicut & dictum est Moysi. * *Unde &* * Exod. 33. v. 20.
Dominus in Euangelio dicit: * Deum nemo vidit unquam. * Joh. 1. v. 18.
Res est enim invisibilis: ideoq; non oculis, sed corde quærendus est.
Impassibilis est: quia nullis perturbationibus afficitur, quibus fragi-
litas humana succumbit. Non enim attingunt eum ulla passiones,
ut libido, iracundia, cupiditas, timor, mœror, invidia & cætera,
quibus humana mens perturbatur. Sed cū Deus dicitur irasci, aut
zelari, aut dolere nostro usu dicitur. Apud Deum enim perturr-
batio nulla est, apud quē tranquillitas summa est. Simplex autem
dicitur sive non-amittendo quod habet, seu quia non aliud est i-
pse, & aliud quod in ipso est: sicut in homine, cujus aliud est esse, &
aliud sapere. nam & esse potest, & sapiens non esse. Deus autē ha-
bet essentiam, habet & sapientiam: sed quod habet hoc & est, &
omnia unum est. Ac proinde simplex est: quia non in eo aliquid ac-
cidentis: sed quod & est, & quod in ipso est, essentialiter est: exce-
pto, quod relativè ad quamcūq; personam est. Summè bonus: quia
incommutabilis est. creatura verò bonum, sed non summū est: quia
mutabilis est. & dū sit quidē bonum; non tamen esse potest & sum-
mū. Incorporeus autem vel incorporalis ideo dicitur Deus: ut spi-
ritus credatur & intelligatur esse, non corpus. nam dum dicitur
spiritus, ejus significatur substantia. Immensus: quia cuncta con-
cludit ipse, & à nullo concluditur: sed omnia intra ejus omnipoten-
tiam coarctantur. Perfectus dicitur, quia nihil ei possit adjici.

¶ Æternus. ISIDORUS inquit: * *Omnia tempora præcedit* * lib. 1. de Summo bono. cap. 6.
divina æternitas: nec in Deo præteritum futurumve aliquid cre-
ditur: sed omnia præsentia in Deo dicuntur; quia æternitate suâ
cuncta complectitur.

¶ Incommutabilem esse inquit ISIDORUS: * *Summū bo-* * lib. 1. de Summo bono.
num Deus est: incommutabilis est, & corrumpi non potest. Itaq;
bene & substantialiter sunt ista in Deo; incorruptio, immortali-
tas, incōmutabilitas. Inde & meritò cunctæ præponitur creaturæ.

¶ Creator. ISIDORUS: * *Creator dictus, pro totius Mundi* * lib. 7. Etymol. c. 1.
rebus ab ipso creatis. Nihil enim est, quod non originem à Deo
traxerit.

DE UNITATE DEI.

Unum esse Deum, profitetur ISIDORUS: * *Deus in omni-* * Præfat. lib. de Numeris.
bus, & ante omnia, & super omnia in omnipotentiâ, & magnifi-
centiâ, & incomprehensibili majestate suâ, unus est. sicut scriptū
est: Audi Israël, Deus tuus unus est. *Quis enim in cœlo & in ter-*
râ, aut subtus terram, in æternitate, in potestate, in trinitate &
unitate, in divinitate, in humanitate, Deo soli similis esse potest?
Ideò utiq; unus, id est, solus, Deus dicitur: quia nec antea, nec tūc,
nec postea, ei alius similis esse in cœlo invenitur, aut legitur. Itē: * * lib. 7. Etymol. c. 1.
Ipse est unus, quia dividi non potest: vel quia nihil esse aliud po-
test, quod tantundem capiat potestatis.

Eandem doctrinam & alios Ecclesiæ Doctores profes-
sos esse, constat ex Symbolis suprà annotatis.

DE TRINITATE.

Tres esse personas divinitatis, sedulò tradit, ISIDORUS: * * lib. de Numeris.
Tres trinitatis, in unâ majestate & potestate, Pater, Filius, &
Spiritus sanctus: quæ tres personæ. sic & apud Hebræos vocantur,
Aba, Ben, Ruah. Trinitas itaq; dicitur, propter diversitatem Per-
sonarum: unitas verò, propter Deitatis substantiam inseparabilē.
Pater dicitur, eo quòd habet filium, & omnis paternitas, quæ in
cœlo & in terrâ est, in eo & de eo nominatur. Filius dicitur, eò
quod habeat patrem. Spiritus sanctus verò, eò quòd à Patre & Filio
procedat. Dicitur autem Deus, propter potestatem & dilectionē:
Dominus, propter dominationem: Omnipotens dicitur, quia o-
mnia potest; cui nihil impossibile est. & si Dominus omnipotēs est;
quid est, quod ei impossibile est? id est, non potest falli, nec mori, nec
peccare. Per Patrem vivimus, movemur, & sumus: per Filium, in-
tellectum & rationem habemus: per Spiritum sanctum, omnibus
bonis illustramur.

Item: * *Trinitas appellatur, quòd fiat totum unum ex quibus-* * lib. 7. Etymol. c. 4.
dam tribus, quasi triunitas: ut memoria, intelligentia, & volun-
tas; in quibus mens habet in se quandam imaginem divinæ Trini-
tatis. Nam, dum tria sint, unum sunt: quia singula in se ma-
nent: & omnia in omnibus. Pater igitur, & Filius, & Spiritus
sanctus, trinitas, & unitas. Idem enim unum, idem & tria: in

naturâ unum; in personis tria. unum, propter majestatem communionem: tria, propter personarum proprietatem. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: sed alius quidem, non aliud: quia pariter simplex, paritérque incommutabile bonum, & coæternum.

ADELHELMUS inquit: *Alma trinitas una deitatis substantia, & trina personarum subsistentia, totius Mundi monarchiam gubernat.*

(* cap. 1.) BRACARENSE Concilium: * *Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum S. non confitetur tres personas unius substantiæ, & virtutis, ac potestatis, sicut catholica & apostolica Ecclesia docet: sed unam tantùm, ac solitariam dicit esse personam; itaut ipse sit Pater, qui Filius, ipse etiam paracletus spiritus, sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt: anathema sit.*

(* lib. 7. Etymol. c. 4.) ¶ De differentiâ Personarum, ISIDORUS inquit: * *Pater solus non est de alio, ideò solus appellatur ingenitus. Filius solus de Patre est natus, ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de Patre & Filio procedit, ideo solus amborum nuncupatur spiritus.* Itèm de vocabulis adjicit: *In hac trinitate, alia sunt appellativa nomina; alia propria sunt. Propria sunt essentialia; ut Deus, Dominus Omnipotens Immutabilis, Immortalis. & inde propria, quia ipsam substantiam significant: qua unum sunt. Appellativa vero, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ingenitus, & genitus, & procedens. Eadem & relativa, quia ad se invicem referuntur. Cùm enim Deus dicitur, essentia est: quia ad seipsum dicitur. cum vero dicitur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, relative dicuntur: quia ad se invicem referuntur. Nam Pater non ad seipsum, sed ad Filium, relative dicitur: quia est ei Filius, sic & Filius relativè dicitur, quia est ei pater, sic & Spiritus sanctus, quia est Patris Filiíque spiritus, His enim appellationibus hoc significatur, quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia, quâ unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum nominibus est. Deitas non triplicatur, sed in singularitate est: quia, si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem.*

(* cap. 4.) Patres in Bracarensi Concilio inquiunt: * *Si quis extra sanctam Trinitatem, alia divinitatis nomina introducit, dicens, quòd ipsa divinitas sit Trinitas, sicut Gnostici & Priscillianus dixerunt: anathema sit.*

DE CHRISTO.

(* lib. 1. contra Judæos cap. 1.) De appellationibus ejus inquit ISIDORUS: * *Christus enim in eo quod à Patre genitus est, Filius Dei vocatur: in eo vero, quòd sæpè a Patre missus ad annunciandum Patribus legitur, Angelus nominatur.*

(* lib. 7. Etymol. c. 2.) Cur Λόγος appelletur, exponit ISIDORUS: * *Verbum autem ideò dicitur; quia per eum Pater omnia condidit, sive jussit.*

(* ibid.) (* Joh. 10. v. 30.) ¶ Filium esse ὁμοούσιον Patri, docet ISIDORUS: * *Hoc autem vocatur ὁμοούσιος, quod est,* * Ego & Pater unum sumus: *hoc est, ejusdem cum patre substantia. Quod nomen, etsi scriptum in Sanctis literis non invenitur; in assertione tamen totius Trinitatis defenditur: quia datur ratio, unde rectè dici ostendatur. Sicut & Pater in illis libris nusquam ingenitus legitur: sed tamen dicendus esse, atque credendus, non dubitatur.*

(* hom. 2.) CAESARIUS: * *Qui* (Christus) *cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum.*

(* Act. 1.) CONSTANTINOPOLITANUM Concilium: * *Dominus noster Jesus Christus, cum Patre & Spiritu sancto, divinam & omnipotentissimam naturam communem habet.*

(* lib. 1. de Summo bono c. 14.) (* lib. 1. contra Judæos c. 1.) (* Psal. 110. v. 3.) ¶ De æternâ generatione Filii ait ISIDORUS: * *Filii Dei perfecta nativitas, nec cœpit esse, nec desiit, ne præterita sit, si desiit: & ne imperfecta, si adhuc sit. sed sic æterna, sic & perfecta quatenus in eâ nativitate æternitas & perfectio habeantur.* Itè: * *Christum Dei Filium esse credimus, quia genitum illum ab omnipotente Deo cognoscimus, ipso testante:* * Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. *Ex utero namque, Dei, id est, ex illa intimâ & incomprehensibile Patris substantiâ, sive ex illo divino atque immenso, paternæ pectoris arcano. quo Patris, quo genitus est. e corde bonum eructavit verbum. sicut & ille dicit:* (* Psal. 45. v. 2.) * Eructavit cor meum verbum bonum. *quidem & ipse Pater sic dicit ad Christum:* (* Psal. 2. v. 7.) * Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Quod non fuit Davidi dictum, nec ulli*

A *sequentium Regum. nam ibi additur:* * Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & possessionem tuam terminos terræ. *Quod neque Davidi, neque Genti Hebræorum concessum est, nisi tantummodo Christo, cujus nomen est per omnes gentes diffusum, cui & Reges obediunt & gentes serviunt, sicut de eo scriptum est:* * Adorabunt eum omnes Reges; omnes gentes servient ei. (* vers. 8) (* Psal. 72. v. 11.)

Itèm: *Salomon, dum Patris nomen, mysteriúmque nativitatis Christi secundum deitatem, vellet ostendere, his verbis intonat in* B *Proverbiis, dicens:* * Quis ascendit in cœlum atque descendit? Quis conculcavit aquas quasi in vestimento? Quis suscitavit omnes terminos terræ? Quod nomen est ejus, aut quod nomen filii ejus, si nosti? *Hunc Filium Dei in Daniele, Rex ille adspiciens dixit:* * Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis filio Dei, *quem fideliter credimus, nec ullatenus dubitamus Dominum Salvatorem.* Item: * *Quod si quæritur, quando, vel quomodo, Pater Filium genuerit, respondeo. Cur quærunt tempus, quando Filius Dei sit genitus, dum sit in nati-* C *vitate æternus? sicut scriptum est de eo:* * Egressus ejus à principio, à diebus æternitatis. Et: * *Tantùm ante solem permanet nomen ejus, & ante lunam sedes ejus. Sed & Pater eundem ante luciferum, id est, ante omnia tempora, genuisse se testatur:* * *ut & ipse Filium Dei, verbum, virtutem, & sapientiam, de suâ nativitate confirmat, dicens:* * Necdum erant abyssi; & ego jam concepta eram: necdum fontes eruperant aquarum; necdum montes gravi mole constiterant: ante colles parturiebar. (* Prov. 30. v. 4.) (* c. 3. v. 25.) (* lib. 1. contra Judæ. 1.) (* Mich. 5. v. 2.) (* Psal. 72. v. 5.) (* Psal. 110. v. 3.) (* Prov. 8. v. 24. 25.)

Ibidem: *Illud etiam de illo cur quæritur; quando sit genitus?* D *dum sacra nativitatis ejus arcana, nec Apostolus didicit, nec Propheta comperit, nec Natura cognovit, nec Angelus scivit; Esaja testante, qui ait:* * In humilitate judicium ejus sublatum est: generationem ejus quis enarrabit? *Et idcirco, si nativitas ejus à Prophetâ non potuit enarrari, quis profitebitur nosse, quomodo potuit a Patre filius generari? Hinc est illud in libro Job:* * Sapientiam Dei Patris unde invenies? Latet enim ab oculis hominum; & volucribus cœli abscondita est: *id est, etiam ipsis angelis incognita. Item ibi:* * Radix sapientiæ cui revelata est? *Origo scilicet Filii Dei. Sed gignendi Filii* E *quærunt rationem, dicentes: Filius non nisi ex duobus nascitur. Habeat, inquam, sibi hujusmodi generis ortum conditio caduca mortalium. Christus enim a Patre ita emicuit, velut splendor à lumine, velut verbum ab ore, velut sapientia ex corde.* (* c. 53. v. 8.) (* cap. 28. v. 20. 21.) (* Syrac. 1. v. 6.)

(* cap. ...) BRACARENSE Concilium: * *Si quis dicit, Filium Dei, Dominum nostrum, antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Photinus, & Priscillianus, dixerunt: anathema sit.*

DE HUMANITATE Christi.

F SPALENSE Concilium: * Omnes in Christo infirmitates, humanitas sola portavit. (* Act. 13.)

(* cap. ...) BRACARENSE Concilium: * *Si quis Christum in Hominis vera naturâ esse non credit: sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, & Priscillianus, dixerunt: anathema sit.*

AGATHONIS epistola: *Christus perfectè suscepit humanam naturam, absque ullo peccato: ut hanc etiam perfectè salvaret. Quod enim ab eo non susceptum est, nec salvatum est.*

(* lib. 1 de Summo bono. cap. 14.) (* lib. 7 Etymol. c. 2.) (* lib. 1 contra Judæ. c. ...) (* c. 9 v. 6.) ¶ De fine incarnationis inquit ISIDORUS: * *Per incarnationem Christi, non solùm Deo reconciliatus est homo, verùm etiam* G *pax inter homines & angelos reformata est.* Itèm: * *Ipse Dei Patris unigenitus Filius, dum esset æqualis Patri; propter salutem nostram, formam servi accepit.* Itèm: * *Filius Dei, propter nostram salutem incarnatus, & homo factus est. sic enim de eo prædicat Esajas:* * Parvulus, *inquit,* natus est nobis, & filius datus est nobis. Itèm: *Parvulus enim est Christus: qui homo natus est nobis; non sibi. Quòd enim homo factus est, nobis proficit, & ideò natus est. Filius autem datus est nobis: cujus, nisi Dei Filius? Principatus ejus super humerum ejus: sive quia crucem propriis portavit humeris,* H *sive quia titulum regni super humeros & caput ejus Pilatus scripsit.*

¶ De duabus naturis in Christo, ita scribit ISIDORUS: *Ex utero Virginis minor dicitur Patre Christus: scilicet juxta humanam assumtionem, non juxta divinitatem. Christus & in forma*

servi,

servi, servus, & in forma servi non-servus. In formâ quippe servi, A
Dominus servus; in formâ servi, hominum Deus. Christus in formâ
servi, propter conceptionis excellentiam, dominus est hominum:
quia etsi suscepit carnem, non tamen ex carnis libidinosâ conta-
gione Mediator Dei & Hominum Christus JESUS, nequaquam
alter in humanitate, alter in deitate est, sed in utrâque naturâ idē
unus est: nec purus homo cōceptus est, nec purus homo editus est; nec
postea meruit ut Deus esset, accepit sed Dei Verbum manens in-
commutabili essentiâ, quâ illi cum Patre & Spiritu sancto est co-
aeterna, assumsit carnem pro salute humanâ: in qua & impassibi- B
lis pati, & immortalis mori, & aeternus ante secula temporalis
posset ostendi Mediator Dei & Hominum, homo Christus JESUS
quamvis aliud sit ex Patre, aliud ex Virgine; non tamen alius ex
Patre, alius ex Virgine: sed ipse aeternus ex Patre, temporalis ex ma-
tre: ipse qui fecit, ipse qui factus est: ipse de Patre sine matre: ipse de
matre sine Patre: ipse cōditorum templum; ipse conditor templi: ipse au-
ctor operis; ipse opus auctoris manēs unus de utrâque & in utrâque na-
turâ, nec naturarū copulatione cōfusus, nec personarum distinctio-
ne geminatus. Ideo Deus in homine venit quia per se ipsum ab ho-
[* lib. 7. Etymol. c. 2.] minibus cognosci non potuit. Itèm:* Unde Unigenitus dicitur: sive C
quia Pater eum genuit sine matre, in aeternitate; sive quia mater
sine patre, in tempore. Itèm: Sic autem Dei Filio conjuncta est
humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona. So-
lus igitur Homo pertulit crucem: sed, propter unitatem personae,
[* 1. Cor. 2. v. 8.] & Deus dicitur pertulisse. Hinc est, quod scribitur:* Si enim co-
gnovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Fi-
lium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis;
sed ex infirmitate humanitatis: non ex sua natura permansione,
sed ex nostrâ susceptione.
[* Act. 13.] SPALENSE Concilium:* Sicut immaculata fides, & sancta D
Dei Ecclesia docet: cōfitemur Dominum nostrum JESUM Chri-
stum, intemporaliter ex Patre Deum natum; temporaliter ex u-
tero gloriosae virginis Mariae hominem editum; & ob hoc in unâ
existente personâ duas naturas habentem: deitatis, quâ ante se-
cula genitus est; & humanitatis, in quâ diebus ultimis editus est:
in illâ secundùm formam Dei; in istâ secundùm formam servi cō-
sistens. in illâ, Patri manens aequalis; in istâ, sine peccato, similis
nostrae conditionis: in illâ inviolabilis; in istâ, passibilis: in illâ, ex
quâ mori non potuit; in istâ, in quâ mortem suscepit. Itèm Con-
cilium secundum Spalense: Unus est Christus Deus & Homo, E
Caro & Verbum. Sed unde Deus, indè habet immortalitatem;
unde Homo, inde pertulit passionem: & unde Caro, indè mortuus;
& unde Verbum, inde aeternus. Neque enim potest esse deitate passi-
bilis, qui est virtute paternae gloriae naturae aequalis.
[* cap. 10.] TOLETANUM Concilium:* Incomprehensibilis natura
pietatis divinae, se conditioni mortalium, in unitatem personae,
conjunxit, mysterio redemtionis humanae.
[* in Actis Synodi 6. Constant.] AGATHONIS epistola:* Dominus noster JESUS Christus,
& Deus perfectus est, & Homo perfectus est, ex duabus & in dua-
bus naturis: ut, post admirabilem incarnationem existens, nec F
deitas sine humanitate, nec humanitas ejus sine deitate possit in-
telligi. Reddere itaque necesse est, quae divina sunt eidem Christo, ut
Deo; quae humana sunt, eidem, ut homini: & utraque per subsisten-
tialem adunationē unius ejusdémque Domini nostri JESU Chri-
sti, veraciter cognoscenda. Itèm: Veraciter creditur, quod idem i-
pse (scilicet Christus) duas habeat naturales operationes, divi-
nam scilicet, & humanam, inconditam, & conditam: ut verus &
perfectus Deus, verus & perfectus homo, unus idem ipse mediator
Dei & Hominum, Dominus JESUS Christus.
Actione 8. Constantinopolitani Concilii, plurimi Pa- G
tres, duas naturales actiones & voluntates in Christo Jesu,
post incarnationem ejus, confitentur; & contrarium sen-
tientes damnant. Tomo 2. Concil.
¶ Christi facta e Prophetis liquidò demonstrari, Isi-
[* lib. 1. contra Jud. ...] DORUS docet:* Testes Prophetas habemus: ex quibus divinita-
tem Salvatoris nostri, & nomen, gentē quoque, & genus, & patriā,
nativitatem, passiones, virtutes, curationes, comprehensiones, pal-
mas, flagella, consputationes, suspensionem, fellis & aceti potatio-
nem, tituli crucis inscriptionem, sepulcrum, infernum, incorru- H
ptionem corporis, resurrectionem carnis, ascensionemque ejus in
caelos, regnum atque judicium declaravimus.
[* lib. 1. contra Jud.] JULIANUS Pomerius ait:* Christus est signaculum omnium
Prophetarum; adimplens omnia, quae retrò de eo Prophetae nun-
tiabant.

DE SPIRITU SANCTO

DE Spiritu sancto sic docet ISIDORUS:* Spiritus sanctus creator est, sicut Pater: & verbum Spiritus sanctus Patris & Filii est, & indè unū sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; quia nihil habet Pater, quod non habeat Filius. Non enim res una, & duorum substantialis, poterit similiter ab eis procedere, & simul inesse; nisi unum fuerint, à quibus procedit. Spiritum sanctum pignus accepit Ecclesia, ut per eum unum corpus fierent credentes; per quē Pater & Filius unum essentialiter sunt, ipso Salvatore ad Patrē dicente:* ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Christus non tantùm à Patre, sed etiam à Spiritu sancto se missum testatur, dicente Prophetâ:* Accedite ad me, & audite. Non à principio in abscondito locutus sum, & ex tempore, antequam fieret, ibi eram: & nūc Dominus misit me & Spiritus ejus. Spiritus sanctus, pro eo quod consolator sit, Paracletus nuncupatur. Et reverâ, dum dona Sacramentorum distribuit, consolationē animae praebet. Credo equidem, quòd magnam laetitiā sentit; qui aliquid revelante Spiritu dicit. Donum Dei sancti Spiritûs in mēbris Ecclesiae singillatim dividitur: & in singulis singula dona tribuuntur. Christus autem omnem pulcritudinem gratiarum habuit. In Spiritu sancto omnis gratia donorum consistit: ipse enim, prout vult, gratiarum dona largitur.

[* lib. 1. de Summo bono. cap. 15.] [* Joh. 17. v. 22.] [* Esai. 48. v. 16.]

Quòd sit Deus, ISIDORUS inquit:* Spiritus sanctus ideò praedicatur Deus, quia ex Patre Filioque procedit, & substantiam eorum habet. Neque enim aliud de Patre procedere potuit, quam quod ipse est Pater. [* lib. 7. Etymol. ca. 3.]

De donis Spiritûs sancti, scribit ISIDORUS:* Septem sunt dona Spiritûs sancti, quae enumerantur; Spiritus sapientiae & intellectûs, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiae & pietatis, Spiritus timoris Domini. Quae primus homo habuit ante lapsum: postea haec omnia perdidit. [* de Numero 6.]

¶ Differentiam Spiritûs sancti ab aliis personis, sic declarat ISIDORUS:* Spiritus sanctus ideò nō dicitur genitus, ne duo in Trinitate filii suspicentur. Ideò non praedicatur ingenitus; ne duo Patres in ipsa Trinitate credantur. Itèm: Hoc autem interest inter nascentem Filium, & procedentem Spiritum sanctum: quòd Filius ex uno nascitur; Spiritus sanctus ex utroque procedit. & ideo dicit Apostolus:* Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. [* lib. 7. Etymol. ca. 3.] [* Rom. 8. v. 9.]

Spiritum sanctū regere homines, testatur CAESARIUS:* Sanctae, inquit, & spirituales animae, fervore accensae, Spiritu sancto aguntur; & ad omne opus bonum jugiter praeparantur. [* Homil. 31.]

¶ Quomodo Deus adsit rebus, declarat ISIDORUS, dicens:* Non ideò caelum & terram implet Deus, ut contineant eum: sed ut ipsa potiùs contineantur ab eo. nec particulatim Deus implet omnia; sed cùm sit idem unus; ubique tamen est totus. Non ità putandus est esse Deus in omnibus; ut unaquaeque res pro magnitudine portionis suae capiat eum, id est, maxima majus, & minima minus: dum sit potius ipse etiam totus in omnibus, sive omnia in ipso. Omnipotentia divinae majestatis, cuncta potestatis suae immensitate concludit; nec evadendi potentiam ejus quis invenire aditum poterit: quia ille omnia circumquaque constringit. Cuncta enim ante divinis judicii omnipotentiam coarctantur: sive quae constituenda sunt, ut salva sint; seu ea, quae amputanda sunt, ut pereant. Nullatenus ergo posse est effugere Deum quempiam: qui enim non habet placatum, nequaquam evadit iratum. Immensitas divinae magnitudinis ista est: ut intelligamus eum intra omnia; sed non inclusum, extra omnia, sed non exclusum: & ideò interiorem, ut omnia contineat; ideò exteriorem, ut incircumscriptâ magnitudinis suae immensitate omnia concludat. Per id ergo quod exterior est, ostenditur creator esse: per id verò, quod interior, gubernare omnia demonstratur. [* lib. 1. de Summo bono cap. 2.]

Nemo Deum potest videre, ut ISIDORUS docet:* Nemo, inquit, valet essentiam Dei plenè videre; etiam nec Angelus, quia dictum est:* Quis cognovit sensum ejus? [* lib. 6. c. eod.] [* Rom. 11. v. 34.]

¶ De phrasibus de Deo, sic scribit ISIDORUS:* Sunt autē & quaedam vocabula ex usu nostro ad Deum, sumta de membris nostris, sive de inferioribus. & quia in propriâ naturâ invisibilis, & incorporeus, pro efficientia tamen causarum, in ipso rerum [illegible] adscribuntur: ut more locutionis nostrae facilius se ipsum insinuet. ut quia omnia videt, dicatur oculus: propter quod [* lib. 7. Etymol. ca. 1.]

A *audit omnia, dicatur audire: pro eo autem quod avertitur, ambulat: pro eo quod exspectat, stat.*

† cap. 2. TOLETANUM Concilium VIII. † *Incommutabilis, eademq; semper exsistens Dei natura, parcens, sua sæpe in Sacris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. unde, quamlibet sit impassibilis, atque immutabilis; ejusdemque, dictatu licet sint dicta firmissima: crebro tamen ejus & juramenta leguntur, & pœnitentiæ: quæ sacris exstant mysteriis adoperta. Jurare namque Dei est, a se ipso nullatenus ordinata convellere: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare.* B

DE CREATIONE.

† cap. 13. BRACARENSE Concilium inquit: † *Si quis dicit, Creationem universæ carnis non opificium Dei esse, sed malorum angelorum; sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.*

† in Actis Syn. 6. Constant. SOPHRONIUS, Hierosolymorum episcopus, in epistola ad Sergium, Constantinop. patriarcham: † *Omnia, non tantum visibilia; sed & invisibilia unus Deus condidit, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: illa sempiterna natura, quæ nescit exordium, & ex non-exsistentibus protulit, ut exsisterent, & non exsistentia repente protulit; & horum multorum millium differentias* C *prudenter produxit. Omnia enim per unigenitum Filium Pater in Spiritu sancto fecit: quæ & sapienti providentia continet.*

Dextra Dei cuncta creavit, & continet. In acclamatorio sermone Episcoporum, ad Constantinum Imperatorem, *tomo 2. Concil.*

¶ Confutatur error quorundam in BRACARENSI Concilio: † cap. 7. † *Si quis credit, quod aliquantas in mundo creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates, ipse Diabolus sua auctoritate faciat; sicut Priscillianus dixit: anathema sit.* † cap. 12. Item: † *Si quis, plasmationem humani corporis, Diaboli dicit figmentum esse: & conceptiones in uteris matrum, operibus dicit dæmonum figurari: propter quod resurrectionem carnis non credit; sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.* D

DE PRAESCIENTIA DEI.

† lib. 1. de Summo bono. cap. 10. ISIDORUS inquit: † *Sicut Deus præscivit hominem peccaturum; ita & præscivit, qualiter illum per suam gratiam repararet, qui suo arbitrio potuisset deperire.*

DE PRAEDESTINATIONE.

† lib. 2. de Summo bono. cap. 6. ISIDORUS scribit: † *Gemina est prædestinatio: sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem. Utraque divino agitur judicio: ut semper electos superna & interiora sequi faciat; semperque reprobos, ut infimis & exterioribus delectentur, se deserendo permittit. Quamvis justorum conversatio in hac vita probabilis sit: incertum tamen hominibus est, ad quem sint finem prædestinati; sed omnia reservantur futuro examini. Mira dispensatio est supernæ distributionis.* E

DE ANGELIS.

† lib. 1. de Summo bono. cap. 10. *Angelorum nomen*, inquit ISIDORUS, † *officii est, non naturæ. nam secundum naturam, Spiritus vocantur.*

Nam Angelorum esse mutabilem, idem ISIDORUS docet: † ibid. † *Natura Angelorum mutabilis est: quia inest in mutabilitas in natura; sed facit eos incorruptos sempiterna charitas. Gratia, non natura sunt incommutabiles. Nam, si natura incommutabiles essent: Diabolus non utique cecidisset. Mutabilitati itaque naturæ suffragatur in illis contemplatio creatoris.* F

Quando creati sint, suam recenset opinionem ISIDORUS: † lib. eod. cap. 11. † *Ante omnem creaturam facti sunt Angeli; dum dictum est:* † Gen. 1. v. 3. † Fiat lux. *De ipsis enim dicit Scriptura:* * Sirac. 1. v. 4. Prior omnium creata est sapientia. *Ante omnem creationem Mundi, creati sunt Angeli, & ante omnem creationem Angelorum, Diabolus conditus est. sicut scriptum est:* † Job. 40. v. 14. † Ipse est principium viarum Dei. *Unde & ad comparationem Angelorum, Archangelus appellatus est.* Et de completione Angelorum ait: † ibid. † *Bonorum angelorum numerum, qui post ruinam angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum supplebitur: qui numerus soli Deo est cognitus.* G

DE BONIS ANGELIS.

Angelos non esse ex natura Dei. BRACARENSE Concilium I. docet: † cap. 5. † *Si quis animas humanas, vel angelos, ex Dei credit substantia exstitisse; sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.* H

Gradus esse Angelorum, testatur ISIDORUS. † lib. 1. de Summo bono cap. 10 † *Inter angelos distantia potestatum est; & pro graduum dignitate, ministeria iisdem distributa: aliiq; aliis præferuntur, tam culmine potestatum, quam scientia virtutis. Subministrant ergo alii aliorum præceptis, atq; obediunt jussis. Unde apud Ezechielem angelus angelum mittit. Novem esse distributiones vel ordines angelorum, sacra Scriptura testantur: id est, Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim, & Seraphim.*

† ibid. De ministerio angelorum idem ISIDORUS monet: † *Boni*, inquit, *angeli ad ministerium salutis humanæ deputati sunt: ut curas administrent Mundi, & regant omnia jussu Dei, testante Apostolo.* † Hebr. 1. v. 14. † *Singulæ gentes præpositos habere angelos creduntur. quod ostenditur testimonio Angeli, Danieli loquentis:* † cap. 10. v. 13. † Ego, inquit, veni, ut nuntiarem tibi hæc; sed princeps regni Persarum restitit mihi. Item: *Omnes homines, angelos habere probantur.* Libro primo de Summo bono, cap. 10. B

DE DIABOLIS.

Mortis nomine Diabolus appellatur, sicut de eo scriptum est: † Apoc. 6. v. 8. † Et erat illi nomen Mors. *Concilium Toletanum XII. cap. 11.*

Substantiam habet Diabolus a Deo. BRACARENSE Concilium: † cap. 7. † *Si quis dicit, Diabolum non fuisse prius angelum bonum a Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam ejus, sed dicit, eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum esse principium atq; substantiam mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.* C

De casu Diaboli, inquit ADELHELMUS, veraciter credendum esse: *Luciferum parasitorum sodalibus vallatum, & apostatarum satellitibus glomeratum, in profundum superbiæ barathrum, ante hominis creationem, corruisse, & propterea a Deo punitum esse.*

De natura & machinatione Diaboli, sic scribit CÆSARIUS: † Homil. 14. † *Exsultat adversarius noster,* (Diabolus) *quando nos videt maxima contempsisse, ut minimis deformius irretiamur.* Item: † Hom. 9. † Diabolum vocat *crudelem humani generis hostem, qui solet incautos & negligentes iniqua calliditate decipere.* Item: † Hom. 16. † *Diabolus blanditur, ut perdat, &c. Ipse brevissimo tempore, per viam latam & spatiosam, superbientes, vel luxuriantes, ducit ad mortem.* Item: † Hom. 21. † *Adversarius noster Diabolus regnat in Mundo & nos putamus, quod non patiamur persecutionem.* Item: † Hom. 30. † *Diabolus tunc nos maxime impugnare consuevit; quando nos contra se spiritualibus armis præparatos esse cognoverit. Et quia nos non potest corporaliter de Ecclesia conventu repellere; in ipsa Ecclesia infructuosis nos studet sermonibus occupare.* Item: † Hom. 31. † *Astutus & crudelis hostis Diabolus, calliditate veteris artificis, ac multiformis ingenii, animas, quas semel persuasione nequissima desides, ac tepidas, vel negligentes, effecerit, etiam malorum subversione, sibi servire compellit.* D E

ADELHELMUS inquit: *Diabolum infatigabiliter, etiamsi aliquando Christi gratia vincatur, homines tentare, & impugnare. Gastrimargiæ draconem, qui Adamum decepit, abstinentia explodendum: superbiæ matricem, quæ cœli famulatum turbavit, ex latebris animæ eliminatam, procul divino terrore trudendam, docet.*

BRACARENSE Concilium: *In hac lacrymarum valle, versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus.* Item: *Adversarius Satanas requiescere minime sinit: sed tanquam armigeros, & telorum portitores, adversus Christum proprios ministros exsuscitat; errorum doctrinis, velut occultis gladiis, multorum mentes fraudulenter perimentes.* In acclamatorio sermone Episcoporum ad Constantinum Imperatorem. Et: *Desiderabile est dæmoni, qui generi humano semper infestus est, separare hominem a Deo, qui factus est ad imaginem Dei; & multimodis deceptionibus fallere. Sic nihil est ei sic studiosum, atque officiosum, quam pietatem oppugnare, & Ecclesiasticæ pacis statum perturbare.* F

DE HOMINE.

De partibus Hominis inquit ADELHELMUS: *Homo ex duplici & gemina materiæ substantia constat. & sicut exterioris hominis natura, qui in propatulo formatus visibiliter conspicitur, haud difficillime deprehendi potest: ita interioris qualitas, cœlesti afflata spiraculo, juxta Geneseos relatum, creditur.* G

De dignitate Hominis, inquit ISIDORUS: † lib. 1. de Summo bono cap. 11. † *Universitatis creatura Homo magna quadam portio est: tantoque gradu est ceteris excellentior; quanto imagini divinæ vicinior.*

CÆSARIUS ait; † Hom. 3. † *Animam ad Dei imaginem [illegible], carnem vero de limo terræ formatam esse.* Item: † Hom. 12. † *In an[illegible] & in mente ad imaginem Dei facti sumus: secundum carnem [illegible] de limo terræ formati sumus. Qui ergo plus amat carnem, quam [i]maginem suam: imaginem Dei vult deponere deorsum; & terr[am] erigere sursum.* H

Ba[illegible] qui animas humanas ex Dei credit substantiâ [illegible] sicut Mani[chæi] [illegible] & Priscillianum dixerunt: anathema sit. [Item]: * Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in[illegible] sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

De lapsis hominibus ait C[æsarius]: * Humana vita, misera vita laboribus & doloribus plena: in qua usus brevis est, & ipsa brevitas semper incerta.

DE PECCATO

Distinguit inter peccatum capitale, & minutum, CÆSARIUS. * Capitalia peccata vocat sacrilegium, homicidium, adulterium, &c. Minuta, quoties aliquis in cibo aut potu plus sumserit, quam necesse est, aut plus loquitur, quam oportet. Item, * Mortalia crimina vocat, homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium.

¶ Unde sit peccatum, docet ISIDORUS: * Malum à Diabolo non est creatum, sed inventum. & ideò nihil est malum: quia sine Deo factum est nihil. Deus autem malum non fecit. Creditur ab Hæreticis, mentem à Deo, vitia à Diabolo fuisse creata. unde & ab ipsis duæ naturæ, bona & mala, putantur. Sed vitium natura non est. & dum vero à Diabolo fit, non tamen creatum est: non quia alicubi, aut aliquando erat malum, unde fieret diabolus malus: sed quia vitium est, dum esset angelus bonus, superbiendo effectus est malus. Et ideo recte dicitur, ab eo inventum malum.

C[æsarius] [illegible], Homines ex humana fragilitate, & Diaboli calliditate, involvi peccatis, ait. *

¶ Naturam peccati ita explicat CÆSARIUS: * Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut, quantum amplius unusquisque peccaverit, tantum minus ipsa peccata intelligat, & tunc, cùm plus peccare delectat, veniet illud, quod Propheta peccatoribus clamat: * Non est Deus in conspectu ejus. Etenim quando subrepit peccandi delectatio, statim futuri judicii diem abscondit oblivio.

De effectu peccati, inquit CÆSARIUS: * Peccatum, si diu dominari permittitur, omnibus Sanctis & Dominum timentibus putorem teterrimum exhalare cognoscitur.

Omnes homines esse peccatores, CÆSARIUS docet: * Nullus sine peccato esse potest.

¶ De Superbiâ scribit ADELHELMUS: In conflictu octo principalium vitiorum, licet ultima ponatur superbia: tamen quasi atrox regina, monarchiam præ cæteris sibi usurpare dignoscitur. Inde hanc Diabolum, ante hominum creationem cecidisse, dicit.

DE ORIGINALI PECCATO.

VNde sit peccatum originis, ADELHELMUS docet: Hominem materna fœcunditas, nativitatis matrice, immundum ed[idit].

T[oletanum] [illegible] Concilium XII. * Parvulorum infantium vita, originali peccato obnoxia est.

¶ Effectum originalis peccati CÆSARIUS exponit, dicens: * Omnes populi, peccatores & justi, exeuntes de corpore, in infernum descendebant, propter originalia peccata, quæ de Adam traximus pro eo, quòd primus homo Adam in paradiso transgressus [f]uit mandatum Dei.

ADEL[HE]LMUS ait: Cuncti violentis naturæ legibus addicti, & primæ prævaricationis nexibus adstricti, quasi inevitabile vectigal, & fiscale tributum, generalem mortem pendere coguntur.

DE JUSTIFICATIONE.

Deum velle homines in gratiam recipere, docet AGA[THO]: Dominus omnium, non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat: gaudet super unum pœnitentem magis, quam super nonaginta-novem justos, ad liberandam ovem perditam suæ majestatis inclinans potentiam, de cœlis ad terras descendit.

Christum [nos] redemisse suo sanguine, docet CÆSARIUS: * Nos non argento, nec auro, sed pretioso sanguine Christi, redemtos esse [credimus]. * Quod Diabolus per superbiam dejecit, Christus per humilitatem erexit: quia, ad vulnus superbiæ, medicamentum humilitatis exhibuit. Item: * Attende pretium tuum: respice Dominum tuum, considera, quale pretium pro te dedit. Sanguinem suum pro te fudit: charum te habuit, qui tam care redemit. Et: * Sed quia vidit Deus, quòd totus Mundus periret; misertus est humani generis, misit Filium suum, natum ex muliere, factum sub lege &c. Descendere dignatus est Filius Dei de sede patris, hoc est, verbum in uterum san[ct]æ Mariæ semper virginis. [Ad] tantâ humilitate venit: ut per humilitatem vinceret Diabolum, mortisque autorem, & [rep]araret humanum genus. [illegible] cum Patre fulgebat: in terra p[illegible] usus in præsepio jacebat. Item: * Videte, quam charos nos Dominus habuit: non auro, non argento, non speciebus, sed suo sancto sanguine nos [red]emit.

ADEL[HE]LMUS [illegible]: * A summo cœlorum [fast]igio renovanda Dei proles [illegible] tenebrosam [illegible] & drachmam perditam quæsitura, alvum incontaminatæ puerperæ virginali puerperio prædita sine periculo perpetua pudicitiæ & dispendio castitatis intrat. Item: Christum pa[illegible] patibula atque lethi [pr]ostibula virginum origo virginum commendabat, tutamini. Idem, Christum æternum medicum vocat, ipsumque nobis cœlestis medicinæ antidotum adversus peccata, sua passione propinasse dicit. Christum dicit protoplasti piacula expi[asse] & totius Mundi flatum profugatum tenebrarum principibus [fu]isse. Item, Christo patrocinii adminiculum præstante, [be]atitudinis coronam nos assequi. Item: Dominus & Salvator noster à summo cœlorum fastigio descenderit, ut chirographum protoplasti deleret, & Mundum pace sequestrâ reconciliaret.

AGATHONIS epistola: * Ipse conditor omnium ac redemtor, cum posset in sua divinitatis majestate, in seculum veniendo, mortales perterrere, humanitate mansuetissima [et] clementia humiliter ad nostra descendens, quos creavit, dignatus est & redimere: qui & spontaneam de nobis ore de se fidei confessionem exspectat.

CONCILIUM Toletanum [X]I. * Solum Filium fatemur, ad redemtionem humani generis, propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter & nostro libero arbitrio contraximus, resolvenda, à secreto Patris arcanoque, prodiisse. Idem Toletanum Concilium inquit: Hic ergo Dominus noster JESUS Christus, missus à Patre, venit in hunc Mundum, peccatores salvos facere, & credentes justificare faciensque mirabilia, traditus est, propter delicta nostra; mortuus est propter expiationem nostram; resurrexit propter justificationem nostram: hujus livore sanati, hujus morte Deo Patri reconciliati, hujus resurrectione sumus resuscitati. Et paulo pòst: Hac fide corda purificantur, hac hæreses exstirpantur: in hac omnis Ecclesia, collata jam cœlesti regno, decoratis in seculo præsenti gloriatur: & non alia in fide est salus. nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Item: Considera, quanta, pro absolutione nostri, & liberatione, creator Dominusque noster pertulerit; quibus se contumeliis so afficiendum tradiderit, ut nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Ex epistolâ Martini ad Amandum episcopum, tomo 2. Conciliorum.

Item, Patres in Toletano concilio XI. dicunt: Christum sibi sponsam suam pretiosissimâ sui sanguinis effusione conciliasse. Ibidem: Christum, sine peccato natum, sine peccato mortuum credimus: qui solus pro nobis peccatum factus est, id est, sacrificium pro peccatis nostris: tamen passionem ipsam, salvâ divinitate suâ, pro delictis nostris sustinuit.

De passione Christi etiam SPALENSE Concilium II. ait: * Ecce pronunciata est passio corporis Christi ex Lege, & Prophetis. Cujus quidem fidei veritas est tam efficax, ut eam nec tyranni suâ potuerint crudelitate confundere; nec Hæreticorum subdola circumventio pessundare; nec Hypocritarum diminuere fallax simulatio.

¶ De Fide, inquit ISIDORUS: * Fides est, quâ veraciter credimus id, quod nequaquam videre valemus. Nam credere jam non possumus, quod videmus. Proprie autem nomen fides inde est dictum; si omnino fiat, quod dictum est, aut promissum. Et inde fides vocata, ab eo, quòd fit illud, quod inter utrosque placitum est; quasi inter Deum & Hominem. Hinc & fœdus.

A[G]ATHO in epistolâ: * Sola est nostra substantia, fides nostra: cum quâ nobis vivere, summa est gloria: pro quâ mori, lucrum æternum est. Item. Quod nullâ veritate fundatum est, necesse est ut erroris inconstantiâ varietur. Nam vera fides immutari non poterit; nec aliter nunc, aliter postmodum prædicari. Item: Constantinus Imperator dicit: inflexibilem & inconcussibilem fidem in Deum, esse fundamentum Reipublicæ. Christum in eâ, tanquam propriam domum suam, construxisse Ecclesiam.

¶ Omnia peccata remissibilia esse agentibus pœnitentiam, docet CÆSARIUS: * Sed fortè cogitat aliquis, se tam gravia admisisse peccata, ut Dei misericordiam promereri non possit. Absit hoc à sensibus omnium peccatorum! O homo, quicunque ille es, peccatorum tuorum multitudinem attendis, & omnipotentiam cœlestis Medici non attendis? Cùm enim Deus velit misereri

quia

[illegible] ens [illegible] contra sedivina [illegible] misericordia [illegible] Dominum [illegible] eris, aut nõ velle, aut non posse credit [illegible] eum aut bonum aut omnipotentem esse, d[illegible]. Nemo ergo [illegible] natum pe[illegible] ta, nec p[illegible] cri-mina, de Dei misericordia desperet. Si tamen non desperet: ut si-ne ulla mora [illegible] festinet [illegible] si consue-tudinem peccandi fecerit, etiamsi velit, jam se a Diaboli la-queis liberare non possit.

Julianus Pomerius [illegible]: † *Dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis Domini nostri JESU Christi omnibus in eum [cr]edentibus remittuntur.*

[illegible] docet Cæsarius: † [illegible] præsto est [illegible] vult pre-[illegible] Sed secure esto te [illegible] valet [illegible] m Christum quam ad deprimendum Diabo[lus].

Sua [illegible] tate nos [illegible] tat in docere Christum, idem Cæsarius monet, dicens: † *Christus Dominus noster, per ar-ctam & an[gustam viam], humiles [&] obedientes perducit ad vi-tam. Et illi qui Christum pe[illegible] tam sequuntur, post bre-ves angustias ad æterna merebuntur [illegible] pervenire.*

DE BONIS OPERIBUS.

Tantum in Ecclesia fieri verè bona opera, docet Adelhelmus: † *Bonorum, inquit, operum emolumenta nihil prosunt, si extra catholicam gerantur Ecclesiam.* Itèm: *Sine [e]cclesia catholica unitate & Christianæ religionis concordia, fi-des otiosa torpescit; & merces futura fatiscit.*

De Bonis operib. inquit Cæsarius: † *Hæc sunt præcipua sacrificia, hæc pinguia holocausta: quæ in conspectu Domini, in o-dorem suavitatis ascendunt. Suavis benignusque sermo, mens ab omni maledicto, [&] ab omni malitia libera: & devitatis [illegible] Spiritui sancto [illegible] humilitati & quieti operam dare.*

De dilectione [illegible] scriptum est in Concilio Toletano [illegible] dilectione sola discernitur, quis ex quo genitus approbetur.
[illegible] addidit: *Ecce, homicidam esse probabiliter declaratur, qui a fratre [illegible] dividitur. Nam etsi manum non moveat ad [homicidium] pro eo tamen, quod immunis est ad ignoscendum, jam [à] Deo homicida tenetur. Vivit ille; & iste jam interfector esse convincitur.*

Nihil propius ad Deum pertingit dilectione, quæ per fidem est erga ipsum. In epistolâ Constantini Imp. ad Synodum Ro[illegible] Concil.

[illegible] brissima fides [illegible] lucet, ubi gemina, Dei videlicet & proximi, charitas fervet. In epist. Leonis Papæ ad Constanti-num Imp. tomo 2. Conciliorum.

DE ORATIONE.

Quòd sit orandum, monet Cæsarius, dicens: † *Chri-stus non indigebat quicquam, sed nobis exemplum suæ orationis re-media præparabat.*

Quis sit invocandus, docet Adelhe[lmu]s, inquiens: *Orantium pro nobis Beatitudinem [illegible], alma Trinitas, una dei-tatis substantia, & trina personarum [sub]sistentia, totius Mundi mo-narchiam gubernans, ab alto cæli culmine jugiter tueri di-gnetur.*

Toletanum Conc[ilium] VIII. † *Adspira sancte Spiritus, & d[u]cito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantiæ nostræ. Ecce enim pere[illegible] in littore [illegible] nostris pro-[illegible] Atque hinc [illegible] obvia [illegible] naufra[gi]orum obicibus, quò disputationis nostræ vela pandamus, attentionis [c]onsiderationis [illegible] cernimus. Sed adspira tu sis tu sancte Spiritus, & dato nobis, te donante [illegible] quod ubi [illegible] ubere implere posse, quod jus-serunt perlustrando illuminas quod nescimus; & adjuvando per-[illegible] implere pave[illegible] ergo [illegible] te requiescentes, & [illegible] paveribus abjectis, commercia [illegible] dispo-nere [illegible] illa [illegible] & in gloriam tuæ omnipotentiæ conserventur, & human[æ] saluti te annuente donentur.*

Pro R[eg]e & Ma[gi]str[atu] [illegible] m[o]net Conc[i]lium VI. Toletan[um]. † *Grati[as] omnipot[enti] Domino cælorum [illegible] [e]rrorem fidei Reg[is] nostri eo quod ei [illegible] illustrem crea-verit animam & sua reple[verit] [illegible]. Ipse quoque donet ei, & in præsenti seculo lon[g]ævam vitam, & in futuro [gl]oriam æter-nam.* Itèm: † *Ex toto præcordiorum [illegible] dainus gloriam & honorem, soli æterno & immortali Deo Patri, & Filio, & Spiri-tui sancto: cujus dono collatum nobis agnoscimus, pro ejus Ecclesiæ statu & gerere curam, & posse sacri regiminis competentia dis-ponere jura. A quo petimus & optamus ut, porrecta sui [illegible] studi-ne feliciorum dierum sacratissimi Principis vitâ, eum cum omni gloriarum decore, perpetim faciat pollere salute. Nos quoque at-tribuat, susceptum Ecclesiæ suæ regimen cum æquitate dispenere, ac folicitudine gubernare, & in pace tenere: ut post hujus Mundi suscepta pericula, pervenire possimus ad cælestia regna.*

Sophronius, Hiero[s]olymorum episcopus in episto-
B là [ad] Sergium Const[an]tinopolitanum patriarcham mo-net: *ut pro Imperatoribus oret; ut Deus eis annorum copiosam multitudinem condonet, [v]ictoriasq́ maximas adversus Barbaros intendat & trophæa & filios [illegible] coronet.* Tomo 2. Conc'l. Et: *Domine, salvum fac Regem nostrum, qui post te cor-roboravit fidei fundamentum: benedicito vitam ejus, & dirige [in]gressus cogitationum ejus. Conterat virtutem inimicorum suorum; & resistentes et continuò corruant, quia fecit judicium, & justi-tiam sempiternam, & periclitanti veritati manum porrexit, po-pulumq; tuum salvavit, ad eadem sapere eos concilians.* In accla-
C matione tertiæ [acti]one tomo 2. Concil.

¶ De effectu Orationis inquit Cæsarius: † *Quomodo navis se [illegible] sic anima ab omnibus malis oratione do-minica liberatur; si dicat, & verum dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

Toletanum Concilium IV. † *Delet ergo hæc quotidiana o-ratio dominica, minima & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus vita fidelium, etiam scelerate gesta, pœnitendo in melius mutata discedit. Ergo si[c]ut Christus præcepit, sicut Apostolus mo-nuit, & quemadmodum Doctores ecclesiastici instituerunt: quia
D quotidie, vel cogitatione, vel [illegible] inquinamus, quotidie hanc o-rationem in conspectu Dei effundere debemus.*

¶ Gratiarum actionis exemplum est in [Toleta]no Con-cilio IX. † *Grates exsolvimus immortali Domino, [illegible] cujus dis-positione mirabili, ad hunc sanctæ congregationis cœtum meri-mus adunari: obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenis-simo Domino, & amabili Christo, Recesuintho Principi glorioso, ita præsentis vitæ felicitatem impendat: ut angelicæ beatitudinis gloriam post longæva tempora concedat: atque ita nos ejusdem felicitatis lætos efficiat; ut in terrâ viventium remune-
E randos attollat.*

DE POENITENTIA.

Agendam esse pœnitentiam, docet Cæsarius: † *Quo-ties evenerit, ut in quocunq; gravi peccato, aut etiam crimine, ali-quis (ut solebat humana fragilitas) cadat: nec, quia Deus justus est, desperare; nec, quia misericors est, debet nimia securitate confide-re. Sed sic timeat justitiam, ut quærat misericordiam: sic de mise-ricordiâ confidat, ut tamen justitiam contremiscat. Quia quantò [no]s Deus diutiùs exspectat, ut corrigamur: tanto graviùs vindi-cat, si de conversione tard[è] cogitemus.* Itèm: † *Erubescimus mo-
F do parvo tempore pœnitentiam agere, & non timemus sine ullo termino æterna supplicia sustinere. O infelix homo, de ipso vulne-re non erubescis; & de ligatura vulneris erubescis. Peccatum enim vulnus est, pœnitentia, ligatura vulneris.* Itèm: † *Nemo desperet: sed nemo male speret. Male desperat, qui credit, quod, etiãsi pœni-tentiam agat pro peccatis suis, divina misericordia nõ indulgeat. Male autem sperat, qui se post multa tempora ad pœniten-tiæ medicamenta reservat.* Itèm: † *Non erubescat pœnitentiam agere, qui non erubuit pœnitenda committere: sed cito in se bonis operibus contendat Dei imaginem reparare; ut inter filios me-
G reatur agnosci a patre, ne ab illa æterna beatitudine exclusus, & à convivio nuptiali projectus, ligatis manibus & pedibus projiciatur in tenebras exteriores.* Et: † *Ubi aliquis ex nobis cujuslibet pec-cati vulnus acceperit: antequam longâ consuetudine putre-scat & fœteat, omni celeritate ad pœnitentiæ medicamenta confugiat.*

¶ Quòd Deus velit peccatores, agentes pœnitentiam, re-cipere docet Cæsarius inquiens: † *Deus paratus est, nobis, si in veritate convertimur non solùm peccata dimittere, sed etiam æternam beatitudinem dare.*

H Hìc agendam esse pœnitentiã, docet idem Cæsarius: † *Donec adhuc vivimus in hoc corpore; possumus nos [cu]m Dei adjuto-rio emendare, atque corrigere. Si verò nos multis criminibus involutos ultimus dies invenerit; corrigendi tempus non erit. [Erit] enim tunc, sicut omnibus Sanctis æternum gaudium, ita peccato-*

ribus sine fine supplicium: sed illis hoc erit, qui se per pœnitentiam emendare noluerunt.

* Hom. 38. De effectu pœnitentiæ, inquit idem CÆSARIUS: † *Ille qui in præsenti vitâ semet-ipsum per pœnitentiam judicat, ad futurum iterum non rejudicatur: quia hic in præsenti vitâ terminatur.* Et:* *Qui egerit veram pœnitentiam & solutus fuerit à ligamento, quo erat constrictus; & à Christi corpore separatus, bene post pœnitentiam vixerit: post reconciliationem, cum defunctus fuerit, ad Dominum vadit; ad requiem vadit, & a regno Dei non privabitur & a consortio Diaboli separabitur.*

* Hom. 39 & 40.

* cap. 8. CABILLONENSE Concilium:* *Pœnitentiam peccatorum, quæ est medela animæ, utilem omnibus hominibus esse censemus.*

* lib. de Offic. II. ¶ Non posse nimis seram esse pœnitentiam, ISIDORUS docet:* *Duplex est pœnitentiæ gemitus: vel dum plangimus quod malè gessimus, vel dum non egimus quod agere debuimus. Ille veram pœnitentiam agit, qui nec pœnitenda præterita negligit; nec pœnitenda committit. Ergo, qui per gratiam Dei ad pœnitentiam convertitur, perturbari non debet; quia terminus est ultimæ vitæ. Quoniam Deus non respicit, quales ante fuimus, sed quales circa finem vitæ exsistimus. Ex fine enim suo unumquemque, justificat aut condemnat sicut scriptum est:* * Ipse judicat extrema terræ. *Et alibi:* Universorum finem ipse considerat. *Proinde non dubitamus, circa finem justificari hominem, per pœnitentem compunctionem. Sed quia rarò id fieri solet, metuendum est, ne, dum ad finem differtur conversio, ante occupet mors, quam subveniat pœnitentia. Proquâ re etsi bona ad extremum est conversio: melior tamen est, quæ longè ante finem agitur; ut ab hac vitâ securus transeat.*

* 1. Sam. 2. v. 8.

DE BAPTISMO.

* lib. 1. Summo bono. cap. 21. Tantum in Ecclesiâ Christi esse salutem Baptismatis, ISIDORUS testatur, inquiens:* *Sola Ecclesia catholica habet Baptismum ad salutem.*

* Homil. CÆSARIUS inquit:* *Per aquam, quæ de latere Christi emanavit, Baptismi sacramentum significatur.*

* Tomo 2. Concil. De unico Baptismo, inquit TOLETANUM Concilium XI.* *Intra Ecclesiæ gremium constituti, unum Baptisma credimus.*

* cap. 5. De Baptismi utilitate, inquit Toletanum Concilium IV.* *In aquis mersio quasi ad infernum descensio est: & rursus, ab aquis emersio, resurrectio est.* Itèm: *Videas, in eo unitatem divinitatis, & trinitate personarum ostendi unitatem, dum semel mergimus, trinitatem, dum in nomine Patris, Filii, & Spiritûs sancti, baptizamus.* Paulò pòst: *Mare rubrum significat Baptismum, Christi sanguine consecratum, per quod populus sub columnâ ignis & nubis semel transiit: ubi tamen tota Trinitas erat, præcedente populum columnâ ignis & nubis. In igne quippe significatur Pater, in columnâ Filius; in nube Spiritus sanctus. Jordanis quoque, fluenta cum arcâ populus Dei semel transiit: per quod significatur simpla mersio Baptismatis: cujus sacramentum Ecclesia ablutur; & de seculi hujus laboribus per Baptismum, quasi per Jordanem, ad terram cælestis repromissionis ingreditur.*

* lib. 1. de Summo bono. cap. 23. ¶ De infantibus non-baptisatis, & fructu Baptismi, tale judicium suum profert ISIDORUS:* *Pro solo peccato originali, luunt in inferno nuper-nati infantuli pœnas; si renovati per lavacrum non fuerint. Proinde, pro hac causa nuper natus damnatur infans; si non regeneratur, quia originis noxitate perimitur. Cur parvuli, originali peccato carentes per Baptismum, & nec-dum proprium habentes delictum, à bestiis pœnisque cæteris laniantur, hæc causa est. Baptismus enim à pœnâ æternâ; non à præsentis vitæ supplicio, liberat. Quòd-si a pœnâ præsenti homines liberarentur per Baptismum, ipsum putarent Baptismi præmium, non illud æternum. Ergo, soluto reatu peccati, manet tamen quædam temporalis pœna: ut illa vita ferventius requiratur, quæ fit à pœnis omnibus aliena. Nullus negat fidelium, etiam post Baptismum, quo peccata delentur quotidie, quamdiu in isto seculo sumus, ad Deum nos debere converti.*

DE CŒNA DOMINI.

* Hom. 5. CŒnam Domini vocat CÆSARIUS* *spiritualè & divinum convivium.* Et paulò pòst, *cibum animæ.*

* lib. 6. Etym. cap. 18. ISIDORUS,* Sacramenta recensens, nominat Cœnam *corpus & sanguinem Christi.*

* lib. de Offic. II. Idem inquit:* *Omnes invicem dignè sacramenta corporis & sanguinis Christi consocientur.* Ergo omnes utrâque parte Cœnæ hoc tempore usi sunt: nō tantùm Sacerdotes; sed et* Laici.

¶ Sacramenta, per malos Ministros etiam administrata,

A esse efficacia, testatur ISIDORUS, dicēs:* *Unde seu per bonos seu per malos ministros, intra Dei Ecclesiam dispensentur, tamen quia Spiritus sanctus mysticè illa vivificat, qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur hæc dona, nec malorum attenuantur: quia, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus. Unde & Græcè Mysterium dicitur; quòd secretam & reconditam habeat dispensationem.*

* lib. 6. Etymol. cap. 18.

DE ECCLESIA.

B De appellationibus Ecclesiæ, ait ISIDORUS:* *Ecclesia dicitur convocatio: quia omnes ad se convocat. Catholica universalis.* Itèm paulò pòst: *Pro peregrinatione autem præsenti Ecclesia Sion dicitur, eò quod ab hujus peregrinationis longitudine posita promissionem rerum cælestium speculetur, & idcirco Sion, id est, speculatio nomen accepit. Pro futura verò patriæ pace, Hierusalem vocatur, nam Hierusalem pacis visio interpretatur. Ibi enim absorpta omni adversitate, pacem, quæ Christus est, præsenti obtutu possidebit.*

* lib. 8. Etymol. cap. 1.

* Hom. 11. De duplici Ecclesiâ, inquit CÆSARIUS:* *Discernuntur filii Dei & Diaboli filii humilitate atque superbiâ. Quemcunque,*

C *superbum videris, Diaboli filium esse, non dubites: quemcunque, humilem conspexeris, Dei esse filium confidenter credere debes.* Itèm: *Duo ædificia, & duæ civitates, a Mundi initio construuntur: unam ædificat Christus; alteram Diabolus: unam ædificat humilis; aliam superbus. una humiliatur, ut firmiter surgat: alia erigitur, ut infeliciter cadat. In fabricâ Christi, qui ædificantur de imis levantur ad summa: in fabricâ verò Diaboli, de sūmis ad ima præcipitātur.*

* lib. 7. Etym. cap. 9. ¶ De fundamento Ecclesiæ, ISIDORUS inquit:* *Petrus à petra nomen accepit, hoc est, à Christo, super quem fundata est Ecclesia.*

D *Non enim a Petro petra; sed Petrus a petrâ nomen sortitus est: sicut non Christus a Christiano: sed Christianus à Christo vocatur. Ideòque ait Dominus:** Tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo Ecclesiam meā. *quia dixerat Petrus,** Tu es Christus, filius Dei vivi. *Deinde ei Dominus:* Super hanc petrā, quā confessus es, ædificabo Ecclesiā meā. *Petra enim erat Christus: super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus.* Et Constantinus Imperator dicit:* *Christum, tanquam propriam domum suam, super fidem suam construxisse Ecclesiam.*

* Matth. 16. v. 18. * vers. 16.

* Tomo 2. Concil.

Colligi Ecclesiam verbo, ADELHELMUS docet: *Ecclesia*

E *bis acuto Testamentorum mucrone, hominum vitaliter corda transverberans, hæreditariam legitima æternitatis sobolem cælestis verbi fœcundat semine.*

* cap. 4. Caput Ecclesiæ Christus est. TOLETANUM Concilium VIII.* *Nam, dum secundùm capitis assumptum mysterium, Ecclesia una fuerit dignatus caput exsistere Christus, meritò in membra ejus, intentio episcoporum, officia peragere cernitur oculorum.*

* Tomo 2. Concil. Leo II. Papa, in epistolâ suâ ad Cōstantinum Imp.* vocat *Christum caput Ecclesiæ; ipsam verò corpus ejus, quam toto terrarum orbe diffusam* dicit.

* lib. 1. de Fide contra Jud. cap. 2. * Psal. 22. v. 28. 29.

F ¶ Omnes gentes vocādas esse ad Christi Ecclesiam, monet ISIDORUS:* *Omnes gentes ad unum Dei veri cultum esse vocandas, David testatur:** Reminiscentur, & convertentur ad Dominū, universi fines terræ; & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gētium: quoniam Domini est regnū, & ipse dominabitur gentium. *Et Esajas:** Gentiū, *inquit,* populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucē magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. *Et iterum:** Congregamini, *inquit,* & venite: & accedetis simul, qui salvati estis ex gentibus. *Qui alii sunt salvati; nisi qui crediderunt*

* cap. 9. v. 2. * cap. 45. v. 20.

G *ex gentibus? Quod verò dicit,* Congregamini, & accedite, *ostendit, in unam debere gentes communemque fidem conglobari, nec in hæreses & schismata dividi. Idem ipse:** Cōvertimini ad me; & salvi eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. In memetipso juravi; Egredietur de ore verbū, & nō revertetur: quia incurvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua in Domino. *Hoc jam cōtuemur fuisse impletum, quia in omnibus terræ finibus Dei dilatatur Ecclesia.*

* vers. 22. 23.

* cap. 1. ¶ Ecclesia alterius vitæ, describitur CONCILIO Toletano VI.* *Ecclesiam quoque catholicam credimus sine maculâ*

H *& rugâ corpus Christi esse, regnumque habituram cum capite suo, omnipotente Christo Jesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immortalitatem. ut sit Deus omnia in omnibus: in fide omnis Ecclesia collata, jam cælestis regno dehinc quam in seculo præsenti gloriatur.*

DE MINISTERIO VERBI.

Esse gravissimum onus, Verbi divini administrationem, CÆSARIUS docet, inquiens: † *Agnoscatis fratres charissimi, quàm gravis sarcina cervicibus immineat Sacerdotum; a quibus omnium animæ requirendæ sunt.* († Hom. 8.)

AGATHO: † *Væ mihi, si silentio texero veritatem, quam erogare nummulariis jussus sum: id est, Christianum populum imbuere, & docere. Quid dicam in ipsum Christi futuro examine, si hic (quod absit) prædicare ejus sermonum veritatem cõfunder? Quid de me-ipso, quid de cõmissis animabus satisfaciam; dum de officio suscepto rationem districtam exegerit?* Qui me confessus fuerit, &c. Qui me negaverit, &c. *Ubi itaq; talis imminet, depravantibus vel tacentibus veritatem pœna supplicii: quomodo non est fugienda de fidei dominicæ veritate subtractio?* († Epist. ad Const. Imp. Tomo 2. Concil.)

Alligatos esse Ministros ad verbum, docet CÆSARIUS. † *Sicut vacca duo ubera habet, ex quibus nutriat vitulum: ita & Sacerdotes duobus uberibus, veteris scilicet & novi Testamenti, debent pascere populum Christianum.* († Homil. 22.)

¶ Legem prædicandam esse, monet CÆSARIUS: † *Prædicatio aspera ægrotis medicamenta providet, sanis ornamenta componit. Non enim est leve, quod per Prophetam Spiritus sanctus Sacerdotibus Dominus comminatur:* † Si non annũtiaveris iniquo iniquitatem suam, &c. Et: *Nos, qui, licet minùs digni, tamen quodammodo Medici spirituales esse videmur; necesse nobis est non semper blanda & mollia, sed aliquoties aspera & dura illis, qui in anima ægrotare videntur, ingerere.* († Hom. 8.) († Ezech. 3 v. 17.)

Quibus prædicandum sit, monet idẽ CÆSARIUS: † *Volentibus audire, verbum Dei offerẽdum est; fastidiẽtibus ingerendum: ne forte contra nos ante tribunal Christi stantes dicant, se a nobis non fuisse admonitos, & animarum illorum sanguis de nostris manibus requiratur.* († Hom. 22.)

¶ De præmiis & pœnis ait CÆSARIUS: † *Qui contemnit præconem sentiet judicem. Ille autem qui me libenter audierit, & quod supplicavi, implere contenderit: credo de Dei misericordia quòd illi & in hoc seculo, & in futuro, repensabuntur præmia gloriosa. Ille vero, qui contemnere voluerit; non se poterit ante tribunal Christi excusare, dicendo: se nec a malis prohibitum, nec ad ea, quæ sunt sancta, & Deo placita, admonitione assiduâ provocatum.* Itèm: † *Lumen animæ, & cibus æternus, non est aliud, nisi verbum Dei sine quo anima non vivere potest, nec videre. Quia, quomodo caro nostra moritur, si nõ capiat cibum: ita & anima nostra extinguitur, si non accipit divinum verbum.* Et: † *Quomodo caro reficitur cibo terreno, sic & anima pascitur Dei verbo.* Et paulò pòst: *Sacerdotes, divinis sanctarum Scripturarum montibus assiduè legendis, verbi Dei debent flores decerpere, ex quibus spiritualis lactis filiis suis valeant cibum ministrare.* Et: † *Ad Ecclesiam, quasi ad fontem vivum, & ad spiritualem fluvium, convenire debemus: ut accipiamus aquam illam vivam, de quâ Dominus dixit:* † Qui sitit, veniat, & bibat. († Hom. 5.) († Hom. 13.) († Hom. 21.) († Hom. 30.) († Joh. 7. v. 37.)

DE CRUCE.

Unde sint calamitates, CÆSARIUS docet, inquiens: † *Aut volẽte, aut permittente Deo, multis tribulationibus, pro meritis istis peccatis, affligimur: &, si Deo gratias agimus, liberamur.* Itèm. † *Si peccata nostra cessarent: statim flagella, nobis debita, divina misericordia removeret.* († Hom. 6.) († Hom. 33.)

¶ Cur impii non semper puniantur in hac vitâ, declarat CÆSARIUS, dicens: † *Ideò in hac vita minimè flagellabuntur impii; quia, pro enormitate scelerum suorum, æterno supplicio reservantur. Non enim brevi tempore castigari poterunt; quibus necesse erit sinè fine torqueri. Nã Dominus ac Deus noster quos istos pro sua justitia castigare dissimulat, filios suos diversis tribulationibus exercere non cessat secundum illud, quod scriptum est;* † Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. († Hom. 8.) († Prov. 3. v. 12.)

¶ De fine crucis, dicit CÆSARIUS: *Inde est, quod frequenter tribulationes & angustias sustinemus: quia nobis Deus vicem quodammodò reddit. Nolumus nos amare animam nostram, quam ille amat: & ille villam, quam nos amamus, dimittit, ut pereat.*

Martinus Papa, intelligens Amandum episcopum, propter contumaciam & inobedientiam Sacerdotum, velle officium suum relinquere, hortatur illum ad perseverantiam in cruce, spe futurorum: itèm comparatione miseriarum hujus vitæ ac futuri gaudii. itèm laborum nostrorum paucitate, & gaudii futuri ubertate: ab exẽplo aliorum. Nã *oportere omnes, qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem pati.* † Ab exemplo Christi: qui quibusvis contumeliis se afficiendum tradidit, ut nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Itèm à debito: debere enim nos calicem salutaris accipere. Requiri etiam a nobis non plus, quàm famulatus nostri obsequio præstare possumus. *In epistolâ Martini Papæ ad Amandum, Tomo 2. Conciliorum.* († 2. Tim. 3. v. 12.)

DE ANTICHRISTO.

Vocem Antichristi generaliter exponit ISIDORUS: † *Omnis, qui secundùm professionis Christianæ normam, aut non vivit, aut aliter docet; Antichristus est.* († Lib. 1. de Summo bono. cap. 26.)

Opinionem hanc TOLETANUM Cõcilium XI. ponit: † *Hinc cernentibus, quomodo Babylonica confusionis olla succensa, nunc tempora averteret Conciliorum, nunc Sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretricis sequebantur incitamenta.* († Tomo 2. Concil.)

DE TRADITIONIBUS HUMANIS.

CONCILIUM Toletanum IV. † *Quia, sive simplâ, sive trinâ immersione utatur; utrumq. rectum, utrumque irreprehensibile in sanctâ Dei Ecclesiâ habetur. Propter vitandum tamen schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis usum, simplam teneamus Baptismi mersionem: ne videantur apud nos, qui tertiò mergunt, Hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem.* († Cap. 5.)

DE VOTIS.

In TOLETANA synodo VIII. † prolixè disputatur; nomine divino non esse abutẽdũ: & juramenta facta obligare faciente. Impia tamen atq; coacta vota non esse præstanda; similitudinibus, sacrâ Scripturâ, ac Patrũ sententiis, probatur. Quod ità ISIDORI sententiâ concluditur: *In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod incautè vovisti, non facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur.* († Cap. 2.)

DE MONACHATU.

CÆSARIUS scribit: † *Venire ad eremum, summa perfectio est: sed non perfectè in eremo vivere, summa damnatio est.* Itèm: † *Verè dico; si hic* (in monasterio) *viginti aut triginta annos Domino impendissemus, cui utiq. totum nos scimus debere esse, quod vivimus, & ut satis unum annum ageremus in seculo: inæstimabile esset, quantum nobis de æterna vita gaudiis fraudaremus, quia spes nostra omnes, in consummatione atq; fine consistunt.* († Hom. 23. & 27.) († Hom. 25.)

DE VIRGINITATE.

ADELHELMUS ait: *Qui virtutum supplemento, & morum sanctitate, virginitatis gloriam accumulare nesciuntur: his cedit omnis continentium eminens magnitudo, cedit omnis conjugatorum sublimis celsitudo. Quamobrem nullus hanc solam puritatis prærogativam sine cæterarum adjumento virtutum, sufficere sibi, ad capessendam plenè perfectionem, confidat.*

DE SCANDALO.

CÆSARIUS scribit: † *Si superbia, iracundia, murmurationis, & inobedientiæ formam ad imitandum te, aliis dederis: nõ solum pro te, sed etiam pro illis, quos destruxeris gehennæ supplicium sustinebis.* Itèm: † *Qui in ecclesia ineptis & incongruis fabulis occupatur, quasi venenum & gladium reliquis hominibus ingerere vel præbere cognoscitur: dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Qui enim talis est, & pro suâ, & pro aliorũ destructione, in die judicii redditurus est rationem. Sicut enim fideliter psallentes, & humiliter supplicantes, & pro se, & pro aliis, quibus exemplum vitæ præbuerint, accepturi sunt gloriã: ita illi, qui econtrario non ædificationis; sed destructionis exẽpla præbuerint, & pro se, & pro aliis, passuri sunt pœnã. Qui psallere dissimulat, vel taceat, & silentium præbeat: ut, si se nõ ædificat, vel alios exemplo malo nõ destruat.* Et: † *Omnis homo, quantiscũq. exemplum sanctæ conversationis præbuerit; cum tantis, & pro tãtis, ad præmia æterna perveniet. Et contrà, qui exemplum malæ vitæ & perversæ actionis ostenderit, quantoscunq. suis malis moribus ad iniqua opera provocaverit, cum tantis, & pro tantis, perpetua supplicia sustinebit. Nos verò non solùm exemplum male-vivendi cæteris non præbeamus, sed etiam sanctâ & salubri admonitione ad humilitatem, & charitatem, vel obedientiam, jugiter provocemus.* († Hom. 21.) († Hom. 30.) († Hom. 31.)

DE CONJUGIO.

Definitionem Conjugii talem recitat ADELHELMUS: *Jugalitas est, quæ ad propagandum posteritatis sobolem, & liberorum procreandorum gratia, licitis connubii nexibus nodatur.*

* cap. [illegible] B [illegible] quæ [illegible] humana damnat [illegible] Man- [illegible]

[illegible] A [illegible] in Syn- [illegible] occuparet sta- [illegible] ut [illegible] nullus [illegible] Evangelium [illegible] propter [illegible] per [illegible] operi [illegible].

Re[illegible] conjugalis [illegible] quam [illegible] Beda in Sc[illegible].

* cap. 8. ¶ De D[illegible] tur [illegible] C[illegible] [illegible] Dimittat [illegible] fornicationis uxore [illegible] dimittat [illegible] culpam [illegible] suam qu[illegible] tandem ab [illegible] communione [illegible] omnium C[illegible] [illegible] tamen resoluta conjug[illegible] [illegible] ceat.

[illegible]

* cap. 13. [illegible] C[illegible] V[illegible] Qui primatu- [illegible] reverentia [illegible] grat[illegible] habeantur [illegible] a junior[illegible] tur. Quinetiam minore [illegible] affectu [illegible] utilitatis subdit[illegible] ex[illegible] Conc[illegible]

* cap. 1. [illegible] qui [illegible] & bon[illegible] ex [illegible] ciantur. [illegible]

Ill[illegible] dum, quod [illegible] opi R[illegible] non imperium, [illegible].

It[illegible] Canon à re[illegible] R[illegible] in Synodo VIII. Toletana [illegible] tur: Or[illegible] Rex [illegible] his [illegible] candem [illegible] temperetur: ita videlicet, ne [illegible] contra fidem ac pietatem [illegible] quam pr[illegible] cipientibus, obedi[illegible] ne hac obedientia, pro juramenti [illegible] vota trans[illegible] fione [illegible] tur.

It[illegible] erviendum est Deo c[illegible] & prædicto Principi nostro Frem[illegible] regi [illegible] pia devotione ab [illegible] & promtissima voluntate agendum & custodiendum, quinquid [illegible] te professa [illegible] qu[illegible] utilitatibus & patr[illegible] unde non e[illegible] dei [illegible] anathemati[illegible] al[illegible] ant [illegible] monadvers[illegible] qui [illegible] a salutem [illegible] cepit aut [illegible] vocem, aut consilio [illegible] quam. unq[illegible] ultione. [illegible] XII.

[illegible]

* Hom. 1. CÆS[illegible] nostra [illegible] crescere cœperit in sepulcro, a [illegible] angelorum manibus elevetur, [illegible] per resurrectionem audire mereamur: Euge [illegible] intra in gaudium Domini tui.

* Tomo 2. Concil. TOL[illegible] Concilium [illegible] istius veram carnis mortuam [illegible] tertio quoq; die veram propt[illegible] a sepul- [illegible] confitemur vera fide [illegible] omnium mortuorum. nec i[illegible] aerea, vel aliâ [illegible] credimus, sed [illegible] & mor[illegible]. Item: Nam & [illegible] ad salutare [illegible] Baptismi [illegible] olâ S[illegible] Hierosol. morum epi[illegible] C[illegible]

[illegible]

* Hom. 6 Extre[illegible] vocat tempus judicii & diem [illegible].

* lib. 1. de Summo bono. c. 28. I[illegible] ai [illegible] judicium. [illegible] judicantur [illegible] futuro alterum, quo propter[illegible] judicantur, ne illi [illegible] quibusdam ad purgationem [illegible] alis profi[illegible] hic inchoat damnatio [illegible] in judicio Reprobi. Inhumanis [illegible] dolenti [illegible] plu [illegible] videbunt [illegible] tur.

[illegible]

judicium [illegible] ut, ma[illegible] Christo [illegible] appareat, quos conf[illegible] mala [illegible] causa. [illegible] Duo sunt d[illegible] vel [illegible] hominum judi. 10. hoc est electorum & reproborum, qui tamen dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unus [illegible] qui cum Domino [illegible] alius qui judicatur utrique, tamen cum Christo regnat [illegible].

¶ [illegible] Judic[illegible] CÆSARIUS: * In illo [illegible] corpore venies Christus, quod pro [illegible] suscepit, pro [illegible] pro [illegible] vulnerum medicus [illegible] cum [illegible] intole- [illegible] illa [illegible] bon[illegible] salutaria, ma[illegible] ad [illegible] untur. * Hom. 29.

* cap. 1. [illegible] m[illegible] Dum tum [illegible] C[illegible] aqui[illegible] anima, [illegible] maculata [illegible] ne [illegible] Dei [illegible] In [illegible] Con- [illegible] Conc[illegible]

C[illegible] judicium [illegible] C[illegible] clarus [illegible] additurus [illegible] ope[illegible] qu[illegible] rains est [illegible] frug[illegible] bona [illegible] & operatus [illegible] olâ Sop[illegible] Hierosolym[illegible] p[illegible] ad Serg[illegible] Constantin. pa[illegible] tom[illegible] Concil.

[illegible]

* [illegible] de Summo bono. c. 29. I[illegible] ISIDO[illegible] damnatorum pœna [illegible] tristitia, & [illegible] juxta [illegible] lugebunt [illegible] habet [illegible] habet lumen ad damnationem, ut videant unde doleant & non habet ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

* Hom. [illegible] C[illegible] ait. * in Inferno animam [illegible] corpore cruciari. Item: * Quanto major a cunctis [illegible] tormenta: tanto fortior [illegible] [illegible] illos ignis æternus. E[illegible] homo, qui post [illegible] mortalia crimina admiserit hoc est adulterium homicidium, furtum, [illegible] testimonium; vel reliqua crimina perpetraverit, [illegible] mundanam mori poterat: si pœnitentiam non egerit, eleemosy[illegible] non fecerit: nunquam habebit [illegible] æternam sed cum Di[illegible] descendet in [illegible] menta. Item: * Verendum est autem [illegible] vocem Resurr[illegible] pretiosa [illegible] stantem [illegible] vas iniquitatis [illegible] ter di[illegible] & [illegible] post hæc quod sequit[illegible] interpo[illegible] inter vivos ac mortuos expavescendum [illegible] discrimen, exclusæ a natura viventium temporæ exterior[illegible] dura separatio a dulc[illegible] Sanctor, & a societate [illegible] trariorum lacrymabiles gemitus [illegible] lugentium, [illegible] trifte miserorum. & ante beat[illegible] in patriam [illegible] teterrimæ mortis exsilium. Quam lugub[illegible] bonum videre & perdere & [illegible] Creatoris sui perire con[illegible] * Hom. 9[illegible]

* Tomo 2. Concil. SOPHRO[illegible] epistol: * Immortale credim[illegible] [illegible] affligent, ne[illegible] & [illegible] eos, qui [illegible] malorum [illegible] sunt; & pœnitentiam a [illegible] hinc evaderent & exirent. Vermis enim eorum non morietur [illegible] Christus judex & veritas) & ignis eorum non [illegible].

DE VI[illegible] A[illegible]RNA.

* Hom. 18. CÆSA[illegible] Vita illa, quam nec ocul[illegible] nec tacita mente cogitatione perstringi, quam [illegible] consequi est facilius, quam enarrare: cum erit cursus sine termino [illegible] fastidio; refectio sine cibo; [illegible] defectu [illegible] otiositas sine [illegible] antiquis perpetuo [illegible] gaudeat [illegible] per nova jucundit[illegible] amittendi periculo [illegible].

* Epistol. ad Sergium Tomo 2. Concil. SOPHR[illegible] ius * [illegible] quæ [illegible] futura est, credimus per[illegible] & qui [illegible] indefinenter exhilarantem laudabilium operum pat[illegible].

DE AST[illegible]

* cap. 9 Si quis animas & corpora human[illegible] signo [illegible] adstringi [illegible] sicut Pagani [illegible] anathema sit. Concilium Bracarens[illegible].

* cap. 10. Ibidem: * Si quis duodecim signa id est sidera quæ [illegible] matici observare solent & per singula anima vel co[illegible] [illegible] nominibus [illegible] harum [illegible] ut [illegible] anathe[illegible].

[illegible]

G

[illegible] numero [illegible]

[illegible] Baptismus. & [illegible]

De est [illegible] inqui [illegible]

remissio peccatorum datur [illegible]

[illegible] habetur. [illegible]

& in regnum [illegible]

H

[illegible] ad dum carnaliter fit. spirit[illegible]

Baptismi gratiā [illegible]

spiritalis effectus. q[illegible]

[illegible] *quia demit-* [illegible] *ut* [illegible] *ang, at hoc fet* [illegible] *pro anda.* [illegible] *in Augustinus* [illegible] *larum* [illegible] *erat* [illegible] *ium* [illegible] *um pro* [illegible] *tur, ut* [illegible] *tamen* [illegible] *de un* [illegible] *exit.* [illegible] *itum* [illegible] *t. Nam* [illegible] *omn* [illegible] *pr* [illegible] *ta. Et si non sunt ad* [illegible] *ta mortuorum qtale ung.* [illegible] *um consolationi* [illegible] *aut ut plena sit remi* [illegible] *, aut certè ut to-lerabilior sit ipsa damn* [illegible] *io.*

DE ANTICHRISTO.

Opinionem suam de Antichristo [illegible] *nu:* * [illegible] *enim* [illegible] *mentietur dum venerit & contra* [illegible] *simulabit,* [illegible] *diri* [illegible] *ter* [illegible] *amenta* [illegible] *veritatis* [illegible] *angel* [illegible] *solvat, nam & tem* [illegible] *m Hier* [illegible] *num reparare & o-* [illegible] *es veteri legis ceremonias restaurare tentabit.*

C DE [illegible]

Doctrina [illegible] *ca & apostolica,* [illegible] *uod Deus fru-*[illegible] *latur* [illegible] *& præceptis hominum* [illegible] *prope-* [illegible] *nDo* [illegible] *m & A* [illegible] *quod ni* [illegible] *veræ pietatis* [illegible] *Pontificibus, M* [illegible] *Et* [illegible] *nimirum in tem-* [illegible] *&* [illegible] *, in cultu magi-* [illegible] *d loca lan* [illegible] *& locorum in*

D [illegible] *in obiter* [illegible] *. Hæc autem* [illegible] *a hujus seculi* [illegible] *, & ex capite de Ce-*[illegible] *is & ex* [illegible] *Patrum. Nam plerique omnes, qui* [illegible] *tempore* [illegible] *in traditionibus* [illegible] *cumulandis, aut nimium* [illegible] *ædicandis, occu-*[illegible] *merunt.*

CÆSARIUS inquit: * *In quadragesimâ non jejunare,* [illegible] *num est.*

A [illegible] *docet, oportere omn* [illegible] *animam salvan-* [illegible] *m R* [illegible] *næ tra* [illegible] *formam* [illegible] *onfiteri. in Epistola quæ extat inter* [illegible] *Synod* [illegible] *. Constantinopol.*

E [illegible] *& monachi P* [illegible] *os & Scotos infe-* [illegible] *ceremoniis* [illegible] *horrerent ut patet ex* [illegible] *eorum.*

DE CONJUGIO.

D [illegible] * *ut parentes, qui filios suos ex sacro* [illegible] *ntur. Item: Ne quis com-matrem suam* [illegible] *comp* [illegible] *peat, cont* [illegible] *perpetuò anathematis vinculo* [illegible] *etur. Item. Non* [illegible] *eat presbytero, in u-no* [illegible] *, post acceptam* [illegible] *edictionem, cum presbyter dormire, nec sua peccata* [illegible] *fere, nec Diacono, nec Subdiacono* Ex Concil. Ar [illegible] *nsi, C* [illegible] *21.* [illegible] *Concil.*

F Item: *Non liceat relictæ Presbyteri, nec relictæ Diaconi, post e-jus mort* [illegible] *trimonium accipere.* Canone 22. Concilii Anti-[illegible] *tent.*

DE EXTREMO JUDICIO.

[illegible] * *Tres turmæ erunt in extremo judicio, id est* [illegible] *Valde mali, ut Dæmones &* [illegible] *bonis,* [illegible] *per ignem purgantur.*

G DE INFERNO.

CÆSARIUS [illegible] *Ante* [illegible] *ventum Domini Salvatoris, Diabo* [illegible] *homines* [illegible] *xeuntes de* [illegible] *pore, propter* [illegible] *ta quæ de Adam trahebant, in infer-num de* [illegible] *endebant.*

DE PURGATORIO.

Sen[illegible] CÆSARIUS [illegible] *m ignem post judicium* [illegible] *uturum* [illegible] *ata m* [illegible] *non ex-* [illegible] *oper* [illegible] *Si autem nec in*

H *tribulat* [illegible] *agimus,* [illegible] *operibus ipsa pecca-* [illegible] *habebimus, quam-* [illegible] *a ou-* [illegible] *po-* [illegible] *purgatorium* [illegible] *ac nulli invenit aut parum inveniat* [illegible] *curas*

[illegible]

D[illegible] * [illegible] *autem* [illegible] *Hebræorum* [illegible] *tionem* [illegible] *Per* [illegible] *edidit* [illegible] *autem* [illegible] *prima partem* [illegible] *Samuel* [illegible] *Da* [illegible] *edidit* [illegible] *sparsim erat* [illegible] *historiæ* [illegible] *afferunt* [illegible] *Prophetis Psalterium* [illegible] *scripserunt* [illegible] *David* [illegible] *Ethan* [illegible] *Heman & F* [illegible] *Aggæum* [illegible] *Zacharias* [illegible] *ver-sia. Ecclesiastes* [illegible] *Cantica* [illegible] *suum* [illegible] *nitas* [illegible] *Magn* [illegible]

C *tus, Danielem* [illegible] *suum.* [illegible] *autem ho* [illegible] *celsam lectionem* [illegible] *, dum J* [illegible] *lem divi* [illegible] *ritu* [illegible] *Prophet* [illegible] *lumina quæ uterant à Gentibus* [illegible] *flamenta* [illegible] *flituit, ut* [illegible] *rentur in* [illegible] *abentur* [illegible] *tera.*

Primam, [illegible] *editionem* [illegible] *Hebræo in G* [illegible] *ptuaginta interpret* [illegible] *successore Alexandri qui in legenda* [illegible]

D *bros Gentium congregavit. Iste enim* [illegible] *Eleazaro,* [illegible] *copisacerdotum, multa dona mittens* [illegible] *templum petiit, ut senes de duodecim tribubus Israel transmitteret, qui interpretarentur omnes libros. Et ut fidem interpretationis adverteret, singulis eorum, qui fuerant destinati, singulas cellulas tribuit, assignans o-mnibus. Scriptura* [illegible] *interpretari. Qui cùm per* [illegible] *ginta dies istam rem negotium adimpl* [illegible] *omnium simul interpreta-tiones quas per diversas segregati cellulas, nullo ad nullum appro-pinquante, fecerunt, congregavit in unum atque ita omnes libri in-terpretati per Spiritum sanctum invent* [illegible] *sunt, ut non solum intel-*

E *lectu, verùm etiam in sermonibus consonantes invenirentur. Hæc fuit prima & vera interpretatio* [illegible] *divina. Hos libros* [illegible] *omnium Gentium Ecclesiæ primò* [illegible] *eosdemque* [illegible] *Latinum interpretantes* [illegible] *provisores* [illegible] *dedit.*

Post hæc, secundam editionem Aqu [illegible] *quartam Theo-dotion & Symmachus ediderunt, ambo Judæ* [illegible] *vero editionem, & sextam, Origenes reperit, & cum* [illegible] *prædictis editionibus comparavit.*

Hi sunt [illegible] *tantum, qui Scripturas sacras de H* [illegible] *verterunt, qui etiam & numerantur. Nam*

F *terpretum qui de* [illegible] *in nostro* [illegible] *ut S. Augustinus* [illegible] *est numerus* [illegible] *fidei* [illegible] *ad manus* [illegible] *qui* [illegible] *in al* [illegible] *antulum sibi utriusque* [illegible] *usus est* [illegible] *interpretari: atque* [illegible] *accidit tam* [illegible] *numerabiles apud Latinos exstitisse* [illegible] *terpretes.*

De Hebræo in Latinum eloquium, tantummodo [illegible] *onymus presbyter sacras* [illegible] *pturas* [illegible] *ver* [illegible] *edi* [illegible] *omnes Ecclesiæ usque* [illegible] *utuntur, pro eo quòd veracior sit* [illegible] *& clarior in ver* [illegible]

G *Librum Sapientiæ Salom* [illegible] *prolatur testimoniis quibus ibi legitur.* [illegible] *me* [illegible] & dixisti ædificare templ [illegible] *sancti-*vitate habitationis tuæ. *Hoc opus* [illegible] *ebræi ut* [illegible] *meminit, inter canonica* [illegible] *reprobabant* [illegible] *com-prehendentes Christum intere* [illegible] *tam evident* [illegible] inter se impii, C [illegible] nobis, & [illegible] est op [illegible] *ne nostri* [illegible] *apert* [illegible] *sacrilegia* [illegible]

H *luminibus* [illegible] *erunt legend* [illegible] *autem* [illegible] *clesiastici* [illegible] *Hierosolymitano* [illegible] *Jesu* [illegible] *qui* [illegible] *atinos* [illegible] *pr* [illegible] *etatur.*

[illegible]

... Actus [illegible] bona apostol[illegible] ...
Actus [illegible] Petri [illegible] alius & [illegible] ...
[illegible] apocryphus. Evangelium [illegible] Evang[illegible] ...
[illegible] Barnabæ & [illegible] ...
[illegible]angelium nomine Petri a[illegible] ...
[illegible] Evangelium nomine Bartholomæi [illegible] ...
[illegible] Andreæ, apocrypha. [illegible] ...
[illegible] exceptis quatuor Evangeliis [illegible] ...
Johannis. Liber de Infantia [illegible] ...
[illegible] apocryphus. Liber [illegible] ...
[illegible] Lenticius Diaboli discipulus, [illegible] ...
[illegible] Fundamentum, & nomine [illegible] ...
[illegible] Adæ, & liber [illegible] ...
[illegible] Liber, qui [illegible] ...
qui ab Hæreticis [illegible] ...
[illegible]

quæ dicitur Pauli apostoli, & quæ dicitur Stephani apocrypha sunt. Liber, qui dicitur Assumptio sanctæ Mariæ; & liber, qui dicitur Pœnitentia Adæ apocryphi sunt. Liber, qui dicitur de Oza gigante, quem cum dracone post diluvium ab Hæreticis pugnasse perhibetur. Liber qui dicitur Testimonium Job, & liber, qui dicitur Pœnitentia Origenis, & Pœnitentia Cypriani, & Pœnitentia Jamnæ & Mambræ, & liber, qui dicitur Sortes Apostolorū, omnes apocryphi sunt. Liber, qui dicitur Physiologus, qui ab Hæreticis conscriptus est; & liber Ambrosii nomine prænotatus; Historia Eusebii Pamphili; & liber, qui dicitur Canones Apostolorum, apocryphi sunt. Opuscula Tertulliani, & Lactantii, & Africani, & Postumiani, & Galli, apocrypha sunt. Omnia opuscula Montani, & Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha sunt. Omnia opuscula Fausti Manichæi, & opuscula alterius Clementis Alexandrini, & Tharsi Cypriani, & Arnobii, & Fausti Regensis Galliarū, omnia apocrypha sunt. Opuscula Frumentii, & Anticonis, & Cassiani presbyteri Galliarum, & opuscula Victorini, & Pictavensis episcopi Centonum de Christo Virgilianis versibus compaginati, apocrypha sunt. Epistola Jesu ad Abgarum regem, & epistola Abgari ad Jesum, apocryphæ sunt. Scripta, quæ dicuntur Contradictio, apocrypha sunt. Passiones Cyriaci, & Julitæ, & Georgii, apocryphæ sunt. Phylacteria omnia quæ non Angelorū, ut illi confingunt, sed magis dæmonū arte conscripta sunt: & hæc, & his similia, quæ scripserunt Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus, Samosatenus, Photinus, Bonosius, & qui simili errore decepti sunt. Montanus quoq; cum suis obscœnissimis obsequacibus, Apollinaris, Sabellius, Arius, Eustasius Julianus, Pelagius, Julianus Elanensis, Maximianus, Petrus, & alius Petrus; e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit: quorum nomina nominetenus retinentur non solum repudiata, ab omni Romanâ Ecclesia catholicâ & apostolica eliminata; sed cum suis autoribus, & eorum sequacibus, sub anathemate, & indissolubili vinculo, in æternum confitemur esse damnata. Hæc Isidorus.

¶ Johannem Apocalypsis autorem non obscurè facere videtur ADELHELMUS, dum inquit: *Quartus paradisi gurges, potissimùm septenas ecclesias Asiæ inexhaustis dogmatum imbribus irrigabat.* Et paulò pòst, ubi dicit, *Johannem, in Patmum relegatum, septies vicena & quaterna virginum cantica audisse, quæ sequuntur agnum.*

Itèm, *Sobolem materteræ Domini*, (Jacobum) *epistola, quæ ipsi inscribitur, autorem* facit idem Adelhelmus.

Apocalypsin librum, multorum Conciliorum autoritas, & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta, Johannis Euangelistæ esse, præscribunt; & inter divinos libros recipiendum constituerunt. *Et quia plurimi sunt, qui ejus authoritatem non recipiunt, eumq; in Ecclesiâ Dei prædicare contemnunt: si quis eum deinceps aut non receperit, aut à Pascha usq; ad Pentecosten, Missarum tempore in Ecclesia non prædicaverit: excommunicationis sententiam habebit.* Toletanum Concilium IV. cap. 16. Tomo 2. Concil.

¶ De versione Hieronymi, inquit ISIDORUS: * *Presbyter quoq; Hieronymus, trium linguarum peritus, ex Hebræo in Latinum eloquium easdem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cujus interpretatio merito cæteris antefertur. Nam est & verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior.*

* lib 6 Etym. c. 3.

CAPUT V.

DE HAERESIBUS.

De studio & conatu Hæreticorum, in TOLETANO Concilio XI, dicitur: *Sponsam Christi, quam sui preciosissimi sanguinis effusione conciliavit, conspurcare & polluere conata est Hæreticorū subdola machinatio, & inconsutilem domini vestem dividere, unitatem fidei scindere, charitatis tollere fomenta: cùm, suo proprio pertinaciter sensui volens inhærere, sacra Scripturæ puritatem sua pravitatis intelligentiâ profanet.*

SUB PHOCA ET ALIIS QUIbusdam Imperatoribus.

ARIANISMUS.

INcredibilis impudentia & potentia Satanæ ex eo satis conspicitur: quòd veteres errores, quantumvis crassos, magnâ dexteritate, gravitate & perspicuitate, ab excellentibus Ecclesiæ Dei doctoribus refutatos, subindè renovat; & ministros quosdam ad eam rem idoneos invenit. Durarunt enim hoc Septimo etiam, post Christi nativitatem, seculo, variæ corruptelæ; & inter eas quoq; Arii deliria, à tot præstantibus viris, tam illustribus Scripturæ sanctæ testimoniis, prostrata & conculcata.

Longobardos hac pestilenti doctrinâ dementatos hac ætate fuisse, Chronica & Historici testantur. Fortunatus quidam, Arianâ peste infectus, Gradum occupat. *Sabellicus.* *

B Recharedus rex Hispaniam ab Arianismo purgavit; ut scribit *Michael Ricius de Regibus Hispaniæ.* *

In civitate Ticinensi, Anastasius quidam, Arianus episcopus, præsedit; ad catholicam fidem postea conversus: ut habet *Paulus Diaconus.* *

Et *Nauclerus* * queritur; Constantium Arianæ hæresi, passim invalescenti, non restitisse.

¶ Hypotheses Arianorum, *Paulus Diaconus* * has recenset: Filium Patre esse minorem: Spiritum sanctum quoq; minorem Patre & Filio.

C ¶ Pugnarunt autem contra istam hæresin, Severus quispiam: qui contra Vincentium Cæsaraugustanum, quia ad Arianorum hæresin declinâsset, scripsit. *Platina.*

Johannes Gerundensis episcopus, in Lusitaniam reversus, ibidem Arianam pestem suâ doctrinâ exstirpat. *Supplementum Chronicorum, Isidorus de Viris illustribus, & Platina.*

Concilium Toletanum quoq; blasphemam istam doctrinam damnavit. Quâ quidem occasione & autoritate, Recharedus eam pestem ex regno amovit.

* Ennead 8 lib. 6
* lib 1.
* lib. 4 de Gestis Longob. c. 15
* Gener 21
* lib 4 Longob. c. 13.

SEVERITARUM HAERESIS.

D QUod semper solet fieri, semel turbatâ Ecclesiâ pravis opinionibus, ut postea absurdæ plures sententiæ inde enascantur, & à monstrosis ingeniis defendantur: id hic etiam accidit. Nam ex uno Severo, postea quasi examina multa Severitarum prodierunt, sententiis inter se dissidentia. Cæterùm Severi hujus suprà, in Centuriâ sextâ, mentio facta est: ubi diximus, Antiochenum fuisse episcopum, qui sectæ initium & nomen dedit. Verùm *Platina, in Gregorio,* Aquileiensem fuisse testatur; qui plurimarum
E hæresium quasi seminarium quoddam exstiterit. Fieri autem potuit, ut plures fuerint Severi; qui diversis in locis eadem venena disseminarint.

Enumerat autem *Nicephorus* * quinq; Severitarum sectas: quæ à diversis patronis, & variantibus sententiis, suas quasdam accepère appellationes.

* lib 18 cap 49

I. CONTOBABDITÆ.

Hi Severum tantùm receperunt. Scriptum Theodosii de Trinitate repudiarunt. Episcopos non admittebant. Nomen verò à loco acceperunt, ubi convenire solebant.

F

II. THEODOSIANI.

Secunda Severitarum cohors fuit Theodosianorum; ab eo sic nuncupati, qui præcipuâ inter ipsos autoritate præditus erat, Alexandriæ istius sectæ Papa. Et hisce quidem titulis ab aliis volebant esse sejuncti.

III. ANGELITÆ.

Tertium genus Severitarum erat, qui Angelitæ & Damianistæ vocabantur. Angelitæ quidem, a loco Alexandriæ, qui Angeli dicebatur; ubi frequentes agebant conventus: Damianistæ verò, a Damiano quodam, suo ante-
G signano.

Hypotheses Theodosianorum & Angelitarum.

1.

Alium esse dicunt Patrem, alium Filium, alium Paracletum, Spiritum videlicet sanctum.

2.

Non esse autem horum quenquam per se-ipsum naturam; sed habere communem Deum, sive deitatem, in eis existentem: atque de eâ deitate indivisibili modo partici-
H pantes, quemlibet esse Deum.

3.

Unam autem subsistentiam opinantur esse, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: communem verò ipsum Deum, substantiam, & naturam.

IIII. PETRITÆ.

Quarta Severitarum pars fuit, à Petro quodam, suo primario episcopo, cognominata Petrita. Ea, Severo & Theodosio approbato, Paulum ac Damianum rejecerunt; Synodum quartam approbarunt; eamq; ob causam alios fastidierunt. Mutuis itaq; inter se odiis & conviciis certarunt. Nam Paulus & Damianus ipsos nominarunt Tritheitas: hi rursum eos Tetraditas & Sabellianistas proclamarunt.

* lib. & cap. eod.

Hypothesin ipsorum sic recitat *Nicephorus*, * quamvis perplexè satis *Profitentur*, inquit, *illi Deum, secundum veritatem, & substantiam, & naturam, quamq; per se-ipsam, Patrem & Filium: & Spiritum sanctum: dicentes, non numero, sed per omnia simili substantiâ.*

V. CONONITÆ.

Quintum etiam genus Severitarum exortum est; quod à Conone titulum accepit.

Hypotheses.

1.

Corpora, dixit, non secundùm materiam; sed tantùm juxta formam, occidere: eaq; denuò conformari, præstabiliorem speciem materiâ ipsâ recipiente.

2.

Mundi ille quoque creationem, juxta materiam & formam: interitum autem ejusdem juxta formam solummodò, non autem secundùm materiam, fieri, dicit.

3.

Resurrectionem verò mortuorum esse, corporis istius cum animâ rationali unionem indissolubilem, decernit.*

* lib. 18. cap. 47.

AGNOETARUM, HOC est, Ignorantium, hæresis.

SEveritarum propago & ista hæresis fuit: ideò sectæ illæ omnes, quas modò exposuimus, hisce communicarunt. imò ulteriùs adhuc originem suam extendunt; nempè ad Arianos usque. *Nicephorus*, * Themistium Philosophum, narrat, olim hujus sectæ choragū fuisse, sub Valente.

* lib. 18. cap. 50.

Hypotheses istorum ita exponit.

1.

Dicunt, Deum quidem Verbum omnia nòsse: Humanitatem verò, secundùm subsistentiam ei unitam, permulta ignorare.

2.

Nescire sanè horam & diem Mundi totius consummationis; utpotè Patre minorem, propterea quòd in Euangelio secundùm Matthæum * & Marcum * dicat: *De die autem illâ, & horâ, &c.*

* cap. 24. vers. 36.
* cap. 13. vers. 32.

Sed propter istam sententiam non tam fuissent damnandi; quàm propter alia dogmata Arianismum redolentia: quæ tamen non sunt in literas relata, quantum nos quidem scimus.

ACEPHALORUM Hæresis.

PErtinet & hæc secta ad Severitas, dicta Acephalorum; ut inquit *Nicephorus*: * quia sub episcopis non fuerunt. de quâ etiam superiori libro diximus.

* lib. 18. cap. 45.

Hypothesis.

Unam Verbi & Carnis naturam esse.

¶ Ceremonias quasdam hujus gregis *Nicephorus* * recitat: ut quòd, defuncto episcopo aut sacerdote, non baptizarint, neque Cœnam distribuerint. Quoties autem feriis Paschalibus communionem celebrabant; eam, quam longo tempore asservarant, in minutissimas concisam partes, hominibus distribuebant. Quilibet porrò sibi potestatem fingendi, asserendi, atq; faciendi quælibet, sumebat. eâ de causâ, ex plurimis capitibus, plurimæ hæreses prognatæ.

* ibidem.

Episcopus quidam Syrus, ex hæresi Acephalorum, in Concilio Spalensi II. conversus est. *Actione 12.* Initio autem mordicus tutatus est hæresin: pernegans duarum in Christo naturarum proprietatem; & asserens deitatem passibilem. sed tandem veritate convictus, & susceptus, hanc edit confessionem: *Duas naturas, & unam personam, in uno eodemque Domino nostro* JESU *Christo confessus est: credens impassibilem naturam deitatis; atq; in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis & crucis.*

APHTHARDOCETARUM Hæresis.

COmmemorat *Nicephorus*, * à Juliano Halicarnasseo (cujus in sextâ Centuriâ mentionem fecimus) complures hæreses, veluti ex equo Trojano, (quod dicitur) exsiliisse: utpote Tritheitarum, Agnoëtarum, Theopaschitarum, Jacobitarum, Severitarum, & aliarum. Fuitq; tantus inter ipsos contentionis ardor: ut non vererentur, eos, quos sibi adversari videbant, Phantasiastas & Manichæos nominare: à quibus vicissim audiebant Phthartolatræ & Scenolatræ. Omnes autem hoc ingenti conatu egerunt; ut Leonis tomus tolleretur: quòd is quartam Synodum videretur firmissimè munire.

* lib. 18 cap. 45

Hypothesis.

Creatum quidem esse Domini corpus; sed idem ab ipsâ conceptione incorruptibile esse.

¶ Restiterunt eis, Elogius Alexandrinus, & Anastasius Sinanites. *Nicephorus ibidem*: ut superiori libro dictum est. Sed qui hac ætate eis se-se opposuerint, ignoratur, Scriptorum penuriâ, seu desidiâ.

SUB HERACLIO ET ALIIS IMPERATORIBUS.

MONOPHYSITARUM Hæresis.

EUtychianorum propago est hæc Monophysitarum hæresis, opposita Nestorianis: nam a suâ doctrinâ nomen habet. Ejus patroni fuerunt, Jacobus, & Johannes Philoponus Grammaticus in-primis: qui & librum scripsit, arte philosophicâ ità figuratum; ut difficilis refutatu fuerit. *Nicephorus.* *

* lib. 18. cap. 45.

In Syriâ magnos excitavit tumultus ista hæresis: ac dicti sunt Jacobitæ, qui eam defenderunt: Melchitæ verò, qui ei restiterunt.

Hypothesis.

Quando duæ naturæ in Christo sunt unitæ, unam in Christo duntaxat naturam esse effectam; non duas remansisse. *Nicephorus.* *

* lib. eod. cap. 46.

Rationem sumserunt ex Philosophiâ. Nam Hominem animâ & corpore constare dixerunt: non tamen duas; sed unicam tantùm esse hominis naturam: licèt, ante unitionem duplex sit natura corporis & animæ. *Idem.* *

* cap. 47.

Itèm, sic ratiocinati sunt: Si duas in Christo demus esse naturas; consequentur eas necessitate quâdam omninò duæ etiam voluntates. Si verò hoc concessum fuerit: eadem necessitate duæ inducentur personæ, & duæ virtutes operatrices, inter se contrariæ prorsus. *Nicephorus.* *

* cap. 48.

¶ Refutarunt istam hæresin, Leontius Monachus, qui librum triginta capitum opposuit; & Georgius Pisides, Diaconus & Referendarius: cujus Jambos ex *Nicephoro* adscribemus:

Ψηφίζεται λίθον μίαν τε καὶ μίαν.
εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν,
γελῶσι τὸ λεχθὲν γέροντες καὶ παῖδες.
Unam atq; mox unam lapillo computat.
At unam & unam fortè si unam dixeris;
Pueri vel ipsi tale dictum riserint.

Quod autem versiculis his expressit, sic habet. *Profiteris*, inquit, *Philopone, Philosophorum omnium laboriosissime & sapientissime, duas naturas in Verbo unitas esse; unam divinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo convenisse: quomodo duas in unam rursus contrahis? una namq; & una, dua sunt; non una. Itaq; si quis, in eadem subjecta re, duo quædam prædicando indicet; eaq; ipsa rursum in unum redigat: ridendum se meritò præbeat.* Nicephorus. *

* lib. 18. cap 48.

Producit ipse *Nicephorus* quoq; * ex Gregorio Nazianzeno, testimonium contra hanc doctrinam. *Quapropter*, inquit, *& magnus Theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam suam exponens, sapientissimè simul & subtilissimè dicit, naturam suam eas servare, ex quibus scilicet, & in quibus, & quæ sint. Nam Ex quibus, propterea posuit? ut ex divinitate & humanitate naturam declararet. In quibus vero: ut naturas post unionē servaret, neq; eas propter mutuam unionem confunderet. Quæ sint autem: ne quis aliud Christum, post naturarum unionem factum esse, existima-*

* cap. 46

istimaret. Dogmatis istius exactiorem rationem indè considerabimus. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aere, aquâ, & terrâ, constitutum esse, in confesso est: in quibus etiam consistit. Atque in corpore ea, ex quibus, & in quibus est, conservantur. Quæ autem sint, non videm. Siquidem, post elementorum unionem, corpus nostrum non purè ignis est, neq; sincerè aër, neq; incorruptè aqua, neque germanè terra; sed aliud quiddam, quam quatuor ista. Id satis ex sensu ipso patet. Unaquæque enim corporis nostri pars, aliud quiddam, quam elementa, est. Verum in divinâ unione, non aliud quiddam, post duarum naturarum concursum, factum est: sed idem ipsum est; Christus videlicet, Deus & Homo.

EUTYCHIANA
Hæresis.

EXponit *Nicephorus* capita istius hæresis: idque eam ob causam, quia Monophysitæ plurimum indè usurparunt. *Beda* * testatur, hisce temporibus, fidem ecclesiæ Constantinopolitanæ, hæresi Eutychetis esse turbatam. (* lib. 4. c. 17.)

Hypotheses.

1.

In Christo fictam carnem fuisse.

2.

In speciem Christum esse passum.

3.

Reliquas etiam actiones Christi, ut humanas, tantùm fuisse phantasias. *Nicephorus.* * (* lib. 18. c. 48.)

4.

Naturam humanam, cum naturâ divinâ, unicam tantùm effectam esse. *Nicephorus.** (* lib. eod. c. 50.)

THEOPASCHITARUM,
Jacobitarum, Armeniorum
Hæresis.

ETsi diversa nomina sortiti sunt isti Hæretici; omnes tamen fuerunt Monophysitæ: licèt alius alio crassius eandem hæresin, ut solet fieri, profiteretur. Theopaschitæ dicti sunt, ab opinione: quia divinitatem asseruerunt passam esse. Jacobitæ nominati sunt: qui quidem à Jacobo apostolo feruntur esse converti; sed postea degenerantes, erroribus se adjunxerunt. Armenii, à loco cognominati sunt. A' Petro Gnaphæo ipsos traxisse originem, *Nicephorus* affirmat; & ait, apud Syros plurimum damni dedisse.

Hypotheses.

1.

Unam tantummodò in Christo, post unionem, naturam exsistere. *Nicephorus.** (* lib. 18. c. 52.)

2.

Filium Dei carnem animâ carentē suscepisse; ut Arius docuit. *Nicephorus.** (* cap. 53.)

3.

Corpus Domini mentem non habere; ejusque loco divinam esse naturam: ut Apollinarii senserunt. *Nicephorus ibidem.*

4.

Interdum docent, Filium Dei, corpus incorruptibile, increatum, cœleste, subtile, & omni passione alienum, accepisse. *Ibidem.*

5.

Non mortuum, neque passum, neque resurrexisse Christum: sed alium à Judæis ejus loco captum, & trucidatum, & resuscitatum. *Antoninus.** (* Tit. 13. c. 5. §. 9.)

6.

Interdum dicunt, Christum tãtùm specietenus passum; Simonis deliria imitantes. *Nicephorus locis citatis.*

7.

Interdum negant, Filium Dei ex Virgine corpus assumsisse; sed transiisse tantùm per Virginem. *Nicephorus ibidem*

8.

Interdum docent, Christum de Virgine natum, & in cœlos asscendisse; sed nequaquam Deum fuisse. *Martinus in Heraclio.*

9.

Divinitatem Christi affixam cruci, & passam esse, dictitant. *Nicephorus.*

10.

Sacram quartam Synodum repudiant. *Nicephorus.** (* lib. 18. c. 52.)

11.

Omnes sanctos Patres rejiciunt. *Ibidem.*

De ceremoniis ipsorum.

Porrò quemadmodum doctrinâ, ità & moribus atque ceremoniis, à reliquis discesserunt.

Jejunium, nõ ut reliqui per intervalla, sed ad decimum-quintum Januarii diem extendunt.

Sabbatis ac Dominicis diebus Quadragesimæ, lac, caseum, & ova, comedunt.

Ter sanctum Hymnum, non Trinitati; sed unigenito Verbo, subjiciunt.

Non miscent calicem aquâ: utuntur in Cœnâ azymo; non pane.

Mactant & immolant in Paschatos festo, ritu Judaico, boves & oves; & agni sanguine postes aspergunt: & non ibi utuntur testamento Domini; sed more Judæorum veteri, agnum assatum comedunt.

Quando hominem baptizant, crucem honore afficiunt.

In mediâ cruce clavum, sanguine victimæ tinctum, affigunt.

Tres cruces connectunt; quas sanctam Trinitatem nominant: significantes Trinitatem esse passam.

Imagines Patris & Spiritûs S. effugiant.

Alias quoque sacras imagines honorant: sed non osculantur.

Oblationem suam oleo inungunt.

A' lævâ dextram versus se-ipsos cruce consignant.

Sanctam crucem die Parasceves subterram abscondũt: postea vagantes quærunt, & proferunt. *Nicephorus.** (* lib. 18. c. 53.)

Patriarcha Jacobitarum, etiam Heraclium Imperatorem in eum errorem perduxit. *Paulus Diaconus in Heraclio.*

CHAZINZARIORUM
& Staurolatrarum Hæresis.

MOnophysitarum sectarii sunt & isti; in quibusdam tamen ab ipsis discrepantes: à culturâ Crucis sic appellati. Nam Chazus apud ipsos crux vocatur.

Hypotheses.

1.

Non unam confusè naturam, sicut Jacobitæ, in Christo esse opinantur: sed duas; quemadmodum & nos.

2.

Duas personas in uno Christo esse, fabulantium more nugantur; juxta Anthropolatram, id est, Hominem adorantem, Nestorium.

3.

Passionis tempore, alteram personam in cruce passam; alteram autem ab eâ segregatam seorsim stetisse, passionisque spectatricem fuisse, dicunt. *Nicephorus.** (* lib. 18. c. 54.)

¶ Crucem autem venerantur, & adorant. In reliquis itidem cum Monophysitis concordantes, communicationem azymam, & poculum absque aquâ, se à Gregorio illo, magnę Armenię antistite, accepisse, asseverant. *Nicephorus.** (* ibid.)

MONOTHELITARUM
error.

MOnophysitarum rivus est ista quoque hæresis. Est autem Constantinopoli orta, ex Eutychianorum posteris. Autores fuerunt, Sergius, Macarius, Pyrrhus, Petrus, & Paulus Georgius, patriarchę Constantinopolitani; *Paulus Diaconus:** Cyrus Alexandrinus. *Epistola Agathonis.* (* lib. 6.)

Totum autem Orientem ista lues occupavit; & Africam etiam infestavit. *Synodo VI. Constãtinopolitana, Actione 13.*

In epistolâ Agathonis dicitur, hosce Hæreticos secutos esse Apollinarem, Severum, Nestorium, Epiphanium Mysium, & Theodosium.

Hypothesis de Christo.

Post unitionem in Christo, unicam tantùm in ipso esse naturam, unam operationem. *Paulus Diaconus,** *Ivo in Constante.* (* lib. 18.)

Asseclæ fuerunt multi: ac Heraclius quoque in eum errorem deductus est; *Paulus Diaconus:** Paulo quodam, hujus sectæ patrono, ipsum decipiẽte: ut ex epistolâ Sergii, *in VI. Constantinop. Synodo, Act. 13.* apparet. (* ibid.)

Paulus Diaconus * ita exponit: *Hierapoli Imperator cùm esset, Athanasius, Jacobitarum patriarcha, vir acris, & nequam* (* ibid.)

augens, accedit ad Imperatorem; de religione cum eo sermones miscens. Heraclius, ejus industriam cernens, promittit, eum Antiochiæ patriarcham futurum; si Chalcedonensi Synodo, de duarū in Christo naturarum unitione, subscripturus esset. Iste, prædā inhians, astutè simulat se approbare. Postea subjicit: Quid igitur de voluntatibus & operationibus sentiendum, aut loquendum esset? simplexne, an duplex esset? Imperator subtilitates istas non intelligens, Sergium Constantinopolitanum episcopum, & Cyrum Phaselidis, consulit: qui, ut erant corrupto judicio præditi, de unâ voluntate respondent. Hoc modo implicitus Imperator, alios quoque in eam sententiam pertrahere & cogere nititur: verum frustra.

P[illegible]rrhus, Constantinopolitanus patriarcha, Romam veniens, i[illegible]m hæresin revocavit. Sed reversus in Orientem ad vomitum rediit, ideoque à Theodoro Papâ excommunicatus est: ut in vitâ Theodori extat, *2. Tomo Conciliorum.*

Temporibus Martini Papæ, Paulus, Patriarcha Constantinopolitanus, Constantio etiam persuasit; ut formulam doctrinæ conderet, & omnes ad suscipiendum cogeret. Legatos Pontificis Romani malè is tractavit. Quâ quidem causâ adducti Romani Sacerdotes; Romæ Concilio congregato, Sergium, Pyrrhum, & Paulum, excommunicant.

Misit Constantius Romam Olympium: ut omnes episcopos & sacerdotes ibi compelleret in hæresim consentire; & Martinum Papam vel jugularet, vel vinctum Constantinopolim adduceret. Verum is, re infectâ, ad Imperatorem rediit. Postea Theodorus Exarchus, eâdem de causa ablegatus est. Is, simulans amicitiam cum Martino, eum comprehensum ad Imperatorem abduxit: ut in vitâ Martini narratur, *Tomo 2. Conciliorum.*

Defenderunt istam hæresim, & Macarius Antiochenus Patriarcha, Stephanus Presbyter & Monachus, Petrus Metropolitanus Nicodemiæ, Salomon Cleonæ. & quidem in Sextâ Synodo isti Hæretici convincuntur, Patrum scripta falsasse.

¶ In Constātinopolitanâ Synodo VI. Gregorius Agrigentinus, in Sardonii locum subrogatus, Monothelitas insigni dexteritate & gravitate refutavit. *Symeon Metaphrastes in vitâ ejus,* itèm *Paulus Diaconus.*

Martinus Papa decreta synodica in Orientem atque Occidentem contra istos Hæreticos misit: ut est videre in decretis Synodicis Martini, *2. Tomo Conciliorum.*

Agatho Papa, in epistolâ ad Constantinum, ex sacris literis errores Monothelitarum refutat. Actione 4. Synodi Constantinopolitanæ VI. sic inquit: *In Christo, etiam post incarnationem, sunt duæ naturæ; scilicet divina & humana. Ergo etiam duæ operationes, & voluntates.* Item: *Hæretici, unam voluntatem asserentes, differentiam tollunt. Aut enim humanam, aut divinam naturam docent, aut ex utrâsque commixtam & confusam.* Epistola Agathonis. Itèm docet, *ex operum qualitatibus naturarum differentias cognosci.*

So[p]hronius quoque, Hierosolymorum episcopus, fortiter sese isti hæresi opposuit.

Refutat etiam Monothelitas Constantinus Imperator, in Confessione suâ, *Actione 18.* Idem facit Leo 2.

Quòd sibi invicem contraria sæpe dixerint, seseque mutuò destruxerint; *in Actione 4. Synodi VI. Constantinopolitanæ* dicitur.

* lib. 19. ¶ De duratione hujus sectæ, inquit *Diaconus*:* Constantinus præcipuum studium juvandi Ecclesias habuit; quæ ubique divisæ fuerant, a temporibus Heraclii proavi sui, & Sergii vesani, & Pyrrhi: qui [illegible] digne Constantinopoleos throno præfuerunt. *Idem Ivo in Chronico dicit, in Constantino.*

PELAGIANA.

IN Scotiâ, & Angliâ temporibus Heraclii, hæresis Pelagiana revivascebat. *Beda de Ratione temporum, Honorius. Adon Viennensis.*

Et Recensuindus, Gotthorum rex, curam de augendâ & conservandâ Christi fide suscepit. *Johannes Magnus.** (* lib.16.c.21) Et Bamba, Gotthorum rex, juravit; se fidem Christianam, & libertatem Ecclesiæ, leges & consuetudines, integrè servaturum. *Johannes Magnus.** (* lib.eod. cap 22.) Et Oswaldus, Northumbrorum rex, Aidani episcopi, concionantis Scoticâ linguâ, interpretem egit: & Anglosaxonum linguâ enunciavit, quæ ille Scotico sermone proferebat: *ut indicat Wilhelmus.** (* lib.1.c.34)

Idololatrias abrogarunt. Erelbertus Cantiorum rex, idolorum delubra in Christianorũ templa & monasteria vertit: *teste Beda.** (* Contur.1. cap.7.) Ercombertus sacella idolorum, ab avo & patre non damnata quidem, sed tamen relicta, funditùs evertit; & solo æquavit. *Wilhelmus Malmesburiensis.** (* lib.5.c.10.)

Blasphemos coercebant. *In sexta Toletana Synodo, cap 3.* sancitur: ut novus Rex electus polliceatur, se Judæos blasphemos non toleraturum. In Judæos blasphemantes Trinitatem, & a fide Christianâ suos aut alios subtrahentes, & suam sectam defendentes, Leges à Regibus Hispaniæ sunt conditæ: quas approbat *Concilium Toletanum XII. cap 9.*

Consulerunt cum episcopis de verâ doctrinâ. Sic Imperator Heraclius, a Paulo hæretico audiens, tantùm unam esse in Christo voluntatem & operationem; contulit cum Cyro, Lazorum metropolitano: qui cùm negâsset se scire, an duæ vel una dicendæ sint: jussit ejus ad Sergium de eâ quæstione scribi. *Actione 12. Constantinopolitana.*

Leges de rebus sacris & ecclesiasticis nõ sanciebant, sinè consilio episcoporum. Sic Imperator Gregorium Agrigentinum, & Patriarcham Constantinopolis, in consilium adhibuisse dicitur: cùm de sacris legibus promulgandis curam suscepisset. *Metaphrastes in vitâ Gregorii.* Receswindus, *in Toletanâ Synodo VIII.* tomum suæ fidei & decretorum Patribus censendum offert.

Hæreticos damnatos a Synodis, & turbulentas factiones, legibus & suo nervo reprimebant. Senatus & tota civitas Constantinopolis, Pyrrhum episcopum impium repulit. *Paulus Diaconus.** (* lib.18.) Constantinus, nepos Constantii, omnes clericos & laicos, Principes & Prælatos, Acephalorum & Monothelitarum hæresi infectos, graviter repressit. *Johannes de Oppido.*

Ad visitandas & instaurãdas ecclesias, ab hæreticis seductas, sæpè doctos & solertes ablegarunt episcopos. Sic Dagobertus, Argentinẽsi ecclesiæ turbatæ, Arbogastũ episcopum præfecit; & mandavit eũ audiri & honorari. *Bruschius in Catalogo episcoporũ, & Sebastian Munsterus in Cosmographiâ.*

Consuetudines & leges, cũ pietate & honestate pugnantes abrogarunt. Bathilda, regina Francorũ, exactiones publicas, pietati & æquitati contrarias, abolevit. *Vincentius.** (* n.13...)

Pios doctores defendebant. Narrat *Beda,** (* lib.2...) Edilbrechtum Regem statuisse legem, ad defensionem bonorum, quæ episcopis donaverat, quorum doctrinam susceperat.

Et rectè-agentes laudabant. Sic Constantinus laudat Romanos episcopos, quòd necessariam navaverint operam Ecclesiæ, in refutandis Hæreticis: *ut patet ex scripto ejus ad Synodum Romanam.*

Ministris Ecclesiæ immunitatem concedebant. Ut fecit Sisenandus, Rex Hispaniæ, *in Toletanâ Synodo IV. cap.46.*

Ecclesias dissidentes ad concordiam hortabãtur. Constantinus, Heraclius, & Tiberius, rogarunt Agathonem: ut legatos Constãtinopolim mitteret, pro conciliandis ecclesiis, dissidentibus ob errorẽ Monothelitarum. *Beda de Ratione temporum.* Et Constantinus legatos jussit, omissis philosophicis disputationibus, de fide verâ inquirere. *Ibidem.*

Juvabant episcoporum colloquia & disputationes, de religionis negotiis. Constantinus episcopis, in sextâ universali Synodo Constantinopolitanâ, libros ex Bibliothe-

A eis suppeditavit: eo q; monuit, ut veritatem inquirerent.
Beda lib. de Ratione temporum.
Bonorum ecclesiasticorum conservationem & auctio-
nem promovebant. Sic Heraclius, cæso exercitu Chosrois,
aurum & argentum, ad instaurationem Ecclesiarum, quas
hostis destruxerat, restituit: *ut narrat Johannes de Oppido.* Ba-
thilda, regina Francorum, Ecclesiis immunitates conces-
* li. 23 c. 126 sit. *Vincentius.* * Et *in sextâ Toletanâ. Canone 15.* Regis con-
sensu statuitur: ut res Ecclesiæ, a quibuslibet justè collatæ,
B in earum jure firmâ stabilitate permaneant.
Sedes Episcopales desolatas renovabant. Sigebertus e-
nim Moguntiam, Spiram, Argentoratum, per Romanos
vastatas, instaurat, ac cumulat bonis: & subjicit juri eccle-
siastico cathedræ Bormetomagensis. *Jacobus Curio.*
Scholas & artium studia liberaliter fovebant. Sigeber-
tus, Anglorum Orientalium rex, anno Domini 630. non
modò Cantabrigiæ; sed passim in regno suo, plures insti-
* li. 4. Hist. tuit Scholas. *Polydorus,* * & *Beda.* *
* lib. 3. c. 3. Custodes agebant ecclesiasticæ disciplinæ. Nam Simo-
C niacam pestem Bathilda regina in Franciâ exstirpâsse; &
Francorum Proceres episcopi Sigebranni superbiam mo-
* li. 23. c. 106 lestè tulisse, dicuntur: *apud Vincentium.* * Regem seculari-
bus archipresbyteris mulctam, si contemnant admonitio-
nes Ministrorum Ecclesiæ, statuisse; *apparet ex Canone 44.*
Antisiodorensis Concilii.
Synodos convocabant. Constantinus Sextam universa-
lem Constantinopoli indixit: *ut patet ex Bedâ, de Ratione*
temporum. Et in epistolâ suâ ad Papam, monet eum: ut li-
bros & legatos ad Synodum mittat, qui veritatis studiosi
D sint inquisitores. Et Agatho, & omnes præsules, in Septen-
trionalibus & Occiduis partibus Orbis constituti, gratias
agunt Imperatori Constantino, pro convocatâ Synodo: *in*
act. 4. Constantinopolitana. Et passim in Actis repetitur, eam
Synodum per sanctionem Imperatoris esse convocatam.
Sisebutus, Gotthorum rex, propter Acephalorum hæ-
resin Synodum convocavit; ac eidem interfuit: hæresin
exstirpavit; pœnitentiam agentibus pepercit. *Johannes Ma-*
* li. 16. c. 14 *gnus.* * Recinsvvindus, Hispaniæ rex, in 18. annis tria Con-
cilia celebrari curavit, pro doctrinæ Christianæ conserva-
* lib. eod. E tione *Johannes Magnus.* * Et Bracarensem Synodum II. Re-
cap. 21. gis præcepto coiisse, constat *ex 2. Tomo Conciliorum.* Patres
* cap. 6. *in Toletanâ VII.* * agunt gratias Regi, pro convocatâ Syno-
do. Et *in Bracarensi III.* gratiæ aguntur Regi Wambano,
pro convocatione.
In Synodis aderant; & cavebant, ut omnia ordine age-
rentur. Sic in quintâ & sextâ Toletanâ Rex Hispaniæ in-
terfuit, & Constantinus Imperator in sextâ Constantinop.
Communes expetebant preces ab episcopis, pro felici
rerum successu. Mauricius, captivorum injuriam reputans,
F Deum oravit, ut in hac vitâ de se pœnas sumat: & quoquò
versum legatos misit; petens ab omnibus, ut id a Deo pre-
* Tomo 3. cibus impetrarent *Zonaras.* * Rex à Gregorio petiit; ut pro
se ad Deum preces faceret. *Metaphrastes in vitâ Gregorii.* Et
Chintillanus, Rex Hispaniæ, *in Toletano Concilio V.* ingres-
sus cum optimatibus & senioribus palatii sui, cómendat se
orationibus Patrũ. Recesvvindus Rex Hispaniæ, *in Tole-*
tanâ Synodo IIX. petit à Patribus; ut pro se Deum invocent.
Ad Bibliothecas etiam instituendas & conservandas,
suam operam & sumtus contulerunt. Constantinus ex Bi-
G bliothecâ Constantinopoleos, libros depromi curat: *apud*
Bedam, lib. de Ratione temporum. Et Gotthorum Rex Cin-
dasuindus, Romam misso legato, morales libros Grego-
* li. 16. c. 20 rii petiit sibi communicari, *Johannes Magnus.* *
Templorum, monasteriorum, xenodochiorum, ædifi-
cationes, & exornationes, collatione sumtuum, redituum
& privilegiorum, juvabant. Brunichildis regina, apud Bur-
gundos Austrasiosque, complura sacerdotum collegia &
monachorum construxit, & proventus templis assignavit.
* lib. 3. *Robertus Gaguinus.* * Dagobertus templo Dionysii aureum
H tectum obduxit, annuos proventus ad Sacerdotũ victum
ordinavit, & eleemosynas pro pauperibus & egenis. *Rober-*
* ibid. *tus Gaguinus.* * Idem rex monasteriũ *Weissenburg* in diœ-
cesi Spirensi ædificavit; eique multa bona, & privilegia, &
immunitates, concessit. *Trithemius, in Epitome Francorum.*

A Goericus rex, ab angelo admonitus, ecclesiam in urbe Me-
tensium exstruxit; eamq; dotavit totâ suâ hæreditate, quæ
ei jure à patre & matre obvenerat: *ut patet ex Vitis episcopo-*
rum Metensium.
¶ Abusi tamen sunt interdum Imperatores & Magistra-
tus, & aulici Consiliarii, suâ potentiâ: dum ipsi, hæreticas
opiniones amplexi, conati sunt eas in alios quoque propa-
gare, suis edictis. Sic Constantinus Monothelitarum erro-
rem, per Olympium Exarchum, per totam Italiam propa-
B gare instituit: *ut narrat Platina in vitâ Martini I.* Et Rotha-
rius, Longobardorum rex Arianus, in suis civitatibus vo-
lebat geminos episcopos esse: unum Arianum, alterum
Catholicum. *Paulus Diaconus,* * & *Blondus.* * * li. 4. Lon-
Aut imperarunt episcopis; ut, quos ipsi in gratiam rece- gob. cap 15.
pissent, & illi ad communionem admitterent. ut colligi po- * Decad.
test *ex cap. 3. Toletanæ Synodi XII.* ubi Patres consentiunt: ut lib. 9.
hi, quos Regia potestas, aut in gratiam benignitatis recepe-
rit, aut participes suæ mensæ effecerit; hos etiam Sacerdo-
rum & Populorum conventus in ecclesiasticam commu-
C nionem suscipiat. ut, quod principalis pietas habet acce-
ptum, à sacerdotibus Dei non debeat esse extraneum.
Sinceros doctores in exsilia expulerunt. Dagobertus
rex, Amandum, peccata ipsius arguentem, in exsilium mi-
sit. *Robertus.* * Mellitum, regibus nondum-baptisatis dene- * lib. 3.
gantem communionem Cœnæ dominicæ, Angliâ pul-
sum esse, *narrat Beda.* * Constans, nepos Heraclii, Marti- * lib. 2. c. 5
num & Maximum, ob damnatam hæresin Monothelita-
rum, in exsilium ejecit. *Paulus Diaconus.* * Egfridus Wilfri- * lib 18
dum episcopatu suo dejecit. *Beda.* * Dagobertus scortorum * li. 4. c. 13.
D gregem, reginarum habitu, circumducebat: id quia Aman-
dus reprehendit, in exsilium est actus. *Balaus.* * Columba- * Centur. 1
nus à Theodorico in exsilium pellitur; quòd prædixerat, cap 74. in
nothos Regis non successuros in Imperio. Append.
Aut interfecerunt. Sic Clodoveus Lampertum, Tun-
grensium episcopum, peccata aulæ suæ arguentem, inter-
fici curavit. *Regino,* * & *Sigebertus.* Et Chilianum, cum dis- * lib. 1.
cipulis suis Dolomanno & Tholmanno, Geilana pellex
clàm occidi curavit. *Sigebertus in Chronico.*
Bona Ecclesiæ suo fisco aut ærario, sinè necessitate pu-
E blicâ, vendicarunt; aut ecclesias spoliarunt. Sic Lupus the-
sauros Aquilejensis Ecclesiæ diripuit. *Paulus Diaconus.* * * li. 5. Lon
¶ Ex quâdam superstitione, magistratu se-se abdica- gob. c. 7.
runt; & clerici, aut monachi, aut eremitæ facti sunt. Judo-
cus, Regis Britonum filius, spreto regno, eremitam egit in
pago Pontivo. *Sigebertus.* Et Wambas, Hispaniæ rex, ha-
bitu religionis, & sacræ tonsuræ (ut vocant) signo accepto,
Eringium pro se regem creari jussit: *ut patet ex cap. 1. Tole-*
tanæ Synodi XII.
In Martyrum & mortuorum honorem magnas impen-
F sas fecerunt, ex superstitione. *Robertus* * narrat de Dago- * lib. 3.
berto: quòd, præter multas alias largitiones, etiam empo-
rium annuum eis dederit. Dagobertus ecclesiæ Argenti-
nensi, & gloriosæ virgini Mariæ, donavit oppidum Ru-
biacum; motus filii sui mortui resuscitatione, ab Arbo-
gasto factâ. *Nauclerus,* * *ex vitâ ejusdem.* Imperatores, Pa- * Gener. 21.
tritios, & Consules, multa bona beato Petro, pro red-
emtione animarum suarum, contulisse, distribuenda pau-
peribus, vel ad redimendos captivos; *Liber pontificalis, in*
Severino, nugatur. Berthildis, locum, in quo Martini eccle-
G sia constructa est, cum omnibus suis appendicibus, & vil-
lam quoque, Abbati tradidit, jure perpetuo possidendam.
Vincentius. * * li. 23. c. 4
In suscipiendis ceremoniis pontificiis, etiam supersti-
tiosis, nimiùm faciles fuerunt, easque suis Ecclesiis obtru-
serunt. Sic Excombertus, rex Cantiorum, quadragesimale
jejunium in Angliâ perduxit; teste Ernesteno: *ut refert Ba-*
laus. * *Wilhelmus Malmesburiẽsis* * asserit; eum legẽ, de qua- * Centur. 1
draginta dierum jejunio, in eum finem tulisse: ut gentem cap 74.
suam, ventri & gulæ deditam, ad frugalitatẽ assuefaceret. * li. 1. c. 1 c
H Superstitiosum & illud est: quòd monasteria virorum
& virginum instituerunt; & in ea suos filios & filias, &
alios, incluserunt. Phocas Constantinam, Mauricii con-
jugem, & tres filias ejus, ex templo eductas, in monaste-
rium abdidit. *Paulus Diaconus.* * * li. 17. c. 18

Et quòd

A Et quòd [illegible] genus vitæ hominum confirmarunt, largitionibus multorum bonorum. Lotharius sylvas, piscationes, prata & pascua, Deicolo abbati tradidit. *Vincentius.* * Androaldus, vir nobilis & prædives, de consilio Audomari, Bertino & collegis ejus, omnia sua largitus est: ut cœnobium in honorem Petri exstruerent, & monachorum turbam colligerent. *Vincentius.* * Et Benjamin nobilis, plurimum ex hæreditate propria monasterio Sithidim contulit. *Idem* * Bathilda duo monasteria, Calam B & Corbejam, exstruxit: & aliis quoque monasteriis multa bona largita est. *Vincentius.**

(* lib. 23 c. 5 — * lib. eod. cap. 110. — * cap. 112. — * lib. eod. cap. 110.)

Quòd ecclesiasticis personis, nimis privilegii & potestatis concesserunt, in negotiis civilibus. Bimba, Rex Gotthorum, noluit rex appellari, antequam per Toletanum archiepiscopum esset solenniter unctus, & coronatus. *Johannes Magnus* * Apud Hispanos, Sacerdotes *in Synodo Toletana IIX. cap. 10.* decreta faciunt, de electione Regum & Principum: à quibus illa, & quo in loco, fieri debeat; & ad quos pertineant bona eorum, ipsis mortuis.

(* li. 16 c. 22.)

C Quòd nimis liberales fuerunt in episcopos Romanos; eisq; ecclesias subjecerunt. Sic Phocas Rumanum pontificem œcumenicum declaravit: *ut supra diximus.* Et Dagobertus ecclesiam Dionysii Romano pontifici subjectam esse voluit. *Vincentius.* Et Justinianus II. Ravennatem ecclesiam armis coëgit, Romano Leoni subesse. *Sabellicus.** Codialdus, Saxonum rex, Romæ moriens, omnes suas fortunas in divinum usum, ex testamento, erogari curavit. *Bonfinius.** Herechbertũ, regem Lungobardorum, Alpes Coccias sedi Rumanæ restituisse; & donationem hanc aureis literis scriptam misisse Romam: *Beda* narrat, *in libro de* D *Ratione temporum. Sabellicus* * Arithbertum vocat: &, præter Coccias Alpes, etiam omnem Ligusticæ oræ tractum attribuisse, nugatur. Quod an verum sit, judicent alii. nam Arithbertus seculo inferiore vixit. Econibert & Osuvius, Reges Anglorum, cùm Wigardum Romam miserunt, ad impetrandum gradum archiepiscopi; aurea atq; argentea vasa non-pauca Papæ miserunt. *Beda.**

(* li. 23. c. 37. — * Ennead. 8. lib. 7. — * Dec. 1. li. 8. — * Ennead. 8. lib. 6. — * lib. 4. c. 1.)

Quòd etiam erga alios Ministros ecclesiæ nimis fuerunt liberales, donando iis amplas possessiones. Rex Ediluach, donavit Wilfrido antistiti terram 87. familiarum, E Selesteu, seu Insulam Vituli marini dictam, & omnes homines. *Beda.** Et Ceadualla rex occupatâ insulâ Vectâ, eidem Wilfrido, possessionem terræ 300. familiarum obtulit. *Beda.** Edilbrecht, Justo & Melito multa dona dedit: & territoria & possessiones, in usum eorum, qui erant cum episcopis istis, adjecit. *Beda.**

(* lib. 4. c. 13 — * lib. eod. cap. 16. — * lib. 2. c. 3)

Quòd, nimiâ tyrannide & crudelitate, ad seditionem occasiones præbuerunt subditis. Sic ob Heraclii asperitatem, Persas, Arabes, Chaldæos, & confines nationes, ab obedientiâ Imperii & fide recessisse, narrat *Joh. de Oppido.* F

CAPUT IIX.

DE SCHISMATIBUS.

SUB PHOCA.

DISSENSIO ROMAE, DE LIbris Gregorii.

NARRAT *Sigebertus in Chronico*, Romanos, cùm parum in ærario Ecclesiæ reperissent post obitum Gregorii, voluisse libros ejus G comburere, & memoriam illius delere: sed prohibitos esse à Petro; qui jure-jurando fidem eis fecerit, quòd Spiritum sanctum sæpè viderit, in specie columbæ, capiti ejus insidentem, inter scribendum. Sed videtur etiã hæc fuisse non-levis causa; cur Rom. Pontifices libros Gregorii habuerunt exosos: quòd dilucidis verbis scripserat: eum, qui se universalem sacerdotẽ vocaret, vel vocari desideraret, in elatione suâ Antichristo præcurrere. Quam quidem sententiam illi, anxiè primatum affectantes, minimè aliis innotescere, publicisque scriptis H celebrari, volebant.

Contentio Romanorum & Constantinopolitanorum de Principatu.

SUperiori libro diximus, inter Constantinopolitanos & Romanos episcopos contentionem esse exortam, A de titulo UNIVERSALIS, seu OECUMENICUS. Ea verò, etsi morte Johannis omnino nihil est repressa: tamen, ut inter ambitiosos fieri solet, lis illa etiam inter successores mansit, usq; ad annũ Domini circiter 607. ut annotat *Sigebertus in Chronico.* Constantinopolitani aũt episcopi, suæ Ecclesiæ primas partes adscribebat; propterea quòd esset præcipua sedes, & regia Imperatoris: Romani verò suam præferebant; quia esset mater, unde quasi colonia deducta sit Constantinopolitana ecclesia; & quia etiamnũ sit domina mun- B di: cùm Imperatores Romani a Româ; & non Constantinopolitani, toto orbe terrarum nominentur. *Sabellicus.**

(* Ennead. 8 lib. 6.)

Platina verò, *in vitâ Bonifacii III.* etiam hoc, pro Romanæ Ecclesiæ principatu, argumentũ adducit: quòd Petrus, Apostolorum princeps, solis Romanis Pontificibus claves regni cœlorum reliquerit; & non Constantinopolitanis episcopis: & quòd Constantinus, & alii Principes, Romanis dederint potestatem, Synodos convocandi, & dissolvendi; & vel refutandi, vel suscipiendi & confirmandi, ea, quæ in Synodis decreta essent.

C ¶ Sed hisce rationibus Romanos tùm temporis usos fuisse: haud equidem facilè ex hujus, aut mox sequentis seculi, scriptoribus probaveris. Nam *primò*, *Beda*, *Regino*, *Adam Viennensis*, *Sigebertus*, & alii, tantùm dicunt: Phocam, rogante atq; exturquente Bonifaciu, statuisse; Sedem Romanæ & Apostolicæ Ecclesię esse caput omnium aliarum Ecclesiarum, quia nimirum Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat: id quod Romanos Pontifices, incredibili fastu turgentes, malè urebat.

Deinde, non audebant Romani Pontifices, tùm tempo- D ris, sibi solis arrogare clavium potestatem, propter successionem Petri, id quod etiam suprà, in quintâ Centuriâ, indicatum est, in sextâ Carthaginensi Synodo, in quâ quidem, non ullum verbum Dei; sed Canonem Nicænum falsatum ac depravatum, produxerunt, pro confirmando suo in Africanas ecclesias impio ac nefario principatu.

Tertiò, ex historiis nullo modo probari potest, Constantinum eam potestatem Romanis episcopis dedisse, quam Platina fingit. Phocas ergo alioqui minùs erat æquus Constantinopolitano Patriarchæ, se-se nonnihil ipsius impie- E tati & crudelitati opponenti: & quòd Romani Pontificis benevolentiâ sibi opus esse judicabat; & quòd metuebat, ne, si id, quod petebat Romanus, recusaret; ab eo vicissim, tum propter parricidium, tum propter alia sua scelera, malè tractaretur: in postulata consensit; & statuit, Romanam ecclesiam caput omnium aliarum haberi debere. Sed ea sententia Phocæ, certamen illud non planè sustulit. Nam, sicut Romani universales Papas; ita Constantinopolitani universales Patriarchas, se-se nominarunt: & ex odio adversùs se invicem, controversiâ de duabus in Christo vo- F luntatibus & operationibus renovatâ, alius aliam defendit & propugnavit sententiam.

SUB HERACLIO.

DISSENSIO AFRICANORUM, ASIAticarum, Europæorum, de voluntatibus & operationibus in Christo.

HEraclius, dum aulicis consiliis, non consulto ore Domini, Athanasio, seu Paulo, (*ut Diaconus* * *refert*) Jacobitarum patriarchæ, beneficium præstare conatur, in G Ecclesiis Orientis & Occidentis tristia excitat dissidia: quę per annos 42. durarunt. Nam cùm Hierapolim venisset; & Athanasium hæreticũ ad colloquium admisisset; ac in eo cognovisset, virum eum esse ingenio præstantem: promisit ei; si Chalcedonensis Synodi decretum de duabus naturis in Christo susciperet, se eum Antiochenæ Ecclesię præfecturum. Ille aũt, ut erat homo versutus, simulat se Synodum illam suscipere, & duas unitas naturas in Christo confiteri. Verùm Imperatorem interrogat de operationibus & voluntatibus; duplæ ne, an simplæ dicendæ sint? Impe- H rator, minùs in rebus sacris exercitatus, ad quæstionem illam nescit respondere. Confert aũt cum Cyro Phaselidis episcupo, & cum Sergio Constantinopoleos. Illi verò, licèt hactenus Orthodoxi habiti essent; tamen Hæreticorũ opiniones foverant: quas nunc produnt, dum unam in

(* lib. 18.)

Christo operationem & voluntatem asserunt. Imperator etiam ipse eorum adstipulatur sententiæ; nihil veritus, Johannem Pontificem Rom. eam improbare. Et Cyrú Alexandriæ curat ordinari episcopú: qui dum præposterè dissidium Orthodoxorum & Hæreticorum, in eo loco decertantium, de duabus naturis in Christo, tollere conatur; in Hæreticorum castra & ipse descendit, & alios secum abducit. Nam inter verum & falsum, hoc medium invenit; in quo tandem utraq; pars acquiescit: nimirú, quòd in Christo sint duæ naturæ unitæ; sed una sit operatio, unaq; voluntas. Hæc verò vulnerum Ecclesiæ obductio, novas dedit turbas. Nam Jacobitani & Theodosiani, cothurnum illum pro se interpretantur; & vulgò jactitant, Chalcedonensis Synodi approbatores jam in suam sententiam concessisse. Dum enim unam operationem & voluntatem in Christo ponant: consequens esse, ut, velint-nolint, unam tantùm; & non duas naturas, in Christo statuant. Sophronius autem, Hierosolymorum episcopus, eam formulam reprehendit; & duas in Christo operationes asserit.

Sergius, qui ejusdem erat opinionis, cum Cyro Sophronium compescere conatur; asserendo, novam esse formulam, & Patribus inusitatâ, dicere duas operationes in Christo: & tamen diffidens causæ, Cyro scribit, eumq; monet, ne cuiquam concedat, vel unam, vel duas in Christo dicere operationes: propterea quòd alii hac, alii illâ offendantur sententiâ: & quòd tutissimum sit, veteres & approbatas formulas retinere, quàm novas amplecti, iisq; occasionem dissidii præbere. Quare dicendum esse, Jesum Christum, verum Deum & Hominem, tam divinam, quàm humanam, & omnem Deo decibilem, & Homine dignam, operationem operatum esse.

Idem etiam scribit ad Honorium Papam: & rogat eum, ut Sophronium cohibeat, ne crescant contentiones: *ut patet ex epistola Sergii ad Honorium, in actione 12. Constantinopolitana Synodi.* Sed paulo pòst Sophronius, Hierosolymis episcopus factus, convocatâ Synodo, damnat errorem Monothelitarum: & ad Sergium, & Johannem Romanum episcopum, synodicam epistolam mittit. Sergius in errore manet; & partes Cyri defendit. Johannes verò Romanus episcopus, alioquin Constantinopoleos episcopis infensus, probat Sophronii sententiam, & collectâ Synodo, damnat Monothelitas. Idem faciunt episcopi in Africâ, apud Byzantium, Numidiam, & Mauritaniam.

Imperator verò Heraclius, Sergii sententiæ addictus, profert Zenonis edictum: quòd neq; unam, neq; duas, fas sit, in Christo dicere operationes. Ea res magis, ad calumniandum, Hæreticos excitat. Nam Severi hæresin probantes, per calumniâ objiciunt piis: quòd paulò antè dum consensissent in unam operationé Christi, etiam unam naturam probarint; nunc verò pœnitentiâ ducti, utrumque amiserint, neq; unâ neq; duas in Christo naturas côfitentes.

Sergii successor Pyrrhus, Romam profectus, abjecto errore, renovat consensum: sed indè Ravennam progressus, in errorem recidit; & à Theodoro Pontifice excommunicatur. Paulus etiâ Constantinopolis episcopus, eundem erroré amplectens, unà cum Cyro & Pyrrho, in Synodo Romana, a centum & decem episcopis, & Martino Pontifice, excommunicatur.

Episcopi etiam Hispani, Synodo collectâ, duas in Christo voluntates & operationes asserunt; & Monothelitas damnant.

Constans autem Imperator, uti sui majores, Monothelitarum opinione infectus, Martinum & Maximum, captivos Constantinopolim ductos, in exilium Chersonam mittit, & Hispaniæ episcopos ob assertionem affligit. *Paulus Diaconus,* in Heraclio.* Tandem verò in sextâ Constantinopolitanâ Synodo, Constantini Imperatoris anno 12. dissensio illa est extincta: ut postea dicemus, in capite de Synodis.

* lib. 18.

Lis inter Romanum episcopum, & Caralitanum.

Citonatus, archiepiscopus Caralitanus, Ecclesiæ Turritanæ præfecerat episcopum, inconsulto Johanne Romano pontifice. Id ille ægrè ferens, Sacerdotum suæ parti faventium cogit Synodum: & adulatorum assensu decernit; recéns-ordinatum episcopum sub suâ esse debere potestate, cum totâ ecclesiâ illâ. *Liber pontificalis, in Johanne.*

Dissensio inter Longobardos de Religione.

Rotharis, rex Longobardorum, haud parum dissidiorum & turbarum in ecclesiis suis dedit. Nam Rom. Pontificis & Exarchi & Orthodoxorú consensum, ad suæ gentis opes evertendas arbitratus pertinere; edicto publico jussit: in singulis Longobardorum ecclesiis duos esse Antistites; quorum alter Arianam, alter Orthodoxam traderet doctrinam. Effectum ergo est, ut penè in omnibus Italiæ oppidis duo dissentientes essent antistites; & Ariani, Regis autoritate muniti, suam hæresin longè lateq; spargerent: unde totus Orbis eâ lue infectus est. *Sabellicus.**

* Ennead. 8 lib. 8.

De tumultu Aquilejensi & Gradensi.

Quomodo patriarchatus Aquilejêsis translatus sit Gradum, libro superiori de Synodis diximus. Ea verò res Longobardorum animos offendit: qui cùm non possent obtinere, ut hoc seculo antistites Gradêses Aquilejam redirent; Fortunatum, Arianæ sectæ deditum, Aquilejæ ordinant episcopum, consensu Regis Longobardorum. Is autem, fretus præsidio suorum, Gradum ex improviso occupat; & templum diripit; & spolia in naves conjecta Aquilejam transportat. Honorius Pontifex, id scelus detestatus, Fortunatum, Arianæ hæreseos damnatum, dignitate suâ dejicit; & Primogenium, Romanum diaconum, ei surrogat. Id indignè Longobardi ferentes, omnia Gradensium sacra & profana latrociniis infestant. Antistes Gradensis petit auxilium ab Heraclio: sed parum impetrat, nisi quòd ille quædam aurea & argentea vasa, & divi Marci cathedram, quam victo Chosroa ex Alexâdriâ acceperat, Venetis misit, ad resarcienda Ecclesiæ istius damna. *Sabellicus**

* Ennead. 8. lib. 6.

SUB CONSTANTINO, HERAcleonâ, Constante, & Constantino.

Dissensio de feriis Paschatis.

Britanni non observabant Paschæ diem dominicum suo tempore; sed à decimâ-quartâ usq; ad vicesimam lunam. Id autem Augustinus, legatus Romani Pontificis, & reformator Ecclesiarum Anglicarum, improbavit: & conatus est Britannis persuadere, ut Romano more Pascha celebrarent: sed frustra. *ut patet ex Bedâ.** Augustinum sequuti, Laurentius, Mellitus, & Justus, jussu Romani Pontificis, Britannos & Scotos ad Romanas ceremonias assuefacere conantur. Sed Columbanus & Dagamus, Scotorum & Pictorum episcopi, adeò sunt tenaces suarum ceremoniarum: ut etiam noluerint cibum & hospitium cum reformatoribus illis habere commune. *ut patet ex epistolâ Laurentii, apud Bedam.** Anno Domini 615. *teste Capgravio*, in Monâ insulâ, post disputationes peracres, Laurentius Scotos & Hibernos, ad ritus papisticos, per literas invitat. Verùm Britannis & Scotis monachis se-se acriter opponentibus, parum efficit: & res à disceptatione ad arma venit, & 1200. monachi, patrios ritus defendentes, interficiuntur ab iis, qui erant addicti Romanis: *ut Massaus narrat, referente Balæo.** Honorius Papa suos legatos literis juvat: & Scotos, ut in Paschatis observatione errantes, redarguit. Idem etiam Johannes, successor Severini, facit. *Regino.**

* lib. 2. c. 2.

* lib. 2. c. 4.

* Centur. 1. cap 74.

* lib 1.

Factum id circa annum 16. Heraclii. *Beda in libro de Ratione temporum* indicat: qui tùm temporis errorem illum circa Pascha primùm exortum dicit. Quod negat *Lelandus*; dum affirmat, illum (ut ipse vocat) errorem, centum annis Arium antecessisse: *teste Balæo.**

* Centur. 1 cap 72.

Fragmentum epistolæ Johannis, extat *apud Bedam.** Id verò Scotos, in Australibus Hiberniæ insulæ partibus, fortè movit; ut Romano more Pascha celebrarent. Sed tamen Septentrionalis Scotorú provincia, & omnis quidem natio Pictorum, Athanasii scripta sequens, à quartâ-decimâ lunâ usq; ad vicesimam diem, Pascha dominicum observat. *Beda.** Ac cogebantur Angli aliquamdiu, propter Finani, Aidani, Colmanni, Hildæ, Ceddæ, & aliorum eruditionem, ferre illam deformitatem in Paschatis celebratione: licèt interdum accideret, ut uno anno bis Pascha fieret: donec tandem, in Strenashalch collectâ Synodo, post disceptationem episcoporum, (cùm Scoti affirmassent, se

* lib. 2. c. 19

* lib. 3. c. 3

consuetu-

consuetudinem istam a Johanne apostolo per suos majores accepisse: Angli verò (seu potiùs Pontificii, contrà, Petrum autorem sui moris facerent) Oluvius rex pronuntiaret, Petri, ut ostiarii & clavigeri regni cœlorum, statutis esse obediendum, & Pascha Romano more celebrandum: ne fortè venientes ad fores cœli ab introitu arceat. Eam sententiam probarunt quidam: sed Colmannus cum suis assentiri noluit; ac potiùs episcopatu cessit. Anno Domini 665. *Beda.** & *Sigebertus in Chronico.*

[Margin: * li. 3. c. 25 & 26.]

Dissidium inter Paulum Cretensem, & Johannem Lapensem episcopum.

Paulus Cretensis archiepiscopus, duo monasteria invasit, quæ ad diœcesin Johannis pertinebant: & eâ de re querentem malè tractavit; & in vincula conjecit. Verùm is, è vinculis solutus, Romam abit; & Paulum accusat apud Vitalianum, qui, causâ cognitâ, Johannem absolvit: & Paulo mandat, ut eum in integrum restituat. *ut patet ex epistolâ Vitaliani ad eundem, in Tomo 2. Conciliorum.*

Dissensio in Ecclesia Hispania, ob dissimiles ceremonias Baptismi.

Apud Hispanos, alii ter, alii semel immergebant aquæ, eos, qui initiabantur. Ea res apud illos, qui doctrinam de indifferentium rerum libero usu ignorabant, lites concitabat: cùm nimirum in dubium vocarent, rectène an secùs essent baptizati. Sed Patres, *in Toletano IV. cap 5.* eâ de re tractantes, unam tantùm immersionem probant; propter Hæreticos, qui trinâ solebant uti.

Schisma Hispanicum, de sede archiepiscopali.

Lis erat inter Hispalensem & Toletanum episcopos, utrius Ecclesia principem locū obtineret. Rex Cindasvvindus Pontificem Romanum de eâ re consulit: & accepto oraculo, Toletanæ ecclesiæ dignitatem archiepiscopalem confert: propterea quòd Theodisclus Græcus, Hispalensium archiepiscopus, libros Isidori corrupisset; & Ecclesiam illam hereticis opinionibus infecisset. *Johan. Magnus.**

[Margin: * l. 10. c. 20.]

SUB JUSTINIANO.

Schisma inter Ravennatem, & Romanam ecclesiam.

Vetus dissidium inter Ravennates & Romanos episcopos, de autocephaliâ, hoc est, pari dignitate & potestate, etiam hoc seculo, usque ad Domnum Pontificem Romanum, qui anno Domini 677. vixit, duravit. Circa id enim tempus, Præsul Ravennas, Reparatus nomine, se & suam ecclesiam Romano Pontifici, sinè consensu (ut videtur) aliorum, subjecit: & domum reversus, statim mortem obiit. *ut Liber pontificalis in vitâ Domni, refert.* Successor autem ipsius Theodorus, cùm à clero suo, in die Natalis Christi, propter severitatem disciplinæ, esset in archiepiscopio desertus, & non pro more ad ecclesiam deductus: ulturus eam injuriam, re deliberatâ cum Exarcho Olympio, ad Agathonem Romanum Pontificem sese contulit, &, in invidiam sui cleri, Ravennatem ecclesiam Romanæ subdidit. Factum id anno Constantini Imperatoris 10. *juxta Blondum*;* qui fuit Domini 679: aut, *juxta Palmerium*, anno Domini 681.

[Margin: * Dec. 1. li. 9.]

Etsi autem Theodori factum Ravennates indigno animo ferebant: tamen Constantini Imperatoris autoritatem, cui optimè cum Agathone conveniebat, & Olympii Exarchi potentiam, veriti; ad tempus quiescebant. Sed post annos aliquot, regnante Justiniano II. Felix, Ravennas antistes, pro concione affirmat: nec justum, nec æquum esse, propter Theodori stultitiam, Ravennatem ecclesiam suo antiquo jure & dignitate spoliari, & Romano Pontifici subesse. Hac concione cives excitati, ad libertatem suæ Ecclesiæ recuperandam animum adjiciunt. Re autem illâ cognitâ, Leo II. Pontifex, Justinianum Imperatorem sibi parat patronum. Is vero Theodorum cum exercitu Ravennam mittit: ut aut Felicem cogat Romano Pontifici parere, aut recusantem, vinctum, cum senioribus civitatis, ad se Byzantium mittat. Ravennates initiò se armis tuentur: sed Theodorus urbem expugnat; & Felicem, cum aliis captum, Imperatori mittit, qui eum oculis privat; cæteris in exsilium missis.

Hoc autem modo Ravennati ecclesiæ, vi crudeliter oppressæ, Leo legem dictat: ne amplius electio cleri Ravennatis valeat; nisi consensus Romani Pontificis accessisset. *Sabellicus,** & *Nauclerus.** Anno Domini 684. *juxta Chronicon Sigeberti.*

[Margin: * Enn. 8. l. 7 * Genera. 23.]

Dissensiones Romanæ, ob electiones Pontificum.

1. Bonifacio IV. defuncto, usqueadeò in successoris electione discordes fuêre: ut priùs elapsi sint octo menses, quàm de successore potuerint consentire Patres *Blondus.**

[Margin: * Dec. 1. li. 9]

2. Mortuo Johanne V. dissensio oritur in electione Pontificis. Nam Romani Petrum archiepiscopum conantur designare Pontificem: sed exercitus Theodorum presbyterum mavult. Post longam autem altercationem, in Cononem utrique consentiunt. *Platina in vitâ ejus.*

3. Conone mortuo, Theodorus & Paschalis de pontificiâ dignitate contendunt. Factio Theodori irrumpit in interiorem partem episcopatûs Lateranensis: Paschalis verò exteriora occupat, ab oratorio Sylvestri, usque ad basilicam domûs Juliæ. Res spectabat ad arma & seditionem. Sed princeps civitatis, cleri, & militiæ, coëunt: & utroque competitore repudiato, Sergium eligunt. Paschalis Johannem Platinam, Exarchum, Ravennâ prolixis pollicitationibus evocat. Verùm, cùm ille venisset; & omnium consensum de Sergio cognovisset: noluit pro Paschali suscipere laborem. Postulat autem à Sergio ea, quæ sibi à Paschali, pro compescendis turbis, erant promissa, quæ cùm ille recusâsset dare: irrumpit in basilicam Petri; & quædam donaria rapit. *Platina in vitâ Sergii, & Liber pontificalis*

SUB LEONE.

Dissensio Aquilejensis, de Quintâ universali Synodo.

Aquilejensis ecclesia, per Fortunatum Arianum turbata, (ut fit) à veritate magis magisque recessit: adeò ut, ob imperitiam fidei, Quintam universalem Synodum, à Justino I. & Vigilio Papâ celebratam dubitârit suscipere: circa annum Domini 698. *juxta Sigebertum.* Res illa ubi ad Sergium Pontificem est relata: redarguit Patres, qui Aquilejæ convenerant; & tandem ad mentem saniorem reduxit. *Platina in vitâ Sergii, & Regino* in Leone.*

[Margin: * Gl. 4.]

CAPUT IX.

DE SYNODIS.

SUB PHOCA.

SYNODUS ROMANA, sub Bonifacio III.

Bonifacius III. Romæ synodum collegit, anno Domini 607. ex episcopis 62. *juxta Sigebertum*; aut 72. *ut Platina & Liber pontificalis habent*: & presbyteris 30. & diaconis 3. & omni clero. In eâ autem, *primum* Phocæ privilegium de principatu Romanæ ecclesiæ promulgatur, & confirmatur autoritate pontificiâ: *juxta Baleum.** *Deinde* prohibetur sub pœnâ anathematis: ne quis, vivente episcopo civitatis suæ, de altero eligendo audeat loqui; aut aliorum ambire suffragia. *Tertiò*, ne quis largitione & gratiâ ad episcopatum, aut pontificatum, sibi paret aditum. *Quartò* edicitur, ut tertio die post mortem episcopi; & non priùs, alius surrogetur. *Quintò*, ut electio episcopi à clero & populo pariter fiat; & à principe civitatis approbetur; & à summo Pontifice, per verba *Volumus & Jubemus*, confirmetur: quod nisi fiat, rata non sit electio. *Platina in vitâ Bonifacii III. & Sabellicus.**

[Margin: * Centur. 1 * Enn. 8. lib. 6.]

SYNODUS ROMANA, sub Bonifacio IV.

Octavo anno imperii Phocæ, indictionis 13. die 3. Calend. Martii, Bonifacius IV. coëgit Synodum episcoporum Italiæ: & de vitâ Monachorum, & de quiete, decreta fecit; *juxta Bedam*: & monachos sacerdotibus pares fecit, prædicandi, baptizandi, & clavium potestate eis permissa; *ut Ranulphus* in Polychronico indicat.* Huic Synodo interfuit Mellitus, Londoniæ episcopus, tùm tempo-

[Margin: * Li. 5. c. 20.]

ris Romæ agens: & in Britanniam revertens, Anglorum ecclesiæ decreta illa attulit, cum literis Bonifacii ad Laurentium archiepiscopum, & clerum universum, & ad regem Edilberthum. *Beda.** [* B.2.c.4.]

SYNODUS LUCENSIS.

Lucensis Synodi fit mentio in Actis Bracarensis sequentis. Et exstat epistola Martini, Bracarensis episcopi, ad Nigesium, & eam Synodum: in quâ indicat, se, cùm Canones Græcorum male à quibusdam translati, & corrupti sint, eosdem simpliciùs & emendatiùs instaurâsse, & ordine digessisse: eosq; Synodo transmittit. *Tomo 2. Conciliorum.*

CONCILIUM BRACARENSE II.

Anno Domini 610. jussu Regis Ariamiri, seu Gundemari, (quem circa id tempus in Hispaniâ Gothis imperâsse constat) convenerunt Galliciæ episcopi, tam ex Bracarensi, quàm ex Lucensi Synodo, cum suis metropolitanis: inter quos fuerunt præcipui, Martinus, Nitigis, Remisol, Andreas, Lucentius, Adoriens, Victimer, Sardinarius, Viator, Avila, Polemus, Mailoc.

Martinus, Bracarensis episcopus, præsidem agit. *In initio* autem, superioris Bracarensis Synodi decreta, de rectâ Fide & Canonibus, releguntur. *Deinde* recitatur ex epistolâ Petri locus; * *Seniores obsecro consenior, pascite qui in vobis est gregem*: quâ Patres commonentur de suo officio. *Tertiò*, Canones hos constituunt. [* 1.Pet.5. v.1.2.]

1. Placuit omnibus episcopis, atque convenit: ut per singulas ecclesias episcopi, & per diœceses ambulantes, primùm discutiant clericos; quomodo ordinem Baptismi teneant, vel Missarum: & qualiter quæcunque officia in ecclesiâ peragant. Et, si rectè quidem invenerint: Deo gratias agant. sin autem minimè: docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui Canones jubent; ut ante dies viginti Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant Catechumeni. In quibus viginti diebus omnes Catechumeni Symbolum (quod est, Credo in Deum Patrem omnipotentem,) specialiter doceantur. Postquam ergo suos clericos discusserint vel docuerint episcopi: aliâ die convocatâ plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos: ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; &, quod nolunt sibi fieri, alteri non faciant & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo unusquisq; secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de illa Ecclesiâ proficiscatur ad aliam. Caus.10.q.1.c. Placuit omnibus episcopis. Itèm in Decreto Ivonis, libro 1.c. Ante 20. dies. Et in Decreto de Consecratione, Distinct. 4.c. Ante 20. dies.

*2. Placuit, ut nullus episcoporum, per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, Solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat. Neque tertiam partem, ex quacunque oblatione populi, in ecclesiis parochialibus requirat: sed illa tertia pars, pro luminaribus Ecclesiæ, vel recuperatione, servetur; & per singulos annos episcopo inde ratio fiat. Nam, si tertiam partem illam episcopus tollat; lumen & sacra tecta abstulit Ecclesiæ. Similiter & parochiales clerici, servili more, in aliquibus operibus, episcopo servire non cogantur: quia scriptum est; * Neque ut dominantes in clero.* Caus.10.q.3.c. Placuit ut nullus. [* 1 Pet.5. v.3.]

*3. Placuit, ut de ordinatione clericorum, episcopi munera nulla accipiant: sed sicut scriptum est; * Quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei, & impositio manuum, vendatur: quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens: Anathema sit danti & accipienti. Propterea, quia aliqui multis sceleribus obnoxii, sancto indigni ministrantes altari, non hoc testimonio bonorum actuum; sed profusione munerum, obtinent. Oportet ergo, non per gratiam munerum; sed per diligentem priùs discussionem, deinde per multorum testimonium, clericos ordinare.* Caus.1.q.1.c. Placuit ut de ordinatione. [* Matt.10 v.8.]

4. Placuit, ut modicum balsami, quod benedictum pro Baptismi sacramento per ecclesias datur, quia à singulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil ulterius exigatur: ne forte, quod pro salute animarum, per invocationem sancti Spiritûs, consecratur; sicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere; ita nos vendantes damnabiliter venundemus.

5. Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium, ad consecrandas Ecclesias, episcopi invitantur; non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant: sed, si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet: nihil exigatur ab illo. Attamen unusquisq; episcoporum meminerit: ut non priùs dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius, per donationem chartulæ confirmatum, accipiat. Nam non levis culpa est ista temeritas: si sinè luminaribus, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata, consecretur ecclesia. Caus.1.q.2.c. Placuit ut quoties.

6. Placuit, si quis basilicam, non pro devotione fidei; sed pro quæstu cupiditatis, ædificat: ut, quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eò quòd basilicam in terrâ suâ quæstûs causâ condiderit. quod in aliquibus locis usque modò dicitur fieri. Hoc ergo de cætero observari debet: ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat: nec basilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio; sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare. De Cons. Distinct.1.c. Si quis basilicam.

7. Placuit, ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad Baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto; suscipiatur ab eis. Si verò per necessitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerant: nullum illis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes, hoc timentes, filios à Baptismo retrahunt. qui si fortè, dum differuntur, sinè gratiâ Baptismi de hac vitâ recesserint: necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur; quorum spolia pertimescentes, à Baptismi gratiâ se retraxerunt. Caus.1.q.1.c. Placuit ut unusquisque episcopus.

*8. Placuit, ut, si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit; secundùm præceptum Pauli apostoli, * duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod-si non potuerit datis testimoniis probare quod dixit: excommunicationem accusatoris accusator accipiat.* Caus. 2. q.5.c. Placuit, ut si quis aliquem. [* 1 Tim.5. v.19.]

9. Placuit, ut, postquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerunt ordinata, illud omnimodis observetur: ut superventurum ipsius anni Pascha, quotâ Calendarum die, vel quotâ Lunâ, debeat suscipi, à metropolitano episcopo pronuntietur. Quod cæteri episcopi, vel clerus reliquus, breviculo subnotantes, unusquisque in suâ ecclesiâ, adveniente Natalis Domini die, adstante populo, post lectionem evangelicam nuntient. In cujus principio, convenientes in unum Ecclesiæ vicinæ, per triduum, cum Psalmis, per Sanctorum basilicas ambulantes, celebrent Litanias: tertio autem die, celebratis horâ nonâ sive decimâ Missis, dimisso populo, præcipiant Quadragesimæ jejunium servire, & mediante Quadragesimâ, cum viginti diebus, baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre. De Consecratione, Distinct.3.c. Placuit, ut postquam omnia.

10. Placuit, ut, quia per stultitiam præsumti nuper erroris, aut certè ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore corrupto, cognovimus quosdam presbyteros in hujus præsumtionis audaciâ retineri; ut Missas mortuorum, etiam post acceptum meritum vel oblationem, ausi sint consecrare: ideoq; hoc præfixa evidentis sententiæ admonitione servetur: ut, si quis presbyter, post hoc edictum nostrum, amplius in hac vesania fuerit deprehensus, hoc est, non jejunus; sed quocunque cibo præsumto, oblationem consecraverit in altari; continuò ab officio suo privatus, à proprio deponatur episcopo.

His itàgestis; placuit omnibus, pro confirmandâ horum observantiâ, unumquemque propriâ manu subscribere: eo placitorum facto, ut, si quis eorum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reverti voluerit; totius Concilii excommunicatione correptus, verissimam sibi, desui ordinis inclinatione, noverit imminere sententiam.

Martinus, Bracarensis metropolitanæ Ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Remisol, Vitensis ecclesiæ episcop⁹, his gestis subscripsi.

Lucentius, Conimbricensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Adoriens, Egitanæ ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Sardinarius, Lamecensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Viator, Magalonensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Nitigi Lucensis ecclesiæ metropolitanus episcopus, his gestis subscripsi.

Andreas, Iriensis ecclesię episcopus, his gestis subscripsi.

Avila, Tudensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Polemus, Asturicensis ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Mailoc, Britinorum ecclesiæ episcopus, his gestis subscripsi.

Victimer, Auriensis ecclesiæ episcopus, subscripsi.

SUB HERACLIO.

SYNODUS HIEROSOLYMITANA.

CYrus, Alexandrię episcopus designatus, ut dissentientes de doctrinâ ad consensum deduceret; Hæreticis largitus erat, in Christo unam esse voluntatem & operationem: & ab iis vicissim impetrârat, ut dicerent, in Christo duas unitas esse naturas; quod antea asserere abhorruerant. Illum cothurnum Sophronius reprehendit. Sed, cùm parum proficeret privatâ admonitione, congregat Synodum de episcopis suæ diœceseos: & factâ collatione cum C Patribus, tandè decernit: eos, qui unam in duabus Christi naturis voluntatem & actionem affirment, necessariò etiam unam naturam statuere; licèt id agere videri non velint. Et de hac sententiâ refert ad Johannem Romanum pontificem: qui etiam eam approbat. *Zonaras* * *in vitâ Heraclii; & epistola ejus ad Sergium Constantinopolitanum, Paulus Diaconus* * *in vitâ Heraclii; Acta Constantinopol. VI.*

* Tomo 3.
* Lib. 18.

SYNODUS BAVARICA, sub Lothario.

NArrat *Aventinus*, * quòd sub Lothario conventus Sacerdotum in Bojariâ sint habiti, contra Columbani & Galli novas ceremonias, quibus populum, Christi sanguine redemtum liberatumque, in servitutem redigere atque onerare, contra majorum instituta, conarentur. Sed quales fuerint, non indicat. Valde utile esset, eam Synodum exstare.

* Lib 3.

SYNODUS MATISCONENSIS, sub Lothario.

E AGrestinus, Theodorici Regis Notarius, cum omnibus suis bonis, in Luxoviense cœnobium secessit. Cùm autem isthic aliquamdiu superstitiosos ritus spectâsset: pertæsus eorum, Aquilejam abiit; & ad Attalam, Bobiensis cœnobii abbatem, scribit; & reprehendit illas monachorum novitates. ac postea ad Eustasium redit: eumque monet, ut a monasticis observationibus recedat. Sed malam gratiam init; & ex collegio relegatur. Id molestè ferens, adjungit sibi Apellinum, cognatum suum, & Ge- F nuensem episcopum, & vicinos aliquot: & Lotharium conatur etiam in suam sententiam pertrahere. At ille indicat, rem illam in Synodo rectè & legitimè tractari & cognosci posse. Convocat ergo episcopos Burgundiæ, ad suburbium Matisconensis urbis.

Agrestinus accusat Columbani & Eustasii novas traditiones; quasi superfluas, & canonicæ institutioni contrarias: nimirum, *quòd cochleam lambant; & crucis signo crebrò signentur, & tam in ingressu, quam egressu, benedictionem faciant, & sacra Missarum solemnia, multiplicatione orationum* G *& collectarum celebrent.*

Auditis hujusmodi objectionibus, beatus Eustasius, conversus ad suæ partis episcopos, dixit: *Vos, hi decem sacerdotes, probare debetis, qui in Ecclesiis veritatis & justitiæ seminarium distribuunt; & qui veritati ac religioni aliena tradant. Quicquid enim a normâ veri tramitis dissentit, extra Ecclesiæ corpus segregari debet. Vestrum est, discernere objecta; an sint a Scripturarum serie aliena.* Agrestinus ait: *Tu ore nobis edicito. nôsse enim a te volumus, quod dignum super hoc responsum reddas.* Sanctus Eustasius respondit: *Nequaquam*, ait, H *reor contrarium esse religioni; cochleam, quam Christianus lambit vel quodcunque, vas aut poculum, crucis signo muniri: cùm per adventum signi dominici pellatur pestis adversantis inimici. Introeuntem verò monachum cellulam, vel exeuntem, bene-* A *dictione Domini armari, ratum duco; juxta Psalmistæ vocem:* * Dominus custodiat te ab omni malo; custodiat animam tuam Dominus: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc & usque in seculum. *Licèt enim hoc ad unumquemque Christianum referatur, ut gratia Baptismi per fidem in Ecclesia servetur; in eo videlicet, qui ad eam ingreditur, & usque ad finem perseverantiæ vigore firmetur: de quotidiano tamen motu, sive ingressu, vel egressu, seu progressu, unumquemque nostrûm signo crucis armari, vel benedictione so-* B *dalium suis duco roborari. Multiplicationem verò orationum in sacris officiis, credo omnibus proficere ecclesiis. quia, dum plus Dominum quæritur, plus invenitur: & cum uberius oratione pulsetur, eò citiùs exaudire probatur. Nihil enim amplius desiderare debemus; quam orationi incumbere. sicut Dominus sub Apostolorum nomine hortatur:* * Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. *Sic & Apostolus* * *nos sinè intermissione jubet orare. Sic omnis Scriptura sacra hortatur nos, ad Dominum sinè cessatione clamare. Nihil equidem tam utile, tamque salutare; quam Creatorem multiplicatione precum, & assiduitate orationum,* C *pulsare.*

* Psal. 120. v. 7, 8.
* Matth 26. v. 41.
* 1 Thess 5. v. 17.

Deinde Agrestinus reprehendit: *quòd capitis comam ineptè procidant; & ab omnium hominum more desciscant.* Eustasius autem inquit: *Ego ejus discipulus & successor, cujus tu disciplinam & instituta damnas, te ad divinum judicium, cum eo, intra præsentis anni circulum, causaturum invito: ut justi judicis examine sentias, cujus famulum tuis detractionibus maculare procures.* His dictis, metus quosdam eorum, qui Agrestianæ partis fautores erant, perculit: hortantur que omnes, ut pacis nexu corda jungerent: ut iste temeritatis audaciam D tolleret; & ille paterno affectu labentem piis correptionibus foveret. Ad hæc Eustasius: *Vestris, inquit, libens satisfacerem precibus: si misera mens duritiam vecordiæ molliret, & correctus cauterio morbis, vel antidoto visceribus defectis, redux ad salutifera monita remeare niteretur.* Cogentibus ergo cunctis, Agrestinus simulatam pacem postulat: quod postea actibus depromsit. Eustasius verò mitis animi suasione flexus, poscentium pacem tribuit; & pacis osculum illi porrexit. *Autor vitæ Eustasii, in tomo 3. operum Bedæ.*

D entes: dicimus autem Theodorum quond[illegible] tanum, & Cyrum A[illegible] xandri[illegible] Ser[illegible] ium C[illegible] num, & ejus successores Pyrrhum [illegible] aulum [illegible] pri[illegible] permanentes, & omnia impia eorum [illegible] ipta [illegible] qui si[illegible] cum his usque ad finem sine poenitent[illegible] apuerunt, aut sapiunt. V[illegible] sapiunt, hoc est, unam vol[illegible] tatem aut unam operationem deitatis & humanitatis Christi, [illegible] um his impiissimam Ecthesin, quae persuasione ejus[illegible] ab Heraclio quondam Imperatore, adversus orthodoxam fidem unam Dei-Christi voluntatem, & unam ex adinventione mali[illegible] na definiente operationem confiteri, ac omnia, quae pro ea impie ab eis [illegible] ripta [illegible] el acta

E sunt, suscepiunt: & cum his iterum impi[illegible] Typum, ex ejusdem suasione, ejus[illegible] am Pauli, nuper [illegible] Constantino Imperatore contra [illegible] Ecclesiam, utpe[illegible] duas naturales voluntates & operationes divinam & humanam quae a sanctis Patribus in ipso Christo Deo vero & Salvatore [illegible] stro [illegible] praedicantur cum una voluntate & operatione [illegible] Haereticis impie in eo dogmatizantur, simul denegare [illegible] tacere, promulgante[illegible] propter [illegible] sceleratos H[illegible] eticos a omni quer[illegible] emnatione

F solvere de[illegible] ntem [illegible] teremtionem [illegible] tionum & regularum. [illegible] quis [illegible] tur, [illegible] quod [illegible] nanter nobis omnia impi[illegible] haeretic[illegible] rum dogmata, ea quae pro illis, aut in definitio[illegible] a quolibet imp[illegible] conscripta sunt, [illegible] Cyrum, & Sergium & Paulum non re[illegible] & anathe[illegible] rebellis catholicae Ecclesiae ex[illegible] ab illis, aut similia cum eis sapientibus, [illegible] to vel quocumque modo, vel loco aut tempore temer[illegible] depositi [illegible] condemnatos, ob id quod minime illorum [illegible] apientem [illegible]

G rum Patrum nobis[illegible] m confitentem [illegible] unam. [illegible] condemnatum habet aut [illegible] modo depositum [illegible] non magis hujus[illegible] quicumque fuerit, sive episcopus, sive presbyter vel diaconus. [illegible] alteri[illegible] cujuscumque [illegible] aut & monachus [illegible] orthodoxum [illegible] holicae ecclesiae propugnator [illegible] & ex[illegible] in quolibet vocat[illegible] [illegible] ominor [illegible] [illegible] judi[illegible] terminat [illegible] autem [illegible] les, hujusm[illegible]

19. Si [illegible] qu[illegible] H[illegible] dogmat[illegible] stere d[illegible]

thodoxos Patres [illegible] cæterisque eorum vel vanis vocibus,
hoc est, una voluntate & operatione. pariter denegari faciant
Orthodoxorum doctrinam, id est duas ejusdem Christi voluntates
& operationes, sicuti & naturas nuitas inconfuse & indivise, pro-
mulgantes. illicitè etiam sine reprehensione vel condemnatione,
consistere in suis confessionibus Hæreticos, hoc est, in ipsa, quæ ab
eis prædicatur una voluntate & operatione, atque eadem sine pe-
riculo libertate perfrui eos, qui in dogmatibus reprehenduntur,
Hæreticos, cum eis, qui eis doctrina usque ad finem irreprehensibi-
liter delectantur sanctis Patribus, quos utique Catholica ecclesia
sacratissimas regulas destruere, certum est; magis autem totam à
Deo inspiratam doctrinæ sanctam prædicationem, quæ nullatenus
noxios excusat, neque liberat de judicio culpantes innoxios. hoc
enim pravum, & divinæ æquitati est alienum. Quoniam au-
tem & illi cum cæteris contraria præsumpserunt, in deceptionem
simplicium, & coperimentum suarum pravitatum, in scripto
audacter proferre impiissima sua novitatis invalida dogmata, di-
centes hæc esse pietatis dogmata, quæ tradiderunt hi, qui ab ini-
tio speculatores & ministri verbi facti sunt, & sequenter successo-
res eorum, à Deo inspirati Ecclesiæ patres, sanctæque universales
quinque Synodi. Ideo consultissime pertractantes, terribile esse, &
divinam provocans indignationem, hæc omnia despicere, quæ
oppugnant Catholicam Ecclesiam. ut ne condemnemur, utpote
imperfectos atque inefficaces habentes intellectus animæ ad discer-
nendum malum & bonum: promti secundum gratiam Dei con-
venisse dinoscimur, in hac Romana Christianissimâ civitate, ad
confirmationem quidem piissimarum Ecclesiæ prædicationum,
condemnationem autem impiissimorum novitatis dogmatum:
per similitudinem decessorum nostrorum sanctorum Patrum,
qui per sinceram concordiam, & in idipsum Deo amabilem
conventionem destruxerunt hæresin, & omnes hæreticos superas-
se noscuntur, eripientes de eorum errore Catholicam ecclesiam.
Quæ enim ex sacrâ concursione, hoc est, spirituali consonantiâ
sanctorum Patrum, exsequuntur; validiorem habent contra ad-
versarios, & inexpugnabilem virtutem. In ore enim, inquit,*
duorum aut trium testium stabit omne verbum. Et * funi- [* Deut.19. v.15.]
culus triplex difficilè rumpitur. Et * frater, qui adjuvatur à [* Eccles.4. v.12.]
fratre, quasi civitas firma; prævalebit autem sicuti fundatū [* Prov.18. v.19.]
imperium. Propterea & nos, ut dictum est secundum indivisam
communionem spiritûs, in id-ipsum convenientes, properavi-
mus, per gestorum seriem, comparationem adinvicem per distri-
ctionem discretam efficere, tum sanctorum Patrum & univer-
salium quinque Synodorum sacras promulgationes, & dogmata in-
fidelium Hæreticorum, tam anteriorum, quam nunc emergen-
tium contra fidem, cum impiâ eorum Ecthesi, nec-non impiissi-
mo Typo, proferentes: ut omnibus ostendatur relegentibus, diffe-
rentiam luminis & tenebræ, hoc est, clara Patrum doctrina, &
temulenta Hæreticorum vesania. & quia nulla communio Hæ-
reticis exsistit cum sanctis Patribus, sed quantum distat Oriens
ab Occasu, tantum distant impii Hæretici, verbo & mente, à Deo
inspirata vitæ. Propterea sanctos quidē Patres sententialiter con-
firmavimus, cum omnibus sacris prædicationibus eorum, nec-non
eis, qui nobiscum sincere ipsos & ejusmodi suscipiunt. Impios autē
Hæreticos, cum omnibus pravissimis dogmatibus eorum; & impiā
Ecthesin, vel impiissimum Typum, & omnes, qui eorum quidquā,
quæ de eis exposita sunt, in eis suscipiunt aut defendunt, seu verba
pro eis faciunt, in scripto anathematizavimus. Ut & vos omnes,
qui per omnem orbem terrarum inhabitare noscimini, pii & or-
thodoxi, hæc piè à nobis gesta cognoscentes, pro tuitione catholicæ
Ecclesiæ, consonanter nobiscum similia exsequamini: & omnes
quidem sanctos Patres confirmetis in scripto, consonantes illis &
nobis, in orthodoxâ fide. Anathematizetis autem omnes Hæreti-
cos, qui præsumtive hanc olim & nunc expugnaverunt, unà cum
scelerosâ Ecthesi, & impiissimo Typo: sed & qui eos, aut quiddam
quod ab eis impliciter expositum est, susceperint: quatenus fructum
piæ confessionis, vestrarum animarum hæreditate valeatis salutē.
Propterea enim ea, quæ à nobis pro catholicâ Ecclesiâ synodali-
ter gesta sunt, omnibus direximus: ut nostri studii perficientes o-
pus, nos quidem ipsos innoxios esse approbemus, coram Deo & ele-
ctis angelis ejus, ante quos ab eo judicandi sumus, à nimirum eis qui hæc à
nobis susceperint, in terribili ejus adventu. inexcusabiles autem
eos, qui non obedirunt, demonstremus; utpote nullam habentes oc-
casionem, pro suâ perfidiâ, post veritatis ostensionem, Domino di-
cente: * Si nō venissem, & locutus eis fuissem, peccatum nō [* Joh.15. v.22.]

A habuerent. nunc autem excusationem non habent de pec-
cato suo. Sed & Apostolus iterum perhibet: * Consideremus [* Hebr.10 v.24.25.26.27.& 30.]
invicem in provocationem charitatis & bonorum operū:
non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetu-
dini quibusdam; sed consolamini: & tantò magis, quantò
videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim pec-
cantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non
relinquitur hostia pro peccatis: terribilis autem quædam
exspectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est
B adversarios. Scimus enim dicentem: Mihi vindictam; &
ego retribuam, dicit Dominus. Propter quod præmuniens
nos, præcepit, dicens. * Eam. fili hominis, loquere ad filios [* Ezech.33 v.2.3.4.5.6]
populi tui, & dices ad eos: Terra, super quam induxero
gladius, & tulerit populus terræ virum unum de novis-
simis suis, & constituerit eum super se speculatorem: & il-
le viderit gladium venientem super terrā, & cecinerit buc-
cinâ, & annuntiaverit populo: ut, quisquis ille, sonitū buc-
cinæ audiens, non se observaverit; veneritque gladius, & cæ-
ciderit eum: sanguis illius super caput ipsius erit: quia sonū
C buccinæ audivit, & non se observavit: sanguis ejus in ipso
erit. Si autem custodierit: animam suam salvavit. Quod-si
speculator viderit gladium venientem; & non insonuerit
buccinâ, & populus non se custodierit: veneritque gladius,
& tulerit de eis animam: ille quidem iniquitate suâ captus
est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.
Propter quod testificamur omnibus in hodiernum diem, sicut in-
quit beatus Paulus, * quia mundi sumus à sanguine omnium vo- [* Act.20. v.27.]
rum. Non enim subtraximus nos, annuntiare omnibus, quæ tra-
dita est nobis à sanctis Patribus & Synodis, orthodoxam confessio-
D nem, per ea, quæ nuper apud nos synodaliter gesta sunt. Attendite
itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. constituit episco-
pos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit proprio sanguine: ut
non sit, qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, per
philosophiam & inanem fallaciam. Apertissimè enim Spiritus S.
per Apostolum dicit: * Quia in novissimis temporibus rece- [* 1. Tim.4. v.1.2.]
dent à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctri-
nis dæmoniorum, in hypocrisi mendaciloquorum, caute-
riatam habentium suam conscientiam. Propter quod vigila-
te, & orate: ut non intretis in tentationem. Nam mentis trans-
E gressio operatur in his, qui non crediderunt veritati; sed consense-
runt iniquitati: eò quod charitatem veritatis non perceperunt, ut
salvi fierent. Deus enim intentator malorū est, ipse autem nemi-
nem tentat. Unusquisque verò tentatur à concupiscentia sua ab-
stractus & illectus. deinde concupiscentia, cum conceperit, parit
peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat
mortem.

Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi, doctrinis variis &
extraneis circumduci: & licèt nos, aut angelus de cælo evangeli-
zaverit vobis, præter quod accepimus, tā à sanctis Apostolis, quam
F probabilibus Patribus, & universalibus quinque Synodis: anathe-
ma sit. Igitur, sicut prædiximus, & nunc iterum dicimus: si quis
vobis evangelizaverit, præter id quod accepimus ex ipsis: ana-
thema sit. Modò autē hominibus suademus an Deo? aut quærimus
hominibus placere? Si adhuc hominibus placerē; inquit bea-
tus Paulus, * Christi servus non essem. Sicut ergo accepistis [* Gal.1. v.10.]
Christum à sanctis prædicatoribus, sic in eum credite: & bonum
depositum usque in finem custodite, per Spiritum Sanctum qui ha-
bitat in vobis. Quoniam firmum fundamentum Dei stat, ha-
bens signaculum hoc: Novit Dominus qui sunt ejus, & disce-
G dat ab iniquitate omnis, qui invocat nomen Domini. Pro-
pterea, fratres, profanas vocum novitates evitantes, nullatenus
eos, qui de terrâ clamant, & non ex ore Domini loquuntur,
suscipiatis adversus fidem, typos, aut leges, vel definitiones, aut
expositiones hæreticas, agnoscentes quoniam hæc omnia re-
quisiturus & judicaturus est ipse gloriæ Dominus. & quia nul-
lus hominum, quorum sicut fœnum dies illorum, pro nobis crucifi-
xus est neque in nomine cujusquam eorum baptizati sumus: sed in
mortem Christi Dei, per lavacrum regenerationis, renovari di-
noscimur, qui crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato: maximè
H apertissimè considerantes, quoniam & per se sua dogmata de-
struunt contraria. Dicit enim Dominus. * Omne regnum in se [* Matth.12. v.25.]
divisum, nō stabit. Et omnis sententia & lex adversum se divi-
sa, nō stabit. & sic Typus destruit Ecthesin, sed & Ecthesis destruit
Typum: illa quidem dicens unam habere, hic autem asserens, non

unam

A *unam habere Dominum nostrum voluntatem & operationem. Ergo in se divisum est utrumque: & quomodo stabit Adversariorum hæresis, magis a semet-ipsa invalida & inanis existens, quam a nobis destructa? Ergo nullo modo, per transitoriam umbram, potius autem corruptelam dissolutam, Christi Dei vestram orthodoxam fidem amittatis, mirantes personas quæstus causa: quoniam sicut flos fœni transiet. Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum: & flos ejus decidit; & decor vultus ejus deperiit: ita & dives in itineribus suis marcescet. Ut ne, dilectionem Mundi compatientibus nobis, dicatur etiam de nobis:* (* Joh. 12. v. 43.)* B Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam solius Dei: *& subjaceamus æterno judicio. Horrendum est, fratres, incidere in manus Dei viventis, qui protestatur dicens:* * (* Matth. 10 v. 33.) Quicunque me negaverit, & verba mea coram hominibus; negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. *Revelatur enim ira Dei de cœlo, super omnem impietatem & injustitiam hominum, qui veritatem per illicitam hæresin expugnant, aut denegant: quia quod notum est de Deo, manifestum factum est in illo. Deus enim manifestavit hoc, per sanctos Apostolos, & Prophetas, & Doctores, & universales quoque Synodos, quarum dogmata lex ca-* C *tholicæ Ecclesiæ existunt. & tamen hi omnibus propriam voluntatem præposuerant. Nemo ergo vos seducat inanibus verbis. propterea enim venit ira Dei super filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes dogmatum eorum, neque communicetis infructuosis verbis illorum: magis autem & redarguite. quoniam certum prævaricatorum sunt, & extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacii; & non veritatis. Completum est in eis quia de malis ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt: dicit Dominus.* * (* Hierem. 9 v. 3.) *Veritatem enim non loquentur: docuerunt autem linguam suam loqui mendacium: ut impiè agerent, laboraverunt, & re-* D *noluerunt scire me: dicit Dominus.*

State ergo vos, dilectissimi, super vias, & videte, & interrogate de semitis Domini antiquis. & videte, quæ est via bona sanctorum Patrum, & ambulate in eâ, & invenietis requiem animabus vestris. Sed & si patimini propter Christum, beati eritis. Metũ autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris; ipso dicente: * (* Matth. 10 v. 28. 29. 30. 31.) Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potiùs eum timete qui potest animã & E corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt? & unus ex illis nõ cadet super terram, sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere eos: multis passeribus meliores estis vos. *Rememoramini ergo, fratres, eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semet-ipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes. nondum enim usque ad sanguinem certavimus adversus peccatum repugnantes. Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniora saluti. Quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instan-* F *tia, neque futura, neque fortitudines, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia,* (* Rom. 8. v. 38 39.) *Magistro gentium docente* * *poterit vos separare a charitate Domini nostri Jesu Christi, & quæ in ipso est, vera fidei. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationẽ. Patientia enim nobis necessaria est. ad collu... ationes adversariorum: quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum, quantulum qui venturus est veniet; & non tardabit. Ecce enim judex ante januam adsistit; coronas hilariter promit-* G *tentibus qui pro eo passionibus submittuntur. Quod-si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ: sed cadet de promissione, propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei, in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo, adversùs omnem hæreticum virum, & dogmata: & induite vos loricam justitiæ. calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei; per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati; ut id-ipsum nobiscum dicatis omnes; & non sint in vobis* H *schismata, dividentes bonum & integrum corpus Ecclesiæ in tortuosas novitates. Sitis autem perfecti & integri. in eodem sensu, & in eadem scientiâ firmati: ut per eam, vias nostras dirigẽtes, in eundem inflexibiliter occurramus, qui a nobis creditur Dominus.*

A *ad quem accedẽtes, lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, per eorum impiam hæresin; a Deo autem electum & honorificatum: magis autem Deum naturaliter existentem, licèt propter nos caro factus sit. & vos, tanquam lapides vivi, ædificemini in domo spiritualis, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi, in odorem suavitatis.*

Sed & nunc, fratres, commẽdamus omnes vos Domino, & verbo gratiæ ejus, qui potest perficere & dare hæreditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis B *id-ipsum sapere alterutrum ut in ipso semper & in omnibus unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum, in concordiâ orthodoxæ fidei; qui potens est confirmare nos secundum Evangeliũ ejus, secundùm revelationem mysterii, temporibus æternis taciti; patefacti autem per Scripturas sanctas, & patrum Orthodoxorũ doctrinas, secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus nobis cogniti. Soli sapienti Deo, Domino nostro Jesu Christo, cum Patre & Spiritu sancto, gloria, honor, imperiũ, & potestas, in secula seculorum, Amen. Dominus vos incolumes custodiat dilectissimi fratres.*

C ¶ Et idem, in epistolâ ad Amandum, inter alia in hunc modum scribit:

Credimus ad nos pervenisse, quomodo in conturbatione rectæ fidei, & catholicæ Ecclesiæ conculcatione, ante hos plus-minus 15. annos, a Sergio falso episcopo Constantinopolitano, in auxilio habente tunc imperantẽ Heraclium, exsecranda & abominanda hæresis pullulavit, Apollinaristarũ, & Severianorum & Eutychianistarum, atque Manichæorum errores renovans: quam successor ejus Pyrrhus, idemque episcopus, qui ambitionis suis Constantinopolitanam sedem arripuit, in deterius auxit. Pro quâ re D *sæpius Apostolica sedes persuasionibus, contestationibus, atque increpationibus plurimis admonuit eos, quatenus ab hujusmodi errore recederẽt, & ad lumẽ pietatis, ex quo lapsi sunt, remearẽt. Et non solùm hoc facere nullatenus voluerunt; sed & nunc successor ejus Paulus, temerator fidei episcopus Constantinopolitanus, aliud nequius excogitavit, in præjudicium Catholicæ fidei, conamen: quasi, quæ a prædecessoribus suis hæreticè exposita fuerant, destruens, & Imperialem typum, sacrilego ausu, totius plenum perfidiæ, à clementissimo Principe nostro fieri persuasit: in quo promulgatum est, ut omnes populi Christiani credere debuis-* E *sent. Ideoque necesse habuimus, ne pro quadam negligentiâ, & animarum detrimento, quæ nobis commissæ sunt, culpa reatus adstringamur, cœtum generalem fratrum & coepiscoporum nostrorum, in hac Romana civitate, congregare: in quorum præsentiâ, memoratorum Hæreticorum scelerosa conscripta & examinata atque denudata sunt, & Apostolicis doctrinis, Patrumque definitionibus, uno ore, unoque spiritu condemnavimus: ut agnoscentes universi errorem, qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur. Unde providimus, volumina gestorum synodaliũ in præsenti vobis dirigere, una cum Encyclicâ nostrâ: ex quorum* F *serie omnia subtiliter poteritis addiscere, & tenebras illorum nobiscum, ut filii lucis, extinguere. Idcircò studeat fraternitas tua, omnibus eadem innotescere; ut tam abominandam hæresin nobiscum exsecrentur, utque suæ salutis sacramenta addiscere valeant: atque Synodali conventione omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum, partium illarum, effectâ, secundùm tenorem Encyclicæ a nobis directæ, una cum subscriptionibus veluti scripta nobis met destinanda celebrent: confirmantes, atque consentientes eis, quæ pro orthodoxâ fide & destructione Hæreticorum vesania nuper exorta, à nobis statuta sunt. & Sigebertum, præcellen-* G *tissimum filium nostrum, Regem Francorum, pro sua Christianitatis remedio, consultissime admonere atque precari, dirigere nobis ex corpore fratrũ nostrorũ dilectissimorum episcopos; qui Sedis apostolicæ legatione, divina tunc edente propitiatione, fungi debeãt, & quæ nostro concilio peracta sunt, cum his Synodalibus apicibus nostris, ad clementissimum Principem nostrum, sine dubio apportare valeant: ut nostrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipisci valeat; & sui regni protectorem invenire eũ, cujus causa flagitare dinoscitur. Hoc namque & in ejus epistolâ exhortari eum cognovimus. Reliquias verò Sanctorum, de quibus* H *præsentiũ lator nos admonuit, dari præcepimus. Nam codices jam exinaniti sunt à nostrâ Bibliothecâ: & unde daremus, nullatenus habuimus. Transcribere autẽ non potuit: quoniã festinanter de hac civitate egredi properavit. His igitur ita prælibatis, quæ a nobis per epistolam vobis scripta sunt, effectui mãcipare, Fraternita-*

tem vestram hortamur. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.

SYNODUS HISPANA.

Hispani episcopi, Constantis, Heraclii nepotis, persecutione moti, in Synodū coëunt; & Monothelitarū hæresin damnant: & contra Imperatoris edictum, duas voluntates & operationes in Christo asserunt: anno 9. Constantis. *Paulus Diaconus.**

* lib. 18.

SYNODUS ANGLICANA, *Herudfordiana.*

ANno Domini 673. *juxta Bedam*; aut 674. *juxta Sigebertum*. celebrata est Herudfordiana Synodus: cujus Acta *apud Bedam*.* in hunc modum referuntur.

* lib. 4. c. 5.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, regnante in perpetuum, ac gubernante Ecclesiam suam eodem Domino nostro Jesu Christo; placuit convenire nos, juxta morem Canonum venerabilium, tractaturos de necessariis Ecclesiæ negotiis. Convenimus autem die 24. mensis Septembris, Indictione 1. in loco qui dicitur Herudford: ego quidem Theodorus, quamvis indignus, ab Apostolicâ sede destinatus Dorovernensis ecclesiæ episcopus; & consacerdos ac frater noster reverendissimus, Bisi Orientalium Anglorum episcopus: quibus etiam frater & consacerdos noster Wilfridus, Nordanhumbrorū gentis episcopus, per proprios legatarios affuit. Affuerunt & fratres ac consacerdotes nostri, Putta episcopus Castelli Cantuariorum, quod dicitur Rottschester, Leutherius, episcopus Occidentalium Saxonum; Winfridus, episcopus Provinciæ Merciorum. Cumque in unum convenientes, juxta ordinem quique suum, resedissemus: *Rogo*, inquam, *dilectissimi fratres, propter timorem & amorem redemtoris nostri, ut in commune omnes pro nostrâ fide tractemus: ut, quæcunque decreta ac diffinita sunt a sanctis & probabilibus Patribus, incorrupte ab omnibus nobis serventur.* Hæc & alia quàmplura, quæ ad charitatem pertinebant, unitatemque Ecclesiæ conservandam, prosecutus sum. Cumque explêssem prolocutionem: interrogavi unumquemque eorum per ordinem; si consentirent, ea, quæ a Patribus canonicè sunt antiquitùs decreta, custodire? Ad quod omnes consacerdotes nostri respondentes, dixerunt: *Optimè omnibus placet: quæque, definierunt sanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo libentissimè servare.* Quibus statim protuli eūdem librum Canonum: & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram, quia maximè nobis necessaria sciebam, illis coràm ostendi; & ut hæc diligentiùs ab omnibus susciperentur, rogavi.

1. *Ut sanctum diem Pascha in commune omnes servemus, dominicâ post decimam-quartam Lunam primi mensis.*

2. *Ut nullus episcoporum parochiam alterius invadat; sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.*

3. *Ut quæque monasteria, Deo consecrata, nulli episcoporum liceat ea in aliquo inquietare; nec quicquam de eorum rebus violenter abstrahere.*

4. *Ut episcopi monachi non migrent de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium; nisi per dimissionem proprii abbatis: sed in eâ permaneant obedientiâ, quam tempore suæ conversionis promiserunt.*

5. *Ut nullus clericorum, relinquens proprium episcopum, passim quòlibet discurrat: neque alicubi, veniens absque commendatitiis literis sui præsulis, suscipiatur. Quòd-si semel susceptus est, & noluerit invitatus redire: & susceptor, & is qui susceptus est, excommunicationi subjacebit.*

6. *Ut episcopi, atque clerici peregrini, contenti sint hospitalitatis munere oblato: nullique eorum liceat, ullum officium sacerdotale, absque permissu episcopi, in cujus parochiâ esse cognoscitur, agere.*

7. *Ut bis in anno Synodus congregetur. Sed quia diversæ causæ impediunt: placuit omnibus in commune, ut Calendis Augusti, in loco qui appellatur Clofeshoch, semel in anno congregetur.*

8. *Ut nullus episcoporum se præferat alteri per ambitionem; sed omnes agnoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.*

9. *In commune tractatum est, ut plures episcopi, crescente numero fidelium, augerentur. sed de hac re ad præsens siluimus.*

10. *Pro conjugiis: ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incestum faciat: nullus conjugem propriam, nisi (ut sanctum Evangelium* docet) fornicationis causâ, relinquat. Quòd-si quisquam propriam expulerit conjugem legitimo sibi matrimonio conjunctam: si Christianus esse rectè voluerit, nulli alteri copuletur: sed ita permaneat; aut propriæ reconcilietur conjugi.*

* Matth 19 v. 9.

His itaque Capitulis in commune tractatis ac diffinitis: ut nullum deinceps ab aliquo nostrûm oriatur contentionis scandalum; aut alia præ aliis divulgarentur: placuit, ut, quæcunque diffinita sunt, unusquisque nostrûm manûs propriæ subscriptione cōfirmaret. Quam sententiam diffinitionis nostræ, Titillo Notario scribendam dictavi. Actum in Mense & Indictione suprà scriptis.

Quisquis igitur contra hanc sententiam, juxta decreta Canonum, nostrâ etiam consensione ac subscriptione manus nostræ confirmatam, quoquo modo venire, eamque infringere tentaverit: noverit se ab omni officio sacerdotali, & nostra societate separatum. Divina nos gratia, in unitate sanctæ Ecclesiæ suæ viventes, custodiat incolumes.

Facta est autem hæc Synodus, Anno ab incarnatione Domini 673. quo anno Rex Cantuariorum Ecgbert mēse Julio obierat, succedente in regnū fratre Lothere: quod ipse annos undecim, & menses septem, tenuit.

SYNODUS BRITANNICA *de Paschatis controversia.*

ANno Domini 664. *juxta Bedam & Sigebertum*, celebratur Synodus in monasterio Pharensi. Causam præbebat controversia de Paschæ observatione, & tonsurâ Clericorum, & aliis Pontificiis ceremoniis; à quibus Scoti abhorrebant: quos eam ob causam Britanni characteribus papisticis insigniti, oderant & damnabant.

Convocata est autē Synodus à Regibus Osuio & Alchfrido, filio ejus, rogatu Hyldæ, abbatissæ cœnobii Pharēsis.

Convenerūt autem, Colmannus Lindisfarnensis episcopus, & episcopi & clerici de Scotiâ, & Cedda Eboracensis archiepiscopus, & Hylda abbatissa; qui aversabantur ceremonias pontificias, & suas tuebantur: & Agilbertus Occidentalium Saxonum episcopus, & Wilfridus abbas, & Agatho presbyter, & Jacobus Diaconus, & Romanus; qui Pontificias ceremonias amplexabantur.

Præsedit autem Osuius Rex; qui & ipse deditus erat parti Scotorum: & Alchfridus filius; qui sentiebat cū Anglis. Interpretem egit utriusque partis in Concilio, Cedda.

Primus Rex, præmissâ præfatione; quod oporteret eos, qui uni Deo servirent, unam vivendi regulam tenere; nec discrepare in celebratione sacramentorum cœlestium, qui unum omnes in cœlis regnum expectarent; inquirendum potiùs, quæ esset verior traditio, & hanc ab omnibus communiter esse sequendam: jussit primò dicere episcopum suum Colmannum; qui esset ritus, & unde originem ducens, ille, quem ipse sequeretur. Tunc Colmannus: *Pascha*, inquit, *hoc, quod agere soleo, a majoribus meis accepi, qui me huc episcopum miserunt: quod omnes Patres nostri, viri Deo dilecti, eodem modo celebrasse noscuntur. Quod ne cui contemnendum & reprobandum esse videatur: ipsum esse, quod beatus Evangelista Johannes, discipulus specialiter Domino dilectus, cum omnibus, quibus præerat, Ecclesiis, celebrasse legitur.* Quo hæc & his similia dicente, jussit Rex & Agilbertum proferre in medium, morem suæ observationis; unde initium haberet, vel quâ hunc autoritate sequeretur. Respondit Agilbertus: *Loquatur, obsecro, vice mea discipulus meus Vvilfrid presbyter: quia unum ambo sapimus cum cæteris, qui hic assident, ecclesiasticæ traditionis cultoribus. & ille meliùs ac manifestiùs ipsâ linguâ Anglorum, quam ego per interpretem, potest explanare, quæ sentimus.* Tunc Wilfrid, jubente Rege ut diceret, ita exorsus est: *Pascha, quod facimus*, inquit, *vidimus Romæ, ubi beati apostoli Petrus & Paulus vixêre, docuêre, passi sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari. hoc in Italiâ, hoc in Galliâ, quas discendi vel orandi studio pertransivimus ab omnibus agi conspeximus. hoc per Africam,*

partes.

Asiam, & Aegyptum, Græciam, & omnem orbem, quacunque Christi Ecclesia diffusa est, per diversas nationes ac linguas, uno, ac non diverso temporis ordine, geri comperimus: præter hos tantùm, & obstinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani insulis, & his non totis, contra totum Orbem stulto labore pugnant. Cui hæc dicenti respondit Colmannus: *Mirum, quare stultum appellare velitis laborem nostrum, in quo tanti Apostoli, qui super pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla sectamur: cum ipsum sapientissime vixisse, omnis Mundus noverit.* At Wilfridus: *Absit*, inquit, B *ut Johannem stultitiæ reprehendamus: cùm scita legis Mosaicæ juxta literam servaret, Judaizante adhuc in multis Ecclesia, nec subito valentibus Apostolis omnem Legis observantiam, quæ à Deo instituta est, abdicare: quomodo simulacra, quæ à dæmonibus inventa sunt, repudiare, omnes qui ad fidem veniunt, necesse est: videlicet ne scandalum facerent eis, qui inter Gentes erant, Judæis. Hinc est enim, quod Paulus Timotheum circumcidit: quod hostias in templo immolavit; quòd cum Aquila & Priscilla caput Corinthi totondit: ad nihil videlicet utile, nisi ad* C *scandalum vitandum Judæorum. Hinc, quod eidem Paulo Jacobus ait:** Vides frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt; & omnes ii æmulatores sunt Legis. *Nec tamen hodie, clarescente per Mundum Euangelio, necesse est, immò nec licitum fidelibus, vel circumcidi, vel hostias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Johannes, secundum legis consuetudinem, decimâ-quartâ die Mensis primi, ad vesperam, incipiebat celebrationem festi Paschalis: nil curans, utrum hæc sabbato, an aliâ qualibet feria, proveniret. At verò Petrus, cum Romæ prædicaret, memor, quia Dominus primâ Sabbati resurrexit à mortuis, ac* D *Mundo spem resurrectionis contulit; ita Pascha faciendum intellexit, ut, secundum consuetudinem ac præcepta Legis, decimam-quartam Lunam primi Mensis æquè, sicut Johannes, orientem ad vesperam, semper exspectaret. Et hac exorta, si dominica dies (quæ tunc prima Sabbati vocabatur) erat mane ventura; in ipsâ vesperâ Pascha dominicum celebrare incipiebat: quomodo & nos omnes hodie facere solemus. Sin autem dominica, non proxima mane post lunam decimam-quartam, sed sextâ-decimâ aut septimâ-decimâ, aut aliâ qualibet lunâ, usque ad vicesimam-primam, esset ventura: exspectabat eam; & præcedente sabbato, vespere, sacrosancta Paschæ solennia inchoabat. Sicque fiebat; ut* E *dominica Paschæ dies, non nisi à quintâ-decimâ luna, usque ad vicesimam-primam servaretur. Neque hæc Euangelica & Apostolica traditio legem solvit, sed potiùs adimplet, in quâ observandum Pascha à quarta-decimâ lunâ primi Mensis ad vesperam, præceptum est: in quam observantiam imitandam, omnes sancti Johannis successores in Asia, post obitum ejus, & omnis per Orbem Ecclesia conversa est. Et hoc esse verum Pascha, hoc solum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio, non statutum noviter, sed confirmatum est: ut Ecclesiastica docet historia. Unde constat, vos,* F *Colmanne, neque Johannis (ut autumatis) exempla sectari, neque Petri, cujus traditioni scientes contradicitis: neque Legi, neque Euangelio, in observatione vestri Paschæ, congruere. Johannes enim, ad Legis Mosaicæ decreta tempus Paschale custodiens, nil de prima Sabbati curabat: quod vos non facitis, qui non nisi primâ Sabbati Pascha celebratis. Petrus, à decimâ-quintâ lunâ usque ad vicesimam-primam, diem Paschæ dominicum celebrabat: quod vos non facitis, qui à decima-quartâ usque ad vicesimam lunam, diem dominicum Paschæ observatis; ita ut tertiâ-decimâ lunâ ad vesperam sæpiùs Pascha incipiatis. cujus neque* G *Lex ullam fecit mentionem, neque autor ac dator Euangelii Dominus in eâ; sed in quarta-decimâ lunâ, vel vetus Pascha manducavit ad vesperam; vel novi Testamenti sacramenta, in commemorationem suæ passionis, Ecclesiæ celebranda tradidit. Itemque lunam vicesimam-primam, quam Lex maxime celebrandam commendavit, à celebratione vestri Paschæ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione summæ festivitatis, neque Johanni, neque Petro, neque Legi, neque Euangelio, concordatis.*

His contrà Colmannus: *Numquid*, ait, *Anatolius, vir sanctus, & in præfatâ Historia ecclesiasticâ multum laudatus, Legi* H *vel Euangelio contraria sapuit: qui à quartâ-decima usque ad vicesimam Pascha celebrandum scripsit? Numquid reverendissimum patrem nostrum Columbam, & successores ejus, viros Deo dilectos, qui eodem modo Pascha fecerunt, divinis paginis contra-* A *ria sapuisse vel egisse, credendum est? Cum plurimi fuerint in eis, quorum sanctitati cœlestia signa, & virtutum, quæ fecerunt, miracula, testimonium præbuerunt: quos, ut ipse sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores & disciplinam, sequi non desisto.*

At Wilfridus: *Constat*, inquit, *Anatolium virum sanctissimum, doctissimum, ac laude esse dignissimum. sed quid vobis cum illo; cum nec ejus decreta servetis? Ille enim in Paschâ suo, regulam utique veritatis sequens, circulum novemdecim annorum* B *posuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum, & à totâ Christi Ecclesia custoditum, pro nihilo contemnitis. Ille sic, in Pascha dominicam decimam-quartam lunam computavit: ut hanc, eâdem ipsâ die, more Aegyptiorum, decimam-quintam lunam ad vesperam esse, fateretur. Sic idem vicesimam diem dominico Pascha annotavit: ut hanc, declinatâ eâdem die, esse vicesimam-primam crederet. Cujus regulam distinctionis vos ignorâsse, probat, quod aliquoties Pascha manifestissimè ante plenilunium, id est, in tertiâ-decimâ lunâ, facitis. De patre autem vestro Columbâ, & sequacibus ejus, quorum sanctitatem vos imitari, &* C *regulam ac præcepta cœlestibus signis confirmata sequi, perhibetis, possum respondere: quia multis, in judicio dicentibus Domino, quod in nomine ejus prophetaverint, & dæmonia ejecerint, & virtutes multas fecerint; responsurus sit Dominus, quia nunquam eos noverit. Sed absit, ut de patribus vestris hoc dicam: quia justius multò est, de incognitis bonum credere, quam malum. Unde & illos Dei famulos & Deo dilectos esse, non nego, qui simplicitate rusticâ, sed intentione piâ, Deum dilexerunt. Neque illis multum obesse Paschæ talem reor observantiam, quamdiu nullus advenerat, qui eis instituti perfectioris decreta, quæ se-* D *querentur, ostenderet. Quos utique, credo, si quis tunc ad eos catholicus calculator advenisset, sic ejus monita fuisse secuturos: quomodo ea, quæ noverant ac didicerant, Dei mandata probantur fuisse secuti. Tu autem & socii tui, si audita decreta Sedis apostolicæ, immò universalis Ecclesiæ, & hæc literis sacris confirmata, sequi contemnitis: absque ulla dubietate peccatis. Etsi enim patres tui sancti fuerunt: numquid universali, quæ per Orbem est, Christi Ecclesiæ, horum est paucitas una, de angulo extremæ insulæ, præferenda? Et, si sanctus erat ac potens virtutibus ille Columba vester, immò & noster, si Christi erat: num præferri potuit* E *beatissimo Apostolorum principi? cui Dominus ait:** Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam. & , tibi dabo claves regni cœlorum.

Hæc perorante Wilfrido, dixit Rex: *Veréne, Colmanne, hæc illi Petro dicta sunt à Domino?* Qui ait: *Verè, Rex.* At ille: *Habetis*, inquit, *vos proferre aliquid tantæ potestatis, vestro Columbæ datum?* At ille ait: *Nihil.* Rursum autem Rex: *Si utrique vestrûm*, inquit, *in hoc sine ullâ controversiâ consentiunt; quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cœlorum sint da-* F *tæ à Domino?* Responderunt: *Etiam, utrique.* At ille ità conclusit: *Et ego vobis dico, quia hic est ostiarius ille; cui ego contradicere nolo: sed in quantum novi vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire statutis; ne fortè, me adveniente ad fores regni cœlorum, non sit qui reseret; averso illo, qui claves tenere probatur.* Hæc dicente Rege, faverunt assidentes quique, sive adstantes, majores una cum mediocribus: & abdicatâ minùs perfectâ institutione, ad ea, quæ meliora cognoverant, se-se transferre festinabant.

Finitoque conflictu, ac soluta concione, Agilbertus do- G mum rediit. Colman, videns spretam suam doctrinam, sectamque esse despectam; assumtis his, qui se sequi voluerunt, id est, qui Pascha catholicum, & tonsuram coronæ, (nam & de hoc quæstio non minima erat) recipere nolebant: Scotiam regressus est, tractaturus cum suis, quid de his facere deberet. Cedda, relictis Scotorum vestigiis, ad suam sedem rediit: utpote agnitâ observatione catholici Paschæ.

SYNODUS TOLETANA VI.

H ANno 3. Chintillæ, Domini verò 653. sexta Toletana celebrata est. Convenerunt autem 52. episcopi. Præsedit Isidorus, *juxta Johannem Magnum.** vel, *secundum Catalogum subscriptorum, Eugenius.*

* Act. 21. v. 20.

* Matth. 16. v. 18.

* li. 16. c. 18

Occasionem præbuerunt quidam erronei spiritus; qui hæreses resuscitabant, & priorum Conciliorum acta in dubium revocabant. ad quos reprimendos, in hoc congressu omnes priorum Conciliorum constitutione sunt confirmatæ, & multæ de novo additæ.

Canones vero hi referuntur:

1. *Cùm primùm omnipotenti Deo, pro coronâ fratrum tàm numerosâ, gratiæ in nobis fuissent peractæ: nihil melius nihilq́ salubrius omnium insedit animo; quàm, more Synodi universalis, post solennia perfunctæ orationis, quod mente interim ruminabamus, linguâ narraremus, & quod corde credebamus, ore ructaremus: supernâ favente sententiâ, quæ ait,* [a] Eructavit cor meum verbum bonum. *& juxta Prophetam:* [b] Verbum fecit Dominus abbreviatum super terram. *Quamobrem ex abundantiâ nostri cordis sit confessio vocis. ut fidem, quam omnium mens intrinsecus gestat, in confessione interpres lingua foris effundat. Itaq́ credimus & profitemur sacratissimam & omnipotentissimam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum solum; non solitarium: unius essentiæ, virtutis, potestatis, majestatis, uniusq́ naturæ: discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantiâ deitatis, creatricem omnium creaturarũ: Patrem ingenitum, increatum, fontem & originem totius divinitatis: Filium à Patre intemporaliter, ante omnem creaturam sine initio genitum; non creatum: nam nec Pater unquam sine filio, nec Filius exstitit sine Patre: sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non pater Deus de Filio Deo: ille autem Filius Patris, & Deus de patre per omnia coæqualis Patri; Deus verus de Deo vero. Spiritum vero sanctum, neq́ genitũ, neq́ creatum, sed de Patre Filioq́ procedentem, utriusque esse spiritum: ac per hoc substantialiter unum sunt, quia & unus ab utroq́ procedit. In hac autem Trinitate tanta est unitas substantiæ: ut pluralitate careat, & æqualitatem teneat. Nec minor in singulis, quam in omnibus: nec major in omnibus, quam in singulis personis manet. Ex his igitur tribus divinitatis personis, solum Filium fatemur, ad redemptionem humani generis, propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio, contraximus, resolvenda, à secreto Patris arcanoq́ prodiisse, & humanitatem sine peccato, de sancta semper-virgine Mariâ, assumpsisse: ut idem Filius Dei Patris, esset Filius hominis, Deus perfectus, & Homo perfectus: ut Homo & Deus esset unus Christus, naturis in duabus una persona. ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset. Ergo à Patre & Spiritu sancto separabilis creditur persona: ab homine autem assumpto, naturâ idem cum eodem homine unus exstat persona, cum Patre & Spiritu sancto, naturâ. ac (sicut diximus) ex duabus naturis, & unâ personâ, unus est Dominus noster* Jesus Christus: *in formâ divinitatis, æqualis Patri, in formâ servi, minor Patre. Hæc est enim vox ejus in psalmo:* [c] De ventre matris meæ Deus meus es tu. *Natus itaq́ à Deo sinè matre; natus à virgine sinè patre: solum Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et cùm tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus tamẽ Filius suscepit humanitatem, in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ: id est, in eo quod proprium est Filio, non quod commune est Trinitati. Nam, si unam nati Hominis, Dei alteram confecisset personam: tota Trinitas corpus assumpsisset. quoniã constat, naturam Trinitatis esse unam: non tamen personam. Hic ergo Dominus noster* Jesus Christus, *missus à Patre suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inviolabilis de suo, mortalis de nostro, venit in hunc mundum peccatores salvos facere, & credentes justificare: faciensq́ mirabilia, traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationẽ nostram, resurrexit propter justificationem nostram. hujus livore sanati, hujus morte Deo Patri reconciliati, hujus resurrectione sumus resuscitati. quem etiam venturum in fine exspectamus seculorũ. cum resurrectione omniũ; æquissimo suo judicio reddere ut justis præmia, & impiis pœnas. Ecclesiam quoq́ catholicam credimus sine macula & ruga corpus ejus esse: regnumq́ habituram cũ capite suo omnipotente* Christo Jesu; *postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immortalitatem: ut sit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur: hac hæreses exstirpantur: in hac omnis Ecclesia, collata jam cœlesti regno, deinceps in seculo præsenti gloriatur: & non in alia fide est salus. Nec enim nomen aliud sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.*

2. *Religiosissimi Principis nostri devotionem, & nostrorũ consacerdotum primo anno regni sui constitutionem, cum magna reverentia & veneratione suscipientes, quam constat jam in omni regno suo annuè celebrari: placuit etiam nostrâ assensione firmari. Proinde universalis auctoritate censemus Concilii: ut hi dies Litaniarum, qui in Synodo præmissâ sunt instituti, eodem in tempore, quo constituti sunt, excoli, annuo recursu omni observatione habeantur celeberrimi: ut pro illis, quibus nunc usq́ simul sumus implicati delictis, sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.*

3. *Inflexibilis Judæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate & potentia superna. Hinc enim liquet, quòd inspiramine summi Dei excellentissimum & Christianissimum Principem, ardore fidei inflammatum, cum regni sui sacerdotibus, prævaricationes & superstitiones eorum eradicare elegit funditùs: nec sinit degere in regno suo eum, qui non est Catholicus. Ob cujus fervorem fidei, gratias omnipotenti Domino cœlorũ agimus: eò quòd eam illustrem creaverit animam; & suâ repleverit sapientiâ. Ipse quoq́ donet ei, & in præsenti seculo longævam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem provida nobis curâ, & valde est decernendum vigilanti solertiâ: ne ejus fidei calor, & noster labor, quandoq́ in posteris tepefactus liquescat. Quocirca consonam cum eo corde & ore promulgamus Deo placituram sententiam, simul etiam cum suorum Optimatum illustriumq́ virorum consensu & deliberatione sancimus: ut, quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quàm inter reliqua cõditionum sacramenta pollicitus fuerit hanc se Catholicam non permissurum eos violare fidem: sed & nullatenus eorum perfidiæ favens, vel quolibet neglectu aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis, aditum præbeat prævaricationis: sed quod magnopere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseverare in futurum. Nam incassum bonum agitur: si non ejus providetur perseverantia. Ergo, postquam ordine præmisso ad gubernacula accesserit regni: si ipse temerator hujus exstiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni: similiq́ cum eo damnatione perculsi, quicunq́ Sacerdotum, vel quilibet Christianorum, ejus implicati fuerint errore. Nos etenim ita in præsentia decernimus: ut præterita, quæ in universali Synodo de Judæis conscripta sunt, confirmemus. quoniam ea, quæ necessaria pro eorum salvatione scribi potuerunt, in eâdem esse cautum scimus. Quapropter, quæ tunc decreta sunt, valitura esse censemus.*

4. *Sæpe pullulantia pravitatis germina, licèt sæpissimè Patrũ justa noverimus severitate damnata: quia tamen crebris conspiciuntur denuò vigere radicibus: justitiæ acriore vigore radicitùs amputare sancimus. Proinde, quicunque Simonis imitator, Simoniacæ quoq́ hæresis exstiterit sectator: ut Ecclesiasticorum ordinũ gradus, non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat; quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum ulla commendat, talis inventus, sacrorum ordinum apicem penitus adipisci nullo modo permittatur. sed & si adeptus fuerit, communione privatus, cum ordinatoribus suis, propriorum bonorum amissione damnetur.*

5. *Sæpe fit, ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter providentes, decernimus ut, si qui Clericorum stipendium de rebus ecclesiæ cujusquam Episcopi percipit largitate, sub precariæ nomine debeat professionem scribere; nec, per retentionem diuturnam, præjudicium afferat ecclesiæ. & quæcunque in usu perceperit, debeat utiliter laborare: ut nec res divini juris videantur aliquâ occasione negligi; & subsidium ab ecclesiâ, cui deserviunt, percipere possint clerici. Quod si qui eorum contempserit facere, ipse se stipẽdio suo videbitur privare.* Caus.12.q.2.c. Sæpe fit.

6. *Proclivis cursus est ad voluptatem; & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem, quisquis virorum, vel mulierum, habitum semel induerit spontaneè religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro, vel fœmina fuerit, aut fuerit delegata puellarum monasterio: utroq́ sexu prævaricator, ad propositum invitus reverti cogatur. ut vir detondeatur; & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint: sacerdotali sententia ità à Christianorum cœtu habeantur extorres; ut nec locus eis ullius sit communionis. Vidua quoq́, sicut universalis Synodus jam statuit, professionis vel habitûs sui desertrices, superiori sententiâ condemnentur.* Caus.27.q.3.c. Proclivis.

7. *Quamvis priora nunquam siluerint de tanto facinore Concilia: ratio tamen deposcit, ut ea, quæ frequenti prævaricatione ite-*

[a] Psal. 45. vers. 2.
[b] Esaiæ 10. vers. 23.
[c] Psal. 22. vers. 11.

rantur, frequenti sententia condemnentur. Et ideò, quoniam tanta exsistit perversitas hominum, ut hi, quos sub religioso habitu pœnitentiæ professio pro veniâ peccatorum ad manum Sacerdotis deducit vel adduxit, iterum rediviva malitia ad vitæ pristinæ sordes revocet: hujus rei causâ, sancta Synodus decernit: ut, si qui ingenuorum, utriusque sexûs, sub nomine pœnitentiæ, in habitu religioso sunt conversati, post hæc autem, comam nutrientes, vel vestimenta secularia sumentes, ad id, quod reliquerant, redierunt; ab episcopo civitatis, in cujus territorio sunt conversi, comprehensi, rursus legibus pœnitentiæ in monasteriis subdantur inviti. Quod si fieri, propter alicujus potestatis vigorem, difficile fuerit: tunc, sicut priscorum Canonum statuerunt decreta, quousque ad divinum ordinem revertantur excommunicati & anathemate condemnati habeantur. Similiter & hi, qui post excommunicationem, vel interdictum, cum ipsis communicaverint. Sacerdos autem, ad quem pertinere noscuntur, si eos quolibet munere vel favore, aut negligentiâ, admonere noluerit; ut aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de ecclesiâ rejiciat; simili sententia plectatur quousque emendationis eorum, vel damnationis, sententia ab eo promulgetur.

8. Antiqui & sanctissimi est patris sententia Papæ Leonis: ut is, qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium; si conjugatus, & forte fuerit incontinens: ne postea adulterii incurrat lapsum; redeat ad pristinum conjugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos, sicut de viris; ita de fœminis, æquo modo censemus: non quidem hoc generaliter & canonicè præceptum; sed constat a nobis pro humana fragilitate indultum: ea duntaxat ratione, ut, si is, qui pœnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex consensu alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus, superstiti non liceat denuò ad uxoris transire amplexus. Si autem illius vita exstiterit superstes, qui non accepit benedictionem pœnitentiæ, nubat, si se continere non potest & ulteriùs consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum est decretum esse: ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio exspectetur, ut, juxta quod ætatem aptam prospexerit pœnitentiæ, absolutionis vel districtionis tribuat legem. Caus. 33. q. 2. c. Antiqui.

In nomine Domini JESU CHRISTI *Salvatoris: imperantibus Dominis piissimis nostris. Ecgfrido Rege Humbronensium anno 10. regni ejus sub die 15. Calend. Octobris, Indictione 8. & Edilredo Rege Mercinensium, anno 6. regni ejus, & Alduulfo Rege Estranglorum, anno 17. regni ejus; & Lothario Rege Cantuariorũ regni ejus anno* * *præsidente ipso Theodoro, gratia Dei archiepiscopo Britanniæ insulæ, & civitatis Dorovernensis, una cum eo sedentibus cæteris episcopis Britanniæ insulæ, viris venerabilibus, proposito sacrosancto Evangelio, in loco, qui Saxonico vocabulo* Hedtfe *nominatur, pariter tractantes, fidem rectam & orthodoxam exposuimus, sicut Dominus noster* JESUS *incarnatus tradidit Discipulis suis, (qui præsentialiter viderunt & audierunt sermones ejus) atq; sanctorum Patrum tradidit Symbolum, & generaliter omnes sanctæ & universales Synodi & omnis probabilium catholicæ Ecclesiæ Doctorũ chorus. Hos itaq; sequentes nos, piè atq; orthodoxè, juxta divinitus inspiratam doctrinam eorum, professi, credimus constanter, & cõfitemur secundum sanctos Patres, propriè & veraciter, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Trinitatem in unitate consubstãtialem, & unitatem in Trinitate: hoc est, unum Deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus, æqualis gloria & honoris.*

Et post multa hujusmodi, quæ ad rectæ fidei confessionem pertinebant, hæc quoq; sancta Synodus suis literis addidit: *Suscepimus sanctas & universales quinq; Synodos, beatorum & Deo-acceptabilium Patrum: id est, qui in Nicæna congregati fuerunt 318. contra Arium impiissimum, & ejusdem dogmata; & in Constantinopoli 150. contra vesaniam Macedonii & Eudoxii, & eorum dogmata; & in Ephesinâ primâ 200. contra nequissimũ Nestorium, & ejusdem dogmata; & in Chalcedone 630. contra Eutychem & Nestorium, & eorum dogmata: & iterum in Constantinopoli quinto cõgregati sunt Concilio, in tempore Justiniani minoris, contra Theodorum, & Theodoretum, & Ibæ epistolas, & eorũ dogmata contra Cyrillum.* Paulo pòst: *Et Synodum quæ facta est in urbe Româ, in tempore Martini Papæ beatissimi, Indictione 8. imperante Constãtino piissimo, anno 9. Suscipimus & glorificamus Dominum nostrum* JESUM CHRISTUM; *sicut isti glorificaverunt, nihil addentes, vel subtrahentes: & anathematizamus corde & ore, quos anathematizaverunt, & quos susceperunt, suscipimus glorificantes Deum Patrem sinè initio; & Filium ejus unigenitum, ex Patre generatum ante secula, & Spiritum sanctum, procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter sicut prædicaverũt hi, quos memoravimus suprà, sancti Apostoli & Prophetæ & Doctores. Et nos omnes subscribimus, qui cum Theodoro archiepiscopo fidem catholicam exposuimus.*

Has verò literas aut similes, cum eodem Johanne archicantore, qui in itinere quidẽ mortuus est (*Beda**) & Wilfrido, ad Synodum Romanam miserunt, quæ sub Agathone est celebrata. Nam in subscriptione, Wilfridus, legatus Synodi per Britanniam constitutæ dicitur.

SYNODUS GALLICANA.

EOdem tempore, literis Agathonis excitati in Galliis episcopi, convenerunt, & de controversiâ, duæ ne an una in Christo sint voluntates & operationes, disputarunt: suamq; sententiam cum legatis, Adeodato Leucorũ & Felice Arelatensi episcopis, & Taurino Telonẽsi diacono, ad Synodum Romanam sub Agathone miserunt: ut patet ex subscriptione Synodi Romanæ, in actione 4. Constantinopolitanæ, *in tomo 2. Conciliorum.*

SYNODUS BRITANNICA
Adtuuifordiana.

MEminit *Beda** hujus Synodi, juxta fluvium Alnæ, in loco qui dicitur Ad duplex vadum, Germanicè *Adtuuiforda*, celebratæ: ubi, præsente Rege Ecfrido, Theodoro archiepiscopo præsidente, omniũ Sacerdotum consensu, Chudbertus eremita, in episcopum Lindisfarnensem sit electus.

SYNODUS FRANCICA.

S*igebertus in Chronico* narrat, Theodoricum, sub annum Domini 685. Synodũ coëgisse: & ex sententiâ Ebroini multos episcopatu dejecisse; quosdam etiam ad perpetuum exilium damnâsse. Sed causa non indicatur.

*Vincentius** in gestis Leodegarii, subindicat; justo Dei judicio, in eâ Synodo illos esse punitos, qui manum in episcopum mittere præsumsissent. Sed non satis liquet, an Leodegarii causa ibi tractata sit.

Trithemius.† inter depositos ab officio, etiam Lampertum Trajectensem episcopum refert.

SYNODUS TOLETANA VIII.

ANno 5. Recesuindi Regis Gotthorum, qui fuit Domini 671. Constantini Pogonati 2. Toleti indicta & habita est Synodus octava.

Convenerunt autem Pontifices numero 52. aliquot Abbates, & Legati episcoporum absentium; Rex ipse Recesuindus, & Viri illustres, & Comites non-pauci: ut constat ex subscriptorum Catalogo, *in tomo 2 Conciliorum.*

¶ *In initio*, Rex offert tomum: in quo *primum* testatur, se puram & sinceram doctrinam non modò amplecti sed

* Lib.4.c.17.

* Lib.4.c.18.

* Lib.4.c.28.

* lib.23.c.8.

† in Annal. Franc.

[illegible] *animo* [illegible]

[illegible] *cogitasse noxia* [illegible] *sententia* [illegible] *nisi* [illegible] *mereremur* [illegible] *superantes per* [illegible] *qualecunque* [illegible]. *At nunc quia* [illegible] *onerosum* [illegible] *dum pie* [illegible] *fontes* [illegible] *damna-* [illegible] *retin* [illegible] *expectat* [illegible] *Apostolo praecipien-* [illegible] *ad* [illegible] *unquam* [illegible] *mitto si* [illegible] *animo* [illegible] *sententia. Unde jam* [illegible] *ratione divina* [illegible] *juramento* [illegible] *manos, sicq; vestri nos instruat forma judicii: ut subjecto populos non in profanatio*[illegible] *habeamus* [illegible] *nec impietatis vinculis doleamus contaminatos.*

Tertio hortatur eos: ut in negotiis & controversiis dirimendis justitiam & æquitatem observent.

[illegible] hortatur Viros illustres, ut sententiæ Synodi acqu[illegible] idem & se facturum promittit.

Q[illegible] consilium petit, quid cum Judæis agendum: quo[illegible] adhuc suam religionē amplectebantur, a[illegible] baptizati [illegible] erant, sed tamen à fide desciverant.

Patres [illegible] tomo, laudant R[illegible] fidem & studium; & pro[illegible] fidei repetunt Symbolum Nicenum: *Cre*[illegible] *in unum Deum, Patrem omnipotentem, &c.*

¶ *In secundo consessu*, disputatur de juramentis; in quo [illegible] se adstrinxerat, de non-[illegible] pœnâ profugis & perfidis: ac tandē, juxta Ambrosii, & Augustini & Gregorii, & Isidori sententiam, decernitur; non esse conservandum sacramentum, quod malè & incautè sit promissum. Ac inter alia inquiunt Patres: *Promissionis incautæ crudam cruentamq; temperare sententiam, illa quam-maximè compellimur causa: quod hæc duo mala, licèt sint omnino cautissimè præcavenda, tamen, si periculi necessitas ex his unum tentare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari* [illegible] *autem ex his levius, quidve sit gravius, pietatis* [illegible] *investigemus. Etenim, dum perjurare compellimur: Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus.* [illegible] *vero noxia promissa complemus: & Dei jussa superbè contemnimus, & Proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos* [illegible] *gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo perimimur, hic* [illegible] *jugulamur.* [illegible] *ergo ut hæc* [illegible] *pergat sententia, quâ miseri*[illegible] *via.* [illegible] *probatur accepta: ut plus eam cupiat quam sacrificia* [illegible] *dicente ipso:* † *Misericordiam volo & non sacrificium. Hac indulgentia concessa licentia miserationis ipsius opus* [illegible] *Principis potestatem redigimus: ut quia Deus* [illegible] *aditum patefecit remedia pietat*[illegible] *ipse quoq; non deneget.* [illegible] *ita principali discretione moderata per*[illegible] *ut &* [illegible] *misericordia contributa & un*[illegible] *gentis aut patriæ,* [illegible] *aut peri*[illegible] *aut jacturam. Hac,* [illegible] *quæcunq;* [illegible] *pænitentia pro* [illegible] *vel* [illegible] *exigenda* [illegible] *ter de*[illegible] *obs*[illegible] *orum* [illegible] *sententis religio-* [illegible]

¶ *In terti*[illegible] *quod non sine magno* [illegible] *decendum* [illegible] *tercari velle* [illegible] *præmium* [illegible] *ut pontificalis ordi*[illegible] *Petri, qui* [illegible]*um* [illegible] *sionem / quoniam* [illegible] *per* [illegible] *sideri. Proinde* [illegible] *frequenter* [illegible] *quod* [illegible]

[illegible] *ex quo* [illegible] *flagitiis* [illegible] *qui hunc ordinem* [illegible] *& pro honoris gr*[illegible] *privetur & in monasterio perenni pœnitentiæ relegetur.* [illegible] *qui hac causa muneris acceptatores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: si verò laici, anathemate perpetuo condemnentur.*

B ¶ *In quarto*, de [illegible] *Pat*[illegible] *est, lo*[illegible]

¶ *In quinto* [illegible] *Sa*[illegible] *seminar*[illegible] *societ*[illegible] *Scripturæ testimonio:* * [illegible] *Col.* 3. † *Mortificate membra vestra, quæ sunt supra terram.* Hæc Patres [illegible] *Ephes. 5. vers. 5.*
C rum Pontificum; & con[illegible] To[illegible]num statuerunt.

¶ *In sexto*, Subdiaconi [illegible] retinēdi[illegible]peant: opponentes, qu[illegible] Pontifice [illegible] non data [illegible] benedictio, [illegible], quòd, cùm [illegible] sint, non interdictus sit usus conju[illegible]: quare nunc se non [illegible] suis uxoribus privari. Sed [illegible] studium novi[illegible] character Antichristi. Quare [illegible] in hunc modum [illegible]: *Relatum est nobis, quosdam Subdiaconos, post* [illegible] *ordinis pervenerint gradum, non solum carum conn*[illegible]
D *dari, cum scriptum sit:* * *Mundamini, qui fertis vasa Domini,* [illegible] *sed etiam (quod dictu quoq; nefas est) novis uxoribus copulari: asserentes, hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a Pont*[illegible] *se noscimus percepisse. Proinde omnis excusationis discisso velamine, id præcipimus observari: ut, cùm iidem Subdiaconi ordinantur, cum vasis ministerii benedictionis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, & sacra dinoscitur consuetudo subslare: prolatâ omni penitus ab illis sorde mulierum, ac familiaritate remotâ. Quòd-si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati: mox erunt sub pœnitentiæ oneribus, usq; ad extremum* *Esa. 52. vers. 11.*
E *vitæ, monasterio relegandi.*

¶ *In septimo*, tractant de Episcopis, qui in ordinati[illegible] xores suas inviti reliquerant: & postea malebant, repu[illegible] episcopatu, ad uxores redire; quam malâ conscientia [illegible] uxore [illegible] episcopi esse. Et de[illegible], id nullo modo [illegible] Quia, sicut Baptismi character, licèt etiā invit[illegible] acceperit, nō potest deponi: ita nec sanctum [illegible] honorem altaris, posse ev[illegible]. Inqu[illegible] *post hoc* [illegible] *non* [illegible] *subesse* [illegible] *cultibus, &* [illegible]
F *labitur ad conjugium* [illegible] *ad hoc* [illegible] *mox omni ecclesiastico ordine* [illegible] *& ut* [illegible] *sanctæ ecclesiæ* [illegible] *&* [illegible] *habitatur pro*[illegible] *exclusus, monasterii claustris donec vi*[illegible] *sub pœnitentia* [illegible] *dendus.* Hæc sanè doctrinæ Paulin[illegible] congruunt, sed dæmoniorum.* *1 Tim. 4. v. 1. & 3.*

¶ *In oct*[illegible] nitur, [illegible] ad Ecclesiæ m[illegible] tractanda [illegible].

¶ [illegible] betur; ne quis, sinè inev[illegible] te[illegible] tate & evi[illegible] languore [illegible]
G [illegible] Quadragesimæ [illegible] Ratio[illegible] sunç[illegible] anni sint dec[illegible] [illegible] ta gener[illegible] 3. quia par[illegible] [illegible] per[illegible] decies [illegible] tur [illegible] atione [illegible] moni[illegible] *vers.* [illegible]

¶ *de* [illegible] Lex [illegible] de ele[illegible] *Abhinc ergo* [illegible]
H [illegible] *in urbe regi*[illegible] *decesserit* [illegible] *assensu* [illegible] *aut* [illegible] *seditiosis* [illegible]

[illegible] endent [illegible] runt acti-
[illegible] judices & [illegible] provisioni [illegible] rerum parc
[illegible] quam extenti [illegible] nulla [illegible] tione [illegible] turarum, vel de-
[illegible] que, contractus a [illegible] tis vel exiga [illegible], vel
[illegible] nuntam [illegible] onquisitu obligationis [illegible]
[illegible] antes [illegible] ura commodi, sed consulentes [illegible]
[illegible] que genti. De rebus [illegible] egatis ab eis, illas tantum sibi
[illegible] partes [illegible] vero autoritas principalis [illegible] verùm,
quæcunque inordinata reliquerint hæreditabunt successores proprii
[illegible] rum: & ante re [illegible] inquisita, aut filii aut hæredes
[illegible] jure [illegible]. De affinium successione vel munere,
[illegible] inordinatè [illegible], aut primò tantum filii aut hæ-
[illegible] sequente [illegible] propinqui. Atque ita [illegible] cun-
[illegible] tibus, mor bus [illegible] præsat [illegible] autoritas erit valitura:
[illegible] & perenniter maneat [illegible] & non prius apicem [illegible]
quisq. per [illegible] ipiat, [illegible] illa per omnia suppletur, jurisjurandi
[illegible] tatione [illegible] ut etiam legi vel decreto episcopalem, non so-
lum in futurum, sed etiam in præsenti, reverentiam apponentes. de-
[illegible] ut quicunque detr [illegible] or, & non potius venerator decreti
[illegible] atque legis esse maluerit; [illegible] ve religiosus ille sit sive laicus.
[illegible] ecclesiastica excommunicatione plectatur; verùm &
[illegible] ordine dignitate privetur.

¶ [illegible] undecimo edi [illegible] cui [illegible] ceat contra decreta Syn-
od [illegible] neralia agere, aut ea convellere.

¶ [illegible] duodecimo, cum Judæis de [illegible] emitur agendum esse, se-
cundum [illegible] Canones quarti Toletani Concilii; nimirum
juxta [illegible] .57.58.59.60.92.

A [illegible] tandem Deo & Regi [illegible] atias agunt, & ex ordine sub-
scribunt: Orontius, Emeritensis metropolitanus episco-
pus. Antanius, Hispalensis metropolitanus; Eugenius, re-
[illegible] metropolitanus. Potamius, Calagurritanus e-
piscopus. P [illegible] Bracarensis metropolitanus: & ceteri
[illegible] & episcoporum legati, & Abbates, & Viri illu-
stres [illegible] Palatini.

¶ [illegible] extremo, duo promulgantur decreta, quæ adscribimus.

DECRETUM UNIVERSALIS CON-
cilii editum in nomine Principis.

Soliditatem [illegible] reddidisse fractura, atque fecisse consurgere, quod ex-
[illegible] collisum: & incrementum est usitata mercedis, & plenitu-
[illegible] consummata perfectionis. Ponderi etenim collidentis ruinæ si a-
[illegible] proximorum cura convenit obviare: quanto gravioris erit
[illegible], Prælatos incursa discrimen incurrere; si non, quo valent,
[illegible] onere sibi commissos procurent populos sublevare?
[illegible] ergo est, inter ruinas collisionum, catervas eripere col-
[illegible] ut [illegible] hoc jugis [illegible] & ultra nec vigorem nocendi habeat ex-
[illegible] la pressura, & omnis compressus noverit sanita sanctionis esse
[illegible] remedia. Cum decursis ergo temporibus, dura domina-
[illegible] potestas attolleret, & in subjectis populis imperium do-
[illegible] non formaret [illegible] intimi, sed excidia ultionis: adspe-
[illegible] statum non ex ordine regorare rectoris, sed deji-
[illegible] ordine potestatis. Contraxerunt enim Reges elata fastigia, in
[illegible] motionis: & aut in culpis lex ardua [illegible] avebat; aut
[illegible] favor [illegible] lex voluntaria comodabat. Inde mœstos animos
[illegible] ovebat ex mu [illegible] tolerātia vexabat [illegible] funere. Unde
[illegible] paratioris occasionem non tantum nos abire sola ratio cogit,
[illegible] & ipsa communitas rerum impellit: ut, ex omnium delibe-
ratione animorum concordi, illa maneat sententia dedi, quæ &
[illegible] ponat [illegible], & consultum [illegible] jure ferat
[illegible] conspeximus Reges, postquam fuerint re-
[illegible] extenuatis viribus populorum, rei propria con-
[illegible] quod Reges sunt vocati [illegible] in va-
[illegible] defensione pellere desiguūt.
[illegible] ea quæ videntur acquirere. non re-
[illegible] vel [illegible] sua jure cōfundi
[illegible] beroturum [illegible] trans-
[illegible] conant [illegible]
[illegible] illos imperi [illegible] & [illegible] juris
[illegible] quod [illegible] antilicatu [illegible] con-
[illegible] nunquid [illegible] populorum [illegible] aut
[illegible] gloria [illegible]
[illegible] potuer [illegible] rerum [illegible]
[illegible] potipiens [illegible] Omnia
[illegible] ad principale caput rele-
[illegible] negotio [illegible] ab illa profecta [illegible]

A remedium, cui modo [illegible] modo debitum [illegible] Reg-
[illegible] orthodoxa [illegible] hæc cuncta sibi deberi conv [illegible]
[illegible] quo se Regem recognoscit [illegible] sita, non alteri, quam
sibi, ju [illegible] defendit [illegible] hæc de-
non ambi [illegible] non personæ: quia nō
constat [illegible] ergo honori
debentur honori [illegible] Rege [illegible] regno re-
[illegible] ut. quia [illegible] decorat [illegible] quoque regni [illegible]
[illegible] non extenuent; se [illegible] Habeant [illegible] jure [illegible]
B Reges, in [illegible] in operando [illegible] modestia in de-
cernendo judicia justa [illegible] parcendo [illegible] conqui-
rendo [illegible] tantò [illegible]
regni cum [illegible] quantò jura [illegible] & mansue-
tudine [illegible] quitate direxerint promi [illegible] præmium
ditionis. Ne non pro [illegible] se putetur ex fomite [illegible] claro con-
venit ev [illegible] entissima specie operis: ut ex illo nos idoneos assertores
habeat probitas ver tatis; ex quo semper semet-ipsos reservaverit
qualitas actionis. Et enim ita ex gentis nostræ mediocribus, ma-
joribusq. personis, multos hactenus corruisse reperimus & deflemus:
C ut eorum agnitis rursus non aliud possimus, quam divina judicia
considerare promissionis. quorum domorum spolia, & potentiarum
divitias, simul ac prædia, ita conspicimus prorsus exinanita: ut nec
fisci usibus commoda, nec Palatinis officiis reperiantur in reme-
dium salutare collata. Cujus rei seriem ex utroque concurrente de-
fectu, dum & judicatos sententia judicantium adsit, & in eorum
bonis ad ipsorum vicem munificatus nemo surrexit, penè non te-
nuisse disciplinam in ordine; sed defectum posuisse pensantur in
gente [illegible] illo majoris salutis dispendio cumulato; quod tam hæc,
quæ à judicatis vigor judicantium abstraxerat, quam illa, quæ qua-
D liscunque proventus ordine profligationis contriverat, tota pro-
prietatis Principum amplitudo in sinum suæ receptionis incluse-
rat [illegible] sicq. solo principali venere suppleto, cuncta totius membra
gentis [illegible] languescerent ex defectu. Unde evenit, ut nec sub-
sidium mediocres, nec dignitatem valeant obtinere majores.
quia dum solius potestatis vigor maxima occupavit, totius plebis
status nec minima jura defendit. Itaque cum omni Palatino of-
ficio, simulq. cum majorum minorumq. conventu, nos omnes, tam
pontifices, quam etiam sacerdotes, & universi sacris ordinibus fa-
mulantes, concordi definitione decernimus & optamus: ut omnis
E conquisitionis profligatio, in omnium rerum viventium & non
viventium, immobilium quoque & movere-valentium corpore
vel specie, formà vel genere, quæ à gloriosæ memoriæ Chindasuin-
tho Rege, à die quo in regnum dinoscitur conscendisse, reperta quo-
libet modo exstiterit, omnia in serenissimi atque clementissimi
Domini nostri Reccesuinthi Principis perennis transeant potestate,
& perpetuo deputentur in jure: nō habenda parentalis successione;
sed possidenda regali congressione: ita ut justè sibi debita quisq. per-
cipiat; & de reliquis rebus ad remedia subjectorū, quæcūq. elegerit
Principis voluntas, exerceat: illis tātummodo exceptis, quæ memo-
F ratus divæ memoriæ Chindasuinthus Princeps ante regnū, aut ex
propriis, aut ex justissime-conquisitis, visus est habuisse. In quibus
cunctis filiis ejus, unà cum glorioso Domino nostro Reccesuintho Re-
ge, maneat divisio libera, & possessio pace plenissima. Sed & illa
res, quas prædictus Princeps de justis proventibus, filiis suis, vel qui-
buslibet, justissimè visus est contulisse, vel reliquisse, omnes in eo-
rum jure maneant incōvulsa: illa hujus negotii servatà veritate;
ut, quia grata voluntas Domini nostri Reccesuinthi Regis reddere
decernit unicuiq. justissimè debita, nemo invasionis calumniam
moveat, aut damna requirat; præter quæ gloriosæ memoriæ geni-
G torem ejus quadam indebite habuisse constiterat.

Lex edita in eodem Concilio, imperante
Principe glorioso.

In nomine Domini, Flavius Reccesuinthus rex. Eminentiæ cel-
situdo terrena tunc salubrius sublimia probatur appetere; cum
saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse. Unde solet
contingere ut plus commodi de aliena salute conquirat; quam de
propria ut [illegible] itate quisq. proficiat. In multis enim, quia multorum
salus attenditur, majoris lucri summa perficitur. In se autem, quia
privati commodi fructus appetitur; non satis est, si unius beneficii
H præmium conquiratur. Hinc & illa regalidarum tantundem fa-
[illegible] est plebium [illegible] quæ non suos fines privata voluntate concludit;
sed quæ universalitatis limites, communi pietatis lege defendit. Qua-
propter, ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obser-
vari, quam pactis de sub [illegible] statu obtentu, [illegible] namus ad vota sup-

pli-

plicium tranquilli visionis aspectum, ut inde salutaris compassio habeat commodum; unde plebes adepta fuerint supplicationis effectum. Cum ergo praecedentium series temporum, immoderatior aviditas Principis sese prona diffunderet in spoliis populorum, & augeret eis proprietatis censum aerumna flebilis subjectorum: tandem superna respectionis afflatu nobis est divinitus inspiratum: ut, quia subjectis leges reverentia dederamus, Principum quoque excessibus retinaculum temperantiae poneremus. Proinde sinceras mansuetudinis deliberatione, tam nobis, quam cunctis gloriae nostrae successoribus affuturis, Deo mediante legem ponimus, decretumque divalis observantiae promulgamus: ut nullus regum, impulsionis suae quibuscunque motibus aut factionibus scripturas, de quibuslibet rebus alteri debitis, ita extorqueat, vel extorquendas instituat; quatenus injuste ac violenter indebitarum sibi quisque probare possit dominium rerum. Quod-si alicujus gratissima voluntate, quippiam de rebus a quocunque perceperit; vel evidenti praestatione lucratus aliquid fuerit: in eadem scriptura patenter voluntatis & praestiti conditio annotetur, per quam aut oppressio Principis, aut conferentis fraus, evidentissime detegatur. Et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam; aut resipiscat improbitas Principis, ut evacuet quod male contraxit; aut certe post ejus mortem, ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad haeredes ejus, res ipsa sine cunctatione debeant revocari. Si autem res, quae, remota omni reprehensionis argumentatione, directo modo transierunt in Principis potestate, in ejus perennitate jure perdurent: & quicquid ex rebus ipsis idem Princeps ordinare voluerit, suae potestatis arbitrio subjacebit. Verum ut omne hujus negotium actionis roboret sinceritas veritatis: cum quaecunque rerum scripturae in Principis nomine exstiterint factae; mox testes qui in eadem scriptura subscriptores accesserunt, ab his, quos elegerit Princeps, diligentissime perquirantur, si non aliquod indicium, aut de impressione Principum, aut de fraude scripturam facientium, modo quocunque cognoverint: ut sic aut rite facta series scripturae permaneat, aut irrite confecta vanescat. Similis quoque sententia de terris, vineis, atque famulis, observetur: si sine scripturae textu, tantummodo coram testibus, qualibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus, a tempore Suinthilani Regis huc usque a Principibus acquisitis, aut deinceps si provenerit acquirendis, quae unquam forsitan Princeps inordinata sive relinquit, sive reliquerit, quae pro regni apice probantur acquisita fuisse, ad successorem tantummodo regni decernimus pertinere: ita habita potestate, ut, quicquid ex his elegerit facere, liberum habeat velle. In illis autem rebus, quae ipsi aut de bonis parentum, aut de quorumcunque provenerint successionibus proximorum, ita eidem Principi ejus (si filii defuerint) haeredibus legitimis, haereditatis jure patebunt: sicut caeteris lege, vel successione paterna, patuisse noscuntur. Quod-si aliquid de rebus quorumcunque parentum & proximorum, non solum successione, sed etiam qualibet collatione, aut quocunque contractu, ad jus ipsius provenisse patuerit: si contingat haec inordinata relinqui, non ad successorem regni; sed ad filios vel haeredes ejus, qui conquisivit specialiter, omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam de illis rebus, quae idem Princeps ante regnum, aut ex proprio, aut ex justissimo conquisito, dinoscitur habuisse, irrevocabili ordine, aut faciendi, quod voluerit, potestas manebit; aut certe filiis ejus successio plena patebit. Quod-si filii defuerint: legitimis haeredibus, ex his quae inordinata reliquerit, haereditario jure adire licebit. Hujus sane legis sententia, in solis est Principum negotiis observanda; atque ita perpetim valitura: ut non ante quispiam solium regale conscendat, quam juramenti sui de hac lege servanda omnibus implere promittat. Quemcunque vero aut per tumultuosas plebes, aut per ab-conse dignitatis publicae machinamenta, adeptum esse constiterit regni fastigia: mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus, & anathema fiat, & Christianorum communionem amittat, tum diva percussio in ultione collisus, ut omnis divini cultus, qui illi communicare praesumserit, similis cum ipso damnatione dispereat, poena tabescat. Nam si quis Legis hujus partem ex officio Palatino male volendo aut detrahendo lacerare voluerit; aut evacuandam quandoque, vel silenter mussitans vel aperte resultans, prolo jure detectus exstiterit: cunctis Palatinae dignitatis consortiis & officiis mox nudatus, omnium rerum suarum dimidiam partem amittat, & in deputato sibi loco redactus, a totius Palatii maneat societate seclusus. Religiosis etiam, qui se his hominibus devinxerint, similis rerum proprietatis suae dispendio subjacebit.

TOLETANA SYNODUS IX.

Anno 7. Recesuindi, Domini verò 673. iterum jussu Regis, sedecim episcopi Toletum convenerunt: & haec Capitula, quae in priscis Canonibus exstabant, promulgarunt observanda.

1. Omnis res ecclesiasticae quantitas, sicut remedium venia tribuit conferentis, ita damnum interitus praeparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiae, quae in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat; vel juri suo aut cathedrae propriae, unitate connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo: ita definivit, quod plenitudo votorum conservaretur in loto: in quo, velut si collata tenetur, manet gratia offerentis, ita si frustrantur, imminet pernicies defraudatis. Verum ut hujus rei potior soliditas habeatur, condignum filiis vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus, qui construxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit hanc bonae intentionis habere solertiam: ut, si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus praviderint defraudare, aut commonitionis honesta conventione compescant, aut talia episcopo vel judici corrigenda denuntient. Quod-si talia episcopus agere tentet, Metropolitano ejus haec insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, Regis haec auribus intimare non differant. Ipsis tamen haeredibus in eisdem rebus, non liceat quasi juris proprii potestatem praeferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque praesumere: sed hoc solum in salutarem solicitudinem adhibere, quo aut eis nullam noxam operatio nocens attingat; aut ut in multam partem, aut aliquam, salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps haec monita temerare voluerit: & male rapta cum confusione restituet; & excommunicationis annuae sententiam sustinebit.

2. Cum saepe sit solutum etiam illa, quae non debentur, prece supplicationis & vi quodammodo extorquente doloris: quanto magis & sine obstaculo concedi debent exquisita simul & ordine juris & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerunque cognoscimus; ut ecclesiae parochiales, vel sacra monasteria, ita quorundam episcoporum vel insolentia vel incuria, horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur aedificantibus moeror, quam instruendo gaudii exstiterit labor: ideo pia compassione decernimus; ut quamdiu earundem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites exstiterint pro eisdem locis curam permittantur habere solicitam, & solicitudinem ferre praecipuam: atque rectores idoneos in eisdem basilicis, iidem ipsi offerant episcopo ordinandos. Quod-si tales forsitan non inveniantur ab eis: tunc, quos episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniventia servituros. Quod-si, superstitibus eisdem fundatoribus, rectores ibidem praesumserit episcopus ordinare: & ordinationem suam irritam noverit esse; & ad verecundiam suam alios in eorum loco quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. Caus. 16. q. 7. c. Decernimus ut.

3. Si sacerdos vel minister de rebus Ecclesiae quippiam alicui, sub praestationis obtentu, concedat; instrumentis causam praestiti evidenter exponat: ut hoc aut juste confecta transactio innotescat; aut fraus incompetens, quae latet, appareat. Aliter vero pro hujus negotii causa, deinceps scriptura non valeat.

4. Sacerdotes, vel quicunque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, qualiumque administrationis suae tempore emerunt, si de rebus propriis, vel vitae, vel chartis habuerint: ad Ecclesiae nomen, cui praesunt, chartarum instrumenta conscribere procurent. Non enim convenit, ut Ecclesia, quem suscepit externum, efficiat in alieno divitem; & in suo retineat fraudatorem. Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suae diem visi sunt acquisisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta: compensata tam juris sui, quam ecclesiasticarum rerum, habitudine, si se utrinsque rei quantitas exaequaverit; inter Ecclesiam & decedentis haeredes, aequo jure conquisitio pertinebit. Si autem qualibet pars majori cumulo sui juris excreverit: majorem portionem etiam in divisione percipiet. Quicunque vero de praedictis sacerdotibus vel ministris, pro sui utilitate atque amicitia, vel praestatione, aut quocunque modo, aut per scripturae seriem, aliquid meruerint a quolibet percipere, in rebus ecclesiasticis non poterit numerari: sed quod exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod-si hoc post eorum mortem ordinatum fortasse remanserit: Ecclesia hoc sibi, cui praefuit, vel minister exstiterit, in perpetuum vindicabit. Caus. 12. q. 4. c. Sacerdotes. Item Caus. 12. q. 3. c. Quicunque.

5. Bona

5. Bona rei dare consultum, & præsentis habetur vitæ subsidium; & æternæ remunerationis exspectare cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum, in parochia sua, monasterium construere fortè voluerit; & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreverit: non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem, dare debebit: ut (hac temperamenti æquitate servata) & cui tribuit competens subsidium conferat; & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad ecclesias verò, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem censûs Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem assumat. Caus.12.q.2.c. Bonæ rei.

6. Cùm præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur: opportunè tamen duximus decernendum, ut, si episcopus tertiam partem, quam de rebus earundem sanctione sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cujus res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ, quam elegit, conferre decreverit, & licitum maneat; & irrevocabile robur ejus sententia ferat. Caus.12.q.3.c. Episcopus.

7. Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus, absque Metropolitani cognitione, usurpare præsumant. Quòd si is, qui recesserit, metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam aut consilium sustinebunt: ne passim hæreditatis adeunda danda licentia, de rebus Ecclesiæ aut non retineatur ratio plena, aut fraus inveniatur illata. Quòd si presbyteri aut diaconi fuerint, quos obiisse constiterit: non sine agnitione sui episcopi rem cum hæredibus adire licebit. Quisquis sane posthac transgressor inventus exstiterit: probis, quæ non exspectato ordine adierit, invasionis damno legis sententiæ subjacebit.

8. Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videtur, contra Patrum sanctissimas sanctiones, de rebus ecclesiæ definisse aliquid dinoscitur: non ex die, quo talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit, supputationis ordo substabit. Nunquam enim ad triennium temporis pertinere poterit potestas irritæ hoc judicantis: quia statim contractuum initia non sumsit ab origine æquitatis. Caus.16.q.3.c. Si sacerdotes.

9. Plerique, dum rapinis inhiant, quod non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque, ne amplius misericordiæ opus exsecrabile labatur in scelus, id communi decreto sancimus: ut, cùm Pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad humandum corpus advenerit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius, quam libram auri, in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ cum gratia offerentium, auferre pertentet. Si verò minor rebus exstiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet. Nam & has usurpare ipsa ratio nulla permitteret: nisi ejus, qui convenit sacerdotis injuriæ contemplatione, antiquitas hoc usurpata servâsset. Porrò, Breve descriptarum rerum, sub fideli ratione, his qui descripsit, dirigere Metropolitano curabit. Metropolitanum autem ex eadem morientis ecclesiâ nihil prorsus auferre præsumat: sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutatem impendat.

10. Cùm multæ super incontinentiâ ordinis Clericorum, hactenus emanaverint sententiæ Patrum; & nullatenus ipsorum reformari quiverit correctio morum: usque adeo sententiam judicantium protraxêre commissa culparum: ut non tantùm ferretur ultio in autores scelerum; verùm & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet, ab episcopo usque ad subdiaconum, deinceps, qui vel ex ancilla, vel ex ingenua detestando connubio, in honore constituti, filios procreaverint: illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonicâ censurâ damnentur: proles autem alienâ pollutione nata, non solùm hæreditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministri ignominiâ nati sunt, jure perenni manebunt. Caus.15.q.8.c. Cùm multæ.

11. Qui, ex familiis ecclesiæ servituri, devocantur in clerum, ab episcopis suis libertatis necesse est ut percipiant donum: & si honesta vita claruerint meritis; tunc demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitia sordidaverint, in, irregibilis nexa; perpetua servitutis conditionis religet in catenam. Dist.54.c. Qui ex familiis.

12. Si sacerdos libertatem servis Ecclesiæ conferre voluerit: non à die confectionis scripturæ, tempus annorum computatum tenebit; sed ex eo, cùm eum, qui scripturam confecit, verius obiisse constiterit.

13. Excessibus libertorum Ecclesiæ, plerunque patronam videmus Ecclesiam convexare; & hispitis cuncta summo tædio condolere, ano, dum per superbiam reluctantis autor contemnitur libertatis: altero, dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis. Ideò, cùm jam præteritis Patrum regulis, multa super hac diversa constitutionis emanaverint sanctiones: tamen quoddam, ad plenitudinem rei aptum, conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur, sicut legum reverenda sanctio censuit; ita servari totum generis nobilitas debet: ut in nullo aliena commixtio maculet, quod generositas propria decoravit. Unde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris, quam fœminis, eorumque propagini, interdicitur judicio generali: ne deinceps cum aliâ connubii, aut Romanis ingenuis copulentur aut Gotthis. Quod si hoc factum quandoque patuerit: permixtione talis genita proles, nunquam merebitur jus debitæ dignitatis, nec ecclesia unquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

14. Si contingat, quemcunque de libertis Ecclesiæ, eorumque prosapiæ, contra priscorum modernasque Patrum regulas, aut Gotthis aut Romanis ingenuis copulari: tam illis, quam eorum stirpi, non licebit ab Ecclesiæ patrocinio evagari; sed ad debita obsequia reverti cogendi sunt. aut, si redire noluerint; quæcunque, vel parentes eorum, vel ipsi ab ecclesiâ sunt adepti, vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse, insistente pontifice, in ditionem propriam reducantur ecclesiæ.

15. Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem basilicæ, de quâ libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceraque parabunt: qui sicut hoc in obsequio, pro possibilitate sui, quod utiles ingenuit, dabunt, ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenuit, sustinebunt.

16. Liberti Ecclesiæ eorumque propagini, ex omnibus, quæ de jure Ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominum transactione quacunque deducere. sed, si ex his qualibet vendere fortasse voluerint, sacerdotes ejusdem Ecclesiæ offerant convenienter emenda, earumque pretia rerum ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam & in dominum partis alterius, res sua censum nullo modo transferre permittimus. Suis ergo filiis, vel propinquis, ejusdem Ecclesiæ vel servitio, vel patrocinio subjugatis, quæcunque vendere vel donare voluerint, aditus omnimodò patebit.

17. Baptizati Judæi, quocunque loco certo tempore convenientur. Festis tamen præcipuis novi Testamenti ferè consecratis, ac diebus illis, quos olim sanctione veteris Legis sibimet censebant esse solennes, in civitatibus publicisque conventibus, cum summis Dei sacerdotibus, celebrare præcipimus: ut eorum conversationem & fidem, & pontifex approbet, & veritas fervet. Hujus vero temerator edicti, prout episcopus permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subjacebit.

Expletis omnibus, quæ ad honestatis regulam in collationem venêre fraternam, grates exsolvimus immortali Domino soli: cujus dispositione mirabili, ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, ut communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & pari definitione concordiam assignaret: obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenissimo Domino & amabili Christo Recesuintho Principi glorioso, et à præsentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post longæva tempora concedat: atque ita nos ejusdem felicitatis latores efficiat; ut in terrâ viventes remunerandos attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrime retinentes postquam rationem festi Paschalis fraternitas vestra cognovit; noverit se anno venturo, die Calendarum Novembrium, tantâ peragendi Concilii, in hac urbe favente Domino, congregari: ut simili disceptatu, aut, quæ prospexerimus congrua decernamus; aut solius pacis conventu lætemur. Consummatum est hoc sanctum Concilium die 8. Calendarum Novembrium, Anno feliciter 7. regni serenissimi atque clementissimi Domini nostri, Recesuinthi Regis.

SYNODUS TOLETANA X.

Anno 8. Recesuinthi, iterum conveniunt Toleti, episcopi 21. inter quos præcipuus est Eugenius. & primum statuunt, ut per omnes ecclesias, 15. Cal. Januarii, celebretur nativitas Mariæ; & 8. Calendarum earundem nativitas Christi.

Deinde, ut clerici & monachi generalia juramenta, in salutem regiam, gentisque; & patriæ, data violantes, puniantur, propriâque dignitate, & loco & honore suo, habeantur exclusi.

Tertiò, ne quis suos cognatos aut amicos minùs idoneos præficiat Ecclesiis, propter sua commoda aut lucra.

Quartò,

Quarto, ut Viduæ [illegible] professæ [illegible] accipiant ve-stem a sacerdote, illi religionis [illegible] convenientem.

Quinto, pœnæ promulgantur in fœminas, a professione religionis recedentes.

Sexto, ne parentes, ante 18. annum ætatis, religioni tradant liberos suos.

Septimo, Potamius, Bracarensis episcopus propter adulterium ab officio removetur: & Fructuoso, Dumiensi episcopo, commendatur illius ecclesia.

SYNODUS TOLETANA XI.

CUm circiter annos duodecim in Hispaniis nulla esset habita Synodus, & passim in Africa [illegible] grassarentur hæreses: Bamba rex Toletum ex Carthaginensium provinciæ episcopos convocavit, imperii sui anno 4. seu potiùs 7.

[illegible]a. 22. *Volaterranus*, & *Johannes Magnus* * decimum-septimũ Toletanum Concilium vocant: sed quâ ratione, [illegible]erint ipsi. Convenerunt autem episcopi circiter 19. & abbates 7. Præsedit Quiricus, Toleti episcopus.

In initio Patres, collaturi & disputaturi de doctrinâ, & Hæreticorũ opiniones examinaturi, Canonem faciunt de modestiâ in Concilio adhibendâ, in hunc modum.

In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & [illegible] *quod deterius est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis*

[illegible]1. v. 26. *enim (ut Apostolus ait* * *putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. Cultũ enim suum justitia perdit, quãdo silentium perit, & judiciũ obstrepentiũ*

[E]sai 32. v. 17. *turba cõfundit; dicente Propheta.* † *Erit cultus justitiæ silentium.*

Debet ergo, quicquid aut consultationibus consi[illegible] *agitur, aut ab accusantiũ parte proponitur, sic mitissimâ verborũ relaxatione proferri: ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicium vigorem de tumultu enervent. Quisquis ergo in conventu Concilii hæc quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis vel risibus, Conciliũ con-*

[P]rov. 22. v. 10. *turbaverit, juxta divinæ legis edictum, (quo sic capitur,* † *Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium) cum omni dedecore de confessione abstractus a communi cœtu secedat; & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.*

¶ Deinde, de sanctæ fidei puritate incipiunt tractare: & per triduum factâ collatione, hanc confessionis formulam promulgant.

Confitemur, & credimus, sanctam atq; ineffabilem Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum naturaliter esse; unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur. Ipse enim a nullo originem ducit: ex quo & Filius nativitatem & Spiritus sanctus processionem, accepit. Fons ergo & origo totius divinitatis est. Ipse quoque Pater, essentia quidem ineffabilis, substantialiter Filium ineffabiliter genuit: nec tamen aliud quam quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucem. Ab ipso ergo est omnis paternitas in cœlo & in terrâ. Filium quoque de substantia Patris, sine initio ante secula natum; nec tamen factum esse fatemur: quia nec Pater sine Filio, nec Filius sine Patre, aliquando extitit. Et tamen non ut Filius de Patre, ita Pater de Filio: quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus, de Patre. Pater autem Deus, sed non de [illegible] *autem Filius Patris* [illegible] *Deus de Patre; æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri: quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod &* [illegible] *Patri dicitur, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ:* [illegible] *enim Græce unum,* [illegible] *vero substantia dicitur: quod utrumque conjunctum sonat una substantia. Nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de Patris utero, id est, de substantiâ ejus, idem Filius genitus vel natus esse credendus est. Sempiternus quoque est & Filius. quoniam, si Pater semper fuit, semper habuit Filium, cujus pater esset: & ob hoc, Filium de Patre natum sine initio,* [illegible]*emur. Nec enim eundem Filium Dei pro eo quod de Patre genitus est, deminutæ naturæ portiunculam nominamus: sed perfectum Patrem, perfectum Filium, sine diminutione, sine desectione genuisse, asserimus: quia solus Deus* [illegible] *natus est,* [illegible] *inæqualem* [illegible] *non habet. Alius etiam Filius Dei, naturâ, non* [illegible]*: quem Deus Pater, nec voluntate nec* [illegible]

A [illegible] *quia nec* [illegible] *in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam prævenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in deitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus esse Deum, unius substantiæ, unius quoque esse naturæ: non tamen genitum vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus sanctus, nec ingenitus nec genitus creditur, ne aut si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus, aut, si genitum, duos filios prædicare monstremur. qui tamen nec Patris tantum nec Filii tantum, sed simul*

B *Patris & Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur, quia charitas sive sanctitas amborum esse agnoscitur. Hic ergo Spiritus sanctus, missus ab utrisque creditur, sed minor Patre & Filio non habetur, sicut Filius, propter assumtam carnem, minorem se Patre & Spiritu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio quæ non triplex; sed Trinitas, & dici & credi debet. Nec rectè dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis verò personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiri-*

C *tus sanctus ad utrosque refertur: quæ cum relativè tres personæ dicantur, una tamen natura vel substantia creditur. Nec enim, ut tres personas, ita tres substantias prædicamus: sed unam substantiam; tres autem personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filium est: & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est. Similiter & Spiritus sanctus, non ad se, sed ad Patrem & Filium, relativè refertur in eo, quòd Spiritus Patris & Filii prædicatur. Item, cùm dicimus Deus: non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus sanctus ad Patrem vel Filium; sed ad se specialiter Deus dicitur. Nam, si de singulis personis interroge-*

D *mur; Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, singulariter dicitur: nec tamen tres Dii, sed unus est Deus. Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus sanctus omnipotens, singulariter dicitur: nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens, sicut & unum lumen, unumq; principium, prædicatur. Singulariter ergo unaquaque persona unus Deus confitetur, & creditur una illis & individa atque æqualis deitas, majestas, sive potestas. Nec minoratur in singulis; nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cùm unaquaque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius, cum totæ*

E *tres personæ unus Deus enuntiantur. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum, numerus cernitur: in divinitatis verò substantia quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuant, quòd ad invicem sunt: & in hoc numero carent, quòd in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trinitati unum naturale convenit nomen, ut tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum:* *

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus. *Psal. 146. v. 5.* *Nec, quia tres has personas esse di-*

F *ximus unum Deum, eundem esse Patrem quem Filium; vel eum esse filium, qui est Pater, aut eum, qui Spiritus sanctus, vel Patrem & Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius; nec ipse Filius qui Spiritus sanctus. nec Spiritus sanctus ipse, qui est vel Pater vel Filius: cum tamen ipsum sit Pater, quod Filius, ipsum Filius, quod Pater; ipsum Pater & Filius, quod est & Spiritus sanctus; id est natura unus Deus. Cùm enim dicimus, non ipsum esse Patrem, quem Filium; ad personarum distinctionem refertur. Cùm autem dicimus, ipsum esse Patrem, quod filium, & ipsum Filium, quod patrem, ipsum Spiritum sanctum, quod Pa-*

G *trem & Filium: ad naturam, quâ Deus est, vel substantiam, pertinere monstramus, quia substantiâ unum sunt. Personas enim distinguimus; non deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus: unitatem, propter naturam vel substantiam, profitemur. Tria ergo ista, unum sunt, natura scilicet, non persona. nec tamen istæ tres personæ æstimandæ sunt separabiles: cum nulla ante aliam nulla post aliam, nulla sine alia, vel exstitisse, vel quippiam operata esse aliquando, creditur. Inseparabiles enim inveniuntur & in eo, quod sunt, & in eo, quod faciunt. quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, vel proce-*

H *dentem Spiritum sanctum, nullum fuisse credimus temporis intervallum; quo aut genitor genitum aliquando præcederet, aut genitus genitori deesset, aut procedens Spiritus Patre vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis & inconfusa hæc Trinitas a nobis* [illegible]*r, & prædicatur. Tres igitur personas*

...ficantur iuxta quod inveniri desiderant, ut agnoscantur. Nam attendamus illud, quod Scriptura sancta dicit de Sapientia: [* Sap. 7. v. 26.] Splendor est lucis æternæ: *sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere; sic confitemur Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas, sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus. quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere: ut etiam in omnibus, quibus voluit singulatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi. Nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis, personas separari vetat. Quas etiam non simul nominat, simul insinuat. Nemo enim audire potest unumquodque istorum nominum; in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum ergo hæc tria sint unum; & unum tria: est tamen unicuique personæ manens sua proprietas. Pater enim æternitatem habet sine nativitate; Filius æternitatem habet cum nativitate, Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate.*

De his tribus personis, solam Filii personam, pro liberatione humani generis, Hominem verum, sine peccato, de sancta & immaculata Maria virgine, credimus assumpsisse. de qua novo ordine, novaque nativitate, est genitus. Novo ordine, quia invisibilis divinitate, visibilis monstratur in carne. Nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum nescivit; & fœcundata per Spiritum sanctum, carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur. Quod-si ratione colligitur, non erit mirabile: si exemplo; non erit singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii; pro eo, quod Maria, eodem Spiritu sancto obumbrante, concepit: ne duos patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro factum est; & habitavit in nobis. Nec tamen Verbum ipsum ita in carnem conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset. sed ita Verbum caro factum est, ut non tantum ibi sit Verbum Dei & Hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima: atque hoc totum, & Deus dicatur, propter Deum, & Homo propter Hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam divinitatis, alteram humanitatis. quas ita in se una Christi persona univit: ut nec divinitas ab humanitate, nec humanitas a divinitate, possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus & Homo in unitate personæ unus est Christus. Nec tamen, quia duas in Filio diximus esse naturas; duas causabimur in eo esse personas, ne Trinitati (quod absit) accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam: & in æternum personam divinitatis, temporalem accepit substantiam carnis. Item, unius substantiæ credimus esse Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei, tota Trinitas operata esse credenda est: quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit, in singularitate personæ; non in unitate divinæ naturæ: in id, quod proprium est Filii, non quod commune Trinitati: quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est; id est, ut Filius Dei, & Filius hominis, unus sit CHRISTUS. Item, idem Christus in his duabus naturis & tribus exstat substantiis. Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est, corporis, & animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam divinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen, per hoc quod de Deo Patre sine initio prodiit, natus tantum: (nam neque factus, neque prædestinatus accipitur) per hoc autem, quod de Maria virgine natus est, & factus & prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles: quia & de Patre, ante secula, sine matre est genitus, & in fine seculorum, de matre, sine patre, est generatus. qui tamen, secundum quod Deus est, creavit Mariam, secundum quod homo, creatus est ex Maria: ipse pater Mariæ matris, & filius. Item, per hoc quod Deus est, æqualis est Patri: per hoc, quod homo, minor est Patre. Item, & major & minor se-ipso credendus est. In forma enim Dei, etiam ipse Filius se-ipso major est; propter humanitatem assumtam, qua divinitas major est. In forma autem servi, se-ipso minor est, id est, humanitate, qua minor divinitate accipitur. Nam sicut per assumtam carnem, non tantum Patre; sed se-ipso minor accipitur: ita secundum divinitatem, qua est æqualis Patri & ipso & Pater major est homine, quem sola Filii persona assumsit. Item in eo, quod quæritur, utrum possit Filius sic æqualis & minor esse Spiritui sancto, sicut Patri nunc æqualis, nunc minor Patre creditur esse? respondemus. Secundum formam Dei, æqualis est & Patri & Spiritui sancto, secundum formam servi, minor est & Patre & Spiritu sancto: quia nec Spiritus sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item, hic Filius a Deo Patre, & Spiritu sancto, separabiliter discretus creditur esse persona, ab homine autem assumto, natura. Item, cum homine unus exstat persona, cum Patre vero & Spiritu sancto, natura divinitatis sua sive substantia. Missus tamen Filius, non solum a Patre; sed & a Spiritu sancto missus esse credendus est. in eo quod per Prophetam dicitur: [* Esai. 48. v. 16.] Et nunc Dominus misit me, & Spiritus eius. *A se-ipso quoque missus accipitur. pro eo, quod inseparabilis non solum voluntas; sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim, qui ante secula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est: unigenitus, propter divinitatis substantiam, primogenitus, propter assumtam carnis naturam: in qua suscepta hominis forma, iuxta Evangelicam veritatem, sine peccato natus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum factus est, id est sacrificium pro peccatis nostris: tamen passionem ipsam (salva divinitate sua) pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus, & cruci, veram carnis mortem accepit: tertio quoque die, virtute propria suscitatus, e sepulcro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri, confitemur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum: nec in aere, vel qualibet alia carne, (ut quidam delirant) resurrecturos nos credimus; sed in ista, qua vivimus, consistimus, & movemur. Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque Salvator, paternam ascendendo sedem repetiit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dextram Patris sedens, exspectatur in fine seculorum judex omnium vivorum & mortuorum: inde cum Sanctis omnibus veniet ad faciendum judicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gessit in corpore positus, sive bonum, sive malum. Ecclesiam sane catholicam, pretio sui sanguinis comparatam, cum eo credimus in perpetuum regnaturam: intra cujus gremium constituti, unum Baptismum credimus, & confitemur remissionem omnium peccatorum: sub qua fide & resurrectionem mortuorum veraciter credimus, & futuri seculi gaudia exspectamus. Hoc tantum orandum est nobis, & petendum; ut cum, peracto finitoque judicio, tradiderit Filius regnum Deo & Patri, participes efficiat nos regni sui: ut per hanc fidem, qua illi inhæsimus, cum illo sine fine regnemus.*

Hæc est confessionis nostræ fides exposita, per quam omnium Hæreticorum dogma perimitur: per quam omnium fidelium corda mundantur: per quam & ad Deum gloriose acceditur.

¶ *Tertiò*, Canones condunt, ad ecclesiasticam gubernationem & disciplinam utiles.

Quòd Episcopi debeant diligenter sacras literas legere, & veram doctrinam discere; & docendi officio rectè fungi.

Quòd Metropolitani debeant diligenter examinare eos, qui in suâ sunt diœcesi; & profectum eorum cognoscere, aut nescientiam eorum corrigere: juxta Canonem 8. Concilii Toletani 8.

Quòd idem in psallendo modus debeat observari in aliis ecclesiis; qui in metropolitanâ sit institutus.

Quòd discordantes, ante reconciliationem, nõ debeant ad altare Domini accedere.

Quòd episcopi non debeant, ante causæ cognitionem, ferre sententiam.

Ut nullus alterius Clericum retinere præsumat; sicut priscis Canonibus est constitutum: nec ad sacrum ordinem, sine voluntate sui episcopi, penitùs promovere.

Ut episcopi, cujusquam magnatis uxorem, filiam, neptem, aut cognatam, adulterinâ pollutione fœdantes, aut cædem perpetrantes, amittant gradum proprii honoris; & sub exilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferant, usque ad finem vitæ, quo

relaxa-

relaxari possint, & juxta legum secularium statuta puniantur.

Ne liceat episcopis, & aliis clericis judicium sanguinis agitare; sub pœnâ perpetuæ excommunicationis.

Ut plus erga corrigendos benevolentiæ, quam severitatis, adhibeatur.

Ne pro baptizandis, consignandisque fidelibus aut pro collatione chrismatis, vel promotionibus graduum, precia vel præmia, nisi voluntariè oblata, accipiantur.

Ut ordinati episcopi, antequam in sedem episcopalem collocentur, juramentum præstent; se, pro acquisitione istius dignitatis, nulli unquam quicquam præmii dedisse, aut daturos esse.

Ut ad ecclesiasticos gradus accessurus, non priùs consecretur, quam promiserit, se catholicam fidem conservaturum, & juxta Canones ecclesiasticos omnia facturum.

Ne quis acceptam a Sacerdote Eucharistiam negligat sumere.

Ut in mortis periculo denuntietur absolutio, licet nondum sit impleta satisfactio.

Ne dæmoniacis, & aliis passionibus obnoxiis, liceat administrare sacra.

Ut inter sacrificandum semper plures adsint ministri.

Ut quotannis Concilium celebretur.

BRACARENSIS SYNODUS III.

ANno 4. Bambæ, ad Bracarensem Synodum convenerunt decem episcopi: & initio, pro fidei c[illegible] recitunt Symbolum Nicænum. *Deinde* decreta faciunt octo.

I. Ut, repu[illegible] omnibus opinionibus superstitionum, pani tantum, & [illegible] aqua [illegible] mixtum, [illegible] sacrificio o[illegible]ferantur.

II. Ne vasa Domino sacrata humanis usibus serviant.

III. Ne Sacerd[illegible] ori[illegible] Missam audeat celebrare.

IV. Ne [illegible]cerdotes, [illegible] quicunque ex clero, sine testimonio, cum quibuslibet fœminis habitent.

V. De damnatâ [illegible] quorundam episcoporum; qui in festivitatibus Martyrum ad Ecclesiam procedentes appensis collo reliquiis, ab albatis diaconis in sellulis vectantur.

VI. De honestate honoratorum, & disciplinâ.

VII. Ne, promissione munerum, honoris gratia venundetur.

VIII. Ne rectores Ecclesiæ prius propria, quam ecclesiastica jura, laborare intendant.

Postremò. Deo & Regi gratias agunt pro congressu isto; & subscribunt.

SEXTA UNIVERSALIS SYNODUS, Constantinopoli habita.

SExta universalis Synodus collecta est anno imperii Constantini 12. *juxta Sigebertum, & Ivonem, & Paulum Diaconum*, seu 13. *juxta Palmerium*. Nam quòd in prim. Actione annus 27. Constantini repertus adscriptus, omninò mendosum est. Constat enim, omnium Historicorum sententiâ, tantùm septemdecim annos imperasse Constantinum Pogonatum. Annum verò Domini *Sigebertus* annotat 681. alii vero unum annum adjiciunt: alii plures; alii pauciores etiam [illegible].

In[illegible] autem [illegible] conventum Imperator Constantinus, & fratres ejus Heraclius & Tiberius, & no Romanus Pontifex: ut [illegible] ex Constantini Divali sacrâ, ut vocant, ad Dominum Romanum episcopum, & Georgium Constantinopolitanum, [illegible]:

Divalis Sacra, directa ad Dominum, sanctissimum Papam senioris Romæ, contradita vero Agathoni sanctissimo ac beatissimo Papæ ejusdem antiquæ Romæ, co quòd idem Dominus de præsenti vita decessisset.

In nomine Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI, *Imperator Flavius Constantinus fidelis, magnus Imperator: Sacra Domino, sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ, & universali Papæ; data pridie Idus Augustas, Constantinopoli, Indictione 6.*

A *[illegible] Beatitu[illegible], & [illegible] vestræ sanctæ [illegible] ex quo jussit Deus principa[illegible]ter nos imperare [illegible] voluissemus multoties quidam motionem facere de verbis [illegible] quæ est contentio, pro dogmate posita inter Patres tam [illegible] Ve[illegible] quæ [illegible] hujus sanctæ magnæ Dei Ecclesiæ [illegible] ambo erant & hoc prohibuimus fieri, tempore non admittente [illegible] quod ex particulari contentione, non solum unitas fieri non possit; sed magis malum accresceret. Et licet animo dolere[illegible] ultra omnem dolo-*
B *rem tam pro exprobratione qua nobis ob hoc ab inimicis inferebatur; & propter ipsam veritatem, quod pontifices secundum vos, & orthodoxus noster populus propter quasdam novitates vocum, in schisma [illegible] ex utrisque hoc fieret impiis & hæreticis: attamen Deo nostro [illegible], ipso pro nobis potiora providente: & dum ejus benignitas differret correctionem hujus [illegible] fieri; nunc nobis condonante opportunitatem temporis ad generalem collectionem [illegible]ciendam utrarumque sedium quatenus [illegible] definitiones sanctarum quinque Synodorum & [illegible] probabilium Pa-*
C *trum, satisfacerent sibimet [illegible] convenirent in uno ore unoque corde, ad glorificand[illegible] in nomen Dei nostri [illegible] quoniam, sicut homines cogitavimus, sicut autem placet Deus, omnes perficit ipse [illegible] quæque nobis expediunt, sic ei placitum est, ut ad effectum perducantur) cognoscere facimus vestram paternam Beatitudinem, quod dum ordinatum esset Theodorus sanctissimus & beatissimus Patriarcha a Deo conservandæ hujus nostræ [illegible] nostra Serenitas, suspicati [illegible] ad vestram paternam Beatitudinem [illegible] ne forsan non recipiantur [illegible] & sub præ-*
D *decessoribus ejus [illegible]. Sed [illegible] prævidit adhortatoriam epistolam facere ad vestram paternam Beatitudinem, quam & direxit, ejus per omnia [illegible] habet vestra paterna Beatitudo: & non providimus per præsentem nostram piam sacram, de hujusmodi epistola ut multi loquamur: sed postea quam directa est eadem epistola ad vestram paternam Beatitudinem, interrogavimus eundem sanctissimum & beatissimum patriarcham [illegible] & Macarium sanctissimum patriarcham civitatis Theopolitanæ: quænam esset difficultas, quæ provenerat inter vestram paternam Beatitudinem, seu vestram Apostolicam sedem,*
E *& ipsos [illegible] omnibus expletis, quæcunque sunt de immaculata nostra & incommutabili Christianorum fide, tam per doctrinam sanctorum Apostolorum, quamque per diffinitionem sanctarum quinque Synodorum, [illegible] sanctorum atque probabilium Patrum, & omnibus hæresibus jam manifestatis atque condemnatis; & nullo deinceps remanente modo, quo possit divisio ant[illegible] sancta & immaculatæ fidei nostræ inferri, fassi fuerunt nobis [illegible] ipsi sanctissimi patriarchæ, quod verba quædam novitatis introducta sunt: aliquibus quidem ex imperitia hoc introducentibus, aliquibus vero incongrue scrutantibus incomprehensibilia*
F *opera Dei. & quia, ex quo hæc verba moveri cœperunt [illegible] hactenus, utraque sedes in se minimè convenerunt, ut inquirentes sibimet satisfacerent pro veritate. Propter [illegible] inquisitiones, non sit infinita contentio: ne nobis insultent Pagani & Hæretici, neque in nobis usquequaque locum accipiant seminæ Adversarii. Cadens namque ab humano genere, quod [illegible] serviebat, & confusus per apparitionem Domini nostri* JESU CHRISTI *veri Dei nostri etiam in hoc confunderetur per studium vestræ paternæ Beatitudinis, & secundum quod scriptum est,* [a] *deponentibus nobis omnem zelum & omnem contentionem, omnemque invidiam,*
G *veritati concurramus. Veritas enim Deo chara est: & secundum Domini vocem.* † quicunque voluerit omnium primus esse, sit omnium minister. *Et iterum dictum est* * In hoc cognoscent omnes, quòd mei estis discipuli; si dilectionem habueritis ad invicem. *Postquam igitur tempus recipit, perfectam congregationem fieri: adhortamur vestram paternam Beatitudinem, per præsentem nostram piam Sacram, dirigere viros utiles, modestos, notitiam habentes totius a Deo inspiratæ doctrinæ, & perititiam irreprehensibilem habentes dogmatum, induitos personam vestræ Apostolicæ sedis, ejusque Concilii, deferentes & libros, quos*
H *oportet proferri, & omnem auctoritatem habentes: quatenus convenientes cum hoc posito sanctissimo ac beatissimo Patriarcha & Macario sanctissimo Patriarcha Theopolitanæ civitatis, perscrutemur cum omni mansuetudine [illegible] & per gratiam sancti Spiritus, veritati insistere & consentire, munitionem habentes*

[a] 1. Petr. 2 vers. 1

† Marc. 9. vers. 35.

* Johan. 13. vers. 35.

… ejus h… advenerint ex parte solis vestra, per præsentem nostram piam Sacram. Per Deum enim omnipotentem, non est apud nos partis cujuslibet favor, sed æqualitatem utrique partibus conservabimus; nullatenus necessitatem facientes in quocunque capitulo eis, qui à vobis diriguntur quoquomodo: sed & omni honore, cum competenti munificentia & susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem utrique convenerint, ecce & bene. Sin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus de alterutro nostro … in judicio Dei imminente nobis, juxta quod confirmati sumus fidem sanctam & immaculatam, quam percepimus, unoquoque propter sensus abundante, rationem redditurus ante sanctum & terribile tribunal Dei nostri. B Invitare enim & rogare possumus, ad omnem commendationem, & unitatem omnium Christianorum: necessitatem verò inferre, nullatenus volumus. Per personas vero quæ dirigentur à paterna vestra Beatitudine …: ex vestra quidem sancta Ecclesia si utique videtur ei, tres personas. quod si & plures quantæ et placuerint dirigat: de Concilio vero usque ad duodecim Metropolitas episcopos: de quatuor vero monasteriis Byzantinis ab unoquoque monasterio Monachos quatuor. C Nam si receperit tempus (ut dictum est) perfectam congregationem studuissemus facere: sed quoniam tempus non admittit, Deus autem noster proprio consilio providit, quod nos dissimulavimus in hoc tempore: per omnia jubemus vestram paternam Beatitudinem minime efficere impedimentum voluntati Dei; sed … dirigere. Sic enim speramus in ejus benignitate: quoniam qui voluntatem bonam … Capitulum movere in præsenti per Spiritum … concedere habet, ut veritas clareat; & infirmantibus … atque contentione veritatem profiteri & uno ore … corde glorificare nos omnes ejus bonitatem. … terribile æstimamus: ut D ne plebs, quæ in sancta … accedit ad sanctas Dei catholicas & Apostolicas ecclesias contrarium congregationibus … consideraus antistitum ad invicem dissonantiam. Multas enim nobis instantias fecerunt, tam hic sanctissimus patriarcha, quàm & Macarius sanctissimus patriarcha Theopolis, ut ejiceretur Vitalianus beatissimus de diptychis propter honorem Apostolicæ sedis antiquæ nostræ Romæ. Nam non acquievere, ut memorentur Patriarchæ, qui postmodum fuerunt in prædicta sancta Romana ecclesia: donec conquisitio & satisfactio proveniat verborum, de quibus E contenditur inter utrasque sedes. & ita vestra paterna Beatitudo consequenter memoretur. Sed hoc nos non acquievimus: id est, ut ejiceretur idem Vitalianus de diptychis. Hoc quidem, utrorumque personarum æqualitatem servantes, & utrosque orthodoxos habentes: hoc autem, & propter collatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum superesset, in … tyrannorum nostrorum. Sed sic polliciti sumus prædictis sanctissimis patriarchis, quòd per omnia dirigit vestra Beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipsis: & tunc, secundum quod claruerit, perfecta dispositio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquiescere, ut idem beatissimus Vitalianus ejiceretur. F Hæc cognoscens vestra paterna Beatitudo studeat sequi voluntatem Dei. Sicut enim prædictum est, spem habemus in coronatore nostro Deo: quia dum præviderit super hoc ferventem nostrum affectum, ejus benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium sedabit. Omnem verò concursum venientibus jussimus præbere Theodorum, gloriosum Patricium & Exarchum Christo-amabilis nostræ Italiæ provinciæ, tam in navi, quamque in expensis & omni utilitate eorum: & si necessitas exegerit, etiam castellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ab omnibus illæsi, & sine periculo (Deo cooperante) iidem ad nos perducantur.

G Et subscriptio: *Divinitas te servet per multos annos, sanctissime ac beatissime Pater.*

Divalis sacra, directa ad G E O R G I U M, *sanctissimum archiepiscopum hujus magnæ Constantinopolitanæ urbis Novæ Romæ.*

In nomine Dei & Salvatoris nostri J E S U C H R I S T I, *Imperator pius pacificus. Flavius Constantinus, fidelis in* J E S U C H R I S T O *Deo, Georgio, sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos, & universali patriarchæ: data 4. Idus Septembris Constantinopoli. imperante Domino piissimo perpetuo* H *Augusto Constantino Imperatore, anno 28. & post Consulatum ejus anno 12.*

Quanquam solicitudinibus tam militaribus quamque civilibus … nostra Serenitas … : attamen omnes Christo-amabili in nostra Republica causas insequendo, ob Christianam nostram … ponentes quam & in bellis propugnatricem jam nostri … Christo dilectorum nostrorum exercituum habemus, necessarium judicavimus, præsentem nostram piam Sacram ad vestram paternam Beatitudinem uti: per quam adhortantes eam sanximus, congregare vestram paternam Beatitudinem omnes, qui ad ejus sanctissimam sedem pertinent, sanctissimos metropolitas & episcopos, in hanc à Deo conservandam nostram regiam urbem: quatenus, cooperante omnipotente & misericorde Deo nostro, dili- B *gentissima inquisitio dogmatis fiat quod olim ante multum tempus exortum est, de voluntate & operatione, in dispensatione Incarnationis unius de sancta Trinitate, Domini nostri* J E S U C H R I S T I *veri Dei nostri, quod & dissidium non minimum, per quasdam personas, sanctæ Dei Ecclesiæ intulit: innotescere quoque super hoc & Macario, venerabili archiepiscopo Antiochenæ magnæ civitatis; quatenus & ipse, de propria Synodo, Deo amabiles metropolitanos & episcopos præparatos faciat, pro hoc ipso huc congregari. Jam enim super hoc adhortati sumus, per pios nostros apices, adhuc inter vivos exsistentem, & Domnum sanc-* C *tissimum Apostolicæ sedis antiquæ Romæ præsulem: & illo de hoc seculo migrante Agatho, sanctus nuper ordinatus Papa in Apostolica sede prædicta antiqua Roma, hujusmodi nostros pios suscipiens apices, destinavit in præsenti propriam ejus induentes personam, Theodorum & Georgium, Deo amabiles presbyteros, & Johannem Deo amabilem diaconum: ex persona verò totius ejus Concilii, Johannem, & Abundantium, & Johannem, venerabiles episcopos, cum cæteris clericis & monachis, qui debeant invenire in prædicto Capitulo quæstionem, qui & nunc ad nostra convexerunt vestigia, porrigentes nobis etiam duas suggestiones* D *unam quidem, ejusdem sanctissimi Agathonis Papæ; aliam vero Concilii ejus. Sciens igitur vestra paterna Beatitudo, quia primum & præcipuum (ut prædiximus) hoc orthodoxis exsistit Capitulum, festinet prædictos venerabiles metropolitanos episcopos celeriter advenire in hanc à Deo conservandam nostram regiam urbem: quatenus prædictum tractetur Capitulum, … omnium donorum datore atque coronatore nostro Deo cooperante, sancta atque orthodoxa diffinitio hujusmodi dogmati imponatur.*

¶ De numero Patrum, qui convenerant Constantinopolim ad hanc Synodum, variant autores. Nam alii nu- E merant 150. *ut Regino,* * & *Beda,* † *Ado Viennensis,* & *Honorius in Chronico, & Sleidanus.* * Alii, 289. *ut Paulus Diaconus,* † *Ivo in Chronico. & Simoneta* * *Hugo,* … *In Catalogo* scriptorum, exstant 162. *Chronicon Martini*, trecentos, minus uno, habet. Idem Annales Constantinopolitani testantur.

* lib. 2. † de Rat. temp. * lib. 2 de Monarch. † lib. 19. * lib. 4. c. 46.

Præcipui in hoc congressu fuerunt, Legati Agathonis Papæ, Georgius Constantinopolitanus, & Theophanes Antiochenus. nam neque Alexandria, neque Hierosolyma, à Sarracenis occupatæ, patriarchas hoc tempore habebant. *Zonaras.* †

† Tomo 3.

F Causam autem præbuit, controversia de duabus in C H R I S T O voluntatibus & operationibus: quæ ad annos circiter 46. & amplius, in Ecclesia agitabatur: & ecclesias Orientis & Occidentis non modò turbârat; sed etiam divulserat: sicut supra, in loco de Schismatibus, indicavimus.

¶ *In prima Actione,* quæ habita est 7. Novēbris, Indictione 9. cum in Secretario sacri Palatii, Trullo nomine, consedissent; Imperator Constantinus, & a latere ejus dextro gloriosi Patricii & Consules: nimirum Nicetas, glorio- G sus Exconsul, Patricius, & Magister imperialium officiorū; Theodorus, gloriosus Exconsul, Patricius, & Comes imperialis obsequii, & Substrategus Thraciæ; Sergius, gloriosus Exconsul, Patricius; Paulus, gloriosus Exconsul, Patricius; Julianus, gloriosus Exconsul, Patricius, & militaris Logotheta; Constantinus, gloriosus Exconsul, Patricius, & Curator imperialis domus Hormisdæ; Anastasius, gloriosus Exconsul, Patricius, & locum agens imperialis Comitis excubiti; Johannes, gloriosus Exconsul, Patricius, & Quæstor; Polyeuctus, gloriosus Exconsul; Thomas, H gloriosus Exconsul; Paulus, gloriosus Exconsul, & dispositor Orientalium provinciarum, Petrus, gloriosus Exconsul; Leontius, gloriosus Exconsul, & domesticus imperialis mensæ: A sinistro verò, primùm Legati Agathonis archiepiscopi antiquæ Romæ, & ejus Synodi,

Theodo-

Theodorus Ravennæ & Basilius Gortynæ episcopus; & Georgius, presbyter & monachus, vicarius Theodori Hierosolymitani episcopi: & rursus à dextrâ parte, Georgius archiepiscopus Constantinopolitanus, & Macarius archiepiscopus Antiochiæ, & Petrus presbyter & monachus, locum tenens archiepiscopi Alexandrini, & Theodorus episcopus Ephesi, & reliqui episcopi, qui tum sub Constantinopolitani, tum Antiocheni, diœcesi erant: proposita sunt pro more sacrosancta Evangelia Christi.

Initium autem sermonis faciunt Legati Agathonis, & Synodi Romanæ 125. episcoporum; & commemorant: quòd ante annos 46. Constantinopolitani præsules, Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, & Cyrus Alexandrinus, & Theodorus Faranitanus, novitates vocum, contrarias orthodoxæ fidei, introduxerint; docentes unam voluntatem in incarnationis dispensatione, unius sanctæ Trinitatis, Domini nostri JESU CHRISTI, unamque operationem: iisque non parùm turbarint ecclesias Dei per totum orbem terrarum; nec potuerint ullis admonitionibus ab errore reduci. Ac ab Imperatore petunt; ut jubeat eos, qui partes illorum tueantur, exponere, unde hujusmodi vocum inventa sit novitas. Factâ ergo potestate dicendi, Macarius archiepiscopus, & suo, & Constantinopoleos, & aliorum episcoporum nomine inquit: *Nos quidem vocum novitatem non edidimus: sed quicquid percepimus, tam à sanctis universalibus Synodis, & sanctis probabilibus Patribus, quamque à præsulibus hujus regiæ urbis, id est, Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, necnon & Honorio, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyro, qui fuit Papa Alexandriæ, hoc est, de voluntate & operatione; sic & credimus, & prædicamus, & docemus, & parati sumus de hoc ostendere.*

Constantinus piisimus Imperator dixit: *Si vultis nobis de hoc ostendere; non aliter vos suscipimus; nisi probationes proferentes, quemadmodum dixistis, à sanctis universalibus Synodis, & sanctis probabilibus Patribus.*

Macarius, Deo amabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cùm eo erant, dixerunt: *Piisime Domine, jubeto, per Chartophylacem hujus sanctæ magnæ ecclesiæ Dei, libros sanctarum Synodorum, ex venerando Patriarchio in medium proferri.*

Constantinus piisimus Imperator dixit: *Jubemus acta earundem sanctarum Synodorum universalium, ex venerando Patriarchio à Deo conservandæ hujus regiæ urbis, confestim per competentem Chartophylacem, ad medium deduci atque relegi.* Et paululum egrediens Georgius, Deo amabilis diaconus & chartophylax, & veniens in bibliothecam venerandi Patriarchii, protulit libros sanctarum universalium Synodorum.

Constantinus piisimus Imperator dixit: *Georgius, religiosus diaconus & chartophylax, codices, quos præ manibus gerit, sanctorum Conciliorum porrigat ad legendum.*

Accipiens Stephanus, religiosus presbyter & monachus, discipulus Macarii, venerabilis archiepiscopi Antiochiæ, primum librum gestorum sanctæ tertiæque Ephesinæ prioris Synodi relegit: & veniens ad sermonem prosphoneticum, qui scriptus est à sanctæ memoriæ Cyrillo, Alexandrinæ magnæ civitatis præsule, ad Theodosium piæ memoriæ Imperatorem, cujus est initium: *Quod apud homines quidem eminet.* & post pauca: *Firmamentum autem immobile hujusmodi vestri Deo-amabilis & religiosi imperii ipse Dominus noster JESUS CHRISTUS est. Per ipsum enim reges regnant, & potentes decernunt justitiam; secundum quod scriptum est.* Est enim ejus omnipotens voluntas, &c.* Macarius, sanctissimus archiepiscopus Antiochenæ civitatis, dixit: *Ecce Domine, ostendi, unam esse voluntatem in Christo.*

* Prov. 8 v. 15.

Et exurgentes, qui locum præsentabant Apostolicæ sedis Romanæ & quidam episcoporum Synodi Constantinopolitanæ, & gloriosissimi Judices, reclamaverunt, dicentes: *Superfluè & non secundum quod jacet. Macarius, venerabilis archiepisc. piæ magnæ Antiochenæ civitatis, ex nunc relecto textu videtur affirmare unam esse voluntatem in duabus naturis unius Domini nostri JESU CHRISTI, id est, deitatis ejus & humanitatis. Hoc enim sanctissimus Cyrillus in divinâ ipsius Domini nostri JESU CHRISTI, & omnipotentissimâ ejus naturâ, accipiens, scripsit, quam cum Patre & sancto Spiritu communem & omnipotentem habet. Propter quod & omnipotentem eam idem sanctæ memoriæ Cyrillus appellavit: aliàs nec numero aliter posuit eandem voluntatem unam.*

Et relecto ex integro eodem libro, Constantinus piisimus Imperator dixit: *Et ille alter liber sanctæ tertiæ Synodi relegatur.* Et accipiens Salomon, Deo amabilis diaconus, & notarius sanctissimi Patriarchæ Constantinopoleos, relegit à principio usque ad finem. Constantinus piisimus Imperator dixit: *Sufficienter nobis lectio in præsenti diei facta est; in quâ finem susceperunt, quæ in sanctâ tertiâque, Ephesina priore Synodo gesta sunt. In subsequente verò, & quæ in sanctâ Chalcedonensi quartâ Synodo acta sunt, nobis relegantur.*

¶ *In secunda Actione*, cùm iterum convenissent Imperator & Episcopi, die 10. Decembris, Indictione 9. Constantinus Imperator dixit: *Proferantur & acta prædictæ sanctæ quartæ Chalcedonensis Synodi, & coram nostro relegantur auditu.*

Et accipiens Antiochus, religiosus lector & notarius sanctissimi Patriarchæ Constantinopoleos, primum librum ejusdem sanctæ Chalcedonensis Synodi relegit. Et relegente eo epistolam, quæ in eis continetur, sanctæ memoriæ Papæ Leonis magnæ civitatis Romanæ; & veniente ad textum, in quo scriptum est: *Agit enim utraque forma, cum alterius communione, quod proprium habuit, Verbo quidem operante, quod Verbi est; Carne autem exsequente, quod carnis est: & horum unum coruscat miraculis; aliud verò succumbit injuriis, &c.* exurgentes, qui ex parte Apostolicæ sedis erant antiquæ Romæ, exclamaverunt: *Ecce, benignissime Domine, manifestè duas naturales operationes, inconfuse & indivisè, in Domino nostro JESU CHRISTO, præsens sanctissimus prædicat pater: cujus præsentem sermonem sancta quarta Synodus, firmamentum orthodoxæ fidei, conscripsit in damnationem universæ hæresis; utpote professionem beati principis Apostolorum Petri convenientem. & quid pro hoc dignum sentit, Macarius venerabilis, & qui cum eo sunt Deo amabiles viri, dicant.*

Macarius, venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, dixit: *Ego Domine, duas operationes non dico: sed nec sentio, quòd beatæ memoriæ Leo per hunc sermonem, duas operationes dixerit.*

Constantinus piisimus Imperator dixit: *Sed unam operationem intelligis eum dixisse?*

Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: *Ego numerum non dico; sed Deivirilem ejus operationem, secundùm sanctum Dionysium.*

Constantinus piisimus Imperator dixit: *Et quomodo intelligis Deivirilem operationem?* Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: *Ego non superjudico.*

Et relictis residuis ejusdem libri usque ad finem, Constantinus piisimus Imperator dixit: *Relegatur & alius liber ejusdem sanctæ quartæ Chalcedonensis Synodi.* Et accipiens Antiochus, religiosus lector & notarius, eorundem actorum librum, relegit. Constantinus piisimus Imperator dixit: *Sufficit & nunc præsens lectio. In subsequenti verò, & liber gestorum sanctæ quintæ Synodi proferatur.*

¶ *In tertiâ Actione*, cùm iidem resedissent, 13. Novembris, Indictione 9. Antiochus, lector & notarius, jussus legere libros quintæ Synodi, exorsus est principium prædicti libri, qui ita continebat: *Sermo sanctæ memoriæ Mennæ, archiepiscopi Constantinopoleos, ad Vigilium beatissimum Papam Romanum, de eo, quòd una sit Christi voluntas.* Et exurgentes Legati Apostolicæ sedis Romæ exclamaverunt: *Piisime Domine, falsatum est præsens liber quintæ Synodi. Nequaquam relegatur sermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium; quia fictus est: sed jube diligenter advertere præsentem librum. Satis fieri enim habet piisimum vestrum imperium; quia non est tunc temporis positus in exordio, cùm fierent acta in sanctâ quintâ Synodo. Iste, qui dicitur sermo Mennæ ad Vigilium, nuper appositus est in principiis præsentis libri. eò quòd 21. anno Justiniani divæ memoriæ obiit Mennas. Quinta autem Synodus, 26. anno imperii ejus congregata est; episcopatum tenente hujus regiæ urbis Eutychio, venerabilis memoriæ.* Et inspicientes, tam piisimus Imperator, unà cum gloriosissimis Judicibus, & quibusdam ex sanctâ Synodo Deo-amabilibus episcopis, & aperientes ac discernentes, invenerunt

tres quaterniones in principio libri additos; non habentes subnotationem numeri, qui secundum consuetudinem affigitur in quaternionibus: sed in quarto quaternione habente primum numerum; & in sequenti quaternione secundum & tertium. atque quartum subsequenter: alias verò & dissimiles esse literas eorundem in exordiis submissorum quaternionum, in quibus continebatur sermo, qui dicitur Mennę ad Vigilium, à literis, quæ priùs scriptę sunt in eodem Codice.

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Hujusmodi nō relegatur sermo. Postmodum enim gestorum ejusdem sanctæ quintæ Synodi ordinabiliter relegatur.* Et relectus est primus liber.

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Subsequenter & secundi libri gestorum ejusdem sanctæ quintæ Synodi lectio proveniat.* Et accipiens Petrus, religiosus diaconus & notarius sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos, librum relegit. Et, dum relegeretur septima Actio, reperti sunt in eâ duo libri, quasi ex nomine Vigilii sanctæ memoriæ, qui fuit Papa Romanus: unus quidem, ad Justinianum, piæ recordationis quondam Imperatorem; alter verò ad Theodoram, piæ memoriæ quondam Augustam: in quibus continebatur ità: *Anathematizamus autem & Theodorum, qui fuit episcopus Mopsuestiæ, tanquam qui alienus semper exstiterit ab Ecclesiis & sanctis Patribus adversarius: qui non confitetur, incarnatum esse Deum Verbum, id est, Christum esse unam subsistentiam, & unam personam, & unam operationem.* Et exurgentes iterum Legati Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, unaque qui cum eis erant Deo amabilibus viris, exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus. Domine, non dixit Vigilius unam operationem. Non sunt libelli Vigilii. Falsatus est hic liber, sicut exordia primi libri præsentis quintæ Synodi. Nam, Domine, si unam operationem dixit Vigilius, & susceptus est à Synodo: utique & in definitione ejusdem sanctæ quintæ Synodi, de una operatione vox habuit comprehendi. Dum relecta ergo fuerit, piissime Domine ipsa definitio, inveniet Dominus omnē veritatē.*

Consequenter itaque & secundùm ordinem relecto eodem libro, ipsâque definitione usque ad finem relectâ, nullo modo aliquid de unâ operatione, in eâdem definitione, inventum est contineri. Theodorus & Georgius, venerabiles presbyteri, & Johannes, venerabilis diaconus, Legati sanctissimi Papæ antiquæ Romæ, dixerunt: *Petimus à Deo instructam vestram Serenitatem, ut tempestivè prædictus liber examinetur; ut adinventio, quæ in eo facta est, manifestetur.*

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Quod postulatum est, in subsequenti proveniat. Præsens verò liber usq; ad finem relegatur.* Et relectus est.

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Cognitionem prædictorum synodicorum librorum percipientes, tam sancta Synodus, quamq; gloriosissimi Judices, edicant: si invenitur definitum ab eisdem sanctis Synodis, sicut pollicitus est Macarius, venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eo sunt religiosi viri, demonstrare unam voluntatem, & unam operationem, in incarnationis dispensatione Domini nostri* Jesu Christi.

Sancta Synodus & gloriosissimi Judices dixerunt: *Ex lectione sanctorum Conciliorum sicut nostis piissime, non invenimus in incarnationis dispensatione unius sanctæ Trinitatis, Domini nostri* Jesu Christi, *unam voluntatem & unam operationem.*

Constantinus Imperator piissimus dixit: *Macarius venerabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, prosequantur; si, secundum quæ ab eis promissa sunt, parati sunt: habent proferre testimonia sanctorum probabilium Patrum, quæ debeant approbare (sicut polliciti sunt) unam voluntatē & unam operationē, in incarnationis dispensatione Domini nostri* Jesu Christi, *& hæc proferant.*

Macarius, venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cū eo sunt, dixerunt: *Secundùm jussa vestri imperii, inducta à nobis data testimonia, quæ proferre promisimus Sanctorū proferimus.*

Constātinus piissimus Imperator dixit: *Macarius venerabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, hæc in subsequenti peragāt.*

Georgius, sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, & quæ sub eo est Synodus, dixerunt: *Piissime Domine, petimus vestram tranquillitatem, suggestiones directas à Deo vestram instructam fortitudinem, tam ab Agathone sanctissimo Papa Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, quamq; ab ejus Synodo, relegi: ut auditum capiamus, quatenus cognitionem & nos accipiamus totius virtutis, quæ in eis continetur.*

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Quod à vobis postulatum est, in subsequenti proveniat.*

¶ *In quartâ Actione*, quæ facta est die 15. Novembris, Indictione 9. primùm, jussu Imperatoris, epistola Agathonis Papæ ad Constantinum, Heraclium & Tiberium, Imperatores Augustos, prælecta est: cujus capita ista sunt.

Primùm laudat Imperatoris studium, in convocandâ Synodo.

Deinde excusat se-se, quòd aliquantò seriùs Legatos mittat.

Tertiò narrat, se pro obedientiâ, quam debeat Imperatori, ad jussionem ejus, ablegâsse Abundantium, & duos Johannes episcopos, Theodorum & Georgium presbyteros, & Johannem diaconum, & Constantinum subdiaconum Romanæ ecclesiæ; & Theodorum presbyterum legatum ecclesiæ Ravennatis, & quosdam religiosos monachos. ac commemorat, quòd iis testimonia sanctorum Patrum, à Sede apostolicâ approbatorum, & libros eorū, tradiderit: certamq; formam mandati pręscripserit; à quo eis non liceat recedere in actionibus, aliquid addendo, aut minuēdo.

Quartò, Legatos istos Imperatori commendat: ut eos audiat, sicut Deum ipsum; & tutum ac securum præstet eis aditum & reditum.

Quintò, edit suæ fidei confessionem, juxta quinq; universalium Conciliorum consensum: & testimoniis Scripturæ & Patrum probat, in Christo esse duas voluntates & operationes. Allegat autem hæc Scripturæ testimonia: * *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen, nō sicut ego volo; sed sicut tu vis.* Itèm: † *Non mea; sed tua voluntas fiat.* Itèm: * *Factus obediens Patri, usq; ad mortem; mortem autem crucis.* Et: † *Erat subditus parentibus suis.* Et: * *Spiritus promtus est, caro autem imbecillis.* Et: † *Descendi de cœlo, non ut faciam meam voluntatē; sed ejus qui misit me, Patris.* Et: * *Hæc est voluntas ejus, qui misit me: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Itèm: † *Non quæro voluntatem meam; sed voluntatem ejus, qui misit me.* Et: * *Omnia, quæcunq; voluit Dominus, in cœlo & in terra, fecit.* Itèm: † *Sicut Pater suscitat mortuos; ità & Filius quos vult, vivificat.* Et Leproso dicit: * *Volo, mundus esto.* Et: † *Nemo potest cognoscere Patrem; nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et: * *Cùm per Galilæam transiret, noluit ut quisquam cognosceret.* Et: † *Nolebat per Judæam ambulare; quia quærebant eum Judæi interficere.* Et: * *Ingressus in domum, noluit aliquem scire; & non potuit latere.*

* Matth. 26. vers 39. † Luc. 22. v. 42. * Phil. 2. v. 8. † Luc. 2. v. 51. * Matth. 26. v. 41. † Johan. 6. v. 38. * ibid. v. 39. † Johan. 5. v. 30. * Psal. 135. v. 6. † Joh. 5 v. 21. * Matth. 8. v. 3. † Matth. 11. v. 27. * Marc. 9. v. 30. † Joh. 7. v. 1. * Marc. 7. v. 24.

Deinde etiā ex Ambrosio, Athanasio, Augustino, Gregorio Nazianzeno, & ex quintâ Actione Chalcedonēsis Concilii, & Constantinopolitanæ quintæ Synodi definitione septimâ, ex Gregorio Nysseno, Johāne Chrysostomo, Cyrillo, Johanne Constantinopolitano, Hilario, Dionysio Areopagitâ, Leone Papâ, citat testimonia pro suâ sentētia.

Per argumentationē etiam demonstrat; asserentes unam voluntatem & operationem, negare animam in Christo.

Sextò, demonstrat, ex quibus Hæreticis illam opinionem, de unâ in Christo voluntate & operatione, hauserint: ac citat Apollinaris, Severi, Epiphanii, Theodosii, Cyri, Theodori dicta.

Septimo, ostendit, Sergium, Paulum, Petrum, Constantinopoleos episcopos, modò unam, modò duas in Christo asserere naturas; & modò nullam. Ac monet Imperatorē, ut cogitet, quales fuerint illi doctores; qui modò hoc, modò illud dicant: & ut in eam curam incumbat, ut veritas, errore abjecto, vincat & floreat.

Octavò, planè affirmat, nullo alio modo posse concordiam sanciri; nisi error damnetur & abjiciatur: & promittit redeuntibus in viam, pacem; in errore verò perseverantibus, denuntiat excommunicationem.

Secundo loco, recitatur epistola Synodi Romanæ, ad eosdem Imperatores: in quâ Patres veram doctrinam de duabus in Christo voluntatibus & operationibus, asserunt; & autores diversæ sententiæ, Theodorum Faranitanum, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum, & omnes eorum asseclas, damnant. Deinde excusant se ob moram; & commendant Imperatori suos episcopos legatos. Tertiò ostendunt, se eos, qui secum eandem sententiam amplectantur,

in com-

in communionem recipere; dissentientes verò damnare, & excommunicare.

Lib. 6. 18. gest. c. 8.

Paulus Diaconus * dicit; Damiani epistolam de rectâ fide, sub nomine Mansueti Mediolanensis, lectam & approbatam esse: quæ fortè hæc ipsa est, sub Synodi Romani nomine transmissa.

¶ In quinta *Actione*, cùm consedissent, 7. Decemb. Indict. 9. Patres; ab Imperatore factâ potestate dicendi, Macarius, Antiochenus episcopus, cum suis asseclis, duos codices offert: in quos diversa testimonia sanctorũ ac probabiliũ Patrũ conscripserat, ad probandum unã Domini nostri Jesu Christi voluntatẽ, quæ esset etiã Patris & Spiritûs S. Isti autẽ codices cùm in Synodo lecti essent: Imperator ei ulteriùs potestatẽ concedit, plura, si vellet, pro suæ sententiæ confirmatione, in sequenti consessu proferendi.

¶ *In sextâ Actione*, die 12. Decembris, Indictione 9. Macarius adhuc unum codicillum, testimonia Patrum de unâ voluntate continentem, profert. Quo lecto, Imperator inquit: *Et horum sententiam accepimus. Siquidem vult pars Macarii, Deo-amabilis archiepiscopi Antiochiæ, aliud quid proferre, ad [stab]ilitatem eorum, quæ ab eo promissa sunt, edisserat.*

Macarius archiepiscopus Theopoleos Antiochiæ, & Stephanus presbyter monachus, ejus discipulus, & qui cum eis sunt, dixerunt: *Sufficientes sumus. Domine, in his, quæ jam à nobis prolata sunt, testimoniis sanctorum ac probabilium Patrum; & aliud proferre nolumus.*

Piissimus Imperator Constantinus dixit: *Tres codices, qui prolati sunt à parte venerabilis Macarii, sigillentur, tam à gloriosissimis Judicibus, quamq; à parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ; necnon & à parte sanctæ sedis hujus sanctissimæ magnæ Ecclesiæ.* Et sigillati sunt.

Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, Johannes venerabilis diaconus, qui locum præsentabant sanctissimi Papæ Apostolicæ Romanæ sedis, & qui cum eis erant Deo-amabiles episcopi, & religiosi clerici & monachi, dixerunt: *Piissime Domine, adhuc aliquid de una voluntate, & unâ operatione, non ostenderunt Macarius, Deo amabilis archiepiscopus Antiochiæ, & Stephanus ejus discipulus, & Petrus Deo amabilis episcopus Nicomediæ, & Salomon Deo amabilis episcopus Clanei, in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, per testimonia ab eis prolata. Sed & ipsa testimonia, quæ protulerunt coram vestrâ Pietate, ac sanctâ Synodo, detruncaverunt: & quæ ad Trinitatis quidem attinent rationem de una voluntate, pro incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi protulerunt: quæ verò conveniunt, & quæ propriè pro hujusmodi incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi posita sunt, tam sensum, quàm verba, detruncaverunt. Unde petimus vestram piissimam Fortitudinem, authenticos codices prolatorum ab eis paternorum testimoniorum proferri, ex venerabili patriarchio hujus regiæ civitatis; & conferri cum codicibus ab eis oblatis: & demonstrabimus, quæ ab eis in his facta est celatio. Præ manibus igitur habentes codicem, continentem plurima testimonia sanctorum ac probabilium Patrum, clarè ostendentia duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, inconfusè atq; indivisè, in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, veri Dei nostri; necnon & profanorum Hæreticorum testimonia, insinuantia unam voluntatem, & unam operationem, quæ consonant cum dogmate super unâ voluntate, & una operatione, Macarii Deo amabilis archiepiscopi Antiochiæ, & eorum qui cum eo contradicunt; quæsumus, ut coram vestra Pietate hæc legantur.*

Piissimus Imperator Constantinus dixit: *In subsequenti eorum prolatio fiat.*

¶ *In septimo consessu*, qui factus est 13. Februarii, Paulus, magnificus Imperialis Secretarius, inquit: *Meminit à Deo vestrum instructum imperiũ, quod hesterno die polliciti sunt, Theodorus & Georgius Deo amabiles presbyteri, & Johannes Deo valde amabilis diaconus, locum præsentantes sanctissimi Papæ Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, Agathonis, & qui cum eis sunt Deo amabiles episcopi, & religiosi clerici & monachi, proferre testimonia sanctorũ Patrũ, luce clariùs prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes naturales, in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, veri Dei nostri: insuper & profanorum Hæreticorum testimonia, manifestantia unam voluntatem, & unam operationem & suggerimus, quod videtur.*

Piissimus Imperator Constantinus dixit: *Proferant, qui locum adimplent Agathonis, sanctissimi papæ urbis Romanæ, memorata ab eis testimonia.* Et protulerunt codicem suprascriptum ità: *Testimonia sanctorum ac probabilium Patrum, demonstrantia duas voluntates, & duas operationes, in Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo.* Quem accipiens Stephanus, religiosus presbyter & monachus monasterii, quod cognominatur domus Arsitia, unus exsistens partis Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, relegit ab initio usque ad finem, tam sanctorum ac probabilium testimonia; quàmque profanorum hæreticorum.

Piissimus imperator Cõstantinus dixit: *Prolatorum nunc testimoniorum, atque relectorum, ex parte sanctissimi Agathonis, Papæ urbis Romanæ, scientiam percipientibus nobis, edicant Theodorus & Georgius, venerabiles presbyteri, & Johannes venerabilis diaconus, si & alia proferre velint testimonia.* Theodorus & Georgius, venerabiles presbyteri, & Johannes venerabilis diaconus, dixerunt: *Licèt & plura alia nobis idoneum est proferre testimonia: sed ne fastidium ingeramus à Deo instructis vestris auribus; hæc sufficiunt nobis, ad veritatem demonstrandam. Petimus autem à Deo firmatam vestram Fortitudinem, interrogari Georgium, sanctissimum archiepiscopum hujus à Deo conservandæ vestræ regiæ urbis, & subjacentem ei Synodum, nec non & Macarium archiepiscopum Antiochiæ civitatis, & subjectos ei episcopos; si conveniunt eis tenor relectarum duarum suggestionum; id est, Agathonis, sanctissimi papæ Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, & Concilii ei subjacentis.*

Georgius, sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, & Macarius, sanctissimus archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eis erant, dixerunt: *Piissime Domine, petimus ut exemplaria prædictarum suggestionum percipiamus. Requirentes namque & conferentes testimonia, quæ in eis sunt, sanctorum probabilium Patrum, cum codicibus hujus venerabilis patriarchii, in subsequenti competens dabimus responsum.*

Piissimus Imperator Constantinus dixit: *Citra dilationem, quod postulatum est, fiat. Prolatus autem codicillus, à præsentantibus locum sanctissimi Papæ Romæ, sub signaculo, tam gloriosissimorum Judicum, quanque utrarumque partium, fiat ad instar codicillorum, qui à Macario, Deo amabili archiepiscopo Antiochiæ oblati sunt.* Et signatus est.

¶ In octava actione, 7. die Martii, Indictione 10. Legati Romani Pontificis petunt ab Imperatore; ut jubeat, Georgium Constantinopoleos episcopum, & Macarium Antiochenum, cum suis, declarare suam sententiam: probéntne, an improbent, Agathonis & Synodi ejus doctrinam, testimoniis Patrum assertam, de duabus in Christo naturis, voluntatibus naturalibus, & operationibus. Ab Imperatore ergo jussi, ordine sententias dicunt in hunc modum.

Georgius, sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos dixit: *Inspiciens, pie Domine, omnem virtutem suggestionum, directarum ad piissimam vestram Fortitudinem, tam ab Agathone sanctissimo Papâ Romæ, quàm ab ejus Synodo; & scrutans, sanctorum ac probabilium Patrum, qui repositi sunt in venerabili patriarchio, inveni cuncta testimonia sanctorum ac probabilium Patrum, quæ in ejusdem suggestionibus continentur, consonantia; & in nullo discrepantia à sanctis & probabilibus Patribus: & consentio eis; & sic profiteor & credo.*

Theodorus, Deo amabilis episcopus Ephesi, dixit: *Ità, Domine, profiteor, & sic credo; quemadmodũ habent suggestiones sanctissimi Papæ antiquæ Romæ Agathonis: id est, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, in uno S. Trinitatis Domino nostro Jesu Christo, vero Deo nostro.*

Sisinnius, Deo amabilis episcopus Heracleæ Thraciæ, dixit: *Auditu percipiens suggestiones Agathonis, sanctissimi Papæ Romæ, quæ directa sunt ad piissimũ nostrũ Dominũ, inveni in nullo eas adversari sanctis Patribus: & profiteor duas voluntates, & duas operationes, in uno sanctæ Trinitatis Domino nostro Jesu Christo, vero Deo nostro.*

Georgius, venerabilis episcopus Cyzici, dixit: *Inspiciens suggestiones sanctissimi Papæ Romæ Agathonis, & positorum in eis testimoniorum scientiam percipiens, de duabus voluntatibus & operationibus, & consentiens omnibus, quæ in eis continentur, sic fateor & sic credo, in uno sanctæ Trinitatis Domino nostro Jesu*

CHRISTO, *vero Deo nostro. Ego etenim, & dum hic relegerentur eadem suggestiones, ità credidi, & credo.*

Johannes, Deo amabilis episcopus Chalcedonæ, dixit: *Sic confiteor, & sic credo, secundum virtutem suggestionum, directarum ab Agathone, sanctißimo Papâ antiqua Roma, ad piißimum & à Deo firmatum nostrum Dominum, & magnum Victorem Imperatorem; qua continent duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas operationes similiter naturales, in uno sancta Trinitatis Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro, inconfusè, inconvertibiliter: & anathematizo eos, qui dicunt unam voluntatem, & unam operationem, in dispensatione ejusdem Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri.*

Sisinnius, Deo amabilis episcopus Hierapoleos Phrygiæ, dixit: *Suscipio ea, qua suggesta sunt Domino nostro piißimo, & magno Victori Imperatori, ab Agathone sanctißimo Papâ antiqua Roma: & profiteor duas naturas in uno sancta Trinitatis Domino nostro* JESU CHRISTO, *& duas voluntates naturales, & duas opiniones naturales, indivisè, inconvertibiliter: & anathematizo eos, qui dicunt unam voluntatem & unam operationem, in dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri.*

Georgius, Deo amabilis episcopus Byzois Thraciæ, dixit: *Profiteor duas naturales voluntates, & duas operationes, in dispensatione unius sancta Trinitatis Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri: suscipio autem & suggestiones, directas ab Agathone sanctißimo Papâ Romano, ad piißimum & à Deo firmatum nostrum Dominum & magnum Imperatorem, hoc ipsum prædicantes, & in omnibus eas sequor.*

Georgius, Deo amabilis episcopus Mitylenæ, dixit: *Profiteor ita & credo duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas operationes similiter naturales, in uno sancta Trinitatis Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro. Super his autē sequor & suggestiones directas ab Agathone sanctißimo Papâ antiqua Roma, ad piißimum nostrum Dominum & magnum imperatorem; & omnem virtutem, qua in eis continetur.*

Andreas, episcopus Methymnæ, dixit: *Sequor suggestiones sanctißima Papa Roma Agathonis, & testimonia sanctorum Patrum, qua in eis continentur: & ità credo, & ita profiteor duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes, in uno sancta Trinitatis Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro.*

Sergius, Deo amabilis episcopus Selymbriæ, dixit: *Sequor suggestiones patris nostri Agathonis, S. Papa Roma, & ita suscipio, & ita amplector eas, tanquā epistolas sancta memoria Leonis, prædecessoris ejus Beatitudinis: & profiteor in Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro, duas voluntates naturales, similiter & duas operationes.*

Domitius, episcopus Plusiados, dixit: *Suggestiones, directas a patre nostro Agathone, sanctißimo archiepiscopo Apostolica & principalis sedis antiqua Roma ad à Deo coronatum & mansuetißimum nostrum Dominum, & magnum victorem Imperatorem, tanquā ex Spiritu sancto dictatas, per os sancti ac beatißimi Principis Apostolorum Petri, prædico; & digito ter beatißimi Papa Agathonis scriptas suscipio & amplector: & ità credo, ità sentio, duas naturas in uno sancta Trinitatis Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro, & duas naturales voluntates, similiter & duas operationes naturales, in unâ personâ, in unâ subsistentiâ, inseparabiliter atq; indivisè: & anathematizo eos, q dicunt unā voluntatem, & unam operationē, post incarnationem Domini nostri* JESU CHRISTI; *nisi duntaxat in sancta Trinitate solummodò.*

Genesius, episcopus Anastasiopoleos, dixit: *Secundū virtutem relectarum suggestionum sanctißimi Papa Romana urbis, sic credo & confiteor, in incarnationis dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes.*

Exsurgentes cæteri omnes Deo amabiles episcopi, qui sub sedem Constantinopolitanam fuerant, exclamaverūt, dicentes: *Et nos piißime Domine, notionem accipientes suggestionis, directa ad mansuetißimam vestram Fortitudinem, ab Agathone, sanctißimo ac beatißimo Papâ antiqua Roma & alterius suggestionis qua facta est a subjacente ei Concilio; & sequentes sensū, qui in eâ continetur, sic sapimus & profitemur: & credimus in uno Domino nostro* JESU CHRISTO, *vero Deo nostro duas naturas inconfusè inconvertibiliter, indivisè, & duas voluntates naturales, & duas opationes naturales: & omnes, q dixerunt & dicunt unā voluntatem, & unā operationem, in duabus naturis unius Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri, anathematizavimus.*

Theodorus autem, episcopus Meleunæ, chartam offert: in quâ indicat; Patres in sanctis Synodis universalibus, nō duas voluntates & operationes dixisse; sed unum Christū in duabus naturis, in unâ personâ, indivisè & inseparabiliter, operari divina & humana. & petit, ne Imperator caveat, ne quid contra Synodorum decreta novi statuatur.

Imperator quærit ex Theodoro; qui secum chartam illam composuerint? Ille verò, Petrum Nicomediæ episcopum, & Salomonem Cleonæ, Antonium Hypæporum, & Georgium diaconum, & Anastasium diaconum, & Stephanum Cancellarium, & Dionysium diaconum & Cancellarium, Anastasium presbyterum & monachum ex Secretario patriarchę Constantinopoleos, & Georgiū monachū patriarchii Antiochiæ, indicat. Deinde Imperator q̄rit, Quis sibi tradiderit chartulam offerendā? Theodorus monstrat Stephanum, abbatem de patriarchio Antiochiæ.

Synodus jubet Theodorum cum istis prodire in mediū, & sententiam suam proponere. Illi ergo surgentes, omnes, excepto Stephano discipulo Macarii, Theodorum mendacii redarguunt: & negant, se in chartulam illam consensisse; ac ostendunt se paratos esse, suam fidem orthodoxam confiteri. Imperator jubet, ut id scripto faciant.

Georgius, episcopus Constantinopoleos, monet Imperatorem, ut jubeat nomen Vitaliani Papæ in diptycha referri: fore enim, ut eâ ratione à communione recedant, qui non veram amplectantur sententiam. Idq; annuente Imperatore efficitur: & sequitur Patrum acclamatio.

Secundo loco Macarius, Antiochiæ episcopus, jussus dicere, an cōfiteatur, in uno sanctæ Trinitatis Domino nostro JESU CHRISTO, vero Deo nostro, duas volūtates naturales, & duas operationes naturales, inconfusè & indivisibiliter? & an probet Agathonis sententiā, & testimonia ex Patribus annotata? Respondet: *Non dico duas voluntates, aut duas opationes, in incarnationis dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI: *sed unam voluntatem, & deivirilem operationem.* Sed Macrobius Seleuciæ Isauriæ, & Eulalius Cynopolis, & Constantinus Dalisandi, & Theodorus Olbis, episcopi, & Legati Concilii Antiochię, à Macario se-se disjungunt; & amplectuntur & confitentur duas in Christo naturales voluntates & operationes, indivisè, inconvertibiliter, inconfusè, in incarnationis dispensatione.

Quia verò Macarius in suâ sententiâ perseverat; Synodus surgere eum de sede jubet. Ac adferuntur tres ejus codicilli; quos in superioribus actionibus, ad confirmandam suam opinionem, proposuerat. quos ubi pro suis agnovit Macarius, Imperator inquit: *Edicat Macarius, venerabilis archiepiscopus Antiochia, & Stephanus religiosus presbyter & monachus, ejus discipulus, quid sibi coacervantes, hujusmodi deploraverunt testimonia.* Macarius sanctissimus archiepiscopus dixit; *De ipsâ unâ voluntate, qua est Patris & Domini nostri* JESU CHRISTI, *& sancti Spiritûs.*

Constantinus piissimus Imperator dixit: *De dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI, *unius sancta Trinitatis, Dei Verbi, quomodo sentis?* Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: *Confiteor, Dominū* JESUM CHRISTUM *unū sancta Trinitatis esse, & post incarnationē, in duabus pfectis naturis, inconfusè & indivisè, in unâ psonâ, & unâ subsistentiâ, nusquā naturarū differentiâ peremtâ, ppter unitionē; sed salvatâ potiùs proprietate utriusq; natura, & in unā personam atq; unā subsistentiā concurrente. Quoniam verò alteram personā, & post humanationē unum sancta Trinitatis, non assumsit; ppter hoc nec aliquid peccati dicimus eū assumere: quia absq; carnalibus voluntatibus, & cogitationibus hominis, in imagine novitatis, confitemur unū Dominum nostrū* JESUM CHRISTUM. *Qui enim unam voluntatē habens, est ad susceptionem harum omniū paßionum idoneus, unam eandemq; habuit virtutē ad tolerantiam horum omniū; secundùm sanctū & acceptabilem Augustinum. De hoc enim & confeßionē fidei jampridem exposuimus; & consentimus tam sanctis quinque Synodis, quamq; Honorio à Deo erudito, Sergio, & Paulo, atq; Petro, & reliquis quorum mentionem & in his, qua Domino porreximus, testimonia fecimus: confitentes unam voluntatem subsistentialem in uno Domino nostro* JESU CHRISTO, *& Deivirilem ejus opera-*

tionem. Nos enim, quæ di[illegible] sunt, secundum Deum; neque quæ humana sunt, secundum hominem: sed humanam & Dei novam quandam virilem operationem in conversatione demonstrasse, confitemur secundum sanctum Dionysium.

Postea, jussu Imperatoris, legitur confessio Macarii, quã ad Imperatorem scripserat. In eâ autem Macarius inter alia affirmabat; quinq; universales Synodos, & sanctos probabiles Patres, unam voluntatem in Domino Jesu Christo Deo nostro, & Deivirilem ejus demonstrâsse operationem: & impium esse, dicere, in eodem Christo Deo nostro duas voluntates, ad invicem contrarias seu dissimiles. Ac proponit similitudinem. *Quemadmodum nostrum corpus regitur, & ornatur atq; ordinatur, ab intellectuali & rationali animâ nostrâ: ita & in Domino Christo, tota humana ejus conspersio, ab ejusdem Verbi divinitate semper & in omnibus mota, Θεοκίνητος, Deo mobilis fuit, secundùm Gregorium Nyssenum.*

Imperator & Patres iterum interrogant Macarium; *an dicat duas naturales voluntates, & duas operationes, in incarnationis dispensatione Dei nostri?* Ille verò respondet: *Nõ dico duas naturales voluntates, aut duas operationes naturales, in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi; nec si membratim incidar, & in mare mittar.*

Synodus ergo testimonia, à Macario ex Athanasio collecta, confert cum authenticis exemplaribus, ex bibliothecâ prolatis: & demonstrat, eum antecedentia & subsequẽtia decurtâsse, in quibus planè asserat Athanasius duas in Christo voluntates, & operationes. Quærunt autem ex eo; *cur illa amputarit? cùm sciat Hæreticorum esse, circumtruncatas sanctorum Patrum voces deflorare.* Ille respondet: *se, pro suâ sententiâ stabiliendâ, ea accepisse, quæ visa sint idonea.* Ad hanc responsionem Synodus exclamat: *Hæreticum seipsum manifeste demonstravit. Novo Dioscoro anathema! Hujusmodi deponatur. Novum Dioscorũ forâs mitte. Novo Apollinario malos annos! Meritò ab episcopatu alienetur: nudetur circumposito ei pallio.* Et denudato eo, atq; in medio adstante, unà cum Stephano ejus discipulo, Theophanes, venerabilis presbyter & abbas monasterii Baias, interrogavit eosdem Macarium & Stephanum: *Habuit humanam voluntatem Dominus noster Jesus Christus, & impeccabilem?* Macarius & Stephanus dixerunt: *Nos voluntatem humanam in Christo non dicimus, divinã verò etiam absq; carnalibus voluntatibus & cogitationibus humanis: sicut prolatum à nobis testimonium sancti Athanasii continet. Voluntas enim deitatis tantum.* Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: *Et quomodo intelligitis carnales voluntates, & cogitationes humanas?* Macarius & Stephanus dixerunt: *Voluntates carnales, & cogitationes humanas, hominum similium nobis sunt: Christus verò nihil eorum habuit.* Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: *Si testimonium, quod detruncastis, in integro posuissetis: inveniebatur, quòd carnales voluntates, & humanas cogitationes, culpabiles & voluptuosas accepit sanctus pater Athanasius; quæ ex seminatione diabolicâ illatæ sunt humanæ naturæ: sicut idem sanctissimus pater superius asserit. Nam & ego dico, non habuisse Dominum nostrum Jesum Christum, Verbum, Deum nostrum, ex superfatione voluntatẽ carnalem, aut peccabiles cogitationes: absit! sed naturalem voluntatem, quam ipse Deus, creans Adam, ei indidit. Et hoc autem ipse interrogo vos: Habuit animam rationabilem ipse Adam?* Macarius & Stephanus dixerunt: *Etiam.* Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: *Naturalem habuit voluntatem?* Stephanus, religiosus monachus, dixit: *[illegible], quod est arbitrale & liberum. Etenim ante prævaricationem, divinam habuit voluntatem, & convoluntarius erat Deo.*

Domitius, Deo amabilis episcopus Prusiados, dixit: *Ubi est vanitas tua, blasphemè? si convoluntarius erat Adam Deo: ergo & concreator.* Theodorus & Georgius, Deo amabiles presbyteri, & Johannes Deo amabilis diaconus, locũ præsentantes Agathonis, sanctissimi Papę Apostolicę sedis antiquæ Romæ, & qui ex personâ ejus fuerunt Concilii Deo amabiles episcopi, dixerunt: *Si Adam, ante prævaricationem, divinam habuit voluntatem: ergo & consubstantialis fuit Deo. & inconversibilis, ac vivificatrix fuit voluntas Adæ. Et quomodo mutatus, transgressus est mandatũ, & morti succubuit? Quod enim convoluntarium est; utiq; & consubstantiale est. An ignoratis sanctum Cyrillum clamantem: Sicut est consubstantialis; ita & convoluntarius proprio [illegible] Unius enim [illegible] ac eadem utriq; est voluntas.*

A Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: *Quod jam vos interrogavi, dicite; Habuit naturalem voluntatem Adam etiam an non?* Macarius & Stephanus dixerunt: *Et superius jam diximus, [illegible], quod est arbitrale & liberum.* Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: *Aut assentite, quia habuit naturalem voluntatem, aut renuntiate. Et hoc ostendo à sanctis probabilibus Patribus.*

Diu igitur perseverantibus eisdem Macario & Stephano, B & neq; assentire volentibus, neq; abnuere, Constantinus piissimus Imperator, & sancta Synodus, dixerunt: *Proferat Deo amabilis Theophanes presbyter & abbas, quæ effatus est, testimonia sanctorum & probabilium Patrum.* Et protulit duo testimonia. Unum quidem sancti Athanasii, archiepiscopi Alexandriæ, de libro Humanationis adversùs Apollinarium, sic habens in verbis: *Quando Adam in principio formavit Deus, nunquid congenitum ei dedit peccatum? Quid ergo jam opus erat mandati? Quomodo ergo eum condemnavit peccantem? Quomodo autem & ante prævaricationem agitabat bonum & C malum Adam, quem formavit Deus ad incorruptionem & imaginem suæ æternitatis? Fecit enim naturâ impeccabilem, & voluntate liberum.* Aliud autem sancti Augustini, episcopi Hipponis, ex quinto libro adversùs Julianum Pelagianistam, continentem ita: *Motus animi quid est, nisi motus naturæ? Anima enim sine dubitatione natura est: & ideo voluntas motus naturæ est; quia motus est animæ.*

Sancta Synodus dixit: *Luce clarius & veraciter ostendit Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, per [illegible] ab eo testimonia sanctorum ac probabilium Patrum, naturalem esse voluntatẽ. D Si igitur primus Adam naturalem habuit voluntatem, qui per omnia similis illi factus est absq; peccato, secundus Adam, Dominus noster Jesus Christus, verus Deus noster, quomodo non habuit in humanâ ejus naturâ naturalem voluntatem? Si itaque & humanam impeccabilem voluntatem assumpsit Dominus noster, & Deus Jesus Christus, humanæ suæ naturæ, & divinam ante sæcula cum Patre & Sancto Spiritu habuit voluntatem: procul dubio duas naturales voluntates in ipso, Orthodoxos oportet confiteri, inconfuse atq; indivise: sicut & plurimis paternis testimoniis duæ naturales voluntates in unâ personâ, sive una subsistentia, per E incarnationis dispensationem, unius de sanctâ Trinitate, Domini nostri Jesu Christi, Dei nostri, comprobatæ sunt.*

Deinde etiam Ambrosii, Dionysii Areopagitæ, & Johannis Chrysostomi testimonia, cum authenticis exemplaribus collata, ostenduntur truncatè, & contra autorum perpetuam sententiam, allegata.

¶ In nona actione, quæ habita est 8. Martii, Indictione 10. iterum conferuntur testimonia cum exemplaribus authenticis: & quidem ex quodam Athanasii dicto, ab istis allegato, Basilius, Gortynæ episcopus, demonstrat, F duas voluntates rectè asseri per ea, quæ omissa sunt.

Deinde Stephanus monachus, discipulus Macarii, dixit: *Sanctus Gregorius Theologus, in lib. 2 de Filio, manifeste ostendit unam voluntatem in Domino nostro Jesu Christo, inquiens: Illius enim velle, nec contrarium est Deo, deificatum totum.* Basilius, Deo amabilis episcopus Gortynæ, dixit: *Qualem voluntatem dicit, quæ deificata est, divinam, an humanam? Si enim divinam dixeris: quod divinum est, deificatione non indiget? Si autem humanam; procul dubio duas voluntates, & ex præsenti testimonio etiam nolens significat.*

G Domitius, Deo amabilis episcopus Prusiados, dixit: *Postulo à Deo coronatam Domini fortitudinem, & sanctam Synodũ, ut veniat in medium Georgius, religiosus monachus, condiscipulus hujus Stephani; & interrogetur, si bene dogmatizet Stephanus.* Constantinus piissimus Imperator, & sancta Synodus, dixerunt: *Edicat Georgius religiosus, si rectè dogmatizat Stephanus monachus, cõdiscipulus ejus.* Georgius, religiosus monachus, dixit: *Omnino, Domine, extra intentionem sanctorum Patrum disputat, adversarius Patrum existens.*

Itèm relectum est, ex eodem codicillo, alterum testimo- H niũ sancti Cyrilli, de interpretatione Euangelii secundum Matthæum, Sermone 2. Quod collatum est similiter cum libro chartaceo Bibliothecę hujus venerabilis Patriarchii, textu testimonii habente sic: *Ergo id [illegible] non sicut ego volo; sed sicut tu [illegible] transformationem & transfigurationem naturæ huma-*

na, de exsuperata formidine, in audaciam spiritualem, bene nimis significat. Sunt autem & ante hoc testimonium, quæ callide prædictus Macarius & Stephanus non defloraverunt, hoc modo: *Recusat itaq; ipsum calicem, crucifigentes se, Dei amatores non esse; tanquam per hoc accusans. & fuisset quidem in eo pavor passionis, propter humanitatem: compescitur autem continuò, virtute inhabitantis Verbi, ac fortitudine. Considera namq; quomodo ostendit quidem, quod humanum est, ipsa recusatione: quod autem deitatis est indeflexibile, effulsit statim. Ait enim ad Patrem, qui in cœlis est: Verumtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Humanitas vero condecenter & hoc ait. Nam, secundum quod Deus est, non extra est voluntatem Patris; magis autem ipse est voluntas Dei & Patris: sicut in Sapientia & ipsum velle est patris, Sapientia vero est Filius. Quia igitur & voluntas Patris nominatur unigenitus, exclamat dicens laudabilis Cantor:* * *Domine, in voluntate tuá præstitisti decori meo virtutem. In Christo namq; est omne donum cœlestium bonorum, a Deo & Patre. Alias autem una consubstantiali sanctá existente Trinitate, & una deitate in eá intelligendá, quomodo non erat voluntas eadem Patris, & Filii, & Spiritus sancti? Congruentissimè igitur ad humilitatis habitum. & ut homo, subformidat tacitè mortem, quæ extra naturam & ex maledicto introimissa est, respuens: iterum autem ut Deus. Non sicut ego volo, ait, sed sicut tu. Caro itaque, quæ quoque nostra in Christo ad summam post hoc fiduciam hominum transformabatur, natura docebatur, quippe jam nec ipsam severam mortem pertimescere, si præsertim ubi iter ad eam accederet, propter Deum. In hoc enim plurima est merces: quia ad [illegible], quod ita additbile & naturæ infestum est, accedimus propter Deum; discente & incipiente nostra natura in primo Christo viriliter agere, & prævalere contra sic vehementes & noxios reluctantium incursus.*

* Psal. 20 vers. 8.

SENTENTIA SYNODI
definitiva.

Sancta Synodus dixit: *Tu Stephane, & tuus magister Macarius, non ostendistis in incarnationis dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI, *veri Dei nostri per codicillum a vobis oblatum: sed & duas voluntates, en testimoniis, in eodem codicillo positis, invenimus aperte, clamante Athanasio laudabili, quamvis detruncata & obcelata sint juxta quod [illegible] tis estis, eadem testimonia, quæ perverse interpretantes protulistis. Definimus igitur: postquam aperte approbati estis, ad subversionem divinorum dogmatum festinare, & sanctorum ac probabilium Patrum doctrinas corrumpere, & Hæreticorum magis sensum assumere, & quæq; ab eis dogmatizata sunt, sectari, ad contagium orthodoxæ plebis: ab omni vos sacerdotali dignitate & ministerio alienos exsistere. Eos autem, qui jam pœnitentiam egerunt, & superius nominatos, tam episcopos, quam clericos qui & nunc in medio assistunt & recte una nobiscum confitentur, providimus quidem in propriis locis residere: libellos autem, quos promiserunt, propria eorum fidei, cum jurejurando in subsequenti nobis offerent.*

Sancta Synodus exclamavit: *Multos annos Imperatori! orthodoxo Imperatori multos annos! Hæreticum foras mitte. Novo Eutycheti malos annos! novo Apollinari malos annos! Hæreticum foras mitte.*

Executio.

Et impulsus est Stephanus, discipulus Macarii, & foràs missus est. Petrus Deo amabilis episcopus Nicomediæ, Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinæ. Salomon Deo amabilis episcopus Cleonæ. Antonius Deo amabilis episcopus Hypæpæ, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, Anastasius diaconus & notarius, Stephanus diaconus & cancellarius, Dionysius diaconus & cancellarius, Anastasius presbyter & monachus, & Georgius monachus Macarii, dixerunt: *Parati sumus, in subsequenti, rectæ nostræ fidei, cum jurejurando, libellos offerre.* Sancta Synodus dixit: *Quod ab eis promissum est, fiat. Et quia sufficiunt quæ hodierná die mota sunt, in subsequenti, qui dudum oblatus est codicillus, a parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, ad legendum & conferendum, cum libris hic sitis venerabilis patriarchii, proferatur. Illos itaq; duos codicillos, qui tunc a Macario & Stephano dati atq; relecti sunt, ad conferendum venire nolumus: eo quod testimonia, quæ in eis posita sunt, nullatenus ad præsentem dogmaticam causam respiciunt.*

¶ IN ACTIONE [illegible]IMA, die 18. Martii, postulantibus Legatis Romani Pontificis, consentiente verò Imperatore & Synodo, testimonia Patrum, nimirū Leonis papæ, Ambrosii, Chrysostomi, Georgii Nisseni, Cyrilli, Epiphanii, Georgii Nazianzeni, Athanasii, Augustini, Justini martyris, Justiniani Imperatoris, Euphemii Antiocheni, Johannis Scythopolis, ostendentia duas voluntates & operationes in Christo, ab Agathone & Synodo Romana transmissa, & testimonia Hæreticorum, unam voluntatem & unam operationem asserentium, releguntur, & conferuntur cum authenticis exemplaribus. & tota Synodus pronunciat, ea rectè esse allegata.

Deinde Petrus Nicomediæ, & Theodorus Meletinæ, Salomon Cleonæ, Antonius Hypæporum, episcopi, & Georgius diaconus & chartophylax, & Dionysius diaconus & cancellarius, & Anastasius diaconus & notarius defensor navium, Stephanus religiosus diaconus & cancellarius, & Anastasius & Georgius monachi, præmisso juramento, libellos propriæ fidei offerunt: in quibus testantur, se doctrinam, de duabus in Christo voluntatibus & operationibus, verè amplecti; & contrariā sententiā abjicere & damnare.

Tertiò, Georgius presbyter & monachus, legatus Theodori archiepiscopi Hierosolymorum, ab Imperatore & Synodo petit, ut Synodica Sophronii ad Sergium episcopum Constantinopoleos cognoscant & dijudicent, orthodoxane sint, an secus. Sed Imperator & Synodus ad sequentem consessum eam rem rejicit.

¶ IN ACTIONE *undecimá*, die 20. Martii, proferuntur à Georgio Synodica Sophronii, & leguntur. Quibus finitis, Imperator Constantinus, causis Reipublicæ occupatus, Constantinum & Anastasium Patricios, & Polyeuctum & Petrum Exconsules, suo loco adesse, & præsidere Synodo jubet; donec ad finem deducantur ea, quæ restent agenda.

¶ IN DUODECIMA *actione*, chartæ Macarii, ad Imperatorem Constantinum missæ, quæ ab eodem nondum erant nec resignatæ, nec lectæ, offeruntur Synodo, jussu Imperatoris, per Johannē Patriciū, relegendæ & dijudicandæ.

Inter eas autem erat Sermo Macarii, acclamans ad Constantinum Imperatorem: quem cùm cœpisset legere Antiochus; Synodus dixit, in alio codice lectum esse.

Et Chartula quædam alia: quæ & ipsa, cum ejusdem sit sententiæ, rejicitur.

Et Epistola Sergii, ad Cyrū Phasidis episcopū: q legit.

Et Sermo Mennæ ad Vigilium: quem synodus *ejicit*, ut fictitium; qui non sit in authenticis exemplaribus: sicut in tertiâ Actione suprà est demonstratum.

Et Epistola Sergii, Constantinopolis episcopi, ad Honorium Papam Romanum: quæ integra recitatur. Capita autem ejus sunt ista. 1. narratio, quomodo Imperator, a Paulo hæretico in dubitationem, an duæ vel una in Christo sint naturæ, conjectus, consuluerit Cyrum de eâ quæstione. Ad quam cùm nec ipse posset respondere; jusserit eum ad Sergium scribere, de eâdem quæstione: quòd ei miserit Mennæ librum ad Vigilium, de unâ voluntate & operatione Christi.

2. Quomodo Cyrus Alexandriæ dissidentes ad concordiam reduxerit, concedendo iis, unam voluntatem & operationem in Christo esse: ut ab iis vicissim obtineret, duas in eodem esse naturas.

3. Quomodo Sophronius isti formulæ compositionis contradixerit; asserendo, oportere duas in Christo operationes & voluntates statui.

4. Quomodo ipse Sophronium jusserit Patrum testimonia proferre, quibus asserantur duæ operationes in Christo. Quod cùm non potuisset præstare: jusserit eum quiescere; ne turbæ excitentur novis phrasibus. Nam utraque phrasi plurimos offendi. Et quod Sophronius [illegible] sententiæ acquieverit.

5. Quomodo ad Imperatorem, Mennæ librum ad Vigilium, de unâ voluntate & operatione scriptum, miserit, eiq; suaserit, ut permaneat in avitâ Patrum doctrinâ; & non sinat nova inquiri, quæ turbas dent in Ecclesiâ.

Et Epistola Honorii ad Sergium; quæ etiam tota legitur. In eâ autem Honorius planè probat sententiam Sergii. In [illegible] it enim inter alia: *Non oportet ad dogmata hæc ecclesiastica retorquere, quia neq; syn[illegible]ales apices super hoc examinantes, nec*

dei, neq; aut [illegible] ut unam vel duas eum [illegible] praedicare, quae neque Evangelica vel [illegible] aliqua neque Synodalis examinatio super hoc habita, ut assunt terminasse: nisi fortassis (sicut praefati sumus) quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condescendentes ad informandas mentes atque intelligentias parvulorum: quae ad ecclesiastica dogmata trahi non debent: quae unusquisque, in sensu suo abundans videtur secundum propriam sententiam explicare. Nam, quia Dominus Jesus Christus, Filius ac Verbum Dei, per quem facta sunt omnia, ipse sit unus operator divinitatis atque humanitatis, plenae sunt sacrae literae, luculentius demonstrantes. Utrum autem, propter opera divinitatis & humanitatis, geminae operationes debeant derivata dici vel intelligi, ad nos ista pertinere non debent: relinquentes ea Grammaticis, qui solent parvulis exquisita derivando nomina vendicare. Nos enim non unam operationem, vel duas, Dominum Jesum Christum, ejusque sanctum Spiritum, sacris literis percepimus, sed multiformiter cognovimus operatum. Scriptum est enim: * Si quis Spiritum Christi non habet, hic ejus non est. Et alibi: * Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Divisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Si enim divisiones operationum sunt multae; & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur: quantò magis capiti nostro Christo Domino haec possunt plenissimè coaptari? Ut caput & corpus unum sit perfectum: ut perveniamus (sicut scriptum est *) in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Si enim in aliis, id est, in membris suis, Spiritus Christi multiformiter operatur; in quo vivunt, moventur & sunt: quanto magis per se ipsum mediatorem Dei & hominum, plenè ac perfectè, multisque modis & ineffabilibus, consortio communione utriusque naturae, condecet operatum? Et nos quidem secundum sanctiones divinorum eloquiorum: oportet sapere ut liberare, illa videlicet refutantes, quae quidem novae voces nostram [illegible] sanctis Dei Ecclesiis scandala generare: ne aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos, nos vesana sapere arbitrentur: aut certè, si rursus unam operationem Domini nostri Jesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur: praecaventes, ne, quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres & redivivos ignes flammivomarum denuo renovent quaestionum: simpliciter atque veraciter confitentes, Dominum Jesum Christum unum operatorem divinae atque humanae naturae: electius arbitrantes, ut vani naturarum ponderatores, otiose negociantes, turgidi adversus nos insonent vocibus ranarum Philosophi; quam ut simplices & humiles spiritu populi Christiani possint remanere jejuni. Nullus enim decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, discipulos piscatorum. Eorum enim doctrinam sequentes omnia argumenta scopulosa disputationis callida, atque fluctivaga, intra eorum retia sunt collisa. Haec nobiscum fraternitas vestra praedicet; sicut & nos ea vobiscum unanimiter praedicamus: hortantes vos, ut, unius vel geminae novae vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, unum nobiscum Dominum Jesum Christum, Filium Dei vivi, Deum verissimum, in duabus naturis operatum, divinitus atque humanitus, fide orthodoxa, & unitate catholica praedicetis. Et subscriptio: Deus te incolumem custodiat, dilectissime atque sanctissime frater.

Secundò, Patres [illegible] ad Cyrum, & Sergii ad Honorium & Honorii ad Sergium, contulerunt cum codice epistolarum ex Bibliotheca allato: & pronuntiant, omnia constare.

Tertiò, [illegible] Judices petunt, ut Synodus sententiam pronuntiet [illegible] is Sophronii, & de epistolis Sergii & Honorii jam [illegible] Verùm illi rejiciunt eam rem in sequentem consessum.

Quartò, Imperator per Judices quaerit: an Macarium liceat in proprium sedem restitui, si, abjecto errore, veram sententiam amplectatur? [illegible] nodus respondet: Non posse eum restitui, cum adhuc mordicus defendat suam opinionem.

Quintò episcopi & clerici sub sede Antiochena, petunt [illegible] archiepiscopum, in locum Macarii dejecti.

¶ In actione decima-tertia, cùm iterum convenissent Patres die [illegible] & relegissent pro [illegible] priora; iterum a Judicibus admoniti, hujusmodi protulerunt sententiam, de scriptis hactenus lectis in hunc modum.

Secundùm promissionem, quae a nobis ad vestram gloriam facta est retractantes dogmaticas epistolas, quae a Sergio quondam Patriarcha hujus a Deo conservandae regiae urbis scriptae sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat episcopus Phasidis, quam ad Honorium quondam Papam antiquae Romae, similiter autem & epistolam ab illo, id est, Honorio, rescriptam ad eundem Sergium: hasque invenientes omninò alienas existere ab Apostolicis dogmatibus & à definitionibus sanctorum Conciliorum, & cunctorum probabilium Patrum, sequi verò falsas doctrinas Haereticorum: eas omni modo abjicimus, & tanquam animae noxias exsecramur. Quorum autem (id est, eorundem) impia exsecramur dogmata, horum & nomina à sancta Dei Ecclesia projici judicavimus: id est, Sergii, quondam praesulis hujus a Deo conservandae regiae urbis, qui aggressus est de hujusmodi impio dogmate conscribere, Cyri Alexandriae, Pyrrhi, Petri & Pauli, qui & ipsi praesulatu functi sunt in sede hujus a Deo conservandae civitatis, & similia eis senserunt: ad haec & Theodori quondam episcopi Pharan: quarum omnium suprascriptarum personarum mentionem fecit Agatho, sanctissimus ac ter-beatissimus Papa antiquae Romae, in suggestione, quam fecit ad piissimum & a Deo confirmatum Dominum nostrum, & magnum Imperatorem; eosque abjecit, utpote contraria rectae fidei sentientes: quos anathemati subjici definimus. Cum his verò simul projici a sancta Dei catholica Ecclesia, simulque anathematizari praevidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquae Romae, eo quod invenimus per scripta, quae ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem secutus est, & impia dogmata confirmavit. Pertractavimus autem & Synodica Sophronii, venerabilis memoriae quondam archiepiscopi sanctae Dei Hierosolymitanae civitatis: & has reperientes cum verâ fide convenientes, Apostolicisque, & sanctorum atque probabilium Patrum doctrinis parere, utpote quae sunt orthodoxa, recepimus, & ut salubria sancta catholica & apostolica Ecclesia suscepimus; & nomen ejus inferri sanctis diptychis sanctarum Ecclesiarum, justum esse judicavimus.

Deinde Judices gloriosissimi jubent, Antiochenae sedis episcopos & clericos decretum facere, de eo, quem velint episcopum habere, & Imperatori offerre. ac petunt à Synodo, ut scripta Pyrrhi, Pauli, Petri, Cyri & Theodori, ex Bibliothecâ proferant; & de iis quoque sententiam ferant. Patres quidem respondent; opus non esse: cùm eorum haeresis sit aperta; & ab Agathone etiam ipsi damnati. Sed instantibus Judicibus consentiunt, ut scripta illa proferantur, & legantur.

Recitantur autem in Synodo: 1. duae Epistolae Cyri ad Sergium, & exemplar satisfactionis factae inter Cyrum & Theodosianos.

2. Codex Theodori ad Sergium.

3. Pyrrhi liber, de voluntate & operatione.

4. Exemplar Epistolae Pauli ad Theodorum Papam Romanum.

5. Epistola Petri ad Vitalianum.

Synodus autem de iis pronuntiat: quòd justè & rectè ab Agathone eorum autores sint damnati.

Porrò, relegunnir etiam Synodica [illegible] Thomâ, Johanne, & Constantino. Sed quia in iis nihil reperitur de una voluntate Christi, & Georgius Chartophylax jurejurando affirmat, se nihil tale in [illegible] eorum libellis reperisse: Synodus pronuntiat eos orthodoxos, & jubet nomina eorum in diptychis conservari.

Proferuntur etiam Honorii Epistola Latina ad Sergium, Epistola Pyrrhi ad Johannem Papam Romanum & alii libelli: quos lectos Synodus damnat, & concremari jubet.

¶ In actione decima-quarta, die 2. Aprilis, fit inquisitio de libro Mennae ad Vigilium, & de libris duobus Vigilii ad Justinianum & Theodoram, repertis inter Acta quinti Concilii in quibusdam codicibus: & deprehenditur certorum hominum testimoniis, Macarium & Stephanum Haereticos, libellos istos codicibus inseruisse. Quare Synodus tandem hanc promulgat sententiam:

Anathema libro qui dicitur Mennae ad Vigilium, & qui eis [illegible] xerunt sive scripserunt! Anathema libellis qui dicuntur facti fuisse a

Viglio

* Rom. 8. vers. 9.
* 1. Cor. 12. vers. 4. 5. 6.
* Ephes. 4. vers. 13.

Vigilio ad Justinianũ & Theodorã divæ memoriæ qui & fuit demonstrati! Anathema simul, qui falsaverũt Acta sancti & universalis quinti Concilii! Anathema, qui docuerunt & exposuerunt, docentibusq́; vel postea docentu, unam voluntatem & unam operationem, in incarnationis dispensatione Domini nostri JESU CHRISTI, veri Dei nostri, unius de sancta Trinitate! Sanctorum quatuor Conciliorum sempiterna memoria! Sancti quinti Concilii sempiterna memoria! Multos annos Imperatori Constantino! Magno Imperatori multos annos! Pacifico Imperatori multos annos! Conservatori rectæ fidei multos annos! Fili Dei, da illi vitam! Fili Dei, da victoriam illi!

Deinde, episcopi in C. pio, ex Athanasio proferunt testimonium, de duabus in Christo voluntatibus & operationibus.

Tertiò, Domitius Plusiados episcopus Polychronium accusat; quòd Macarii & Stephani errores passim disseminaverit, & multos seduxerit: & petit, ut accersatur, & cognoscatur ejus sententia. Sed Patres in sequentem sessionem ista reservant tractandi.

¶ IN ACTIONE decimâ quintâ, die 26. Aprilis, cùm ad Patres ingressus esset Polychronius monachus; gloriosissimi Judices & Synodus dixerunt: Edicat Polychronius, religiosus presbyter & monachus, quæ de fide ejus sunt: quomodo confitetur incarnatio dispensationem Domini nostri JESU CHRISTI, veri Dei nostri qui unus est de sancta Trinitate. Polychronius religiosus monachus dixit: Ego expositionem fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo Filium Dei, ut suscitet eum. Sin autem non resurrexerit: ecce Concilium & Imperator, quæ eis placuerint, in me faciant. Sanctum Concilium dixit: Qualem expositionem fidei tu supra mortuum poneres, ut resurgat, agnoscere volumus.

Polychronius, religiosus presbyter & monachus, dixit. Ego pono expositionem meam supra mortuum: & tunc eam relegetis. Sanctum Concilium dixit: Ecce, mortuum præparatum est. Expositionem ergo fidei tuæ profer, quæ debeat superponi mortuo, ut suscitet eum, sicut dixisti. Et protulit idem religiosus Polychronius chartulam bullatam, bullâ exprimente monogrammum Polychronii confessoris, quæ habebat superscriptionem: Constantino à Deo coronato, & sapientissimo magno Principi, Polychronius. Et dixit: In hoc est fides mea: & ita mihi ostendit Deus, ut ponam eam super mortuum & si non surrexerit, ut prædixi; quia & Imperator & Concilium, quomodo jusserint, mi[...] Sanctum Concilium dixit: Chartula, quæ prolata est à Polychronio religioso monacho, desbulletur atque relegatur. Et dis bullata est ... modi chartula. Quam accipi[e]ns Antiochus, religiosus lector & notarius sanctissimi patr[iarchæ] Constantinopoleos, relegit prædictam chartulam, h[ab]entem ... verbis ita: Constantino à Deo coronato, ac mansuetissimo magno Principi. ego Polychronius, tanquam præsens saluto & adoro: & quia vidi multitudinem virorum & candidatorum, & in medio virum, cujus virtutem narrare non valeo, dicentem mihi: Quia novam fidem componis, festina; & dic Imperatori Constantino: Non facias novam fidem, neq; acquiescas. Et [eu]ntem me ab Heraclea Chrysopolim, & stante me in solario hora erat quasi septima diei vidi virum terribilem, candidatum valde & stetit coram me dicens: Quia, qui non confitetur unam voluntatem & deivirilem operationem, non est Christianus. Ego autem di[xi] ... & Constantinus sapientissimus Imperator pr[æsc]ruit, unam voluntatem & deivirilem operationem. Ille autem dixit: Multum bene & Deo placitè.

... Concilium ... Edicat Polychronius religiosus ... litera, quæ in ... continentur chartula, propria ... exsistunt & ipsa ... chartula, quæ debeat super mortuum po... eum. Polychronius religiosus mo... Ita est Domini. Propria mea manu exsistunt. Et ... est chartula, quæ debet à me superponi mortuo, eumq; resuscitare. ... & ... Concilium, dixerunt: Providimus, ut chartula, quæ relecta est, super mortuum ... ab eodem Polychronio juxta propositionem quæ ab eo facta est ... saccum palatium in lo[co] publ[ico] ... entia nostra & ...: quaq; inveniatur ... satisfactionem Christo amabilis po[puli] ... qualiter D... veritatem demonstret. Et ... eis exitibus ... & sancto Concilio, & plurimo congregato, ... atrium pub[lici] lavacri quod dicitur

A Zeuxippus, appositus est ei in argenteo exsequiali feretro mortuus: similiter coram gloriosissimi Judicibus, & his qui erant ex sancto Concilio, plurimoq; Christo amabili populo ibidem invento, superassistens idem Polychronius, posuit supra ipsum mortuum hujusmodi fidei suæ chartulam, perq; plures horas perseverans, & insusurrans ei, nihil horum, quæ ab eo stolidè ac blasphemè promissa fuerant, valens peragere; idem Polychronius dixit: Nullatenus se posse mortuum suscitare. Populus itaq; qui ibidem

B aderat, exclamavit, dicens: Novo Simoni anathema! Polychronio seductori populi anathema!

Et iterum ingredientes, & gloriosissimi Judices, & sanctum ac universale Concilium, in Secretario sacri palatii, quod appellatur Trullus, præsente eodem religioso presbytero & monacho, dixerunt: Edicat iterum Polychronius monachus; si confitetur duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, in incarnationis dispensatione Domini nostri JESU CHRISTI, veri Dei nostri, qui unus est de sancta Trinitate? Polychronius religiosus monachus dixit: Sicut continet

C chartula, quam obtuli, & posui supra mortuum, ita credo unam voluntatem & deivirilem operationem. & alterum quid non dico. Gloriosissimi Judices, & sanctum Concilium, dixerunt: Chartam, quam obtulisti, quis scripsit? Polychronius dixit: Propria mea manu exsistit. Sanctum Concilium dixit: Postquam Polychronius monachus in proprio errore usq; in finem perseveraverit; nunc autem etiam à nobis commonitus, quomodo sentias de humanatione Domini nostri JESU CHRISTI, veri Dei nostri, conatus est tentare Spiritum sanctum & blasphemiã componens chartulam, obstinanter ausus est ponere eam super

D mortuum; & ad firmitatem blasphemiæ, quæ in eã fuerat scripta, ut non dicamus fide hujusmodi mortuum resurrecturum: nos (juxta quod dictum est à sancto Paulo apostolo) anathemati jam hunc secundùm animam submisimus sed ad satisfactionem Christo amabilium populorum, quorum plurimos præteritis temporibus, tam ipse, quam ejus consentanei, deceperant, permisimus, talem ejus præsumtionem, dæmoniosamq; ac temerariam propositionem, publicè fieri; & mortuum, quem quæsierat, in medium deduci in præsentiâ nostrâ, & gloriosissimorum Judicum, & multitudinis Christo amabilis populi. Ille proposuit, tale ejus impium scriptum

E superponens, & plurimam horam, quantam ipse voluit, superassistens eodem mortuo, & supersusurrans intra semetipsum quæque putavit: donec dixit, non se posse facere. Quomodo namque esset possibile, blasphemantem in Deum virtutes operari? Unde prædiximus, hunc, tanquam seductorem populi, & deceptorem, & manifestum hæreticum, omni sacerdotali ordine & officio denudari. Et deposito eo, sanctum Concilium exclamavit: Polychronio hæretico, & consentaneis ejus, anathema! Macario & Stephano, similibus Polychronio, anathema! Trinitas istos tres deposuit.

Gloriosissimi Judices, & sanctum Concilium, dixe-

F runt: Sufficiunt, quæ hodiernâ die acta sunt.

¶ IN ACTIONE decimâ sextâ, 9. die Augusti, Constantinus, presbyter ecclesiæ Apamensis secundæ Syriæ, in cõsessum admissus, inquit: Veni ad sanctum unum divino congregatum vestrum Concilium, ut instruam vos. quia, si audiremus assem hoc anno; non habuissemus perpeti hoc, quod passi sumus in prælio. Volui enim ingredi in Synodo, & rogare, ut pax fieret, quatenus aliquod Henoticum, id est, adunatorium, fieret in medio; ut neque illi neque isti contristarentur; hoc est, qui dicunt unam voluntatem, & qui dicunt duas voluntates. Et profectus sum ad

G Theodorum Patricium strategum, & rogavi eum, quatenus ipse pro me loqueretur ad Synodum; & fieret charitas & pax, quia pacem & charitatem plus omnibus diligit Deus. Et nunc, si jubetis, nt, quod mihi Deus dedit de fide, conscribam Syriacè; & interpretetur Græcè. Sancta Synodus dixit: Quemadmodum proprietates indictâ insinuasti nobis Græcè; similiter & quæ fidei tuæ sunt, dic tu. Constantinus presbyter dixit. Indulgeas, Domini, accipiam sex diernus, & scribam apud me fidem meam: & deferam eam ad sanctum vestrum Concilium. Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: Juxta propositionem tuam

H advenisti ad nos; ut debeas, quæ fidei tuæ sunt, dicere. Necessarium ergo exsistit, ut confestim, quæ fidei tuæ sunt, edicas nobis; & modum Henotici, id est, adunatorii, quod dixisti fieri. Constantinus religiosus presbyter dixit: Ego duas naturas dico, sicut dictum est in Chalcedone, & duas proprietates: &

de opera-

de operationibus contentionem ... sicut proprietates eas dicitur: voluntatem vero unam dico personæ Dei Verbi ipsius subsistentiæ. Nam si vir ... scire veritatem bene, quid sit Hypostasis, id est, subsistentia, Græce ... Voluntatem vero dico esse personæ Dei-Verbi, ... post incarnationem. Patris quippe, Filii, & Spiritus sancti, una est voluntas.

Gloriosissimi Judices & sancta Synodus dixerunt: *Ipsa una voluntas, quam dicis in dispensatione incarnationis Domini nostri Jesu Christi, divina ejus natura est, an humana ejus natura?* Constantinus religiosus dixit. *Divinitatis dico esse voluntatem.* Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: *Humana natura Domini nostri Jesu Christi habuit voluntatem, an non?* Constantinus religiosus dixit: *Naturalem etiam habuit. Habuit namque, eam ab utero usque ad crucem: & proprietatem hanc dico, & proprietas est.* Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: *Quid ergo? Ab ipsa cruce naturam humanam deseruit Christus?* Constantinus religiosus dixit: *Non mansit cum eo humana voluntas, sed mansit cum sanguine & carne: quia non indiget, neque comedere, neque bibere, neque dormire, neque ambulare.*

Gloriosissimi Judices & sancta Synodus dixerunt: *Antè hoc effatus es, quod unam voluntatem habuit persona Dei Verbi, & post hoc dixisti, quia naturalem habuit volūtatem humanitas ejus. Unde secundum sermones tuos, unam habuit personalem voluntatem, & unam naturalem: & quomodo tu unam voluntatem sentis in Christo?* Constantinus religiosus dixit: *Christus deseruit & exsuit eam in carne & sanguine.* Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: *Ubi itaque remansit ipsa caro & sanguis?* Constantinus religiosus dixit: *Exsuit eam.* Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: *Quis exsuit carnem?* Constantinus religiosus dixit: *Christus.* Gloriosissimi Judices, & sancta Synodus, dixerunt: *Et humanam voluntatem simul exsuit cum carne?* Constantinus religiosus dixit: *Etiam, Domini, voluntatem illam.* Gloriosissimi Judices, & sanctum Concilium, dixerunt: *Macarius, qui fuit patriarcha Antiochiæ, sic credebat, ut dicis?* Constantinus religiosus dixit: *Etiam, Domini: sicut ego dico unam voluntatem; ita & Macarius dicebat. Sic namque & ex eo audivi.* Sancta Synodus dixit. *Ita sentis, & ita perseveras usque ad finē in hac secta?* Constantinus religiosus dixit: *Etiam, Domini, sic sentio, & sic credo, & non est possibile aliter.* Sancta Synodus exclamavit: *Hæc secta Manichæorum est: hæc est fides Apollinaris. Anathema illi cū dogmatibus suis! Novo Manichæo anathema! Novo Apollinario anathema! Foràs mittatur Manichæus. Omnibusque Hæreticis anathema!*

Deinde, a G... io, episcopo Constantinopoleos, Synodus admonita, in exclamationibus nominatim personas hæreticorum anathematizat: nimirùm Theodorum Pharanitanum, Sergium, Cyrum, Honorium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Macarium, Stephanū, Polychronium, Apergium Pergentem; & omnes qui suffragantur Hæreticis.

Tertiò, gloriosissimi Judices dixerunt: *Edicat sanctum & universale vestrum Concilium, si quicquam de his, quæ ad scrupulosiorem indagationem pertinent, relictum est super præsente Capitulo, & debeat ampliorem scrutationē & inquisitionem circa id adhibere Sanctitas vestra.* Sancta Synodus dixit: *Sufficienter quidem habent quæque usque nunc gesta sunt ac decreta, & ad præsentem dogmaticam inquisitionem intendunt. In sequenti verò, inspiratione sancti & vivifici Spiritûs, definitionem rectæ fidei convenientem synodaliter statuemus.*

¶ IN ACTIONE decimâ-septimâ, 11. Septembris, Indictione ... definitoria sententia Synodi promulgatur, in hunc modum.

Unigenitus Dei Patris Filius & Verbum, qui per omnia similis nobis absque peccato factus est, homo Christus, verus Deus noster, per evangelicas voces flagranter prædicavit: * Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris; sed habebit lumen vitæ. *Et iterum:* * Pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis. *Ac proinde divinitùs editā pacis doctrinā, Deo instruente, mansuetissimus noster Imperator institutus propugnator quidem est rectæ fidei, expugnator verò pravæ doctrinæ: hoc sanctum universale nostrum congregans collegium, totius Ecclesiæ adunavit compagimem. Unde hoc sanctum nostrum universale Concilium, impietatis errorem nunc usque, qui a quibusdam temporibus factus est, procul abjiciens, sanctorum autem ac probabilium Patrum in ... sense recto tramite iter consecutum, sanctasque & universales quinque Synodos pie in omnibus eis consonuit trecentorum (inquimus), decem & octo illustrium Patrum, qui in Nicæam convenerunt adversus Arium, ... & ei, qui a 150. à Deo inspiratis viris, post hanc, apud Constantinopolim, adversus Macedonium, impugnatorem Spiritûs, & Apollinarem impium, similiter & ei, quæ in Epheso primùm adversùs Nestorium Judaica intelligentia, congregata est ducentorum venerabilium virorum, atque ei quæ in Chalcedone, sexcentorum triginta Deo inspiratorum Patrum, adversùm Eutychen ... Dioscorum Deo odibiles: super has & ultimæ harum quintæ sanctæ Synodi, quæ hic congregata est adversus Theodorum Mopsuestenum, Origenem, Didymum & Euagrium, & scripta Theodoreti adversùm duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & epistolam quæ dicitur Ibæ ad Marim Persam scriptam, immutilatas quidem in omnibus pietatis renovans sanctiones; profanas verò impietatis expellens doctrinas. Et id, quod est a 318. Patribus editum, & dehinc à 150. Deo insistuente confirmatum est, quod etiam cæteræ sanctæ Synodi, ad extinguendam omnem pestiferam hæresin, alacriter susceperunt & confirmaverunt, Symbolum. Et hoc nostrum sanctum & universale à Deo inspiratum consignavit Concilium, Symbolum Nicænum trecentorum decem & octo.* Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum JESUM Christum, Filium Dei, qui natus est ex Patre, unigenitum, hoc est, de essentia Patris, Deum de Deo lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum; non factum: consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo & quæ in terrā: propter nos homines, & propter nostram salutem, descendentem de cœlo, incarnatumque & humanatum, passum, & resurgentem tertiā die, & ascendentem in cœlum, & venturum judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, quia erat aliquando, quando non erat; &, antequam nasceretur non erat; & quia ex nihilo factus est; vel ex alterā substantiā vel essentiā dicentes esse, aut vertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica Ecclesia & apostolica.

Et 150. sanctorum Patrum, Constantinopoli congregatorum. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum JESUM Christum, Filium Dei unigenitum; qui ex Patre natus est ante omnia secula: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum: consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt: propter nos homines, & propter nostram salutem, descendentem de cœlis, & incarnatum de Spiritu sancto & Mariâ virgine, & humanatum; crucifixumque pro nobis sub Pontio Pilato, & passum, & sepultum, & resurgentem tertiā die secundùm Scripturas, & ascendentem in cœlos, & sedentem ad dexteram Patris, & iterum venturum cum gloriâ, judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem; cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma, in remissionem peccatorum: speramus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

Sufficiebat quidem, ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem atque confirmationem, pium atque orthodoxum hoc divinæ gratiæ Symbolum. Sed quoniam non desistit ab exordio adinventor malitiæ, cooperatorem sibi Serpentem inveniens, & per eum venenosam humanæ naturæ deferens mortem, & ita organa ad propriam suæ voluntatem apta reperiens: Theodorum dicimus qui fuerat episcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt hujus regiæ urbis antistites, insuper & Honorium, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum, qui Alexandriæ tenuit episcopatum; Macarium quoque, qui nuper fuerat Antiochiæ præsul, & Stephanum ejus discipulum non vacavit per eos plenitudini Ecclesiæ erroris scandala suscitare, unius voluntatis, & unius operationis in duabus naturis, unius de sanctâ Trinitate Christi, veri Dei nostri, orthodoxæ plebi unisonè disseminando hæresim, consentaneam insanæ ac malitiosæ sectæ impiorum, Apollinaris, Severi, atque Themistii: & perfectionem humanitatis

* Johan 8 vers. 12.

* Johan 14 vers. 27.

[illegible] *stemq;* [illegible] *molita est per quandam dolosam adinventionem* [illegible] *involuntariam & inoperatiu* [illegible] *qua* [illegible] *aliter animata est. infamiter* [illegible] *ita* [illegible] *ut Christus Deus noster fidelissimum* [illegible] *em* [illegible] *um David,* [illegible] *rum secundum cor suum inventum* [illegible] *tuine* [illegible] *um oculis suis & palpebris* [illegible] *dormitationem, donec per hunc* [illegible] *ostrum a Deo congregatum* [illegible] *ipsam recta fidei reperit per* [illegible] *cationem* [illegible] *enim a* Matt. 18 vers. 20. *Domino editam vocem* [illegible] *el* [illegible] *gati in* [illegible] *nomine* [illegible] *Quia* [illegible] *sancta & univ* [illegible] *& expansis manibus* [illegible] *beatissimo Aga* [illegible] *Papa* [illegible] *ad* [illegible] *unum* [illegible] *unam voluntatem* [illegible] *unam operationem* [illegible] *dispensatione Domini nostri Jesu Christi vere* [illegible] *nostri ac aque amplexa est & alteram* [illegible] *quam missa* [illegible] *Concilio quod est sub eodem sanctissimo* [illegible] *quinquaginta-quinque Deo amabilium episcoporum, ad* [illegible] *tranquillitatem, utpote con* [illegible] *Concilio & Tomo sacer* [illegible] *beati* [illegible] *antiqua Rome Leonis qui directus est* [illegible] *Rectæ fidei* [illegible] *Synodus ap*[illegible] *avit, ad* [illegible] *synodicen epistolas quæ* [illegible] *sunt a beato Cyrillo adversus* [illegible] *Nestorium, & ad Orientales episcopos.* [illegible] *quoque sancta quinque universalia Concilia, & sanctos atque probabiles Patres, consonanterque confiteri definientes,* [illegible] *nostrum Jesum Christum, verum Dominum nostrum,* [illegible] *sancta* [illegible] *consubstantiali & vitæ originem præbente Trinitate, perfectum in deitate, & perfectum eundem in humanitate. Deum vere, & Hominem vere eundem ex anima rationali & corpore: consubstantialem Patri, secundum deitatem,* [illegible] *consubstantialem nobis, secundum humanitatem: per omnia* [illegible] *nobis, absque peccato: ante secula quidem ex Patre genitum, secundum deitatem, in ultimis diebus autem eundem, propter nos & propter nostram salutem, de Spiritu sancto & Maria virgine, proprie & veraciter Dei genitrice, secundum humanitatem: unum eundemque Christum, Filium Dei unigenitum, in duabus naturis, inconfuse, inconvertibiliter,* [illegible] *parabiliter* [illegible] *cognoscendum: nunquam extincta* [illegible] *naturarum differentia propter unitionem, salvataque* [illegible] *proprietate* [illegible] *naturæ, & in unam personam,* [illegible] *in unam subsistentiam concurrente: non in duas personas partitum vel divisum, sed unum eundemque unigenitum Filium,* [illegible] *Verbum Dominum Jesum* [illegible] *quod olim Prophetæ* [illegible] *& ipse nos* [illegible] *Jesus Christus erudivit, & sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum: & duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum* [illegible] *Patrum doctrinam* [illegible] *& duas naturales voluntates, non contrarias* [illegible] *quod impii asseruerunt Hæretici: sed sequentem ejus humanam voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potius* [illegible] *divinæ ejus atque omnipotenti voluntati. Oportebat* [illegible] *voluntatem moveri* [illegible] *subjici vero voluntati divinæ* [illegible] *Athanasium. Sicut enim ejus caro Dei* [illegible] *est* [illegible] *& naturalis* [illegible] *ejus voluntas, pro*[illegible] *Dei* [illegible] *est sicut ipse ait:* Quia descendi [illegible] *ntatem meam; sed eius, qui* [illegible] me, [illegible] *propriam dicens voluntatem, quæ erat* [illegible] *nam & Ca*[illegible] *propria ejus facta est. Quemadmodum* [illegible] *sanct*[illegible] *atque immaculata animata ejus caro deificata,* [illegible] *est* [illegible] *in proprio suo statu & ratione permansit* [illegible] *humana* [illegible] *deificata, non est peremta, salvata autem* [illegible] *Gregorium, dicentem:* Nam [illegible] Salvatore intelligitur, non est contrarium [illegible] *Duas vero naturales operationes* [illegible] *vertibiliter, inconfuse, inseparabiliter, in eodem* [illegible] *Jesu Christo, vero Deo nostro, glorificamus* [illegible] *unam operationem, & humanam operationem, secundum* [illegible] *Leonem, apertissime asserentes. Agit enim utraque forma* [illegible] *alterius communione, quod proprium* [illegible] *quod Verbi est; &*

[illegible] *ar* [illegible] *exsequente* [illegible] *dabimus naturalem operationem* [illegible] *creatu*[illegible] *quod creatum est:* [illegible] *essentiam,* [illegible] *minimum est divina natura ad compe*[illegible] *tem creaturis* [illegible] *enim* [illegible] *gnoscimus, secundum* [illegible] *aliud* [illegible] *ex quibus naturis, & in quibus habet esse,* [illegible] *Cyrillus* [illegible] *inconfusum atque,* [illegible] *proferimus unum sanctæ Trinitatis* [illegible] *post incarnationem* [illegible] *nostrum Jesum* [illegible] *verum Deum nostrum esse credentes, asse*[illegible] *duas* [illegible] *naturas in una* [illegible] *subsistentia, in qua tam mira*[illegible] *passiones, per* [illegible] *dispensationem conversat*[illegible] *per* [illegible] *sed veraciter hæc demonstrat* [illegible] *ob naturalem* [illegible] *in eadem una subsistentia* [illegible] *dum, cum alterius communione, utraque natura indivise & inconfuse propria vellet atque operetur: juxta quam rationem & duas naturales voluntates & operationes confitemur, ad salutem humani generis convenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni undique cautela atque diligentia a nobis formatis, definimus aliam fidem nulli licere proferre aut* [illegible] *componere aut* [illegible] *vel etiam aliter docere. Qui* [illegible] *alterum componere vel proferre, vel docere vel tradere aliud Symbolum, volentibus converti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate vel Judaismo, aut ex qualibet hæresi: aut qui novitatem* [illegible] *vel sermonum adinventionem ad subversionem eorum, quæ a nobis determinata sunt, introducere: hos siquidem episcopi fuerint, aut clerici,* [illegible] *esse, episcopos* [illegible] *vero a clero: si autem monachi fuerint vel laici* [illegible] *anathematizari eos.*

Subscriptionum [illegible] nomina [illegible] stant in Tomo [illegible] Conciliorum.

¶ In [illegible] decima [illegible] Septe[illegible] Indictione [illegible] Synodus Imperatori offert unam definitionem subscriptam [illegible] ut ipse [illegible] confirmet. [illegible] interrogat, num omnium episcoporum consensu ea sic facta? respondent Patres: *Omnes ita credimus; omnes id ipsum sentimus; omnes consentientes & amplectentes subscripsimus, orthodoxe omnes credimus. Hæc est fides Apostolorum; hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum.* Constantinus autem inquit: *Deum testem proferimus sancto & universali vestro Concilio, quod ab* [illegible] *quolibet favore & invidia, principale desiderium* [illegible] *extitit nobis, irreprehensibilem esse & immaculatam nostram orthodoxam Christianorum fidem; & eum stabilitatam nos eam conservare in nomine Dei, secundum doctrinam atque traditionem, quæ tradita est nobis, tam per Euangelium, quamque per sanctos Apostolos, & per statuta sanctorum quinque universalium Conciliorum, sanctorumque probabilium Patrum. & non mediocriter nos probus desiderium coarctabat, ex quo (jubente Deo nostro) auctoraliter accepimus solium imperii nostri. Cum ergo Deo placuit tempus concedere, invitavimus fieri collectionem vestram ad considerandum verba sancta Dei Scripturæ, omnemque vocum prave assertionum novitatem, quæ adjecta est ad intemeratam nostram Christianorum fidem,* [illegible] *vicinis temporibus a qu*[illegible] *impie prava sentientibus, expellendam, mundissimamque* [illegible] *contradendam: (sicut prædictum est) quatenus secundum sancta & universalia quinque Concilia, & statuta sanctorum venerabilium Patrum, ita eam & nos custodiamus usque in mortem. Ibi ergo judicemini* [illegible] *cum apud terribile tribunal Dei, quando futurus est judicare vivos & mortuos: si forsitan aliquam unquam conscientiam habetis, fuisse intermissum in definitione, quæ a vobis promulgata est: sed & si quisquam ex vobis forsitan volt dicere, utique examinato sermone, qui fuerit a quolibet ex vobis prolatus, ex omni parte, per gratiam & inspirationem sancti Spiritus summitatem comprehendamus sanctæ & immaculatæ fidei: quæ tradita est nobis a sanctis Apostolis, & discipulis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, veri Dei nostri & eis qui deinceps repetiti sunt, probabilibus Patribus & sanctis quinque universalibus Conciliis: quatenus uno ore, unoque corde, omnes Ecclesia Dei* [illegible] *in tempore regni nostri,* [illegible] *nostro,* [illegible] *annuntiantes verbum veritatis ejus, & perfectius extinguatur omnis hæresis a præsumtione jactantia ab ejus benignitate.*

Deinde sermonem acclamatorium Imperatori [illegible] omni ejus assensu [illegible] Fiet [illegible] Conciliorum unde petat qui v[illegible]

Tertio, ab Imperatore promulgatur edictum: in quo occasio & sententia Synodi commemoratur; & confessio veræ fidei repetitur. ac præcipitur, ut omnes hanc confessionem amplectantur; & recusantibus, præter æterna supplicia, etiam corporales pœnæ denuntiantur: nimirum, si episcopi, vel clerici, vel monachi sint, deportatio; si verò politici, & in ordine dignitatis constituti, proscriptio, & cinguli ademtio: sin verò plebeii homines; expulsio ex civitate regiâ.

¶ Duravit Synodus ultra biennium. nam octavâ (licèt alii nonâ velint) Indictione, Legati Romani, in Novembri, Constantinopolin venerunt; & post decimam Indictionem elapsam, mense Julio, reversi sunt: ut patet ex epistolâ Leonis II. *tomo 2. Conciliorum.* Et Petrus, Nicomediæ episcopus, 14. anno Constantini eam finitam esse dicit; *Distinct. 16. c. Habeo librum.*

Finito Concilio, Imperator Legatos Romanos remittit, cum literis ad Concilium Romanum: in quibus commendat eorum studium, in conservandâ verâ doctrinâ; & gratias agit Agathoni Pontifici, pro suâ instructione: & transmittit simul acta Synodi: ut patet ex epistolâ Constantini, *in 2. tomo Conciliorum.* Ad eam verò respondet Leo II. Agathonis successor: & Imperatoris pietatem celebrat; & Acta istius Synodi approbat & confirmat; & contraria sentientes excommunicat: ut constat ex ejus epistolâ ad Constantinum, *in tomo 2. Conciliorum.*

Narrat *Beda*,* & *Marianus Scotus*, & alii; Johannem, Portuensem episcopum, legatum Romani Pontificis, Missas publicè Constantinopoli, in ecclesiâ Sophiæ, coram Imperatore & Patriarchâ, Latinè celebrâsse. *Humbertus* verò, contra Nicetam, ex gestis Agathonis, hæc addit: *Tunc piissimus Princeps Constantinus interrogavit eos, qualiter Romana ecclesia, de Sacrificio corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, ordinem teneret? Illi responderunt: In calice Domini non solum debet offerri vinum; sed aquâ mixtum. Nam, si solum vinum offertur; sanguis Christi incipit esse sine nobis: &, si aqua pura offeratur; sola plebs Christiana incipit esse sinè Christo: quando utrumq; admiscetur, id est, vinum & aqua; tunc sacramentum spirituale perficitur. Oblatio verò, quæ in sacrificium altaris offertur, nullam commixtionem aut corruptionem fermenti debet habere: sicut beata virgo Maria, absque omni corruptione, Christum concepit, & peperit. Hinc in Ecclesia mos obtinuit, ut sacrificium altaris non in serico, aut in panno tincto, sed in linteo terreno, celebretur. Sic corpus Domini in sindone munda sepultum sit; & oblatio munda debet esse à fermento: juxta quod in gestis Pontificalibus à beato Sylvestro legimus esse statutum. Tunc piissimo Principi placuit hæc traditio Apostolicæ sedis.* Hinc Chronici quidam de Missæ celebratione dixerunt, in hac Synodo esse constitutam.

* Li. de Rat. temp.

SUB JUSTINIANO.

ALTERA PARS SEXTAE *universalis.*

POst annos quatuor, aut quinque, Justinianus Imperator eosdem Patres ad Synodum revocavit. Venerunt plerique omnes: atque etiam Romanus Pontifex suos remisit Legatos.

In eâdem autem Synodo, cùm repetita essent acta superiora, & approbata; Patres dixerunt: *Quoniam sanctæ universales Synodi, quinta sub Justiniano Augusto, & sexta sub Constantino patre Augusto, de mysterio fidei plenissimè disputantes, Canones non fecerunt, sicut cæteræ quatuor universales Synodi: propterea nos convenientes in hanc Imperialem urbem, sacros Canones conscripsimus.*

Testatur autem Petrus, Nicomediæ episcopus, *apud Gratianum*; * Patres in hoc Concilio, ad correctionem Ecclesiæ, condidisse, promulgâsse, & subscripsisse Canones centum & duos. Qui si extarent, de multis rebus monere Lectores possent. Nam non sinè causâ à Romano Pontifice rejecti sunt. Quosdam tamen hinc indè collectos adscribimus.

* Dist. 16. Habeo librum.

II. Canon.

Placuit huic sanctæ Synodo, ut à modò confirmata & rata sint Canonum Apostolorum capitula 85.

Gratianus Distinct. 16. dicit, fuisse secundum in ordine.

XIII. Canon.

Quoniam in Romani ordine Canonis esse cognovimus traditum, eos, qui ordinati sunt diaconi vel presbyteri, confiteri, quòd non sint jam copulentur uxoribus: antiquum sequentes Canonem apostolicæ diligentiæ, & constitutionis sanctorum virorum, legales nuptias à modo valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate adinvicem in tempore opportuno. Quicunq; ergo dignus inventus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hi nullo modo prohibeantur ad talem ascendere gradum, pro uxoris sua cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri castitatem cogantur, quòd abstinere debeant a legitima uxoris familiaritate. Item: *Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum, continentes esse in omnibus: ut a Deo possint consequi, quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præsumserit contra apostolicos Canones, aliquos presbyterorum & diaconorum privare a contractu & communione legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causâ uxorem suam expellit, excommunicetur: si vero in hoc permanserit, deponatur. Distinct. 31. c. Quoniam.*

Niceta monachus dicit, hunc esse Canonem 13. sextæ Constantinopoleos.

XI. Canon.

Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus, ea, quæ apud Judæos sunt, comedat. aut cum eis cohabitet, aut in infirmitatibus eos invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur. Si quis hoc agere initiaverit: siquidem clericus fuerit, deponatur. si autem laicus; sequestretur. Qui azymum confecerit, & comederit: etsi non acceperit hoc à Judæis, sed imitator illorum fuerit: in hoc ut Judæus intelligetur, & extra legem est. quemadmodum & si circumcidit se-ipsum, aut a Judæis circumciditur. finalis insciencia est illius, Canonesq; & instituta Apostolorum Patrumq; transgrediens.

Hunc Canonem undecimum esse, *Niceta in libello contra Latinos* annotat.

LII. Canon.

In omnibus sanctis Quadragesimæ jejuniorum diebus, præter Sabbatum & dominicum diem, & sanctæ Annuntiationis diem, fiat Missa de ante-sanctificatis oblationibus.

Hunc Canonem quinquagesimum-secundum dicit idem *Niceta*; & *Hugo Aethereanus, de Conciliis generalibus & specialibus.*

¶ In quibus sanctarum imaginum picturis, agnus, digito Præcursoris indicatus, expressus est: qui in formam acceptus est gratiæ, verum nobis per legem agnum Christum, Deum nostrum, ostendit. Veteres igitur typos, & adumbrata veritatis symbola, præfigurationesq; Ecclesiæ traditas, amplectentes; gratiam imprimis curantes, & veritatem, tanquam legis plenitudinem, acceptamus. Quò igitur perfectius, & in colorum varietate omnium oculis subjiciatur character ille, quo secundum hominem agnus, Christus Deus noster, qui abstulit peccata mundi, effigiatus est: posthac in imaginibus, pro veteri agno, erigi debere, declaramus. Per hoc enim humilitatis altitudinem Verbi Dei considerantes, & ad memoriam in carne passionis illius & salutaris mortis dispensationis, veluti manu ducti, quâ Mundo illinc contigit liberatio, cognoscimus.

Hunc Canonem legit Helias protopresbyter ex chartâ, quæ definitiones Sextæ universalis continebat, cum subscriptionibus Episcoporû; in septimæ Synodi Actione 4.

LV. Canon.

Quandoquidem comperimus quosdam in urbe Romanâ, tempore quadragesimalis jejunii, in Sabbatis, contra receptum Ecclesiæ morem, jejunare: quare visum est huic sacrosanctæ Synodo, ut etiam Romanam Ecclesiam modis omnibus obliget Canon, qui inquit: Si quis clericus fuerit deprehensus die dominico aut sabbati jejunare, excepto unico tantum sabbato, is deponatur. si verò laicus, excommunicetur.

Nicetas ibidem. In Catalogo testium veritatis, 55. Canonem esse Sextæ universalis, annotatur.

¶ Renovantes sancti Constantinopolitani decreta Concilii, petimus; ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat: non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa: sed hæc secunda post illam existens, prius,

quàm Alexandrina sedes, numeretur, deinde Antiochena; & A post eam Hierosolymitana.

[* Dist.22.c Renovantes.] Gratianus,* & Hugo de Concilits, affirmat, sextam Synodum definiisse: ut eandem habeat potestatem patriarcha Constantinopolitanus, quam haberet Romanus.

Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali jure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat.

Gratianus ex sextâ Synodo allegat.

Hugo etiam hoc citat ex sextâ Synodo.

B LXII. Canon.

Episcopum, sive presbyterum, aut diaconum, verberantes fideles, qui peccant, sive infideles inique-agentes; qui per hoc timeri volunt; deponi præcipimus. Nequaquam enim Dominus hoc nos docuit: sed, cum ipsi malediceretur, non maledicebat. Sed vos Latini manifestè disciplinatis eos, quos absolvitis, & aliquando usq; ad effusionem sanguinis. Ergo juxta sanctiones Patrum estis deponendi.

LXIII. Canon.

Itèm 63. dicit: Si quis episcopus, aut presbyter, vel diaconus, aut omninò aliquis de Catalogo clericorum, comederit carnes in C sanguine ejus, aut captum a bestiâ, vel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Si verò laicus fuerit; excommunicetur. Sed constat, dicunt, quòd Latini talibus indifferenter vescuntur. Ergo, &c.

LXIIII. Canon.

Itèm 64. præcipit: Ne quis jejunet diem sabbati, nisi vigiliâ Paschæ sit. Si quis clericus inventus fuerit diem dominicum jejunans, aut sabbatum, præter unum solum, deponatur. Si autem laicus fuerit, excommunicetur. Sed Latini fere omni die Sabbati jejunant. Ergo, &c. D

LXXX. Canon.

Itèm 80. clamat sic: Episcopus, aut presbyter, vel diaconus, militiæ vacans, & volens utrumque, Romanum principatum, & sacerdotalem dignitatem; deponatur. Nam quæ Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Sed Prælati Latinorum, & etiam Papa, assumût sibi talium dignitates; & vocantur quidam Comites, quidã Marchiones, & alii Duces, &c. Ergo.

¶ De Canonibus hujus Synodi, Petrus Nicomediensis, in secundæ Nicænæ actione 4. sic inquit: Quinetiam habeo & alterum codicem, sextæ sacræ Synodi Canones continentem, E quem in manibus sumtum, Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundem Canonem.

Sanctissimus Patriarcha dixit: Quæ hæc ignorantia, quâ plerique laborant circa hos Canones? Scandalum enim est, dubitare, num sint sextæ Synodi. Cognoscant igitur tales, sextam Synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatẽ in Christo collocant. Illi igitur Hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamq; fidem confirmantes, sub annum 14. imperii Constantini domum redierunt. Post annos igitur quatuor aut quinque, F iidem illi Patres, sub Justiniano, Constantini filio, congregati prædictos Canones ediderunt: neque hac de re quisquam dubitet. Nam qui temporibus Constantini subscripserunt, iidem illi sub Justiniano quoque præsentem hanc chartam subsignarunt: quæ res fatis clara est, ex earundem propriarum manuum immutabili similitudine.

Cùm autem non tantùm alii episcopi, sed etiam Legati Romani, subscripsissent istis Canonibus & aliis Actis hujus Synodi, in sex tomos descriptis: Imperator istos tomos Romam misit, & a Sergio postulavit confirmatio- G nem. Sed ille constus recusâvit eos approbare: propterea quòd 13. & 36. & 46. & 52. Canones Romanæ ecclesiæ adversarentur: Hugo de Conciliis. Imò nec legere ista Acta voluit. Fâ re Imperator offensus, Johannem, Portuensem episcopum, Româ Constantinopolin abduci curavit: & misit Zachariam protospatharium, hoc est, Principem militiæ; ut Sergium etiam captum deportaret. Verùm Pontifex Ravennatis Exarchi præsidio defenditur, & Zacharias de vitâ periclitatur. Liber pontificalis in vitâ Sergii, & Blondus.* & Beda.* Sabellicus.† Paulus Diaconus.* H

[* Decad.1 lib 10 * de Rat. sup. † Fun 8 lib 6 * li.6 Longob.c.4.] Romani summo studio istos Canones a Latinis ecclesiis removerunt. Unde Sabellicus & alii Historici negant, se potuisse reperire quæ tamen in hac Synodo essent constituta, ceremoniis Romanis contraria. Ideò tantùm ingenue asserunt, Justinianum, animo inquieto præditum, odio Romanorum Pontificum, ad sextam Synodum, sub Agathone celebratam, evertendam, denuò convocâsse Patres. Sed tamen Gratianus suo Decreto quosdam (ut annotavimus) inseruit. unde Chronici videntur sumsisse, qui affirmant, in sextâ Synodo tria esse acta. Primùm, damnatam hæresin Monothelitarum: ut est Distinct.16. c. Synodus. Secundum, mutatum esse statum dignitatum. Nam pro Alexandrinâ ecclesiâ, quæ secũda erat à Romanâ (Dist.22. c. Sacrosancta) Constantinopolitanam secundum locum sortitam esse. Distinct 22. c. Renovantes. Tertium, conjugium Græcis sacerdotibus concessum. Distinct 31. c. Quoniam. Johannes Toletanus, Supplementum Chronicorum, Fasciculus temporum, Rudimentum Novitiorum, Cuspinianus, & similes infiniti.

SYNODUS TOLETANA XII.

[* li 16 Hist Goth c.23] JOhannes Magnus,* tempore Euringii Regis, tria Concilia in Hispaniis Toleti habita, dicit. In tomo verò 2. Conciliorum exstant duo: quorum alterum primo; alterum quarto ejus regno inscribitur celebratum. Funccius videtur innuere; illud, quod sub Bambâ cœptum est, finitum esse anno primo Euringii.

Cæterùm, primo anno Euringii. 5. Idus Januarii, convenerunt Toletum episcopi circiter 33. & aliquot abbates, & circiter tredecim illustres aulæ viri. Præsedit Julianus archiepiscopus Toletanus, teste Johanne Magno,* licèt [* ibid.] inter subscriptores, Julianus Hispalensis archiepiscopus dicatur, in tomo 2. Conciliorum.

Rex ad Patres ingressus, offert tomum; in quo petit, ut Synodus terram pravitatis contagione repurget. Inquit enim: Quia Dominus præcepit in Euangelio, dicens:* Amen [* Matt.18. vers.19] dico vobis, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Ob hoc venerabilem Paternitatis vestræ cœtum, cum lachrymarum effusione conveni: ut zelo vestri regiminis purgetur terra contagione pravitatis. Exsurgite, quæso, exsurgite. culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos; & excitato zeli disciplinam in perfidos; superborum mordacitates extinguite; oppressorum ponderibus subvenite: &, quod plus omnibus est, Judæorum pestem, quæ in novam semper recrudescit insaniam, radicitùs exstirpate: leges quoque, quæ in eorundem Judæorum perfidiam, propter vanam gloriam, noviter promulgatæ sunt, omni examinationis probitate percurrite: & tam eisdem legibus tenorem inconvulsum adjicite, quam, pro eorundem perfidorum excessibus, complexas in unum sententias promulgate. Etenim valde nobis cavendum; ne tot antiquorum Canonum regula, quæ pro eorum erroribus sunt promulgata, nos illorum culpis obnoxios reddant: si nostri regni temporibus eorundem Canonum constructio dissoluta pertranseat: præsertim si legis illius (quod absit) Serenitatis nostræ in tempore illa clara fides institutio cesset: ubi divæ memoriæ dominus atque præcessor noster Sisebutus Rex, omnes successores suos, sub perpetuâ maledictionis censura obstrinxit; quicunque Regum mancipium Christianum Judæo servire vel famulari permiserit, &c. Post hæc illud quoque vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum; quod decessoris nostri præceptio promulgatâ lege sancivit: ut omnis, aut in expeditionem exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens. Cujus severitatis institutio, dum non per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit; dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuâ subjugavit: itaut, quia in quibusdam villulis, vel territoriis, sive vicinis, hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres redditi, & quia testificandi nullam habent licentiam; veritatis ex toto videatur interiisse censura. sicq; gemino malo terra atteritur: dum & lege, & reperienda veritatis destituitur adjumento. Unde, licet eandem legem nostra gloria mansuetudo temperare disponat: vestra tamen Paternitatis sententia hos, qui per illam infamiæ notam titulum dignitatis amiserant, revestire iterum claro pristinæ generositatis testimonio, devotissimè optat. Nunc verò misericordia præeunte, taliter hæc disponite: qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitatis adhibeat; nec tam sæva præceptio terram sub diutino infamationis jugulo premat. Nam & hoc generaliter obsecro, ut quicquid in nostra gloriæ legibus absurdum, quicquid justitiæ videatur contrarium, huma-

nitatu vestræ ... corrigatur. ... cæterum autem causis atq; negotiis, quæ novellâ competunt institutione formari, videndarum sententiarum titulis exarando conscribite: ut, quia præstò sint religiosi provinciarum rectores, & clarissimorum ordinum totius Hispaniæ duces, promulgationis vestræ sententias coram positi cognoscentes, eò illas, in commissa sibi terrarum latitudine, inoffensibili exserant judiciorum instantia, quo præsentialiter assistentes, perspicua eas nostri perceperint instituta. Omnes tamen in commune conveniò. & vos Patres sanctissimos, & vos illustres aulæ Regiæ viros, quos interesse huic sancto Concilio delegit nostra Sublimitas, per divini nominis attestationem & terribilem cunctis futuri judicii diem: sine personarum acceptatione aliquâ, vel favoio, sine alio quoque aut maligna contentionis scrupulo, aut subvertendæ veritatis studio, quæ vestris sensibus audienda secgesserint, sanâ verborum examinatione discutite, sanioriq; judicio comprobate: ut, collatarum habitâ prius deliberatione causarum, discreta nostri ordinis condatur probitas titulorum. qualiter, cum nos amor æquitatis, in negotiorum acceleratione, reddiderit fervidos; efficientia quoq; justorum operum connectat Deo perenniter sociandos. ut bonorum vestrorum actibus lætabundus, & præsentis vitæ capiam lucrum; & æternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum.

¶ Patres autem, *in initio*, pro confessione fidei, repetunt symbolum Nicænum.

Deinde, recognoscentes scriptum Bambæ, & Seniorum Palatii manu & sigillis confirmatum, & testimonium Juliani archiepiscopi, quibus indicabatur; Bambam, tonsurâ acceptâ, magistratu se-se abdicantem, Euringium eligere & exoptare successorem: eundem solenniter pronuntiant Regem, & populum a Bambæ fide & jurejurando absolvunt, & Euringio parêre jubent.

Tertiò sanciunt, ne, quis acceptâ pœnitentiâ, & signo ejus tonsurâ, ad cingulum militare redeat.

Quartò, sane juxta placitum Aulicorum decernunt: ut, quos regia potestas in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ fecerit, hos etiam Sacerdotum & populorum conventus suscipiat in ecclesiasticam communionem: ut, quod Principalis pietas habeat acceptum, non a Sacerdotibus Dei sit extraneum.

Quintò, cum Stephanus, Emeritensis episcopus, humi prostratus, & veniam petens, indicâsset, se Bambæ Regis coactu, in monasterio Villulæ, novam episcopalis honoris ordinationem contra Canones fecisse, & Convildum istic episcopum consecrâsse: Synodus, ex Epistolæ ad Titum primo, & ex Concilii Nicæni Canone 8. & Laodiceni cit. 57. & ex Concilio 2. Africano, & aliis multis, probat; tantùm in civitatibus episcopos ordinari oportere, & in iis locis, ubi antea fuissent. Ac pronuntiat, in loco Villulæ supra-dictæ sedem episcopalem non debere manere; & Convildum in sedem alicujus episcopi mortui transferendum esse. ac cavet, ne quis inposterum simile quippiam, sub pœnâ anathematis, audeat.

Sextò, allegantes dictum 1 Cor. 10.* *Nónne, qui edunt hostias, participes sunt altaris?* inferunt: *Certum est, quod hi, qui sacrificantes non edunt, rei sint dominici sacramenti*: & super hoc fundamento Canonem constituunt: *Quicunq; ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit, & ... a communione suspenderit, ab ipsâ, quâ se indecenter privavit, ... atiâ communionis anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus est tenendum: ut, quotiescunq; sacrificans corpus & sanguinem Jesu Christi, Domini nostri, in altario immolat; toties perceptionis corporis & sanguinis Christi se participem præbeat.*

Septimò, placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ atque Galliciæ, salvo privilegio uniuscujusq; provinciæ: ut licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani Pontificis judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis, & in præcedentium sedibus, præficere præsules, & decedentibus episcopis eligere successores: sic tamen, ut, quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium, proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat; qualiter ejus auctoritate vel disciplinâ instructus, condignè susceptæ ... gubernacula teneat. Quòd si per desidiam aut neglectum quislibet constituti temporis metas excesserit; quibus nequeat Metropolitani sui obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit: excepto, si regiâ jussione impeditum se esse probaverit.

Octavò, legem Bambæ, de proditorum infamiâ, relaxant; & testandi potestatem illis restituunt.

Nonò, sanciunt, ne quis uxorem repudiet, nisi ob fornicationem: & ut secùs faciens Palatinam dignitatē amittat.

Decimò, leges veteres confirmant, quæ de commemoratione priscarum ceremoniarum, & Judæorum transgressionibus, promulgatæ sunt, & de blasphematoribus sanctæ Trinitatis. *Item*, ne Judæi aut se, aut filios suos, vel famulos, a Baptismi gratia subtrahant. *Item*, ne Judæi more suo celebrent Pascha, vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne Christianum quenquā a fide Christi dimoveant. *Item*, ne Judæi sabbata, cæterasq; festivitates ritûs sui, celebrare præsumant. *Item*, ut omnis Judæus, diebus dominicis, & in prænotatis diebus, ab opere cesset. *Item* ne Judæi more suo dijudicent escas. *Item*, ne Judæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant; & ut sine benedictione Sacerdotis nubere non audeant. *Item*, ne Judæi, religioni nostræ insultantes, sectam suam defendere audeant; nec a fide refugientes, alibi se transducant: & ne quislibet refugientes eos suscipiat. *Item*, ne Christianus à Judæis quodcunq; muneris, contra fidem Christi, accipiat. *Item* ne Judæi libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat. *Item*, ne Judæis mancipia deserviant vel adhæreant Christiana. *Item*, si Judæus se Christianum esse testetur; & ob hoc non velit à se rejicere mancipium Christianum. *Item*, professio Judæorum; quomodo unusquisq; ad fidem veniens, in titulum professionis suæ conscribere debeat. *Item*, conditiones Judæorum; quas jurare debeant hi, qui ex eis, ad fidem venientes, professiones suas dederint. *Item*, de Christianis mancipiis Judæorum, quæ se non prodiderint Christiana; sive de publicatoribus eorum. *Item* ne Judæi, à quolibet potestate acceptâ, extra regiam ordinationē, Christianum quemq; impetere, plectere, vel distringere, audeant. *Item*, ut, si Judæorum servi, needum adhuc conversi, ad Christi gratiam convaluerint, libertati donētur. *Item*, ne Judæi, administratorio usu, in ordinem villicorum atque actorum, Christianam familiam redigere audeant: & de damnis eorum, qui talia ordinanda injunxerint. *Item*, Judæus ex aliis provinciis vel territoriis, ad Regis nostri ditionem pertinentibus, veniens, Episcopo loci vel Sacerdoti se præsentare non differat: ut sciat, quid eum in toto observare conveniat. *Item*, ut concursus Judæorum diebus institutis ad episcopum fieri debeant. *Item*, ut, quicunq; Judæum secum assequentem habuerit, expetente Sacerdote, eum apud se retinere non audeat. *Item*, ut cura omnis, distringendi Judæos, solis Sacerdotibus debeatur. *Item*, de damnis Sacerdotum vel Judicum, qui Judæis instituta legum adimplere distulerint. *Item*, ne judices quicquam de perfidorū excessibus, extra Sacerdotum conniventiam, judicare præsumant. *Item*, ut episcopi tunc immunes habeantur à damnis, cùm eorum presbyteros ad ea, quæ ipsi non correxerint, remiserint corrigenda. *Item*, de servatâ Principibus miserendi potestate, in iis, qui conversi ad fidē Christi veraciter fuerint. *Item*, ut Episcopi omnes Judæis, ad se pertinētibus, libellum de suis editum erroribus tradant, & ut professiones eorum, vel conditiones, in scriniis Ecclesiæ condant.

Undecimò vetant, ne quis eos, qui ad Ecclesiam fugiunt, intra triginta passus ab eâ avellat aut capiat.

Duodecimò, pœnas in idololatras & augures statuunt.

Decimotertiò, singulis annis in unaquâq; provincia, Calendis Novembris, jubent Synodum celebrari.

Postremò, gratias Deo & Principi agunt pro convocatione; & decretis subscribunt; eaq; ab 8. Calend. Februariarum valere Indicant.

Subscripsit & ipse Rex Euringius, cum suis Aulicis.

TOLETANA SYNODUS XIII.

QUarto anno Euringii, iterum Toletum Episcopi convenerunt. Rex offert tomum: in quo indicat, ...

A ... e de ac ... ne cuiuíque violentiâ ... elaxandis fiscalium exactionibus, & ... & ier ... is, ne ad palatina transeant officia: ac ro- ... um, ut de iis rebus dispiciat.

Patres *primum* confeſsionem fidei, ex Nicæno, & Constantinopolitano Symbolis, concinnant: *deinde* de capitibu p opositis decreta faciunt, quæ non exstant in tomo 2. Conciliorum.

SUB LEONTIO.

ALIAE TOLETANAE SYNODI, *sub Egita.*

EGitæ juſſu, tria Concilia Toletana, pro augendâ & conservandâ fide Christiana, convocata sunt: quæ ille non solum suâ regiâ autoritate confirmavit, verùm etiam humi prostratus, ſe-ſe ſacroſanĉti Concilii orationibus ſuppliciter enmmendavit. *Johannes Magnus.** (* *li. 16. c. 24.*)

SYNODUS SUB TIBERIO, *seu Abſimaro*

ANno Domini 698. *juxta Sigebertum*, Aquilejæ Synodus facta eſt. In eâ patres quintum univerſale Concilium, in quo ſtatutum eſt, Mariam eſſe θεοτόκον in dubium vocaverunt, propter imperitiam fidei. Sed Sergius eos de errore admonuit, & ad mentem ſaniorem reduxit. *Regino,** *Beda,** *Adon Viennensis,* † *Paulus Diaconus.**

*Ottho Prisingensis** hanc Synodum appellat Septimam; & â Sergio congregatam aſſerit.

(* *lib. 5* * *lib. de Rat. temp.* † *Aetate 6.* * *li. 6 Longob. c. 4.* * *lib. 5. c. 13.*)

C ...

CAPUT X.

DE DOCTORIBUS Ecclesiæ.

DE ASIATICIS.

I. HIEROSOLYMITANI.

ZACHARIAS, ET ALII.

HIEROSOLYMIS, hac ætate, ſicut & in totâ Aſiâ, invaleſcente paſsim Saracenorum furore, Eccleſiæ ferè penitùs interciderunt: ideoque rarus eſt Antiſtitum & Epiſcoporum numerus. Inveniuntur tamen, ante *πυρπόλησιν*, & ultimam direptionem Hieroſolymorum, epiſcopi fuiſſe; Thomas, Johannes, Neannus, Iſaac, Zacharias, & Sophronius: quorũ nomina tantùm refert *Nicephorus.** (* *li. 18. c. 56.*)

De Zachariâ autem addunt reliqui: quòd, expugnatâ urbe à Perſis, cum multis aliis una abductus, & retentus in captivitate integros annos 14. poſtea verò per Heraclium, devicto Choſroe, liberatus; & cum ligno dominicæ crucis, quod ſimul abſtulerant Perſæ, in priſtinam dignitatem reſtitutus ſit: anno Chriſti 624. *Paulus Diaconus,** *Pomponius Lætus, Honorius, & Ivo in Heraclio.* (* *li. 18. Rerum Rom.*)

SOPHRONIUS.

Poſt Zachariam numeratur Sophronius: qui & ultimus Hieroſolymorum epiſcopus habetur. Hic primùm monachus fuit prope Alexandriam: poſtea, precibus & importunitate quorundam ad epiſcopatum Hieroſolymitanum compulſus, & quaſi coactus, aſcendit: cùm illud, propter laborum & periculorum magnitudinem, quæ in ... turbulento tempore ſibi ſubeunda videbat, invitus faceret, & ſæpè multùm ... ne reluctaretur, ut ipſe de ſe conſequeritur, in epiſtola ad Sergium Conſtantinopolitanum: ... preces pro ſe fieri optat, ne oneri ſuccumbat. *in Act. 11. Synodi Conſtantinopolitanæ.*

Multum concertavit cum Cyro Alexandrino; qui, cum aliis ... hoc tempore, Monothelitarum hæreſin movit. Scripſit etiam eo nomine ad Sergium Conſtantinopolitanum: eſtque illa epiſtola poſtea in ſextâ Conſtantinopolitanâ Synodo recitata; & â conventu epiſcoporum, tanquam orthodoxa & catholica, recepta ac approbata. Præcipua ejus capita ſunt:

1. Qu... m e... tia... & tres perſonas diſtinctas, in divinitate, credat.

2. Quòd in Chriſto duas naturas, divinam ac humanam, integ... & ... um utriuſque proprietatibus, unam tamen, & in ... â tantùm perſonâ, confiteatur.

3. Quòd confuſionem naturarum in Chriſto, quam Eutyches voluit, nequaquam admittat.

4. Quòd ſeparationem etiam naturarum non concedat: neque ſentiat cum Neſtorio, qui unitionem, tantùm de conſiliorum & affectuum concordiâ, intelligat. Addit ibidem: *Non alium illum fuiſſe, qui miracula operatus ſit, & rurſus alium, qui paſſus.*

B 5. Damnat Arium, Sabellium, Manem, Valentem, Samoſatenum, Neſtorium, Eutychen, Apollinarem, Dioſcorum, alioſq; omnes, qui aliter ſentiant de Chriſto.

6. Inſpergit quædam de Creatione, de Animæ immortalitate, de Reſurrectione mortuorum, de Vitâ æternâ & Inferno. Sed ea potiùs attingit, quàm explicat.

7. & ultimò, damnat Origenis, Euagrii, & Didymi fabulas; itemque alias opiniones, cum orthodoxâ fide pugnantes: quarum longum catalogum annectit. *Actione 11. Conſtantinop.*

C Scripſit & aliam Epiſtolam ad Honorium Papam; in quâ nonnihil remiſsiùs agens, dicit: Se geminæ quoque operationis vocabulum non velle urgere ampliùs; ſi & Cyrus unam operationem abjiceret. *Ibidem.*

Invaleſcente tandem errore; cùm admonitionibus nihil proficeret: Synodum in Palæſtinâ omnium epiſcoporum coëgit, ibique Monothelitarum hæreſin anathematizavit, *teſte Paulo Diacono,** & *Zonarâ.** (* *lib. 18.* * *Tomo 3.*)

Vixit adhuc Sophronius, cùm Saracenorum Princeps Haumar urbem & templum ingrederetur: & ſpectator D fuit ultimi interitus religionis, & triſtiſsimarum calamitatum in populo ejus loci. *Paulus Diaconus.** (* *lib. 18.*)

MACARIUS, ET HELIAS.

Meminit *Metaphraſtes** & Macarii cujuſdam epiſcopi, itemque Heliæ presbyteri, apud Hieroſolymitanos: ſed non addit, quo tempore vixerint. nec aliud quippiam de ipſis commemorat, niſi quòd nomina ipſorum ponit. (* *in vita Gregorii Agrig.*)

¶ In ſextâ quoq; Conſtãtinopolitanâ Synodo, Theodorus quidã vicarius Hieroſolymorũ adfuiſſe legitur. Unde apparet, aliquas fortè reliquias Eccleſiæ ibi conſervatas E eſſe: licet idolomaniâ tota regio fuerit inquinata. *Actione 1.*

II. ANTIOCHENI.

ANASTASIUS.

ANaſtaſius, qui & Sinaita dictus eſt, (propterea quòd in monte Sinâ aliquamdiu ſe jejuniis & durioribus exercitiis maceraſſet) Antiochiæ factus eſt epiſcopus, poſt Gregorium, temporibus Phocæ. Scripſit librum, qui Ὁδηγὸς inſcribitur, id eſt, *Dux via.*

Itèm alium, cui titulus Ὅροι. id eſt, *Fines.*

F *Commentarium ſuper Pſalmum ſextum.*

Duas orationes ad Antiochenos.

Libellum contra Monophyſitas, & Acephalos.

Alium itèm *pro defenſione 4. Synodi.*

Anno Chriſti 610. morâ ſeditione à Judæis, qui ſimul Antiochiæ degebant, cum multis aliis Chriſtianis trucidatus eſt, & fœdâ morte peremtus; nimirum propriis excrementis in os ingeſtis. *Nicephorus** (* *li. 18. c. 44.*)

ANASTASIUS alter.

Succeſsit Anaſtaſio alius quidam ejus nominis, natione G Syrus, ex parentibus Jacobitis. Hic vir acris & perverſi ingenii, Eutychianam hæreſin, de unâ in Chriſto naturâ, quæ jam Orientem annos ferè 180. vario motu diſtraxerat, novâ facie politam, renovavit. Cùm enim Heraclius Imperator apud Hierapolim eſſet, ſæpè illum acceſſit: & cùm in ejus familiaritatem irrepſiſſet; impetravit, ut Antiochenus epiſcopus fieret, ſi Chalcedonenſi Synodo ſubſcriberet. Quare ſimulatâ religione, duas unitas in Chriſto naturas ſe confiteri, dixit. Atque quò incautum in ſuas partes traheret Imperatorem, interrogavit eum: quid de volunH tatibus & operationibus in Chriſto eſſet ſentiendum? num una, aut dupla dicenda? Imperator, vocis novitate percuſſus, cùm non haberet, quid reſponderet, ſcripſit ad Sergium Conſtantinopolitanũ, conſilium hujus rei poſcens. Is, cùm eſſet genere Syrus, unam voluntatem, & unam

Aceperationem … Ac… & … sententi… C… ab Heracl… interrogatus. Mo… A… Imperatorem, … circumventum, secum sentire acquievit & ipse: non ignorans, positâ unâ voluntate poni & unam naturam necesse esse. Sicque invaluit hæc hæresis in Orientalibus ecclesiis passim: donec per Saracenos omnis Christi fides & religio radicitus est exstirpata. *Paulus Diaconus.* *Sabellicus.*

MACARIUS.

Anastasio successit Macarius: qui simili modo Monothelitarum hæresin propugnans, sextâ Synodo Constantinopolitana damnatus, & ab officio remotus est: subvecto in ejus loco Theophanio, abbate Siculo. Post hunc numerantur, Petrus, Thomas, & Johannes: quorum nuda tantùm nomina invenimus *apud Nicephorum,*[a] *Bedam,*[b] *Otthonem Frisingensem,*[c] *Blondum, & Zonaram.*[c]

III. ALIORUM LOCORUM in Asia.

THEODORUS, & Gregorius.

Theodorus fuit episcopus Amathuntinus; Gregorius, Rhinocurensis: eo tempore, quo Palæstina à Persis fuit direpta. Missi enim leguntur à Johanne Eleemosinario Alexandrino in Persiam, cum magnâ vi pecuniæ: ut captivos, quot possent, ex manu hostium redimerent. *teste Metaphraste in vitâ Eleemosynarii.*

THEODORUS. ANTONIUS, Petrus. Salomon.

Theodorus fuit episcopus Mitylenes, Antonius Hypæporum, Petrus Nicomediæ, Salomon Clonæi, etiam eo adhuc tempore, quo sexta Synodus Constantinopoli est celebrata: ut apparet ex Actione 9. & 10. ubi offertur scriptum, suadens ... controversiarum; quod ipsis tribuitur. Cujus etiam nomine ipsi nonnihil suspecti, quòd in hæresin inclinarent, coguntur scribere confessionis suæ libellos. *Act. 8. Constantinop. Synodi.*

THOMARICUS.

Episcopus Apameæ, tempore Constantis, missus est ad Muthaviâ, Saracenorum Duce, in Aradum civitatem; ut suaderet ipsis deditionem: sed retentus est ab oppidanis. *Paulus Diaconus.*

STEPHANUS.

Metropolites Cypri, Heraclio, contra Phocam pugnaturo, stemma Mariæ virginis ex ecclesiâ attulit. *Paulus Diaconus.*

MACROBIUS.

Episcopus Seleuciæ Isauriæ, interest Actioni 14. Concilii Constantinopolitani, & juvat veritatis inquisitionem, quomodo Acta Quinti Concilii Constantinopolitani falsata sint, additione ... Mennæ ad Vigilium.

DOMITIUS.

Prusiados episcopus, in Sextâ Constantinopolitanâ, Stephano monacho ... senti, Adamum ante lapsum fuisse ... id est, habuisse voluntatem divinam, & fuisse convoluntarium Deo) se opponit, & graviter illud refutat. & subjicit: Si fuit convoluntarius, ergo etiam fuit concreator. *Actione 8.*

BASILIUS.

Episcopus Gortynæ, in Synodo Sextâ, conferens cum Macario hæresi ... refutat ejus argumentum, ex Gregorio Nazianzeno ... & per inversionem, binam voluntatem Christi ... & probat. *Actione 9.*

¶ Nominantur ... plurimi etiam aliorum locorum in Asiâ, qui Synodo interfuisse & subscripsisse dicuntur. *Ex Arabiâ*: Georgius ...oënsis, Plato Magidorum, N... Coracensium. *Actione ...*

Ex ...: Theodor... ...zenus, Johannes Phila...æ, Theodorus Doriorum, Sisinnius Europæorum. *Actione 17.*

Ex Ciliciâ. Theodorus Tarsensis, Stephanus Anazarbensis Johannes ... ...adensis. Johannes Corycensis. *Actione ...*

Ex Armeniâ: C... ...Georgius Camelenus, Theodorus ...inensis, Georgius ...rani... Theodorus Veritonensis Th... ...us S...ianus, Georgius Architanus, Theodorus Phasidanus. *Actione 18.*

Ex Pamphiliâ: Menas ...nus, Johannes Sidensis Phocas Dadibrensis ...us Cratiensis, C... & Petrus Conanensis Pl... ...lvensis. *Actione 1. & 18.*

Ex Pisidiâ Paulus S...politanus Stepha... Antiocheuus, Constantinus ...brius, Martinus ... *Actione 1.*

Ex Lyciâ: Polyeuctus M...rarum ...orus Rhod... ...marcus Sidoniorum, Georgius Oenandrorum, Johannes Carpathi, Theodorus Daddalorum. *Actione 1. & 18.*

Ex Ioniâ. Theodorus E...esinus, ...eorgius Miletinus. *Actione 17.*

Ex Lydiâ Marinus Sardensis, Andreas Celandinus, Theodorus Daldenus, Johannes Se...tenus. *Actione 18.*

Ex Lycaoniâ: Constantinus Barathanus, Paulus Iconiensis, Theodorus S...ensis. *Actione ...*

Ex Galatiâ Sergius Sinopensis, Johannes Pessinuntinus, Martyrius Juliopolitanus, Michaël Asponensis, ...enesius Anastasiopolitanus, Stephanus Uranopolitanus, Andreas Mioicenus, Plato Cinnensis, Solomon Claneensis.

Ex Paphlagoniâ: Epiphanius Euchaitanus, Alipius Gangranus, Theodorus Pompejopolitanus, Cyprianus Claudianopolitanus.

Ex Isauriâ: Macrobius Seleucianus, Zacharias Leontopoleos, Alexander Cotaiorum, Constantinus Dalisandi.

Ex Cappadociâ: Constantinus Barathanus, Philalethes Cæsareensis, Johannes Faustinopolitanus, Anastasius Polemoniensis, Johannes Comanensis, Theodorus Thermenus, Justinus Thianus, Theophylactus Cæsarianthinus. *Actione 17.*

Ex Phrygiâ: Sisinnius Hierapolis, Antonius Hypæpæ, Genesius Anastasiopolis, Tyberius Laodiceæ, Cosmas Sinnadorum, Patricius Magnesiæ, Theodorus Pergami, Theodorus Prienes, Tiberius Amizones, Patricius Eleusorum, Cyricus Ancyræ, Petrus Apyræ. *Actione 1.12.17.*

Ex Asiâ, propriè sic dictâ: Alexander Nacoliensis, Domitius Prymnesius, Johannes Myndensis, Zoïlus Chrysopolytanus, Theodorus Mausiarrorum, Johannes Amathuntinus, Sisinnius Nitenus, Theodorus Amotiorum, Theodorus Pergamênsis, Theodorus Adranitenus. Andreas Methymnensis, Theodorus Daldenus. *Actione 17. & 18.*

Ex Lesbo: Johannes Eresiorum, Gregorius Mytilenes. *Actione 2.*

Ex Bithyniâ: Petrus Nicomediensis, Thios Longinus Photius Nicænus, Johannes Chalcedonensis, Theodorus Pryneensis, Cyricus & Johannes Adriani, Sisinnius Basilinopolitanus, Polychronius Prusianus, Johannes Daseliensis, Georgius Cadensis, Theodorus Cæsareêsis, Theopemptus Justinopolitanus, Demetrius Prusiadensis, Nirenachus diaconus Amastrinus. *Actione 17. & 18.*

Ex Hellesponto: Georgius Cyc...enus, Johannes Meti...lopolitanus, Theodorus Ibensis, Mercurius ...umanetius. *Actione 17.*

DE AFRICANIS.

I. ALEXANDRINI.

In Africâ, hac ætate, nô minor fuit paucitas Doctorum, quàm in Asiâ. Alexandriæ, antequam invaluit Mahometicus furor, numerantur, Eulogius, Scribo, Johannes Eleemosynarius, Georgius, & Cyrus.

EULOGIUS.

Eulogius in priori ætate cœpit, & tempora Phocæ attigit. Præfuit autem in universum annos 25. *teste Nicephoro.*

THEODORUS SCRIBO.

Post Eulogium, secutus est Theodorus Scribo: isque docuit annos tantùm duos. *Nicephorus ibidem.*

JOHANNES.

Johannes C. prius, a beneficentia in pauperes, Eleemosynarius dictus est. Scribit de eo *Metaphrastes*, quòd sæpenumerò se vestibus, & ecclesiam omnibus bonis exuerit, ut pauperibus prospiceret: quòd multum contulerit in exsules & captivos: & quòd nullam unquam jacturam aut diminutionem inde fortunarum senserit; sed auxerit Ecclesiæ bona in immensum: quòd cælibatum monasticum acerrimè custodierit: quòd collationes pro defunctis sedulò fieri mandârit: & id genus alia, magis & superstitionibus plena.

Johannis Alexandrini episcopi insignis pietate & doctrinâ, meminit *Platina in vita Sabiniani*.

CYRUS.

Primùm in provincia Lazorum Phasidis episcopus: postea autem per Heraclium, eò quòd Monothelitarum hæresin defenderet, Alexandriam est translatus. Multum turbavit Ecclesias suo errore: donec per Saracenos concussa fuit. Solvit quotannis Duci Saracenorum ... denariorum, pro libertate Ægypti: eamque per triennium retinuit integram. Postea verò, Heraclio conditionem retractante, tota Ægyptus in ... manus devenit: *teste Paulo Diacono*.* *lib. 18.

Plura de hoc Cyro inter Hæreticos dicemus.

DAMIANUS.

Diaconus Alexandrinæ Ecclesiæ, ob simultatem, quam erga coæqualem aluit, à Johanne Eleemosynario à communione remotus est publicè: donec cum offenso reconciliaretur. *Metaphrastes in vitâ Eleemosynarii.*

LUCAS.

Presbyter, & monachus in Africa alicubi, scripsit de novâ hæresi Maximianorum. Familiaris fuit Macario, Theopoleos archiepiscopo. Mentio ejus fit *in Actione 11. sextæ Constantinop. Synodi.*

LATINIANUS.

Episcopus Carthaginensis, Johanni Alexandrino & Severo familiaris fuit: & vixit tempore Sabiniani. *Platina in vita Sabiniani.*

III. ALII AFRICÆ Episcopi.

Nominantur in sextâ Constantinopolitanâ, etiam aliqui Africani episcopi. Unde apparet, nonnullas Ecclesiæ reliquias in hisce locis, licèt sub tristi servitute, & continuis concussionibus, mansisse superstites. In initio enim sæpè Imperatores Romani recuperationem horum locorum tentarunt, antequam potentia Turcica adeò in immensum fuit aucta, & confirmata. ut:

PETRUS, qui ... nomine Alexandrinæ Ecclesiæ. Episcopum enim neque Alexandria, neque Hierosolyma, ... tempore habuerunt, occupatæ à Saracenis: *teste Zonara*.* *Tomo 3.

Eu...tus, Cynopolitanus episcopus; Isidorus Abidensis, & Theodorus Aureopolitanus Libyæ apud Helpetios. *Actione 18.*

III. INSULARES CIRCA mare Mediterraneum.

In sextâ Constantinopolitanâ, quorundam episcoporum mentio fit ex *Cypro*, ut sunt: Stratonicus epi... ...otum, Ti...on Citii, Theodorus Thremethuntis, ... C...stantiæ, & Johannes Scobzorum. *Actione 17.*

Ex Creta, ibidem aliqui ...untur. ut: Paulus archiepiscopus ... Gortynæ. Theognius ...niensis, Basilius ...ortyniensis, Johannes ...ensis, ... Sergius Candaneensis, Georgius Choëensis, & Eutycius Melinus. *Actione 17.*

Ex Chersonese Taurica, Georgius Cadaneensis. *Actione 18.*

Ex Ponto. Johannes & Stephanus Heracleenses, Theodorus O...anus, Johannes Amasianus, & Johannes Andra...inus. *Actione ...*

DE DOCTORIBUS Europæis.

I. CONSTANTINOPOLITANI.

CIRIACUS.

De Cyriaco quædam ... Centuria ... diximus, quia ... ad ... enda ... cenorum ... erat ... tur. Phocam ... impulsum ... Imperatorem: ... professionem de orthodoxâ fide; & ... ecclesiâ. Et postea, cùm Phocas Constantinopolitanum, cum tribus filiabus, ex ecclesiâ abripere conaretur: fortiter ei se opposuit: & juramentum ab eo accepit, de illarum incolumitate. Præfuit annos undecim Ecclesiæ. *Paulus Diaconus*. * *Nicephorus*,* *Zonaras*.* *lib. 17. *lib. 18. *Tomo 3.

THOMAS.

Mortuo Cyriaco, Thomas sedem ejus accepit: qui antea diaconus, & sacellarius ejusdem Ecclesiæ fuerat. Exstruxit is in ædibus episcopalibus splendidissimam domum: quæ, in memoriam autoris, Thomaitis dicta est: & probè perfunctus suo munere annos tres, menses duos, impio Sergio sede cessit: *ut inquit Nicephorus*. Mentio istius fit *in Actione 13. Synodi sextæ Constantinop.* quòd Synodicam ad Vitalianum Papam scripserit, quæ ibi legitur: & expers erroris Monothelitarum judicatur. *Ib. cap. 44.

Zonaras,* invitâ Constantis assevit, Thomam Petro successisse, & orthodoxum fuisse: & annos duos, ac menses septem, Ecclesiam gubernasse. *Tomo 3.

JOHANNES, & Constantinus.

Post Thomam, Scriptores Sergium ponunt: verùm in Conciliorum libris alii duo adhuc recitantur, qui Thomæ successerunt; Johannes videlicet & Constantinus: quorum uterque scripsit Synodica, quæ in Sextâ Constantinopolitanâ prælecta, & examinata, pro orthodoxis recipiuntur ideoque & ipsorum nomina in sacris diptychis Ecclesiarum inveniuntur. *Actione 13 Sexta Constantinop.*

SERGIUS.

Fuit Sergius genere Syrus, Jacobita, sub Thomâ ecclesiæ Byzantinæ diaconus. Evectus ad Ecclesiæ gubernacula, Monothelitarum hæresi, quæ tunc quasi pullulascere videbatur primùm, vires addidit, eamque longè lateque propagavit. Ipso autore, Johannes Philoponus Grammaticus, librum de unione naturarum & voluntatum in Christo, qui ... inscribitur, edidit. Sed de ejus impio commento, infrà inter Hæreticos plura.

Coronavit Heraclium Imperatorem, & Eudociam sponsam ejus Augustam; itemque Epiphaniam filiam, & Heraclium, filium Heraclii, adhuc puerum: *teste Paulo Diacono*.* *lib. 18.

Occupato Heraclio expeditione Persicâ, ipse Sergius episcopus omni politica negotia omnia, cum filio Heraclii, & Bonoso Patritio tractavit, & expedivit; in deliberationes omnes & consilia aulica sese importunè immiscens. *Nicephorus*,* & *Paulus Diaconus*.* *L. 18. cap. ... *lib. 18.

PYRRHUS.

Post Sergium, Pyrrhus, per ambitionis fastum, Constantinopolitanam sedem arripuit: ut scribit de eo *Martinus Papa ad Amandum*. Isque telam, inchoatam à Sergio, longiorem texuit, multas Ecclesias errore suo implicans. Cùm autem admonitus aliquoties, per Romanam Ecclesiam, de pœnitentiâ & emendatione, frustra esset a Theodoro Pontifice & Synodo excommunicatus est: ejusdemque operâ, tandem ab Heraclio relegatus in Africâ. Mortuo ... Heraclio, Romam adiit, cum libello, in quo ... Synodia canens, errorem suum codemnavit: estque à Theodoro Papâ, non sine ... reverentiâ & congratulatione, in ecclesiam receptus ... & solenni ... Venim vi-

Româ egressus, more cani ad vomitum redit: atque in Orientis partes secedens, [illegible] contentione suum dogma propugnavit, quàm antea. Theodorus ergo accedit ad sepulcrum [illegible] Apostolorum: & sumens calicem divinum, instillat sanguinem Christi in atramentum; scribitque cum eo excommunicationem Pyrrhi. Verùm ille in suâ impietate sine pœnitentiâ perstitit: & post menses quatuor diem suum obiit. *Paulus Diaconus,* * *Liber pontificalis in Sexta Constantinopolitana, Actione 4. 5. & 13. Zonaras.* *

* lib. 18. * Tom. 3.

P A U L U S.

Relegato Pyrrho, subrogatur Paulus. Is autem antecessores suos, & impietate, & crudelitate, superat omnes. Ejus enim postulata, non solùm persuasione; sed etiam vi, fuerunt armata. Impetravit à Constante, passim affigi edicta; quibus cogerentur omnes Monothelitarum hæresi subscribere. Legatos Papæ, qui ad emendationem ejus missi erant, ipse, autoritate Imperatoris, partim exsilio mulctavit; partim, post varios tormentorum cruciatus, carceribus inclusit. Ipsum denique Martinum Papam, cum quibusdam aliis, præcisâ linguâ manuque, in Chersonam curavit deportari. *Paulus Diaconus,* * & *Liber pontificalis, in vitâ Martini; & in sexta Constantinop. Actione 4. & 13.* De hoc plura inter Hæreticos. Præfuit Ecclesiæ annos duodecim. *Zonaras.* *

* lib 19. * Tom. 3.

P E T R U S.

Successit Petrus: qui nonnihil mitiùs agens, licèt unam voluntatem in Christo non omninò abjiceret; tamen duas etiam non negavit: sed utramque locutionem in Ecclesiâ voluit retineri, ut apparet ex ejus epistolâ ad Vitalianum, quæ exstat *in Constantinop. sexta Actione 4. & 13.* Recensetur hic quoque inter Hæreticos. Præfuit annos duodecim. *Zonaras.* *

* ibid.

T H E O D O R U S.

Theodorus licèt neutri parti cuperet esse addictus; tamen Monothelitarum hæresi æquior fuit. Interrogatus aliquando per Constantinum Imperatorem, quæ causa esset distractionum inter Romanam & Constantinopolitanam sedem? respondit: Ex novitate verborum, quæ essent in ecclesiam introducta, & quòd aliqui scrutarentur incomprehensibilia Dei, hæc certamina esse mota.

Infensus Romanæ ecclesiæ, subindè institit apud Constantinum, ut Vitalianum Papam tolleret. Sed restitit pius Princeps: & commiseratus afflictæ Ecclesiæ sortem, ut vulnera ejus sanaret, coëgit universalem Synodum: in quâ explosâ penitùs, & anathematizatâ Monothelitarum hæresi, dissidia sunt sublata: ut patet ex Actis.

G E O R G I U S.

Constantinopolis episcopus, errorem Majorum suorum defendebat. Sed in Synodo convictus testimoniis sacræ Scripturæ & Patrum, suam opinionem abjecit; liberè condemnans & suum & suarum partium errorem: ut patet *ex Sextâ Constantinop. & Libro pontificali, in Agathone.*

G E R M A N U S.

Zonaras * Germanum quendam inter Constantinopolitanos patriarchas recenset: quem dicit à Constantino Pogonato post annos pubertatis castratum esse.

* Tom. 3.

C A L L I N I C U S.

Justinianus ecclesiam Mariæ, quæ Metropolita dicebatur, ad Palatium sitam, destructurus; ut in ejus locum phialam erigeret, in quâ vulgus Imperatorem exciperet: Callinicum jubebat pro more orationem recitare, quâ existimabant Divos suos placari, ut sinè ultione ferrent templorum suorum destructionem, & translationem. Sed ille respondebat, orationem se ad Ecclesiam constituendam habere; verùm nō ad ejus destructionem. Imperatore verò illum [illegible] urgente, nihil aliud dicere voluit, quam hæc verba: *Gloria Deo qui jugiter sustinens non patitur, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.* Exinde invisus Justiniano, Leontio adjumento fuit, ut imperio potiretur: *teste Zonarâ.* Verum postea, cum Justinianus postliminiò ad imperium esset reversus, Callinicum effossis oculis in exsilium Romam misit. *Paulus Diaconus,* [a] *Zonaras,* [b] *Blondus.* [c] Anno Domini 705. *Sigebertus.*

[a] lib. 19 & 20. [b] Tomo 3. [c] Dec. 1. l. 10.

II. ADRIANOPOLITANI.

A L I P I U S.

Alipius episcopus Adrianopolitanus, egit miraculosam vitam, per annos septuaginta, in Columnâ, inter cœlum & terram pendens, & omnibus tempestatum injuriis expositus: unde & Cionita dictus est. Habuit sibi adjunctos duos choros Virginum, & unum Monachorum: cum quibus alternatim hymnos & psalmos diu noctuque decantans, aërem assiduâ vociferatione complevit. Mulierculas tam strictè custodiit: ut virorum oculis nunquam aspicerentur; & moribundæ etiam Parentum conspectum non ferrent.

Tempore jejunii, quando recitavit historiam Passionis, usus est quâdam hypotyposi: faciem & corpus fœdavit unguibus; fudit lacrymas largo imbre; & adhibuit alias miras gesticulationes, & captivorum tragœdias: ut simplex turba putaret, se ipsum Christum in passione coràm videre.

Commendatur *a Metaphraste*, quòd fuerit præ Jobo sanctitate & patientiâ clarus. Sed pius Lector, juxta normam Verbi divini judicet: * *Frustra me colunt mandatis hominum.* Job miseriam divinitùs immissam patienter tulit: sed hic ex superstitione sibi-ipsi molestias exhibuit. *Coloss. 2.* *

* Matth. 15. v. 9. * vers. 23.

P L A T O.

Interfuit sextæ Constantinopolitanæ Synodo Adrianopolitanus quidam episcopus, nomine Plato. *Actione 17.*

III. EPISCOPI IN TRHACIA, & vicinis locis.

Nominantur in eâdem Synodo alii etiam horum locorum episcopi, ut: Sitinnius Heraclitanus, Georgius Bizinus, Georgius Selymbrinus, Petrus Sozopolitanus, Reginus Panensis.

Ex Carinthiâ: Theodorus Staurenopolitanus, Andreas Neapolitanus, Theodorus Miletinus.

Ex Achajâ: Johannes Atheniensis, Theodorus Lacedæmoniensis, Georgius Junopolitanus, Johannes Argorum, Stephanus Pariotum, Georgius Naxi.

Ex Eubœâ: Demetrius Tinnensis, Georgius Therensis, Johannes Thessalonicensis, Sylvanus Lemnensis.

IIII. SICULI

G E O R G I U S.

Fuit episcopus Syracusanus, tempore Vitaliani Papæ: ut apparet ex epistolâ ad eum scriptâ, quæ exstat *Conciliorum Tomo 2.*

T H E O P H A N I U S.

Fuit episcopus Bajarum. *Conciliorum Tomo 2.*

T H E O D O R U S.

Fuit episcopus Thermarum. *Ibidem.*

V. TORCELLANI.

P A U L U S.

Fuit episcopus in civitate Altinâ: ejectus autem à Longobardis Arianis, cum multis piis, commigravit in insulam Torcellum; & ibi exstructâ ecclesiâ, Deo serviit. *Sabellicus.* *

* Enn. 8. lib. 6

M A U R U S.

Subrogatus est huic defuncto Maurus: isque impetravit à Severino, Pontifice Romano; ut rata esset hæc commigratio, & destinaretur ista insula exsulibus, qui eò confugerant. *Sabellicus ibidem.*

P A U L U S.

Episcopus Patavinus, propter sævitiam Arianorum, deseruit locum; & cum quibusdam rectè-sentientibus secessit in insulam Metamaucum: ibique urbe & templo exstructis, aliquamdiu mansit, donec, fluctibus absorptâ civitate, Clodiam se receperunt. *Sabellicus ibidem.*

MAGNUS.

Magnus Altinas, episcopus Opiterginus, tempore Heraclii, vir sanctitate illustris, excisâ Opitergio a Longobardis, in stagnis cœpit locum condendæ urbis; quam in Imperatoris gratiam Heracleam dixit. nondũ enim erat Heraclius in Monothelitarum hæresim prolapsus. Factus ibi episcopus, in somno edoctus dicitur, quanta futura esset Venetiarum civitas; quæ jam erat à Patavis fundata. Exstruxit templa circa rivum altum. Sed *Dandulus*, qui scripsit de origine Venetiæ urbis, non adstipulatur. *Sabellicus ibidem, & Palmerius.*

JOHANNES.

Johannes episcopus Concordiensis, fugiens Arianum virus, Concordiam reliquit; & sedem Capulas transtulit: *teste Sabellico ibidem.*

VI. DOCTORES ITALIÆ.

Et primò

PONTIFICES ROMANI.

SABINIANUS.

Mortuo Gregorio Magno, successit Sabinianus: quem *Palmerius* Sabinum, *Nicephorus* [a] Innocentium nominat.

Patriam ejus *Panvinius* [b] Bledeum, & patrem Batium ponit: verùm alii Thuscum fuisse affirmant.

Fuerat hic vivo Gregorio maximè charus: adeò ut in legationibus ad Imperatores semper adhiberetur solus. At postquam in sedem ejus ascendit, parùm gratus erga mortuum exstitit. Statim enim, ut vidit sibi defuncti laudes obstare; nihil non tentavit, quò memoriam ejus aut penitùs tolleret, aut apud omnes redderet exosam. Finxit crimina in Gregorium: quòd ipsius tempore statuæ, & alia urbis ornamenta, fuissent collapsa; quòd exhaustum Ecclesiæ ærarium esset: & alia multa, quæ odiosè apud imperitum vulgus exagitavit. Aliquando, cùm summa fames urbem premeret, rogatus, ut in sublevandâ inopiâ hominum Gregorii pietatem imitaretur, respondit: Hominem istum nequam fuisse, & ambitiosum; captâsse popularem auram, & sic omne Ecclesiæ patrimonium dilapidâsse. *Sabellicus.* [c] Sed tamen, sæviùs urgente malo, aperuit horrea Ecclesiæ, & vendidit frumenta per multos menses vili precio *Liber pontificalis.*

Cogitavit de scriptis Gregorii tollendis. & parum abfuit, quin omnia illa igne fuissent consumta: nisi restitisset Petrus archidiaconus; qui Gregorii pietatem & virtutem prædicans, æquiorem reddidit populum: *teste Chronico Johannis de Oppido. & Catalogo Trevirensium episcoporum*

¶ Ne planè otiosus videretur, in Antichristi regno architectando, decrevit:

Ut Canonicæ horæ distinguantur, officii causâ.

Ut campanis pulsentur.

Ut lampades perpetuò in templis ardeant; præsertim in Vaticano. *teste Blondo,* [d] *Sabellico,* [e] *& Platinâ.*

Ad Pontificatum venit, anno imperii Phocæ 2. Christi 604. ut scriptores passim colligunt omnes; præter *Panvinium*, qui annum 606. ponit: perperam tamen; *ut Bibliander* [f] notat. *Otto Frigensis.* [g] *Regino.* [h]

Sedit annos 2. menses 5 dies 9. & ordinavit Episcopos 26. per diversa loca: *teste Antonino* [i] *& Honorio.* Obiit die 2. mensis Februarii, à Gregorio in somno percussus: *Sigebertus* anno Domini 607. Ultimus Romanorum patriarcha fuit. *Balaus.* [k]

[a] lib.18.c.36. [b] lib.1. [c] Enn.8.l.6. [d] Dec.1.l.9. [e] Enn.8.l.6. [f] Tab.15. [g] lib.5. [h] lib.1. [i] tit.4.c.4. [k] Cent.1. cap.68. in Append.

BONIFACIUS III.

Anno Christi 607. imperii verò Phocæ 3. electus est Bonifacius III. patriâ Romanus. *juxta Sigebertum*. & primus Papa à Scriptoribus nominatur.

Inter Romanos & Constantinopolitanos & de principatu erat contentio; quæ multis annis duraverat: ut patet ex superioribus. Nam Constantinopolitana ecclesia sese primam omnium asserebat: itidem faciebat Romana. Cum autem Bonifacius agnosceret, non posse Romanam ecclesiam summâ illâ dignitate potiri, sinè Imperatoris

A consensu, & videret, Phocam Constantinopoleos patriarchæ esse iniquiorem, propter reprehensum scelus adversùs Mauricium perpetratum; se-se insinuavit in Phocæ parricidæ amicitiam; & imaginem ejus, Romam missam, honorificè excepit; & assentando, ac cædem ejus probandu, effecit, ut Romana ecclesia caput omnium aliarum à parricidâ constitueretur. Rationes autem allegavit has:

1 Quia sedes Imperialis primitùs fuisset Romæ; & postea Constantinopolim quasi per colonias translata.

B 2. Quia etiam Imperator, non a Constantinopoli; sed à Româ, nomen duceret: gaudens titulo Romanorum Imperatorum.

3. Quia cives ipsi Constantinopolitani, non Græci; sed Romani scriberentur.

4. Quia Petrus, Apostolorum princeps, successoribus suis Romæ, non Constantinopoli, aut usquam alibi, claves, & potestatem sibi a Christo concessam, reliquisset.

Hæc sunt tam ardua & immota fundamenta: quibus, veluti columnis, omnis status Antichristi Romani, & di-C gnitas Papalis sedis, nititur.

Annuente igitur Phocâ, Romana ecclesia Pontificatûs & Papatûs nomen accepit; cum plenariâ potestate, convocandi & dimittendi Synodos, confirmandi & abolendi ea, quæ in Synodis essent decreta, &c. *ut de hoc Bonifacio differunt. Sigebertus, Ivo, Platina, Pomponius Lætus, Egnatius, Honorius. & similes in vita ejusdem.* Et congruunt. *Regino,* [l] *Ado Viennensis,* [m] *Blondus,* [n] *Speculum Vincentii.* [o]

Heinricus de Erfordiâ, [p] *Sabellicus,* [q] *Antoninus,* [r] *& Paulus Diaconus,* [s] hæc in Bonifacium IV. conferunt.

D ¶ Decrevit in Synodo episcoporum 62.

1. Ne quis in mortui cujusvis episcopi locum subrogaretur, ante quatriduum elapsum.

2. Ne quis largitionibus episcopatum aucupareiur.

3. Ne fieret electio, nisi consentiente omni clero & populo; suffragante tamen magistratu politico, & addente summo Pontifice hæc verba: *Volumus & jubemus. Liber pontificalis, Platina, & Sigebertus.*

Non diu autem in isto fastigio impietatis sedit: sed mente 9. morbo correptus, interiit. Suntque decreta ejus E simul cum ipso sublata: *ut scribit Antoninus* [t] *& Sabellicus.* [u]

[l] lib.2. [m] Ætas 6. [n] Dec.1.l.9. [o] lib.22. ca.107. [p] cap.51. [q] Enn.8.l.6. [r] ti.4.c.4. [s] lib.4. Longob. cap.11. [t] ti.4.c.4. [u] Enn.8.l.6.

BONIFACIUS IV.

Bonifacius quartus, natione Marsus, de civitate Valeriâ, ubi pater ejus Johannes egit Medicum: *teste Platinâ, & Stella.* Hunc *Antoninus* primariùs autorem ponit. At *Paulus Diaconus* [x] loco horum, unum tantùm Bonifacium recitat; cui utrumq; tribuit.

Petiit a Phocâ Pantheon: idque dono acceptum, in ecclesiam Sanctæ Mariæ & omnium Martyrum vertit, eje-F ctis simulacris Gentium; perlustrato templo anno Christi 609. *juxta Sigebertum. Beda,* [y] *& Regino.* [z] Atque ità Antichristus, vero Deo abjecto, deum alienum, Sanctos nimirum mortuos, colere, Gentilium more, cœpit.

Præmonstratensis narrat, in Pantheo sæpiùs Christianos prius à dæmonibus fuisse percussos: sed, posteaquam Sanctis dedicatum fuit, nõ item. Nam hæc res dæmones Christianis reconciliavit: & hostis armatus, atrio suo occupato, quieti se dedit.

Festum omnium Sanctorum instituit: &, ut eo die ipse G Pontifex Missam celebraret, ordinavit.

Nitidum pannum in altari semper esse jussit.

Monachus in tribum Sacerdotum adscripsit: eisq; jus concionandi, & administrandi sacramenta, dedit. *Antoninus.* [a] *Platina. & Liber pontificalis.*

Beda [b] mentionem facit duarum ejus epistolarum, quas scripsit in Angliam: unam ad Edilbertum Regem: alteram ad Laurentium, ejus loci archiepiscopum. sed exempla non exstant.

In magno precio habuit vitam monasticam: ideoq; H & propriam domum in monasterium vertit, & prædia paterna eis adscripsit: *teste Sabellico,* [c] *& Balæo.* [d]

Sedit annos 6. menses 8. & fecit ordinationes duas: ex quibus Episcopi 36. & Diaconi 9. in diversa prodierunt loca. *teste Sabellico,* [e] *Reginone,* [f] *& Blondo.* [g]

[x] lib.4. Longob.c.51. [y] lib.2.c.4. & de Rat. temp.l.b.2. [z] lib.1. [a] Tit.12. cap.13.§.1. [b] li.2.c.4. [c] Enn.8.l.6. [d] Cent.1. in vita ejus. [e] Enn.8.l.6. [f] lib.1. [g] Dec.1.l.9.

THEO-

[illegible] U S D [illegible]

[illegible] sedes mansiones [illegible] quod, mu[illegible] non potera [illegible] Deusdedit [illegible] occupatam. [illegible] Romæ Stephan[illegible] & ele-phantem osculo [illegible] *ut narrant Platina [illegible]* [illegible]

¶ Regni A[illegible] Christi gu[illegible]nat[illegible], & ampliat[illegible] decre-[illegible]:

Ne [illegible] eam de[illegible] quam qu[illegible] ex sacro fonte le-[illegible]. [illegible] parentes, qu[illegible] [illegible]os ex Baptismo [illegible] g[illegible] suscepissent, amplius in[illegible] erat [illegible] [illegible] [illegible] fieret [illegible]ratio, & m[illegible]er dotem recipe-ret, & post annum a[illegible] nuberet.

H[illegible]nc spiritua[illegible] cogna[illegible] [illegible]m traxit originem, quæ passim in Pontificum [illegible] celebratur.

Autor idem fuit, ut secunda Missa in E[illegible]cleliâ fieret. *Sigebertus in Chronico.* Itèm, ut contra Simoniacos testes esse possint meretrices, servi & publicâ infamiâ homines notati. *Luitprandus in vita ejus Blondus.* *Platina.*

Fecit ordinationes tres: Presbyteros 14. Diaconos [illegible]. Episcopos 29. *Liber pontificalis.* Obiit anno Pontificatus sui [illegible] die 3.

Sabellicus * & *Balæus* notat, nullum ex Papis hujus temporis diu fuisse superstitem: justo Dei judicio blasphemiarum architectos illos opprimente.

B O N I F A C I U S V.

Fuit natione Campanus, Johannis cujusdam filius. Subvectus ad pôtificiam dignitatem, ædificavit ecclesiam Hadriani, in quâ undecim Sancti requiescunt. fecit itèm, & dedicavit cœmeterium Nicomedis: *teste Platinâ.*

Constituit ut testamentum valeat secundùm jussionem Principis. *Vincentius.*

Ut Monachi habeant potestatem ligandi & solvendi.

Ne fugiens aliquis, quovis crimine patrato, ad sacras ædes, violenter indè abstrahatur. *Sigebertus.*

Ut sac[illegible] legi ubique sint anathemata. *Platina.*

¶ Scripsit aliquot epistolas in Angliam, quarum *Beda* * meminit. *Una*, est ad Justum, Ruffensem episcopum: cui concedit autoritatem ordinandi episcopos. & mittit ad e-[illegible] ministerium, itemq; ad alia mysteria divina, peculiare vestus genus; quod Pallium nominat: hortatur denique, ut strenuè curet ea, quæ ad majestatem Romanæ sedis ampliandam facere videantur.

In altera, Heduinum Regem hortatur; ut, relictis idolis, ad veri Dei agnitionem & cultum se convertat. & monet, ut sculptilia commentitiorum numinum confringat: probans ex sacris literis, virtutem illorû nullam esse. & inspergit quædam de potentiâ, clementiâ & bonitate Dei; de operibus trium Personarum; de creatione & redemtione generis humani: quorum summa est; *Nos justificari fide in Trinitatem, & justificatis dari spiritum sanctum.*

De Peccato incommodè sensit, asserens, *nos per Christum ab originali peccato tantum esse liberatos.*

Concludit denique cum invocatione beati Petri, quem protectorem Ecclesiæ nominat: offerens simul Regi aliqua munuscula, quæ à benedictione & nomine Petri commendat. *Beda.*

Tertia, ad Ed[illegible]bergam, Heduini Regis conjugem, est directa. in quâ i[illegible] primùm gratulatur de agnita veritate, & vera conversione ad Deum; prædicans simul bona opera quibus illa studeat. Deinde monet, ut maritum etiam ad veræ religionis amorem flectere laboret. Tandem concludit cum invocatione Petri: ut par erat eum facere, qui, vero Deo abjecto, deos alienos colebat argento & auro, juxta Danielis vaticinium. *Beda.*

Sedit annos 5. dies [illegible]. & [illegible]abuit ordinationes duas: in [illegible] Presbyteros 26. Diacono[illegible] 4. & Episcopos 29. in ver[illegible] loca procreavit. *Regino Ivo in Heraclio Sabellicus.* *Platina.*

H [illegible] I U S.

[illegible] Campanus patre Petronio viro Consulari [illegible] [illegible] competent[illegible] [illegible]. Na[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]tavit: ut templum Agnetis [illegible] Nomentan[illegible] Pancratii in viâ Aurel[illegible] [illegible] in viâ Ho[illegible] S. Apoll[illegible]aris & quatuor Coronatorum mar-tyrum [illegible]erini ap[illegible] [illegible]bem Tiburtinam A[illegible] et. apud [illegible] vestus. Hadriani in [illegible]bus toris, & Anastasii ad Aquas Salvias. [illegible]emete[illegible]um item Marcellini & Petri in [illegible] Lavicana, restituit: & Vaticanam basilicam Petri, aur[illegible] a[illegible] [illegible]toq; splendidè decoratam per totum *ut habet Chronicon Martini* [illegible] [illegible] ei texit, vel *ut alii volunt* æneis te-[illegible] ex Romi [illegible] temp[illegible], Herad[illegible] [illegible]mil[illegible] [illegible] *[illegible] ber pontificalis, Sabellicus, Platina.* & *Blondus*, qu[illegible] [illegible] [illegible]um hodie nullum Romæ consp[illegible] præter [illegible] templum [illegible]at.

Cum Monothel[illegible]tarum hæresis grassaretu[illegible] etiam ipse Honorius Pontifex, qu[illegible] amen[illegible] [illegible]mni ne errare non posse, eâ correptus est. *Blondus.* * Nam in sextâ Synodo Constantinopolitanâ allegatur ab Hæretici[illegible] [illegible] autoritas: & offeruntur literæ ejus, scriptæ ad Sergium: quæ partum manifestè unam voluntatem in Christo profitentu[illegible], [illegible] [illegible] tramque phrasin, de unâ & duabus operat[illegible] [illegible] in Christo, rejiciunt, & ex ecclesiis penit[illegible] explodunt & ad Grammaticos & Scholasticos ejusmodi q[illegible] [illegible] le-gant. Quamobrem comburitur illa epi[illegible]ola & damn[illegible]tur ipse Honorius a toto Anti[illegible] [illegible] conventu. *Actione 12. & 13.*

Platina [illegible] & *Nauclerus*, & alii P[illegible] [illegible], conantur Honori[illegible] [illegible] mederi: & affirmant, eum Monothel[illegible] errorem damnâsse, & ab Heraclio obtinuisse, ut P[illegible] [illegible] in Africam [illegible]it. Sed in Synodo sextâ [illegible] quid hujusmodi accidisset absq; dubio à Romanis esset prolatum.

Meminit *Beda* aliquot Epistolarum, quas in Angliam misit. Ut ad He[illegible]inum: quem ad constantiam in recèns agnitâ doctrinâ hortatur. Ad Paulinum & Honorium episcopos: qui[illegible]us Pallia mitt[illegible] & potestatem concedit archiepiscopum creandi; si Eboracen[illegible] aut Dorovernensis intercideret: ne opus esset, eo nomine Romam candidatum mitti. Ad Scotos itèm scripsit, de Paschatis observatione errantes, & veram rationem ostendit: *teste Beda de Ratione temporum, & Reginone.*

¶ Sanxit, ut Sabbato a S. Apollinari ad D. Petrum fieret processio cum Litaniis: unde postea circuitiones in Encæniis originem traxerunt. Idem invenit festum Exaltationis crucis: & addidit Litaniis Gregorii, invocationem mortuorum. *Liber pontificalis, Platina, & Balæus*

Ejus tempore Mahometus, suâ falsâ doctrinâ, & apertâ vi, ecclesias Dei turbavit. Ac debuissent, Honorius, & sequentes Romani Pontifices, Oecumenicorum titulis ornati, ei resistere; & oves Christi contra venena illa salutari medicinâ præmunire: verùm eâ in re planè otiosi fuerunt; & permiserunt lupum illum extra Ecclesiam grassari, ipsi intus omnia dilaniantes.

Sedit annos 12. menses 11. dies 17. & ordinans tribus vicibus, Presbyteros 13. Diaconos [illegible]. E[illegible]pos 81.

S E V E R I N U S.

Severus, vel Severinus, primus ejus nominis, patriâ Romanus, patre Labieno natus est. Hu[illegible] [illegible], Isa[illegible] Exarchus, Romam veniens, in Pontificatu confirmavit. tunc enim temporis cleri & populi electio nihil valebat: nisi confirmatio Imperatoris accederet. Cum autem Isacius petiisset, ut Romanus [illegible]ntifex al[illegible] [illegible] summis mi[illegible] conferret; & ipse denegaret: sacrariu[illegible] Lateranensis basilicæ, ubi thesauri erant, ille d[illegible]ipuit. *Blondus.* * & *Platina.*

Severinus ergo pauperes larg[illegible] [illegible] ecclesiasti[illegible] [illegible] pro virili auxit: & cler[illegible] [illegible] spoliato templo suis impensis diu sustentavit: *ut refert Onuphrius, & Platina.*

Arguit hic quoque Scotos, propter Paschatis intempestivam celebrationem: *teste Balæo de Scriptoribus Anglicis.*

Ordinavit Episcopos per diversa loca 9. Primo anno, mense 2. die 4. obiit, *juxta Platinam. Martinus, Stella* & *Johannes de Oppido*, tribuunt ei annum unum: *Palmerius* biennium.

JOH N-

JOHANNES IV.

A [illegible] fuit Dalmata, patre Venantio. *Platina.* Accepto [illegible] Pontificatum tu[illegible] tempore cum Saraceni [illegible] Histriâ & Dalmatiâ sævirent, omnibusque direptis homines quoque abducerent captivos: multa millia Christianorum, numerato lytro redemit. *Martinus, & Liber pontificalis.*

Anastasii quoque & Vincentii corpora, metuens ne in Barbarorum manus devenirent, indè Romam transtulit: & juxta fontem Lateranensem, in Oratorio S. Johannis Evangelistæ, recondi[illegible] t. *[illegible] culus temporum.*

Monothelitarum hæ[illegible] sin, collectâ Synodo provinciali, annuente Heracl[illegible] [illegible] nacium autoribus & fautoribus, anathematizavit: *teste Paulo Diacono.*[a]

A[illegible] otos item scripsit, Pelagianam hæresin, quæ ibi rursus vires sumebat, & errorem de Paschatis observatione, damnans: *teste Bedâ de Ratione temporum, & Adone.*[b]

Sedit annum 1. menses 9. dies 19. *Platina* tamen, eum mense 9. primo Pontificatus anno, obiisse, tradit.

THEODORUS.

Græcus, filius Theodori episcopi Hierosolymitani, Pontificatum iniens scripsit ad Rhotarin Longobardorum regem, monens, ut ab Arianâ hæresi desisteret: sed [illegible] stra: *teste Blondo.*[c] Monuit & Paulum C[onst]antinopolitanum, Monothelitarum patronum, ut ad fidem rectam rediret: *teste Nauclero.*[d] Pyrrhum, redeuntem ex Africâ, & palinodiam canentem, honorificè recepit, atque absolvit, posteà ad vomitum relapsum, publicè, in conspectu omnis cleri & populi, denuò anathematizavit. *Paulus Diaconus.*[e]

Non tam pro religionis puritate, quam pro confirmando suo principatu in Ecclesias Orientis, Constantinopolitanos episcopos oppugnavit. Verùm videns, se, fascinato Imperatore, nihil posse proficere; à religionis curâ, ad templorum exornationem se convertit. Ædificavit basilicam in [illegible] iâ Flaminiâ: & duo Oratoria, alterum ad Lateranensem ecclesiam, quod Basilio dedicavit, alterum in viâ Hostiensi, Euplo martyri.

Primi & Feliciani martyrum reliquias, in basilicam Stephani in monte Cœlio, collocavit, multis aureis & argenteis ornamentis appositis: *teste Platina, & Libro pontificali in vit. ejusdem.*

[illegible] De[i]nde decreta fecit: Ut benedictio cerei fieret in sabbato Paschæ.

Ut nemo separaretur, qui uxorem duxisset post simplex votum. *Hartman Schedel.*

Henricus de Erfordia putat, hunc Theodorum Librum pœnitentialem composuisse. Sed *Regino,*[f] & reliqui scriptores, Theodoro monacho & episcopo Cantuariensi illud opus asscribunt.

Sedit annos 6. mensem 1. dies 16. & ordinavit Episcopos 56. Presbyteros 21. Diacones 4. *teste Honorio & Luitprando.*

MARTINUS.

Thuscus, ex civitate Tudertinâ, patre Fabricio, fuit. Hujus tempore Constantius Imperator, totus in Monothelitarum hæresin prolapsus, passim edicta in ecclesiis affigebat: quibus nec unam, nec duas voluntates aut operationes C[hristo a]ttribuendas, cavebat, & imperabat: anno Domini 652. Verùm Martinus, fortiter se opponens, primùm Legatos misit ad Paulum, archiepiscopum Constantinopolitanum, vel ut alii volunt, ad ipsum Imperatorem, qui de emendatione cum ipsis agerent. At il[li], verberibus & carcere e[x]cepti, & aliquandiu duriter tractati, tandem ad re[m] [illegible] ma[le] inultas relegantur. Martinus autem, convocatâ [illegible] le centum & quinquaginta episcoporum Romæ, Monothelitarum damnationem denuò renovat: omnesque fectatores hujus hæresis, præsertim Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum ac Paulum, Constantinopolitanos, anathematizat. Mittit illa decreta Synodica in Orientem atque Occidentem: & inter cætera ad Amandum quendam Senonensem episcopum scribit: ut ille similiter in Gal[l]iis, hab[i]tâ Synodo, hanc hæresin damnet, idque per Sigebertum Regem ad Imperatorem transmitti curet.

Constantius verò, O[lym]p[i]um Exarchum Italiæ Romam mittit, cum mandatis, ut Martinum interficiat, aut in[vinc]tum sibi transmittat. Olympius, mandatum exequens, cùm jam vellet Martinum in templo prehendere; repente sibi objecto glaucomate ante oculos, divinitùs (ut creditur) eluditur: ut [il]le ntem proximeque sibi adstantem non videat: & sic a cœpto destitit. *Sigebertus,* anno Domini 657. Mittitur alius ab Imperatore, Calliopa nomine: qui multis modis tentatis, tandem prehensum, catenisque ligatum, Byzan[tium] traducit, ubi linguâ manuque truncatus, in Chersonesum Thraciæ deportatur. *Platina, & Sabellicus.*[g]

¶ Adscribuntur ei statuta: Ne clerici comam alant. *Distinctione 24. c. Non licet.*

Ut sponsi & sponsæ, ante carnalem copulam, à sacerdote benedicantur. *Stella.*

Ut feriâ sextâ jejunetur, propter Domini passionem: & dies dominica sit solennis, propter gloriosam resurrectionem. *Chronicon Aedituí.*

Ut clerici cum oratione cibum benedicant. *Ibidem.*

Ut episcopi quotannis conficiant chrismâ. *Supplementum Chronicorum, & Antoninus.*[h]

Conscripsit & alios multos Canones, contra Monothelitas & alios Hæreticos; qui exstant *Conciliorum tomo 2. & apud Antoninum.*

¶ In epistolâ, quam ad Amandum scripsit, rectè docet de cruce: monens, illam infractâ mente ferendam esse. & leniendam, exemplo Christi, ac spe futurorum bonorum.

Errat de Peccato, quòd delinquentibus post ordinationem negat veniam. Item de Lege: quam dicit nihil magis à nobis requirere, quàm quod possimus præstare.

Sedit annos 6. & in exsilio defunctus, anno Domini 659. *Sigebertus.* Post mortem miraculis claruit. *Regino,*[i] *Paulus Diaconus.*[k]

EUGENIUS I.

Martino abducto, cùm de ejus morte diu nihil certi constaret Romæ; vacuit sedes mensibus 14. & subrogatus est posteà Eugenius primus, patriâ Romanus, patre Ruffiniano, è Cœlio monte, *juxta Platinam:* cujus tamen *Honorius & Beda* non meminerunt. Fuit vir (ut scribitur) multæ humanitatis erga omnes, & religionis amator eximius: ut qui inter clericos fuit educatus a cunabulis. Hujus tempore Petrus, qui Byzantii Paulo successerat, suam confessionem Romam misit: in quâ duas voluntates & operationes in Christo negabat. Illa ità est explosa: ut clerus ipse Pôtifici interdixerit, ne sacris manus admoveret; nisi priùs tec[ta]tis coram populo, & damnatis illis literis. *Platina, & Sabellicus.*[l]

¶ Statuta ejus referuntur hæc:

Ut presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cœlibem vitam agant. *Chronicon Aedituí, & Herman. Gigas Sebastianus Franck* hoc Martino tribuit.

Ut quilibet episcopus habeat carceres, quibus delinquentes puniat. *Supplementum Chronicorum, Dist. 11. c. Sacerdos. Volaterranus* addit: ità sensim ad Pontifices & Episcopos devenisse potestatem civilis gladii.

Ut juxta templa, sacerdotum domicilia destruant. *Stella.*

Ne quis monachus invitus in monasterio detineatur. *Supplementum.*

Ne quis monachus, sine permissu superioris, è claustro suo exeat. *Harman Schedel.*

Sedit annos 2. menses 6. dies 15. *teste Bibliandro:* vel, *ut vult Hermannus Gigas,* annos 2. menses 9. dies 24. *Palmerius* tribuit ipsi tres annos integros. *Blondus*[m] dicit, tertio nondum exacto illum obiisse. Idem *ex Sigeberto* constat.

VITALIANUS.

Fuit natione Campanus, vel (*ut Platina habet*) Signius, ex opido Volscorum; patre Anastasio. In Pontificem electus, misit Constantinopolim; qui Imperatori, ut moris erat, de suâ ordinatione referrent. Legati solenniter excepti, impetratâ simul renovatione privilegiorû sedis Romanæ, redierunt onusti variis donis: inter quæ fuerunt Evangelia auro conscripta, & pretiosis gemmis ornata; quæ D. Petro exhibe-

---

[a] Lib. 18.
[b] Anno 6.
[c] Decad. 1. lib. 9.
[d] Genera. 22.
[e] Lib. 18.
[f] Lib. 1. cap. 56.
[g] Enn. 8. l. 6
[h] Tit. 14. cap. 1. § 3.
[i] Lib. 1.
[k] Lib. 18.
[l] Enn. 8 lib. 6.
[m] Dec. 1. lib. 9.

exhibebat Constantino ... Romano ... latus, quie ... invenit ... in universis ecclesiis ... *Chronicon Martini, & Rudimentum Novitiorum.*

Pro dignitate Romanæ sedis multùm solicitus, misit Theodorum & Adrianum in Britanniam ad ... ganda ea, quæ per Gregorium ... erant cœpta: *teste Beda, Anonimo,* * & Platina.

Beda, de temp. ... Composuit Regulas ecclesiasticas, & instituit cantum, adhibitis instrumentis musicis, quæ vulgari nomine Organa dicuntur. *Liber pontificalis.* Reprehendit conjugium ... , ut apparet ex ep'stolâ, quam ... scripsit ad episcopum Cretensem accusans aliquem ejus ... qui ... haberet uxorem.

Sedit annos 14. menses 6. *teste Honorio*: vel annos 15. *ut habet Palmerius.*

ADEODATUS.

Patriâ Romanus, patre Joviniano, ex monacho ad pontificiam dignitatem, ut ... tribuunt, est evectus: *Liber Regiae* eum nominat. Ac fuit ... mitissimus, qui summâ cum omnium benevolentiâ pontificatum administravit: *teste Beda.*

Beda, l. 8. 9. A ... parentibus hoc tempore multis tristibus signis in cælo & aere, quibus futuri motus, præsertim verò Turcici furores, qui cæso Constantio secuti sunt, denunciari videbantur, publicas preces quotidie fieri constituit, ad abolenda prodigia, & ad avertendam iram Dei: parùm solicitus de verâ pœnitentiâ, quâ & ipse & sacerdotes debuissent agnoscere & emendare suas idololatrias, & blasphemias, & turpitudines. *Platina, Liber pontificalis, & Sabellicus.* *

Enn. 8. l. 6. ... Petri in viâ Portuensi, juxta pontem Meruli, instauravit, & dedicavit. Auxit insuper ædificiis & fundis monasterium ... , in monte Cœlio; ubi ipse antea monachus ... vitam erat secutus. *Platina.*

Sedit annos 4. mêses 2. *teste Palmerio*: vel annos 4. menses 5. dies 5. *ut habet Honorius & Bibliander.*

DONUS.

... Donus ... Post Adeodatum, *Gotfridus Viterbiensis* * Dionysii & A... Pontificum mentionem facit. Verùm hi nusquam ... inveniuntur. Sequitur Donus, quem *Iro* Lonum, *Martinus* Bonum, alii Domnum, nominant: patriâ Romanus, patre Mauritio. Hic Pontificatum gerens, locum ante ... Petri qui Paradisus nominatur, marmoribus stravit: ecclesiam Apostolorum in viâ Hostiensi, item Euphemiæ in viâ Appianâ, instauravit. Monasterium Boëtianum ... Syri ... Romanis adjunxit: & monachos illos, quòd eum Nestorianis consentiebant, castigatos, in variis mona-

Bor. l. 4. 9. steria dedit. *Bl'ondus* * & *Platina.*

Instituit, ut clerici in templo diversis ordinibus starent, & certis honorum gradibus sejungerentur. Autor quoque fuit, ut ecclesia Ravennatum cum Romanâ in gratiam rediret: cùm antea gravi & diurno odio essent distractæ. *Sabellicus.* *

Sedit annos 5. *juxta Palmerium*: vel annos 5. menses 5. dies 10. *ut habet Platina. Hermannus* tantùm unum annum ei tribuit, confusâ temporum ratione: ut notat *Bibliander.* *

AGATHO.

Natione fuit Siculus, patre Pannonio; ex monacho factus Pontifex. Rogatus à Constantino Pogonato, ad sextam Synodum Constantinopolitanam misit Legatos, qui ... epistolam exhibuerunt: in quâ tum ex Sacris ... tum ex Patrum scriptis, Monothelitarum hæresin refutat.

Argumenta ejus sunt. 1. Quòd in Christo sint duæ naturæ, atque ideo duæ voluntates.

2. Quòd Christus ... suscepit humanam naturam; absque peccato tamen: quodque nihil falsi sit, quod ab ... non sit susceptum.

3. Quòd Deum ... contrarium ... tit, vel in ... natione affirmetur &c.

Ex Patribus allegat Ambrosium, Anastasium, Augustinum, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Chrysostomum, Cyrillum, Hilarium, & Dionysium Areopagitam.

A ... habet in ... epistolâ nævos. Nam de Primatu Romanæ ecclesiæ contendit, ... eam solam esse apostolicam, ... nec errare ... unquam, nec posse errare. Oportere omnem animam ... Romanam ... traditionem ... confiteri & ... omnes ejus sanctiones accipiendas esse, tanquam ipsius Petri divinâ voce firmatas.

Deinde damnat conjugia Sacerdotum.

Te... emendat Missam. & impudenter fingit Chrysostomum scripsisse in Missâ, cùm in Chrysostomo Missa vocabulum non exstet.

B De Magistratu rectè sentit, inquiens: *Princ... super populum a Deo constitut... ... A... ... eratoris: & ... ut patet ex Actio 6 Con... lantin politana.*

Leprosum dicitur curasse ... *Martinus in Chronico.*

Johannem archicantorem ... in Angliam: ut illi Romanum ... morem canendi doceret.

Dedicavit ... Ecclesiæ S... 116

In ... novum ... Romani. Et ... ordinavit,

C ut clericus jejunans in sabbatho dei oneretur.

¶ Imperator ei remisit pecuniam, quam solebant offerre Pontifices, pro confirmatione sui ... : & ... ut nullus ordinetur Romæ Pontifex, priusquam Constantinopolim de eo esset relatum. *Sigebertus*, anno Domini 680.

Sedit annos 2. menses 5. dies ... *ut habet Honorius*: vel, *juxta Biblianderum*, annos 2. menses 6. dies 4. Et fecit episcopos 18. presbyteros ac diaconos 3. *teste Libro pontificali, & Platina.*

D LEO II.

Natione Siculus, patre Paulo, Presbyter fuit, & Cardinalis, antequàm ad gubernacula sedis Romanæ ac... electus autem à tribus tantùm episcopis, Ostiensi, ... Portuensi, & Veliternensi, est ordinatus; cùm Alb... ecclesia tùm temporis vacaret. ... Græcæ & Latinæ linguæ fuit solidè peritus: ut patet ex Actis synodicis sextæ Constantinopolitanæ, quæ ex Græco in Latinum vertit. Musices etiam peritus fuit: nam psalmodiam composuit, & hymnos ad meliorem concentum redegit. *Platina.*

E ¶ Decreta ejus feruntur:

Ut lamina illa argentea, quam Pacem vocant, in templo populis exosculanda detur.

Ut, necessitate urgente, liceat quovis die baptizare.

Ut ad archiepiscopatum electus, non sit obligatus quicquam solvere Papæ, pro suo pallio.

Ut ad electionem cleri, necessariò accedat confirmatio Pontificis. *Platina.*

Præsules Ravennates oppressit. *Platina.* Obiit mense 10. die 17. *ut habet Honorius in vita ejusdem.*

F BENEDICTUS II.

Patriâ Romanus, patre Johanne, temporibus Agathonis, fuit diaconus Romanæ ecclesiæ. Ab Imperatore confirmationem suæ functionis petens, sanctionem accepit à Constantino: ut in posterum non opus haberent Pontifices, confirmationem ex Aulâ petere, sed ut rata esset electio cleri, populi, & exercitûs Romani, sine suffragio Imperatoris aut Exarchi. *Blondus.* * *Dec. l. 8. 9.*

Misit Chilianum in Germaniam, qui primus in Franconiâ semina divini verbi sparsit, abolitis gentilium numi-

G nibus, & idolis: *teste Hermanno Gigante.*

Restituit idem templa Petri, Laurentii martyris, Valentiniani, Martæ ad Martyres, magnis sumtibus: & obiit, Pontificatûs sui mense ... die ... *Honorius in vitâ ejus, & Platina.*

JOHANNES V.

Natione Syrus, ... Antiochenus, patre ... raco, ex Presbytero & Cardinale electus ... ibus ep'scopis ... perinde ut Leo, ordinationem accepit. Estque nisi ... indè deinceps ... : *ut habet Platina. & Luitprandus.* Fuit in

H pau... valde ... bealis: & apud Constantinum obtinuit ut in ... centum, qui non sine ... erogabatur, remitteretur penitus. *Antoninus* * & *Nauclerus.* * *Tit. 13. c. 1.* *Generat. 21.*

Scripsit ... libellum de Pallii dignitate: & sedit annum 1. & dies 9. *Platina, & Honorius.*

C O N O N.

Mortuo Johanne, in diversas partes [illegible] ulus [illegible] stractus. Aliqui enim Petrum [illegible] opum [illegible] ætate [illegible] cum exercitu, [illegible] eodorum presbyterum [illegible] uerunt. Tandem Cononem [illegible] Fuit [illegible] Thrax [illegible]. Per gradus ad hoc fa [illegible] um ascend[illegible] tea Acolythus, [illegible] Presbyter & Cardinalis [illegible] penetravit, ut Brutii, Lucani & [illegible] oltis [illegible] niano levaretur. Sedit tantum mente [illegible] Platina, [illegible] Regino.*

* Ibid.

S E R G I U S.

Sublato Conone denuò [illegible] nem orta est contentio. Aliqui enim [illegible] num, petierunt. Cumque neuter alteri [illegible] selle a deliberatione res ad arma deuenit. [illegible] Theodorus, cum factione sua, [illegible] nteriorem partem [illegible] Lateranensis [illegible] vero [illegible] occupavit. Tandem, [illegible] quid [illegible] urbs utrinque [illegible] de tertio [illegible] tari cœpit. tactum [illegible] et, ut uno ore o[illegible] Sergium. Electum autem humeris portant [illegible] Cæsar [illegible] martyris; deinde in Lateranensem [illegible] ejectis [illegible] qui locum occupaverant. [illegible] cognito [illegible] omnium Sergium esse Pon[illegible] electum, salutat & exosculatur [illegible] facit & Pa[illegible] chalis; verùm invitus & coactus, circumstrepentibus ar[illegible]. Ægrè inde ferens repulsam, subinde consilia secum a[illegible], quomodo iniuriam vindicaret: & aliquoties ad [illegible] rchum Italiæ scripsit, Romam ipsum invitans: & pro[illegible] centum libras, si restitutionem perficeret. Interim [illegible] malis artibus proditus, & Magiæ convictus, archi[illegible] conatu etiam privatur: & in monasterium ad pœnitentiam detruditur: ubi in eâdem pertinaciâ mortuus traditur. Liber pontificalis. & Sabellicus.* Pacatis [illegible] rebus, Pontificatus Sergio mansit: qui fuit patriâ Antiochenus, patre Tiberio.

* Sabell. l. 6.

Hujus tempore, Justinianus Imperator Synodum ha[illegible], in quâ ea, quæ comprobata erant à Legatis Pontifi[illegible] rescidit et suo loco [illegible]. Misit ergo Justinianus Zachariam [illegible] protospatharium: qui hoc in man[illegible] habebat, ut manus in Sergium injiceret. verùm defensus [illegible] ab exercitu, qui conatus Zachariæ repressit: ut [illegible] Otto Frisingensis.* & Adon.*

* Lib. 5 c. 13
* Ætate 6

Mis[illegible] Willibrodum ad Frisiorum gentem, ut ibi religionem Romanam [illegible]. Platina.

Ecclesiam Aquilejensem quoque, sextâ Synodum non [illegible] obtentam, ad unitatè seduxit. Idem & Liber pontificalis.

Invenit in sacrario Petri magnam portionem dominicæ crucis, vel ut Liber pontificalis refert, capsulam argenteâ, in quâ crux fuit auro gemmisq; ornata; quam in Constantinianâ ecclesiâ adorari & exosculari jussit. Regino.*

* Ibid.

Anglosaxones item, hujus operâ, dicuntur Romanam fidem suscepisse. Venitq; Cedualda Occidentalium Saxonum rex, ut Romæ à Sergio baptizaretur: sed baptizatus, dum adhuc in albis stetit, diem clausit. Beda in Justiniano.

Britannis Berflasardum dedit archiepiscopum, & Ravennatibus Damianum. Platina.

Multas præterea basilicas [illegible] exstruxit, multas statuis exornavit: ut Platina scribit.

Statuta Sergii sunt: Ut in fractione dominici corporis Agnus Dei canatur. Item:

Ut Litania à S. Hadriano quotannis dicantur per urbem die Annuntiationis, Purificationis, Nativitatis, & Assumtionis Mariæ. Sigebertus in Chronico.

De Cœnâ Domini [illegible] ridicula somnia, ad defensionem Missæ idololatricæ, excogitavit: ponens triforme corpus Christi. Pars enim hostiæ, inquit, in calicem Missæ, corpus Christi quod jam resurrexit, monstrat: pars comesa, ambulans adhuc super terram: pars in altari [illegible] ad finem Missæ remanens, [illegible], quia usq; ad finem [illegible] corpora Sanctorum [illegible] sunt [illegible].

* De sa. c. I.
* 6.

[illegible] um [illegible] Natum & casti pudoris [illegible] cesta [illegible] aquando nat[illegible] comp[illegible] rem Adelhelmus eum, sed [illegible] gide & [illegible] t.

Sedit annos [illegible] menses [illegible] Honorio [illegible] blandro.* Mortuus est anno Domini [illegible]. Sigebertus [illegible] Balæus.

* Tab. n.

1. AQUILEJENSES.

FORTUNATUS.

Fortunatus, e[illegible] op[illegible] Aquileiensis tempore Honorii Papæ, [illegible] A [illegible] communi [illegible] catus est. Sabellicus.* Deinde [illegible] deserens ecclesiam. Idem, ex epistolâ Christophori Gradensis.

* Enn. 8. lib. 6

PRIMOGENIUS.

Ejecto Fortunato surrogatus est in [illegible] locum Primogenius; qui fuerat Romanæ ecclesiæ subdiaconus. Sabellicus.*

* Ibid.

SEVERUS & Johannes.

Mortuo Severo patriarchâ, Johannes abbas in Aquilejâ veteri ordinatur episcopus. Paulus Diaconus.*

* Lib. 4. cap. 10.

3. RAVENNATES.

THEODORUS.

EPiscopus Ravennas, tempore Doni Pontificis; moribus tetr[illegible] austerus, & [illegible] Cum autem à populo & clero se contemni videret: vindictæ cupidus, [illegible] Ravennatis ecclesiæ [illegible] ertatem Romanis prodidit. quare postea ex ecclesiâ est ejectus. Teste Blondo * & libro pontificali.

* Dec. 1. li. 9.

REPARATUS.

Successit ei Reparatus in [illegible] ius e[illegible] orum, quæ Theodorus gesserat. Audiens autem libertatem amissam, & Ravennatem ecclesiam subjugatam esse R[illegible] manis [illegible] vitam finivit: fortè veneno extinctus a Romanis. Liber pontificalis.

FELIX.

Ravennas episcopus, Romano Pontifici pecuniâ, quam exigebat, in testimonium subjectionis, dare recusat. Pontifex Constantinus, ægrè ferens bolum [illegible] sibi ita eripi, Felicem accusat apud Justinianum Imperatorem. Etsi antem is alioquin dissidebat a Pa[illegible]: tamen Theodorû cum copiis mittit, ut Felicem cogat Romano Pontifici parere, & satisfacere. Cûm autem exercitus Ravennam ire nuntiaretur: Felix in publica concione incitavit populum, ut [illegible] armis [illegible] ertatem [illegible] indicarent. Pugnatum est acriter: sed Imperatoris classis tandè vicit, & urbe captâ multos occidit, reliquos Constantinopolim abduxit. ubi Felix oculis est privatus: cæteri in Bithyniam sunt relegati. Sabellicus, & Blondus.*

* Enn. 8. li. 6.
* Dec. 1. lib.

DAMIANUS.

Felici subrogatus est Damianus, à Sergio Pontifice Romano: teste Platinâ, in vitâ ejus.

4. PORTUENSES.

JOhannes, Portuensis episcopus, ab Agathone Papâ ad Concilium Constantinopolitanum sextum missus est: & isthic in ecclesiâ Sophiæ, coram Imperatore & Patriarchâ, Latinam Missam Romano more celebravit. [illegible] adhuc tempore Justiniani ultimi; a quo ad Sergium missus est, ut eum Constantinopolim adduceret: teste Adone Viennensi,* Blondo.* Libro pontificali in Sergio & Platina.

* Ætate 6.
* Dec. 1. l. 9.

5. GRADENSES.

CANDIDIANUS.

NAtione Romanus, [illegible] episcopus Gradensis: teste Paulo Diacono.

* Lib. 4. Longob. cap. 10.

EPIPHANIUS.

Post Candidianum successit Epiphanius. Paulus Diaconus ibidem.

CHRISTOPHORUS.

Meminit Sabellicus* Christophori Gradensis episcopi: [illegible] orationem simul [illegible] de officio [illegible] deq; electione Ducis, admodum ele[illegible] anti [illegible] tam.

* Enn. 8. li. 6.

6. TICINENSES.

ANASTASIUS.

FUit episcopus T[illegible] inen[illegible] A[illegible] qui Or[illegible] primum [illegible] tas [illegible] com[illegible] postea [illegible]

conversus ad fidem catholicam, eorundem acerrimus defensor & propugnator exstitit: *teste Paulo Diacono.*[a]

DAMIANUS.

Fuit episcopus Ticinensis, eo tempore, quo Alachis, Tridentinus dux, Ticinum occupaverat: vir sanctitate præcipuus, & liberalibus artibus bene instructus.

Scripsit, cum Mansueto Mediolanensi archiepiscopo, ad sextum Constantinopolitanum Concilium, asserens & probans duas naturas in Christo: *teste Paulo Diacono,*[a] & *Sabellico.*[b]

THOMAS.

Damiani diaconus apud Ticinenses, missus est ad Alachim; cùm urbem cepisset: ut nomine episcopi ipsi benedictionem adferret; & simul pro Ecclesiâ suâ deprecaretur. At Alachis eum haud obscurè arguit impuritatis; cùm quærit, num habeat munda femoralia: & cum probro dimittit. *Paulus Diaconus.*[c]

ZENO.

Diaconus, & custos ædium Baptistæ apud Ticinenses, staturâ & habitu corporis penitùs repræsentavit Chunibertum Regem: ideoque ejus nomine cum Alachi in monomachiâ congressus, ab eodem interfectus est. *Paulus Diaconus.*[d]

7. BERGOMENSES.

Natione Scotus, archiepiscopus Hiberniæ, Gandavum venit cum tribus discipulis, anno Domini 631. & illic mansit unum mensem. Deinde profectus Ecam, prædicavit Christum; & multos convertit. Scripsit *Homilias aliquot, librum 1.* Et *Epitaphium Alloruini;* qui illum Gandavi per annum unum morte præcesserat.

Sed quidam obstinati homines eum interficiunt: qui decollatus erigit se; & caput suum deportat in Houthem. *Massæus,** *Balæus.*†

BEULANUS.

Presbyter, & præceptor Nennii, Samuelem filium ex Lætâ matre, cùm adhuc Britannicis episcopis libera essent conjugia, suscepit. Scripsit *de Genealogiis gentium, librum 1.*

Tempus quo Anglosaxones in Britanniam ingressi sint, inquisivit; & ex quâ gente post diluvium sint orti. Claruit anno Domini 600.

NENNIUS.

Discipulus fuit Eluodugi, & Beulani; & postea Bannochorensis factus est pontifex, *juxta Capgravum* · & puram doctrinam Euãgelii, per Cambrorum fines, & propinquas Scotorum insulas, protudit. Fuit unus ex illis quinquaginta fratribus, qui fugâ salvati sunt. *Beda.** Scripsit *de Origine Britannorum librum 1.*

De Urbibus eorundem, lib. 1.
Eulogium Britanniæ, lib 1.
Apologiam quandam, lib. 1.
Cosmographiam historiæ Mundi, lib. 1.
Additiones Gildæ, lib. 1.

Claruit anno Domini 620. *Balæus.**

CAPPA.

Presbyter, à Berino à Visisaxones missus est. & ad Vectanos insulanos perveniens, plebem docuit, & episcopus factus est: anno Domini 670. *Balæus.**

DE MONACHIS.

MONACHI ASIANI.

Abbatis Anastasii, non procul ab Hierosolymis, meminit *Beda,** in historiâ Anastasii martyris.

MONACHI EUROPAEI.

1. CONSTANTINOPOLITANI.

THEODORUS.

Theodorus, seu Theodosius, (*ut Zonaras habet**) monachus, ab Imperatore Justiniano rebus Logothesii præfectus, tyrãnidé in multos exercet, & Imperatoré Justinianũ populo invisũ reddit: & postea a populo in seditio-

Marginal notes (left): * Beda. De Virgin. — * Aldhelm. — * Epist. ad Geront. — * ... c. 19. — * Cent. 1. cap. 83. — * lib. 5. cap. 10.

Marginal notes (right): * lib. 4. cap. 11 & 12. — * lib 1. — * Cent. 2 cap. 5. — * Cent. 10 cap 7. — * Cent. 10. cap 8. — * Cent. 10 cap 10. — * lib. 2. cap. — * lib. 13. Chron. — * Cent. 14 cap. 10. — * lib. 2. c. 2 — * Cent 1. cap. 74. — * Cent 10 cap. 12. — * lib. 2. Rat. Temp. — * Tomo 3

* 6. ep. Romano Rom.

ne, per plateā ad Taurū tractus, exuritur. *Paulus Diaconus.**

PAULUS, & GREGORIUS.

* ibid.

Monachi, & Astronomi, Leontio prædicunt Imperium. *Paulus Diaconus.**

Et postea idem Paulus, in monasterio Callistrati, ob hęresin inclusus, Philippico prædicit Imperium: ac juramento eum adstringit, de sextâ Synodo abolendâ. *Paulus Diaconus,** *Zonaras* † *in vitâ Justiniani.*

* lib. 20.
† Tom. 3.

II. MONACHI ITALIÆ.

STEPHANUS.

Fuit monachus & presbyter, in monasterio quod nominatur Domus Arsitia Romæ. Mentio ejus fit inter Legatos Romanos, in sexto Concilio Constantinopolitano: *Conciliorum Tomo 2.*

COLUMBANUS.

Superiori quidem seculo vixit: sed quia ejus vita omissa ibi est; hic quædam adjicienda censuimus. Natus autē ex veteri prosapiâ Scotorū, apud Hibernos & Scotos, Druydum magister & princeps erat. sed postea in Bannochorēse cœnobium se contulit; & à Congello abbate institutus est. Indè in Burgundiam cum discipulis venit; & Luxoviēse cœnobium exstruxit. Cùm autē Theodorici Regis Austrasiorum, stupra liberiùs reprehendisset: suasu Brunechildis in exsilium pellebatur. Plura in eâ peregrinatione loca Galliæ, Germaniæ, & Italię, peragravit. In Bavariâ docuit: *ut Aventinus indicat* Bobiense monasterium condidit. Pascha dominico die, Asianorum more, celebravit: *ut patet ex Beda** & *Trithemio.*†

* lib. 3. cap. 25.
† in Annal. Francor.

Scripsit *in Psalterium Commentarios, lib. 1.*
Collationes ad monachos, lib. 1.
De moribus eorum, metricè, lib. 1.
Adversus Arianos lib. 1.
Monasteriorum methodos, lib. 1.
Epistolas ad commilitones, lib. 1.
Adversus Regem adulterum, lib. 1.

Futurorum præsagus, Brunechildi & Theodorico interitum, & Clothario regnum, prædixit. Mortuus est in Italiâ, in Bobiensi monasterio, anno 598. *Beda in vitâ ejus, Vincentius,** & *Balæus.*†

* li. 23 cap. 4. & sequ.
† Cent. 14 cap. 17.

ATTALA.

Natione Burgundio, ex nobili familiâ natus; in pueritiâ artes liberales didicit, apud Arriginm quēdam sacerdotem. & postea, cum duobus condiscipulis, ad Lirinense cœnobium venit: ibique aliquamdiu moratus, ad Columbanum Luxovium abiit: & adeò in monasticis disciplinis profecit; ut, Columbano discedente, constitutus sit abbas. In eo autem munere, cùm nimis rigidum se-se præberet; monachi ab eo discedunt. Sed paulò pòst, Roccoleno febre punito, plerique ad eum revertuntur; & pœnitentiam agunt.

Commemorantur aliquot ejus miracula, in libello de vitâ ejus, *Tomo 3. Bedæ.* ut quòd undas Bobii fluminis represserit; & pollicem resectum agglutinârit; & Mediolani puerum vicinum morti sanârit; & quòd paulò ante mortem cœlos apertos viderit.

Memorabile est, quòd moriturus non confidit suis operibus; sed intuens crucem Christi, Deum precatur: ut, veteres maculas delens, omnia saluti redintegret: & antiquam misericordiam exercens, se à cœlesti munere non abdicet. In ejus monasterio *Beda* novem annos egit: si autor est *libelli de Vitâ ejus.*

III. GALLIÆ MONACHI.

EUSTASIUS.

Discipulus Columbani, abbas in Luxoviensi cœnobio factus est. Varascom populum, partim idololatriâ, partim errore Photini hæretici fascinatum, convertit. Idem apud Bojos effecit.

Commemorātur ejus miracula, in libello de Vitâ ipsius, *inter opera Bedæ Tomo 3.* sed superstitiosa, & fabulosa. Nam Burgundoforam, oculis orbatam propter parentes, qui noluerāt ei nuptias facere, sanâsse, eâq; in monialē consecrâsse, dicitur. Idem fecit Adelbergæ: & Agilū à febri liberavit.

Celebrem scholam in monasterio suo habuit; ex qua plures ecclesiarum præsules prodierant: ut Chagnoaldus Lugduni, Acharius Veromandorum, & Noviomensis ac Tornacensis episcopus, Audemarus Bononiæ & Tharonensis oppidi.

Certamen Eustasio fuit, de regulâ Columbani, & ceremoniis illis novis monachorū Benedictinorū, cum Agrestino Aquilejensi episcopo, & Apillino Genuensi. Ac cōvocata est Synodus à Lothario, in Matisconēsi urbe: ad quā multi Burgundiæ episcopi venerunt. Reprehendit autem Agrestinus: quòd monachi Eustasii cochleam lambēres, signo crucis signarent; & introëuntibus & exeuntibus ex cœnobio benedicerēt; & Missarum solennia multiplicatione orationum & collectarum celebrarent, & quòd capitis comam præciderent. Sed Eustasius, illa frivolis rationibus defendens, ad judiciū Domini intra annum Agrestinum invitat. Patres stupidi hortantur utrosque ad concordiam.

Cùm tandem in morbū incidisset, in visione ab eo quæritur: num velit leviori pœnâ dies 40. curari; an verò dies 30. ferventiori incēdio affligi? Ille eligit dies triginta: quibus evolutis, sumto viatico obiit. *Liber de Vitâ ejus. Tomo 3. Bedæ. Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ. Vincentius.**

* li. 23. cap. 15.

JONAS.

Columbani discipulus, & monachus, nō Benedictinus; sed juxta Congelli institutum: in Galliam cum præceptore suo abiit; & in Luxoviensi cœnobio vixit, vir studiosus, & eruditus.

Scripsit *Vitam Columbani, lib. 1.*
Vitam Attalæ monachi, lib. 1.
Vitam Eustachii abbatis. lib. 1.

& similia; quæ tamen anilibus fabulis non carent. Obiit anno Domini 630. *Trithemius, & Balæus.**

* Cent. 14. cap. 15.

RHOMARICUS.

Fuit abbas Luxoviensis, tempore Arnulfi, episcopi Metensis. *Regino.**

* lib. 1.

VVALBERTUS.

Fuit Comes Arctensis. Exosus autem mundanam vitam, reliquit comitatum; & secessit in monasterium Luxoviense: ibique abbas factus, vitam finivit: *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.* Mētio ejus fit in vitâ Eustasii, *in Tomo 3. Bedæ.*

DESIDERIUS.

Fuit abbas in monasterio Germani, apud Parisienses. Obiit anno Clotharii Regis 39. *Annonius.**

* lib. 4. cap. 8.

GAUSCIO.

Successit Desiderio. Obiit anno Dagoberti 15. *Annonius.**

* lib. 4. cap. 31.

Successores.

Huic successit Sigofridus: huic Babo: postea Childeranus: tandem Humfridus. *Annonius.**

* lib. 4. cap. 43. 44. & 47.

ARGULPHUS.

Nominatur & Argulphus quidam, quòd fuerit abbas Parisiensis. *Annonius.**

* lib. 4. cap. 42.

VVANDREGISILUS.

Wandregisilus, qui & Wandosegisi, Majoris domûs ex Walchniso frater nepos, claruit anno Domini 692. & cœnobia Fiscanum & Fontinellam construxit; ibique abbatem egit. *Sigebertus, & Jacobus Meyer.*

VULMARUS.

Patriâ fuit Bononiensis; parentibus Vulperto & Dudâ nobilibus. Primùm autem secularem vitam sequens, uxorem duxit Hostorholdam: postea deseruit eandem; & in monasterium Altimontis, quod in Netviis situm est, secessit. Commoratus ibi aliquot annos in sanctâ conversatione, denuò patriam petiit: & in Mempisco vastam sylvam ingressus, cavam arborem invenit; in quâ triduo absque cibo cōsedit. Exstruxit postea in eâdem sylvâ monasterium: in quo abbatis vice functus, reliquum vitæ spatium consumsit *Meyer, in Chronico Flandriæ.*

PHILIBERTUS.

Vixit penitùs apud Dagobertum, inter Nobiles illustri loco. Postea, per Andoēni consortium, ad religiosam vitam est pertractus. Deposuit comam; & factus est monachus sub Agilone, in Resbacensi monasterio. Agilone mortuo, extitit abbas ibidem. Exstruxit monasterium in pago Gemetico, prope Ruthomagum. Itèm monasterium fœminarum, Pauliacum nomine, non procul à Gemetico.

Febrici-

Febricitantem sanavit verbo. Muto restituit vocem in agone, ut posset peccata confiteri. Sedavit tempestates. Vasculum vini exhaustum, benedictione suâ rursus implevit. *Vincentius.**

* lib. 23. c. 94. & 95.

WINNOCUS.

Fuit filius Judicaildis, Regis Britanniæ minoris; & frater Judoci Pontinensis. Profectus autem ex Angliâ, cum Ingenoco, Quadanoco, & Madoco, sociis, venit in Gallias, ad Berthinum abbatem in Sittbin: ejusque suasu monasterium condidit apud Mornhold, in confinio Flandrorum, & Mempiseorum; ejusque exstitit Abbas primus. Obiit anno Christi 716. Idibus Novembris: *teste Jacobo Meyer.*

BERTHINUS.

Fuit abbas in monasterio Sitthin.* Mortuus est anno Christi 698. *teste Jacobo Meyer.*

DOMLINUS.

Fuit monachus & presbyter Turgoltensis cœnobii in Flandriâ, coætaneus Bavoni: cui etiam affuit in agone. & Cœnam Domini ei communicavit, circiter annum Christi 630. *Jacobus Meyer.*

HATTA.

Fuit Monachus Gandavensis: & factus est primus abbas monasterii D. Vedasti, apud Atrebatentes. *Meyer.*

MAURONTUS.

Mauronrus, seu Morandus, fuit filius Rictrudis Marchianensis. Factus est abbas Broylensis, ad ripam Lyæ, prope Minoriacum, vel Minorem villam. *Meyer, in Chron. Flandriæ.*

GERIMARUS.

Oriundus ex villâ Guarandrâ, prope Beluacum, ad fluvium Itera; patre Rigoberto, matre Agâ, ex gente Francorum nobili: mortuis parentibus, omnem substantiam paternam pauperibus erogavit: & ab Andoëno monachalem habitum accipiens, in monasterium Pentalli se convertit, abbas ibidem factus. Verùm, cùm insidias sibi à fratribus strui animadverteret; alium locum elegit: & condidit monasterium Flaviacum; ibique vitam finivit. *Vincentius.**

* lib. 23. c. 98.

IV. HISPANIÆ MONACHI.

Nominantur quidam in undecimo concilio Toletano, qui interfuerunt: ut, Julianus abbas S. Michaëlis, Valderedus Leocadiæ, Gratinus abbas Cosmæ & Damiani, Ablalio abbas Crucis, Florentinus abbas Eulaliæ, Anila abbas Juliani Agaliensis. Hi omnes fuerunt ex provinciâ Carthaginensium, in Hispaniâ.

V. BRITANNIÆ MONACHI.

SEGENIUS.

Scotus, abbas & presbyter collegii monachorum in Huensi insulâ; præceptor Aidani: doctrinam Euangelii tradidit purè & sincerè; & bono exemplo pietatis & abstinentiæ suis discipulis præivit. Claruit anno Domini 654. *Balæus.**

* Cent. 14. cap. 18.

ADAMANNUS.

Adamannus Coludius, fuit presbyter & monachus in monasterio Huensi. Profectus indè ad Regem Alfridium, didicit Romanæ ecclesiæ ritus, ac postea in Hyberniâ expatiatus, multis in locis obtinuit, Pascha Rom. more celebrari. Tandè reversus in suum monasteriū, cùm de eadem re fratribus quoque litem intentaret; antequam quicquam efficeret, morte est sublatus: *teste Bedâ.**

* lib. 5. c. 16.

Scripsit librum *de Locis terræ sanctæ*; In quo multa sunt superstitiosa: ut de loco nativitatis, passionis, & resurrectionis, & ascensionis Christi; de sepulcris Patriarcharum. (fatetur verò autor, quòd non e x αὐτοψίᾳ; sed ex relatu Arnulfi cujusdam Galliarum episcopi, qui ea loca se vidisse dixerat, illa conscripserit.)

Itèm *de situ Hierusalem. lib. 1.*

De Paschate legitimo, lib. 1.

*Epistolarum, lib. 1. Beda.**

Claruit anno Domini 690. *Trithemius, Balæus.**

* lib. 5. c. 16. 17. 18
* Cent. 14. c. 25.

SIGBERECHT, VEL Sigebertus.

Fuit filius Regis Orientalium Saxonum. Ab ineunte autem ætate, propter Rhedualdum, coactus est fugerè ex patriâ. In Gallias itaque delatus, Romanam religionem cognovit. Reversus post aliquot annos, potitus est regno paterno. neque tamen diu illud tenuit: sed post paucos annos, exstructis passim templis & scholis, spontè cessit Egrico; & monasticam vitam elegit. Tandem, moto bello à Pendâ, Merciorum Rege, ipse etiam in castra est pertractus: & ibi sinè armis, tantùm baculo & precatione militans, inter hostes vitam amisit: *teste Beda.**

* lib. 3. c. 18

BOTULPHUS, ET Adolphus.

Monachi in Icanno, non procul à principe Lindonum urbe, Ethelmundi Regis Anglorum Australium concessu, monasterium condiderunt, circa annum Domini 650. *Lelandus, & Balæus.**

* Cent. 10. cap. 9.

ELERIUS.

Elerius Cambrius, monasterium ad Clucinam vallem erexit: & vitam Venetridæ scripsit. Claruit anno Domini 660. *Balæus.**

* Cent. 10. cap. 10.

VORGRESSUS.

Fuit monachus & abbas Glasconiæ. *Balæus* * *ex Lelande.*

* Cent. 10. cap. 7.

DEDA.

Abbas monasterii Portaneu, familiaris Bedæ. *Beda.**

* lib. 2. c. 16

MAILDULPHUS.

Natione Scotus, Latinè & Græcè doctus, ex longâ consuetudine, cum Gallis & Italis, Romanas traditiones imbibit. Eo tempore, in gente Anglorum, nondum erant Gymnasia publica: sed tantùm Scholæ privatæ, in celebrioribus monasteriis. Cùm autem de observatione Paschatis, & tonsurâ, & cœlibatu, crebræ inter Anglos & Britannos & Scotos essent concertationes: visum fuit Pontificiis commodum, si aperirent Scholas in viciniâ; ac in iis opiniones suas juventuti instillarēt. Nacti ergo Maildulphum idoneum hominem, collocant eum ad Cairbladon, Visisaxonū urbem; ut Britannis os obstruat. Is verò cœnobium erigit, anno 685. & Scholam publicam, tam Græcæ, quàm Latinæ linguæ, aperit, & Artes simul tradit: & disputatione & scriptis Britannos & Scotos oppugnat.

Edidit *de Paschæ observatione lib. 1.*

Pro tonsurâ ac cœlibatu, lib. 1.

Regulas diversarum artium. lib. 1.

De Disciplinis naturalibus, lib. 1.

Hymnos & Dialogos, lib. 1.

Epistolas quasdam. lib. 1.

Circa annum Domini 690. adhuc claruit senex. *Balæus.**

* Cent. 14. c. 26.

VI. GERMANIÆ MONACHI.

GALLUS.

In Hiberniâ claris parentibus natus, Columbani discipulus factus est; & cum eo in Galliam venit; & in Luxoviensi cœnobio aliquamdiu vixit. Indè verò unà cum Columbano pulsus, ad Theodobertum Austrasiorum Regem abiit; & ad Brigannum lacum, in loco Tuconiâ dicto, collegit ecclesiam; & idolorum delubra exussit. Hinc quoque pulsus cum Columbano, Arbonam venit: ibique triennium commoratus est.

Columbano in Italiam proficiscente, in Sueviâ mansit, febre correptus. Sed Gunzonus, ejus regionis Princeps, cùm cognovisset, Gallum idolorum suorum cultum abrogare; jussit eum terris suis excedere. Quod ubi factū esset: cacodæmon filiam istius Principis, Fridbergam nomine, invadit. Gallus revocatur ad eam sanandam. quo præstito, ad Constantiensem episcopatum vocatur. Verùm ille, amans solitudinis, Johannem diaconum suum, ei functioni præficit; & formam gubernandæ Ecclesiæ præscribit. *Petrus de Natalibus.**

* lib. 8. c. 78.

De doctrinâ Galli *Aventinus* * refert: quòd, unà cum præceptore suo Columbano, novas ceremonias tradiderit; quibus populum, Christi sanguine redemtum liberatumque, in servitutem redigere atque onerare, contra Majorum suorum instituta, conatus sit.

* lib. 3.

Apud Helvetios monasterium condidit; *teste Cornelio Cornepolitano de Temporibus*: quod in ampli[illegible] imam urbem excrevit, Santgallensem dictam. *Jacobus Cario.** (* lib. 2.)

Scripsit *Orationum lib. 1.*

In electione Johannis, & gubernanda Ecclesia sermam, librum 1. & quædam *ad Vulmarum.*

Adeò piè eum vixisse in Occidente, *Platina* narrat sub Bonifacio V. ut etiam in vitâ suâ Sancti nomen consecutus sit.

Febre correptus, & languore pressus, cùm esset annorū 95. obiit, circa annum Domini 640. in castro Burguirio sepultus. *Volaterranus.* Balæus.** (* lib. 16. * Cent. 14. c. 14.)

OTHMARUS.

Fuit primus abbas in monasterio Santgallensi. *Bruschius.*

CHILDERICUS.

Rex Franciæ, factus est abbas in monasterio Novientо, Eberßheim Münster, in Alsatiâ.

Successit ei Erhardus: huic Benedictus: *teste Irenico.** (* lib. 12.)

ADELPHUS.

Fuit abbas Hasbaniensis. *Gesta Metensium.*

TRUDO.

Monachus Hasbaniensis. *Chronicon Sigeberti.*

CTLLENUS.

Fuit abbas Cellensis.

MADELGARIUS.

Abbas Altitonensis ex Duce factus. *Chronicon Sigeberti.*

DE MONIALIBUS.

I. MONIALES GALLICANÆ.

ANGADRISINA.

Fuit cognata Lamberti, Lugdunensis episcopi: & vixit in monasterio Bellovacensi, magnâ cum castitate & religione. circa annum Domini 668. *Jacobus Meyer.*

GERTRUDIS.

Fuit filia Ihæ: & exstitit abbatissa in monasterio Nivigellensi, annis 14. Obiit anno Christi 664. *Meyer, in Chronico Flandriæ.*

II. GERMANIÆ MONIALES.

IRMINA.

Fuit filia Dagoberti, & prima Abbatissa in Horreo Trevirensi, quod ipsa fundaverat.

Successit ipsi Modesta, soror Wilibrodi: huic Julia, huic Hilya; huic Anastasia; huic Basilissa. &c. *Bruschius.*

VINCIANA.

Mentio fit Vincianæ cujusdam monialis, quæ fuit soror Landoaldi archipresbyteri; *apud Jacobum Meyer.*

GUITLINDA.

Prima fuit abbatissa in cœnobio, quod Niedermünster dicitur, in radice Vogesi. *Irenicus.** (* lib. 12.)

ODILIA.

Fuit filia Adelrici Ducis Alsatiæ: & prima exstitit Abbatissa in monasterio Altitonensi, vel Hohenburgensi, quod situm est in jugis Heptinacrianis. Successit ei Eugenia. *Bruschius de Monasteriis.*

PHARAILDIS.

Fuit filia Vigeri, viri nobilis, & Amelbergæ; quæ fuit sobrina, vel neptis Pipini ex sorore. A teneris literas & pietatem edocta a Gertrude, Nivigellensi abbatissâ, in conjugio tandem multos annos illibatam virginitatem custodivit: *teste Jacobo Meyer.*

III. BRITANNIÆ MOniales.

PHARA.

Fuit soror Pharonis. cumque pater vellet eam elocare in matrimonium, fugit ad templum, & talia vota fecit: *O Petre, qui justis regna reseras cælestia, & injustis claudis, huc ad tua perfugi limina, tua volens esse virguncula. Et tu ô Christe, qui semper precibus flecteris, remittendo humilium sordes, serva virginitatem meam, oblatam tibi, per æterna secula.* Reversa domum, patri dixit; se vitam malle amittere, quam virginitatis florem. Ideoque inclusa est carceri, & aliquamdiu ibi retenta: tandem voti compos facta, intercessione Eustasii, successit in monasterium Hauguericum. *Vincentius.** (* lib. 23. c. 16. 17. & 18.)

EDILDREDA.

Fuit regina Angliæ. In conjugio 12. annis vixit, perpetuam virginitatem custodiens: tandem facta est Abbatissa. & mortua, post multos annos inventa est corpore salvo, in monumento. *Beda.** Epitaphium ejus ibidem exstat. (* lib. 4. c. 20.)

Alme Deus Trinitas, quæ secula cuncta gubernas,
Annue nunc cœptis, alme Deus Trinitas.
Bella Maro resonet, nos pacis dona canemus:
Munera nos Christi; bella Maro resonet.
Carmina casta mihi, fœdæ non raptus Helenæ:
Luxus erat lubricis, carmina casta mihi.
Dona superna loquar, miseræ non prælia Trojæ:
Terra quibus gaudet; dona superna loquar.
En Deus altus adit venerandæ virginis alvum,
Liberet ut homines en Deus altus adit.
Fœmina virgo parit Mundi devota parentem:
Porta Maria Dei, fœmina virgo parit.
Gaudet amica cohors de virgine, matre Tonantis:
Virginitate micans gaudet amica cohors.
Hujus honor genuit casto de germine plures;
Virgineos flores hujus honor genuit.
Ignibus usta feris virgo non cessat Agathe
Eulalia perfert, ignibus usta feris.
Casta feras superat mentis pro culmine Tecla;
Eufemia sacras casta feras superat.
Læta videt gladios ferro robustior Agnes;
Cecilia infestos læta videt gladios.
Multus in orbe viget per sobria corda triumphus,
Sobrietatis amor multus in orbe viget.
Nostra quoque egregia jam tempora virgo beavit;
Edildreda nitet nostra quoque egregia.
Orta patre eximio regali, & stemmate clara;
Nobilior Domino est, orta patre eximio.
Percipit indè decus reginæ, & sceptra sub astris:
Plus supra astra manens, percipit inde decus.
Quid petis alma virum, sponso jam dedita summo?
Sponsus adest Christus, quid petis alma virum?
Regis ut ætherei matrem jam, credo, sequaris,
Tu quoque sis mater Regis ut ætherei.
Sponsa dicata Deo bis sex regnaverat annis;
Inque monasterio est sponsa dicata Deo.
Tota sacrata polo celsis ubi floruit actis;
Reddidit atque animam tota sacrata polo.
Virginis alma caro est tumulata bis octo Novembres:
Nec putet in tumulo virginis alma caro.
Christe tui est operis; quia vestis in ipsa sepulcro
Inviolata nitet, Christe tui est operis.
Hydros & ater abit sacra pro vestis honore:
Morbi diffugiunt, hydros & ater abit.
Zelus in hoste furit, quondam qui vicerat Evam:
Virgo triumphat ovans, zelus in hoste furit.
Adspice nupta Deo, quæ sit tibi gloria terris:
Quæ maneat cœlis, adspice nupta Deo.
Munera læta capis, festivis fulgida tædis,
Ecce venit sponsus, munera læta capis.
Et nova dulcisono modularis carmina plectro:
Sponsa hymno exsultas & nova dulcisono.
Nullus ab altithroni comitatu segregat agni;
Quem affectu tulerat nullus ab altithroni.

HYLDA.

Hylda Hotesuuitah, Eduini Northumbrorum Regis neptis, discipula Paulini & Aidani, Pharense cœnobium propriis sumtibus exstruxit. Mulier in sacris literis probè instituta, dissensiones inter doctores, de ceremoniis Romanis, nimirum de Paschate, & tonsurâ, & unctionibus, cupiebat rectè componi. Quare effecit, ut in suo cœnobio fieret Synodus, circa annum Domini 664. In eâ, Hylda Scotorum partes adjuvat, ac videtur etiam postea in suâ sententia permansisse. Nam contra Agilbertum Parisiensem, & Visisaxonum

episcopum,

epi[illegible]opum, scripsit. *Pro veterum rituum a[illegible]ratione, librum 1. & Meditationes pias, lib. 1. & varias Epistolas ad viros eruditas.*

In pauperes liberalis fuit. Consiliis & doctrinâ etiam Regibus, & toti Britanniæ, profuit. Vixit annos 66. & obiit anno Domini 685. *Beda* * *Balæus.**

* lib. 5. c. 25 & lib. 4 cap 53. * Cent. 1. c. 80.

DE EREMITIS.

FIACRIUS.

NAtione Scotus, venit tempore Clotharii ad Pharonem, episcopum Meldensem: & ab eo impetravit locum, in quo exstruxit sacellum: & privatus vixit, non procul a Meldensium urbe; nec unquam fœminam ad se venire permisit. Una aliquando ex temeritate ingressa in cellum ejus, statim de mentis sanitate est deturbata. Unde hoc distichon de eo est compositum:

Fœmina, quæ læsit blasphemo murmure sanctum,
Fecit quòd sancti non intret fœmina templum.

*Robertus Ganguinus.**

* lib. 3.

INGOBERTUS, CARILEphus, VVolfrichus, Bantus, Beatus, & VVolsius.

Hi, cum aliis multis, in diœcesi [illegible]rev[illegible]orum, circa tempora Dagoberti Regis, vitam solitariam egerunt in eremo: *teste Trithemio.*

JOHANNES.

Eremita in Siciliâ, cum Ansoaldo Pictaviensi disputat de Salute animarum: & nugatur de animâ Dagoberti, quòd viderit eam à dæmonibus deportari; & postea à Dionysio & Mauricio & Martino liberari, & in cœlum ferri. *Sigebertus in Chronico*, anno 645. *Antonius.**

* lib. 4. c. 34

VVENDELINUS.

Primum fuit monachus in cœnobio Theologiensi: postea eremiticam vitam eligens, secessit in eum locum, ubi nunc oppidum ejusdem nominis exstat, ad S. Wendelinum. Claruit in vitâ multis miraculis: & post mortem magnus concursus fuit ad ejus tumulum: *teste Trithemio.*

DISIBOTUS.

Eremita in diœcesi Moguntinâ, non procul à monasterio Spanhementi, ad fluenta Nahi & Glausi, ubi hodie etiam monasterium ejus nominis reperitur. *Trithemius.*

PAULUS.

Eremiticam duxit vitam in monte, qui Gehenna dictus est, prope Trevirim. unde postea idem mons, mutato nomine, Paulsberg dici cœpit. *Trithemius.*

JODOCUS.

Ex regiâ stirpe oriundus, mortuo patre Judicail, spreto regno, cum quibusdam Romam peregrinantibus, sumto baculo & tabulâ, abiit; & clerici officio inter ipsos functus est. Postquam autem in pagum Pontivum, post annos 11. delati sunt, hospitium ab Haimone Duce impetrarunt: factusque est Jodocus presbyter; & Haimonis filium de sacro fonte levavit. Post annos septem abdicans se ministerio, secessit cum discipulo Mirmaro in eremum: & in loco, qui dicitur Brahic, cellulam exstruxit; in quâ assiduis precibus se maceravit.

Mendicis eò devenientibus, omnes suos commeatus distribuit. Murmurante autem ejus famulo, quatuor naves, onustæ cibo & potu, ad ejus cellulam sinè remige venerunt.

Vexatus à Diabolo, mutavit locum; & alium elegit, Runachum nomine.

Eduxit vivos latices ex arido solo, baculo terram percutiens: cùm Haimo in venatione sitiret.

Romam abiit. Sanctorum reliquiis secum abductis.

Cæcam puellam illuminavit. Et ad suum Sacellum delatus in pago Pontivo obiit, anno Domini 653. *juxta Sigebertum. Petrus de Natalibus.** & *Vincentius.**

* lib. 1 c. 4 * lib. 24 c. 105 & 106

CAPUT [illegible].

DE HÆRETICIS.

JACOBUS.

ZEner[illegible] Syrus, vir obscurus, & Zanzalus ob summam tenuitatem dictus; errores Eutychetis, Dioscori, Gnaphei, Petri [illegible] Severi amplectens, apud Syros [illegible]opagare eosdem studuit. *Nicephorus.** Discipuli & assensores ejus dicti sunt Jacobitæ. *Idem.**

* lib. 18 c. 52 * cap. 54.

ANASTASIUS.

Patriarcha Jacobitarum, anno 20. Heraclii, ad Imperatorem Hierapolim accessit, & cum eo disputavit. Imperator ei promittit sedem Antiochenam; si Chalcedonensem Synodum suscipiat. Ille verò callide interrogat Imperatorē: Si confiteatur duas in Christo naturas; quomodo dicere debeat de voluntatibus & operationibus Christi: duplæ ne, an simplæ essent? Imperator, vocis novitate motus, à Sergio petit responsum ad eam quæstionem; & sic in errorem inducitur. *Paulus Diaconus,** & *Zonaras.**

* lib 18 * Tomo 3

CYRUS.

Primùm fuit episcopus Phasidis, in provinciâ Lazorū. Interfuit colloquio, quod Heraclius Imperator habuit cum Paulo quodam, in partibus Armeniæ, de unâ naturâ & voluntate in Christo: & ex eo tempore, cùm audiisset argumenta Pauli esse rationi affinia, cœpit inclinare in ejus sententiam, sed c[illegible]am. Postea, cùm ipse etiam Imperator in istam hæresim esset prolapsus, fecit eum Alexandrinum episcopum. Erat autem i[illegible]a ecclesia distracta ab Hæreticis Theodosianis. Cui vulneri dum conatur præposterè emplastrum adhibere, majorem efficit divulsionem. Nam, propter Hæreticorum amicitiam, largitur eis, unam tantùm in Christo esse voluntatem & operationem: & vicissim obtinet apud eos, ut dicant, in Christo duas naturas esse unitas. Sed Sophronius formulam illam pacis improbat: & privatim aliquoties admonitum, cùm obstinatū reperit, collectâ synodo Hierosolymis, excommunicat. Ille verò apud Sergium Constantinopolitanū accusat Sophronium, eumque in suam sententiam pertrahit. Epistolæ ejus aliquot, & formula pacificationis, in Romanâ [illegible]nodo sub Martino, & in Sextâ Constantinopolitanâ recitantur, & damnantur unà cum autore: *ut patet ex Actis.*

THEODORUS.

Fuit episcopus Faranitanus, defensor Monothelitarum: ut apparet ex literis, scriptis ad Sergium quendam Arsenoitam episcopum: quæ recitantur & damnantur in sextâ Constantinopolitanâ, cum opusculo, quod ille ex Patrum scriptis collegerat, excerptis quibusdam obscuris & mutilatis dictis, quibus suam sententiam stabilire voluerat. *ut patet ex Actis.*

HONORIUS.

Honorius, Pontifex Romanus, tempore Heraclii, arguitur in sextâ Constantinopolitanâ, ex epistolâ quâdam, quam ad Sergium scripsit; quod à Monothelitarum partibus non omninò fuerit alienus. Siquidem ibi habetur: quòd hujusmodi quæstiones ad Grammati[illegible]os, nō ad doctorem ecclesiæ, pertineat: & quòd in Apostolorum monumentis, neque unius, neque geminæ operation[illegible] vel voluntatis, fiat mentio: quòd deni que utraque phrasis sit fugienda. Damnatur ergo & ipse, & epistola eius, a Synodo; consentientibus etiam Legatis Romani Pontificis: *ut constat ex Actis.* Quare frustra excusatur ab aliis Scriptoribus.

SERGIUS.

Fuit episcopus Constantinopolitanus, eo tempore, qu[illegible] mota est Monothelitarum hæresis. Cumque Heracli[illegible] mum hæc quæstio, ab Anastasio Antiocheno, proponeretur; Utrum una an dupla voluntas in Christo esset credēda? per literas consultus ab Heraclio, quid respondendum esset; in gratiam Anastasii, qui ejusdem cum eo erat gentis, natione Syrus, genere Jacobita, rescripsit: Unam [illegible]lummodò voluntatem dici oportere. Et si levi initio [illegible] hunc errorem prolapsus; postea subindè altiùs est cogitando & disputando immersus: nec potuit elucta[illegible], di[illegible]

vivis fuit. Sophronius aliquoties ad eum scripsit; sed nihil eum movit. A Martino, Pontifice Romano, post obitum est excommunicatus. In sextâ denique Constantinopolitana leguntur ejus epistolæ, quas passim sparserat ad Cyrum, ad Honorium, & alios suos complices: itemque peculiare opusculum, quod de operatione & voluntate Christi unicâ conscripserat. quæ cum autore damnantur, & ex Ecclesiâ exploduntur: *ut patet ex Actu.*

JOHANNES.

Johannes Grammaticus Philoponus, genere Alexandrinus, & Philosophus, stylo quidem non admodum excellens, sed spinosus & argutus disputator, & in Aristotelis & Platonis doctrinâ probè eruditus; scripsit luculentas enarrationes in obscuras Aristotelis sententias, & multa alia.

A Sergio Constantinopoleos episcopo, cùm actum esset certamen de voluntatibus & operationibus in Christo, instigatus, scripsit libros plures contra quartam Synodũ: maximè verò *Διαιτητὴν*, Arbitrum, seu de Unione. Omnem Philosophiam ad suum errorem comprobandum commovit: & multos habuit asseclas. *Nicephorus.* * & hæresis Tritheitarum dux fuit: * & Agnoetarum, & Contobabditarum, & Theodosianorum, errores defendit. *

* lib. 18. c. 47. & 48. * cap 50. * cap. 49.

PYRRHUS.

Fuit Sergii successor, & hæresis prædictæ acrior defensor, quàm Sergius. Admonitus est à Johanne Pontifice Romano, ut rediret in viam; sed frustrá. Postea à Theodoro excommunicatus est; & ab Heraclio relegatus in Africam. Reversus indè post obitum Heraclii cecidit palinodiam, & Romæ Theodoro obtulit libellũ retractationis: unde & in Ecclesiam est receptus. Indè digressus, in itinere versùs Constantinopolim, errorem suum repetit: eũque usque ad finem tuetur. Quare denuò excommunicatur Romæ a Theodoro: & iterata est eadem excommunicatio, post ejus mortem, à Martino Papâ, & tandem in sextâ Constantinopolitanâ: *ut patet ex Actis Synodorum.*

PAULUS.

Episcopus Constantinopolis, non solùm unam in Christo voluntatem docuit, sed contrarium asserentes, vi etiam atque armis oppressit: & ejecit in exilium, Imperatoriâ autoritate fretus, non solùm multos doctos, & de Ecclesiâ bene-meritos viros; sed ipsum etiam Romanum Pontificem Martinum. Legatos ejusdem, carceribus ac verberibus multatos, partim cum contumeliâ remisit; partim deportavit: & Imperatorio diplomate ab omnibus ecclesiis postulavit, ut suam sententiam amplectantur. Admonitus tamen est, & excommunicatus a Theodoro ac Martino Pontificibus: & tandem, in sextâ Constantinopolitanâ synodo, nomen ejus, cum scriptis, ex Ecclesiâ est rejectum. *Liber pontificalis, in vita Theodori & Martini, & in sexta Constantinopolitanâ, Actione 4. & 13.*

PETRUS.

Petrus, & unam, & duas voluntates in Christo, asseruit. Scripsit ad Eugenium, itemque ad Vitalianum, Papas, opuscula: quibus hanc suam bicipitem sententiam confirmare conatus est. Sed explosa sunt, tum ab illis, tum etiam in sextâ Constantinopolitanâ: & declaratus est ipse hæreticus cum prioribus. *Liber pontificalis, in vitâ Eugenii; & sexta Constantinopolitana, Actione 4. & 13.*

MACARIUS.

Fuit Antiochenus episcopus, & defensor Monothelitarum primarius, eo ipso tempore, quo sexta Synodus Cõstantinopolitana à Constantino Pogonato fuit congregata. Disputavit coram totâ Synodo pro suâ sententia acerrimè, allegatis multis testimoniis Patrum corruptis & mutilatis. Addidit etiam, se non velle aliter credere, etiamsi membratim discerpendus, aut abjiciendus in mare foret: imò se coram tribunali Christi, in die judicii, cum istâ suâ sententia absque metu compariturum. Damnatus itaque est à Synodo, & cum excommunicationis fulmine ex Ecclesia ejectus: *ut patet ex Actis.*

STEPHANUS.

Fuit Monachus & presbyter Antiochenus, discipulus Macarii, qui perstitit cum præceptore suo in simili pertinacia: ideoque in Synodo Constantinopolitanâ non solùm explosus; sed etiam cervice ejectus, & anathematizatus est: *ut patet ex Actis.*

ANASTASIUS, ET Leontius.

Anastasius expresbyter fuit; Leontius exdiaconus Macarii. In sextâ Constantinopolitanâ, steterunt aliquamdiu à partibus Macarii: sed tandem convicti erroris, cesserunt, & Romæ absoluti sunt, & recepti a Leone Pontifice: *ut patet ex Actis.*

PETRUS & SOLON.

Petrus fuit episcopus Metropolitanus; & Solon episcopus Claneu, vel Cleonæ. Senserunt hi quoque cum Macario, & emendati sunt in Synodo.

POLYCHRONIUS.

Fuit presbyter & monachus Macarii. In Synodo jussus exponere suam fidem, exhibuit chartam; in quâ erat sententia Monothelitarum scripta. Asserebat autem, se impositurum eam mortuo alicui cadaveri, ejusque resuscitatione demõstraturum virtutem veritatis. Synodus consentit, ut charta mortuo imponatur: idq. facit ille in publico cõventu. Expectatur mortui resurrectio ad multas horas. Polychronius, insusurrando in aures cadaveris, nihil efficit: ac tandem confitetur, se non posse mortuum excitare. Synodus jubet eum a falsâ sentẽtiâ recedere; & veram amplecti. Sed is adeò obstinato fuit animo: ut diceret, se cum præceptore malle errare, quam cum aliis rectè sentire. Ideoque dictus novus Simon, qui phantasmate mortuos voluisset excitare; cum reliquis similem fortunam subiit, & excommunicatus est.

DE ALIIS MACARII SOCIIS.

Recitantur & alii plures, qui cum Macario sunt excommunicati: ut Petrus Syrus; Sergius Armenius, Damianus, Epiphanius, Anastasius, Johannes, Thomas, Severus, Syri; Constantinus Apameensis, & Aspergius Pergensis. *in Actis.*

ELEUCIUS.

Eleucius hæreticus, cum Gregorio Agrigentino sæpè disputavit de munere, quod Christus, Dei Patris in terris legatũ agens, obierat: sed ab eo victus est. Postea verò, cùm Gregorius Romam abductus esset, ab adversariis ejus episcopus creatur; & altare in templo à Gregorio exstructum evertit; & corpora Sanctorum in mare projicit; & delatores juvat & confirmat. Sed tandem, patefactâ Gregorii innocentia, in Hispanias relegatur. *Metaphrastes in vitâ Gregorii.*

VVARNACHARIUS.

Autor vitę Eustasii, *apud Bedam. Tom. 3.* Warnacharium hæreticum appellat: qui in Synodo Matisconensi mortuus sit, antequam cum Eustasio contulerit. Sed ideò hæreticus dictus ab eo autore videtur; quia improbavit novos Columbani & Eustasii ritus monasticos.

CAPUT XII.

DE MARTYRIBUS.

SUB HERACLIO.

ANASTASIUS, in Perside natus, à patre mago, puer magicas artes discebat, à Christianis autem captivis, de Christo ejusque doctrinâ commonefactus, ex Perside abiit: & Chalcedone & Hierapoli aliquamdiu subsistens, doctrinam de Christo percepit. Hierosolymam dein progressus, Baptismo initiatur. Anastasius abbas, quarto milliario ab urbe, in monasterio discipulos alebat, eosque in sacris literis instituebat, & ad Ecclesiarum gubernationem præparabat. Ad eum ille accedit, seque in album monachorum adscribi impetrat: & per annos septem ibidem vitam exigit.

Opinionẽ de peregrinatione ad loca sancta, orandi gratiâ, quę vulgò in monasteriis tradebatur, imbiberat. Quare

ea monasterio[illegible] Palæstinæ, orasum abit: & à Persis,[illegible] us in illa loca capitur. Carcer & [illegible] judice Marzabana vexatu[illegible], & [illegible] rgis cæsus, [illegible] Per[illegible] d Chol[illegible] regem m[illegible]ttitur.

[illegible] bebat [illegible] tem Re[illegible] & Mag[illegible] ses, qu[illegible] Ch[illegible] stiuocti nam an[illegible] ans incantati[illegible] e & idololatrias ill[illegible] damnabat & e[illegible]. Con[illegible] bantu[illegible] eum ver[illegible] eribus emen[illegible] & ad [illegible] tinnes suas [illegible] reducere. Sed [illegible] frustra erat. Q[illegible] te[illegible] eum [illegible] berari pu[illegible] curassent, tandem una manu ad [illegible] ras tres su[illegible] pen[illegible] im [illegible] ite trunc sunt: anno Domini [illegible]. *Sigebertus.*

N[illegible] este ejus dæmoniacum [illegible] dutum, statim cur[illegible] idecque Herac[illegible] ejus [illegible] quas [illegible] ex Per[illegible] [illegible] a n deportât[illegible], & p[illegible] a R[illegible] misisse. At[illegible] nio [illegible] m[illegible] im me[illegible] te[illegible] e[illegible] nctitate [illegible] [illegible] monast[illegible] ca[illegible] sub[illegible] ce cæpisse videtur. *Beda.* * *Adon,* * *Regino,* * *Metaphraste.* *

SUB [C]ONSTAN[T]E.

MAximu[illegible] mus, & [illegible] mus abbas al[illegible] cubi in Africâ eò quod Theodor[illegible] Constantinopoleos episcopum reprehêderat, & Rom[illegible] profe[illegible] in Synod[illegible] um Martino Papâ dam[illegible] at Monoth[illegible] rum e[illegible] orem, à Constante, cum d[illegible] bus di[illegible] ipulis, ling[illegible] & manu truncatus, in C[illegible] ersonam, anno ejus 9. relegatus est. *Zonaras,* * *Paulus Diaconus.* *

FOILLANUS.

Monachus Fossensis, martyrizatur, *juxta Sigebertum*, anno 654.

HERACLEONA.

OSvvaldus Rex Britanniæ, pietatis studi[illegible] & in pauperes [l]iberalis fuit, ade[illegible] ut, cum a[illegible] quando ab episcopo admoneretur, multo[illegible] paup[illegible] res esse [illegible] foribus, omnes dapes de mensâ suâ, & ar[g]enteum discum, in [illegible] distribui sine mora jusserit. A gente Merciorum, & Rege ejus ethnico, in Maserfelt, p[r]o religione & patriæ libertate fortiter dimicans, cæsus est. *Beda.* * Anno Domini 643. Miracula ad eum locum postea facta, *idem* commemorat: sed quæ mendacia & vana videntur.

SUB CONSTANTINO

Pogonato.

MExelendis, seu Maxelendis, [v]irgo Cameracensis, cum, propter votum [v]irginitatis, Harduini, seu Ardeni [s]ponsi sui, recusaret nuptias, interficitur: & illi excæcato, post triennium, [v]isum restituit: (si credere fas est) anno Domini 6[illegible] *Sigebertus, Platina in Deno, & Sabellicus.* *

MARINUS.

Abbas, à Projecto, cum ægrotaret, sanatus; cum eodem in itinere interficitur. *Vincent[ius].* *

BERCHARIUS.

In Luxoviensi monasterio, sub Eustasio, monastica doctus, primus Antr[illegible] illarensium abbas factus; Dagovinum, monachum suum, non modò verbis, [s]ed eti[am] verberibus castigaverat. Id ille indignè ferens, dorm[illegible] letha[li] vulnere lædit: & postea campanas pulsat, con[sci]entia suâ [illegible] malo spiritu ex[illegible] atus. Ante obitum, Berchar[i]us par[illegible] suum monet de pœnitentiâ, eique cul[p]am condonat. Anno Domini 661. *Sigebertus, & Vincentius.*

BERTHA.

Bertæ [m]artyris, & abbatissæ in Galliâ, meminit *Sigebertus*, anno [Do]mini 661.

[S]UB JUSTINIANO.

EUaldi duo, al[ter] Albus, alter Niger, propter capillorum di[v]ersitat[em] Angli erant natione, monachi am[bo] & presbyte[illegible] niâ exula[ba]nt. Niger, in sacris [illegible] instructior, Albus v[illegible] ad ceremonias (ut videtur) [p]eragendas promtior. Ven[illegible] m[illegible] provin[c]iam antiquorum Saxonum, (ut *Beda* habet: *Sigebertus* Galliam di[cit]: *Fasciculus temporum* putat, in [co]mitatum Hoejensem, [p]rope Bremam) novas ceremonias papisti[c]as instituturi, & propagaturi. quod *Beda* vocat, aliquos Christo prædicando [illegible] rere. Ac divertebantur ad [illegible] eum; & petebant se ad Satrapam ejus regionis duci: propterea quod mandata ad eum haberent. Villicus eos apud [se] ad dies [a]li[quot] [illegible] m esset [illegible] quod al[illegible] terius religionis essent, na[illegible] p[illegible] mis[illegible] & [illegible] rati[illegible] mbus [illegible] bant & m[illegible] & [illegible] bulam, alteri vice, secu[illegible] portan[illegible] be[illegible] quasi ad novam [illegible] nem [illegible] & Satrapæ eandem persuadere in[illegible] sim[illegible]. [illegible] antes itaque Pagani, eos comp[illegible] ndum[illegible] Album [illegible] interficiunt, Nigrum [illegible] ciatu, membris di[illegible] rpunt, & [illegible] e[illegible] enum [illegible] unt [illegible] omni jussu. Coloniæ sepulti sunt anno Domini 69[illegible] *Sigebertus Beda.* *

SUB ABSIMARO SEU TIBERIO.

GRimoal[illegible] ius P[illegible] R[illegible] 6[illegible] [illegible] deł on[illegible] a R[illegible] ng[illegible] te et[illegible] Re[g]is ad al[illegible] e Laml[illegible] erti orans, pern[illegible] it[illegible] *[illegible] fordic[illegible] is,* * & *Francorum annales.*

CAPUT XIII.

DE MIRACULIS ET prodi[g]iis.

SUB PHOCA.

ANno Domi[ni] 6[0]4. *juxta Palmerium* frumenti & vini egestas fuit pene per o[mn]em terrarum; maximè verò in Italiâ: idque propter frigidissimam hyemem, quâ [illegible] t[illegible] per erunt; & uredinem [illegible] quâ [fr]uges corruptæ sunt. *Paulus Diaconus.* *

Anno Domini 6[illegible] in prælio Lotharii & Theodo[r]ici, angelus Domini eva[g]in[at]um gladium super populum tene[illegible] visus est. [Si]g[eber]tus in Chronico.

Ca[l]ligraphus qu[id]am Alexandriæ venerabilis vir, ex matutinâ vi[gili]â [illegible] mum vadens; mediâ n[o]cte videt statuas ex metal[l]o æris abstractas, & voce grandi dicentes interemtum Mau[ric]ium & fi[l]i[o]s [e]ius, atque omne[s] casus, qui apud [By]zantium fuerant [illegible]. Manè verò facto pergens, hæc August[al]i ret[ulit] [illegible] ipse accepit ei nulli hæc manifesta facere: scribensque d[illegible] m præstolabatur exitû. Die verò nonâ [p]ræctereunte, ecce nunti[us] venit, indicans Mauricii intere[m]tionem. Tunc Augustalis dæmonum vaticinium coram pop[u]lo [p]ublicavit. *[P]aulus Diaconus* * *sub Phoca. & Nicephorus.* *

Anno Domini 606. mense Aprili & Maio, apparuit in cœlo stella crinita: & postea r[urs]um [in No]vembri & Decembri. *Paulus Diaconus,* * *Platina in Sabiniano, & Sabellicus.* * Eodem autem anno c[illegible] ejus dicitur Mauritius.

Cùm pauper quidam, circiter annum Domini 606. a nautis eleemosynam petiisset, illi verò respondissent, se nihil præter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo, quæcunque manducabilia in navi sunt, vertantur in l[api]des. Quod & factum est. Lapidum enim duritiem omnia sortita sunt: licèt color & forma rebus illis mansisset pristina. *Sigebertus in Chronico.*

Sabiniano Pontifice, fames gravis Romam afflixit. *Liber Pontific. & Johannes Toletanus.*

Bonifacio IV. Pontifice, pestem, famem, & aquarum inundationem, passim afflixisse mortales, testatus *Hartmannus Schedel. & Johannes de Oppido.*

Signum sanguineum in cœlo apparuit, quasi hasta cruenta, & angelus, eam [h]astam gestans: *juxta Valentinũ Manzerum in Chronographia.* Et lux clari[ssi]ma, per totam nocte fulgens, Theopertum Francorum [r]egem, cum Clothario bell[um] gerantem aff[illegible] *Paulus V[illegible].* *

S[ub Pon]tificatu Deusdedit, terræ motu[s] ecidit: & scabies, elep[h]antiæ simil[is] [illegible] aflata est. *Platina. Liber pontifi[c]alis, Luitprandus & similes in vi[tis].*

Lacus D[illegible] regna[illegible] T[heo]dele[illegible] & Theodorico apud Francos, tâte[illegible] ter[illegible] e [illegible] co[illegible] cest[illegible] ad ripas, in esum accolarum [illegible]. *Robertus Ganguinus.* *

Ipso têpore, quâ[n]do Persi[illegible] contra Romanos pugnarũt, & ab alia parte B[illegible] ari[illegible] n [Eu]ropa incursione [illegible] cerunt, animantia clade plurimâ acceperunt: & [p]rovêtu[s] frugũ nullus fuit. Accessere fa[m]es & pestilentia, hyeme [illegible] ingentes: itâ ut mare [illegible] côn[g]latũ pisces postea mortuos ejecerit. *Ni[c]ephorus,* * B[illegible] * *Paulus Diaconus* * *sub Pho[ca].*

SUB HERACLIO.

ANno 13 Heraclii, cùm esset in expeditione adversùs Persas Imperator, in solstitio æstivo, æther sudore [illegible] est madidus; & animos Romani exercitûs recreavit: *ut narrat Paulus Diaconus.*

Anno Heraclii 16. grando miræ magnitudinis in Persarum exercitum irruit, & plurimos interfecit, sed aciei Romanæ pepercit. Quod *Paulus Diaconus* superstitiosè affirmat, Dei genitricis intercessione effectum esse: cujus tamen *Ivo in Chronico*, non meminit.

Eduinus, cùm esset in exilio, & angeretur de suis rebus propter pericula, nocte intempestâ, per hominem ignotum, & subitò evanescentem, accipit oraculum, de regno recuperando & futura [illegible] Christianâ religione. *Polyd. [illegible].*

Anno Heraclii 2[illegible] *ut Sigebertus annotat*; aut 23. *ut Paulus Diaconus* per dies triginta, in Palæstinâ, terra movetur: & in cœlo signum, quod [illegible] appellatur, in modum gladii à Meridie usque ad Arcturum, sese extendit, quo Saracenorum potentiam significatam volunt. *Sigebertus*, anno Domini 632.

Anno Domini 617. Cometes per mensem apparuit: qui Hierosolymorum direptionem portendit. *Polydorus.*

Cùm Sigebertus infans, filius Dagoberti, die 4[illegible] à nativitate à [illegible] Amando baptizaretur, [illegible] clara voce, *Amen. Sigebertus in Chronico*, anno Domini 633. Idem *Regino* asserit, & *Robertus Ganguinus.*

Ultimo anno imperii sui, Heraclius, cùm contra Agarenos ex portis Caspiis, eduxisset copias, de gente sævissimâ, quam Alexander Magnus ob immanitatem super mare Caspium inclusisse dicitur: Angelus Domini 52[illegible], de exercitus ejus concidit. Quæ res tantum mœrorem ei fecit, ut eo extingueretur. *Otho Frisingensis.* & *Gotfridus Viterbiensis.*

SUB CONSTANTE QUI ET
Constantinus dicitur.

ANno 6. imperii Constantis, qui fuit Domini 648. ingens procella multa germina evulsit; arboresque ingentes radicitùs exstirpavit, & multas columnas, & chorum monachorum, Constantinopoli depoluit. *Paulus Diaconus* & *Honorius in Chronico. Zonaras* dicit, multas [illegible] improvincias, terræmotu, & procellis ventorum afflictas esse. Paulo pòst Saraceni in Africam irruerunt, eamque sibi subjecerunt.

Anno Domini 65[illegible] ignitus lapis, quasi massa candentis ferri, ab Occidente volitare, ut draco, visus est. *Lycosthenes de Prodigiis.*

Anno Domini 654. imperii verò Constantis 11. cineres pluit. [illegible] magnus metus Constantinopolim invasit: ignis de cœlo cecidit; & pestis gravissima, tribus æstivis mensibus, grassata est. Visum etiam est spectrum venabulo circuire, & domos pulsare: & observatum est, totidem ex domo pulsatâ mori, quot vicibus pulsatum esset. *Sigebertus.* & *Paulus Diaconus.*

Carnifex, ab Olympio jussus Martinum Papam in templo interficere, cæcitate percussus, nequit Pontificem agnoscere: *ut narrat Blondus.* & *Liber pontificalis in Martini vitâ: Sigebertus in Chronico*, circiter annum Domini 657.

Anno Domini 664. quo in Britanniâ recepta est Cleri tonsura, & alii characteres Romanæ bestiæ, V. Nonas Maii, horâ 10. Indictione [illegible] eclipsis Solis facta est. quâ sæva lues & pestis in Britanniâ & tenebræ in religione, ut tunc Missa Latina, Invocationes mortuorum, Imagines, Altaria, & similia portenta Romana, à quibus illæ Ecclesiæ hactenus [illegible] fuerant rectè docentium studio & curâ, quì nunc opprimebantur) & mors Imperatoris secuta est. *Beda*, *Bal[illegible].*

Cùm W[illegible]dus australes Saxones convertisset & [illegible] descendit pluvia serena & refloruit terra, rediit [illegible] annus lætus: cùm tribus annis, ante adventum ejus, non pluisset in illâ provinciâ, & homines præ inediâ sese ipsos præcipitarent in mare. *Beda.*

[illegible] rum ducem Forojulianorum cum 26. militibus, exercitum Sclavorum profligâsse, divinitus terrore immisso ad [illegible] pectum ejus. *Paulus Diaconus.*

SUB CONSTANTINO
Pogonato.

ARipertus, à Grimoaldo regno ejectus, cùm esset in navi, & tenderet in Britanniam, audit vocem à littore: quâ jubebatur in Patriam suam redire, quia ante triduum Grimoaldus esset extinctus. Ille autem ad littus rediens, neminem videt, unde concipit opinionem, divinum nuntium esse: ac in patriam redit, & regnum recuperat. *Regino. Paulus Diaconus. Sabellicus.* Factum anno Domini 67[illegible]. *juxta Sigebertum.*

Anno Constantini Pogonati 2. Domini verò 671. tempestas magna, tum hominibus, tum bestiis, nocumento fuit. *Paulus Diaconus.*

Anno Constantini 4 Domini verò 673. mense Martio, per dies decem, in cœlo ignis emicuit. *secundum Palmerium*: seu iris conspecta est, cum omnium terrore & opinione, quasi dies extremus ingrueret. *Paulus Diaconus.* & *Sigebertus.*

Anno Constantini [illegible]. Domini verò 67[illegible] cùm Adeodatus Pontifex Romanus obiisset, per menses quatuor, visa sunt elementa in urbis Romæ & Italiæ exitium conjurâsse. Nam continuati imbres, tonitruis fulguribusque immixti, armenta & homines interfecerunt: & fruges perierunt omnes, præter legumina, quæ initio ventis excussa repullularunt, & ad maturitatem pervenerunt. *Blondus. Sigebertus.*

Anno Domini 677. *juxta Sigebertum* (*Beda* verò annum 678. indicat) Constantini autè 8. in Augusto, per tres menses, Cometa, excelsam flammam, quasi columnam, præferens, à parte orientali, à gallicinio usque ad ortum Solis, apparuit. *Sigebertus [illegible] latina, Paulus Diaconus.* Secuta est pestis in Oriente.

Anno Constantini [illegible]. locustæ per Syriam & Mesopotamiam agminatim volitarunt. *Paulus Diaconus.* & *Honorius in Chronico.*

Circiter annum Constantini 9. Callinicus architectus, ab Heliopoli [illegible] ad Romanos profugus, ignem in aquis ardentem invenit: quo usi Romani, Saracenorum naves exusserunt. *Sigebertus*, & *Zonaras.*

Anno verò Constantini 10. magnus terræmotus per Mesopotamiam factus est: ac in Edessenâ urbe, Basilicæ [illegible] & Titulus, corruit. *Paulus Diaconus.*

Circiter annum Constantini 12. aut paulò pòst, eâ horâ, quâ Monothelitarum hæresis in Synodo damnabatur; multæ aranearum telæ de cœlo in medium populum deciderunt: in testimonium, sordes hæreticæ pravitatis depulsas esse. *Regino in Chronico.*

Anno Domini 682. paulò pòst Synodum sextam universalem, Constantini 14. *juxta Palmerium*; aut 13. *juxta Sigebertum*, Solis eclipsis facta est, V. Nonas Maii, horâ diei 10. Indictione 8. *Regino in Chronico.* Sed *Ivo* adjungit, etiam eclipsin Lunæ pene eodem tempore factam. quam secuta est gra[illegible]ma pestis, ad menses tres, Romæ & Ticini. Ac narrat *Regino*, bonum & malum angelum oberrare visos: & hunc ex illius præscripto toties pulsâsse fores, quot mori deberent ex eâdem domo. *Chronicon Saxonicæ*, hæc anno Domini 615. accidisse narrat. Sed potuerunt diversis temporibus similia evenire.

Anno Constantini 16. mense Martio, Vesuvius exarsit: & ignes per aliquot dies & cinerem evomuit: adeò ut omnia virentia circumquaque perderet. Secuta est Saracenorum in Africam irruptio, & excidium Carthaginis. *Paulus Diaconus.*

Anno Domini 687. sub Pontifice Benedicto, stella juxta Vergilias, per aliquot dies & noctes, cœlo sereno, inter Natalem Domini & Epiphaniam, apparuit omni modo adumbrata, veluti cùm Luna sub nube est constituta. *Paulus Diaconus. Platina & Sabellicus* fatentur Cometam fuisse: sed circa sidus Vergiliarum accidisse, dubitant. cùm constet, Vergilias circa vernum æquinoctium, ad 9. Calendas Aprilis, oriri. Postea verò, mense Februario, in meridie, stella ab Occasu exiit, & magno cum fulgore in partes Orientis declinavit. *Paulus Diaconus ibidem.*

Anno Constantini 16. fames & pestis in Syriâ & Libyâ grassata est. *Paulus Diaconus* * & *Honorius*. [* 619 Rom.]

Anno ejusdem 17. in Angliâ sanguinem pluit. *Heinricus de Erfordiâ*. * [cap. 32.]

Pontifice Leone, qui fuit sub finem imperii Constantini, 16. Aprilis, Indictione 11. Luna vesperi, post Cœnam Domini, cœpit obscurari: & sanguineum vultum præ se tulit, usque ad gallicinium. *Liber pontificalis*.

SUB JUSTINIANO II.

Anno . imperii Justiniani, fames Syriam afflixit: adeò ut multi indè in Romaniam ingressi sint. *Paulus Diaconus*.* [* lib.19.]

Anno Domini 690. qui fuit tertius Justiniani: aquæ diluvium fuit, in finibus Venetiarum & Liguriæ, cęterisque regionibus Italiæ; quale majus post Noæ tempora creditur non fuisse. Factæ sunt lacunæ possessionum seu villarum, hominumque pariter & pecudum magnus interitus: destructa sunt itinera, dissipatæ viæ. tantumque Athesis fluvius excrevit: ut urbis Veronensis muri ex parte unâ subruti fuerint. Fuit autem inundatio illa Calendis Novembris. Quin & tantæ coruscationes & tonitrua tunc fuerūt: quantæ vix æstivo tempore fieri solent. Tiberis quoque Romæ in tantum excrevit: ut aquæ ejus supra muros influerent, & maximas in eâ regiones occuparent. Tunc per alveum ejusdem fluvii, cum multâ Serpentium multitudine, draco etiam miræ magnitudinis, per urbem transiens, usque ad mare descendit. Subsecuta est statim hanc inundationem gravissima pestis, quam inguinariam appellant: quæ tantâ clade populum devastavit; ut ex inexistimabili multitudine vix pauci remanerent. *Lycosthenes de Prodigiis*.

Anno Justiniani 9. Domini verò 695. horâ diei 3. Sol obscuratus adeò est, ut stellæ in cœlo conspicerentur. *Paulus Diaconus*.* [* lib.19.]

SUB LEONTIO.

Leontio Constantinopoli Noresium portum emundante, bubonis pestis urbi incubuit, & in quatuor mensibus multos de plebe extinxit. *Paulus Diaconus*.* [* lib. 20.]

Cæcus quidam, cui Ebroinus effoderat oculos, cùm ad ripam Sogonæ fluvii resedisset, orandi gratiâ; audiebat impetum navigantium contra flumen. cùm verò interrogasset, quò cum nave tenderent? respondebatur ei: Ebroinum ad Vulcaniam ollam deferimus, ut isthic scelerum pœnas luat. *Ado Viennensis*.* [* Ætate 6]

Anno Domini 700. in Campaniâ, frumentum, hordeum, legumina, instar pluviæ de nubibus ceciderunt: *ut indicatur in Chronico Aditus, & a Nauclero*.* [Generat. 24]

DE MIRACULIS SUPERSTITIOSIS & fabulosis.

Crescente Antichristo, oportebat etiam signa mendacia magis magisque cumulari; juxta Pauli vaticinium, 2. Thess. 2.* Talium verò plurima, in historiâ hujus seculi occurrunt: quorum quædam annotabimus. [* vers. 9.]

SIGNA MENDACIA, PRO OPINIONE confirmandâ, quòd mortui possint miracula facere.

Cum esset Ebroino nunciatum, quòd ad tumulum Leodegarii fierēt miracula, misit eò militem, exploratum. Is autem calcans locum pedibus, inquit: *Moriatur, qui mortuū posse miracula facere credit*. Ad eam vocem concidit, & exspiravit. *Vincentius*.* [lib.23 c.125]

SIGNA MENDACIA, PRO RELIQUIIS SANctorum commendandis.

DE RELIQUIIS OSVVALDI.

Nugatur *Beda*,* in eo loco, ubi Osvvaldus Rex Anglorum interfectus est, equum & postea puellā paralyticam, esse sanatos: & pulverem ex eo loco ablatū, multorum curâsse ægritudines, & ab incendio postem, de quo suspensus erat, servâsse integrum. reliquis omnibus in cinerem conversis. *Idem* * fabulatur, super reliquiis ejus, totâ nocte columnam lucis, à carro usque ad cœlum extensam, conspectam esse, in provinciâ Lindissi: & in loco, in quo effuderant aquam, quâ laverant illas reliquias, dæmoniaco omnes dæmones abegisse: & ad tumbam ejus, puerū febricitantē esse sanatū; & quendam a morte resuscitatum. [Tantum valent superstitio & nugæ: si fides illis adhibeatur; quibus emolumento fuit, talia in vulgus, veri Dei ignarum, & novarum rerū mirabilium avidum, spargere. [lib. 3. c. 9. & 10.] [c. 11. 12. 13.]

DE RELIQUIIS BAPTISTAE.

De Johanne Baptistâ *Sigebertus in Chronico* fabulatur: Anno Domini 613. virtus & nomē sancti Johannis Baptistæ miraculis declaratur, apud urbem Galliæ Mauriennam de reliquiis corporis ipsius divinitùs illustrata. Ibi mulier, sancto Baptistæ nimis devota, exigebat ab eo, donari sibi aliquid de membris ejus: & in hoc orandi instantiâ per trienniū persistens, cum precibus suis nihil posset desperare: ipsa spem in Deo ponens, juravit, se non manducaturam: donec, quod petebat, acciperet. & sic septem diebus jejunans, septimâ tandem die, semper altari pollicem miri candoris apparēre videns, læta donum Dei accepit. Ad quod adorandum tres Episcopi venientes, cū de hoc sancto pignore partem elicere vellent; tres sanguinis guttas ex eo stillare, in linteo supposito, stupuerunt: & singuli singulas se meruisse, lætati sunt.

DE RELIQUIIS SEBASTIANI.

Ivo in Chronico, & Paulus Diaconus,* narrant: cùm tempore Constātini, circa annū Domini 682. per tres menses, Juliū, Augustū, & Septembrem, pestis Ticinū adeò depopulata esset, ut, civibus indè fugientibus, herbæ & fruticeta nascerentur in plateis: revelatum esse quibusdam, non priùs pestem abituram; quàm Sebastiani martyris altare in basilicâ Petri construeretur. atque eventum correspondisse. Reliquiis enim Sebastiani Roma Ticinum translatis, et aræ constructo, lues illa quievit. Atque hinc superstitio, de Sebastiani contra pestem præsidio, rudium animos occupavit.] [* lib.6 Longob.c.5.]

DE RELIQUIIS ANASTASII.

Eòdem pertinet etiam illud, quod *Beda*, *Ado*, & *Ottho Frisingensis* narrānt dæmoniacum indutum tunicâ Anastasii martyris, esse curatum.

DE RELIQUIIS BENEDICTI.

Et quæ *Ivo in Chronico*, de Benedicti ejusque sororis Scholasticæ, cadaveris per Aigulphum monachum inventione, & translatione Floriacum, & resuscitatione duorum mortuorum, & de loci cœlitùs indicatione per fulgur, quo reliquiæ illæ essent collocandæ, narrat: quid aliud sunt, quam nugæ, ad superstitionem probandam summo studio cōfictæ?

DE RELIQUIIS AIDANI.

Lecticam Aidani, bis inter ipsas flammas servatam, multorum languores & morbos curâsse, assulis indè excisis, & in aquā missis; narrat *Beda*.* [Vide, quid faciat superstitio!] [* lib. 3 c. 17]

Simile est, quod *idem* * nugatur, de Earcam valdi Londonensis episcopi feretro excisis, quasi eo febricantes, & aliis ægritudinibus correpti, sint sanati. [lib. 4 c. 6]

DE RELIQUIIS VEDASTI.

Anno 15. Constantis, Domini verò 658. Audomarus caecus, Vedasti virtute, ad preces episcoporum & aliorum visum recepit. quem cùm ægrè ferret, propterea quòd pro suâ salute cæcitatem sibi immissam existimabat, denuò excæcatus est. *Sigebertus in Chronico*. [Sed bonis illis viris in Sanctorum commendatione, facile fuit, hæc & similia comminisci.]

SIGNA MENDACIA, PRO OPINIONE, Sanctos posse nocere iis, quibus infensi sunt.

Sigebertus in Chronico nugatur Gregorium increpâsse successorem suum Sabinianum, sibi detrahentem: ac postea caput ejus percussisse, ex quâ plagâ mortuus sit.

Reginus narrat: Clodoveum Regem Francorum, propterea quòd nimis religiose corpus Dionysii discooperuerit, & os brachii ejus fregerit & rapuerit, confestim stupefactum in amentiam incidisse, & post duos annos vitam cum regno finiisse. Idem *Ado Viennensis* * & *Nauclerus*.* *Sigebertus* annotat annum Domini 660. [Ætate 6] [* Generat. 25]

Laurentius, ex Britanniâ discessurus ob Regis impietatem pernoctat in ecclesiâ divi Petri. Apparet autem ei Petrus; & flagellis acrioribus eum cædit. ac vetat eum deserere gregem, quem sibi concredidisset. Ille ergo mane ad

[illegible] accede[illegible] et monstrat & a Petro se accepi[illegible] thymat. R[illegible] cult[illegible] m baptizatur & Mellitum ac Iustum, quos ejece at revocat. *Beda.* * Scite a Laurentio ista vident ur esse confi[illegible]a, [illegible] stuporem Regis ethnici. Vere enim a Petr[illegible] eum flagellatum esse haud qui quam, ni[illegible] superstitiosus, credat.

Fabulatur *Vincentius:* * qu[illegible] sanctus Quintinus nobi[illegible] quendam superbum ac ut videtur nihil basilicæ ejus cō-ferentem, noctu excæderit ac jusserit vulnera populo ostentare. Quæ res tum alios, tum ipsum quoque, liberalem fecit erga sacrificos, id est um Quintini olentes.

Simile est, quod [illegible] idem de[illegible] to teste na ratur: cui primo proprium, postea ve[illegible] aureum natum, ab[illegible] le [illegible].

Simile est, quod [illegible]* nugatur [illegible] egum, in Bertini ecclesiā a dæmonibus ter ituri & m[illegible] e d[illegible] jectum esse. [illegible] et [illegible] cet dæmones Sanctorum [illegible] na custodi[illegible] sunt, & deten[illegible]

SE[illegible]A MENDACIA PRO OPINIO-
ne quòd Sancti tueantur bona suorum clientum.

R[illegible] Longob[illegible] d[illegible] rum Regis defuncti, sepulcrum Sacer[illegible] qu[illegible] am a[illegible] erunt, furaturi[illegible] quæ [illegible] ejus cadaver erant recondi[illegible]. Sed Iohannes Baptista, quem Rotharius semper enixe[illegible] [illegible] ompa uit: & [illegible] [illegible] m al e [illegible]. *Heinricus E[illegible] ndiensis.* * *Sabellicus* * [illegible] quod homo A[illegible] anz im[illegible] [illegible] istam charus fuerit. [illegible] abo[illegible] us volu[illegible] olatriam & superstitionem, de cultu Sanctorum hoc pacto confirmare.

SE[illegible] MENDACIA. PRO OPINIO-
*ne, quòd Sancti pro[illegible] ulterioribus suis intercedant ac vi-
ct[illegible] lectores & hostes suos puniant.*

Constans in L[illegible] gobardos moturas, Eremitam consuluit de exitu bel[illegible]. [illegible] verò, cum pro oraculo divino diu invocat, videt ad se [illegible] te Michaelem archangelum, Iohannem Baptistam, & Petrum apostolum, quorum unius ad Solitarium inquit: *Di Imperatori Constanti, quod ad talem rem, quam habet in corde suo disp[illegible] sitam, nomini volunt as adhuc non est [illegible] Longobardorum, qui in Italia habitant, superari nunc ab aliquo non potest: quia regina quædam, quæ ex alia provincia venit, [illegible] am, in honorem D[illegible] & sancti Iohannis Baptistæ[illegible] struxit in Longobardorum finibus, & ornavit eam facult[illegible] honorifice[illegible] eis[illegible] famuli[illegible] am[illegible] & reliqua ibidem Deo servientibus subiecta sint & [illegible] in ipso oratorio. Deo [illegible] elitter serviunt & propter h[illegible] [illegible] Iohannes, pro Lo[illegible] ardorum gente continue intercedit. Ipsa vero gens sup[illegible] plicabi [illegible] e rote ale jus facultatibus, in honore Dei & sancti Iohannis Baptistæ, nemini anni[illegible] ondie nativit atu dicti Baptistæ. Domino mun era effert, ad conserva ndum ipsum oratorium. Locus in Modoe[illegible] dicitur. Veruntamen tibi dicetur f[illegible] in Deo Venies tempus & dies, quando ipsum supra memoratum oratorium, omnis habitatoreterra huius habebunt despectui, & omnes ejus facultates inde expellent: & famulos ac famulas, qui ibi sub[illegible] sunt, propter facult ates eorum, sæpe affligent: & sacerdotes, qui nunc ibi Deo serviunt die ac noctu, inquieta erunt nimis, & auferentur, qua eorum sunt, propter quod ducetur vita eorum in amaritudine. Quando hæc inchoabuntur & [illegible] eri[illegible] fieri cer to tunc ipsa gens peribit, cum omnibus qua ad illos pertinent, & stabunt in improperium omnibus gentibus qua sunt circum in illorum sunt. Et dixit ad ens [illegible] olitarius: O [illegible] clementia vestra, si conversi fuerint ad superiorem promissionem & conversatione sua nonne invenient [illegible] Re[illegible] n[illegible] : Scis, quæ Veritas dixit? Conv[illegible] ad me & ego conv[illegible] ad vos.* Eādem autem horā conspectu ejus ev[illegible] nuer[illegible] t.

Facto autem [illegible] à [illegible] C[illegible] n[illegible] nti [illegible] uguste, ut supra [illegible] ptunt [illegible] omn [illegible] di[illegible] revelavit. Tunc Impera[illegible] e[illegible] accepit veri ta ejus. *Paulus Diaconus.* *

Vin centius [illegible] am, [illegible] Salaber[illegible] nte [illegible] ent m [illegible]

[illegible] *zinus.* * in C[illegible] [illegible] e[illegible] & [illegible] *bronc* [illegible] D[illegible] n [illegible] Rust[illegible] eri [illegible] in [illegible] in [illegible] [illegible] agi[illegible] [illegible] deri [illegible] & postea Dag[illegible] eri[illegible] e [illegible] n [illegible] tu[illegible] n, ja[illegible] int. [illegible] tu[illegible] rati [illegible] m [illegible] [illegible] a [illegible] qu[illegible] a [illegible]

A [illegible] antur: & [illegible] o eo be[illegible] [illegible] iratum ejus parentem placaturos.

Huic simile est, q[illegible] poste[illegible], cum templum, in honorē istorū a Dagoberto extructum, consecrandum esset, eius leproto in eo pe[illegible] octanti [illegible] sus sit Christu[illegible] cum Petro & Paulo, Di[illegible]n, sio, Rustico & [illegible] therio, per fenestram in basilicam descendere, eam que [illegible] ecrare. & quo mandārit, ut diceret [illegible] cerdoti [illegible] non opus esse al[illegible] dedicatione: a[illegible] ine us rei testimon[illegible] lepra [illegible] ab[illegible] ne ipso sustulerit. & lapidi cuidam agglutināri[illegible] ab[illegible] spectaretur.

Hujus farin[illegible] est etiam, quod idem *Gauguinus* ert: Iohannem anachoretam Ant[illegible] aldo Picta[illegible] episcopo, narrā[illegible] à [illegible] nodam sene rev[illegible] ten[illegible] n no[illegible] itarum esse, ac jussum orare pro an ma Dagoberti eadem horā defuncti. Id [illegible] erō [illegible] teci[illegible] n[illegible] arie[illegible] urbam dæmonum conspexisse, qui an[illegible] an R[illegible] y[illegible] devehentes, ad pœnas rapuerint. Il[illegible] am veio, [illegible] enter opem Martini Mauri[illegible] & [illegible] on[illegible] nar[illegible] n[illegible] mac-

C se: ac mox procellam cum fu[illegible] gore & [illegible] n[illegible] exortam esse, & tres i[illegible] os viros[illegible] [illegible] venire proficientes se e[illegible] esse qui[illegible] octi ve[illegible] D[illegible] gt[illegible] rt o-[illegible] t'ac[illegible] ne morā n'm[illegible] Reg[illegible] [illegible] missē, & te[illegible] in [illegible] l[illegible] tra[illegible] H[illegible] e ex[illegible] at[illegible] nnis & nugis proficientia n[illegible] mnibus [illegible] os invenerunt approbatore. Nam An[illegible] e ius, R[illegible] n[illegible] is epitr[illegible] ri[illegible] a literis mandavit: *ut narrat idem* [illegible] *im.*

Sigebertus in Chronico [illegible] num Domini 645. paulò aliter narrat eam fabulam: sicut [illegible] lerunque in [illegible] solent

D autores variare: quod n[illegible] [illegible] m revelatum sit, animam Dagoberti ad jud[illegible] um r[illegible] m, & accusatam, a multis Sanctis, [illegible] te[illegible] eceles[illegible] r[illegible] am e [illegible] e malis angeli[illegible] am abripere co[illegible] bas, D[illegible] oy tium[illegible] sientem martyrem intervenisse, ca[illegible] que[illegible] ber[illegible] m do pœnitentiæ præscripto, ut ad hon[illegible] Dei & [illegible] orum Petri & Pauli apostol[illegible] orum, quos offenderat, ecc esiam ædificaret. *Nauclerus.* * Sed qu[illegible] nore [illegible] es faciat, istarū revelationem non fuisse Diabol[illegible] lusionem: Cūm ex ver-

E bo Dei certò constet, à mortuis non esse veritatem sciscitandam, & animas mortuorum non reverti, neque ex inferno, neque ex sinu Abrahæ? *Luc.* 16.*

Cūm Chunibe[illegible] tus cum Præfecto n o elām i[illegible] esset consilium, de Aldone & Grausone interficiendo: musca majuscula in fenestra consedebat, cu[illegible] e[illegible] pedem abscindi. Cūm autem Aldo & Grauso essent ad Regem adituri claudu[illegible] quidam altero pede, aperit ei insidias Regis. Illi erg[illegible] statim in basilica Romani martyris fugiunt. Rex, re cognitā, perquirit, quis eis dixerit de insidiis[illegible] i respondent, quendam claudum & truncum pede altero ab aulā

F descendisse, & sibi nūtiāsse. Rex, qui suspicatus fuerat, Præfectum suum id fecisse, agnoscit, muscam [illegible] lam dæmonem fuisse, & denuntiāsse illis: ac mutato consilio, in gratiā eos recepit. [Hæc a Præfecto & aliis hic ta visitata. Nam cacodæmon, qui cædium autor est, haud impedisset necem nisi forte ea ratione, de Romano martyre, superstitionem: aliquam conatus sit confirmare.] *Paulus Diaconus.* *

SIGNA MENDACIA, QUIBUS CONFIR-
*mata est opinio de Sanctorum mortuorum
invocatione.*

Nugatur *Vincentius,* * ex Gregorio Turonensi, Quirinum, a presbytero invocatum, effecisse, ut latro suspensus de patibulo decideret. [Quasi verò non aliā ratione deponi[illegible] uisset accidere; quàm commentitia martyris virtute.

Idem * nugatur, sicarium quendam Projecti, votaad eū mortuum fec[illegible] e: & oleo lampadis templi ejus [illegible] nctum brachium fractum sanasse; ac reliquos cædis ejus [illegible] es, [illegible] vi pecuniæ templo ejus illatā, iram Div[illegible]

SIGNA MENDACIA PRO OPINIONE,
*Sanctos mortuos revelāsse de locis ubi templa sibi
ædificari velint.*

[illegible] *Palmerius* Petrum, Raphaelem, Iesum Christū, Iohannem Baptistam, Iustinam, duodecim Ap[illegible] versis vicibus Magno Oppitergensi [illegible] iscopo re-

ve[illegible]

Marginal notes: * lib. 2. c. 8. — * lib. 23. c. 90. — * cap. 111. — * cap. 5. — * Enn. 8 lib. 6. — * lib. 5. Longob. c. 4. — * lib. 23. c. 90. — * lib. 5. — * Gener. — * vers. 26. & seqq. — * lib. 6. Longob. c. 3. — * lib. 23. c. 90. — * cap. 119

velâsse; ubi in civitate Venetâ vellent sibi templa exstrui. [Verùm superstitiosa ista sunt: & *Sabellicus* ipse, * eam opinionem à Dandulo, qui de origine Venetæ urbis scripsit, improbari, affirmat. Quid enim mortuis est negotii cum templis saxeis aut ligneis?]

* *Enn. 8. lib. 6.*

SIGNA MENDACIA, PRO OPINIONE, *quòd alius locus alio sit sanctior ad orandum.*

* *li. 29. c. 93.*

Fabulâ narrat *Vincentius** de Andoëno: quòd ad locum, qui nũc Christi sancti Andoëni dicitur, muli ejus cum curru immobiles substiterint; & ille, ad cœlos respiciens, viderit vexillum crucis; indeque cognoverit, Deum isthic velle coli: ac quòd noctu columna ignea super eo loco visa sit; & eò multi homines confluentes sanati sint. [Sed quis sanus non intelligat, hæc vel fabulosa esse, (voluerunt enim Sacrifici, hoc modo homines excitare ad liberalitatem) aut certè ad superstitionem referenda? cùm in verbo Dei scriptum sit,* in omni loco Deum rectè invocari, & cum *Matthæi 24.** Christus moneat: *Si dixerint; Hic est Christus, aut illic: nolite credere; nolite exire.*]

* *Joh. 4. v. 23. & 1. Tim. 2 v 8.*
* *ver. 26.*

Simile est, quod ibidem nugatur: eum juxta insulã Belvonicam dormientem, angelicis colloquiis esse jussum, isthic basilicam in honorem Stephani ædificare.

Simile est, quod *idem** fabulatur; Andoënum, in alio quodam loco, ubi viderat figuram crucis, ædificâsse templum, & cœnobium exstruxisse.

* *lib. eod. c. 102.*

SIGNA MENDACIA, PRO PEREGRI-*natione ad loca Sancta.*

Goëricum, ab angelo monitum, profectum esse ad civitatem Metensem, ut limina Stephani visitaret, *idem** nugatur. [Quod sanè profuit, ad superstitiosam peregrinationem ad Sanctorum cadavera.]

* *li. 23. c. 74.*

SIGNA MENDACIA PRO *Purgatorio.*

Anno Domini 671. *juxta Sigebertum*, quidam, nomine Drithelmus, in regione Northanumbrorum, quæ vocatur Incunningum, vir pius & honestus, incidit in morbũ: eoq; aggravescente, vesperi moritur. Diluculo verò, cùm ad feretrum assiderent, pro more, flentes amici & uxor; reviviscit, seque erigit. Perterriti omnes, fugiunt primùm: sed tãdem re-ipsâ cognoscunt, eum vivere. Ille autem ad uxorẽ inquit: Noli timere, quia jam verè resurrexi à morte, quâ tenebar; & apud homines sum iterũ vivere permissus. Non tamen ea mihi, quâ antè consueveram, conversatione: sed multùm dissimili, ex hoc tempore, vivendum est. Statimque surgens, abiit ad villulæ oratorium: & usque ad diem in oratione persistens, mox omnem, quem possederat, substantiã in tres divisit portiones. E' quibus unã conjugi; alteram filiis tradidit: tertiam sibi-ipsi retentans, statim pauperibus distribuit. Nec multò pòst, seculi curis absolutus, ad monasterium Mailros, quod Tuidi fluminis circumflexu maximâ ex parte clauditur, pervenit. Acceptâque tonsurâ, locum secretæ mansionis, quàm præviderat, abbas intravit: & ibi, usque ad diem mortis, in tantâ mentis & corporis contritione, duravit, ut multa illum, quæ alios laterent, vel horrenda, vel desideranda, vidisse, (etiam si lingua sileret) vita loqueretur. Narrabat enim hoc modo, quod viderat. Lucidus, inquit, adspectu & clarus erat indumẽto, qui me ducebat: incedebamus autem tacentes (ut videbatur mihi) contra ortum Solis solstitialem. cumq; ambularemus: devenimus ad vallem multæ latitudinis ac profunditatis; infinitæ autem longitudinis: quæ ad lævam nobis sita unum latus flammis ferventibus nimiùm terribille; alterum furenti grandine ac frigore nimiũ omnia perflante atque verrẽte, non minùs intolerabile præferebat. Utrũq; autẽ erat animabus hominũ plenum: quę vicissim hinc-indè videbantur, quasi tempestatis impetu jactari. Cùm enim vim fervoris immensi tolerare non possent; prosiliebant miseræ in medium frigoris infesti. Et cùm neque ibi quippiã requiei invenire valerent, resiliebant rursus urendæ in medium flammarum inextinguibilium. Cumque hac infelici vicissitudine longè lateque, prout adspicere poterã, sinè ullâ quietis intercapedine, innumerabilis spirituum deformium multitudo torqueretur: cogitare cœpi, quòd hic fortasse esset infernus; de cujus tormentis intolerabili-

A bus narrare sæpiùs audivi. Respondit cogitationi meæ ductor, qui me præcedebat: Non hoc, inquiens, suspiceris: nõ enim hic infernus est ille, quẽ putas. Ac cùm me, hoc spectaculo tam horrendo perterritum, paulatim in ulteriora produceret: vidi subitò ante nos obscurari incipere loca, & tenebris omnia repleri. Quas cùm intraremus, in tantum paulisper condensatæ sunt, ut nihil præter ipsas adspicerẽ: exceptâ duntaxat specie & veste ejus, qui me ducebat. Et cũ progrederemur solâ sub nocte per umbras: ecce subitò
B apparent ante nos, crebri flammarũ terrarũ globi, ascendentes quasi de puteo magno, rursumque decidentes in eũdem. Quò cùm perductus essem: repentè ductor meus disparuit, ac me solũ reliquit in medio tenebrarũ, & horrẽdæ visionis. At cùm eidẽ globi igniũ, sinè intermissione, modò alta peterẽt; modò ima barathri repeterẽt: cerno omnia, quæ ascendebant, fastigia flammarũ plena esse spiritibus hominum: qui instar favillarũ, cum fumo ascẽdentiũ, nũc ad sublimiora projicerentur; nunc, retractis ignium vaporibus, relaberentur in profundũ. Sed & fœtor incompara-
C bilis cum eisdẽ vaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarũ loca replebat. Et cùm diutiùs ibi pavidus consisterem; utpote incertus, quid agerem, quò verterem gressum, quive mihi finis maneret: audio subitò pòst terga sonitum immanissimi fletûs, ac miserrimi: simul & cachinnum crepitantem, quasi vulgi indocti, captis hostibus insultantis. Ut autem sonitus idem, clarior redditus, ad me usque pervenit: considero turbã malignorum spirituum; quæ animas hominum mœrentes ejulantesque, ipsa verò multùm exsultans & cachinnans, medias illas trahebat in tenebras. E'
D quibus videlicet hominibus, ut dignoscere potui, quidam erat attonsus, ut clericus; quidam laicus; quædam fœmina. Trahentes autem eos maligni spiritus, descenderunt in medium barathri illius ardentis. Factumq; est, ut, cùm longiùs subeuntibus eis, fletum hominũ & risum dæmoniorũ clarè discernere nequirem; sonũ tamen adhuc promiscuũ in auribus haberem. Interea ascenderunt quidã spirituum obscurorum, de abysso illâ flammivomâ: & accurrentes circumdederunt me; atque oculis flammantibus, & de ore ac naribus ignẽ putidũ efflantes, angebãt. Forcipibus quo-
E que igneis, quos tenebant in manibus, minitabãtur me cõprehendere: nec tamẽ me ullatenus contigère; tametsi terrere præsumebant. Qui cũ undique versus, hostibus & cæcitate tenebrarum conclusus, huc illucque oculos circumferrem; si fortè alicunde quid auxilii, quo salvarer, adveniret: apparuit retrò viã, quâ venerã, quasi fulgor stellę micantis inter tenebras: qui paulatim crescens, & ad me ocyùs festinans, ubi appropinquavit; dispersi sunt, & aufugerunt omnes, qui me forcipibus rapere quærebãt, spiritus infesti. Ille autem, qui adveniens eos fugavit, erat ipse, qui antè du-
F cebat. Qui mox conversus ad dextrum iter, quasi contra ortum solis brumalẽ me ducere cœpit. Nec mora, exemtum tenebris, in auras me serenæ lucis eduxit. Cumq; me in luce apertâ duceret: vidi ante nos murũ permaximum; cujus neque longitudini hinc vel indè, neque altitudini, ullus esse terminus videretur. Cœpi autem mirari, quare ad murũ accederemus: cùm in eo nullã januã, vel fenestrã, vel ascensum, alicubi conspicerẽ. Cùm ergo pervenissemus ad murum: statim, nescio quo ordine, fuimus in summitate ejus. Et ecce, ibi erat campus latissimus ac lætissimus; tantâque
G fragrantiâ vernantiũ flosculorum plenus: ut omnem mox fœtorem tenebrosæ fornacis, qui me pervaserat, effugaret admirandi hujus suavitas odoris. Tanta autem lux cuncta ea loca perfuderat: ut omni splendore diei, sive Solis meridiani radiis, videretur esse præclarior. Erantque in hoc campo innumera hominũ albatorũ conventicula; sedesq; plurimæ agminum lætantiũ. Cumque inter choros feliciũ incolarum medios me duceret: cogitare cœpi, quòd hoc fortasse esset regnum cœlorũ, de quo prædicari sæpiùs audivi. Respondit ille cogitatui meo: Non, inquiens, hoc est
H regnũ cœlorũ, quod autumas. Cumque procedentes transissemus & has beatorũ mansiones spirituũ: adspicio ante nos multò majorẽ luminis gratiã, quàm priùs, in quâ etiã vocem cantantiũ dulcissimam audivi, & odoris fragrantia miri tãta de loco effundebatur; ut is, quem antea degustans

quasi maximum rebar, jam permodicus mihi odor videretur. Sicut etiam lux illa campi florentis eximia, in comparatione ejus, quæ nunc apparuit lucis, tenuissima prorsus videbatur, & parva. In cujus amœnitatem loci, cùm nos intraturos sperarē; repentè ductor substitit: nec mora, gressum retorquens, ipsâ me viâ, quâ venimus, reduxit.

Cumque reversi perveniremus ad mansiones illas lætas spirituum candidatorū, dixit mihi: Scis, quę sint ista omnia, quæ vidisti? Respondi ego: Non. Et ait: Vallis illa, quā adspexisti, flāmis ferventibus & frigoribus horrenda rigidis, ipse est locus; in quo examinandæ & castigandæ sunt animæ illorū: qui differentes confiteri, & emēdare scelera sua, quæ fecerunt, in ipso tandē mortis articulo, ad pœnitentiā confugiunt, & sic de corpore exeunt: qui tamen, quia confessionem & pœnitentiam vel in morte habuerūt, omnes in die judicii ad regnum cœlorum pervenient. Multos autē preces viventiū, & eleemosynæ, & jejunia, & maximè celebratio Missarū, ut etiam ante diem judicii liberentur, adjuvant. Porrò puteus ille flammivomus ac putidus, quem vidisti, ipsum est os gehennæ: in quo quicunque semel inciderit, nūquam indè liberabitur in ævū. Locus verò ille florifer, in quo pulcerrimā hanc juventutem jocundari ac fulgere conspicis; ipse est, in quo recipiuntur animæ eorū: qui in bonis quidem operibus de corpore exeunt, non tamen sunt tantæ perfectionis, ut in regnum cœlorum statim mereantur introduci: qui tamen omnes, in die judicii, ad visionem Christi, & gaudia regni cœlestis, intrabunt. Nam quicunq; in omni verbo, & opere, & cogitatione, perfecti sunt; mox de corpore egressi, ad regnum cœleste perveniūt. Ad cujus viciniā pertinet locus ille; ubi sonum cantilenæ dulcis, cum odore suavitatis, ac splendore lucis, audisti. Tu autem, quia nunc ad corpus reverti, & rursum inter homines vivere debes; si actus tuos curiosiùs discutere, & mores sermonesq; tuos in rectitudine ac simplicitate servare studueris: accipies & ipse, post mortē, locū mansionis inter hæc, quæ cernis, agmina lætabunda spirituum beatorū. Nāque ego, cùm ad tempus abcessissem abs te; ad hoc feci: ut, quid de te fieri deberet, agnoscerem.

Hæc mihi cùm dixisset; multùm detestatus sum reverti ad corpus: delectatus nimirum suavitate ac decore loci illius, quem intuebar; simul & consortio eorum, quos in illo esse videbam. Nec tamen ductorem meum aliquid rogare audebā. Sed inter hæc, nescio quo ordine, repentè inter homines me vivere cerno. *Historia Ecclesiastica Bedæ.** [Hac illusione Diaboli, eo tempore Purgatorium, & Missæ, & Operum fiducia, Britannis & aliis superstitiosis hominibus sunt cōfirmata, & commendata: cùm nollent audire sinceros doctores, ex verbo Dei Romanorum ceremonias refutantes.] Eadem, & quidem fabulosa plura, habet *Vincentius.** & *Antoninus.**

* lib. 5. c. 13.

* lib 23. cap. 119.

* Tit. 13. c. 3. §. 2.

¶ Huic similis est fabula, de Furseo monacho; qui in ecstasi constitutus, Angelos audivit cantantes: *Ibunt Sancti de virtute in virtutem.* Ac postea iterū ab iisdem jussus est respicere in Mundum. At ille oculos in inferiora deflectens, vidit quasi vallē tenebrosam, subtus se in imo positā. Vidit & quatuor ignes in aere, non multo ab invicem spatio distantes. Et interrogans angelos, qui essent hi ignes? audivit, hos esse ignes, qui Mundum succendentes essent consumturi. Primum, mendacii: cùm hoc, quod in Baptismo abrenunciare nos Satanæ, & omnibus operibus ejus, promisimus, minimè implemus. Secūdum, cupiditatis: cùm Mūdi divitias amori cœlestium præponimus. Tertiū, dissensionis: cùm animas Proximorū, etiam in supervacuis rebus, offendere non formidamus. Quartū, impietatis: cùm infirmiores spoliare; & eis fraudem facere, pro nihilo ducimus. Crescentes verò paulatim ignes, usque ad invicem se-se extenderunt; atque in immensam adunati sunt flammā. Cūq; appropinquassent; pertimescens ille dicit Angelo: Domine, ecce ignis mihi appropinquat. At ille: Quod non incēdisti, non ardebit te. Nam etsi terribilis iste & grandis esse rogus videtur: tamē juxta merita operū singulos examinat, quia uniuscujusque cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore, per illicitā voluptatem: itā solutus corpore, ardebit per debitam pœnā. Tunc vidit unū de tribus angelis, qui sibi in totâ utrâque visione ductores affuerunt, præcedētem, ignis flammas dividere: & duos ab utroque latere circumvolantes, ab ignium se periculo defendere. Vidit aūt & dæmones, per ignē volantes, incendia bellorum contra justos struere. Sequuntur adversùs ipsum, accusationes malignorum, & defensiones spirituū bonorum, copiosior cœlestiū agminū visio. Sed & virorū de sua natione Scotorum, quos olim sacerdotali gradu non ignobiliter potitos, famâ jam vulgante, cōpererat: à quibus nō pauca, quæ vel ipsi, vel omnibus qui audire vellent, multū salubria essent, audivit. Qui cùm verba finiissent; & cū angelicis spiritibus ipsi quoque ad cœlos redirent: remanserunt cū beato Furseo tres angeli, de quibus diximus; qui eū ad corpus referrent. Cumq; præfato igni maximo appropiaret: divisit quidē angelus, sicut priùs, ignem flāmæ: sed vir Dei, ubi ad patefactam usque inter flammas januâ pervenit: arripientes immundi spiritus unum de eis, quos in ignibus torrebāt, jactaverunt in eū, & contingētes humerū, maxillamque ejus, incenderunt. Cognovitque hominē: & quòd vestimentū ejus morientis acceperit, ad memoriam reduxit. Quem Angelus sanctus statim apprehendens, in ignem rejecit. Dicebatque hostis malignus: Nolite repellere, quē antè suscepistis. Nā sicut bona ejus peccatoris suscepistis; ità & de pœnis ejus participes esse debetis. Contradicens angelus: Non, inquit, hoc propter avaritiam; sed propter salvandam ejus animam, suscepit. Cessavitq; ignis. Et conversus ad eū angelus: Quod incendisti, inquit, hoc arsit in te. Si enim hujus viri in peccatis suis mortui pecuniā nō accepisses: nec pœna ejus in te arderet. Et plura locutus, quid erga salutē eorū, qui pœniterent, esset agendū, salubri sermone edocuit. Qui postmodū in corpore restitutus, omni vitæ suæ tempore signum incendii, quod in animâ pertulit, visibile cunctis in humero maxillâque portavit. Mirumque in modum, quod anima in occulto passa sit, carno palam præmonstrabat. *Beda.**

* lib. 3. c. 19.

SIGNA MENDACIA, PRO MISSA, ET Jejunio, & Purgatorio.

Temporibus Jodoci eremitæ, inter Missas dextra Dei apparuit, & ministerium Angelorum: *ut habetur in Chronico Aeditus.*

Nugatur *Beda*,* re-ipsâ cognitum esse, sacrificiū Missarum ad redemtionem & animæ & corporis valere. Nā Immā quendā nomine, non potuisse vinculis concludi & ligari: propterea quòd frater ejus presbyter, cùm putâsset eū in prælio esse interfectū, pro absolutione animæ illius sæpiùs Missas fecerit. [Digna sanè & firma probatio, ex rumore, ad rem tantam confirmandam.]

* li. 4. c. 22.

Simile commentum *Vincentius** refert, de quodam à Persis capto: pro quo parentes quotannis ter Collectas fieri curarint, in Theophaniâ, in Dominicâ sanctâ, & in Pentecoste. Is enim liberatus, & domum reversus, narravit illis: statutis diebus ad se venisse candidum virū; seque liberâsse è vinculis. Ex hoc fundamento Johannes Eleemosynarius probavit, Collectas prodesse animabus defunctis.

* lib. 22 cap. 110.

¶ Ad Missarum & Jejuniorum vim confirmandā, mendax signum refert *Beda*,* in hunc modū. Eodem tempore, quo ipsa provincia (scilicet Australium Saxonum) nomen Christi susceperat, multas Britanniæ provincias mortalitas sæva corripiebat. Quæ cùm præfatū quoque monasterium, qui tunc regendo reverendissimus ac religiosissimus Christi sacerdos, vocabulo Eappa, præfuit, nutu divinæ dispensationis attingeret; multique, sive de his, qui cū antistite illo venerant, sive de illis, qui de eâdem provinciâ Saxonū nuper ad fidem fuerant vocati, passim de hac vitâ raperentur: visum est fratribus, triduanum jejunium agere; & divinam suppliciter obsecrare clementiā, ut misericordiam sibi dignaretur impēdere: sive periclitantes hoc morbo à præsenti morte liberaret; seu raptos è Mundo à perpetuâ animæ damnatione servaret. Erat tunc tēporis, in eodē monasterio, puerulus quidam, de natione Saxonum, nuper vocatus ad fidem: qui eâdem tactus infirmitate, non-pauco tempore recubans in lectulo jacebat. Cùm ergo secunda memorati jejunii ac supplicationum dies ageretur: contigit fortè, ipsum puerum, horâ fermè secundâ diei, in loco,

* lib. 4 c. 54.

in quo æger jacebat, solum inveniri. cui, divinâ dispensatione, subitò beatissimi Apostolorum principes dignati sunt apparere. Erat enim puer multùm simplicis ac mansueti animi; sinceráque devotione sacramēta fidei, quæ susceperant, servans. Salutantes ergo illum verbis piissimis Apostoli, dicebant: Noli timere, fili, mortem, pro quâ sollicitus es. nos enim te hodiernâ die ad cœlestia regna sumus perducturi. Sed primùm expectare habes, donec Missæ celebrentur: ac viatico dominici corporis ac sanguinis accepto, sic infirmitate simul & morte absolutus, ad æterna in cœlis gaudia subleveris. Clama ergo ad te presbyterum Eappam, & dicito illi: Quia Dominus exaudivit preces vestras, & devotionem ac jejunia propitius adspexit: neque aliquis de hoc monasterio, sive de adjacentibus ei possessiunculis, hac clade ultrà moriturus est: sed omnes, qui alicubi de vestris hac ægritudine laborāt, resurrecturi à langore, ad pristinam sunt sospitatem recuperandi; præter te solum, qui hodiernâ es die liberandus à morte, & ad visionē Domini Christi, cui fideliter serviisti, perducendus in cœlum. Quod divina vobis misericordia, per intercessionem religiosi ac Deo-dilecti regis Osvvaldi, qui quondam genti Nordanhumbrorum, & regni temporalis autoritate, & Christianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, devotione, sublimiter præfuit, conferre dignata est. Hac etenim die idem Rex, ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad sempiterna animarum gaudia assumtus in cœlum, & electorum est sociatus agminibus. Quærant in suis codicibus, in quibus defunctorum est adnotata depositio: & invenient, illum hac (ut diximus) die raptum esse de seculo. Celebrent ergo Missas per cuncta monasterii oratoria hujus: sive pro gratiarum-actione exauditæ suæ deprecationis, sive etiā in memoriā præfati Regis Osvvaldi, qui quondā ipsorum genti præerat; ideoque pro eis, quasi pro suæ gentis advenis, supplex orabat ad Dominū: & cunctis cōvenientibus ad Ecclesiam fratribus, cōmunicent omnes sacrificiis cœlestibus: & ità soluto jejunio, corpus quoque suis reficiant alimentis.

Quæ verba cū omnia vocato ad se presbytero puer narrâsset: interrogavit eum sollicitus, quales essent habitu vel specie viri, qui sibi apparuissent? Respōdit: Præclari omninò habitu & vultu eram, lętissimi ac pulcerrimi; quales nūquam antè videram: neque aliquos hominum, tanti decoris ac venustatis esse posse, credebam. Unus quidē attonsus erat, ut clericus: alius barbā habebat prolixam. Dicebantq; quòd unus eorum Petrus; alius vocaretur Paulus: & ipsi essent ministri Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, ad tuitionem nostri monasterii missi ab ipso de cœlis. Credidit ergo verbis pueri presbyter: ac statim egressus requisivit in Annali suo; & invenit, eâdem ipsâ die Osvvaldū Regem fuisse peremtum. Vocatisque fratribus, parare prandium, Missas fieri, atque omnes communicare more solito præcepit: simul & infirmanti puero, de eodem sacrificio, dominicæ oblationis particulā deferri mandavit. Quibus ità gestis, non multò pòst, eâdem ipsâ die, puer defunctus est: suâque morte probavit, vera fuisse verba, quæ ab Apostolis Christi audierat. Sed & hoc verbis ejus testimonium perhibuit, quòd nemo, præter ipsum, tempore illo, ex eodem est monasterio raptus de Mundo. Ex quâ nimirū visione multi, qui hæc audire potuerunt, & ad exorandam in adversis divinam clementiam, & ad salutaria jejuniorū remedia subeunda, sunt mirabiliter accēsi. Et ex eo tēpore, non solùm in eodem monasterio; sed & in plerisque locis aliis, cœpit annuatim, ejusdem regis ac militis Christi natalitius dies, Missarum celebratione, venerari.

SIGNA MENDACIA, PRO VITÂ MONASTICÂ.

Monasticum genus vitæ, cùm in verbo Dei non habeat fundamenta; oportuit vanis somniis & visionibus commendari. Unde *Beda** multa ejus generis commemorat, de cœnobio Virginum Berecingensi. [* lib. 4. c. 7. 8. 9. 10.] Ut, quòd, luce cœlitus missâ, locus sepulturæ monstratus sit: & quòd puer moriēs virginem appellârit, quæ & ipsa paulò pòst sit peste extincta: & quomodo una ex sororibus viderit quandam, ex isto cœnobio, aureis funibus in cœlū submoveri; quam visionem secuta sit mors Edilburgę abbatissæ: & similes nugæ, quas omittimus.

Cœperunt hoc seculo Reges etiam, abdicato magistratu, monasticæ vitæ se-se dedere. Eam impietatem mendacibus signis oportuit exornari. Unde de Se bo. *Beda** refert: quòd in visione tres viri ad eum ægrotātem venerint; [* lib. 4. c. 11.] eique diem obitûs, & facilem mortem prædixerint. Item, quòd lapideum sarcophagum, ad cadaver ejus capiendum, cùm esset angustius, mirabiliter se-se dilataverit.

Nugatur *Vincentius,** niveam columbam Berchario & Nivardo, alteri somnianti, alteri spectanti, oculis designâsse locum cœnobii Altivillaris. O somniatores. [* lib. 23. c. 114.]

Ecgbertus adolescēs, peste in Scotiâ grassante, solus cū Edilho in monasterio relictus, cùm & ipse cum sodali suo eo morbo corriperetur; à Deo obnixè petiit: ne sinat se priùs extingui, quam præteritas negligentias, quas in pueritiâ suâ commiserat, perfectiùs castigaret; & in bonis operibus se abundantiùs exerceret. Vovit etiā votum; quòd nunquā in insulam, in quâ natus erat, vellet reverti: & quòd quotidie totum Psalterium, in Dei gloriam, esset decantaturus; nisi impediatur adversâ valetudine: & quòd in omni septimanâ, diem cū nocte esset jejunus exacturus. Sodalis ejus de somno expergefactus, ait: O frater Ecgberte, o quid fecisti? Sperabam, quia pariter ad vitam æternā intraremus: veruntamen scito, quia, quæ postulasti, accipies. Didicerat enim per visionem, quid ille petiisset; & quòd petita impetrasset. Mortuus est ergo Edilhus: sed Ecgbertus convaluit; & in suo voto servando, multos labores & molestias cœpit: & in regnum cœlorum non intravit, damnatus cum suâ justitiâ Pharisaicâ. *Matthæi 5.** Quod Edilhus, [* vers. 20.] absque dubio, eo indicavit; quod dixit: Sperabam nos pariter vitam æternam intraturos. quod nunc non fiet; cùm fiduciâ tuorum operum inniti præsumas. *Narrat Beda.** [* lib. 3. c. 27.]

¶ Plena etiam nugis & vanitate pleraque sunt miracula, quæ à Monachis, Nonnis, & aliis, hoc seculo referuntur facta, in Legendis (ut vocant) seu Historiis & Vitis eorum. Talia sunt: quòd Aurea abbatissa monacham mortuā, cui claves commiserat, excitârit; & acceptis rationibus ab eâ, permiserit ei mori: *ut refert Vincentius.** Et quòd ab Angelo prohibita sit, Evangelium in Missâ legere; cùm id ob diaconi ruditatem præsumsisset: & quòd brachium ejus cæcam sanârit. *Idem.** [* li. 23. c. 69.] [* cap. 70.]

SIGNA MENDACIA PRO COMMENDANDO OPERUM MERITIS.

Narrat *Beda;** Aidanum Osvvaldo regi, pauperibus de [* lib. 3. c. 6.] mensâ sua dapes & argenteum discum in frusta comminuti minuatim distribuenti, dixisse: Nunquā inveterascat hæc manus. idque sic evenisse. Nam eam manum cum brachio, in acie à reliquo corpore avulsam, adhuc durare incorruptam.

SIGNA MENDACIA, PRO COMMENDANDO CÆLIBATU.

Eo die, quo Agilus moriturus erat, Ado, post matutinas orationes, audivit choros Virginum in sublimi canentes: Hodie Sanctus Agilus cum summis laudibus pergit ad præmium, hodie cum Sanctis in cœlo triumphat felix valdè: quia ab infantiâ servavit castitatem; & virgo centenarius ascendit ad gloriam. *Vincentius.** [* lib. 23 c. 103.]

*Adon Viennensis** nugatur, Hediltrudam, filiam Annæ [* Ætate 6.] reginæ Anglorum, duodecim annos thorum maritalem incorruptam servâsse: ac marito defuncto, virginum matrem & nutricem egisse. Ob quæ merita, caro ejus, post annos sedecim, in sepulcro, una cum involucro, integra & incorrupta sit reperta.

Fabulosum est, quod narrat *Vincentius** Noddonem, & [* li. 23. c. 7.] socios ejus, ad lectum Arnulphi, quem calumniati erant ob libidinem, accedentes, flammâ amburente vestes, & nates, & genitalia eorum, divinitùs punitos esse.

SIGNA MENDACIA, PRO NECESSITATE Confessionis omnium peccatorum.

Doctrina illa de necessitate Confessionis omnium peccatorum, etiam indigebat confirmatione signorum mendacium. Quare *Beda** ad eam rem, sive commentū quoddam, sive historiam veram, recitat, in hunc modum. Fuit [* lib. 5. c. 14.]

quidam [illegible] Coenredi qui post Edilredum regnavit, vir [illegible] habitu atque officio [illegible]: sed quantum [illegible] industriâ exter[illegible]. R[illegible] cens; tantum pro internâ suimet negligentiâ, displicens. Admonebat eum [illegible] sedu[illegible], ut confiteretur & emendaret, ac relinqueret scelera sua: priusquam subito mortis [illegible] eventu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verùm ille, licèt [illegible] frequenter admonitus, sperne[illegible] verba salutis: [illegible] que tempore sequenti pœnitentiam [illegible] se actu[illegible] esse promittebat. Inter hæc tactus infirmitate d[illegible] t [illegible], atque ac[illegible] cœpit dolore torqueri. Ad quem ingressus Rex [illegible] gebat enim eum) multum [illegible] hortabatur [illegible] ante quam moreretur, pœnitentiam ageret [illegible]. Ar[illegible] respondebat: Non se tunc velle confite[illegible] ma, sed cum ab infirmitate resurge[illegible] ne forte e[illegible] larent [illegible] quod timore mortis faceret ea, quæ [illegible] facere noluerit. F[illegible] rtiter [illegible] tidem, ut sibi videbatur, locutus, sed miserabiliter, ut postea [illegible], dæmoniacâ [illegible] ractus est. [illegible] umque, morbo ingravescente, denuò ad eum visitandum ac docendum Rex intraret, clamavit statim miserabili voce: [illegible] vis modò? quid huc venisti? [illegible] enim mihi [illegible] quid utilitatis [illegible] lutis [illegible] potes ultra conferre. At ille: Noli [illegible] loqui: vide ut tantum sapias. Non, [illegible] tam, sed pœnâ mihi conscientiâ certus præ [illegible] habeo. Et [illegible] inquit, hoc est? Paulò antè inquit [illegible] intraverunt domum [illegible] duo pulcerrimi juvenes, & resederunt [illegible] nus [illegible] put, & unus ad pedes. Protu[illegible] unus [illegible] librum perpulcrum, sed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit: in quo omnia, quæ unquam bona feceram, intuens, [illegible] pta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt [illegible] odicem; neque ad qui[illegible] hi dicebat. Tunc subitò supervenit exer[illegible] malignorum & horrendorum vultu [illegible] numero, domum [illegible] hanc & [illegible] obsedit: & intus maximâ ex parte [illegible] replevit. Tunc ille, qui & obscuritate tenebrosæ faciei, & primatu sedis, major esse videbatur eorum, proferens codicem [illegible] rendæ visionis, & magnitudinis [illegible], & ponderis penè importabilis; jussit uni ex satellitibus suis, mihi ad legendum deferri. Quem cum legissem: inveni [illegible] omnia scelera, non solum quæ opere vel [illegible] ed [illegible] quæ ten[illegible] cogitatione [illegible], manifestè [illegible] tetris esse descripta literis. [illegible] ebat, ad [illegible] assidebant, [illegible] Qui hic [illegible] in [illegible] derunt: Verum dicitis, accipite & in [illegible] dam[illegible] nis vestræ ducite. Quo dicto, statim disparu[illegible]. Surgentesque duo nequissimi spiritus, [illegible] in [illegible] cas [illegible] feriebant [illegible] in capite, & [illegible] in [illegible] deb[illegible] et modò, cum magno tormento [illegible] repunt in mea viscera, in interiora corporis mei: moxque ut ad invicem pervenient, moriar: & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni claustra pertrahar. Sicque loquebatur miser desperans: & non multò post defunctus, pœnitentiam, quam ad breve tempus cum fructu veniæ facere supersedit; in æternum, sine fructu pœnis subditus facit. De quo constat, quia (sicut beatus [illegible] egorius de [illegible] scribit) [illegible] fer[illegible], qui non profuere, sed pro al[illegible] t: qui ejus interitum [illegible] vacat, timerent: ne, impro[illegible] mortis articulo præventi, impœnitentes perirent.

[illegible] item eo[illegible] ces diversos per bonos & ire malos [illegible] vi[illegible] offerri, ob id supe[illegible] tatibus [illegible] mine mus, facta & cogitationes nostras non [illegible] fluere sed ad examen summi Judicis cuncta [illegible] & hic [illegible] amicos angelos in fine nobis ostendenda [illegible] per hostes. Quod [illegible] pulcrum candidum codi[illegible] Angeli [illegible] Dæmones [illegible] perparvum, isti enorme [illegible]: animadvertendum est, quod in primâ ætate bona [illegible] quæ [illegible] pravè agendo [illegible] omnibus obnubilavit. Qui si è contrario errores [illegible] ere in [illegible], ac beneficiendo à De[illegible] abscondere [illegible] offet [illegible] rum numero [illegible], de quibus ait Psalmus: * *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Hanc histori[illegible] am, sic ta [illegible] te P[illegible] lmo didi[illegible] cirer, ob [illegible] utem legentium, sive audientium, narrandam esse putavi.

Huic simile est, quod *idem** narrat, de fabro, in Ber[illegible] c[illegible] rum provin[illegible] â qui ebrietati deditus, & fabrilia curans, neglexit in Ecc[illegible] la[illegible] mos & preces, cum fratribus convenire. Moriturus autem narravit, se cernere tartarum apertum, & in eo Diabolos & Caipham: ac sibi apud eosdem præparatum locum. Fratres hort[illegible] ntur eum ad pœnitentiam. Verum ille respondet: [illegible] omnia est [illegible] sibi demonstratum suum judicium. Atque [illegible] desperatione obiit. Hujusmodi [illegible] ctus affert doctrina [illegible] Legis, de operum meritis, doctrina Evangelii [illegible] ejecta, aut ignoratâ [illegible] ut in [illegible] monasteriis revel[illegible] nuit. Nemo enim de Christo ejusque beneficiis miseris istis & anxiis conscientiis consolationes suggessit: ut satis apparet ex narratione Bedæ.

Simile est, quod *Vincentius** narrat: Philibertum pro fratre muto Deum invocasse, ut ei usum linguæ concederet, ad confessionem delicti [illegible]. quod & impetraverit.

SIGNA MENDACIA PRO OPINIOne, Imaginibus sacris vim inesse divinam.

Superstitiosum est, quod *Sigebertus in Chronico. & Paulus Diaconus,** a[illegible] erunt: Heraclium, contra Persas bell[illegible] proventem, confisum esse in imagine seu tabulâ, in quâ Jesus erat pictus, seu Maria, *ut vult Vincentius.** de quâ [illegible] ula e[illegible], quod de cœlo cec[illegible] sset: *ut annotat Blondus,** & *Ivo in Chronico.*

SIGNA MENDACIA PRO Crucis superstitiosa culturâ stabilienda.

¶ De officio Jesu Christi hæc blasphemè nugatur; introducens angelos, ad Mariam sic loquentes, *Azoarâ 5.* Deus filium tuum, cum divinâ virtute venientem, librum legiferum, omnisq; magisterii peritiam, & testamentum ac euangelium, mandatumq; filiis Israël edocebit. Ille namq; formis volatilium luteis, à se compositis, insufflans, volatile faciet; cæcos & mutos curabit; morpheaticos atque leprosos emundabit, mortuos Creatore cooperante vivificabit: quidq; comestui, quidve dispositioni deputatum sit, propalabit: (quæ cuncta in Deum a credentibus miracula censentur) vetus Testamentum confirmabit: quædam tamen, priùs prohibita, licitis annumerabit; seq; cum divinâ virtute potentiâq; venisse patefaciens, inquit: *Timentes Deũ, me sequamini. Deus enim mei vestriq; Dominus est: quem adorantes, recto procedetis tramite.* Sciens Jesus, eos in suâ incredulitate obstinacès manere, inquit: *Quis in Dei nomine me sequetur?* Viri quidem, albis induti vestibus, respondentes, dixerunt: *Nos in Dei nomine te sequentes, in Deum credimus, te teste.* Dixeruntque: *O' creator, nos huic libro fidem adhibentes, legatumq; tuum imitantes, fidelibus atque credulis adscribe.* Fraudulenti verò, eum decipere nitentes, ab ipso, velut a calidiore, potiùs delusi sunt. Quem Creator taliter affatus est: *Ego tuam ad me reducens animam, & exaltans, & ab incredulis te liberans, eos, qui te secuti sunt, eis, qui tuo verbo non crediderunt usque ad diem publicæ resurrectionis, supponam: & tunc ad me tuo reditu facto, controversiam tuam atque litem discutiam, & incredulos omnis vindicæ tutore, carentes, summis cruciatibus hic seculoq; futuro profligam. Fidelibus quidem & benefacientibus, merita sua cum gaudio perpetuo conferam, malos atque flagitiosos perhorrescens.*

¶ Jesum Christum negat verè passum esse. Sic enim inquit *Azoarâ 11.* Judæi Christum, Mariæ filium, se peremisse perhibent. Sed nequaquam eum, imò sui similè suspendentes, interfecerunt: profitentes etiam se suæ cædis autores, cordibus suis non minimã ambiguitatem indè gerunt. Sed eum nullatenus interfecerunt: quia Deus incomprehensibilis & sapiens, eum ad se transmigrare fecit.

¶ *De Ascensione Christi* fingit, Christum, elapsum ex manibus Judæorum, crucifigere volentium, ascendisse ad astra; ibiq; in carne vivere, in præsentiâ Creatoris, usque ad adventum Christi. *In Summâ contra Saracenos.*

Præcepta Christi jubet facere eos, qui sub Euangelio esse volunt. *Azoarâ 12.* Christum itẽ Mariæ filium, cui commisimus Euangelium, quod est lumen & confirmatio testamenti, & castigamen, ac recta via timentibus Deum, ad vestræ legis complemẽtum misimus. Omnis igitur Euangelii servus, ipsius præcepta judicando sequatur: sin autem, malus erit.

Et iis, qui non crediderunt Christo, gravissimum malũ minatur: *Azoarâ 53.*

¶ Christum animam Dei appellat, *Azoarâ 31.* Omnium rerum mulierum optimæ, ab omnibus intactæ vulvę, nostram animam insufflavimus: & illam, filiumq; suum, manifestum miraculum gentibus posuimus.

Et in Azoarâ 53. in personâ Dei, de Christo hæc loquitur: A' Christo quoque Jesu, Mariæ filio, parabolas exponente, plures discesserunt, suas imagines pręferendo, dicendoq; Christum eloquentem esse, suaq; præcepta contraria. Ille verò non fuit, nisi vir tantùm; cui multam bonitatem contulimus, doctoremque filiis Israel præposuimus.

¶ Ubi Antichristus advenerit; nugatur Christum rediturum, eumq; interfecturum. & Judæos residuos ad legem conversurum: & postea Seraphim canente tubâ, Christum cum suis moriturum, ac deinde resurrecturum; & ad judicium suos ducturum, eisque auxiliaturum. *In Summa brevi doctrina Mahometi, adjunctâ Alcorano.*

Inter alias blasphemias fabulas de Christo, etiam hanc refert, *in libro de Colloquio ejus cum Judæo.* Christus, dum rogaretur à discipulis, ut modum arcæ Noę, habitumque superstitis in ea generis humani exponeret, tacitus rogantes audiens, formulã ex luto inter manus suas confectam jecit humi, & ait: *Surge in nomine Patris mei.* Et surrexit homo canus. Cui Christus: *Tu quis es?* Respondit: *Ego Japhet, filius Noa.* Cui Jesus: *Itane canus mortuus es?* Respondit: *Nequaquam. sed in hac ipsâ horâ, putans me ad diem judicii surgere, metu canus effectus sum.* Præcepit ergo Jesus, ut omnem historiam arcæ discipulis rogantibus exponeret. Tunc ille, rem omnem à primordio narrans, ordine pervenit ad locum: ubi, *Cùm secessus*, inquit, *pondere egestionis arcam inclinaret, timuimus valde.* Consuluit itaque pater Deum. Cui Deus: *Adduc*, inquit, *elephantem, & verte posteriora ejus super locum.* Et fecit. Ubi ergo elephas fimum suum hominum egestioni injecit, surrexit sus grandis. *Satisne videtur ergo causæ, Abdia, vitandi animal immundum?* Ait: *Certe satis; dum prosequaris, quid profecerit hac necessitate editus.* Respondit: *Qua cum omnem* (inquit) *massam illam rostro fossorie dispergeret, conceptum insuetis naribus fœtorem efflans, murem edidit. Qui deinde, cùm tabulas indesinenter roderet; consulto pater Domino, Leonem in fronte percutit. Leo concitus, flatu anhelo catum naribus ejecit.*

¶ Fingit, Jesum Christum in extremo die, eos, qui in se crediderint, ad Mahometum missurum; ut per eum salventur. *In libro de Mahumeti colloquio cum Judæo.* Conversi ad Christum, dicent: *Jesu Christe, spiritus, verbum & virtus Dei, moveat te pietas tua, & intercede pro nobis.* Tunc dicet eis Jesus: *Quod à me petitis, ipsi amisistis. Missus quidem sui vobis in virtute Dei, & verbo veritatis: vos autem aberrastis, & me, plus, quam ego prædicaverim vobis, Deum vestrum scripsistis. Hoc itaque beneficium meum amisistis. Sed ite ad ultimum prophetarum:* hunc significans, eum quo loqueris Abdia. Ad quem conversi dicent: *O' nuntie fidelis & amice Dei quam malè quidem peccavimus. Exaudi nos pie propheta Dei, spes una superstes. Nam post te, in quo sperabimus? Exaudi nos, potentiâ tibi a Deo collatâ.* Aderit itaq; Gabriel, nec impotentem sinet amicum suum voluntatis suæ. Procident socii ante faciem Dei, dicetque eis Deus: *Scio, ad quid venistis. Absit itaque, ut fidelis mei votum in aliquo quassem.*

De Spiritu sancto.

Ipse namque Deus, spiritusque suus benedictus, Alcoranum composuerunt. *Azoarâ 26.*

De Creatione.

Rectè quidem, Deum omnia illaboriosè & infatigabiliter (*Azoarâ 56. & 60.*) creâsse, & conservare, passim asserit *Azoarâ 29.* Sed de modo creationis, & rebus conditis, multas monstrosas opiniones gignit, & ex suo cerebro fingit. Ut de rerum origine inquit: † *Deus fecit Adam de limo; limus autem erat de spuma; spuma autem de procellis; procella verò de mari; mare autem de tenebris; tenebræ verò de luce; lux de verbo; verbum de cogitatione; cogitatio verò de hyacintho; hyacinthus autem ex præcepto, ESTO, & fuit.*

† in Colloq. cũ Judæo.

Tredecim esse stellas: nimirum undecim, quæ Josephũ visæ sunt adorare, & Solem, & Lunam. *Liber de doctrinâ Mahometi.*

Et in libro Dei, fingit, totũ numerum duodecim mensiũ exstitisse in die, quâ cœlum & terrã condiderit: & quatuor menses impugnandis hostibus consecratos esse. *Azoarâ 19.*

Deus propriis manibus ædificavit Paradisum altiorem; plantavit arborem tubæ; plasmavit Adam. *Liber de doctrinâ Mahometi.*

Deum bestiarum octo parilia fecisse: *Azoarâ 49.* animalium verò par unum. *Azoarâ 41.*

Terram planam, montibus, quasi cardinibus, firmatam esse: & septem res firmas supernè fabricatas, & lampadem splendidissimam insertam esse. *Azoarâ 88.*

Deum quatuor creâsse: primò calamũ, quo omnia usq; ad Mundi finem prænotẽtur; deinde Adam; tertiò thronũ; quartò paradisum: Saraceni somniant *in Chronico suo.*

De tempore creationis sic inquit, *Azoarâ 51.* Deus terrã in biduo creavit: & in eâ, montibus firmatâ, cuncta comestibilia, duorum æqualium exquisitè dierũ spatio, creans, ex illâ semen omne multiplicatum edidit. posteaq; fumo cœlos ascendente, illi terræq; dixit: *Utrùm sponte vestra, an vi, vaditis atque veditis?* Illi verò responderunt: *Sponte.* Cœlos deinde septem biduo distinguens, in singulis eorum res

pro velle suo posuit: unde Mundum fulgoribus & custodibus decoravit.

Deum tabulam, in qua [illegible] sit, quicquid fuit, est, & erit, in cœlo & in terra, fecisse ex smaragdo purissimo; & verba ejus de margaritis; dorsum verò ejus de pietate: quã inspiciat per diem & noctem centies-sexagies. Et calamum de luce clarissimâ, longum itinera quingentorum annorũ, latum vero octuaginta itinera annorum: habentem dentes octuaginta; qui non cessent scribere, quicquid fit in Mundo, usque ad diem judicii. *Liber de colloquio Mahometi cum Judæis.*

De Mundo.

Mundum in manu angeli teneri, in monte Caf, usque ad diem judicii, asserit, *in colloquio cum Judæis.*

Alium Mundum, præter hunc, factum esse negatur, qui sit perpetuus. *libro eodem.*

De Cœlo.

Cœlum de fumo; fumum verò de vapore maris creatũ esse: & viriditatem suam ex monte Caf, qui fit ex smaragdis Paradisi, & orbem terræ cingat, & cœlum sustineat. *In libro de colloquio Mahometi & Judæorum.*

Cœlum habere portas pendentes & aureas, & seras de luce, & claves de pietate, in thesauro Dei. *Libro eodem.*

Septem cœlos fingit: quorum primum de aquâ viridi, secundum de aquâ clarâ; tertium de smaragdo, quartum de auro purissimo, quintum de hyacintho viridi, sextum de nebulâ lucidâ; septimum de splendore ignis. *libro eodem, & Azoarâ 2 75.77.*

Inter nos & cœlum fingit septem maria. *libro eodem.*

De intervallo inter nos & cœlum, inquit: A nobis quidem usque ad infimum cœlum, iter quingentorum annorum; tantumque per ordinem ab unoquoq; ad proximum, & amplitudo uniuscujusque itinerum quingentorum annorum. Tot unoquoque angeli; quot nemo numerare potest, nisi solus Deus. *libro eodem.*

Inter nos & cœlum aves sunt; quæ nec cœlum, nec terram, unquam attingunt. Ipsi columbi albi, jubas habentes equinas; comas, ut [illegible] mulieris; alas, ut aves; [illegible] pariunt super caudas suas: ibidemque filios producunt, illinc usque in diem judicii. *Ibidem.*

De Stellis.

Tres ordines stellarum fingit. Primus, dependentium per catenas à solio Dei, lucentium usq; in septimum thronum. Secundus, stellarum, quæ & cœlum ornant: & quando Diaboli ad insidiandum cœlestibus consiliis subintrare parant, occurrentes fugant. Sic enim ait in Alcorano: *Et cœlum cum eis ornavimus, & diabolis eas objecimus.* Tertius est in aspectu angelorum, ait: neque hæc usipiam a veritate recedunt. *Liber de colloquio Mahometi cum Judæis.*

De Sole & Lunâ.

Solem & Lunam asserit esse fideles: quia Dei mandato semper obtemperent. Causam autem, cur non æqualiter luceant, hanc affert. Æquali, inquit, virtute & splendore eos creavit Deus. Evenit ergo, ut incerta esset diei & noctis vicissitudo: quousque Gabriel prætervolans, motu volitandi, fortè sic alâ suâ lunam tetigit: & exinde luna obscurata est. Sic enim ait in Alcorano: Præposui diei & nocti luminaria: & extinxi nocturnum; & illuminavi diurnũ. *Liber de colloquio Mahometi cum Judæis.*

Interrogatus de loco Solis, respondet: In fonte calido; fons verò in colubro; coluber in intervallo, intervallum in monte Caf; Caf autem in manu angoli, tenentis mundum usq; ad diem judicii. *Libro eodem.*

De Ventis.

Inter nos & cœlum fingit ventos tres. Primus est sterilis, quem emisit Deus in gentem Abat. Secundus niget, elevans mare: & hic exasperabit ignem in die judicii. Tertius est, qui terris marique ministrat. *Libro de colloquio Mahometi cum Judæis.*

De Montibus.

Montes unde exierunt? Respondit: De monte Caf: fixitq; eos Deus palos in terra. Sic enim ait in Alcoran: Posui terram planam; & montes palos terræ. Ait: Verum dicis. Dic consequenter: Quidnam restat sub his septem terris? Respondit: Bos. Ait: Et pedes bovis super quid? Respondit: Super lapidem album. Ait: Quæ forma bovis? Respondit: Caput ejus in Oriente; cauda in Occidente. Et quadraginta cornua, & totidem dentes; a cornu ad cornu iter mille annorum. Ait: Et sub lapide, super quem stat, quid? Respondit: Mons, cui nomen Zohot. Ait: Cujus hic mons? Respondit: Inferni. Ait: Quæ ei amplitudo? Respondit: Itineris mille annorum. Hunc ascendet omnis turba infidelium. Cumq; verticem conscenderint: omnis intremiscet mons; omnemque turbam dejiciet in profundum inferni. Sic enim ait in Alcoran: Sout hicubu azohot. quod est: Destruet eos Zohot. Ait: Verum est quod dicis. Sed quid sub monte? Respondit: Terra. Quod est ei nomen? Respondit: Werelea. Quid sub eâ terra? Respondit: Mare. Quod est ei nomen? Alkatem. Et quid infra? ut omnia per ordinem edisseras. Respondit: Terra Aliolen; infrà, mare Zete, infrà, terra Neaina; infrà, mare Zegir; infra, terra Therib; infrà, alia terra Agiba, alba ut lac, redolens ut muscus, mollis ut crocus, lucida ut luna. Super hanc congregabit Deus omnes justos. Sic enim ait in Alcoran: In die illo mutabit terram pro aliâ terrâ. Infra hanc, mare Alknitar. Infrà, piscis nomine Albehbut, cujus caput in oriente, cauda in occidente: super cujus dorsum, terræ & maria, tenebræ, aër, & montes, usq; in finem seculorum. Infra piscem, ventus piscem sustinens: infra, mons: infra, tonitruus; infrà, fulgur. Sub his mare sanguineum, infra, infernus conclusus; infra mare igneum; infra mare opacum; infra, mare Po; infrà, mare nebulosum, infra, laudes; infrà, glorificatio; infra, solium; infra, tabula; infrà, calamus; infra, majus nomen Dei. Et quid infrà? Respondit: Infinita quærendo prosequeris, Abdia. Quis ultra potest? Præter quòd æqualis est undique versùm omnipotentia Dei.

Ordo rerum.

Supra septem cœlos est mare vivificum; & postea mare nebulosum: procedit desuper mare aëreum, desuper mare lapideum; desuper mare tenebrosum; desuper mare solacii: desuper luna; desuper sol; desuper nomen Dei, desuper supplicatio; desuper Gabriel; desuper pergamenum ratum; desuper plenum, desuper septuaginta intervalla lucis; desuper septuaginta millia intervallorum virtutes, desuper septuaginta millia montium, desuper mille spatia: in unoquoq; septuaginta millia turbæ; in unâ-quâq; turba quinque millia angelorum, nunquam cessantium laudare Dominum universitatis: desuper addet almunsihe, id est, terminus angelicæ dignitatis: desuper vexillum gloriæ; desuper intervalla de margaritis; desuper intervalla gratiæ; desuper intervalla potentiæ, desuper intervalla divinitatis; desuper intervalla dispensationis, desuper scabellum; desuper solium; desuper domus universitatis. *Liber de colloquio Mahometi cum Judæis.*

De Angelis bonis.

Angelos bonos in creationem hominis consensisse, ac eundem adorâsse, fabulatur *Azoarâ 2. & 25.*

Angelos ante Adam vocabula rerũ ignorâsse. *Azoarâ 2.*

Angelos animatos a Deo cuilibet homini mitti; ut doceant, eum unum tantùm esse Deum. *Azoarâ 26.*

Angelos, post septem millia annorum, expulso Diabolo, habitasse in terrâ annos mille; nugatur *in libro de colloquio cum Judæis.*

Angelos, vigiles custodes, & disertos scriptores, dicit præesse homini; & omnes ejus actus notare. *Azoarâ 92.*

Angelos quosdam duas alas, quosdam tres, quosdam quatuor habere, nugatur *Azoarâ 45.*

Angelos pro hominibus interpellare Deum, ne sinat cœlum super eos cadere; asserit *Azoarâ 52.*

Angelos feroces & immensos, dicit esse custodes foci, nil nisi sulfur & homines comedentis. *Azoarâ 6 & 84.*

Angelis postulantibus, Deum fulmina hominibus immittere. *Azoarâ 23.*

Angelos morituros, & resurrecturos, asserit *Azoarâ 18. & in colloquio cum Judæis:* ut infra de Resurrectione dicemus.

Tres archangelos Secretarios deitatis asserit; Michaëlem, Gabrielem, Seraphielem. Octo angelos in die judicii thronum Dei portaturos, fingit: & [illegible] legiones ange-

lorum Cherubim circa thronum Dei somniat, *in colloquio cum Judæis, & Azoarâ 80.*

Singulos homines bini circumstant angeli: alter à dextris, alter à sinistris. Dexter verò, benefacta hominis scribit; sinister, malefacta. Ait: Ubi assident homini, aut qualiter? in quo scribunt? Respondit: Super humeros hominis sedent. Calamus, lingua eorum: incaustum, saliva linguæ: tabula notoria, cor eorum. *In colloquio Mahometi cum Judæis.*

Angelum mortis, quem Adrielem vocat, pomo ex Paradiso allato, cùm nares ad olfaciendũ Moses adhibuisset, animam ei per nares emunxisse, nugatur, *in colloq. cũ Judæis.*

Eundem angelum, totam Dei creaturam, ac postremò se-ipsum, inter paradisum & infernum interficere, somniat *ibidem.*

Septuaginta-millia angelorum, pontem & stateram super infernum, in Hierusalem, in die judicii portaturos, nugatur *in colloquio cum Judæis.*

De Angelis duobus, olim genus humanum judicantibus, & peccantibus, hanc refert fabulam *in colloquio cum Judæis*; ubi respondet ad quæstionem, *Cur vinum prohibeat bibere?* Erant angeli duo, Arot & Marot, missi olim à Deo de cœlis in terram, gubernando & instruendo generi humano, tribus his interdictis: Ne occiderent; nec injustè judicarent; nec vinum biberent. Multo itaque tempore sic habito, cùm hi judices essent per universum orbem; venit eis die quodam mulier, præ cunctis fœminis omninò pulcerrima, causam habens adversùs maritum. Quæ ut parti suæ accommodaret judices; invitavit ad prandium. Sequuntur. Illa satagens, convivantibus, inter epulas, & pocula vini apponit. Adstat ministrans; offert crebrò: instat, ut sumant. Quid plura? Vicerunt blanditiæ mulieris. Inebriati poculis, in hospitam formosam incaluerunt: victi, accubitũ postulant. Spondet, eâ conditione: dum alter verbum doceat, per quod ascendebant cœlos: alter, per quod descendebãt. Placet conditio. Cùm ergo didicisset: elevata est subitò, & ascendit cœlos. Quod cùm videret Deus: exploratâ causâ, posuit eam luciferum, pulcerrimam inter stellas; ut fuerat inter fœminas. Illis autem in judicium vocatis, proposuit eis Deus; ut eligerent inter pœnam hujus seculi, & pœnam alterius. Elegerunt hanc. Depensi sunt ergo per catenas ferreas, demissis capitibus in puteo Bebil, usq; in diem judicii.

Angelos singulis diebus ad Evam, post conceptũ Seth, venisse, eamq; salutâsse, & odores Paradisi attulisse, donec pareret Seth solum: nugantur Saraceni, *in libro de generatione Mahomet.*

De Diabolis.

Fingit, Deum condidisse diabolum ante hominem, ex igne pestifero: *Azoarâ 25.* Diabolos ex ignis flammâ condidit. *Azoarâ 65.*

De lapsu Diaboli hæc nugatur, *Azoarâ 2. & 25.* Nos hominem de terrâ & luto, Diabolo priùs ex igne pestifero creato, plasmavimus. Cumq; me plasmaturum hominẽ de luto, & eidem animæ meæ portionem insufflaturũ, angelis intimavi; illis injungens, ut se coram eo projicerent: humiliantes omnes paruerũt; præter Beelzebub, se subjicere nolentẽ. Qui, cur hoc faceret, interrogatus à Deo, dixit: Qualiter homini, de luto cœnoq; nigro plasmato, me subjiciã? Respondit Deus: Quoniam malus es, & nequam; descende à me, usq; ad alium diem rejiciende. Ipsi quidem terminũ ad diem publicæ resurrectionis postulanti, Deus inquit: Ad diem horæ scitæ terminum posui. Ipse quidem nequitiâ plenus respondens, ait: Ob hoc in me perpetratum à te, faciam eis suisq, mundana pulcra videri, eos omnia mala docturus; præter gentem, quæ bono puroque corde te super omnia diligat. *Et Azoarâ 17.* dicit: ideò Beelzebub recusâsse hominem adorare; quia ipse sit de igne conditus, & præstantior homine.

De Diaboli expulsione è cœlo, sic inquit *Azoarâ 77.* De cœlum sidereis ornavit lucernis; quę diabolos expellant, illis timorem injicientes. *Et Azoarâ 47.* stellas dicit persequi diabolos; & impedire, ne quid à civibus cœlestib. percipiãt.

Diabolos septem millibus annorum ante Adam habitasse in terrâ, nugatur *in lib. de colloquio Mahometi cum Judæis.*

Diabolos magicam artem Salomonem docuisse, nugatur *in Azoarâ 2.*

Per Salomonem, dæmones subtus terram & aquas, ad mira gerenda, profectos esse, Dei permissu. *Azoarâ 21.*

Diabolos procul ab audientia esse remotos: ideoq; tum difficile, tum impossibile illis fuisse, Alcoranum componere. *Azoarâ 36.*

Deum Salomoni ventos, suo jussu leviter currentes, & diabolos, quorumlibet ædificiorum & machinarum structores & submersores, alios etiam ferro vinctos subjecisse, fabulatur *Azoarâ 48.*

Jobum pede diabolum à se repulisse, ridiculè nugatur *Azoarâ 48.*

Diabolos per Alcoranum & Mahometum conversos esse, & gentibus prædicâsse; dicentes: O` gens, jam audivimus librum missum post Mosen, omnis sui dicti confirmatorem, & doctorem viæ veræ rectæq;: parete vocantivos ad Deum, illique credite, vobis peccata vestra dimissuro, & a gravi malo liberaturo, aliter autem in terrâ nihil vobis prodesse poterit. *Azoarâ 56.*

Diabolos humana corda penetrare. *Azoarâ 124.*

De Diabolorum miseriâ, & conciliabulo post natum Mahometum, hæc referuntur *in libro de Generatione ejus.* Eâ horâ, quâ natus est Mahomet, arreptus Lucifer ab angelis, immersus est profundo maris Aleazum. Unde vix post quadraginta dies evadens, in montẽ Cobeltz aufugit. Quò cùm terribili fragore, & horrendo mugitu, omnes angelos suos convocâsset; quid causæ sit, anxii rogant. Causam exponens: Quia natus est, (inquit) Mahumet, filius Abdalla; quem Deus produxit, missum in gladio radiãti, acie cuncta penetrante, in nostram planè ruinam: ne quicquam nobis in Mundo supersit; nec restet locus, quò non perveniat per eum doctrina de unitate Dei, qui cũcta creavit. Propter hunc etiam prophetam, damnavit me Deus, & posuit Satanam maledictũ. Iste enim est propheta Alumi arabi de Alcoras Tuhẽnazezen, Domin' virgę & cameli, fidelis Deo: cujus unitatem prædicans, omnem participantium abiget. A`quo, & gente ejus, & cor & oculi mei obstruẽtur: ut nec supersit locus fugæ nostræ tutus. Cui satellitum suorum principes respondẽtes, ajunt: Nec hoc, Domine rex noster, curæ tuæ causa sufficiens est. Meministi siquidem, ut Deus Adam septem virtutibus perfectũ creavit. De quibus cum hoc tempore una tantum supersit: an metuis, qui in illum prævaluimus, nos resistere huic nõ posse? Quibus ille: Nequaquam, inquit, confido. Hominem siquidem video, qui dolum & iniquitatem perdens, justitiam & veritatem servabit. Aggrediemur, inquiunt, genus humanum, per concupiscentias eorum, dolo & hypocrisi, omnique ingenio mendacii. Multisque hujusmodi frustra solantur.

De Homine.

Adam post octo millia annorum demum conditus est: cùm Diaboli terram septies mille; & post eos angeli mille annis terram habitassent. *In libro de colloquio cum Judæis.*

In Adam spiritum Dei intrâsse invitũ per os, & exiisse. *libro eodem.*

Dicit, Deum hominem ex humore, & ex ipso filios, cæterosq; posteros produxisse. *Azoara 35. & 85.* De Celcal seu umbrâ conditum hominem, ait *Azoara 65.*

Nugatur, Deum homini, ex luto nigro formato, portionẽ de animâ suâ insufflasse; eumq; angelis adorandũ ꝓposuisse: idq; omnes, ꝑter Beelzebub, fecisse. *Azoarâ 2. 25. 48.*

Adamum primum rasum esse à Gabriele, & à se-ipso circumcisum, & peregrinatũ ad Mechã. *lib. de Colloq. cũ Judæis.*

Itèm, Deum homines primò creare; & in matris alvo secundò formare. *Azoara 63.* Et de formatione hominis, *in Chronico Saracenorum* hæc referuntur. Ejusdem est, quòd fœtus in alvo maternâ, per 40. dies, sperma perseverat. Illud, 40. diebus sequentibus, in coagulũ sanguineum condensatur. Unde carnis fœtus, corporis lineamenta suscipiens, in diebus 40. succedentibus formatur. Illi tandem, quadragenario dierum numero sequente, angelus à Deo mittitur: ut animam inspiret illi; quatuorq; necessaria præscribat: videlicet, quo victu, quo vitæ termino, quâ sorte fruetur. *Eadem in Azoara 2.*

Sexaginta ſunt venæ terræ ſingulorum colorum: quæ varietas ſi non eſſet, nulla inter homines foret diſcretio notitiæ. *Liber de doctrinâ Mahometi, additus Alcorano.*

Alii Saraceni dicunt, pulverem multicolorem, quem Deus pugno ſuo comprehenderit, cùm crearet Adam, cauſam eſſe, cur alii albi, alii nigri, alii boni, alii mali ſint homines. *In Chronico Saracenorum. & Colloquio cum Judæis.*

De Lapſu hominis.

De Lapſu Adæ hæc nugantur, *in Colloq. cum Judæis.* Quid Deus dixit Adæ? Reſpondit: Habitatu & conjux tua paradiſum; comedite & bibite: tantùm ne huic arbori appropinquetis. Ait: Quæ nam fuit arbor illa? Reſpondit: Arbor tritici. Ait: Quæ forma arboris? Reſpondit: Septem ſpicas habebat. Unam rapuit Adam, in quâ erant grana quinque: de quibus duo comedit Adam; duo dedit Evæ; quintum detulit ſecum. Ait: Quantum fuit granum? aut quid indè fecit? Reſpondit: Majus fuit ovo: quod ubi in ſexcentas particulas comminuiſſet; produxit ex eo cuncta ſeminum genera. Ait: Quà receptus eſt, paradiſo expulſus? Reſpōdit: Adam in India, Eva in Nubia. Ait: Quid induebant? Reſpondit: Adam tria folia de paradiſo; Evam coma cooperiebat. Qua ergo convenerunt? Reſpondit: In Arafe. Ait: Uter de altero factus? Reſpondit: Eva ex Adam. Unde eſt, quòd mulier operitur? Ex coſtâ ejus ſiniſtrâ. nam ſi a dextrâ, æquè fortis eſſet.

In Azoarâ 2. Diabolum lapſûs ſuaſorem facit: ſicut & *in Azoarâ 17.* ubi ſic ait: Adæ verò, ſuæq; mulieri præcepit, ut in paradiſo manentes, quod ſibi placeret, comederent, unâ tantùm arbore minus: niſi ſe malos eſſe mallent. His itaq; Diabolus ſuggeſtionem faciens, & ad membrorū virilium atq; pudendorum detectionem nitens, Deum eis illam arbore vetuiſſe, fallaciter inſinuavit: non ob aliud; niſi ut vel illi nequaquam angeli fierent, vel ibi perpetuò manerent. Diabolus itaque jurans, ſe nequaquam illis ſuo nociturum alloquio, eos in viam pravam atq; perverſam diſtorſit. Guſtantibus igitur illis de arbore, ſexus atque pudenda membra apparere cœperunt. Quæ ipſis è paradiſi foliis tegentibus, Deus inquit: Nónne vobis hanc arborem interdixi, vobis hoſtilitatem atque malitiam diabolicam enodans? *Eadem Azoarâ 30. repetit.*

De Peccato.

Nullum majus peccatum novit Mahometus, quàm Alcoranum contemnere, eique contradicere, & ſibi detrahere. *Azoarâ 2. & 10.* Et *Azoarâ 19.* prorſus irremiſsibile peccatum eſſe aſſerit, ſi quis Deo & Legato ejus reſiſtat.

Vinum bibere, ſcachis & aleis & talis ludere, graviſsimum peccatum eſſe aſſerit, *Azoarâ 3 & 13.*

Catalogum peccatorum *in Azoarâ 17.* ponit. Deus ipſi nil, niſi criminalia, modicaque peccata, ut ſaltàs rapinas & injurias, poſitionemque ſocietatis & participationis in deitate, ipſique Deo falium imponere, & his ſimilia, ſtatuit cuique veſtrûm illicita.

Dicere, Deum habere filium, ſummum piaculum exiſtimat. *Azoarâ 38.*

Mahometi mulieres attingere, grave ſcelus pronuntiat, *Azoarâ 43.*

De Lege.

Neque Judęorum, neque Chriſtianorum legem bonam eſſe, aſſerit; ſed ſolam legem creatoris: quam ſe fingit afferre Mahometus. *Azoarâ 1.*

Legem Abrahæ commendat præ aliis omnibus, *in Azoarâ 10.*

Dei legem non eſſe impoſsibilem & intolerabilem, *Azoarâ 4. & 5.* Deum enim levia & poſsibilia pręcepiſſe: cùm hominem fragilem & debilem effecerit. *Azoara 9.*

Moſen non omnia ſcripſiſſe; ſed plura in abſcōditis tradidiſſe; nec omnia patribus enodâſſe, aſſerit *in Azoarâ 16.*

De promulgatione Legis, fabuloſa multa citat, *in Azo. 17.*

Deum ſingulis gentibus ſuam, quam debeant ſequi, legem impoſuiſſe, *Azoara 32. & 40.*

Legem ſive fidem Prophetarum omnium unam eſſe: ſed ritus diverſorum diverſos. *In Colloquio cum Judæis.*

Mahomet dicit, ſe Legem Dei prædicare, quæ doceat, non eſſe plures deos; ſed unum, ſine participe. *Ib. eod.*

Deum modò in Sinai monte, *(ut Azoarâ 38.)* modò in Hieruſalem, dediſſe præcepta 1515. *(ut in Colloquio cum Judæis)* affirmat.

De vero uſu Legis, quòd ſcilicet revelet peccata & iram Dei, nihil Mahometus novit.

Legem ſervantes, Deo conjungi, & ſalvari, opinatur, *Azoara 35. & 42.*

De Euangelio.

Dicit, Deum miſiſſe Chriſtum cum Euangelio. *Azoarâ 67.* Et Euangelio attribuit: quòd ſit doctrina perfecta, ſicut & Alcoranus. *Azoarâ 12.* Et de Dei promiſsionibus, in Teſtamento, & Euangelio, & Alfurcan propoſitis, dubitandum, negat: *Azoara 19.*

Et Chriſto, Mariæ filio, miſſo, Euangelium datum, non ob aliud, niſi ut per ipſum Dei dilectionem & gratiam aſſequentur homines: inquit *Azoarâ 67.*

De Euangelio annuntiante remiſsionem peccatorum propter meritum Chriſti, nihil tradit Mahometus.

De Juſtificatione & Salute.

Salutem adſcribit operibus. Hæc ſunt ſecreta Alcorani hujus, libri clari, viam rectam docētis, & ſpem bonam pollicentis orantibus; & decimantibus rectè, dieique futuræ credentibus. Incredulis autem, alio ſeculo perdendis, malumque graviſsimum paſſuris, ſuos actus pulcros apparere fecimus. *Azoarâ 37.*

Omnium ſectarū homines ſalvari dicit: modò in Deum credant; & judicii diem exſpectantes, bona opera faciant. *Azoarâ 12.* Sciendum autem generaliter, quoniam omnis rectè-vivens, Judæus ſeu Chriſtianus, ſeu lege ſuâ relictâ in aliam tendens, omnis ſcilicet Deum adorans, bonique geſtor, indubitanter divinum amorem aſſequetur.

Mahometum ſequentes, eique credentes, ſalvari aſſerit, *Azoara 5.* & propter Mahometum. Deum ſolâ gratiâ miſericordiâque peccata condonare. *Azoara 6.*

Poſt malum perpetratum, pœnitenti & bonum-facienti Deum veniam dare, affirmat, *Azoara 12. & 17.*

Humiliando ſe-ſe in ingreſſu portarum, veniam peccatorum conſequi, docet, *Azoara 7.*

Pro factis paradiſum introite. Tale quid bonorum meritum exigit. *Azoara 26.*

Tria hæc ad paradiſum intrandam neceſſaria: fides, credulitas, opera. Et contigit tamen; ut, ſi quis ex Judæis, aut Chriſtianis, ſive Gentilibus, ad fidem Saracenorum converſus, ante opus morte occupetur; ſola fides ſufficiat. Sicq; ſive Judęus, ſive Chriſtianus, ſive etiam Gentilis, omni pietatis operi ſatisfaciens, nec id amore Dei: & ipſum, & opus ejus, ignis abſumet. *In Colloquio cum Judæis.*

Militantes, & qui eos juvant, gratiam peccatorum mereri. *Azoara 19.*

De Fide.

Rectè quidem, fidem à Deo dari & augeri, paſsim affirmat. ſed malè id exponit, non de fide in Chriſtum, ſed fide in Deum, & in ſe, & Alcoranum intelligit. *Azoara 45. & 49.*

Bene-facientes, & veritati ſuper Mahometū poſitæ credentes, ipſius Dei viam & veritatem ſequuntur, qui condonaturus eſt illis peccata ſua. *Azoara 57. & 58.* Mahometus dixit: Qui me vidit, & credidit; bonam mercedem habebit. Septuplum tamen, qui me non viſo crediderit. *Autor Chronici Saracenorum.* Et *in Azoara 59.* negat, eos in Deum credere, qui non prophetam ſequantur; & in litibus cum pecuniis & animabus ei adſint.

Etiam dubitantes & non-credentes, ſalvari docet. *Azoara 82.* Scire nequimus, an terrenos odiat, diligatve Deus. Cumque noſtri quidam boni, quidam mali in terrâ ſimus, vias varias proficiſcimur. Nos autem opinati, nihil Deum evadere, nec agere contrà poſſe; rectam viam patefactam credimus. Omnis enim in Deum credens, omnium malorum & injuriarum timore carebit. Quibuſdam itaque noſtris credentibus, quibuſdam minimè; credentes rectâ viâ gradiuntur.

De Confeſsione.

Poſt fidem rectam, incredulus vi coactioneque factus, fidem legemque corde ſuo retinens, non damnabitur. Sed hoc ſponte faciens; quia hujus Mundi vitam alii prætulerit;

rit; nunquam a Deo in viam rectam dirigendus, gravissimis cruciatibus affligetur. *Azoara 26.*

De Pœnitentiâ.

Negat lapsis veniam.

Revocantem peccata, sicut & omnē incredulum ac peccatorem, Deus abhorrens deprimit. *Azoara 4. & 5.*

Spontè-abnegantem doctrinam Mahometi, nunquam à Deo in viam rectam reduci. *Azoarâ 26.*

B Confessione, & eleemosynis, & bonis operibus, satisfaciendū pro peccatis cōmissis, non obscurè indicat *Azoarâ 19. & 37.* Et *Azoara 51.* peccata cum beneficiis, cùm sint disparia, removeri. *Et Azoarâ 73.* ante mortis adventum, de bonis datis vobis benefacite; ne tunc, necessitate cogente, dicatis: O Deus, vitam meam ad terminum propinquum protrahe. Eleemosynas enim faciam, & bonus efficiar. *Et Azoarâ 35.* Pœnitenti, credenti, ac benefacienti, Deus, pius condonator, peccatum pro beneficio cōmutabit. *Et Azoara 66.* itidem redemtionem per bona opera docet.

C De fide in Christum, & de remissione peccatorum propter Christum, Mahometus planè nihil docet.

Pœnitentiam-agentibus sæpè dubitativè promittit remissionem peccatorum. ut *Azoarâ 74:* Ille forsan vobis peccata dimissurus est. Et *Azoarâ 52:* Forsan eorum multis veniam faciet.

De Bonis operibus.

D Mahometus jubet suos amore Dei prædari. Sic enim inquit *Azoarâ 71:* O' viri boni, mercaturam vos à maximo malo defensuram patefaciam: videlicet, in Deum, atque prophetæ credite; & prædanim ac expugnatum, in Dei nomine, cum vestris animabus atque pecuniis, tendite. Hoc enim, si sapitis, est vobis optimum: cùm Deus ob hoc vestra peccata dimittet; & in Paradiso habitationes amœnas, domosque perpulcras, vobis tribuet. Dabit itèm & aliud à vobis maximè dilectum. videlicet vindictam; & terrarum levem & facilem acquisitionem; bonisque magni gaudii nuntium. *Sic & Azoara 34.*

E Quædam tamen præscribit bona opera. ut sunt: Deum honorare. *Azoarâ 41.* Et adorare; & gratias agere. *Azoarâ 42.* Deo & Legato suo parère. *Azoara 9.* Et Deo, & Alcorano, & Mahometo credere. *Azoara 10. & 18.* Credere libris positis à Deo. *Azoara 52.* Alcoranum pro viribus, quantū vacat, legere. *Azoar. 83 97.106.* Beneficētia erga parentes, *Azoara 39.* & propinquos, & pauperes, & mendicos. *Azoara 40.*

Matres jubet infantes suos per biennium nutrire: aut aliam nutricem, si ipsa non possit, substituere pro mercede justâ. *Azoara 3.*

Abrahæ sectam jubet Saracenos imitari. *Azoara 6.*

Cædem viri boni, ex ignorantiâ factam, jubet compensari alterius viri boni redemtione. *Azoara 10.*

F Templum Haran seu Mechæ invisentibus, promittit multa bona. *Azoara 32.*

Orationes, & eleemosynas, & decimas facere, passim jubet. *Azoara 32.*

Consuetudinem cum uxoribus propriis & ancillis permittit; sed cum alienis uxoribus, vetat. *Azoara 33.*

In Dei nomine peregrinari, & sua bona deserere, aut prophetæ donare, prædicat pro bono opere. *Azoara 69.*

Jejunio certum tempus, tanquam à Deo præscriptum, definit. *Azoara 2.*

G Bonis operibus adscribit salutem. *Azoara 38.* Aliud seculum tibi compara: à malis operibus cessa. *Item:* Credentes (scilicet Alcorano) & benefacientes, bonis associabimus: *Azoara 39.* Credentes & benefacientes, veniam & gaudium habebunt: *Azoara 45.* Omnis boni operator, &c. veniam à Deo omnipotente consequetur: *Azoara 11.* Deus, dans donum salutis, auxilium atque gaudium secundùm opera sua præbehit. *Azoara 16.* Secundùm optimū modum suorum operum, quemque Deus remunerabit vitam tribuens æternam: *Azoara 26.*

H Opera mereri gratiam & dilectionē Dei: *Azoara 6.* Plenam Dei gratiam, dilectionemq; nostri, nullus assequitur, nisi priùs de sibi dilectis distribuerit. In viis Dei, hoc est, in bello, morientibus, promittit maximam mercedem: *Azoara 7.* Terrarum propter Deum expugnatores, & è domibus

A suis propter Deum atque prophetam quæsitum exeuntes, in terris abundantiam adipiscentur: *Azoara 10.*

De Perfectione.

Deus homines, post adeptionem fidei, non errare permittit: priusq; eos, quid timere debeant, ipse docet. *Azoa. 19.*

Bonos homines Deus mundat, & purgat: incredulos autem, ut ferri purgamētum ejiciens, ad nihilū reducit. *Azoa. 6.*

De Oratione.

Pro incredulis negat esse orandum. *Azoara 19.*

B Non precandum, ut Deus malos viam rectam doceat. *Azoara 26.*

In formulis precationum, non Christi; sed Prophetæ, hoc est, Mahometi, mentionem facere docuit. *ut Azoara 7.* Tu Dominè misericors, nobis tuum præconem exaudientibus, ut legem rectam sequeremur, nostra condona peccamina: nosq; defunctos bonis adjunge, à te nobis per prophetas atq; legatum pollicitum complens; nec die judicii nos contemnens, ab ignis fervore, quo malos sinè remedio graviter affliges, libera. quia tu, termino proposito, veraciter omnium causarum judex existes.

C Azoarâ 33. jubet suos orare, ut Deus custodiat; ne credant, aut dicant, Deum habere filium.

Deum cœli creatorem, qui careat filio, jubet invocari: *Azoarâ 12.14.21.26.28. 51.*

Quinque orationes Dei esse, quas Deus Mahometo revelaverit, asserit *in Colloquio cum Judæo.*

Aves Deum invocare, asserit *Azoara 34.*

Orationem maximum mereri meritum, *Azoara 34.* scilicet ex opere operato, affirmat.

D Deum & Angelos pro Mahometo dicit orare, ut salvetur: *Azoara 43.*

Rectè Divorum & Imaginum adorationē vetat, *Azoara 15. & 17.*

Orationem ex opere operato mercedem mereri, fingit, *Azoara 30.* Deum, ante Solis ortū & occasum, noctè quoq; horisq; diurnis, usquequò mercedē ex meritis assequaris, deprecare: nec oculos tuos unquam ad uxores alienas, licèt hoc mundo speciosas & preciosissimas, convertas.

De Ecclesiâ.

E Deum quosdam ita velle errare, ut non possint viam veram invenire: *Azoara 10.* Et, Deum, quibus velit, viam rectam; & quibus velit, viam malā præbere: *Azoara 17.* Si Deo placeret totum genus humanum: una gens fieret, atq; bona. Sed quis ad rectam viam diriget; quem Deus aberrare facit? *Azoara 23.24. & 40.*

Et tamen rursum interdum sibi contradicit: dum asserit, quosdam propriâ voluntate errare. *Azoara 16.* Et voluntate propriâ ducti, deos sibi constituerunt. *Azoara 55.*

F Mahometanos Ecclesiam Dei esse, & gentem meliorē, quàm Judęos & Christianos, qui post virtutes agnitas schismata fecerint, & nunc Alcoranum suscipere detrectantes. *Azoara 6.*

In societatem Ecclesiæ Mahometicæ solos eos esse recipiendos, qui pro eâ doctrinâ pugnatum & prædatum proficiscantur: *Azoara 10.* & qui priùs conversi, oratores & benefici facti sint: *Azoara 19. & 70.*

Deum semper in medio eorum esse. *Azoara 68.*

De Ministerio.

G Legatis meis nihil aliud injungo: nisi quòd vobis bonū & gaudiorum effectum persuadeant; nefandaque prohibeant. Quibus omnis credens, & se diligēs, ac benefaciens, nil timeat: cùm nil mali passurus sit. *Azoara 15.*

Successores & vicarios suos, detrectantes ire pugnatum, damnat, *Azoara 19.*

Prophetas pro mortuis orare jubet, *Azoara eadem*

In omnibus Prophetæ, scilicet Mahumeto, obtemperādum monet, *Azoara 69.*

De Excommunicatione.

Cōtra Alcoranū disputantes excōmunicat. *Azoar. 5. & 12.*

H Consortium cum incredulis & malè-agentibus, vetat sub pœnâ gehennæ. *Azoara 21.70. & 78.*

De Cruce.

Contumelias, & convitia, & jacturam rerum patientibus, propter doctrinam Mahometi, æternum gaudiū promittitur. *Azoara 7.*

Judæos & Christianos ideò negat filios Dei esse, quòd à Deo affligantur cruce & pœnis. *Azoarâ 12.*

De Miraculis.

Negat opus esse, sanctum Alcoranum miraculis confirmari: quia Deus omnipotens edat miracula, quæ plures nō videant. *Azoarâ 15.* & quia Deus semper miraculosè punierit contemptores suorum prophetarum: *Azoarâ 17. & 36.* & quia miracula nihil juvent incredulos: *Azoarâ 20.*

Ad integrè scribenda miracula Dei, non sufficerent omnes arbores in pennas redactæ; nec marium septuplum incaustum. *Azoarâ 41.*

De Principatu.

Mahometus dixit, suum populum non posse obtinere principatum, nisi à Christianorum fide prorsus recedant, & sua dogmata suscipiant. *Johannes de Oppido.*

De Vindictâ.

Vindicans se, post injuriam illatam, nequaquam reus existit: patiens tamen, & diminens, præ cæteris optimè facit. *Azoarâ 52.*

De Conjugio.

Mahometus in Alcorano suo, viro, quandocunque voluerit, qualibet de causâ, cōcedit repudiare uxorem, & prohibet repudiatam recipere. *Vincentius.*†

† lib. 23. cap. 59.

Mulieres cuilibet permittit parare proprias; & cum iis consuetudinem habere. *Azoarâ 3.*

Duas, tres, aut quatuor, permittit ducere; & aliam pro aliâ mutare. *Azoarâ 8.*

De Ciborum discrimine.

Nullatenus quidquam, supra quod Dei nomen est invocatum, comedatis: quia peccatum est. *Azoarâ 16.* Et carnes porcinas, & sanguinem, & cadavera mortua, comedere vetat. *Azoarâ 2.*

Nec animalium fœtus, quos illicitos dixero, (cùm omnes alii liciti sint) nisi peregrinantibus, comedere velitis. Peregrinanti quidem cavendū, ne venatus interficiat, Deo prohibente: nisi priùs mente prohibitionis peracto. Tunc enim venatus sumere fas censetur. Omnis Dei domum invocans, nequaquam oblationes in alto ponat: & ut misericordiam à Deo consequatur, in ipsum credat; nec ob homines pravos à viâ rectâ se divertat. Deique dilectioni, suisque bonis, nequaquam malis atque peccatis studeat, Deum timens: quoniam ipse gravis atque difficilis super rerum fines invenitur. Sunt autem vobis hæc illicita: Sanguis, & morticinium, animal quodlibet nequaquam Dei nomine peremtum, & suffocatum, ac igne combustum, vel ruinâ morti deditum, & à lupo tactum: nisi quis illud interfecerit. *Azoarâ 12.*

De Tempore.

Lunæ cursum, tempora peregrinationis & jejunii discernere, indicat, *Azoarâ 2.*

De Antichristo.

Antichristum à Christo denuò redeunte interficiendū, ante extremum judicium: *ut patet ex Summâ de Saracenorum fraudibus.*

De Hierusalem.

Sentit, Hierusalem esse ceu umbilicum terræ: unde dispersæ sint gentes, eòdem rediturae. *In Colloquio cum Judæis.*

Libro eodem somniat, Hierusalem ex Paradiso in Mundum venisse.

De Mechâ.

Mecham ex Paradiso venisse, *in colloquio cum Judæis* nugatur. & templum isthic primùm ab Abrahamo esse extructum, *Azoarâ 2.* indicat.

De Nationum differentiâ.

Omnium gentium sapientissimæ sunt quatuor: videlicet, Arabes, Persæ, Romani, & Judæi. *Chronic. Saracenorum.*

De Mariâ virgine.

De Maria virgine hæc nugatur in *Azoarâ 5.* Mulier Joachim, se gravidam sentiens, inquit: *Tibi ventris mei conceptum, Deus omnium creator, vovens, ipsum tibi soli supplicem, servientem devote, postulo colligere digneris.* Cùm natam autem peperisset, eiq; nomen Maria posuisset, Dei in testem servi sui partûs advocans, inquit: *Natam meam, suamq; prolem, tuo penitus obsequio devotas, à tentationibus & insidiis diaboli protege.*

Hoc matris votum Deus benignè suscipiens; natæ suæ incrementum optimum, corque firmissimum præbuit. Hanc Zacharias in domum suam atque tutelam suscipiens, quoties, ut orationes funderet, ad altare processit; fructus optimos intempestivos super eam invenit. Quæ ab ipso quæsita, unde sumeret? inquit: *A' Deo, qui, cui vult, dona facit innumera.* Itèm asserit, Mariam annos 62. vixisse, & quinque annis post ascensum Christi superstitem fuisse. *in Chronico Saracenorum.*

De Zachariâ, & Johanne Baptistâ.

Zachariæ deinceps Deum, ut filium sibi gratum & honorificum tribueret, deprecanti, cùm orationes ad altare coram Deo funderet, angeli responderunt: *Deus, vestræ petitioni satisfaciens, optimoq; nuntio lætificans, filium permittit Johannem, confirmantem verbum Dei. Eritq; vir bonus, virgo perseverans, magnusq; propheta.* Zaharias inquit: *Cùm sim senex, mulierq; mea sterilis; quomodo prolem creator faciam?* Inquiunt angeli: *Deo nihil est impossibile.* Zachariæ pœnitenti, sibique difficile quid imponi postulanti, triduanam taciturnitatem, nisi signis tantùm cum hominibus, & divinam invocationem precisque studium, serò mane que, Deus injunxit. *Azoarâ 5. & 29.*

De Christianis.

Mahometus damnat Christianos, quòd Jesum dicant filium Dei: & quòd eundem, & sacerdotes & pontifices, ut suos dominos, venerentur. cùm ipsis præceptum sit, non nisi unum Deum adorare. *Azoarâ 19.*

Itèm damnat Christianos quosdam: quòd Mahometū pro mimo & mago, & mendaci, & dæmoniaco, habeant, ejusq; Alcorano contradicant. *Azoarâ 20. 25. 42. 90.*

Asserit, Christum, post Antichristū interfectum, Christianos denuò legē suam perfectè docturum: *ut est in Summâ brevi contra sectam Saracenorum, incerto autore.*

Asserit, eos a gentibus vincendos: sed post novem annos denuò victuros. *Ibidem.*

Credentes in Christum, meritū accepturos dicit: *Azoarâ 67.* quos tamen per eum non salvari; sed per Mahometum, nugatur *in Colloquio cum Judæis.*

De Judæis.

Christum, Antichristo interfecto, omnes Judæos ad legem suam conversurum, Mahometus asseruit: *ut testatur Summa Alcorano præfixa.*

Judæos, Alcoranum rejicientes, a Deo simias, & porcos, & idololatras esse constitutos, ait *Azoarâ 12.*

Judæis, docentibus, Ozair esse filium Dei, malè precatur Mahometus. *Azoarâ 19.*

Judæos asserit negare resurrectionem mortuorum. *Azoarâ 54.*

Judæos confert asino gestanti librum. *Azoarâ 72.*

De Alexandro Magno.

Nugatur, Alexandrum in mōte reperisse homines, nullum verbum intelligentes, & rogatum à vicinis, montes illos connexuisse ferramentis, & cuprum infudisse; ne vastatores illi possent transire ad alios. Murum autem illum ferreum, sub adventu extremi diei, Dei præscripto interiturum; eosque homines cornu evocandos esse. *Azoarâ 28.*

De Gog & Magog.

Ante extremum diem Gog & Magog exiturum, & gentes undique conventuras, indicat *Azoarâ 31.*

De Magiâ.

Rectè quidem dicit, Deum artem magicam odisse & abhorrere. *Azoarâ 20.*

Sed falsò nugatur, Salomonem à dæmonibus artem magicam didicisse: *Azoarâ 2.* & avium garritus intellexisse. *Azoarâ 37. & 44.*

Et nato Mahometo, omnibus magis, sortilegis & ariolis, eo die artificium suum defecisse. *Liber de generatione Mahometi.*

De Numeris.

Sensit, numeris quædam inesse mysteria; quæ etiam usque ad centenarium satis monstrosè exponit Judæorum legatis. *In libro de doctrina Mahometi.*

De Morte.

Rectè quidem dicit, omnes homines oportere mori. *Azoarâ 7.*

Sed monstrosam metamorphosin mortis in ariete fingit, *in colloquio cum Judæis*, inquiens: Post extremum judicium mutabitur mors in arietem: & adducerent eam inter paradisum & infernum. Eritq; magna inter utriusque regionis dissensio. Nam populus paradisi, metu mortis, necem machinabitur: infernales verò, spe mortis, superstitem fore cupient. Vincet populus paradisi; & mortem inter paradisum & infernum occident.

Angelos & Diabolos, ab Adriele, angelo mortis, interficiendos: ac demùm ipsum Adrielem moriturum inter paradisum & infernum, nugatur, *in colloquio cum Judæis*.

De Purgatorio.

Omnes in ignem proiecturos; sed tantùm incredulos corporaliter in eo permansuros, asserit, *Azoarâ 29.* & quosdam etiam bonos, usq; ad resurrectionem, in igne futuros, indicat, *Azoarâ 33.* & quosdam ignem gehennæ, ad certum dierum numerum, sensuros, ait. *Azoara 5.* Purgatorii ignis etiam meminit *Azoarâ 46. & 18.*

De Extremo die.

In extremo die terræmotum fore; & nutrices alumnos suos remoturas; & prægnantes abortus facturas, & omnes ebriis similes futuras. *Azoarâ 32.* Et puerilia capita canos crines emissura. *Azoarâ 83.*

Negat, se scire, utrùm propè an procul absit dies extremus. *Azoara 31. & 43.* Et tamen rursus *Azoarâ 82.* dicit, se scire ex Dei revelatione.

In extremo die, facies quorundam speciosas & hilares, & ridentes fore. Incredulorum verò pallentes & cinereas. *Azoara 90.*

In extremo die, montes in pulverē redigēdos, equos concursuros, & bestias omnes cōventuras, docet *Azoara 91. & 92.*

In extremo die, beatis chartas traditum iri in manum dextram; damnatis verò in tergum, qui vociferaturi sunt: Heu heu, quam gravis quamque difficilis hora! *Azoara 94.*

De Resurrectione.

Rectè, Deum omnes homines resuscitaturum, passim docet, *Azoarâ 2. 10. 32. 33.* ad buccinæ sonitum, *Azoara 46. 47.*

Et refutat negantes resurrectionem; *Azoara 27. 29. 37. & alias*: ab omnipotentiâ Dei, & creatione ex nihilo.

Sed monstrosas quasdam opiniones intermiscet. quales sunt: quòd omne genus animalium, terrestre seu volatile, sicut homines, resuscitaturi, & ad Deum redire, fingit, *Azoara 15.* & omnes creaturas resurrecturas, *in Colloquio cum Judæis* asserit.

Quòd Deus resuscitatis vestes, quibus membra genitalia tegant, sit daturus. *Azoarâ 17.*

Quòd septem dormientes Ephesi, sub Theodosio, testati sint de mortuorum resurrectione. *Azoarâ 28.*

Quòd animas & angelos similiter ordinatim resurrecturas dicit, *Azoarâ 88.*

Has opiniones summatim complectitur *in Colloquio cum Judæis*, in hunc modum: In die illo mandabit Deus angelo mortis, ut omnem creaturam spiritum habentem interimat, tam angelos omnes, & diabolos omnes; quàm homines, aves, pisces, belluas, & pecora. Sic enim ait in Alcorano: *Omnia moritua, præter Deum.* Post hæc vocabit angelum mortis, dicens: *O Adriel, est'ne quid superstes ex omni creaturâ meâ?* Dicet: *Nihil, Domine mi; præter me, servum tuum imbecillum.* Tunc dicet ei: *Quoniam omnem creaturam meam occidisti, abi hinc inter paradisum & infernum, & occide postremò te-ipsum, ac morere.* Abibit infelix, atque in præscripto intervallo projectus humi, & alis suis involutus, seipsum suffocabit, cum tanto quidem mugitu: qui & cœlestes spiritus, & terrena animalia, si viverent, terrore exanimaret. Stabitque totus Mundus vacuus, per quadraginta annos. Post hoc, cœlum & terram pugno contin[...], dicet: *Ubi nunc Reges, & Principes, & potentes seculi? Cujus est regnum & imperium, atque rerum potentia? dicite si veridici estis.* Et his verbis ter repetitis, suscitabit Seraphielem, & dicet: *Accipe tubam hanc, & descende in Hierusalem, & clange.* Tunc acceptâ Seraphiel tubâ, cujus longitudo itineris quingentorum annorum, stans in Hierusalem, insufflabit tubam, exintus omnes animas justas & injustas, inibi interim servatas.

Animæ evolantes in omnem terram, quæque ad corpora sua, ubicunque sint, dispergentur: atque ad primum hunc sonitum, omnium ossa congregabuntur. Transactis quadragima annis, iterum sonabit: ad quem sonitum ossa carnem & nervos assument. Atq; indè post 40. annos, ubi tertiò sonuerit, omnes animæ corpora sua induent. Sic facto, ignis ab Occidente accēsus, omnes creaturas Hierosolymam agitabit. Quò cum omnes pervenerint, cessabit.

In Alcorano *Azoarâ 49.* dicit, ad primum sonitum buccinæ omnes morituros, exceptis illis quos Deus protexerit: secundò sonante, singula revictura. *& Azoara 79.*

De Extremo judicio.

Dies judicii continuabit spatium 50000. annorum. *Liber de doctrinâ Alcorani.*

Omniū actus, libro scriptos, Deus revelabit. *Azoarâ 48.*

Formam & processum judicii extremi, *in Colloquio cum Judæis*, fabulosè describit. Ubi quadraginta annos (resuscitati à mortuis) in sudore suo natav erint, expectantes judicium; tot tandem miseriis affecti appellabunt Adam, sic dicentes: *Pater Adam, Pater Adam, ad quid nos genuisti? Hujusmodi scilicet miseriis & tormentis? Itane pater filios sub incerto fine, inter spem & metum, fluitare pateris? Quin tu Deum ora, ut planè statuat de nobis quicquid inter paradisum & infernum facturus est.* Respondebit Adam, & dicet: *O filii. filii, scitis ut, suadente Diabolo, inobediens præcepto Dei extiterim: quæ causa, ut, indignus hoc habitus officio. vel hujusmodi præsumā. Sed ite ad Noe.* Conversi ad Noë, dicent: *Intercede pro nobis electe Dei pater Noë.* Respondebit Noë, dicens: *Feci quod potui, salvavi vos in diluvio. Hic nihil mihi superest officii. Sed ite ad Abraham.* Appellabunt Abraham, dicentes: *Pater fidei & veritatis, pater Abraham, respice nos miseros, & miserere.* Quibus Abraham: *Quid a me petitis? Non recolitis, ut diu vagabundus, idololatra, incircumcisus erraverim? Non sufficio. Sed appellate Mosen.* Appellabunt Mosen, dicētes: *Audi nos, lecte nuntie Dei, & propheta, famule Dei, Moses.* Quibus Moses: *Quem appellatis? Nonne legem vobis dedi, & miraculis confirmavi; nec tamen credidistis? Si mihi credidissetis: facere possem, quod postulatis. Sed ite ad Jesum Christum.* Conversi ad Christum, dicent: *Jesu Christe, spiritus, verbum & virtus Dei, moveat te pietas tua, & intercede pro nobis.* Tunc dicet eis Jesus: *Quod a me petitis, ipsi amisistis. Missus quidem sum vobis in virtute Dei, & verbo veritatis: vos autem aberrastis. & me plus, quàm ego prædicaverim vobis, Deum vestrum fecistis. Hoc itaque beneficium meum amisistis. Sed ite ad ultimum prophetarum*: hunc significans, cum quo loqueris, Abdia. Ad quem conversi, dicent: *O nuntie fidelis, & amice Dei, quam malè quidem peccavimus! Exaudi nos, pie propheta Dei, spes una superstes. Nam post te, in quo sperabimus? Exaudi nos potentiâ tibi a Deo collatâ.* Aderit itaque Gabriel, nec impotentem sinet amicum suum voluntatis suæ. Procedent socii ante faciem Dei, dicetque eis Deus: *Scio, ad quid venistis. Absit itaque, ut fidelis mei votum in aliquo quassem.* Hic ergo, ponte facto super infernū, ad caput pontis aderit statera: quâ libratis uniuscujusq; factis, ambulabunt super pontem. Salvi ergo transibunt; damnati in infernum decident.

Portam autem, & stateram super infernum eum [...]ore in Hierusalem, *ibidem* asserit.

Diabolum in extremo diē confessurum, se homines decepisse: sed aliquam culpam in eos translaturum, quòd sibi tam citò crediderint: docet *Azoarâ 16. & 24.*

Christum judicem in extremo judicio negant; sed tantùm testem, ut alios prophetas: quos adfore, & qui sibi crediderint, testimonium perhibere, asserit: *ut patet ex Summâ fraudis Saracenorum, adjectâ Alcorano, &* *Azoarâ 49.*

In extremo judicio Deum in tres partes homines distributurum, asserit *Azoarâ 66.*

Fiet cunctorum cohors tripartita: scilicet dextra, sinistra, & anterior; quæ Paradiso ditissimæ propiùs existunt. Gens verò prior posteriorque, pars minima, illic sedebunt accubitati, hi quidem in illorum directis. Quibus administrabunt adolescentes pulcerrimi cum phialis, cæterisque vasis plenis optimo liquore, nec capitis dolorem, nec ebrietatem parituro: electaque poma, carnesque volatilium afferent. Aderunt etiam & virgines, oculis immensis atq; pulcris. Talem itaq; suorum factorum.

remunerationem accepturi, nullum verbum fœtidum seu culpabile; sed tantùm salutationis verbum mutuū, audient. Dextræ quoque partis homines, inter ficus arboresq; proceras manentes, umbram immensam cum optimis stramētis, amnemq; fluentem, pomaq; multimoda illis nunquam prohibenda, virginesq, coæquas, maritos suos maximè diligentes, habebunt. Sunt & in hac cohorte pars priorum, parsque posteriorum. Homines verò sinistri, focum pessimum, umbramq; fumi nigerrimi, inibunt.

De Inferno.

Decem & septem nomina Dei inter imum terræ & infernum: quæ si interposita non essent; erumpens æstus inferni, totum Mundum corrumperet. *In Colloquio cum Judæis.*

Inferni descriptio exstat *in eodem Colloquio.* Inferni solū sulfureum, fumosum, crebrâ pice interiectum. Ipse totus flammis teterrimis æstuans. Sunt in eo lacus & putei profundissimi, pleni pice fervēte, suppositis flammis sulfureis; quibus quotidie immerguntur damnati. Sunt illic & arbores, quarum fructibus vescentur: quo cibo nihil graviùs in toto mundo excogitari potest.

Ignis infernalis custodes, fingit angelos feroces; *Azoarâ 64. & 76.* Decem & novem brachia Zachę fluvii infernalis. *In Colloquio cum Judæis.*

Super infernum pontem esse, & ad caput pontis stateram: quâ libratis uniuscujusque factis, boni transibunt ad Paradisum; mali verò decident in infernum. *In Colloquio cum Judæis.*

In inferno judices, affligētes damnatos, ponit, *Azoarâ 77.*

Damnatos septuaginta catenis vinciri, & in ignem conjici. *Azoarâ 79.*

Fingit, in inferno esse arborem Ezetum, ob malos plantatam, gestantem ciros, sicut diabolorum capita, & ex suâ radice gehennæ focum emittentem. unde cibandi increduli, ventres suos farciāt: potaturi deinceps quiddam ex ignibus variis confectum, & demum ad ignem redituris. *Azoarâ 47. & 54.* Damnatos sambucâ cibandos; quâ tamen non saturentur, *Azoarâ 98.*

Puteum etiam in inferno fingit, in quem cōjiciendi sint seductores. *Azoarâ 3.* & septimi putei ignei meminit, *Azoarâ 10.* Et lecti ignei, *Azoarâ 17.*

Ad infernum damnat eos qui credunt Deum habere filium. *Azoarâ 26. 29. 41.* & qui malè de Alcorano loquuntur. *Azoarâ 43.* Et qui non orarunt, nec eleemosynas dederunt. *Azoarâ 84.*

Domi manentes, nullo morbo gravati, euntibus prædatum atque certatum in nomine Dei, cum pecuniâ suâ vitâque, nullatenus meritis coæquentur. Hos namq; sic euntes, illis perendinantibus, Deus omnibus bona mandans, per gradum excelsum superponet, veluti majoris meriti, puriorisque veniæ viros. Ab angelis malis interfecti, detrimentumque suis animabus operati, quæsiti, quinam essent; se debiles in terrâ fuisse, testati sunt. Quibus & hoc respōsum est: Nónne terra Dei spatiosa satis, & immensa, quâ profectum iretis, exstitit? Isti quidem gehennam, viamq; malam incurrent; nisi viri debilissimi, & mulieres ac infantes, ingeniorum & itineris inscii, fuerint. *Azoarâ 10.*

Beatos damnatis, in igne constitutis, postulantibus, daturos aquam, quasi stillicidium oculos corrodens; potum nimirum pessimum: nugatur *Azoarâ 28.*

Impiis in infernum dejectis, Deus interrogabit eum, an plenus sit? Ille verò respondebit: Adhuc tribue plures. *Azoarâ 60.*

Quatuor civitates ex inferno in Mundum venisse somniat: nimirum Vastat civitas Ægypti, Antiochia Syriæ, Ehbera Armeniæ, Elineda Chaldææ. *In Colloquio cum Judæis.*

De quodam ex inferno salvando, fabulam recitat *in eodem colloquio.* In medio vallis inferni; in valle gurges, in gurgite puteus; in puteo arca; in arcâ vinctus catenis, adstrictus compede, spe constans, per mille annos incessanter misericordiam appellabit. Ait: Quid ergo faciet ei Deus? Respondit: Post mille annos adduci faciet eum. & dicet ei: *Quid tibi vis, miser, qui aures meas. inquietare non desinis? quæ te fiducia ducit? quo merito speras?* Respondet gemens: *Domine Deus meus, ego nō habeo Deū, nisi te, qui misereatur mei. Tu satis habes, præter me, ubi iram tuā vindices. Miserere mei, Domine; miserere mei.* Ait: Quid tūc? Respōdit, eū reddi inferno. Adducetur: nec adhuc invocare misericordiam Dei cessabit. Misertus tandem misericors miserator, eripi præcipiet eum. Cumq; pice nigrior eum infernalis calor tangat; interrogabunt angeli: qualiter paradisi incolis misceri possit? Tunc lavari præcipiet eum Deus in fonte aërio: & fiet albus totus, præter maculam in fronte. Mundatus ergo incedet per paradisum, in publico conspectu omnibus vocabulis. Hic ergo assignabunt eum in invicem omnes videntes, ereptumque inferno, quasi improperando hinc-indè murmurabunt. Ille verecundus usq; adeò pudore superabitur, quousq; dicat: Mallem inferno reddi; quàm hujusmodi probra longiùs ferre. Dicet itaque misericors miserator angelis suis, ut iterum eum in eodem fonte quinquies lavent. Quod ubi fecerint, auferetur nota de fronte ejus; fietq; similis paradisi incolis: & ibi cessabit opprobrium.

De Paradiso

Duas paradisos rerum multiplicium, omnimodiq; boni fœcundas, fontiumq; fluxu jucundas, fingit, *Azoarâ 65.*

Hæc verò bona in paradiso fabulatur futura, *Azoarâ 2.* In Domini paradisum boni inducti, dulcissimas aquas, pomaq; multimoda, fructus varios, & decentissimas ac mundissimas mulieres, omneq; bonum, in æternum possidebunt. *Azoarâ 5.* In paradiso sponsas decentissimas habebunt. *Azoarâ 9.* Umbra refrigerii. *Azoarâ 19.* Amœnitas ob aquas. *Azoarâ 20.* Dominium & pulcritudo facierum, plenum gaudium, & expers timoris. *Azoarâ 25.* Puritas ab omni malitiâ; immunitas ab omni labore. *Azoarâ 26.* Fontes & fluxus aquarum. *Azoarâ 28.* Paradisum fontibus amœnā, & illic annulos & torques aureos, & ornatus sericos virides & deauratos, possidebunt; & in lectis auleatis accumbent. *Azoarâ 32.* Credentibus & bene-facientibus paradisum præbens, illis armillas aureas, & margaritas, moniliaque, vestesque sericas adaptabit: viamque rectam, verbumque gratum edocebit. *Azoarâ 35.* Turres & mansio perpetua. *Azoarâ 45.* Torques aureos, margaritas, vestesque sericas habebunt.

Azoarâ 46. Tunc viri paradisi, mulieresque suæ, similiter de nullis soliciti, pulvinaribus sericis accubitati, de fructibus omnibus in umbrâ comedent: omne sibi placitum insuper accepturi, verbum salutis & divinæ pietatis alternatim audient.

Azoarâ 47. Puro corde devoti. Tales enim victum bonū, gaudiumq; plenum, & honorem integrum, omnium rerum & voluptatum, in paradiso, suis lectis in aliorum directo positis, possidebunt: habentes mulieres oculis clarissimis & immensis, velut ova; nunquam illos, nisi tantùm ad maritos suos, eructuras. Et eisdem vescentibus fructus quoslibet, porrigetur scyphus plenus humore clarissimo, & dulci, & saporifero. Aliorum verò, perscrutantium alios, quidam inquiunt: Socium nobis dicentem habuimus; Quare creditis istud? Eò quòd scimus, nos mortuos, & in pulverem redactos, nunquam surrecturos. Respondent alii: Vultisne scandere, ut hoc videndo notetis? Ascendentes itaque, in igne medio positos viderunt; & dixerunt: Nobis ferè multùm obfuistis. Vobiscum enim jam essemus; nisi divina pietas subvenisset. Nónne dixistis, nos primæ morti perpetuò succumbere; nec unquam ulterius resurgere? Nos quidem immensam gloriam adepti sumus. Hoc quidem est, quod promerentur bene-gerentes. Hoc quidem hospitium jucundius est, atque commodius, quàm arbor ezetus.

Azoarâ 48. Hujusmodi viris portæ paradisi patebunt, in quâ molliter discumbentes, pomis multimodis & syropo potientur: Mulieres etiam verecundas & coæquas, nusquam vergentes visum, nisi tantùm ad maritos suos, habebunt.

Azoarâ 54. Timentes autem, locum hortis & fontibus fœcundum possidebunt: vestibusq; sericis & purpurâ vestiendi, puellas ducent cum oculis claris & immensis, quorum albugines candidissimæ, & pupillæ nigerrimæ. Pro velle quoq; suo fructus multimodos absque timore comedent; non gustaturi mortem, nisi primam.

Azoara 86. Ex vase verò camphorâ condito, & ex aperto fonte, homines potabunt. *Item:* Deus dabit paradisum: ubi nec solis fervorem seu frigus sentient: sed arborum obumbraculum, sibi suos fructus collectos inclinantium, illic habituris. Et ibidem, cum vasis vitreis & argenteis optimæ compositionis, illis potus, velut zinziber saporiter, ex fonte Zelzebil, administrabitur. Aderunt & juvenes, velut margaritæ speciosi; omniumque divitiarum & bonorum copia. Vestes quidem sericas & deauratas illi juvenes induent; torques argenteos in brachiis ferentes. Vinum quoque benedictum illic, Deo dante, sufficiet. Hujusmodi quidem mercedem ob actus vestros gratos & commendabiles accipietis.

Azoarâ 88. Illic possidebūt hortos palmarum & vitium; puellasque consocias, & consimiles, papillis brevissimis, vasisque plena: nullum verbum inhonestum seu mendax audituri.

Azoara 93. Homines Deo propinqui, pulvinaribus, stramentisque sericis paradiso quiescent; potaturi vinum sapidum, & velut muscus odoriferum: suisque faciebus omnis inerit decor atque pulcritudo. Erit quidem illi vino commixtum de Thosuiz, fonte videlicet à Dei propinquis potando.

¶ Paradisum propter bona opera dari, passim affirmat, *ex Azoarâ 26.* Illis, quos angeli mortis horâ bonos inveniūt, dicāt: Salvete, & pro factis vestris paradisum, domum optimam, ubi sunt fontes & fluxus aquarum idonei, intrate, omne velle vestrum habituri. Tale quid enim bonorum meritum exigit.

Pro lege Mahometi strenuè bellantibus, promittit paradisum: *Azoarâ 32. & 58.*

Tria ex paradiso in Mundum venerunt: nimirùm Mecha, Jetrab, & Hierusalem *In Colloquio cum Judæis.*

¶ Descriptio Paradisi, & rerum ejus, *in Colloquio cum Judæis* exstat. Paradisi solum aureum, smaragdis & hyacinthis crebrò interpositis distinctum; omni fructiferâ consitum arbore, decurrentibus per amœna fluentis: quorum alia quidem lac, alia mel album, alia vinum purissimum fundunt. Dies enim mille annorum; annus quadraginta millium annorum. Quid ergo? Nunquid non ità beatitudini sufficere videtur? Ait: Quinimò & verè videri poterit: dū incolarum ejus habitum & usum exsequaris. Respondit: Incolis quidem ejus, quicquid desiderari potest, statim aderit. Omni siquidem colore vestientur, præter nigrum. qui color neminem illic attingit; excepto præcone modò: qui, ob insigne hujus vitæ meritum, proprium colorem singulari privilegio retinebit. Perfecti omnes, in staturâ quidem Adæ; in formâ verò JESU CHRISTI, nunquam incrementum aut detrimentum aliquod patientes. Ait: Hæc quidem ità verè sunt. Assume jam de victu & voluptate eorum, a primo introitu incipiens. Respondit: Primùm quidem, ingressis vescendum proponitur jecur piscis Albehbut, cibus, quàm ultra mirari possis, delectabilis. Succedunt fructus arborum, potusque defluentis paradisi: deinde, quicquid affectarint, præstò erit. Ait: Dic ergo, cùm, quicquid influit, & effluere necesse habeat; nónne, ut comedent, sic etiam egerere oportebit? Respondit: Non sequitur. Nam & infans in utero, dum vivit, vescitur; nec tamen egerit. Et quam citò egerere incipit, mortalitatis legem subit. Quæ & illos, si egererent, necessitas consequeretur. Si quid tamen superfluit; id per sudorem exit, odorem musti fragrãrem. Ait: Bene quidem & discretè huic objectioni respondisti; dum subjungas, etiamne panem & carnes comedent, ut fructus, & cætera? Respondit: Planè quidem, quicquid gustierint, oblectamento tantùm, non famæ: præter illicita, quæ nec ipsis placebunt. Ait: Quænam? Respondit: Verbi gratiâ, caro suilla.

¶ Paradisi capacitatē, æqualem esse cœlo & terræ. *Azoara 6.* Et inter impios, ad paradisum accedentes beati, turrim cū patente portâ ædificabunt. Intra portâ erit quies & gaudium: ultra verò, dolor omnis, atque miseria. *Azoarâ 67.*

De Filiorum infidelium salute.

De filiis infidelium sic nugatur *in Colloquio cum Judæis.* Venient in die judicii ante faciem Dei, & dicet eis: Quis est

A Dominus vester? dicent: Tu Domine, qui creasti nos. Cui ergo servistis? Quem adorastis? Domine noster, neque aurium neque linguæ officio uti, neque nuntium tuum sequi potuimus. Dicet eis: Faceretis ergo aliquid, si præciperetur vobis? Dicet: Digne Domine noster, & juste, quicquid præcipere placet. Tunc effluere præcipiet unum de fluviis inferni. & dicet eis: Insilite in gurgitem istum. Hinc ergo, qui obedierint, illæsi exibunt, & in paradisum transibunt: qui verò renuerint, ibunt cum patribus suis in infernum. Sic e-

B nim ait in Alcorano: *Qui obedierint, erunt in Paradiso: qui renuerint, in inferno.*

De Regimine sacro.

Mahometus propheta super omnes principatum tenuit; & jussi sunt alii ei obtemperare. *Azoara 69.*

De Bonis Mahometi.

Deus illi partem prædæ vestræ de bestiis & exsuviis statuit: præcepitq; quod opes villarum Dei sint atq; Prophetæ, & propinquorum atq; orphanorum, & pauperum ac peregrinantium. *Azoarâ 69.*

C *OFFICIA MAHOMETI, ET Collegarum, & successorum ejus.*

Alcoranum exponere, & ad eum suscipiendum homines allicere. *Azoarâ 72. & 75.*

Credentes & incredulos discernere. *Azoarâ 34.*

Inter virum & mulierem judicare. *Azoarâ 68.*

Divortiū facere. *Azoar. 75.* & cōjugia dissolvere. *Azo. 76.*

Negotia tractare. *Azoara 83.*

Leges & jura populo promulgare: *ut patet ex Chronico Saracenorum.*

D Armis opprimere Alcoranum-rejicientes. *Azoarâ 19.* Converti nolentes, ubicunque repertos, mensibus Haram peractis, sumite, & interficite, omnibus viis insidiantes illis. Si vestram legem sequi, & orare, ac decimas dare vobiscū voluerint; dimittendi sunt.

Pro iis, qui profitebuntur Alcorani susceptionem, orare. *Azoara 70.* Tu, ô propheta, nocte surgendo, ejus medietatem, parumve minus, plusve, pro velle tuo, vigiliis trahe, & Alcoran jugiter atq; devotè lege. Hanc tibi gravitatem injicio: quoniã, cùm die cæteris intētus sis negotiis; horæ no-

E cturnæ meliores sunt, atq; leviores: Deiq; nomen invocando, qui Dominus est orientis & occidentis. *Azoarâ 83.*

Ceremonias ordinare. Sic Aomar singulis templis orationes, in mense Romadam, fieri præcepit: & ordinavit, ut mense completo Alcoranus totus perlegeretur: *ut est in Chronico Saracenorum.*

Quomodo se-se populus erga Prophetam debeat exhibere.

Nullus prophetæ domum comestum ingrediatur, nisi vocatus. Pransus statim exeat; nec aliquod ibi ridiculū aut ludum agat. Quærens, extra portam maneat. Nemo Pro-

F phetam lædat, aut uxorem ejus contaminet. Nemo zelotypiâ torqueatur, ob mulieres ingredientes ad ipsum. Omnes orent pro eo. *Azoarâ 43.* Opprimantur, qui negant opibus juvandos Mahometi sectatores. *Azoara 72.*

De Ceremoniis sacris Mahometi.

Habent Mahometani sua templa: ut Mechę, id est, in Haram. *Azoarâ 18.* & Cephæ. *Azoarâ 2.*

Ad templum tendentes, optimas suas vestes induebant. *Azoara 17.* Vesperi autem & manè, in templa ad invocationem veniebant. *Azoarâ 34.*

G Alcoranus in templo auscultante populo legitur. *Azoarâ 17. & 26.*

Sacrificabant in templo bestias, Deum nominantes: & pauperes & egenos pascebant; & vota sua complebant; & templum vetustum circuibant. *Azoarâ 32.*

In templo cum mulieribus coire vetat. *Azoarâ 4.*

Ab aditu tēpli Mechæ incredulos arcent. *Azoarâ 19.* Neminem apud Mechâ licebat quemquã interficere, nisi hostes irruētes. *Azoarâ 2.*

Ritus circa orationem.

H Orantes se-se versùs centrum templi Mechæ vertebant. *Azoarâ 2.* Non ebrii; sed sobrii, oratum ibant: & post coitū, & egestionem, non priùs orabant, quam aquâ aut pulvere mundæ terræ abluti essent. *Azoara 9.*

Viri boni, cùm oratum surrexeritis; facies vestras, ac

manus,ac brachia uſque ad cubitum, & pedes uſque ad tibias, abluere, & capillos revolvendo caput abſtergere, & poſt coitum mulierum balneari vos oportet. Infirmi quidem,vel in itinere ab egeſtu,vel mulierum coitu venientes; & aquam minimè reperientes;facies ſuas atque manus,terræ mundæ pulvere tergant. Deus namque veſtram diligit munditiam.

Azoarâ 12. Te humiliando, & infringendo, orationes funde. *Azoarâ 25.* A' manè uſque ad veſperam orationibus inſiſte. *Azoarâ 27.* Deum ante Solis ortum & occaſum,noctе quoque,horiſq; diurnis,deprecare: *Azoarâ 30.* Et caput bis ad terram inclina: *Azoarâ 60.* Surgentes circa auroram, Deo gratias agite: *Azoarâ 62.*

Lapidem quendam Chabar, hoc eſt, caput Veneris dictum,adorare & oſculari ſolebant Saraceni:eò quòd Abraham ſuper illo cum Agar coiiſſet; aut camelum alligâſſet, ſacrificaturus Iſaac. *Damaſcenus in libro de Centum hæreſibus.*

De Peregrinationibus.

Sua pauperibus diſtribuunt,aut Prophetæ donant; & in Dei nomine peregrinantur: *Azoarâ 69.* Raſi caput,& circũciſi,peregrinabantur uſq; Mecham: *ut patet ex colloquio Mahometi cum Judæis.* In itinere locum, cui Cephæ nomen,adibãt peregrinari proponentes: facta prava cogitationesque malas protiùs abjiciebant; nec aliquam cõtroverſiam agebant.Impotens in itinere,tres;& poſt reditũ,ſeptẽ dies jejunabat: *Azoarâ 2.* Dies peregrinationis licebat ꝑ biduũ. priùs poſteriùsve,incipere: *Azoarâ 3.* Omnis venatus maris, Mecham euntibus ac diſcedentibus, ad comedendum licitus eſt;terræ verò venatus minimè: *Azoarâ 13.*

Peregrinantes ad templum Haran, potabant ibi aquam: nec licebat incredulos ad templum illud accedere; niſi lotos. *Azoarâ 19.*

De Jurejurando.

Mahometus per ventos, nubes, naves, angelos, & cœlũ, jurat, Alcoranum eſſe verum: *Azoarâ 60.* Et per librum lineariter in chartis ſubtiliſsimis ſcriptum: *Azoarâ 62.* Per locum occaſûs ſtellarum: *Azoarâ 66.* Per res viſibiles & inviſibiles: *Azoarâ 74.* Per ſtellas combuſtas,& retrogradas,atq; directas,atque noctem obſcuratam,& auroram,jurat:ſuam doctrinam eſſe boni prophetæ;& non diaboli, nec dæmoniaci,nec mimi,nec incantatoris,nec mathematici. *Azoarâ 79.& 91.* Per auroram, noctesq; decem, & per Paſcha, biduumque præcedens,noctiſque tranſitum:hoc apud ſapiẽtes jusjurandum eſſe conſtat. *Azoarâ 99.*

Jurisjurandi violati veniam adipiſci ſtudens, decẽ pauperes paſcat; ſicut ſuam gentem paſcere mediocriter conſuetus eſt: aut eos induat, vel hominem redimat. Horum omnium impotens,tres dies jejunet. *Azoarâ 13.*

De Jejuniis.

Menſe Romadam, in quâ Alcoranum cœlitùs datum nugatur Mahometus, imperat jejunium omnibus: præter infirmos & viatores:quos tamen alio tempore id facere jubet. Die totâ jejunantes, noctе comedebant & bibebant, quantum libebat;ferè uſq; ad principium horæ, quæ Solis ortum antecedit.Caput dolens & ægrotus, ſuum jejunium eleemoſynis perſolvebat. *Azoarâ 2.* Cædem viri boni, duorum menſium jejunio & pœnitentiâ expiari, opinantur. *Azoarâ 10.* Et jurisjurandi violationem, jejunio trium dierum compenſari, aſſerit, *Azoarâ 13.*

De Feſtis.

Saraceni diem Veneris reverenter colunt; ſicut Judæi Sabbatum. *Antoninus.**

* *Tit.13 ca. 5.6.9.*

Quando die Veneris oratum vocatur:omnis bonus forum atque negotium dimittat; & Deum invocatum eat. Hoc enim eſt optimum, ſi ſapitis.Oratione quidem terminatâ,diſgregemini,veſtra capeſſitum commoda: Deumque in ſingulis rebus invocatum atque precatum; ut ſic veſtra negotia procedant. *Azoarâ 72.*

De Circumciſione.

Mahometus docuit pueros circumcidere. *Summa brevis contra Saracenos,addita Alcorano.*

De Ciborum diſcrimine

Juſsit carnẽ porcinã, ſãguinẽ, morticiniũ, & omnẽ carnẽ non in nomine Creatoris mactatam, vitare. *Azoarâ 2.& 26.*

Vel ſimul omnes edere; vel diſgregatim ſolebant. *Azoarâ 51.*

Vino abſtinent, *ut patet ex Colloquio cum Judæis*: ob fabulam de Angelis lapſis.

De Oblationibus.

In templo Mechæ oportebat oblationes fieri. *Azoarâ 13.* Et holocauſtorum meminit, *Azoarâ 16.*

Ritus circa funera.

Super parentum & cognatorum cadavera orationes celebrarunt;ac poſtea ea terræ mandarunt: *ut patet ex Chronico Saracenorum.*

Lapidatio Diaboli.

Diabolum lapidare ſe dicebant, jactitantes lapides circumquaque ſuper terram. *Gigas.*

DE MORIBUS MAHOMETISTARUM.

Ritus circa Contractus emtionis & venditionis.

Emtionibus ad terminum factis, adſit ſcriba fidelis, & Deum timens:qui nihil addat ſeu minuat, nec quid falſitatis immiſceat. Et, ſi bene promere neſcius & infacundus fuerit;alius veridicus pro eo dicat.Sintq; duo viri teſtes,vel unus vir duæque mulieres idoneæ: ut alteram immemorẽ altera reducat ad memoriam. Diligenter quidem hoc intuendum;ut, omnibus mercationibus ad terminum factis, aliter non ſemper eſt neceſſe, teſtes atque ſcriptor adhibeantur:ut nulla lis ſit, aut controverſia de re-ipsâ, vel termino,brevi ſeu longo,oriatur. Sed, ſi ſcriptorem,velut in itinere,reperiri ſit impoſsibile; pignus ſumatur. Quòd-ſi alter alterius fidei mercaturam commiſerit: debitori ſummè cavendum eſt, ſi Deum timeat; ne dolum aliquem ſeu moleſtiam indè faciat creditori. Teſtimonium nullatenus negetur;cùm hoc magnum peccatũ ſit: & Deus,cujus ſunt univerſa cœleſtia atque terreſtria. omnia occulta perſpicit; & omnia librat æquanimiter,tam corde retenta,quàm voce patefacta:iis veniam & bonum,iis malum, pro velle ſuo diſcreto conferens,ſuper omnia potens. Teſtes atque ſcriptorem nemo lædat;nec eis moleſtiam inferat. Sin autem; ſummè Deum offendet. *Azoarâ 4.*

De Matrimonio.

Multos ritus matrimoniales refert *Azoarâ 3.* quos adſcribimus. Alteri* legis fœminas in uxores nec ducatis;nec filias veſtras viris alterius legis nubere permittatis: niſi prius eorum ad veſtram legem converſione factâ. Homo namq; legalis præcellit exlegem, quamvis placidiſsimum: cum illius ad ignem omnis greſſus intendat. Deus autem, hominibus perſuadens, ut ſibi caveant, ad paradiſum evocat. Menſtruatas itèm nemo tangat; niſi priùs mundatas. Res namque munda Deo placet. Mulieres vobis ſubjectas penitùs,pro modo veſtro ubicunque volueritis,parate; Deum timentes,ad quem omnium ſit reditus: qui bonis præmia; malis cruciatus tribuit. Veſtris animabus utiles eſtote; nec per ipſum,nomináve ſua,ſingulis negotiis jurate: cùm ipſe ſit omnium adjutor & cognitor. In illis quidem ſolis ſacramentis,quibus falſitas ex corde firmatur, Deus appoſitus læſionem contrahit. Mulieres à maritis relictæ, nemini, niſi priùs peractis quatuor menſibus nubant; quas maritis volentibus renubere bonum eſt. Sin autem; Deus audit & videt. Ne nubant etiam aliquæ relictæ;niſi priùs emundatæ tribus menſtruis. Vulvæ conceptus nullatenus (Deum timete) negetur maritis;etiam ſi placuerit. Ipſi namque præſunt mulieribus. Secundò derelictæ nubant potiùs quàm cæteris. Tertiò verò ſpretæ nequaquam; uſquequò maritis aliis nupſerint, & ab illis relictæ fuerint. tunc autem ipſæ volentes, prioribus maritis amè bene reconcilientur; aut nullis coactæ viribus honeſtè dimittantur. Aliquid primò datum illis auferre, nefas eſt, & inhoneſtum. Mulieres fugam præparantes, marito nolente,redimantur ab ipſo:non tamen propter iram vel odium; ne divinam iram incurrant. Divina præcepta minimè cum ridiculo ſuſcipientes, bonorum vobis à Deo datorum, librorumque cœlitus miſſorum, caſtigati, Deumque timentes, & eum omnia ſcire credentes, recordemini: veſtriſque mulieribus relictis, cùm terminus nubendi venerit,nullam vim inferatis; quin pro velle ſuo,cui libet,nubãt. *Et poſtea iterum:* Mulieres,ſuis maritis mortuis,nemini,

nisi

nisi post quatuor menses, decemque dies, nubant: hocque deinceps pro velle suo faciant. Illas abiq; molestia & impedimento permittatis, eas ista corpora adaptare atque polire, simul & nubere, quas velle vobis conjugio vincire, nec vox vestra promata ec cogitatio perpendat; usquequò termino peracto manifestè notificetis. Deo namque placet res manifesta & determinata, qui cogitationes omnes dignoscit. Eisdem item annum à maritis sumtum, ut domos post mortem eorum non egrediantur, accipientibus minime, licèt exeant, molesti sitis: cùm Deus hujus culpę vindex existat. Eædem etiam coram bonis viris pecuniam determinatam accipiant. Repudium sponsarum, ante tactum suum, neminem aggravet. Quisque namque maritus suæ sic relictæ, pro facultate suâ, rem determinatam, videlicet dotis suæ medium, nisi patre vel præsidente mulieri condonare volente, (quod Deo teste melius est) persolvet; nec firmati fœderis immemor esse debet.

Plures uxores ducere jubet *Azoarâ 8.* Aliâs quotcunque placuerit, duas scilicet aut tres, vel quatuor uxores, ducite.

Personæ prohibitæ, *in Azoarâ 8.* recitantur. Omnes hæ mulieres vobis interdictæ sunt, & illicitæ: vestræ scilicet matres & filiæ, sorores & amitæ, neptes atque matertere, nutrices atque germanæ collacteæ. Matres etiam & filiæ mulierum vestrarum, si a vobis tactæ fuerint: sin autem; licitæ sunt. Nurus etiam, duæque germanæ: quæ tamen aliis temporibus, quasi licitæ, sumtæ sunt.

Uxores inobedientes verberant, & castigant. *Azoarâ 10.*

Mahometus à Deo potestatem habet, post moram mariti, sponsam, si ei placeat, ducere. *Azoarâ 43.*

Uxores quatuor simul habent: quarum quamlibet, si volunt, tertiò mutant. *Gigas.*

Pœna adulterii.

Omnis adulterans, centum ictus suscipiat in multorum præsentiâ: ut sic, tum correptus, tum verecundatus, ulteriùs ab illo peccato omnibus bonis illicito cesset. Nec quis Deum, legemq; divinam timens, aliquâ super hoc pietate moveatur. Imponentes adulterium bonis fœminis, nec hoc quatuor testibus probantes; ictus octuaginta patiantur: nec ulterius, quoniam jam victi sunt, credantur; nisi se converterint, & bene fecerint. Illis etenim Deus dat veniam. Imponentes quicquam suis uxoribus absque testimonio, quater jurent se verum dicere. quintâq; vice dicant: Maledicamur, si mentimur. Mulieres quoque, ne puniantur, e converso quater jurent, illos fuisse mentitos: & quintò precentur, se-ipsas destrui, si illi veridici fuerint; nisi Dei veniæ datoris & sapientis pietate subveniente. *Azoarâ 33.*

Et *Azoarâ 8.* Mulier adulterii quatuor fœminis testibus convicta, in domo, usque dum illi viam Deus aperiat, vel ipsa moriatur, sit detenta: & accedentibus ad illam malum ingeratur; nisi malo relicto benefecerint.

De Repudio.

Mulieres desponsatas, intactas, cum muneribus dimittendas. *Azoarâ 43.*

Pœna inebriati.

Octuaginta ictus debentur inebriato. *In Colloquio cum Judæo.*

De Usurâ.

Usuram & fœnus damnat *Azoarâ 4.* De hæreditatum distributione leges fert *in Azoarâ 8. & 11.*

De Furibus.

Furem, primâ & secundâ vice, verberant: tertiâ, manum ei unam præcidunt: & quartâ, pedem amputant. *Gigas.*

De Vestitu.

Semper vestem monachis similem, absque caputio, gestant. Idem.

Mores mulierum.

Bonæ fœminæ sinus suos, quàm licet, tegant: membraq; genitalia similiter. Hoc enim est optimum apud Deum, omnes suos actus dinoscentem. Mulieres itaque bonæ se curent, ne lunaticum adspiciant: suoq; peplo tegentes colli & pectus, omnemq; suam pulcritudinem, nisi quantum apparere necessitas cogit, celet omnibus; speciémq; pedum etiam eundo, nisi maritis suis, eorumq; suisq; parentib⁹ & filiis, atq; privignis & fratribus, atq; nepotibus & ancillis, omnibusq; nõ-supe-

A ris, aut subjectæ manui, vel prius non pollutis. *Azoarâ 34.*

Mulieres amoræ, nuptiisq; desperatæ, minimè se poliant vel orneut: sed bene cooperiant, & tegant. *Azoarâ 34.*

Pœna Mariti proferentis mendacium de uxore sua.

Omnis quidem hujusmodi verbum proferens, vel aliquem redimat vel captivum suum liberum faciat, antequam tangat eam. Sic enim præcipit Deus, omnes nostros actus dinoscens. Impotens autem hujus rei, duos integre continuosq; menses ante concubitum ejus jejunet. Vel hujus item impotens

B rei, quadraginta pauperes pascat. Hos quidem fines Deus statuit, ut in se suoq; Propheta credentes agnoscat. *Azoarâ 65.*

L E G E S B E L L I.

Increduli, a vobis in litibus victi, ubiquequò multa fiet cædes, capita perdant. Captivati firmiter stringantur, ut sè benè redimant: lis nec cesset ante telorum depositionem. *Azoarâ 58.* Acies bene disponere, & more firmiter structi ędificii procedere, jubet *Azoarâ 71.* In mensibus libertatis & quietis pugnam ingredi, maxime contra non-invocantes Deum, justum est, & utile: *Azoarâ 3.* Fugientes increpat & eis mina-

C tur gehennam: *Azoarâ 18.* & omnes hortatur, ut viriliter pugnent. *Azoarâ 6 9. & 10.*

Socium belli neminem, nisi confœderatum, assumendum, monet *Azoarâ 10.*

De Oratione in bello.

Quando prædatum pugnatumq; profecti estis, orationem aliquam, vel omnes prætermittere, non timeatis: si timuetitis, malum vobis ab hostibus futurum, cùm illi vobis summè inimicentur. Cùm tu in exercitu ad orationem surrexeris, & tecum plures: quidam tecum orent, quidam arma teneant:

D qui deinceps, vice mutatâ, fundant orationes; vobis arma tenentibus. Secundum eorum namq; velle, vobis illi supervenientes, & vos interficerent, & substantiam vestram tollerent. Vos item, vel infernos, vel loco pluvioso, vel lutoso manentes, arma vestra ponere, vosq; bene custodire, non sit vobis tardiosum seu difficile. Eis namq; Deus malum contemtibile dedit. Oratione terminatâ, surgentes seu jacentes, Deum nominate. In loco verò timoris experte, orationes vobis bonis impositas per suas horas dicite: nec propter eos timidi, pusillanimesq; sitis. *Azoarâ 10.*

E *De Præda distributione.*

Quintam partem prædæ, Deo atque Prophetæ, & propinquis, & orphanis, & mendicis ac pauperibus, deberi, asserit *Azoarâ 18.*

De Captivis.

Captivos aut occidendos; aut servandos, & clementer tractandos. *Azoarâ 19.*

Contra quos bellum gerendum.

Contra finitimos & incredulos, & jusjurandum violantes, & legem Mahometi improbantes. *Azoarâ 19.*

F *Qui immunes a bello.*

Debiles & infirmi, & non habentes necessaria, immunes censet *Azoarâ 19.*

De Salutatione.

Ingredientes domos, salutate repertos illic: Deo enim placet salutatio. *Azoarâ 34.*

De Mendacio.

Cavebant sibi à mendacio: & dextrâ non tangebant virilia membra: *ut patet ex Chronico Saracenorum.*

À Q U I B U S, E T Q U O M O D O,

G *propagatum & propugnatum Mahometismum.*

Ut Mahometus autor istius sectæ fuit; ita etiam eam propugnavit mendaciis & armis: *ut patet ex ejus Historiâ, & ex Chronico Saracenorum.* in quo annotatur, eum nuntios ad Regem Persarum, & Romanorum Imperatorem, & ad Regem Æthiopiæ, & ad Regem Heichen, & ad Regem Alexandriæ, misisse; eosque monuisse, ut susciperent suam religionem.

Idem fecerunt ejus familiares. Eubocara enim vi coëgit homines, amplecti Mahometi vanitates. *Chronicon Sara-*

H *cenorum.* Et successores. Quod etiam illis præcepit *Azoarâ 6.* inquiens: *Mahometo, nõ nisi legato Dei, quę & cæteri præcesserũt propheta, naturâ cadere peremto, vestram legem defendentes suum terminare negotium studeatis. Sic enim vobis Deo grates referentibus suffragium atq; munimen tribuet divina manus. Nullus*

giunt mortem subire poterit, nisi Deo volente; tempore scilicet statuto. Deus omnium tota dinoscens omniumq; dives, mūdana quærentibus temporale, petentibusq; cœlestia summum bonum tribuit. Constat item, multorum prophetarū viros summates, pluresq; bonos interfectos esse: nec indè detrimentum seu timor oppressit Deo pugnantes; qui fortes & induratos diligit atque sustentat; & hanc suam orationē benigne suscipit; hic seculoq; futuro illis misericors atq; propitius veniæ dator: cum cunctis bene gerentibus benefaciat. Et *in Azoarâ 19.* successoribus suis minatur gehennam; si non strenuè bella gesserint.

Odmen, aliorum auxilio, Alcoranum in integritatem primò collegit. *Chronicon Saracenorum.*

Et reliquum vulgus. Nam Saracenos ubique Romanas literas delevisse, & libros exussisse, & suos substituisse, *Jacobus Curio* * annotat. Et *Johannes de Oppido* inquit: Lege datâ per Mahometum, populi, qui arma sumserant contra Imperium, si quas regiones occupabant, eos legem Mahometi suscipere compellebant: nolentes autem obedire, crudeliter trucidabant. Unde de Arabiâ intraverunt Ægyptum; & ibi populum subverterunt. Demum transierunt in Africam, & simile fecerunt. Postmodum debellaverunt Hispaniam; & eam in parte fidem pristinam dimittere coëgerūt. Et sic multiplicati sunt super numerum, plùs violentiâ belli, quam prædicatione sermonis. *Et Azoarâ 26.* ipse indicat, vulgus rude se primò secutum esse.

* lib. 2 Chron.

Et quidam Christianorū sacerdotes & præsules: si Mahometo est fides adhibenda, qui de iis in Alcorano, *Azoarâ 13.* sic inquit: *Gravioris hostilitatis & infestationis Judæi semper erga nos, amicitiæ verò majoris Christiani, reperiuntur. Christianorum enim sacerdotes & præsules, nō indignantes, præsumptuosive, cùm verbum super Prophetam audiunt, veritatemq; cognoscunt, lacrymantur, & dicunt: O' Deus, nos, cum illis bonis hominibus credentes, te nos illis associaturum summe speramus. Cur enim in Deum, & ei quod nobis de veritate datum est, non crederemus? Hoc autem verbo, sicut & omnes benefacientes, paradisum aquarum fluxu dulcissimam promerentur. Increduli verò, meiq; præceptis contradicentes, igni deputantur.*

Fuerunt etiam medii quidam, qui de Alcorano quædam susceperunt, quædam verò rejecerunt: sed tamen sub spe veniæ divinæ. *Azoarâ 17.*

A' QUIBUS, ET QUOMODO, contra Mahometi vanitates pugnatum.

Opposuerunt autem sese Mahometi & Saracenorum vanitatibus, absque dubio, doctores Ecclesiæ in illis regionibus. Sed qui fuerint, & quibus contra eum argumentis usi sint, & quos libros contra ejus monstrosas opiniones ediderint; in literas relatum non est: aut, si fuit, incuriâ hominum, & Saracenorum sævitiâ, periit.

Quomodo verò, & quàm infeliciter Magistratus, & ipsi Romanorum Imperatores, contra Mahometanos bella gesserint; irâ Dei obstante: infra, in capite de Mutationibus politicis, indicatur.

In Azoarâ 3. Mahometus fingit, Deū sibi revelare; quòd ab ipsius lege dissidentes, absque intermissione genti ejus bellum sint facturi: donec eam ad suam religionem, si fieri possit, adducant.

Judæi etiam nonnihil reluctati sunt; postquam agnoverunt, eum non esse Messiam: *Paulus Diaconus.* * Et sanè ipse eos *in Azoarâ 2.* graviter objurgat; quòd Alcorano suo contradicāt: & pœnas eis minatur. Ibidem etiam Deum introducit prædicentem, quòd non omnes Judæi Alcoranum sint amplexaturi.

* lib. 18.

Christianos quosdam graviter sibi restitisse, ipse Mahometus indicat *in Azoarâ 2.* ubi fingit, Deum sibi revelare, quòd Christiani daturi sint operam, ut a Mahometi doctrinâ alios abducant: & quòd contradicturi sint Alcorano, libro à Creatore dato.

Azoarâ 19. fatetur, Arabes quosdam litèm & seditionem sibi movere, neque se, ut legatum cœlestem, suscipere.

¶ Argumenta autē, quibus pii cōtra Alcoranū usi sint, ipse quædā refert. Ut *in Azoarâ 14.* dicit, incredulos dixisse: Alcoranū esse librum magicū, manifestas incantationes, & figmentum; & plenum contradictoriis: *Azoarâ 20.* Et quosdam ad se dixisse: Tu quidem non es, nisi mendax; cùm ad-

A eò verba sua varie se ipse testatur. Quibus etiam frigidè respondet, *Azoarâ 25.* Alios etiam hoc reprehendisse, quòd Latinæ linguæ viros studeat docere: cùm tamen Alcoranus sit Arabicus; & à Latino non intelligatur. Quibus tantùm respondet; Deum cōtradicentes punitur ū. *Ibidem.* Et quosdam non crediturus, Alcoranum à Deo esse datum; sed confictum à Mahometo: indicat *Azoarâ 42. & 44.*

Et quosdam judicâsse de Mahometi doctrinâ, quòd sit Dæmoniaci, aut Diaboli, aut Mimi & Mathematici: colli-

B gi potest *ex Azoarâ 91.* Et aliqui auscultant & irrident, indignando dicentes: *Iste nil aliud, quam homo, sicut & nos,* cum arte suâ magicâ nobis accedit: cujus volumen allatū, vel somnium, est summè fictitium: *Azoarâ 91.*

Et *in Azoarâ 23.* inquit: Plurimi manebunt increduli, quod etiam contingeret, quanquam hic Alcoranus montes applanaret; aut terras scinderet; aut mortuos loqui faceret. Idem *Azoarâ 27.* repetit.

DE VITA MAHOMETI.

C MAhometus ex parte Abdallâ, genere Persâ seu Arabe, & matre Eminâ Judæâ natus est, in Jesrab, die Lunæ, 12. die mensis Rabe, circa annum Domini 597. seu 621. Patre ejus paulò ante nativitatem mortuo.

Genealogia ejus usque ad Seth & Adam, monstrosis & blasphemis fabulis, texitur, *in lib. de Generatione Mahometi*, & *in Chronico Saracenorum.* Prodiit autem ex utero, sine matris dolore, circumcisus, & hilaris, si credere fas est! Et eâdem horâ idola passim corruerūt, & denigrata sunt: & Lucifer, arreptus ab Angelis, immersus est profundo maris Alcazum. unde post dies 40. elapsus, convocato concilio caco-

D dæmonum, queritur de sui regni interitu. Plura fabulosa prodigia, quæ circa nativitatem ejus evenerint, commemorantur *in libro eodem.*

De nutricatione ejus, fabulæ & nugæ blasphemæ ibidē recensentur. quomodo nimirum venti, & aves, & nubes, certaverint de ejus educatione: & quòd Deus Halimæ eū tradiderit educandum. & quòd asina sese inclinans dixerit de Mahometo; *Hic est sigillum Prophetarū.* & quòd tres viri puerū eviscerarint, & portionē Diaboli ex corde ejus repurgarint: & quòd aruspex eum voluerit interficere, ut hostem

E & ruinam idolorum: & quòd evanuerit ex manibus nutricis; & juxta fluvium Tuhene sub arbore repertus sit.

Puer, octo annos ab Abdaalmutalib, avo suo, nutritur.

In adolescentiâ eum camelos divitis mercatoris Arabis pavisse; ac semper, etiam sereno cœlo, atram nubem supra caput ipsius conspectam esse, scribunt.

Mahometus neque legere, neque scribere novit: ut ipse testatur in Alcorano, *Azoarâ 17.* Artium imperitus fuit. nam Ammonitidi Mecham attribuit, ea Geographiæ inscitiâ: *Azoarâ 22.*

F Caput immensum habuit; faciem albedine & rubore mixtā; barbā prolixā, pedes agilimos. *Chronicon Saracenorū.*

Ingenio acri, versuto & fallaci fuit: & cæteras sectas didicit. *Simoneta.* * Et Sergius Nestorianus, Mecham veniens, eum idola-colentem errore suo imbuit; & quædam de veteri & novo Testamento ei tradidit. *Vincentius.* †

Uxorem duxit Eadigam, viduam opulentam: quam artibus magicis in sui pellexit amorem. *Paulus Diaconus,* † *Vincentius,* * *Zonaras.* †

* li. 4 c. 36.
† li. 23. c. 51.
† lib. 18.
* lib. 23.
† Tomo 3.

Epilepsiâ laborans, uxori persuasit: ut crederet, se cum

G archangelo Gabriele colloquia habere; & ad ejus adspectū, virtutem carnis suæ deficere. *Paulus Diaconus.* *

* lib. 18.

Mahometus se dicit esse granum illud, de quo in Euangelio dicatur; quod multiplicem fructum ferat. *Azoarâ 58.*

Functiones.

Mahometus camelorum primùm Pastor fuit: mox divite ductâ viduâ, Mercator: indè Propheta: & Sergii monachi operâ adjutus, Dogmatistes. Finxit autē, se à Gabriele accepisse legē, anno ætatis 40. Tandem caput & dux militiæ factus, post menses 18. in Hierusalē se ab Gabriele arch-

H angelo translatum, & in cœlum elevatum, sua mysteria finxit se didicisse: *ut est in Azoarâ 27. & 63.* A' cœlo verò delapsus, socios sibi adjunxit Eubogaram, & Ali, & Zaid: & profectus Athaiff, publicè docuit, se prophetam esse, idque fecit per annos decem, hinc-indè discurrens. Tandem, con-

tractis

... is aliquot cop... ... quos ... fuis oraculis & argutiis, ad prae... ptam a se religionis & legum formulam, perducere non potuit; min... & armis ad consentium compulit. *Ja... Curio,* Johannes Toletanus, Vincentius,† & Chronicon Saracenorum fabulosum.*

Duos coelestes consiliarios, Michaëlem & Gabriele... & duos terrenos, nimirum Eubogaram & Aomarum, ha... ... e, indicatur *in Chronico Saracenorum.*

In legum promulgatione, columba arte assuefacta ad-...av... t, & humeris ejus insidens, grana ex aure ejus legit. Quâ re dementati homines, Spiritum sanctum ei leges di... ... nugari sunt.

Res ambiguas ad se referri, jubet *Azoarâ 9.*

Gentilibus etiam se castigatorem esse missum, ut unum De... m adorent, asserit *Azoara 38. & 56.*

Operi ... Mahometi summam recitat *Azoarâ 17.* Geten... a praecipit, aliaque prohibet. Bona sapor ... feraque, ... cestro ... conmettui ... icitaz alia quidem illicita ponit. Cogitationes ... avas & errore ... j... cit. *Et Azoarâ 19.* Alcoranum manifestu... & super omn... leges extollit. *Et Azoara 26.* hominibus ... contrarietate ... ponit; & viam rectam patefacit. *Et Azoara 37* inquit: Mihi quidem non est injunctum nisi Dominum civitati... taram adorare, & in eu... n credere, cujus sunt universa: & Al... oran hominibus evidenter legere, & per ipsum castigare. *Et Azoara 52.* asserit; se arbitrum esse dissensionum relig... ... *Azoara 95. & 96.* sibi arrogat jus dispensandi, & conjugia dissolvendi.

Abrahae legem se justu Dei ... i, indicat *Azoarâ 26.* Et dic... bat, se esse prophetam di... nitus missum ad salutem: ut legem Judaeis & Christianis, quae ... gida & severa nimis esset, mitiorum praeceptorum promulgatione, temperaret. *Vincentius.†*

In regno Saracenorum quatuor Praetores constituit, qui Ammirei vocabantur: ipse vero Ammiras, vel Protosymbolus. *Sigebertus, & Paulus Diaconus.†*

Bella ejus *in Chronico Saracenorum* describuntur. Expugnavit Mecham, & Hunaim: & cives Thart obsedit: Regē Assendel tributarium fecit: Reges circumquaq; ad legem suam invitavit, nuntiis missis ad Regem Persarum, & ad Imperatorem Romanum. Ac *Zonaras* † testatur: Mahometum, ex Aethribo progressum, Heraclium, ex Persâ cum triumpho revertentem, accessisse, & regionem ad habitandum petitam accepisse, & populares suos deceptos subegisse; & ... riato ... teptionibus vexasse; & multas Romanorum provincias vastasse.

Scripta.

Mahometus, v... callidus, ut à fide Christianâ nim... nos abdicaret. Haeretico... quosdam in componendis legibus imitatus, a sacris codicibus & ex ... ... is multa excerpens, Alcoranum composuit. *Simoneta.** Ac ... rum duorum Haereticorum profugorum, ... i et S... g... & Johânis Antiocheni, & duorum Judaeorū apostata... m, operâ, in Alcorani conscriptione, usum esse, *Bibliander in Apologia* indicat.

Ut autem plus autoritatis Alcorano suo comparaet: finxit, coelitùs eum esse sibi datum. Jurat enim, se-se in coelum raptum, didicisse sua mysteria: *in Azoara 63.* Per stellam vespertinam ... liens noster, nul... tenus errans, nil ex proprio velle, nisi tantùm divinitus sibi mandatum, loqui... : qui sublevatus ad Horizontis celsitudinem, ad Deum ipsum, instruentem illum atque docentem efficaciter, accessit: tanti tamen spatii intervallo, quantum sagitta, arcu missa bis transcurreret. Qui tunc praecepta Deum sibi dicentem audiens, animum minimè dubitantem inde tulit: ubi nec vos eum ... ina... tione calumniemini. *Et Azoarâ 37.* fingit. Deum testari, quòd Mahometum a templo Haram, ad tem... um In... quum, noctu transtulerit, & de virtutibus & mirac... i... edocuerit.

Apparet etiam ... Mah... m versus ... itare solitum. ... m *in Azoara 4...* ip... e asserit, quosdam dicere: *Nos nequaquam nostrarum cultum ... ... dimittemus pr... ter illius ... versificeq; sudentis verbum.* Quod tamen negat *Azoarâ 46.* inquiens: *Nos quidem nequaquam cantus seu versus, sed Alcoran evidentem, per quem ... gentur viventes, firmetur q; verbum super incredulos, docemus.*

A *Doctrina.*

Dogmata ejus sunt confusum chaos, ex Ethnicorum Judaeorum, & Haereticorum, variis opinionibus. *Jacobus Curio.*

Cum Sabellio, Trinitatem abnegat: cum Nestori... Christi divinitatem abjicit: cum Manichaeis, mortem Domini diffitetur; licèt regressum eju... ad coelos non neget. *Petrus Cluniacensis.*

Dicebat, se esse Messiam, quem Judaei adhuc ex... ... nt venturum. *Johannes Toletanus, & Vincentius.†*

B Suarum mōstrositatum doctorem & revelatorem, Gabrielem, in forma ... ri apparētem, erectum, nunqua... ... mientem, neque comedentem, neque bibentem, nisi ... & gloriam Dei, facit. *in colloquio cum Judaeis.* Et *Azoara 2.* c... libet sectae sua doctrina relinqui jubetur. *Azoarâ 119.* Homines incredulos sic alloquere: Ego quidem legem vestram minimè sequar; nec vos meam. Igitur mihi mea mancatu, vobisque vestra. *Azoara 119.*

Dixit, populum suum principatum non posse obtinere: C nisi a fide Christianâ omninò recederent, suaq; documenta servarent. *Johannes de Oppido.*

Suae doctrinae credi postulat, sinè miraculis: *Azoarâ 17.* sit tamen. *Azoara 64* fingit miraculum, de Lunâ divisâ.

Deus ... ohibet, ne se aliud quid esse perhibeat, quàm hominem. & ut testificetur, unum tantùm esse Deum. *Azoara 23.*

Se sequentibus, remissionem peccatorum & bona promittit. *Azoara 5.* Et anathemate serit a se dissentientes. *Ibidem.* Et poenas gehennae minatur. *Azoarâ 14.*

D Historiam *Numerorum cap. 13. & 14.* perperam replicat, ut solet. Historiam occisi Abel, *Gen. 4.* in fabulam vertit, *Azoara 12.* Historiam Noae, fabulis contaminat. Huth, Hath, Schale, pr... phetas fingit, *Azoara 17.* Et Josephi historiam depravat, *Azoarâ 22.* De Mose & famulo ejus fabulatur. *Azoara 28.*

Afflictiones dicit se sustinere, ob veritatem, & invocationem unius Dei. *Azoarâ 15.*

Aenigmata Mahometi.

Quis filius patre fortior? *Respondet*, Ferrum. Quid ferro? E Ignis. Quid igne? Aqua. Quid aquâ? Ventus. *Et:*

Quae'nam est terra, quam semel vidit sol; nunquam deinde visurus, usque ad finem seculorum? *Respondet:* Quando mare divisit Moses, denudatum est fundus pelagi: quem tunc vidit sol, post reditum undarum amplius non visurus. *Item:*

Dic deinde, quae'nam est domus, habens duodecim portas: per quas duodecim portiones exeunt, duodecim cum generationibus? *Respondet:* Rupes illa, quam percussit Moses, aperuit duodecim portas; & emisit duodecim fontes, F per duodecim tribus Israel. Ait. Verum di... is. Sed dic, cui terrae locutus est Deus? *Respondet:* Monti Sinai praecepit, ut elevaret Mosen usque ad coelum. Ait: Bene d... cis. Dic deinde; Quid vivit, nec habens spiritum? *Respondet.* Nox; nec enim spiritus venit usque ad mane. Ait. Hoc quoque verum. Age ergo, quid in primis lignum, postea cum spiritu? *Respondet:* Virga Moysis, nunc lignum, nunc serpens. Ait, Ita est. Nunc itaq; refer, si placet, quae foemina ex masculo tantum; & quis masculus de foeminà tantum? *Respondet:* Eva ex Adam solo; Christus ex Mariâ virgine. Ait Ita G quidem refers, ut verum est aliud subjungam: Quae sunt terrena illa, quae sinè viri commixtione edita fuerunt? *Respondet:* Adam, aries Abrahae, & Jesus Christus. Ait: Verum est. Dic deinde, Quod sepulcrum motum est cum sepulto? *Respondet:* Cetus cum Jonâ. Ait: Verum est. Dic ergo consequenter; Qui sunt ... ill... duo, quorum sepul... ra ignorantur? *Respondet:* Abitabil & Moses. Ait: Id quomodo sit breviter de utroque exponas. *Respondet:* Abitabil quidem, cum mortem praesentiret, injunxit, ut post obitum camelus, superposito funere suo, impelleretur ad eundum, quocunque ... H tors duceret; eumque ... que ... ntur, ... ubi ... sponte procumberet. Sic factum, ubi tumus ab Abitabil deferens camelus procubuit ... odiendo repertum est monum... tum, quod Noe praeparavit Abita... Sepulto itaque amissus est locus; nec unquam postea repertus. Moses verò, c... m solus

per desertum vagaretur, fortè sepulcrum vacuum & apertum invenit, rectè ad quantitatem suam effossum. Quod admirans, incepit ad propriam staturam metiri. Interea angelus mortis advenit, ad interficiendum Mosen. Quem cùm cognovisset Moses, quæsivit, dicens: Ad quid venisti? Respondens: Missus sum pro animâ tuâ. Cui Moses: Quâ ergo putas eam eripere? Per os enim non poteris, quo locutus sum Domino: neque per aures, quibus audivi vocem Domini: neque per oculos, quibus faciem Domini vidi: neque per manus, quibus donum Dei recepi: neque per pedes, quibus montem Sinai conscendi. His auditis, abiit angelus: formâque mutatâ, attulit pomum de paradiso. quod cùm olfaciendum porrigeret, recepit Moses. Cumque naribus apponeret: arripuit eum angelus per nares, per quas, tanquam emungens, animam ejus extorsit. Quo facto, remansit corpus ejus in sepulcro, nemini unquam reperto. Ait: Ità quidem factum est, ut dicis. Sed dic; Quis ignis comedit & bibit: & ex quo extinguitur, non accenditur usque in diem judicii? *Respondit*: Ignis in corpore humano, victu sustentatur: & animâ abeunte extinguitur, nec, antequam illa redeat, accendetur. Ait, Et ita verum est. Dic deinde, Quid parvum semper? quid magnum semper? *Respondit*: Lapilli, & montes. Ait: Bene est. Sed dic, Ubi est medium terræ? *Respondit*: In Hierusalem. Indè namque dispersæ sunt gentes; & illuc congregabuntur. Ibi erit pons & statera super infernum: quod apportabunt illuc 70000 angelorum, per totidem tenaces. Ait: Et ita est. Sed quare Hierusalem dicta domus benedicta? *Respondit*: Quia in directo cœlestis Hierusalē: quodq; locutus est ibi Deus & Angeli cum Patriarchis & Prophetis; deditq; ibi Deus præcepta 3515. Ait: Et ita constans est. Dic deinde, Quis humor sit neque de cœlo, neque de terrâ? *Respondit*: Sudor animalium laborantium. Ait: Bene dicis. Sed memora, si placet, Quomodo facta est navis? *Respondit*: Navē incepit primus Noë. claves dedit Gabriel: intravitque Noë cū filiis; & procedens ex Arabiâ super Mecham, circuivit septies. Indè navigans super Hierusalem; & eam septies circuivit. Pervenit in montem Judææ; ibique decrescentibus undis, hærens resedit. Ait: Quidem ita est. Dic ergo; Ubi fuit interim Mecha? *Respondit*: Assumsit eam Deus in cœlum: Hierusalem verò commisit Abikobez; & servavit eam in ventre suo. *Item.* Quæ sunt tria, quæ de paradiso in hunc Mundum venerunt? *Respondit*: Mecha, & Jetrab, & Hierusalem. Ait: Verum dicis; dum subjungas, quæ quatuor in hoc Mundo ex inferno? *Respondit*: Vastat civitas Ægypti; secūda Antiochia Syriæ; tertia Ebberam Armeniæ; quarta Elmeden Chaldææ. Ait: Et hoc quoque verum. Consequenter ergo metire mihi orbem. Respondit: *Orbis quantitas, iter unius diei.* Ait; Quomodo? *Respondit*: Totum enim Sol ab ortu suo usque ad occasum permeat. Ait: Argutè quidem hoc animadvertisti. *In colloquio Mahometi cum Judæis.*

Vaticinia Mahometi.

Vaticinatus est, post se duodecim ex natione Chorasc dominaturos: & post eos fore dissidia.

Meæ quoque legis dignitas, *inquit*, & observatio perseverabit, quamdiu de Chorasc viginti superstites erunt. Mei quoque successores habitu vilissimo potientur, usque ad triginta annos: ultrà verò ornatibus gaudebunt, atque superbiâ. *Chronicon Saracenorum fabulosum.*

Prædixit Alcoranum decursis mille annis interiturum. *Jacobus Curio.** (* lib. 2.)

Certamina.

Mahometus Christianorum religionem oppugnavit: primùm falsâ suâ doctrinâ. Prorsus enim Jesum Christum filium Dei esse negat; & in eum credentes damnat: ut dictum est.

Deinde calumniis. Nam fingit, incredulos, quos Christianos putat, asserere; Angelos, circa Deum existentes, esse fœminas. *in Azoarâ 53. & 63.* Et Mariam pro deâ colere: *Azoarâ 13.*

Et gratulatur sibi, quòd à Christianorum opinionibus dissidentibus sit liberatus. *Azoarâ 20.*

Deinde & contra suam ipsius professionem: quòd doctor, & non coactor, à Deo constitutus esset: *ut patet ex Azoarâ 52. & 98.* etiā aperta vi usus est, fingens, se id Dei jussu facere. *in Azoarâ 76.* Tu Propheta incredulos expugnatum & prædatum proficiscere; & ut te timeant, aggredere. Ipsi namque gehennam, viamque malam, semper insequentur.

Etiam contra suos Arabes certamina sustinuit. Nam quidam dixerunt ad eum: Alium Alcoranum apporta; aut istum varia. Quibus respondet; se id minimè facturum. *Azoarâ 20.* Alii dæmoniacum & magum eum vocant: quos refutat minis pœnarum gehennæ. *Azoarâ 33. 44. & 59.* Edictum promulgavit: quo sub pœnâ capitis vetuit, ne quis de suis legibus disputaret, ambigeret, aut contenderet: ac jussit omnes in autoritate dictatoris acquiescere. *Vincentius.** (* Lib. 23.)

Contra Gentes, earumq; idola, pugnat, *Azoarâ 56. & 62.* & contra negantes resurrectionem mortuorum, *Azoarâ 21.*

Vitia & scelera.

Sicut fuit organum Diaboli: ità etiam notas ejus gessit, mendacii nimirum, & homicidii, & immunditiæ.

De mendaciis & blasphemiis ejus, dictum est antea, de Doctrinâ ipsius.

Magię & incantationum eum fuisse peritum, *Simoneta*† testatur. Et *in Azoarâ 64.* accusatur de arte magicâ. († lib. 4. c. 30.)

Non in Dei veri nomine jurat: sed per ventos, nubes, vates, & angelos: *Azoarâ 61.* Et per montem Sinai: *Azoarâ 62.* Per stellam vespertinā: *Azoarâ 63.* Per occasum: *Azoarâ 66.*

Furta, & latrocinia, & crudelitatem ejus, *Vincentius* † describit. († lib. 23.)

Libidinibus adeò indulsit: ut diceret, sibi à Deo datum, ut plus, quàm quadraginta viri, (quod turpe auditu est) in coitu præstaret. Uxores quadraginta habuit. *Gigas.* Et *in Azoarâ 43* fingit, Deum sibi facere potestatē singularē exercendi libidines. Tibi quidem, ô Propheta, mulieres omnes, quibus donando dederis, & omnes tuę manui per emtionē suppositas, & amitę tuę materteræq; filias, omnes itèm bonas mulieres, tibi volenti gratis succūbere cupientes, (hocque tibi soli permittitur) licitas constituimus. Jam notum esse cēseo, quid tibi & cæteris bonis, de mulieribus vestris, atq; de suppositis manibus vestris, agendum sit. Has a te remove; illas adjunge, pro velle tuo: nec prius abjectis, si dilexeris eas, molesteris. Illæ namque tuo voto parère debent. Deus autem sublimis & sapiens, vestrorum secreta cordiū agnoscit. Post illas tamen non est tibi licitum alias, licèt placidiores & habiliores, pro tuis mutuò sumere: nec aliquam etiam illarum vice sumere; nisi tantum tuæ manui subditas. *Et postea:* Nemo tamen zelotypiâ torqueatur, ob patres, vel fratres, seu filios, seu nepotes, aut mulieres ingredientes, seu subditas.

Remissionem peccatorum futurorum etiam sibi promissam esse à Deo, fingit *Azoarâ 58.*

Amicos & socios habuit, Eubocarā, Alizaid, Thalha, & Bibelcomen, Azubair, & Aomar. *In Chronico Saracenorum.*

Judæi catervatim initiò ad eum confluebant; existimantes eum fore Messiā. sed cùm vidissent eū de camelo comedere; cognoverunt, eū non esse Messiam. *Paulus Diaconus.*† († lib. 16.)

Mortis genus.

Tandem verò, Dei manu vindice eū insectante, incidit in morbum pleuriticum, *ut refert Vincentius:** seu epilepticum, quo aliàs laborare solebat frequentiùs; *ut Johannes de Oppido indicat.* & in morbo sensum amisit: & venter ejus intumuit: & minimus ipsius digitus incurvatus est retrò: & die à morbo decimâ-quartâ exspiravit; anno ætatis suæ 63. aut 40. *ut Valentinus Munsterus in Chronographia annotat:* Heraclii verò 21. & Domini 632. *juxta Sigebertum in Chronico.* cùm regnâsset apud Saracenos annos 10. *Chronicon Saracenorum.* (* lib. 23. cap. 47.)

Præceperat autem, ne quis se sepeliret: eò quòd tertiâ die assumendus esset in cœlum. Quod cùm, ad aliquot dies exspectantes, fieri non cernerent amici ejus, nudum eum projecerunt: ut Humbrā retulit. Verùm Guimbra dixit, eū ab Hali lotū, & vestibus indutū, & sepultū esse. *Vincentius.*† († loco citato.)

In Mechâ cadaver ejus arcæ ferreæ est impositum: & colitur à toto Oriente. *Sabellicus.** (* Enn. 8. lib. 6.)

TESTIMONIA ALIORUM de Mahumeto.

Multos de Mahometo sic judicâsse, ipse refert *Azoar. 25.*

Ne

Ne sequamini virum illum dæmoniacum & amentem per incantationes. Comedit, ut cæteri; atque per fora vadit. Quare non habet angelum custodem, elicientem sibi thesauros, aut facientem hortos, unde comederet? *Et Azoara 44.* Increduli inquiunt: Hic homo non est nisi magus & mendax: totum hætitium ab ipso compositum asserens, & nos sic à patrum nostrorum sectâ divertere proponens. *Azoara 56.* Increduli, audientes nostra præcepta, dicunt, magicam artem esse, meque finxisse. Sed ille, ut [illegible] leret incautos, fingebat. Christum de Mahometo venturo, & legem omnium excellentissimam allaturo, vaticinatum esse: *Azoara 7.*

Rabalachbar, in Scripturis Mahometum nasciturum didicit, omnemque historiam ejus astrologico testimonio approbavit. *In libro de generatione Mahometi.*

Idolorum, & cacodæmonum, & augurum testimonia, de Mahometo destructuro deos, *libro eodem* fabulosè commemorantur.

CAPUT XVI.

DE MOTIBUS ET MUTAtionibus Politicis.

Hoc seculum, si quod aliud, turbis & mutationibus est feracissimum. Nam Persæ & Arabes, in Oriente, Asiam & Africam crudeliter afflixerunt, & de Imperio Romano multa regna amputaverunt: religionemque Mahometi longè lateque diffuderunt; vastatis Ecclesiis Christi, & verâ doctrinâ & cultu Dei: juxta *Danielis* † vaticinium, de Cornu parvulo.

In Europâ etiam Hunni, Avares, Bulgari, Gotthi, Longobardi, atque etiam Romani Pontifices, bonam partem de Imperio præciderunt, & omnia ubique ita gesta sunt: ac si, in Romani Imperii direptionem & distractione, omnes gentes conjurassent. Et uterque Antichristus, Romanus & Saracenus, re-ipsâ comprobarunt, se virtutum patris sui, qui mendax & homicida est, esse studiosissimos. Deus autem justo suo judicio ista fieri permisit: ut veræ religionis Christi corruptelæ, & veritatis contemtus & odium, & persecutiones piorum Doctorum, & omnis generis scelera, quæ vulgò grassabantur, & pœnitentiæ recusatio, suam consequerentur mercedem.

SUB PHOCA.

In Asiâ, Prasini & Venetici, accolæ sinus Arabici & Venetici, inter Ægyptum & Asiam, multis commissis prœliis, se-se invicem conficiunt. *Blondus,* * *Ado Viennensis.* †

Cùm Phocas, pro more recepto, qui nto mente ab initio imperio, literas ad Chosroën regem Persarum misisset, indicans se Imperii dignitatem assecutum esse: Rex ille, indignè ferens Mauricii amici sui tam crudelem internecionem, Phocæ bellum indicit, & anno 2. imperii Phocæ, in Romanum Imperium exercitum ducit: Syriam, Palæstinam, Phœnicem subigit: Hierosolymam capit; & templa Christianorum passim spoliat; & vexillum dominicæ crucis Hierosolymâ abducit: *ut annotat Beda* * & *Ado.* † Armeniam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniam, usque ad Chalcedonem, depopulatur. *Paulus Diaconus,* * *Zonaras,* † *Nicephorus.* *

Etiam in Africâ motus fuisse, testatur *Blondus:* † ad quos compescendos, Phocas exercitum miserit.

In Europâ, Huni, seu Avares, Thraciam vastât. *Sigebertus in Chronico, & Paulus Diaconus.* * Et Sclavi omnem provinciam Dalmatiæ & Illyrici, adjacentem Adriatico mari, subigunt. *Blondus,* † *Aventinus.* * *Paulus Diaconus.* †

Plurimæ passim cædes sunt factæ, non modò civium; sed etiam militarium copiarum: adeò ut intra annos 14. totus ille exercitus, qui cum Phocâ contra Mauricium Imperatorem conjuraverat, ità concisus sit, ut tantùm duo superfuerint, Heraclio eâ de re inquirente. *Nicephorus,* † & *Paulus Diaconus.* *

Agilulphus, Longobardorum rex, contra Romanos pluribus in locis prosperè pugnat: & Mantuam, & Cremonam, & Vulturniam capit. *Paulus Diaconus* † *Blondus.* *

[illegible] ad [illegible] anno Domini 610. *juxta Sigebertum.* A coguntur Romani ab eo pacem redimere, 120 [illegible] Solidorum aureorum. *Paulus Diaconus.* † Et pacem cum eo Phocas ad annum facit. *Idem.* *

Brunechildis Theodorico persuadet, fratrem suum Theodobertum, Metensium regem, ex concubina illegitimo esse natum; & thesauros patris sui, & regnum injustè possidere. Ille ergo in fratrem movet: sed Procerum consilio dissuaditur ab armis.

Theodoricus nuptias celebrat cum filiâ re[illegible] sed paulo pòst à Brunechilde persuasus, uxorem [illegible] repudiatam, in Hispaniam remittit. Quamobrem rex Hispaniæ Detericus, cum Clothario & Theodeberto, & Agone rege Longobardorũ, fœdus init: qui copias contra Theodoricum educunt. Ille verò, viribus impar, pacis conditiones injustas recipit: & duos Comitatus, Turoniæ atque Campaniæ, Theodeberto coactus restituit. Paulò pòst Theodoricus, cùm [illegible] Clotharium sibi reconciliâsset, & impetrâsset, ne ferret opem Theodeberto, iterum copias educit adversùs fratrem: & signis collatis victoriam obtinet, cæsis utrinque circiter 3 [illegible] 00. nec priùs dat pacem Coloniẽsibus, quàm fratris caput ad se afferant. Sed tamen non ita multo pòst, ipse Theodoricus à Brunechilde veneno necatur: & regnum ad Clotharium transfertur. Brunechildis, propter plurima scelera, & decem Reges extinctos, equorum indomitorum caudis alligata, juxta Clotharii & Procerum sententiam, in judicio latam, discerpitur. *Regino,* * & *Sigebertus in Chronico, Robertus, Aventinus,* * *Vincentius.* †

Anno Domini 606. Franci, contra Saxones pugnantes, magnâ suorum strage superantur. *Palmerius in Chronico,* & *Paulus Diaconus.* *

Anno Domini 608. Theodoricus & Theodebertus, Vascones sibi subjiciunt. *Sigebertus in Chronico.*

In Hispaniis, Westgotthorum rex Vitericus, cum Romanis bellum gerit: sed vincitur. *Johannes Magnus* †

In Angliâ, anno 1. Phocæ, Domini verò 603. Edilfridus Edam, regem Scotorum, cum omnibus penè suis, bello extinguit. Cæsi etiam tunc de monasterio Bancor 1200. Monachi qui ad orandum pro victoriâ convenerant. *Beda.* † *Sigebertus* hæc facta narrat anno Domini 615.

Circa finem imperii Phocæ, anno Domini 610. *ut Palmerius notat;* vel 616 *ut Sigebertus.* Bavari, dicti Avares, Hunni in Norico seu Bavariâ habitantes, invadunt cõfines Venetiæ & Forijulii provincias, Rege Cacanno: & Gisulphũ & Longobardos, sibi occurrentes, ingenti strage superant: & incendiis & rapinis omnia vastant: & Forumjulii, quò Gisulphi uxor Romilda fugerat cũ thesauris, obsident. Romilda, cõspecto Cacanno Bavarorum Rege de muro, pulcritudine ejus capitur, & per internũtios tractat cum eo, de nuptiis, & traditione oppidi. Cacannus consensit: & copiis in urbem introductis, Romildam unicâ nocte in thorũ admittit: & postea impudicam mulierem, duodecim Bavaris militibus, continuum tradit agitandam, ad satietatem usque. Et omnes mares & fœminas educi urbe jubet: & direptis omnibus, ædificiis ignem subjicit: & non priùs indè movent, quàm omnia solo essent adæquata. *Blõdus.* † Romildam postea palo affigit. Filiæ autem Gisulphi ut suæ castitati consulerent, crudas pullorum carnes sibi inter mammillas sub fasciâ ponebant: quæ ex calore putrefactæ, odorem fœtidum exhalabant. quo Avares a concubitu earum arcebantur, dicentes: Omnes Longobardas fœtidas esse. *Paulus Diaconus.* †

Phocas, cùm libidinibus & multorũ cædibus se-se adeò polluisset, ut nec propinquis parceret: Priscus, gener ejus, & alii Senatores, ex Africâ Heraclium & Nicetam cum exercitu evocãt: à quibus Phocas victus, castratur, *Nicephorus,* † & *Zonaras.* * & ignibus crematur: cum imperium obtinuisset annos 8. anno Domini 612. *Sigebertus, Paulus Diaconus.* †

SUB HERACLIO.

Imperante Heraclio, Romanum Imperium multum detrimenti accepit, in Asiâ, Africâ, & Europâ. Nam mense Majo, cùm Heraclius esset coronatus, Persæ in Syriam irruerunt, & Edessam ceperunt: & exercitum Romanum, a-

ad Antiochiam occurrentem, adeò deleverint, ut vix duo de exercitu ejus hoc remanerent. *Zonaras*,* *Paulus Diaconus*.

Anno 3. Heraclii, Persæ in Cappadociam ingressi, Cæsaream capiunt, & multa millia hominum abducunt in captivitatem. *Paulus Diaconus*.*

Anno verò sequenti, Saraceni etiam in Syriam excursionem faciunt; & vicis nonnullis direptis & inflammatis, recedunt. *Diaconus*.*

Anno 4. Persæ Damascum expugnant, & captivos abigunt. *Ibidem*, & *Sigebertus*, circa annum Domini 616.

Anno 5. Palæstina iterum infestatur a Persis: & Hierosolyma capitur, interfectis in eâ per Judæos 90000. Zacharias episcopus, & statua Crucis, captivi abducuntur. *Sigebertus*, anno 617.

Iidem, anno Heraclii 10. Ancyram Galatiæ expugnant. *Paulus Diaconus*.†

Duodecimo verò anno imperii sui, Heraclius, in Aprili expeditionem suscepit in Persidem: & Saracenos, in Armenia [illegible] manentes, [illegible] XII. Calend. Maii Persidem ingressus Thebarmam & alias civitates expugnat, & incendit. Ac durat illud bellum per annos [illegible] nec ad ullas conditiones paci potest adduci Chosroës: licet Heraclius aliquoties exercitum ejus concidisset, & omnia igne vastasset. Sed tandem filius ejus Syroës, patre suo capto, & in carcerem ad thesauros, quos ibi reposuerat, ferreis catenis alligato, & fame necato, cum Heraclio pacem fecit. Atque ita anno 7. Imperator domum reversus est. *Paulus Diaconus*,† *Zonaras*,* *Ivonis Chronic.* *Otto Frisingensis*.† Et recuperavit Heraclius eodem anno omnia, quæ in Africâ, Ægypto, & Asiâ erant ab Imperio avulsa, exceptâ Arabiâ.

Heraclius, rebus prosperis elatus, in Monothelitarum errorem abducitur, & Mathematicos & Astrologos consulit, qui, inspectis extis & astris, prædicunt, Romani Imperii cladem imminere a circumcisis. Quod ille de Judæis intelligebat: verùm eventus ostendit, de Saracenis esse intelligendum. *Blondus*,* *Regino*.† *Otto Frisingensis*.*

¶ Chosroën & familiam ejus penitè deletam esse, ob cultum idolorum, & arrogatum honorem divinum, Mahometus inter Arabes concionatur: & Judæorum & Christianorum religionem eandem esse, asserit; & utrosque in hoc errare dicit: quòd Judæi negent, Jesum Christum ex virgine natum; & Christiani credãt, illum crucem & mortem à Judæis perpeti voluisse. Ac suam profert legem: ac promittit suis Saracenis libertatem, & principatum in finitimos, si eam amplectantur. Arabes, rebus novis studentes, Mahometum ducem designant. Sed Heraclius per suos legatos exercitum ejus sibi adjungit; & stipendia promittit: ac è Perside rediens Constantinopolim aliquot millia secum ducit. Factum Heraclii anno 12. ut *Platina indicat*.

Cùm autem Constantinopoli stipendium postularent, & Præfectus diceret: *Vix habemus, quæ possimus Romano & Græco militi dare: cur hæc canum turba tantoperè stipendia flagitat?* Indignè id ferentes Saraceni, in Syriam recedunt; & collecto exercitu, Damascum occupant. *Platina in Honorio* dicit, edictum Heraclii, de baptizandis Judæis, Saracenos ad rebellionem inflammâsse.

Deinde cum reliquis Arabibus, qui domi remanserant, conjuncti, & commeatibus & armis adjuti, & Mahometi furore concitati, Phœniciam & Ægyptum pervagantur: & resistentes imperio suo, & Mahometi legem suscipere detrectantes, passim cædunt. Phœniciam, Palæstinam, & omnem regionem ab Ægypto usq; ad Euphratem, subigunt, infeliciter cum iis pugnantibus Romanis. In Persiam etiam, quibus paulò ante servierant, irruunt: & Hormisdâ rege interempto, non priùs finem faciunt omnia desolandi, quàm Saracenorum legem & imperium suscipiant: anno Heraclii 29. *Paulus Diaconus*.* Domini verò 640. *Bibliander*.

¶ Nec Africa fuit tranquilla. Nam motibus illis, sub Phocâ concitatis, nondum sedatis, Persæ circa 6. annum Heraclii, Domini verò 618. in Ægyptum excurrunt; & Alexandriam capiunt. Anno sequenti, per Libyam vagantur; & Carthaginem expugnant. *Sigebertus in Chronico*. *Paulus Diaconus*.† Et postea Saraceni, Arabum auxilio, Ægyptum occupant. *Blondus*.* Et Alexandriam capiunt. *Paulus Diaconus*.† Atque ita Asia, & maxima pars de Africâ, Saracenis ab Imperio avulsa tunc, sub hoc Imperatore.

¶ Europa etiam suas haud-leves experta est miserias & turbas. Nam Avares Thraciam invadunt, anno Heraclii 9. Imperator verò, Persico bello occupatus, pacem a Chagano, eorum Duce, petebat per legatos. Quam cum spopondisset ille: Heraclius urbe ad ipsum egreditur regio apparatu & muneribus. Verùm Barbarus [illegible] ens, mutat animum: & multos capit, Imperatore vix effugiente. Anno sequenti, iterum ab eodem Imperator per legatos, pacem petit: & fiunt mutua fœdera. *Diaconus*.* At postea vix Imperator impediit; ne Avares cum Persis vires suas conjungerent, & Constantinopolim affligerent. *Idem*.

Quid de Italiâ dicemus? Cùm Heraclius contra Persas pugnabat: Roma & Italia erant tranquillæ. Et Heraclii permissu, Honorius tegulas æneas a Romuli templo amovit, & basilicam Petri iis cooperuit. Quod indicat, Romam non in Pontificis, sed Imperatoris, fuisse potestate. Sicut & illud: quòd non licebat Pontificem esse quenquam; nisi ab Exarcho Italiæ, nomine Imperatoris, cõfirmatum. Sed Isacius & Mauricius Romanum Pontificem spoliant: & postea, cùm Mauricius Isacium infimus affectati Imperii, capitur, & interficitur. *Blondus*.†

In Hispaniis, Gundemarus, Westgothorum rex, contra Romanos & Vascones triumphat. *Johannes Magnus*.*

Successor ejus Sisebodus idem facit: & provinciam & civitates, à Frãcis ereptas, recuperat; & de Africanis triumphat. *Idem*.* Anno Domini 621. Heraclii verò 9 *juxta Sigebertum*. Et ab hoc tempore, in Hispaniis regnare desiisse Romanos, *Platina* refert.

Etiam in Britanniâ satis turbarum fuit. Nam Eduinus, rex Nordanhumbrorum, collecto exercitu, regem occidentalium Saxonum, & alios, qui in necem ejus conspiraverant, vicit. *Beda*.† Redualdus contra Edilfridum exercitum collegit: eumque in finibus gentis Merciorum, ad amnem Idlam, vicit: & Eduinus, Rege peremto, successit. *Beda*.† Ac idem Eduinus, a Ceduallâ rege Britonum, & Pendâ rege Merciorum, interficitur; cum magno ecclesiarum Britannicarum incommodo. Multi enim, ob eam cladem, ad idolorum cultum reversi sunt. *Beda*,* *Polydorus*.†

Dagoberto, Regi Francorum, & successoribus ejus, populum Britanniæ Armoricæ, Nidicail, metu belli perterritus, subjecit; circiter annum Domini 633. *Trithemius de origine Francorum*.

Nec Saxonia & Germania quietæ fuerunt. Nam anno Domini 629. Saxones Francis consuetum tributum reddere detrectant. Dagobertus ergo, cum eorum Duce Berthulto congreditur: & Lotharii præsidiis adjutus, Berthulfum vincit, & interimit; Saxonibus fuga sibi cõsulentibus, quos Lotharius & Dagobertus insecuti, omnes interfecerunt, qui gladii longitudinem excedebant: & gentem, quæ per Saxoniam remanserat, sub jugum suum compellunt; & tributum quingentorum boum eis imponunt. *Trithemius ibidem*, *Nauclerus*.†

Sclavos & Sorabos, qui Bohemi vocantur, Dagobertus bello aggressus, vicit, & Francis subjecit: & monasterium Weissenburgense fundavit. Licèt tempus non conveniat cum historiâ: ut *Trithemius* indicat, & *Nauclerus*.*

Postremò, Heraclius, à Saracenis victus amittit 150000. hominum. & postea eductis copiis, cùm bellum instaret, ab angelo cæduntur noctu 52000. Unde animo fractus ille, ex dolore morbum contraxit; & hydrope extinctus est: cùm annos 30. imperâsset, *juxta Sigebertum*. *Otto Frisingensis*† tantùm 27. numerat. Ac fuit hic postremus Imperator, ab exercitu Romano electus: & primus a Patriarchâ Constantinopolitano confirmatus est. & post eum Imperatores, filiis suis Imperii dignitatem, quasi hæreditariam, tradunt: ut annotat *Sebastianus Francus in Chronico*.

SUB CONSTANTINO, HERAclii filio, & Heracleonâ.

CONstantinus, Heraclii filius, post mortem patris tantùm menses 4. regnat. Noverca ei venenum propinat, spe potiundi Imperii cum filio Heracleonâ. Sed eam ipsam ob causam, cum filio suo à Senatu relegatur. *Zonaras.** * Tom. 3.

Motus autem, sub Heraclio in Asiâ à Saracenis excitati, nondum conquieverunt. Nam Saracenorum rex Muhavias, Cæsaream Palæstinæ, post septennium obsidionis, capit: & 7000. Romanorum cædit. *Paulus Diaconus.*† † lib. 18.

Dagobertus, Francorum rex, Windos, & Sclavos, Saxonum auxilio vincit. *Trithemius, & Sigebertus in Chronico.*

Sclavi & Croatini Bohemiam ac Poloniam, ducibus Zechio & Cracco, occuparunt: anno Domini 644. *juxta Wenceslaum Hagecium.* Id quod neg[at] *Cromerus.** * lib. 1. 25.

Osvvaldus à Pendâ, Merciorum rege, in Britanniâ occiditur. *Sigebertus*, anno Domini 643.

Suintilla, rex Gotthorum primus, Hispaniæ monarchiam adipiscitur *Volaterranus.*

SUB CONSTANTE.

IN Asiâ, Saracenorum rex Haumar, Constantis anno 2. Hierosolymam munit: ac templum ibi ædificat, in honorem Mahometi. *Paulus Diaconus.** Ubi adorans a Persâ interficitur, anno 4. Constantis; Domini 647. *Sigebertus.* * lib. 19.

Et Buior, princeps exercitus Arabum, excurrit in Isauriam: & multis occisis, captivos ducit 5000. hominum. Imperator verò cum Muhaviâ pacem facit ad annos 2. anno Imperii 9.

Anno sequenti, Fasagnates, Armeniorum Patricius, deficit à Romanis ad Saracenos: & cum Muhavia fedus init, obside dato filio. Contra eum Imperator movet: sed cùm ad Cæsaream Cappadociæ venisset; abjectâ spe, revertitur.

Anno altero, Avidus, Arabum Prætor, contra Maurianum in Armeniâ pugnat; eamque regionem populatur. Saraceni item, interfecto Orthomane, inter se-ipsos digladiantur de principatu: quem Muhavias obtinet; anno Constantis 14. & 15. Postea Muhavia pacem ab Imperatore petit: & in singulos dies mille aureos, & equum ac servum, contribuere illi spopondit; anno 660. Sed post annos 3. in Romaniam irruunt, & latrocinia exercent. Sequenti anno, de Cilicia prædam faciunt. Constans Damascum & Syriam Saracenis ultrò concedit; anno imperii 22.

Anno sequenti, Habdinarram Chaldæus, irruptione in Romaniam factâ, demolitur multas urbes. cui se-se conjungunt 5000. Sclavinorum, qui in Apameensium territorio capiunt sedes. Et sequentibus annis, etiam Romania affligitur ab Arabibus.

Deinde, anno 26. Constantis, Saporius, Prætor Armeniæ, à Muhaviâ accepto præsidio, Constanti rebellat: sed ab eodem vincitur. Et Amorium captum ab Andreâ recuperatur. *Paulus Diaconus.** * lib. 19.

¶ In Africâ, Gregorius, Constantis anno 5. seditionem contra Imperatorem movet. Sed anno sequenti, Saraceni eum indè expellunt; & indictis tributis, redeunt. *Paulus Diaconus ibidem.*

Nec Insulæ maris mediterranei, à motibus immunes fuerunt. Nam Muhavia, Saracenorum dux, Cyprum anno 7. Constantis vastat; & Rhodum obsidet: quam anno sequenti capit & incendit; & insulam totam depopulatur. *Paulus Diaconus.** * ibid.

Navali etiam prælio Saraceni, ad portum Phœniciæ Lyciæ, Constantem vincunt, anno Domini 656. *Sigebertus. Zonaras, Paulus Diaconus.* Et postea in Ægeum pelagus delati, multas ex Cycladibus afflixerunt. Indè in Siciliam navigantes, eam primùm in maritimis locis spoliarunt: & postea in mediterranea loca egressi, incendiis grassantur. Olympius verò, Exarchus Italiæ & Siciliæ, eos funestâ victoriâ, cum magno suorum detrimento, ex Siciliâ expellit. *Blondus.** * Dec. 1. lib. 9.

¶ In Europâ. Valentinianus Patricius, anno 3. Constãtis, seditionem movet (ut videtur) Cõstantinopoli: sed ab Imperatore interficitur, populo recõciliato. *Paulus Diaconus.** * Lib. 19. Rom.

Constantis anno 8. Sclavi Italiam invadunt; & Aichis filium Ajonem cædunt: sed à Rodoaldo & Grimoaldo profligantur. *Diaconus.** * lib. 4. Longo. 5

Constans, anno Imperii 16. contra Sclavos movet, eosque sibi subjicit: anno Domini 659. *Sigebertus, Paulus Diaconus.** * lib. 19 Rom.

Romani & Ravennates, pacem per annos 30. cum Longobardis coluerant. Ea verò nunc dissolvitur, Martini pontificis suasione: propterea quòd Rotharius nollet ab Arrianâ hæresi discedere. Theodorus, Exarchus Italiæ, Romano & Ravennate instructus milite, Longobardo bellum indicit. Educuntur copiæ ab utrâque parte; ad Scultennam amnem collatis signis. Romanus exercitus in fugam vertitur; & 7000. pugnatorum desiderat. Rotharius, transgressus Apenninum, Liguriam occupat. Constans, fortè indignè ferens, quòd Martini consilio bellum esset susceptum; & quòd nollet præstare edicto suo, de amnestiâ cum Monothelitis sanciendâ, obedientiam: Exarcho mandat, ut eum aut interficiat; aut captivum sibi mittat Constantinopolim.

Longobardis inter se-se dissidentibus; Clodoveus, missis copiis in Italiam, in Transpadanâ regione facit prędam. Imperator, ut Italiam à Longobardis liberaret, exercitum adducit, anno Domini 662. & multas Longobardorum urbes capit; & Beneventum obsidet. Prælium, ad Calorem amnem, cum Longobardis init, cum suorum jacturâ. Indè Romam abit; & de sede Imperii eò transferendâ deliberat. Sed Romanos Pontifices id ægrè ferre videns, in septem diebus plus ornamentorum urbi detrahit, quàm in 258. annis Barbari, vel in prædam abstulerant, aut confregerant: & in Siciliam redit. Interea Lupus, inter Longobardos principatum affectans, à Grimoaldo, per Bavarorum copias, cùm quatriduum acerrimè pugnatum esset, interficitur: & Forumjulium, interfectis omnibus, etiam infantibus, exscinditur. Filius Lupi, ex Sclavis Carentanis exercitum colligit, & bellum instaurat: sed frustrà. Rotharius, venam incidens, moritur. *Blondus.*† * Dec. 1. lib. 9.

Tandem autem Constans, ob fratrem Theodosium interfectum, & errorem Monothelitarum, & persecutionem Orthodoxorum, cùm sex annos in Siciliâ desedisset, Syracusis in balneo, ab Andreâ, filio Troili, interficitur: *Paulus Diaconus.** anno Imperii 27. Domini, 669. * lib. 19.

Rodoaldus, Longobardorum rex, in adulterio deprehensus, à marito adulteræ interficitur. *Paulus Diaconus.*

Memorabile est, quod *Sigebertus* de Francorum regno dicit: quòd ab anno 662. Regibus eorum à soliâ fortitudine & scientiâ degenerantibus, regnum, per Majores domûs, (ut vocat) seu Magistros equitũ, qui Marescalci vulgò vocantur, cœperit administrari; Regibus solo nomine regnantibus. Quibus moris fuerit, secundùm genus principari: & aliud nihil agere, quàm edere & bibere, domique morari; & Calendis Maii coram totâ gente sedere; & salutationes & obsequia & dona accipere, & rependere. Centum ferè annos, Galliæ & Germaniæ populos istam Regum ignaviam tulisse; *Aventinus* narrat.* * lib 3.

Radulfus, Thuringorum Dux, negans tributa, à Sigeberto Australiorum Rege vincitur; & tributum ex more cogitur dare. *Sigebertus*, anno 648. & *Trithemius de origine Francorum.*

Anno Constantis 13. Osvvius, rex Nordãhumbrorum, Pendam Merciorum regem vincit, & interficit: & gentem ejus ad Christum convertit: Pictosque regno Anglorum subjicit. *Sigebertus* anno 656.

SUB CONSTANTINO Pogonato.

ETiam imperante Constantino Pogonato, orbis terrarum variis vexatus est turbis & mutationibus. Nam in Europâ, Constante interfecto, quidam nomine Maxentius, seu Missetius, seu Mitius, natione Armenius, imperiũ affectat. Sed quia exercitum, qui ex Oriente in Siciliam venerat, non satis placaret donis; minùs eum habuit obsequẽtem. Constantinus ergo, multis navibus in Siciliam veniẽs, interfectores patris sui & Maxentium è medio tollit; & imperium obtinet, cum Tiberio & Heraclio fratribus suis. *Paulus Diaconus,* * Blondus, † Sabellicus.* * lib. 19

99Q 3

A [illegible] Chrysopolim quidam ven[illegible] Orientalium partium erant, dicentes: *Si in Trinitatem credimus, tres istos coronemus.* Sed Constantinus, id ægrè [illegible]rens, Legatos illos jubet suspendi: & fratribus nasos præcidit, quò ad imperii dignitatem essent minùs elegantes. *Paulus Diaconus.* * *Sigebertus* notat annum Domini 671.

* lib. 19.

Saraceni, cùm intellexissent, in Siciliam prædam de Romà spoliatâ esse reductam, magnâ classe Alexandriâ solvunt; & Syracusas appellunt, easque [illegible]cupant: & Romanæ urbis ornamenta interceptà secum Ale[illegible]iam avehunt. B *Blondus,* † *Paulus Diaconus.* * Anno Domini 67[illegible] *Sigebertus in Chronico, Diaconus.*

† Dec. 1. l. 9. * Gener. 31. † li. 5. Long. cap. 6.

Deinde Thraciam, navibus & pedestri itinere ingressi, vastant, & Byzantium obsident. Sed inde [illegible] pelluntur: & classes eorum, partim igne marino, à Callinico invento, exuruntur, partim [illegible] tribus [illegible] confringuntur: & Suphias a[illegible] & Petrona in prælio vincitur, cæsis 30000. Constantini anno 5. *Diaconus.* † Sed *Sigebertus* [illegible] & septimum [illegible].

† Ubbard.

C Anno sequenti, Cadalbus & Phodalas, Saracenorum duces, C[illegible] in ea hyemantes. *Paulus Diaconus.* †

† ibid.

Anno [illegible] *(juxta Sigebertum)* [illegible]um Chajanus, Exarchi, & [illegible], Principes nationum ad Occidentem [illegible] cognovissent de pace inter Imperatorem & Arabes ad annos 30. facta: [illegible] miserunt munera, & pacem pe[illegible] atque ita etiam eo anno in Occidente pax confirmata est.

Ne autem pax illa esset [illegible] integra: Bulgares, Germaniæ magnæ, & Sarmati[illegible] quæ est in Europâ, populi ferocis[illegible], transito Histro, Bathia rege, Pannoniam interio- D rem, usque ad [illegible] flumen, Mœsiasque invadunt: qui, dum Imperator eis occurrit, in munitiones sese recipiunt. Ubi à Romanis dum obsidentur: Constantinus ad thermas [illegible] paucis proficiscitur, propter dolorem pedum. Quidam autem equestris ordinis, sparso rumore, quasi Imperator aufugisset, concitant metum: qui adeò occupat militum animos, ut & ipsi fugam capessant. Bulgares, fugientes persequuntur: & adeò Imperatorem in angustias cogunt, ut pacem ab iis petat, & Mysiam ei concedat habitandam, annuo insuper tributo promisso. *Diaconus,* † *Zonaras,* * *Aventinus,* † *& Egnatius.* Anno Domini 680. *juxta Sigebertum:* a quo regnum Bulgarorum Chronici ordiuntur. E

† lib 19. * Zonar. 4. † li 3.

In Hispaniis, Bamba, rex Westgotthorum, Vascones, & Nemausenses, & Narbonenses rebelles, domat; & ducem Biterrensem: in Galliâ rex Gotthorum superat: & naves Saracenorum 270. ad litus Hispaniæ applicantes, ingenti classe obviam missa, partim cepit, partim perdidit. *Johannes Magnus,* † *S. Ritus.* *

[illegible] 22 * lib. de Regib. Hisp.

¶ In Asiâ etiam, Saraceni passim direptionibus & incendiis omnia vastant. Nam quarto Constantini, Muhavias & F Cayrus, in Ciliciam & Lyciam irruptionem faciunt; eamque & vicinas regiones [illegible] tempus [illegible] fatigant; & Cyzicum capiunt. *Diaconus.* †

† lib. 19.

Sed Constantini anno 9. Mardaitæ Libanum occupant: ad quos multi captivi & servi, & indigenæ, à Saracenis venati, confluunt. Quà re motus Muhavias, à Constantino pacem petit, ad annos 30. & aur[illegible] librarum 3000. captivos 50. & servos & equos totidem, annuatim pendere jurat. *Diaconus,* * *Zonaras,* † *Egnatius, Platina, Blondus.* Anno Domini 679. G

* lib. eod. † Tom. 3.

Anno 14. Constantini, Muctar, inter Arabes principatum s[illegible], Persidem sibi subjicit; & prophetam se vendicat. verùm ille, post septem annos, interficitur à Zubiro. *Paulus Diaconus* † Sed Habdimelech, Saracenorū princeps, pacem servat, & Constantino tributum mittit anno ejus 16. *Diaconus ibid.*

lib. 19.

¶ A[illegible]ca etiam, sub hoc Imperatore, suas sensit clades. [illegible]timo ejus anno Saraceni in A[illegible]icam irrumpunt, & [illegible] captiva ducunt, *Paulus Diaconus.* † Et postea, anno e- [illegible] 16 ex Ægy[illegible] ima multitudo iterum denuò effundit H in A[illegible] [illegible]aginem, priùs spoliatam, penè diruit. *Regino,* † *Diaconus.* *

† lib. 19.

Constantinus autem, cùm imperasset annos 17. Constantinopoli moritur. *Diaconus.* †

† lib. 1. * lib. Long. cap. 4. † l. 19. Rom.

SUB JUSTINIANO.

Imperante Justiniano, has Asia perpessa est turbas, Imperatoris imprudent[illegible].

Habdimelech, Ar[illegible]bum rex, pace cum Justiniano ad annos [illegible] confirmata, contra Mustar in Persidem mittit [illegible]trem suum, cum exerc[illegible]: sed is ab eodem interficitur. Interea Saidus in Mesopotamiâ principatum affectat: quem Damasci fraudulenter è medio tollit anno 1. Justiniani. B Domini verò 687. *Paulus Diaconus, Beda,* * *& Ado Viennensis.*

* de Rat. temp.

Imperator, in formulâ pacis, receperat, Mardaitas à Libano remo[illegible]re: & [illegible]tra Cyp[illegible] Armeniæ, & [illegible], æqualiter cum Saraceno partiri. sed [illegible] non præ[illegible]at. Nam, Leontio Prætore in Armeniam misso, Saracenos cædit: eamque similiter, & Iberiam, & Albaniam, Hircani[illegible], & Mediam, sibi subjugat. Habdimelech, eo cognito, Circesium adit, & Eupolim capit. *Paulus Diaconus.* * Anno sequenti Imperator in Armeniam venit: & Mardaitas su[illegible]pit, qui in Libano fuerant; æneo muro destructo. *Idem ibi-* C *dem.* Anno Domini 688. *Sigebertus.* Anno verò 3. Habdimelech, interfecto Musabo recuperat Persidem: deinde & Mesopotamiam, Armeniam, & Hircaniam, denuò sibi subigit. *Paulus ibidem.*

* lib. 19.

Imperator verò, anno 7. triginta millibus Sclavorum cum Duce Nebulo sibi adjunctis, pacem Arabibus renunciat; & Sebastopolim venit. Arabes, & ipsi armati, eò conveniunt; & rogant, ne Imperator pacem, quæ juramentis utrinque esset firmata, solvat: obtestantes, Deum vindi- D cem fore adversùs violatorem juramenti. Sed, Imperatore nolente ab armis discedere, & ipsi, duce Muhameto, prælium ineunt: in quo cùm primùm victi essent; insidiis rem aggrediuntur, & Sclavorum ducem pecuniâ corrumpunt: eumque cum 20000. suis castris adjungunt; & Romanos cædunt. Imperator, Sclavorum perfidiam molestè ferens, reliquos, unà cum liberis & uxoribus, præcipites agit in mare, in finibus Nicomediæ. *Paulus Diaconus.* * Anno Domini 693. *juxta Sigebertum. Blondus.* †

* lib. eod. † Dec. 1. lib. 10.

Sabbis Patricius, cognitâ Romanorum clade, Armeniâ E Arabibus tradit: quibus etiam interior Persis, Cerala dicta, subjicitur. Anno Justiniani 8. *Paulus lib. eodem.*

Anno 9. Muhametus, cum profugis Sclavis, in Romaniam irruptionem facit; & multos captivos abducit. *Paulus lib. eod.*

Anno verò sequenti, Mahumetus per quartam Armeniam prædas facit. *Paulus Diaconus lib. eod.*

¶ Africa a Justiniano recuperata est, primo ejus anno, factà cum Saracenis pace. *Paulus.* †

† lib. 19. Rom. & lib. 6. Long. c. 4.

¶ In Europâ, Imperator itidem inconsultè pacem à pa- F tre suo cum Bulgaribus & Sclavis factam, dissolvit, anno Imperii sui 3. & equestrem exercitum in Thraciam transferens, Sclavinos, occurrentes sibi usque ad Thessalonicam, cædit. Sed postea à Bulgaribus interceptus, transitum & pacem redemit, restitutione spoliorum. *Blondus,* † *Paulus Diaconus.* * Anno 689. *juxta Sigebertum.*

† Dec. 1. lib 10. * L. 19. Rom.

Longobardi etiam suos habuerunt motus. Nam Ragimbertus, Taurinensium dux, invidia ductus, quòd Asprandus sibi in pueri Regis Liuthperti tutelâ præpositus esset, arma in regem suum movit. Cui cùm obviam pro- G cessissent Asprandus & Rotharis, dux Bergomensium, paratissimum ducentes exercitum: apud Novariam prælio est certatum; vicitque Ragimbertus: & Asprando Rotharique, cum infante Rege, fugâ prolapsis, multo, qui relinqueret, exercitu relicto; Papiam veniens, regno tyrannide est potitus, & intra paucos menses vitâ functo, Arithpertus filius, magno exercitu coacto, regnum sibi retinere conatus est. Sed Duces Longobardorum, Asprando, pueri Regis Liuthperti tutore, monente, arma pro veri Regis reductione sumserunt: quorum ducum primariis, Zothone, H Tharone, Pharone, & Rothari Bergomensi, simul cum pio Liuthperto Rege, & Asprando, Papiam accedentibus, prodiit cum copiis ad amnem Ticinum: quo in prælio, post cædem hinc-inde actam, post vulnera infinita, par spes, par desperatio utrique fuit. Vicit tamen adulterini

Reg[illegible]itus & Luithpertus puer vivus venit in hostium potestatem. Asprandus verò, fugiens ad ins[illegible]am Comacinam: Rotharis, Bergomensium dux cùm se recepisset Laudam, civitatem suam, illà m[illegible]itum statione firmatâ, Bergomum adiit: fecitq́, se Longobardorum regem, à Zuthone, Pathone & Pharone, fugæ comitibus, declarari. Quæ cum essent Arithperto nuntiata: motis solenni apparatu ex Papiâ signi[illegible] duxit in Laudam: eâq́; ad primam op[illegible]ignationis ostensionem capta, sine [illegible] Bergomen[illegible] est ingressus. Et quia novum regem Ro[illegible]arin audisset magnos fecisse apparatus, magnasque co[illegible] co[illegible]is[illegible] [illegible]en[illegible]am & accuratè conscendit in montes. Prius[illegible] Bergomi mœnia est [illegible]; quàm quicquam armatus Rot[illegible]ris sit immissus. Obsedit itaque Arithpertus Bergomum; & arietes aliasq; admovit machinas, oppugnationibus [illegible] adhiberi. nullo autem ex Longobardis eo in civil[illegible] be[illegible]o fa[illegible]is resistente, brevi Arithpertus urbe munitissimâ est potitus: & captum in eâ Rotharim, detonsum, [illegible] (quod erat maximum in Lõgobardis opprobrium), post paucos dies, jussit simul cum Luithperto puero jugulari. Exinde Arithpertus rex duxit in insulam Comacinam. quod cùm rescisset futurum Asprandus: per [illegible] Clavennæ confu[illegible] it ad Bavaros. Et Arithpertus, oppido insulæ Comacinæ vi expugnato, illud dirutum solo æquavit. *Blondus.*†

Apud Fr[illegible]os etiam mota [illegible] bella: in quibus primùm enitere cœpit nomen familiæ i[illegible]us Carolorum, quos posteriora secula gloriosos Francorum Principes habuerunt. Erant Austra[illegible]orum Reguli, fratres duo, Martinus & Pi[illegible]nus. cui postea Brevi fuit cognomentum: & Ebroinus quidem, Theodoricum Francoru[illegible] regem, illiusque regnum, pro libito gubernabat. In[illegible] [illegible] in Austrasios insolentia usus, Theodoricum regem [illegible] exercitumq; paratissimum, in illos duxit. Tunc Reguli, accitis tumultuariè cohortibus occurrentibus, co[illegible]serto ad vicum Lucofodum prælio, fracti fugatique fuerunt. Martinusque, cùm aliquamdiu latuisset; fide publicâ ab Ebroino evocatus, fraude periit. Nec multò pòst, Ebroino pariter ab Ermenfrido, cui insidias tetenderat, per fraudem occiso; Pipinus, [illegible]us [illegible] [illegible] Fran[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Fr[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]†

Pipin[illegible], a Theodorico bello [illegible] [illegible] lectâ Francorum ex[illegible] [illegible], regem vi[illegible]: a[illegible] [illegible] do[illegible] per totam Franciam constituitur. *Trithemius. Aimo[illegible] [illegible]. Annonius.*

Pipinus Rabadū Frisiorum ducē vicit: & W[illegible]brodū ei genti episco[illegible] dedit. *Sige[illegible]* anno Do[illegible] [illegible]94.

R[illegible] Pontifex Sergi[illegible] Ravennat[illegible] [illegible] dio se[illegible] [illegible] Zachariam protospatharium, à [illegible]no iss[illegible] [illegible]tatu. *Paulus Diaconus.*†

[illegible] Anglorum [illegible], extrem[illegible] R[illegible] [illegible] Ang[illegible] [illegible] Wiered filiu[illegible] Egberti R[illegible] religione & ind[illegible] instructus, ge[illegible] [illegible] lorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. *Sigebertus in Chronico, & Beda.*†

In Hisp[illegible] Eringi[illegible] [illegible] [illegible], Bam[illegible] re[illegible] [illegible], & principatu[illegible] [illegible]. *Johannes [illegible].*

[illegible] Justinianus [illegible], Patriarcham & [illegible] Constantinopolitano [illegible] Leonti per [illegible] nis, [illegible] & [illegible] [illegible] annos 10. [illegible]perâsset. *Paulus Diaconus.*† Anno Do[illegible] 696 *iuxta Sigebertum.* Atque ita in hoc Her[illegible] [illegible] detectis. cui [illegible] contigit, [illegible] stirpis suæ sextum legere Augustum. *Pompo[illegible]ius Lætus.*

SUB LEONTIO.

SEnalidus anno 2. Leontii in Romaniam irruit, & mul[illegible] [illegible] & abduxit. [illegible] Sergius Patricius, seditione concitata, Lazicam Arabibus tradidit.

Anno sequenti, Arabes Afri[illegible] occupant. sed per Johannem Patricium, a Leontio c[illegible] exercitu e[illegible] missum, repelluntur. Hi verò auctis copiis reversi, Johannem rursus invadunt. Cùm autem is ad Imperator[illegible] [illegible]abit [illegible]opias majores accepturus: exercitus a Leontio defic[illegible] & [illegible]rum Imperatorem designat. qui Leontium [illegible] Constantinopoli per proditionem occupatâ, naso pri[illegible] [illegible] in monasterium concludit. *Paulus Diaconus,*† *Blondus,* * *Ivo in Chronico, Zonaras.*†

CENTURIÆ SEPTIMÆ FINIS.

LOCORVM S. SCRIPTVRAE, QVI IN SEPTIMA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ *Centuriâ explicantur*, INDEX.

GENES. 1. Fiat lux 39 f
2 Formavit igitur Deus hominem de limo 32 c
22 In semine tuo benedicentur omnes gentes 144 f
41 Qui tamen dominante Joseph dominati sunt 33 b
49 Lavabit in vino stolam suam 145 a
¶EXOD. 23. Ecce mitto angelum meum qui præcedat te 144 f
¶PSAL. 2 Filius meus es tu, ego hodie genui te 35 b
16 Caro mea requiescet in spe 145 g
22 De ventre matris meæ 29 g Foderunt manus meas & pedes meos 145 f Reminiscentur, & convertentur ad Dominum 48 f
28 Afferte Domino gloriam & honorem 154 d
33 Dixit, & facta sunt 32 c
45 Eructavit cor meum verbum bonum 35 b
69 Dederunt in escam meam 32 b
91 Super aspidem & basiliscum ambulabis 25 e
110 Ex utero ante luciferum genui te 144 g
124 Cœlum cœli Domino 35 h Omnia quæcunque voluit Dominus in cœlo & terra, fecit 228 d
118 Confige clavis timoris tui carnes meas 145 g
¶PROVERB. 8. Prior omnium creatura est sapientia 39 f
¶CANT. 5. Manus meæ distillaverdt myrrham 145 g
¶ESA. 8 Gentium populus qui sedebat in tenebris 46 f. Parvulus est enim Christus, qui homo natus est nobis, non sibi 36 g. Principatus ejus super humerum ejus ibid.
13 Ecce ego suscitabo super eos Medos 33 a. Et disperdam omnem terram 32 b
19 Et concurrere faciam Ægyptum adversus Ægyptum 33 b
34 Inebriatus est gladius meus in cœlo 161 c
45 Congregamini, & venite 46 f
50 Non sum contumax, neque contradico, corpus meum, &c. 146 b
53 Homo in plaga existens 145 h
58 Frange esurienti panem 71 e
61 Induit me vestimento salutari 30 f
¶HIER. 11. Venite, mittamus lignum in panem ejus 145 f
¶EZECH. 3. Si non annunciaverit iniquo iniquitatem suam 47 e
18 Filius non portabit patris iniquitatem 139 d
33 Terra super quam induxero gladium 186 h
¶ZACH. 12. Videbunt in quem confixerunt 146 b
¶MATTH. 5. Quia sit sermo vester, est est, non non 202 d
6 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie 151 b
8 Si vis, potes me mundare 168 e. Volo, mundus esto 228 d
10 Nolite timere eos qui occidunt corpus 147 e. & 187 d
11 Nemo potest cognoscere patrē nisi filius 228 d
14 Cum per Galilæam transiret, noluit ut quisquam cognosceret 228 e
16 Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam 46 d. Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominis 166 f
18 Si dimiseritis hominibus peccata eorum 31 d
26 Tristis est anima mea usque ad mortem 145 b. & 147 g. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti 154 b Spiritus promptus est, caro autem imbecillis 228 d. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis 168 f. & 228 d. Juda, osculo filium hominis tradis? 146 d
¶MARCI 7 Ingressus in domum, noluit aliquem scire, & non potuit latêre 228 e
¶LUCAE 2. Erat subditus parentibus suis ibid d
18 Ecce ascendimus Hierosolymam 146 e
22 Animam meam pro te ponam 168 e
¶JOHAN. 1. Omnia per ipsum facta sunt 145 b. Verbum caro factum est 147 a. Deum nemo vidit unquam 34 a
2 Solvite templum hoc 146 d
4 Non veni facere voluntatem meam 145 b
5 Omnia quæ Pater habet, mea sunt 168 e. Sicut pater suscitat mortuos 228 d. Non quæro voluntatem meam 228 d
6 Descendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam ibid.
7 Qui sitit, veniet & bibat 47 e
10 Potestatem habeo ponendi animam meam 148 d. Omnia quæ Pater habet, mea sunt 168 e. Ego & pater unum sumus 145 b. & 146 h
13 Tristis est anima mea 147 g
14 Ego sum via, veritas & vita 145 b
15 Pater major me est ibid.
¶ACTOR. 4 Nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus 30 h
9 Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere 135 b. Pecunia tua tecum sit in perditionem 209 f
¶ROM. 5. Si enim cùm inimici essemus 147 b
8 Qui autem Spiritum Christi non habet 38 d
12 Mihi vindictam, & ego retribuam 186 b
¶1. COR. 10. Nolo vos ignorare fratres 152 d. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? 34 f
¶2. COR. 8 Cùm esset dives, pauper factus est 145 d
13 An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus 146 e
¶EPHES. 5. Implemini Spiritu sancto 152 g
¶PHIL. 2. Qui cùm in forma Dei esset 147 c. Christus esui in forma Dei 148 g. & 168 b. Factus obediens usque ad mortem 146 d
¶COL. 1. Primogenitus omnis creaturæ 145 c. Ipse est caput corporis Ecclesiæ ibid.
¶1. TIM. 2. Obsecro ergo primò omnium fieri obsecrationes 154 b
3 Oportet episcopum irreprehensibilem esse 135 d
4 Quia in novissimis temporibus recedēt quidam à fide 186 d
6 Qui solus habet immortalitatem 35 f
¶2. TIMOTH. 2. Novit Dominus qui sunt ejus 186 d
¶HEBR. 11 Ut curas administrent mundi 40 e
12 Flagellat Deus omnem filium quem recipit 47 g
¶1. PETRI 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo 146 f
¶APOC. 6. Et erat illi nomen mors 40 b

RERVM ET VERBORVM IN SEPTIMA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ CENTVRIA *memorabilium*, INDEX.

A

AAron à Mose unctus 52 g
Aaronis typus 142 f
Abasgi populi quomodo conversi 9 h
abbati subjecti monachi 90 a
abbates ad patrias munus non admissi 71 b
abbatibus convivia nuptialia prohibita 83 d
abbates consecrare penes quos 116 h
abbatissæ officium 90 d
Abdalla Mahometi pater 360 b
Abel occisi historia in fabulam versa à Mahometo 362 d
Abgari ad Jesum epistola apocrypha 57 b
Abiaanb Chore F. 34 b
Abientius Elborensis episcopus 282 h
Abrahum legatus Dei secundum Mahometum 333 e
de Abrahamo nugæ Mahometi 334 d
Abralio abbas erucis 301 e
Absimarus Imperium adeptus 23 b & 368 e
sub Absimaro martyres 309 b. synodi 251 e
absolutionis ritus in excommunicatis 74 f
abstinentia 271 b
Abundantius Templanus episc. 204 f
Accitanus episcopus 78
accusantia injuste pœna 94 h
Acephali clerici qui 101 e
Acephalorum hæresis 50 f. hypothesis, ibid ubi damnata 114 e
Achatæ episcopi 238 e
Acharius Virmandorum episc. 276 g
acoluthi 100 g
acoluthus baptisare non permissum 71 g
Acroniani lacus accolæ 12 b
Acta Apostolorum a Luca conscripta 55 a
acta synodorum à pontificibus aliis communicata 125 d
Adavaldus Agilulfi F. 276 a. ubi baptizatus 72 a
Adam legatus Dei secundum Mahometum 333 e
Adami vestitus secundū Mahometum 343 c. voluntas ante lapsum 233 g
de Adamo, Mahometi deliria 342 f
Adamāni Columbi monachi jejunium 81 e. vita 381 a
Adananus Kiliani discipulus 283 f
Adanensis episcopus 3 b
Adda presbyter 11 d
Addæ Merciorum episcopi vita 294 a
Addi comitis filius à mortuo resuscitatus 108 b
Addo presbyter 140 f
Adelberga monialis 299 h
Adelberti mirabilis historia 74 e
Adelhelmus 28 g. de Apocalypsi Johannis 92 h. de diaboli casu 40 e. de ecclesia 46 d. de homine 40 g de justificatione 41 d. de operibus 43 e. de oratione, ib. f. de peccato originis 41 f de studiis Vestalium 89 h. de Trinitate 34 a. de Virginitate 480
Theodori & Paschalis contentio de Pontificatu 134 b
Theodorus Rosellanus 171 e
Theodori Scribonis vita 254 h
Theodori synodi confessio 31 f
Theodorus Sebastianus episc 254 a
Theodorus Siblensis episc. ibid. c
Theodorus Sinensis episc ibid a
Theodorus Staurenopolitanus episcopus 258 d
Theodorus Tarsensis 253 b
Theodorus Thermarum episcop 258 f
Theodorus Thermenus episc 254 d
Theodorus Thremethuntis episcopus 255 g
Theodorus Tropejanus episc. 204 f
Theodorus Tyndaritanus 171 e
Theodorus Vercellensis episc. 206 a
Theodorus Versonensis episcop. 254 a
Theodosius Contronensis 171 d
Theodosius Syracusanus episc. 205 b
Theodosius hæreticus 62 g. & 182 c
Theodosiani hæretici 131 b
Theodosiani Severitæ hæretici, & eorum hypotheses 58 f & g
Theodosianorum defensor Philoponus 307 e
Theodosiana ecclesia 3 f
Theodoriana editio 45 e
Theodorus in æneo bove combustus 25 f
Theodulphus Malacitanæ ecclesiæ antistes 141 e. & 149 b
Theodulphus presbyter 140 f
Theudiedus regno Hispaniæ pulsus 374 b
Theognius Chiensis episc. 255 g
Theopaschitæ hæretici 60 a. eorum hypotheses 61 e
Theopempus Justinopolitanus episcopus 254 f
Theoperus Francorum rex 310 g
Theophanes presbyter & abbas 233 e
Theophaniæ festivitas a quo instituta 98 b
Theophanius abbas Siculus Antiochiæ episcopus factus 252 b
Theophanius Bajarum episc. 258 f.
Thurinus episcop. 204 e
Theophili Alexandrini opera 55 g
Theophylactus Cæsaruntinus episcopus 254 d
Theranis ecclesia 4 f
Theranus episcopus 5 b
Therensis episcopus 3 d
Thermena ecclesia ibid b
Thermis ecclesia 4 b
thesauri ecclesiastici 109 a
Thetaurorum liber apocryphus 56 b
Thessalonicensis archiepiscopus 213 d. episcopus 5 b
Thessalonicæ quæ monasteria condiderit 87 b
Theudelindæ largitio ad bona ecclesiastica 109 a
Theana ecclesia 3 b
Thiensis episcopus ibid. e
Thius Longinus episc. 254 f
Thobiæ liber 55 a
Tholegiense monasterium 6 f. quando fundatum 13 g. quo fine conditum 89 e
Tholmanus Chiliani discipulus 104 g. & 285 f. cum præceptore interfectus 128 d
Tholmanus confessos trucidatus 24 f
Thomacus Lunensis 171 d
Thomaitis domus 256 c
Thomaricus Apameæ episcopus 253 f
Thomæ actus, liber improbatus 56 g
Thomas Antiochenus episc. 253 b
Thomæ Constantinopolitani episcopi vita 256 c
Thomas diaconus & sacellarius 100 h
Thomæ Evangelium apocryphum 56 g
Thomas exconsul 224 g
Thomas hæreticus 308 d
Thomas Girvianus episc. 286 a
Thomas Hierosolymitanus 120 a. & 251 e. jejunium triduanum observat 81 f
Thomæ revelatio, liber apocryphus 56 b
Thomæ Ticinensis diaconi vita 269 b
Thracia ab Hunnis vastata 365 g. a Saracenis 571 a
Thraciæ episc. 5 b. & 358 d
Thremetuntina ecclesia 4 f
Thrumbrechti vita 292 d
Thurinus episc. 5 f
Thusciæ episc. ibid.
thymiamaterium aureum quis missæ addiderit 96 e
Tibaburgi Anglorum orientalium urbs 295 a
Tiburtinus episc. 5 e
Ticini altaria 68 e. templa 66 c
Ticinensis episc. 5 e. & 268 h
Tition Citii episc. 255 g
Timbriensis episc. 5 c
Timotheus Ælurus hæreticus 182 c
Timotheus cur circumcisus 289 e
Tinnensis episcopus 5 b
tintinnabula a quo inventa 69 e
Titillus notarius 190 b
Tonitrui signum in cœlo 311 b
Toila Gerundensis episc. 282 g
Toletum quando archiepiscopalis dignitas translata 123 a. & 197 g
Toletanus archiepiscopus 115 f
Toletani & Hispalensis episcop. lis de archiepiscopatu 135 e
Toletani episcopi 282 b
Toletanum concilium de duabus naturis in Christo 37 e. Arianismum damnat 38 c
Toletanæ quartæ synodi historia 150 a
Toletanum quartum concilium de oratione 44 c. de traditionibus 48 b. de libero arbitrio 51 b. Symbolum 20 a
Toletana quinta synodus quando collecta, & ejus canones 162 h & inde
Toletana synodus sexta quando collecta, & ejus canones 192 g & 191 b. confessio 29 d. de ecclesia alterius vitæ 42 h. de extremo judicio 50 b. de justificatione 42 c. de oratione pro rege 43 g
Toletana septima synodus quando habita, & ejus canones 197 f. de magistratu 49 e
Toletana VIII synodus quando collecta, & ejus acta 208 g. de Deo 39 a. de Ecclesia 46 e. de magistratu 49 d. de oratione 43 f. de votis 48 c
Toletana nona synodus & ejus capitula 214 a. sententia de gratiarum actione 44 d
Toletana decima synodus quando collecta 216 g. de oratione 44 a
Toletana XI. synodus 217 b. de Antichristo 48 b de unico baptismo 45 d. de dilectione 45 d. de justificatione 42 e
Toletana XII. synodus & ejus acta 248 b. sententia de divortio 49 b. de peccato originis 41 e
Toletana XIII. synodus 250 h
Toletanæ synodi novem p a. sub Egita 6 h
Tolganes Visigotthorum rex tonsuram clericatus accepit 79 h
Toletani episc. 277 d
Tonnanus Scotus episc. 298 c
tonsuræ usus in ordinando 79 f
tonsuram quando receperint Britanni 183 f. & 311 f
de Tonsura canon Toletani 4. concilii 157 d
tonsuræ 15 d. ubi præceptæ 101 d
Torcellani episc. 258 g
Torcellanæ sedis initium 18 a
Torcellenses ecclesiæ 13 b
Tornacense monasterium 6 f
Tornani in Francia orientali res gestæ 283 g
Traditiones humanæ 48 b
de Traditionibus humanis errores patrum 53 c
Trajectensis ecclesia 3 b
Trajectenses doctores 270 d
Transpadana regio a Francis afflicta 370 b
Trebellii F gentilis factus 326 g
Trebellius primus Bulgarorū rex monachus factus 88 a
Trecallinæ ecclesia 5 g. & 6 b
Trechenta fluvius 72 d
Treverensis ecclesia 6 a
Treverense monasterium 2 f
Treverenses episcopi 272 b. eremitæ 92 g
Treverensium seditio 104 e
Tridentini episc. 275 g
triduanum jejunium 80 g. à quibus maxime observatum 81 f
Trimethontis Cypri archiepiscopus 115 d
trinitatis assertio 34 f
trinitatis nomine 218 b
trinitatis nomine cultu usi imperatores 21 a
trinitatis unitas substantiæ quanta 29 e
trinitatem a Judæis blasphemari 325 f
de Trinitate Priscillianistarum hypothesis 64 b
Triochæ ecclesiæ 5 a
Tripolius Uctanus 170 a
Tritheitæ hæretici 59 a
Tritheitarum dux Philoponus 307 c
Troanus quæ monasteria fundaverit 87 c
Tropejanus episc. 5 f
tropologice quomodo lex scienda 32 d
Trovultioga civitas 72 d
Trudo monachus Hesbaniensis 303 c
Trudo quod monasterium condiderit 80 g
Trudonis Metensis ritus orandi 77 g
Trullum Secretarium 224 f
Trumpheri Merciorum episcopi vita 294 a
Trumvini episcopi vita 292 d
Tuccitana ecclesia 7 b
Tuccitanus episc. 6 b
Tuconia locus 302 f
Tudæ Lindisfarnensis episc. vita 290 d
Tudensis ecclesia 7 b
Tudertinus episc. 5 f
Tunnæ presbyteri missæ pro fratre 96 h
Tunnacestre monasterium 87 b
Tunnacestir monasterium 96 h
tunica Christi inconsutilis ubi inventa a l. Hierosolymam translata 81 f. & 120 a
Turonensis episc. 6 c
Turritana ecclesia Romano pontifici subjecta 122 f ejus episcopus 131 h
Tusculanensis episc. 5 e
Tyana Cappadociæ metropolis 112 a
Tyanensis ecclesia 3 b
Tyberiadis ecclesia 2 e
Tyberiadis Judæi 325 a
Tyberis Romæ inundatio 313 c
Tyberius Amasonis episc. 254 e. Laodiceæ episc ibid d
Tyberius Constantinus imperatoris frater 370 g
sub Tyberio martyres 310 b quæ synodus coacta 251 b
Tyrallonensis ecclesia 7 c
Tyrigetæ 9 b

V

VAanus cubicularius 183 c
vaccæ simile 47 b
Vadila Vitensis episcop. 283 a
vagi non ordinandi 113 a
Valderedus Laodiceæ abbas 301 e
Valdhertus Londoniæ episcop. visitat ægrotos 83 e
Valentiæ ecclesia 6 c
Valentinensis episc. ibid. b
Valentiniani patricii seditio oppressa 369 g
Valentiniani templum in via Flaminia 94 f
Valentiniamus Visicensis 169 h
Valeorinus episcop 7 a. Aquensis 205 f
Valentini festivitas à quo instituta 98 h
Valerianus Rosanus episc. 206 d
Valerianus Rosellensis episcopus, ibid.
Valeriensis episc. 7 a
Valerius Tiburticensis 169 g
Valvensis episcopus 5 e
Vandalini duo eremitæ 92 g
Vandregisili dies solennis 82 h
Vapincensis episcopus 6 c
Varniscus populus 299 g
Vanopagum monasterium quis condiderit 87 c
vasa aurea ecclesiastica 109 a
vasa quæ ad Cœnæ usum consecrata 73 g
Vascones Franciæ subjecti 366 d. a Gandemaio dicti 368 c
Vasconum irruptiones in regnum Aquitaniæ 18 g
Vasconum legati ubi servati 93 a. re bellio 371 e
Valionis episcopus 6 c
Vastat civitas Ægypti ex inferno orta secundum Mahometum 351 g
Vaticana ecclesia Romæ 94 d
Vecta insula 8 c. & 129 e. pagana 127 c. quomodo conversa 10 b ejus afflictio per Cædwaldam Gevissorū tyrannum 22 f
Vectarii ducis Forojulianorum victoria miraculosa 311 h
vectigalia ecclesiis donata 109 b
Vedasti reliquiæ 314 f
Velentanus episc. 5 f
Veliternus episc. 121 g
Veliternensis episc. 5 d
velo funera non involvenda 84 b
Venantius pater Johannis 4 pontificis 263 a
Venantii templum Romæ 94 e
veneditionum ritus apud Mahometanistas 356 b
Venedi ad fidem coacti 8 h
Venetia Longobardis afflicti 18 a
Veneticorum prælia 365 e
Venetis D Marci cathedra missa 132 d
Venetiæ provinciæ ab Hunnis vastatæ 366 e
Venetiarum fines diluvio vastati 313 b
Venetiarum o[illegible] 239 a
Venetiis quæ templa fuerint 66 e
de Veneris aug.æ Mahometi 345 a
Venetiensis episc. 6 b
per Ventos jurare licitum Mahometanis 355 d
de Ventis, Mahometi sententia 339 g
Venus 100 a. ab Arabibus culta 328 a
Veneris cultus à Mahometo approbatus 326 f
Veneris culturæ descriptio 328 g
Veneris dies Saracenis sacer 355 g
verbi auditi præmia 47 d
verbo colligi ecclesiam 46 d
Vercellensis episc. 5 e
Vergiliarum ortus 312 b
Veritanus episc. 4 a
Veronensis urbis muri diluvio obruti 313 b
versus à Mahometo recitari soliti 381 g
Vesca abbatissa 292 g
vespertinum officium 69 e
Vesta 329 c
Vestales vocatæ in Anglia 83 e
vestimentorum qualium usus in Cœna licitus 76 g
vestis holoserica missæ addita 96 e
vestes pretiosæ ecclesiis donatæ 109 b
Vesuvii incendium prodigiosum 312 [illegible]
Veradum monasterium 88 [illegible]
vexillum Dominicæ crucis à Persis ablatum 16 e
Viator Hortonensis 371 b
Viator Megalonensis episcop. 136 h
Vibonensis episc. 5 d
Victimer Aurensis episcopus 197 b
Victor Balnensis 169 h
Victor Bononiensis episcopus 207 c
Victor Carthaginensis episc. 393 d
Victor diaconus 247 c

Victor

Victor Membressitanæ ecclesiæ episcopus 160 g
Victor Municipirogiæ episc. 161 d
Victor Wormaciensis episc. 283 h
Victoricanus Uzalensis 171 f
Victoricus martyr 14 h. & 327 a
Victorinus Auleritanus 170 a
Victorini opuscula apocrypha 57 b
Victorinus Temmunensis episc. 166 f
victum quærendi ratio ab episc. tradita 107 a
Videntinus Turritanus 171 f
viduæ religiosæ qualis habitus præscriptus 91 a
viduarum duo genera, & de iis canon Toletani quarti concilii 158 f
viduarum mariti 80 b. ad ecclesiastica munia non admissi 142 a. non ordinandi Levitæ 100 a
viduarum vestis 217 a
viduis subvenire cujus opus 110 a
Viennensis episcopus 6 b & 272 a
vigilia quando expedienda 139 b
vigilia Paschatis quando celebranda 69 c
vigiliæ in translatione reliquiarū 86 c
Vigilius Antissiodorensis episcop quæ templa extruxerit 66 d
Vigilii Antissiodorensis corpus translatum miraculose 86 d. ecclesia extructa 106 d. vita 275 b
Vigilius presbyter 140 c
Vigilii epistola ad Menam 110 g
de Vigilio papa Romano disceptatio 227 b
Viltradis episc. exul 40 b. quæ gesserit apud Saxones 14 a
villæ ecclesiis donatæ 109 b
villici cujusdam immanitas 24 e
villicorū pœna ob cæsos Eualdos 28 e
Villulæ monasterium 249 g
S. Vincentius invocatus 52 b
Vincentii templum Cabellinæ 66 e
Vincentius Cæsaraugustanus Arianus 58 c. ejus vita 280 c
Vincentii Belvacensis episc. vita 278 g
Vincentius Liviensis episc. 207 c
Vincentius Tuccitanus episc. 282 h
Vincianæ monialis vita 303 e
vinctorum ad translationem Vigilii accursus 86 d
Vindeliciæ ecclesiæ 7 d
de Vindicta, Mahometi hypothesis 347 b
Vinfridi Merciorum episc. vita 294 d
Vini Gevissorum episcopi vita 295 h
Vinobaudis abbas 140 d
Vinobaudis presbyter 141 a
Vintacestre 295 b
Vintoniæ templum 67 b
vini cum aqua usus in Cœna Domini 76 d
vini penuria sub Phoca 310 e
vinum bibere peccatum Mahometo 343 e
vinum bibere cur prohibeat Mahometus 341 c. & 356 a
à Vino abstinere soliti jejunantes 81 c
Virdynenses episc. 276 g
virgines quæ beatæ 297 d
virginum chori in aëre canentium auditi 96 g
virginum cœnobia pro scholis fuisse 111 f
virginum custodia diligens habenda 91 h. & monachorum cohabitationes 90 e
virginum monasterium in Noviomo 83 e
virginum monasteria à monachis gubernanda 143 f
virginum Vestalium commendatio à studiis factis 80 b
virginibus publicum in Ecclesia officium non permissum ibid. f
virginibus subvenire cujus opus 110 a
virginitas quæ vera 275 e
virginitatis laus 48 e
virginitatis & conjugii collatio 49 b
virilia sibi amputantes ad ministerium non admissi 80 a
Viromandense monasterium a f
virorum laudatorum memoriæ observatæ 82 h
Visiensis ecclesia 7 b
visionum superstitio 106 a
visionibus commendata monastica vita 321 g
visitandi ecclesias officium quorum 143 a
vita æterna 50 f
vitæ patrum 96 b
Vitalianus papa 15 d. quot ordinaverit 98 d
Vitaliani papæ decretum de Latino sermone in sacris 70 b. ordinatio ab Imperatore confirmata 125 c. vita 264 g
Vitaliani tempore quæ tria miracula facta 86 e
Vitalianus Tusculanensis episc. 206 d
Vitalianus Volaterranus episc. ibid. e
Vitalis Faventinus episcopus 207 c
Vitalis monachi exequiæ 84 a. missæ 77 d
Vitalis Saltzburgensis episcopi vita 281 c
Vitalis Tirinensis episc. 169 g
Vitalis Zarnensis ibid.
Vitberechi presbyteri vita 297 f
Vitericus Westgotthorum rex à Romanis victus 366 d
vitia curare cujus opus 108 g
Vitreæ Hispaniæ regis lex de concubinis sacerdotum 99 h
Vitiza Gotthorum rex apostata 24 e
Vitula alba insula 290 c
Vituli marini insula Wilfrido donata 14 a. & 87 f. & 129 e
Vitus Sylvæ Candidæ episc. 204 g
pro Vivis & mortuis missa celebrata 96 g
Vizacinum concilium 164 f
Ulfranius præsul Senonensis 9 g. ejus vita 277 d
Ulfredus Evildach Merciorum regis patruus 73 a
Ulid Arabum regis tyrannis in Christianos 23 h
Unacharius episc. 140 d
unctionis assertio 52 g
unctiones 15 d. quando Britannis obtrusæ 123 f
Unibal Ilicitanus episc. 282 g
universales papæ quando Romani episcopi dici cœperint 121 f
Vocationis & ordinationis ritus 78 g
vocationes honestæ approbatæ 93 g
Vogesus mons 13 e
Volaterranus episc. 5 e
Volfi eremita 92 g
Volfricus eremita ibid.
volumus & jubemus, verba quid notent 134 g
voluntates in Christo duæ 30 e
Vorgrelius Glasconiæ abbas 302 e
Volagi castrum quo cœnobio clarum 88 c
Vosontiensis episc. 6 b
votum ubi faciendum 138 g
voti fuco matrimonia soluta 106 g
vota an servanda 48 c
Uranopolitana ecclesia 3 b. & f
Urcitanus episc. 7 a
Ursinianus Paduanus episcopus 206 f
Ursinus Cenetensis episc. ibid. e
Uscolonensis ecclesia 6 d
usura a Mahometo damnata 357 f
Uta in Italiam relegata 28 d
Utæ Theodonis filiæ compressæ malitia 24 g
Uitæ presbyteri vita 296 d
Uvæ expressæ pro vino usurpatæ in cœna 97 e
Walaricus eremita 92 g
Walaricus iniuriam quomodo ultus 26 f
Walarici jejunium 81 e
Walbertus Meldensis episcopus 274 e
Walberti abbatis vita 300 d
Walerici studia puerilia 121 a
Wamba rex 117 g
Wambanus rex 304 c. & 127 e
Wambus Hispaniæ rex se regno abdicat 128 e
Wandragisilus per gradus promotus 80 c
Wandregisili abbatis vita 300 f. jejunium 81 e. promotiones 101 c
Wandregisili morituri historia 92 c
Wataco Seneschalcus 275 e
Watmacharii hæretici vita 308 f
Waslare monasterium 6 e. & 13 b
Waslaris cœnobii fundator 162 e
Weissenburgense monasterium a quo conditum 86 f. & 127 h. quando 12 f
S. Wendelinus 6 f
Wendelini eremitæ vita 305 d
Wenefridæ virginis martyrium 90 f
Westmonasterium à quo conditum 86 g
Westphali quando conversi 9 f
Westphalorum ecclesiæ 7 g
Wicred Anglos ab externa vi liberat 374 b
Widericus Segontiensis episc. 282 b
Widggerus monachus 13 g
Wighardus presbyter cur Romam missus 125 a
Wighardi officium 116 f
Wigardus presbyter 286 b
Wilfridus abbas 116 h. in synodo Britannica 190 c. quæ dona acceperit ab Ediluah 129 e
Wilfridus docet paganos Anglos 102 e. piscandi peritus 107 a
Wilfridus Eboracensis episcopus 205 d. quarum ecclesiarū inspector 112 e
Wilfridus episcopatu dejectus 128 c
Wilfridi Eboracēsis subscriptio 200 a. ad pontificem appellantis absolutio 123 b
Wilfridi Landisfarnensis episco. vita 290 c
Wilfridi monasterium & discipuli 104 g
Wilfridi innocens vita 105 c. ordinatio 116 g
Wilfridus Kiliani discipulus 283 f
Wilfridus Nordanhumbrorū episcopus 189 c
Wilhelmus archiepiscopus Eboracensis
Wilibrodus Angliæ episc. 9 g
Wilibrodus Frisonum episc. ordinatus 122 h. & 125 g. & 374 a. ejus vita 297 g
S. Willibrodi cœnobium 6 f. ubi & à quo fundatum 13 g
Windi à Dagoberto victi 369 b
Winfridus Merciorum provinciæ episcopus 189 d
Wini episcopus 16 g
Winfredus episco. ob inobedientiam depositus ibid. f
Winnoci abbatis vita 303 a
Wintoniensis episc. 5 a
Wirtzburgenses episc. 283 a
Wissenburgensis ecclesia 6 d
Wissenburgense monasterium Spiræ quando conditum 6 c. quo edicto fundatum 12 e
Withardi Angli presbyteri vita 296 c
Wimbl pagus 88 c
Vulcania olla 313 a
Vulcanus Jovis assessor 329 c
Vulfradus major domus quod monasterium erexerit 86 h
Vulfranni dies solennis 82 h
Vulfranni mortem quæ secuta 85 f
Vulmari abbatis vita 300 f
Vulturnia a Longobardis capta 365 b
Wolfius eremita 305 c
Wolfrichus eremita ibid.
Wormaciæ ecclesia 7 f
Wormacienses episcopi 283 h
Uxores ministris concessæ 242 a
uxorum cōsuetudine sacerdotibus interdictum 210 b
uxores ducere quot velit, Mahometo concessum 331 b
uxoratis ad ministerium non admissi 80 a

X

XEnodochiorū ædificationes à magistratibus adjutæ 127 g

Z

ZAcha fluvius infernalis secundum Mahometum 351 c
Zachariæ templum Venetiis 66 f
de Zacharia Baptistæ patre nugæ Mahometi 348 b
Zacharias Hierosolymæ episcopus captus à Persis 367 a. abductus 16 c. ejus historia 291 e
Zacharias de passione Christi 146 b
Zacharias Leontopoleos episcopus 254 d
Zacharias propheta 54 b
Zacharias Protospatharius 247 g & 374 a
Zanzalus hæreticus 306 a
Zaphar locus 81 f
Zechius Sclavorum dux 369 b
Zelachil fons Mahometo 352 a
Zenclna gens Indiæ idololatrica 326 f. ejus sacra 325 g
Zenonis diaconi Ticinensis interitus 107 b. vita 269 b
Zenonis edictum de Christo 131 c
Zeuxippus lavacri publici locus 240 a
Zohor mons 340 a
Zoïmus Chrysolitanus episcop. 231 a
Zothon dux Longobardorum 372 g
Zaid Mahometi socius 360 h
Zyusarchus Sydoniorum episcopus 254 b

FINIS INDICIS CENTURIÆ SEPTIMÆ.

HISTORIAE ECCLESIASTICAE Centuria VIII.

PRÆFATIO.

MULTÆ sunt causæ, propter quas politicarum rerum historiæ avidius expetuntur, & libentiùs leguntur; quàm ea, quæ sunt in Ecclesia Dei gesta: verùm tres videntur esse potissimæ. Primùm, quod ipsa hominum natura tam est depravata, & à rebus sacris abalienata: ut eas naturali quodam fastidio abhorreat; mundanas verò impensè amet, ac maximi faciat. Deinde, quòd illæ gubernationes amplissimarum Rerumpublicarum, periodicæ mutationes Regnorum, collisiones fortissimorũ exercituum, & similia, magis in hominum oculos incurrunt, eosq; explent; quàm Ecclesiæ Dei cõservatio, ac mirifica gubernatio: quæ verbo, & quibusdã obsignationibus gratiæ, tantùm conspicua est; ac potissima ejus vis, in interiori homine regenerando ac sanctificando consistit; bellaque gerit, oris confessione, fide, & oratione, adversùs Diabolum, propriam carnis maliciam, & omnes hominum vanitates & idolomanias. Imò putatur vera Ecclesiæ Dei religio, commodis & tranquillitati Imperiorum obstare & nocere. Tertiò, multò suaviùs, elegantiùs, & ornatiùs, res illæ profanæ literis sunt mandatæ, quàm sacræ. Id quod accipi volumus de iis, (ne in calumnias incidamus) quæ post Biblicam ac divinam illam historiam descriptæ, posterisque relictæ sunt. Accedit & hoc incommodi, quod Monachi a cultioribus literis, & ab usu rerum alieni, horridè pleraque annotarunt, ac veluti rudera quædam passim dispersa reliquerunt: quæ primo statim intuitu nauseam adferunt.

Etsi autem verborum splendori & suavitati, in hac tanta rerum mole & curâ, vacare nobis non licet: tamen in istis disjectis ruderibus, Historiæ sacræ post Christum, summa fide colligendis, optimo ordine contignandis, & perspicuo sermone in conspectum & usum producendis, operam nostram, (uti speramus) & probavimus hactenus; & deinceps (si Deo visum fuerit) probabimus. Solent autem, non tam pictæ fucis quibusdam; quàm amplæ, firmæ, ad habitationem & usum hominum, singulari artificio comparatæ, & adornatæ ædes, expeti. Substantia enim commodæ habitationis, imò etiam ornatus maximâ ex parte, non tam aulæis, tabulis, cælatis columnis, & armis ex pariete suspensis, constat; quàm in robore, ordine, & munitione totius ædificii, sita est. Hæc prudenti spectatori longè majorem admirationem, & dulciorem voluptatem adferunt; quàm crusta parietis, variis coloribus ad visum oblectandum tincta. Non igitur dubitamus, ordinem, quem in opere Ecclesiasticæ historiæ hactenus (Deo benedicente) observavimus, invitare plurimos: ut res Ecclesiæ Dei libentiùs & studiosiùs cognoscant; partesque istius amplissimæ domûs, optimè dispositas, cum admiratione & jucundâ voluptate contemplentur.

Quod verò ad ipsam rerum considerationem attinet; extra omnem controversiam poni necesse est: nullas esse in orbe terrarum majores, nullas magis necessarias, nullas utiliores generi humano; quàm eas, quæ in Ecclesia Dei gestæ sunt. Hæc longiorem explicationem requirerent: si de Monarchâ istius regni, Domino nostro JESU CHRISTO; de Subditis, quos habet in universo Mundo; de Animarum gubernatione; de victoriis adversùs Diabolos & homines impios, aliisque gravissimis rebus, oratio instituenda esset. Verùm ista alibi explicantur uberiùs.

Excutienda igitur est illa naturæ corruptæ nausea, in rebus sacris, ante cognitionem earum, fastidiendis; ac potiùs assuefaciendi sunt animi omnium nostrûm: ut vero judicio, quæ potiora, quæque magis nobis, non modò ad istam momentaneam; sed æternam quoque vitam, salutaria sunt, expetamus & sequamur. Non autem hoc in loco, de toto corpore Historiæ Ecclesiasticæ disputationem, seu declarationem, adornamus: sed tantùm uno aut altero capite, ex præsenti octava Centuriâ prolato, strictim commonefaciemus; quam serias, graves, necessarias res, quę ad pietatem, & universam hominum vitam, plurimum emolument adferunt, ex ista sacrâ Historiâ cognoscere omnes possint.

Videmus, Antichristum Romanum, à Daniele, Christo, Paulo, & Johanne, prædictum in immensum propemodum hoc seculo crevisse; totamque Europam (ut de aliis terræ partibus nihil dicamus) miris artibus, atque stupenda audacia & potentia, sub suum jugum coegisse. Etsi enim, superioribus quoque seculis, Antichristus ille, quasi cuniculos quosdam agens, subindè magis magisq; ad suam illam, supra Ecclesias omnes, & Imperia omnia Mundi, eminentiam adspiravit: tamen vigilantiâ Doctorum, & Gubernatorum gravitate, in suas tenebras aliquo modo retrusus fuit: donec parricidiis, multisque aliis tetris facinoribus, infamis, vereque ipsius Diaboli mancipium, Phocas, monstrum illud horrendum & ingens, in cathedram illam pestilentiæ (excellentiæ supremæ in orbe terrarum, debebamus dicere) sublevaret. Verum postea caput suum altiùs extulit; suâque caudâ (ut Johannes eum pingit) ipsas cœli stellas tetigit, easque deturbare molitus est. Videmus igitur, in historia præsentis Seculi, quomodo Papa Romanus sibi, non tantùm jus in Ecclesias circa Romam, & in Italiâ passim sibi propinquas, usurpet; verùm etiam longè-dissitis Ecclesiis, veluti Cæsar, leges dictet: & Episcopos non aliter, atque Monarcha Prætores aut Præfectos diversarum Provinciarum, pro suo arbitrio, creet atque constituat; sibiq; non-idoneos expellat: jungat Ecclesias remotas, sub alicujus Præfecti ecclesiastici, hoc est, titulo-tenus Episcopi, dominio: alias verò disgreget. Videmus, quantâ animositate, loca imperiorum seu regnorū ecclesiasticorum, pro libidine transponat, modò hisce adimens; mox aliis attribuens, dominandi super alios principatum: quem Archiepiscopatum suo more nominat. Videmus, quanto fastu mandet politicis Dominis: ut suis istis Ecclesiæ dynastis, prædia, agros, sylvas, montes, pagos, oppida, cedant, possessionemque integram tradant. Quo verò jure? Non sanè alio; quam quia Papa Romanus id vult. est enim ei pro ratione voluntas. Deinde verò, quia fulmen excommunicationis vibrat in omnes, sibi morem non-gerentes.

Hanc ad rem habet suos Dromones egregios, peritissimos ejusmodi aucupiorum, audaces & temerarios: qui præmiis & honoribus illecti & irretiti, sedulam operam in omnibus nationibus & regnis navant; ut Romano Antichristo loca, facultates, & ipsos quoque homines, subjiciant atque mancipent. Talis fuit, Bonifacius ille, Germanorum apostolus dictus: qui in hoc unum summo studio, arte, ac vi, incubuit; ut universam Germaniam in potestatem Papæ Romani redigeret. Qui, licèt in nonnullis locis Ethnicam idololatriam abolevisse narretur; tamen religionem Christianam non seminavit puram & incorruptam. Nam cardinem istum universæ pietatis, de Justificatione gratuitâ per solam in CHRISTUM fidem, invertit atque elisit: omnibus persuadens, publicâ voce & institutione ceremoniarum; Homines suis operibus ac studiis vitam æternam adire, & consequi posse. Nævos itaque Antichristi, hoc est, articulorum fidei corruptelas, passim inculcavit. Etsi autem à quibusdam bonis & integris viris, officio docendi in Ecclesiâ rectè fungentibus, moneretur; ne jugum illud ceremoniarum Romanarum, quibus doctrinæ cœlestis obscuraretur, Ecclesiis Germaniæ injiceret; tamen eâ fuit insolentiâ inflatus iste pseudapostolus: ut non modò eos monitores omnes ex alto despiceret; verùm etiam apud tyrannum illum Romanum invidiosè deferret, tanquam hæreticos & turbatores Ecclesiæ Dei: ut qui corruptelas ejus ex verbo Dei arguerent.

Est & hoc prodigiosum; quia nullum Apostolum CHRISTI id fecisse, ullis in historiis legimus: quòd iste Dromo, non modò spiritualibus armis usus est, in propagandâ sua doctrinâ; sed conducto exercitu, (quam ad rem undique, dubio procul, magnas opes, nervos bellorum gerendorum, corrasit) in Thuringiam hastis, clypeis, ferro, impetum fecit: id quod absque cæde plurimorum abire non potuit. Hæc (inquimus) apostolus Romani Pontificis ausus est: quod neque CHRISTUS, neque ejus Discipuli moliti sunt unquam.

Etsi autem judicia Dei miranda, hac in parte, exhaurire non possumus: tamen res ipsa videtur loqui, Deum ultum esse impietatem & idololatriam Ethnicam; cui longo tempore istæ nationes fuerant deditæ. Jam igitur eo-ipso tempore, quo veritas Euangelii debebat eis prælucere, non datur ipsis, eo jubare incorruptè, plenè & integrè, frui: sed veluti nubes quædam opaca præstigiarum, & traditionum humanarum, interponitur. Interea tamen Biblica monumenta in hominum manus perveniunt: cognoscunt homines aliquid de passione CHRISTI, quâ peccata totius Mundi sunt expiata: & aliqui simpliciores, notitiâ & fide CHRISTI, salutem consequuntur. Præterea Baptismo, quo offertur, & credentibus confertur, spiritualis regeneratio, homines initiantur.

Videmus insuper Antichristum Romanum, hisce etiam in [illegible] quod summa audaciâ in politicum imperium irrumpit, sibique regna Mundi arrogat atque attribuit. Vult, Imperatores à se regnorum possessionem, atque autoritatem dominandi, petere. Sumit sibi potestatem distribuendi regna, quibus sibi videtur. Leges præscribit Regibus ac Principibus: quas citra ullam tergiversationem servari præcipit. Causarum politicarum cognitionem, & determinationem, ad se-se derivat. Attrahit opulentissimas quasque civitates in Italia ad se, partim artibus miris; partim etiam manifestâ vi atque armis. Nam eò res devenerat, ut successores Petri, (sicuti præter omne meritum haberi volebant) non uno tantùm accincti essent gladio; (quo Petrus Malcho auriculam temerario motu præciderat: quâ de causâ reprehensus à Domino, jubetur strictum ensem rursum in vaginam abscondere) sed plurimis & gladiis & hastis stipati, procederent, ad arces atque civitates occupandas & subjugandas. Quâ quidem in re, cohorti Judæ proditori similiores fuerunt; qui (ut historia testatur) cum lampadibus & hastis contra CHRISTUM adventabat: quàm Petro, in horto temerarium bellum suscipienti; & postea fugâ sibi consulenti.

Exempla igitur istorum characterum Antichristi, quàm-plurima nobis suggerit præsens historia: ut videamus, quomodo subindè altiùs conscenderit; dominatumque hæc [illegible]tra bestia, (uti erat prædictum) tum in Ecclesiâ, tum in Politiâ, nimirum toto Romano Imperio, adepta sit; mirando quodam Dei judicio, juxta Pauli prophetiam, quæ exstat 2. Thess. 2. v. 10. 11. 12. *Pro eo,* inquit, *quod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent; ideò mittet illis Deus efficacem imposturam, ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati; sed consenserunt iniquitati.*

Hæc quàm-clarissimè perspecta & cognita habere, permagni refert. Nam primum discernenda sunt opera Diaboli atque Dei: & cuilibet attendendum est, ut sit in Ecclesiâ verâ Dei; neque sit membrum Ecclesiæ malignantium. Exeundum est (mandato omnipotentis Dei) è regno Antichristi, doctrinâ, & publica confessione, sub pœnâ temporalium & æternorum suppliciorum. Clara est enim vox illa: *Exite ex illa* (Babylone spirituali) *populus meus; ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.* Apocalyps. 18. v. 4. Itèm: *Si quis adoraverit Bestiam, & imaginem ejus; & acceperit characterem in fronte suâ, aut in manu suâ. hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ejus; & cruciabitur igni & sulfure, in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni: & fumus supplicii eorum ascendet in secula seculorum.* Apocalyp. 14. v. 9. 10. 11.

Secundò, ad dextrè-judicandas controversias, spectantes ad pietatem, quæ omnibus Mortalibus debet esse certa & incontaminata) lectio historiarum istarum plurimum adjumenti præstat. Exorta est hoc Seculo publica concertatio, de Statuarum, in templis potissimùm positarum, cultu atque adoratione: ut de aliis multis rebus scitu pernecessariis, quas Lector pius ipsemet inspiciet, nihil in præsentiâ dicamus. In hac parte plurimùm refert, cognoscere, quid rei in disceptationem venerit: qui'nam falsam; qui verbo Dei congruentem, sententiam tutati sint: qualis rerum progressus; & tandem qui eventus fuerit. Causa enim hæc est maximi ponderis: præsertim cùm adhuc Iconolatria in Pontificio regno duret; publicosque patronos, impudentiâ, garrulitate, & potentiâ corporali armatos, habeat. Res ipsa ita crassè adeò tractata est: ut, sinè omni pudore, Statuas, manu hominum effictas, asseverarint, non simplici duntaxat honore; sed etiam adoratione, colendas esse. Reprehenderunt istum abusum, non modò Ecclesiæ Doctores; sed etiam nonnulli Magistratus politici & Imperatores: qui, adorationem & venerationem statuarum cum verbo Dei manifestè pugnare, testati sunt; & confessiones suas ediderunt, ejusmodi iconolatriam esse notam Antichristi, ex Ecclesiâ Christi explodendam.

Coactæ sunt rectè hac in parte sentientium Synodi: & juxta normam verbi divini pronuntiatum est; Statuas non colendas, neque adorandas esse: &, si quæ Statuæ superstitioni servirent, eas satius esse removeri, quàm retineri. nam multo levius damnum esse, statuam abjici; quàm pati, ut tali occasione honor invocationis, Deo soli conveniens, trunco mortuo, vel etiam defunctæ creaturæ, tribueretur. Ipsi etiam Saraceni testabantur; se ideò magis abhorrere à Christianorum religione, quòd idola colerent: cùm quidem DEUS, in veteri Testamento, id planè prohibuerit. Romanus verò Antichristus, cum suis quibusdam superstitiosis & fanaticis mancipiis, hic se-se præbuit egregium & truculentum Iconolatrarum patronum; juxta illam picturam, Matthæi 4. vers. 9. Si [illegible]

adoraveris me, dabo tibi regna hujus Mundi. Nam singulari ardore Romani Pontifices, venerationem & adorationem Statuarum in templis, asseruerunt & propugnarunt. Idque non fecerunt perspicuis sacræ Scripturæ testimoniis, licèt aliqua dicta crudeliter torquerent, crinibusque (quod dicitur) molirentur ad suam opinionem pertrahere: sed prætendentes usum passim receptum, & quædam Patrum dicta allegantes: deinde proferentes quasdam apparitiones ac visiones, quibus Sancti jussissent, se in statuis quibusdam coli. Insuper, cùm non obscurè animadverterent, ejusmodi ineptis rationibus, se parum ad rectè-sentientes obtinere; èvestigio ad vim confugiunt: ac primùm damnant, sinè omni fronte, Synodos, Iconolatriam ex verbo Dei evertentes; dirisque exsecrationibus eas anathematizant: pios & sinceros Doctores è suis sedibus exturbant; politicos Magistratus, ipsosque adeò Imperatores gladio excommunicationis non tantùm territant; sed, veluti thronum Dei possidentes, præcipiunt Subditis, ne ejusmodi magistratibus, venerationem & invocationem Statuarum abolentibus, politicum honorem, obedientiam, tributa, præstent. Concitant, non modò juramentis obligatos suis Magistratibus; verùm etiam alios Reges: ut, motis seditionibus & cruentis bellis, ejusmodi pios conatus (nimirum in gloria Dei vindicanda; quæ consistit in solius Dei invocatione, quamque alteri dare non vult) impediant & ulciscantur.

Memorabilis sanè causa est, quòd Pontifex, ob cultum deorum alienorum, in Ecclesiis statuendum & conservandum, Imperium Occidentis à legitimo magistratu avulsit; idque sibi arripuit, translationem verò in Francos simulavit. Unde liquet, eum statim, cum adoratione deorum alienorum, regna hujus Mundi, & gloriam ejus, hoc est, potestatè illa transferendi, accepisse.

Multa, sinè omni dubitatione, ex livore, & diabolica sycophantia, in Leonem Imperatorem conficta, posteritatique sunt tradita: quòd ille, erga molientes seditionem, passim in suo imperio, paulò-majori severitate coactus est uti. Nam Pontifex Romanus omnibus viribus id agebat: ut non modò clandestinis artibus; sed etiam apertà violentià, nempe proditionibus, seditionibus, cædibus, Iconolatria assereretur, atque obtineretur. Hæ circumstantiæ, si essent dilucidè in literas relatæ; omnium adspectu exponerent, in seditiosos turbatores & grassatores, pro gravitate animadvertendum fuisse. Sed, si quis, hac etiam in parte, ex præcipitante irà (ut fieri non rarò solet) exorbitavit: id nos nequaquam defendendum suscipimus. Illud verò in confesso est, quod hìc præcipuè exstare volumus: Romanos Pontifices, hoc est, ipsissimum Antichristum, voce Dei prædictum, publicam, hoc seculo, defensionem cultûs & adorationis Statuarum, contra Deum, contra verbum ejus, contra plurimarum Ecclesiarum judicia, contra Magistratum rectè-sentientem, suscepisse: idque non modò verbis; sed etiam fulminibus excommunicationis, & Mavortiis armis, tanquam Antichristum crudelem & immanem decebat.

Etsi autem Deus suum exiguum cœtum, ab hac peste incontaminatum, eo tempore conservavit: tamen, quia Imperium Romanum, istum sessorem superbum admiserat, ac subindè magis magisq; recipiebat: ideò suo freno, calcaribus atq; flagellis, tandem ille omnem accepit principatum; atque in hac etiam causà, oppressis bonis, triumphat. Licèt enim aliqui voces suas, hoc est, confessiones & apologias, objicerent; inter quas etiam Caroli Magni adhuc exstat: tamen FORTIS ille atrium suum, uti occupaverat semel pro votis suis; ità etiam validè tenebat ac tutabatur.

Istas historias modò tantùm stringimus: speciem verò ipsam, seu res gestas, in hoc opere inspiciendas & evolvendas esse, censemus. Satis enim nobis in præsentià est, veluti digito commonstràsse; quantum referat, istas historias & conservari, & cognosci.

Discant igitur Lectores, quibus honor Dei, & vera illius invocatio, (quæ unicum est asylum, & sacra anchora Ecclesiæ Dei) curæ cordique sunt, ipsum Antichristum, ex hoc ipsius insigni nævo, cognoscere, veluti ex rapaci ungue, truculentum leonem. Discant, hanc ipsam controversiam de Iconolatria, quę quidem adhuc palàm, in foro totius Ecclesiæ CHRISTI, agitatur) prudenter & rectè dijudicare. Nam pingunt hodie Pontificii, illam Statuarum, quantùmvis fœdam, adorationem & venerationem, miris fucis & præstigiis; ac manibus pedibusq; eam retinere nituntur. Cultu enim Statuarum ademto, existimant, Defunctorum invocationem, & exinde suos illos amplissimos reditus, sinè quibus vivere non possunt, corruere atque everti. Interest igitur Ecclesiæ Dei, veteres illas Ecclesiæ luctas & pugnas scire: ut, quid fugiendum, quidve sequendum sit, dilucidè videant omnes.

Dis-

Discant Ecclesiæ Dei vigiles & præcones, tam tetras & detestandas idolomanias Pontificiorum, non modò abhorrere; sed etiam majori curâ & zelo refutare: præsertim, quia hoc nunc in clarâ luce versatur, Pontificem Romanum ipsissimū esse Antichristum; quem CHRISTUS spiritu oris sui patefecit. Abominentur quoque nonnullorum, post tantam liberationem, impias ad Antichristum inclinationes: quibus, hoc tempore, Ecclesia Dei nonparùm turbata & deformata est.

Discant Magistratus, qui seriò cogitant, sibi, coram judice CHRISTO, breviter reddendam esse villicationis suæ rationem; quòd ipsi quoque, Caroli Magni, & aliorum præclara exempla, in idolomaniis, & reliquis corruptelis ac blasphemiis Papisticis, palàm & absque ullâ trepidatione, arguendis, & convincendis, & abrogandis, sequi teneantur. Nam & Magistratus est pars Ecclesiæ Dei: atque omnem suam operam, non ad dedecorandum & opprimendum; sed potiùs ad ornandum gloriam Dei, conferre debet. O quàm sunt amentes illi homines, qui coram Antichristo, tam diro portento, genua flectunt, seque illi juramentis devovent; ut imperii hujus Mundi nanciscantur! Etsi autem prætextus fingant; & postea quædam veræ pietati, quod quidem ad externam speciem attinet, similia faciant: tamen eâ ratione se-se jugo Antichristi non exsolvunt; ac multò minus ab irâ judicis CHRISTI se-se liberabunt.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA OCTAVA.

CAPUT I.

OCTAVO seculo, cujus historiam nunc, Deo benedicēte, in manus sumimus, Imperatores vixerunt; Absimarus, Justinianus, Philippicus, Artemius, (qui & Anastasi* dicitur) Theodosius, Leo Isaurus, Constantinus Copronymus, Leo filius ejus, Constantinus & Irene.

Ecclesiæ Dei facies eò deformior & tristior est: quòd à duobus Antichristis, uno intùs, altero foris grassante, miserè affligitur & dilaniatur. Saraceni enim, Mahometi blasphemiis addicti, Asiam & Africam opprimunt; atque in ipsas etiam Hispanias & Gallias se-se effundunt, Græciā & Thraciam, atque ipsam Italiam, infestant; ac bene constitutas Respublicas & urbes evertunt; ipsasq; ecclesias Dei horribiliter destruunt, ac Christi religionem passim exstirpant: eâq; ratione, partim novitatis studio, partim vi & tyrannide, ad impietatem suam, numerosissimam Christianorum multitudinem pertrahunt.

Pontifices verò Romani, Antichristi in templo Dei sedētes, cultum deorum alienorum instituunt; &, Christo æterno nostro Pontifice neglecto, Sanctos mortuos intercessores pro genere humano decernunt; eosque invocatione, statuarum & imaginum erectione, templorum & altarium exstructione & consecratione, reliquiarum translatione, auro, argento, gemmis, Missis, candelis, suffitu, geniculatione, honorari & coli præcipiunt: doctrinam cœlestem corrumpūt: Sacraméta, ut Baptismum & Cœnam, a Domino instituta, traditionibus humanis contaminant, & in alios usus transferunt: Ritus ecclesiasticos, ad ædificationē institutos, in superstitiosum Baalismum cōvertunt; abjecto & neglecto munere, purè & sincerè doctrinam cœlestem propagandi: Dæmoniorum doctrinam, de nuptiis vetitis, & ciborum discrimine, venditant, sub prætextu insignis pietatis & cultûs: & cœnobiis virorum atque mulierum complent universum Mundum; qui fœdis suis libidinibus omnia contaminant, & iram Dei orbi terrarum accersunt: Ab obedientiâ Imperatorū & legitimi magistratûs, totius Occidentis populos, ut seditiosi spiritus, avellūt; & vectigal, censum & tributum, Cæsari dare vetant: &, oppressis Longobardis per Francos, Italiam, & regna hujus Mundi, ac gloriam ejus, hoc est, potestatem transferendi Imperium, sibi rapiunt; ac dominos ejus hoc modo se-se, diabolico ausu, contra Christi edictū,* (VOS AUTEM NON SIC) constituunt: & majestates non modò cōtemnunt, sed adeò dementant & sibi subjiciunt, ut pedes ipsorum osculentur. Hæc cum Ecclesiæ & veræ pietatis irrecuperabili damno, atq; adeò cum omnium Deum verè timentium, & calamitates istas animadvertentium, luctu & mœrore, facta esse, quis non intelligit?

* Luc. 22. v. 26

Contra hæc infinita mala, parum præsidii humani Spōsa Christi habuit. Nam episcopos, pastores, doctores, & ministros, paucos sinceros, fideles & constantes, hoc seculo est videre: qui hostes illos, ut decebat, inclamassent; & gregem Domini de verâ pœnitentiâ, de Deo rectè placando, deque lupis cavendis, monuissent; & iram Domini avertissent. Nam, præter Johannem Damascenum, qui tamen & ipse valde parum in eâ re præstitit, haud alterum reperias, qui Mahometi errores refutâsset, & miseras oviculas Christi, contra illa tetra venena, præmunîsset. Qui verò apertè indicassent; idololatriâ Sanctorum mortuorum, corruptelis doctrinæ cœlestis, veritatis oppressione, Romanorum Pontificum & aliorum Sacerdotum sceleribus, Monachorum & Monialium libidinibus, & adversùm Magistratum rebellione, cædibus innocentum, & similibus facinoribus impiis, Deum offensum, Saracenis largiri victoriam; paucissimi fuerunt.

Alterum verò intestinum hostem, [illegible] propemodum universum vulgus episcoporum & monachorum, in Deo alieno Maosim erigendo & colendo, traditionibusque humanis coacervādis, adjuvit. Pauci quidam in Asiâ & Thraciâ se-se opposuerunt, & imaginum cultum improbarunt: sed oppressi sunt multitudine errantium, & tyrannide patronorum Antichristi. Fuerunt etiam in Germaniâ & Britanniâ quidam sincerius sentientes; qui Antichristi superstitionibus & corruptelis contradixerunt: sed & illi calumniis & vi, à pōtificiis deformatoribus, oppressi sunt; eâq; ratione efficacia errorum, justo Dei judicio, vicit.

Deinde etiam Magistratus, qui debuissent Ecclesiam tueri, contra Mahometum & Babylonicam meretricem, parum præstabant. Nam Imperatores Constantinopoli, Deo irato cum Saracenis confligentes, prædæ se illis exponebant: & victoriâ amissâ, potentiam & tyrannidem eorum augebant. Leo Isaurus, & Constātinus Copronymus, & Leo junior, strenuè quidem contra Imaginum cultum, & Sanctorum adorationem & intercessionem, contra Reliquiarum venerationem, & impuram monasticæ vitæ castitatem, aliasque pontificias corruptelas, pugnabant: sed eam ob rem, suorum perfidiâ & impietate bene vexati, & ab Antichristo Romano, Imperio Occidentis privati: imò etiam à posteris suis, Irene, fœminâ superstitiosâ & crudeli, & à Constantino filio ejus, damnati; omnesque eorum conatus irriti facti sunt.

Longobardorum Reges, Pontificio jugo repugnantes, per Francos regno suo prorsus exsuuntur: quas quidem exuvias Pontifex capit. Pipinus perjurus regnum Francorum, & Carolus Magnus Imperialem dignitatem, à Pontificibus accipiunt: & gratitudinis ergò Meretricem adorāt; & characteres ejus suscipiunt; eamque exaltant. Ivas, Britanniæ rex, suum regnum ultrò ei facit tributarium. Neq; quisquam Rex, aut Pontifex, aut opulentus Dominus, in toto Occidente fuit; qui non regno pontificio suis bonis inservîisset.

Atque ità verè orphana, & ab omnibus humanis præsidiis orba fuit Ecclesia Christi, & quasi ovis in medio luporum constituta; ministris & tutoribus, in hostiū suorū castris, contra se militantibus. Sed tamen Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui eā flagrantissimo cōplectitur amore, non recessit ab eâ; neque planè sterilem illam fieri permisit: sed semen aliquod sanctum sparsim & diffusè servavit; qui genua sua ad idola pontificia, & Mahometicas blasphemias, non inflexerunt: sed, inter tot stipulas & communes errores, fundamentum retinuerunt; aut ab eo aliquandiu aversi, in agone tamen extremo, singulari Dei beneficio, in viam reducti sunt. Quæ quidem omnia, in sequentibus ordine, perspicuè, & optimâ fide, Deo adspirante, commemorabimus.

CAPUT II.

DE LOCO ET PROPAGAtione Ecclesiæ.

ETSI Deus, justo suo judicio, ob contemtum suæ veritatis, & persequutionem rectè docentium, abjectis & vastatis Ecclesiis in Asiâ & Africâ, in Europam, & maximè ad Occidentē & Septentrionem, suam sedem & domicilium transtulit: tamen etiam in illis-ipsis locis reliquias quasdam, ex immensâ suâ bonitate, passim servavit.

A Id quod testantur dicta Patrum; quibus referunt, hoc suo seculo Ecclesiam fuisse per totum orbem terrarum diffusam. Nam THARASIUS Constantinopolitanus, in Actione 3. Synodi Nicænæ inquit: *Oriens, & Occidens, & Septentrio, & Meridies, sub jugum unum inclinant, & unam concordiam accepeant.* Et DANIEL quidam episcopus, in epistolâ ad Bonifacium, inquit: *Si omnipotentes sunt dii, benefici & justi, non solum suos remunerant cultores, verumetiam puniunt contemtores. Si hæc utraque temporaliter faciunt: cur ergo parcunt* B *Christianis, totum pene Orbem ab eorum cultura avertentibus, idolaq; evertentibus?* Et BEDA ait:† *Doctrina & prædicatio Euangelii, magnificata [...]per omnem terram, ut eam omnes gentes ubique levatam mirentur.* Et alibi * dicit, *Prædicationem Euangelii, à Solis ortu usq; ad occasum, latissimo spatio esse expansam.* Idem scribit:* *Crevit Euangelii prædicatio, cunctum disseminata per Orbem: crescit & in mente cujusq; credentis.*

† lib. 1. in Job. c. 12.
* lib. 2. in Tobiâ c. 8.
* lib. 4. in Luc. c. 13.

CAROLUS MAGNUS de cultu imaginum inquit: † *Per tam prolixas, per tam vastas Mundi partes, est catholica ecclesia, quæ utique Christi dilectus est populus, diffusa, & tam per inaccessas & ignotas nationes, Domino largiente, dilatata.* C

† li. 3. c. 7.

Cùm autem Lectorem delectet, quasi in synopsi sigillatim intueri præcipua loca, in quibus hoc seculo Ecclesia suum hospitium habuit: per Orbis habitati partes discurrentes, recensebimus ea loca, quorum in historiis passim fit mentio. Etsi autem non in omnibus locis æquè numerosæ, neque prorsus à fermentis Hæreticorum & humanarum traditionum vacuæ, fuerunt Ecclesiæ: tamen aliquod semen sanctum Dominus sibi servavit, quod sua genua coram idolis non flexit; &, inter varias stipulas, nonnihil de fundamento veritatis retinuit. D

DE ECCLESIIS PER Asiam.

IN PALÆSTINA harum fere Ecclesiarum fit mentio.

Hierosolymæ. Theodorus enim ibi egit Patriarcham: ut testatur *Paulus Diaconus.** Et de reliquiis, à patriarchâ Hierosolymitano missis Carolo Magno, *Adon Viennensis* † narrat. Ethnicos tamen etiam ibi fuisse, indicat *Henricus Erfordiensis.*

* li. 22 Rer. Rom.
† Ætate 6.

E Bethaniæ. Nam *Beda* * testatur templum super Lazari monumentum isthic exstructum esse.

* lib. 3. in [...]

Majumæ. Ibi enim Petrus Chartulanus martyr factus est. *Paulus Diaconus.** Meminit & Cosmæ, episcopi Majumæ, *Damascenus in Logica.*

* lib. 22.

¶ In ARABIA celebrantur. Silæum: ubi Constantinus monachus episcopus designatus est. *Zonaras.*† Et Basilius, ejus episcopus, *in Actione 7. Nicænâ* celebratur.

† Tom. 3.

Gorda: cujus episcopus Gregorius numeratur, in Catalogo patrum *Actionis 7. Nicænæ.*

Jassis, Davidem episcopum misit ad Nicænam Synodum: *ut patet ex 7. actione.*

¶ Inter SYRIACAS hæc propemodum annotantur. Antiochia: cujus episcopus celebratur Stephanus & Marinus, *apud Paulum Diaconum.**

* lib. 24.

Berythus: ubi episcopum egit Adeodatus; qui multos Judæos conversos baptizavit. *Sigebertus in Chronicis.*

Epiphania: cujus episcopum Cosmam nominat *Paulus Diaconus.**

* lib. 22.

G In Gabalâ, civitate Syriæ, quidam Agareni sagittarii cum Cypriis Christianis ingrediuntur templum: *Actione 4. Nicænæ Synodi.*

Laodicea: cujus episcopus Gilfredus fuit, ut annotat *Sigebertus in Chronico.* Et Eustathii, Laodiceę episcopi mentio fit *in Actione 7. Nicænæ Synodi.*

Hierapolis. Nicolai, episcopi Hierapoleos, mentio fit *in Actione 7. Nicænæ Synodi.*

Emisa. Nam ibi archidiaconi cujusdam filiæ martyrio affectæ sunt. *Paulus Diaconus.**

* lib. 23.

H Heliopolis episcopus Constantinus, *in Actione 7. Nicænâ* celebratur.

Adrames episcopus est Nicephorus, *in eâdem actione.*

¶ In MESOPOTAMIA etiam Ecclesia Dei habuit locum, & hospitium. Damasci enim, licèt Arabes in pios maximè sævirent; tamen aliqua Ecclesia mansit: ut patet ex *Zonara* * & *Paulo Diacono.*†

* Tom. 3.
† lib. 20. c. 22.

Edessæ. Mentio fit ejus Ecclesiæ *in Actione 5. Nicænæ Synodi.*

Charris. Meminit enim martyris Eutychii, ibidem interfecti, *Paulus Diaconus.**

* lib. 21.

Dermes episcopus est Theodorus, *in Catalogo Actionis 7. Nicænæ.*

¶ In CILICIA. Sida, cujus mentio fit *in Actione 2. Synodi Nicænæ.*

B Et Cibyra episcopum suum Gregorium habet, *in catalogo actionis 7. Synodi Nicænæ.*

¶ PAMPHILIÆ hæc celebrantur loca. Pergæ, Sisinnii episcopi mentio fit *in Synodi Nicænæ actione 1.*

Aspendos episcopum Leontem misit ad Synodum Nicænam: *ut patet ex Catalogo Actionis 7.*

¶ In PISIDIA. Nam episcopus ejus interest Synodo Nicænæ, *Actione 1.*

Antiochiæ. Nam episcopus ejus Gregorius interest *Actioni 7. Nicænæ*: & Seleuciæ Pisidiæ Petrus est episcopus, C *ibidem.*

Jozopoli. Meminit imaginis Mariæ, isthic unguentum effundentis, Germanus, in epistolâ ad Thomam, *Actione 4. Synodi Nicænæ.*

¶ In LYCIA, sedes Ecclesiæ fuit Myra: cujus episcopus Theodorus interfuit Synodo Nicænæ, *Actione 1.*

Et Patara: cujus episcopus Anastasius interest *Actioni 7. Nicænæ.* Ibidem & Limyræ episcopi fit mentio.

¶ In IONIA. Ephesus: cujus episcopi Theodosii meminit *Zonaras.* † Ac centum auri libras Constantinum ei Ecclesiæ donâsse, *Paulus Diaconus.** D

† Tom. 3.
* lib. 23.

Philadelphia. Stephanus enim episcopus ejus, interest *Actioni 7. Nicænæ.*

Smyrna. Antonius monachus vices episcopi Smyrnensis agit *in Actione 7. Nicænâ.*

¶ In CARIA. Metropoleos Cariæ locum tenet Theophylactus diaconus, *in Synodi Nicænæ Actione 2.*

Mileti episcopus est Epiphanius, *in Actione 7. Nicænâ.*

Magnesiæ episcopus est Basilius, *in Actione 7. Nicænæ Synodi.*

E Bargyliæ, Myndi & Halicarnassi, episcoporum, fit mentio *in Actione 7. Nicænâ.*

Nyssæ: cujus episcopus Johannes venit ad Synodum Nicænam, ut patet *ex Actione 7.*

¶ In LYDIA, Sardes. Nam Sardensium episcopus, Euthymius, interest *Actioni 7. Synodi Nicænæ.*

Tralles. Nam episcopi Trallium nomen exstat in Catalogo *Actionis 7. Nicænæ.*

Prienes episcopatum rexit Ignatius; qui & interfuit Synodo Nicænæ *in Actione 7.*

Magnesia: cujus episcopus Basilius fuit: ut patet *ex eâdem Actione 7.*

Tripolis, Anastasium episcopum habet, *in Actione Nicænâ 7.*

Et Thyatiræ episcopi vicem obiit Esajas presbyter, *in eâdem actione.*

Stratonicæ episcopus est Michaël, cujus mentio fit *in eâdem actione.*

Amyzonis episcopi mentio fit *apud Paulum Diaconum.** & Cadorum episcopus interest *Actioni 7. Nicænæ.*

* lib. 20.

G ¶ In LYCAONIA. Iconii enim episcopus Leo interest *Actioni 1. Concilii Nicæni.*

¶ In PHRYGIA plurimæ recensentur Ecclesiæ, ut sunt: Pergamum: cujus episcopi Pastilæ meminit *Zonaras,** & Basilius, ejus episcopus, interest Nicænæ Synodo.

* Tom. 3.

Ilium: cujus episcopus Nicetas interest *Actioni 7. Nicænæ.*

Synnada. Johannis ejus episcopi mentio fit *in Actione 4. Synodi Nicænæ,* in Epistolâ Germani.

H Daldea: ubi Johannes episcopum egit; cujus meminit Catalogus *in Actione 7. Nicænâ.*

Troadis episcopus est Eustathius: *in Actione 7. Nicænâ.*

Antandri episcopus Marianus, *in Actione 7. Nicænâ* recensetur in Catalogo.

Asi episcopum egit Johannes: ut patet ex eodem Catalogo.

Phocææ episcopi Leontis meminerunt acta Synodi Nicanæ.

Pitanę: cujus episcop* Bardus interest Nicænę Synodo.

Amorium. Ibi episcopum egit Theodosius; cujus fit mentio in secundâ Synodo Nicænâ. *Actione 1.*

Peltæ episcopus est Georgius, *in Actione 7. Nicanâ.*

Eumeniæ, Leon: *ibidem.*

Cotyæi, Constantinus.

Acmoniæ, Paulus: *ibidem.*

Docimi, Leon: *in eâdem Actione 7.*

Sibbii, Johannes: *ibidem.*

Eucarpiæ, Constantinus: *ibidem.*

¶ In PAPHLAGONIA, Pessinuntis episcopus Gregorius celebratur, *in Actione 1. Concilii Nicæni.* Et Germanopolis episcopus est Theodorus, *in Actione 7. ejusdem Synodi.*

¶ In ASIA, propriè sic dictâ, Natolia: cujus episcopus Leoni suasit, ut imagines tolleret. *Paulus Diaconus.** [* lib. 21.]

Parium, habuit episcopum Sisinnium, qui interest *Actioni 7. Nicanæ Synodi.*

¶ In BITHYNIA, Chalcedonensis ecclesia celebris est. Nam episcopus ejus ad Johannicium accessisse dicitur, *apud Metaphrasten:* & Stauratius ejus episcopus interest *Actioni 7. Nicanæ Synodi.*

Et Nicomedia: cujus episcopus Petrus interest *Actioni 7. Synodi Nicanæ.*

Et Nicæa, ob Synodum contra Imaginum reprehensores insignis est. *Zonaras* * & *Diaconus.*† [* Tom. 3. † lib. 23.]

Et Claudiopolis: ad cujus episcopum Thomam Germanus epistolam scripsit, quæ *in Actione 4. Synodi Nicanæ* exstat.

Apameæ Bithyniæ episcopus est Eustratius, in Catalogo *Actionis 7. Nicanæ.* Et Dascylæi episcopi vicem gerit Basilius, *ibidem.* Et Cæsareæ Bithyniæ episcopus Constantinus, *ibidem* annotatur. Item Prusæ episcopus, Theodorus.

¶ In HELLESPONTO, Cyzicum: unde revocatum narrant Germanum, Constantinopoleos episcopum. *Zonaras.** & *Sigebertus in Chronico.* Et Nicolai, episcopi Cyzici, mentio fit *in Actione 7. Synodi Nicanæ.* [* Tom. 3.]

Lampsacus, & Dardanum, & Abydus. Episcopi enim eorum intersunt *Actioni 7. Nicanæ.*

¶ In GALATIA nominantur Ecclesiæ ut Ancyra: cujus episcopus memoratur Basilius, *in Actione 7. Synodi Nicanæ.*

Didymorũ episcopus Nicodemus, in eodem Catalogo *Actionis 7. Nicanæ,* nomen habet.

Synope: cujus episcopi Gregorii, in exercitu Armeniacorum interfecti, meminit *Diaconus.** [* lib. 23.]

¶ In ISAURO, Seleucia fovit Christi religionem. nam Theodorus episcopus ejus, in Catalogo *Actionis 7. Nicanæ* Synodi exstat.

¶ In PONTO. Meminit enim *Beda* * Cyri abbatis in Ponto, qui Constantinopoleos factus sit episcopus. [* Lib. 2. de Rat. temp.]

Heracleæ Ponti episcopus Johannes, interest *Actioni 7. Nicanæ.* Et Polemii Constantinus, *ibidem.*

¶ In CAPPADOCIA. Cæsarea, antiqua sedes Ecclesiæ, etiam hoc seculo aliquot pios habuit. nam episcopus ejus Ecclesiæ Agapius, interfuit *Actioni 7. secundæ Synodi Nicanæ.*

Sebaste. Episcopi ejus Leontis nomen exstat *in Actione 7. Nicanâ.*

Pompejopoli episcopum egit Maurianus, *in Actione 7. Nicanæ Synodi.*

Neocæsarea. Ibi enim Epiphanius egit episcopum, qui *Actione 2.* adducitur ad Synodum Nicænam.

Tyana: cujus mentio fit *in Actione 7. Synodi Nicanæ.*

Baratta: cujus episcopus Lycastus interfuit Synodo Nicænæ.

¶ Nec ARMENIA prorsus Ecclesiis Christi vacua fuit. Nam mentio fit Colchidis; cujus episcopus est Sisinnius *in Actione 7. Nicanæ Synodi.*

Nicopoleos Armeniæ secundæ episcopi vicem gerit Johannes presbyter, *in Actione 7. Nicanæ Synodi.*

¶ In PERSIA. Hircanes episcopus Eustathius, *in Actione 7. Nicanæ Synodi,* celebratur.

Et INDIA. Nam Ogerus dux in Indiâ superiori, Johannem, Regis Frisorum filium, dictum Presbyter Johann, præfecit imperio: & subjecit ei quatuordecim Barones; ut ibi Christiana religio permaneret. *Fasciculus temporum.*

DE ECCLESIIS PER AFRICAM.

IN ÆGYPTO non omnes interierunt Ecclesiæ: licèt Saraceni, & hoc, & superiori seculo, maximè in istis regionibus grassati sint in Christianos. Nam Carolum Magnum in Ægyptum & Africam, Christianis pauperibus eleemosynas misisse; narrat *Sigebertus in Chronico.* Celebrantur autem nominatim adhuc ista loca, ut hospitia piorum:

Alexandria. ubi licèt Monothelitę hęretici aliquamdiu grassati sint; tamen iterum, anno 2. Copronymi, Ecclesia colligi cœpit: ut narrat *Paulus Diaconus.** Et episcopum ejus Achillea nominat *Henricus Erfordiensis.*† [* lib. 22. & 23. † cap. 69.]

In AFRICA, Carthago. Nam pauperibus Christianis Carthaginem misit eleemosynas Carolus Magnus. *Urspergensis, & Crantzius.** [* lib. 2. Saxon. c. 4.]

Erythejæ episcopus Eustathius, nomen habet in Catalogo Patrum Nicænæ Synodi, *Actione 7.*

DE ECCLESIIS INSULARIBUS *in Mari Mediterraneo.*

FUit Ecclesia in Cypro. & nominatim aliquot oppidorum fit mentio: ut Constantiæ, cujus episcopus Johannes interest *Actioni 7. Nicanæ Synodi*; ac meminit ejus *Carolus.*† [† lib. 3. de Imag. c. 27.]

Paphi: cujus episcopus Michaël interest *Actioni 7. Nicanæ Synodi.*

Solorum & Chytrorum episcopi interfuerunt *Actioni 7. Nicanæ Synodi.*

Citii episcopus Theodorus, in eâdem actione præstò fuit: & Trimethuntis episcopus est Georgius, *ibidem.*

Et in Rhodo: cujus episcopus Leo interest Synodo Nicænæ, *in Actione 1.*

In Carpatho episcopum egit Leo: cujus mentio exstat *in Actione 1. Nicanæ Synodi.*

In Pathmo, Leontis episcopi fit mentio *in Actione 7. Nicanâ.*

In Proconneso episcopum egit Nicetas; qui interest *Actioni 7. Synodi Nicanæ.*

In Cretâ Helias egit episcopum: ut constat *ex Actione 7. Synodi Nicanæ.* Et Gnossi est episcopus Anastasius, & Cydonii Melito, Citami Leontius, & Medi Galatas: *ibidem.*

In Lemni civitate Myrinâ Cosmas egit episcopum: ut patet *ex Actione 7. Synodi Nicanæ.*

In Chio, Leon episcopus interest *Actioni 7. Nicanæ Synodi.*

In Andro episcopum egit Constantinus; ut constat *ex eâdem Actione.*

In Samo Heraclius: ut patet *ex eâdem Actione.*

In Lesbo, Methymnæ Eustrathius est episcopus, *in Actione 7. Nicanæ Synodi.*

Et Mitylenæ Damianus fuit episcopus: ut patet *ex Actione* Nicanæ *Synodi.*

In Corcyrâ episcopus est Philippus: ut patet *ex eâdem Actione.*

Ægines episcopus annotatur Gabriel, *in Actione 7. Nicanâ.*

In Zazyntho Leon est episcopus, *ibidem.*

In Cephaleniâ. Nam episcopi ejus vicem sustinet Gregorius presbyter, in *Actione 7. Nicanâ.*

Venetiis. Nam Veneti, Leoni, jubenti imagines comburere, obtemperare noluerunt. *Paulus Diaconus.** [* lib. 6. de Long. c. 14.]

In Siciliâ. Nam episcopi ex Siciliâ interfuerunt in secũdo Concilio Nicæno, *Actione 1.*

Messanæ: cujus episcopus est Gaudiosus, *in Actione 7. Nicanâ.*

Panormi episcopus est Theodorus, *ibidem.*

Catanæ: cujus episcopus Theodorus, *in Actione 1. Synodi Nicanæ* celebratur.

Lilybæi episcopus est Theophanes, in *Actione 7. Nicanæ*

In Corficâ epifcopum ordinavit Zofimus: ut annota *Damafi continuator.*

Sardiniæ epifcopi vices egit diaconus Epiphanius, *in Actione 7 Synodi Nicæna.*

DE ECCLESIIS PER *Europam.*

IN GRÆCIA Ægidium claruiffe, *Sigebertus annotat in Chronico.*

Trœzenes epifcopus Antonius, intereft Synodo Nicænæ: *ut patet ex Actione 2.*

Patræ epifcopi vicem fupplevit, in Nicænâ Synodo, Johannes monachus.

Colones epifcopi locum tenuit Johannes presbyter, *in Actione 7 Nicænâ.*

¶ In ACHAIA. Nam Lebadiæ epifcopus eft Thomas, qui nnmeratur inter patres Nicænæ Synodi, *in Actione 7.* Parnafsi epifcopus Stephanus, *ibidem* celebratur.

¶ In ARCADIA, epifcopum egit Johannes, qui intereft *Actioni 7. Nicæna.*

Dyrrhachii: ubi epifcopum egit Nicephorus, ut patet ex Catalogo epifcoporum, qui interfuerunt *Actioni 7. Nicænæ Synodi.*

Gangrorum epifcopi Conftantini mentio fit, *Actione 7. Nicænæ Synodi.*

¶ In MACEDONIA. Theffalonicæ. Thomas enim ibi epifcopum egit. *Diaconus.** Et Artemius monachum ibi egit *Zonaras* † Et epifcopus ejus Theophilus, intereft *Actioni 7. Nicænæ Synodi.* * lib 24. * Tom. 3.

Otri epifcopi Stephanus presbyter vices agit, *in eâdem actione.*

¶ In THRACIA celebrantur Ecclefiç hofpitia: Conftantinopolis; cujus patriarchâ Callinieum, & Cyrum, annotat *Zonaras,* † & *Beda.** Et Leo, presbyter Conftantinopoleos, intereft *Actioni 8. Nicænæ Synodi.* † ibid. * lib. 2. de Rat. temp.

Adrianopolis: cujus epifcopus Manuel celebratur, *in Actione 7. Nicænâ.*

Debelti, Euftrathins *ibidem* inter patres exftat.

Bizya. Epifcopus enim ejus eft Theodorus, *in Actione 7. Nicænâ.*

Cypfellæ epifcopus Theophylactus fuit: ut patet *ex eâdem actione.*

Heraclea. Meminit enim monafterii & templi, ibi à rege Venetiatum exftructi, *Bergomenfis.** * lib. 10. Chron.

Rhadeftum, feu Bifanthe. Nam epifcopus ejus Johannes, interfuit *Actioni 7. Nicænæ Synodi.*

Neocæfareæ Thraciæ epifcopi Leontis nomen exftat, *in Actione 7. Nicænâ.*

Nicænæ Thraciæ epifcopus eft Johânes, *in eâdē actione.*

¶ In BULGARIA. Nam Tolericus, Bulgarorum dux, baptizatur anno Chrifti 778. *ut narrat Sigebertus.* Et Theodorus Bulgarophygi epifcop^9, intereft *Actioni 7. Nicænæ Synodi.*

In ILLYRIA. Nam epifcopi Illyrici *in Actione 1. Nicænæ Synodi* adfuiffe dicuntur.

In SCLAVONIA, Bonifacius Ecclefiam collegit: ut *Fafciculus temporum* annotat.

In MYSIA. Nam Metembriæ epifcopus Leon intereft Synodo Nicænæ, *in Actione 7.*

In DACIA. Nam Carolus Magnus per Daciã, Metanaftas & Jazyges tranfiens, facerdotes pafsim jufsit Chrifti religionem populo tradere. *Bonfinius.** * Decad. 1. lib. 9.

In DARDANIA. Nam Theodofius, præfes apud Nefium, intereft *Actioni 4. Synodi Nicænæ.*

In CHERSONESO. Nam Olbiani, Elææ epifcopi, nomen exftat *in Actione 7. Nicænâ.*

Calliopolis epifcopus Melchifedek, eidem Synodo interfuit, *Actione 7.*

In PANNONIIS. Nam ibi Sclavorum & Hunnorum facta eft converfio, tempore Caroli Magni; ut poftea dicetur: ac Bonifacium in Pannoniâ diaconos & epifcopos conftituiffe. *Mutius refert in Chronico.*

Sicambriæ, feu Budæ. Nam ibi propagatio quædam facta eft ad Ungaros. *Bonfinius.** * Dec. 1. lib. 9.

In Sarmatiâ, Cremnorum epifcopi Theodori nomen recenfetur in Catalogo *actionis 7. Nicænæ Synodi.*

¶ In ITALIA. Nam Stephanus Papa, cum multis epifcopis Italiæ, Synodum celebravit. *Sigebertus in Chronico.*

Romæ: cujus epifcoporum vitas infrà fuo loco defcribemus.

In Tufculano epifcopus Benedictus fuit: ut indicat *Blondus.** * Dec. 1. lib. 10.

Tiburi. Epifcopum enim Tiburtinum, Albanenfem & Preneftinum, Defiderio Longobardorum Regi obviàm mifit Adrianus. *Blondus.*† * Dec. 2. lib. 1.

Cumarum epifcopus eft Stratonicus, *in actione 7. Nicænæ Synodi.*

Narniç: ubi ad ædem Valentini martyris, Zacharias Pôtifex Romanus, coram Luitprando Longobardorum rege, concionem habuit. *Blondus.** * Dec. 1. lib. 10.

Spoleti: ut patet *ex Blondo.*† † Dec. 1. l. 1.

Beneventi. Nam Gifulphus ibi Sophiæ templum exftruxit: ut narrat *Leo Hoftienfis* † de Monafterio Cafsinenfi. † lib. 1. c. 6 & 10.

Hoftienfis epifcopi meminit *Continuator Damafi.*

Capuæ. Meminit enim Gregorii, Capuani presbyteri, Adrianus Papa, in epiftolâ ad Carolum.

Cajetæ. Nam Campolus Cajetanus epifcopus & Pentapolenfis fcripferunt ad Adrianum: ut patet ex ejus epiftolâ ad Carolum.

Lirinenfis, Italorum cœnobii, in quo Benedictus Bifcopius tonfuram fufceperit, meminit *Balæus.** * Cent. 1.

Sutrinenfis, Velitrenenfis, Belerani, Sabinatenfis, Portuenfis, Preneftini, epifcoporum mentio fit in Concilio Romano, à Gregorio III. convocato.

Ravennæ. Nam Felicis, ejus archiepifcopi, meminit *Henricus Erfordienfis.** * cap. 62.

Albanenfis epifcopi meminit *Continuator Damafi.*

Mantuæ: quò fanguinem ex latere Chrifti profluentem delatum effe, nugatur *Jacobus Bergomenfis.*† † lib. 10.

Forojulii. Illam enim Ecclefiam muneribus auxit Carolus Magnus: ut refert *Mutius.** * lib. 8.

Mediolani. Nam Benedictus ibi egit archiepifcopum: ut narrat *Diaconus.** Et Thomæ epifcopi, baptizantis Caroli filiam, meminit Annonius.† * lib. 6. Long. c. 30. † lib. 4. cap. 73.

In Longobardiâ & Tufciâ. Nam meminit Adrianus, in epiftolâ ad Carolum, epifcopi Pifani & Lucani.

Ticini Carolus celebravit natalem Domini. *Annales Francici.* Et *Paulus Diaconus* meminit epifcoporum ejus Ecclefiæ.† † lib. 6. Long.

Veronæ: ubi Theolapius dono prophetiæ clarus vixit. *Paulus Diaconus.** * 20. Lōg. cap. 18.

Florentiæ meminit *Aventinus.*† Et Carolus Magnus natalem Domini ibi celebravit: ut indicat *Urfpergenfis.* † lib. 4.

Cafsinenfis cœnobii, in quod Carolus fe-fe recepit, meminit *Ivo in Chronico.*

Gradenfis fæpè meminit *Sabellicus,* in hiftoriâ hujus feculi: ac dona ei obtulit Carolus Magnus; ut narrat *Mutius.** * lib. 8.

Aquilejæ. Califtus, Aquilejenfis antiftes, fibi vendicavit infulas Ecclefiæ Gradenfis: ut refert *Sabellicus.* Meminit *Aventinus** Paulini epifcopi Aquilejæ. * lib. 4.

Hiftriæ. Nam epifcopi ejus Mauricii Adrianus Papa mentionem facit, in epiftolâ ad Carolum.

Rhegii epifcopatum gefsit Conftantinus: ut patet *ex Actione 7. Nicæna.*

¶ GALLIA etiam frequentifsimas habuit Ecclefias: ut patet ex conciliis, Remis, & in aliis locis, habitis. Et meminit Ecclefiarum in Franciâ *Regino.** * lib. 2.

In Mafsiliâ. Sereni epifcopi Mafsilienfis meminit *Antoninus.** * Tit. 14. cap. 1.

In Galliâ Narbonenfi, Lingonenfis Ecclefia celebratur *à Beda.*† Et *Balæus* refert, Geoffridum ibi in templo geminorum Martyrum fepultum effe. † lib. 2. de Rat. temp.

Cabillinorum. Nam in eâ urbe Concilium eft habitum, ut infrà dicetur.

Viennenfis. quæ aliquot annis quidem fine epifcopo fuit, propter quorundam facrilegorum rapacitatem: fed tamen non prorfus omnes pii defecerunt. *Ado Viennenfis.*† † Ætate 6

Bituricēfis: cui munera largit^9 eft Carolus Magnus. *Mutius.** Ermebertus, epifcop^9 ejus, a Carolo ad Adrianũ Papã mis^9, palliũ impetravit: ut patet ex epift. Adriani ad Carol. * lib 8.

A Arelatensis. Auxit eam muneribus Carolus Magnus: ut indicat *Mutius* * [* ibid.] Mentio ejus episcopi Johannis fit, in Concilio Arelatensi.

Noviomagi Carolus celebravit Pascha. *Annonius*.† [† li. 4. c. 6.]

Aureliæ. Episcopus ejus Felix fuit; qui postea autor cujusdam hæreseos factus est. *Adon*. * [* Ætat. 6.] *Annales rerum Francicarum*, Orgellos vocant, civitatẽ in Pyrenęi montis jugo sitã.

Senonensis Ecclesiæ Ebbo, urbem liberat ab obsidione Vandalorum. *Annonius*.† [† li. 4. c. 55.]

B Rodani, Remigius. Pipini regis frater, episcopum egit, anno Domini 751. *Sigebertus in Chronico*.

Lugdunensis. Nam ejus meminit *Adon*.* & *Aemylius*.† [* Ætate 6. † lib. 2.]

Ebrodunensis: quam locupletâsse Carolus Magnus scribitur.

Andegavensis. Albini ejus episcopi meminit *Vincentius*.

Burdegalę. Ibi enim in pios Abderamius, Saracenorum rex, sæviit: ut narrat *Blondus*,* *Sigebertus in Chronico*, & *Aventinus*.† [* Dec. 1. li. 10. † lib. 3.]

C Rotomagensis. Nam erga hanc Ecclesiam, liberalem se quoque præbuit Carolus Magnus: *teste Mutio*.* [* lib. 8.] Et post coronationem ibi Pascha celebravit. *Urspergensis*.

Cenomanensis. Episcopum ibi egit Æthereus: ut patet ex epistolâ Zachariæ Papæ.

Parisiis abbatem egit Volradus. *Sigebertus in Chronico*.

Papiensis. Nam Carolus Magnus in eo loco Natalem Domini celebravit. *Erfordiensis*,* [* cap. 68.] & *Urspergensis in Chronico*.

Antisiodorensis episcopus fuit Claudius Clemens. *Balæus* † [† Cent. 14. cap. 35.]

D Orgellis, civitatis in Pyrenæi montis jugo, episcopus Felix est: ut indicat *Annonius*.* [* li. 4. c. 83.]

Tungrensis episcopus fuit Fulgarus: ut patet ex epistolâ Zachariæ Papæ, *in Tomis Conciliorum*.

Trajectensis episcopus fuit Lambertus: ut annotat *Trithemius in Epitome gentis Anglorum*. & Bonifacium eò ablegâsse Gregorium quendam suum discipulum, *Hedio* † [† li. 6. c. 22.] annotat.

Ultrajectensis. Nam Willebrordus, Frisorum episcopus, episcopatum ibi instituit. *Hortensius*.* [* lib. 1. Rer. Ultrajecti.]

E Leodiensis: ad quam Hugbertus episcopalem sedem à Trajecto transtulit. *Sigebertus in Chronico*.

In urbe Metensi episcopum Drogo egit: ut constat *ex Chronico Quedelburgensi*. Et Cordogandus: ut annotat *Sigebertus in Chronico*, & *Pyrminius*. *Aventinus*.† [† lib. 3.]

Remorum episcopus vocatur *a Sigeberto in Chronico*. Et Turpini Remorum episcopi meminit *Erfordiensis*.* [* cap 68.]

Turonensis: ad cujus templum, in honorem Martini exstructum, Saracenos contendisse, narrat *Blondus*.† [† Dec. 1. lib. 10.]

F ¶ Etiam HISPANIA hospes & nutrix Ecclesiarũ Christi fuit: licèt hoc seculo, non tantùm Saracenorum gentis imperio cessisse; sed etiam in fide jacturam fecisse, dicatur *apud Sabellicum*.* [* Enn. 8. lib. 7.] Sed à Carolo Magno; usque ad Cordubam recuperata, & ad fidem veram reducta est. *Ptolemæus Lucensis in Rudimento*, & *Platina in vitâ Adriani*.

Sindaredus, episcopus Hispaniæ, interfuit Concilio Romano, sub Gregorio III.

Et sigillatim quædam Ecclesiæ indicantur. ut sunt: Asturiensis & Ouetenensis; ubi templum ædificavit Alphonsus rex Hispaniæ, ex manubiis Maurorum. *Rittius*.† [† lib. 2.]

G Et in Bæticâ. Nam Hispali episcopum egit Verus. *Hedio*.* [* li. 6. c. 21.]

Et in Galliciâ, Compostellensis. Nam Carolum Magnum beati Jacobi ecclesiam ampliâsse & locupletâsse, *Erfordiensis* † [† cap. 68.] indicat.

¶ Nec GERMANIA, multitudine & celebritate Ecclesiarum, aliis terris inferior est. Nam Gregorius III. scripsit Thuringis, Hessis, Bortharis, Nistresis, Wedredis, & Lognais, Sudnodis & Graffeltis, & omnibus in Orientali plagâ constitutis. Et apud Burgundos, Christianos fuisse; constat *ex Adone*:* [* Ætate 6.] ubi narrat, Sarracenos in Burgundiâ monasteria & loca sacra exussisse.

H Et celebrat *Sigebertus* Gendulphum, inter Burgundos clarum.

Et Treviros: quorum Ecclesiæ bona quædam contulit Carolus Magnus; ut refert *Mutius*. † [† lib. 8.] Nodoaldi, Trevirorũ episcopi. *Crantzius* * [* li. 1. c. 2. Saxon.] meminit.

A In Dolegiâ monasterium construxit Pyrminius. *Trithemius in Epitome rerum Francicarum*

Apud Cameracenses Hilduardus egit episcopum. *Jacobus Meyer*.

Coloniæ Agrippinæ: cujus episcopus fuit Hildegarius; ut annotat *Hermannus Contractus in Chronico*. Seu Hildebaldus, ut *Crantzius*.† [† li. 2. c. 25.] Et Electrudis, uxor Pipini, monasteriũ ibi ædificavit: ut narrat *Chronicon de Ducibus Bavariæ*.

B Werdẽsis episcopatûs, & Dorstadii meminit *Crantzius in Metropoli*.* [* lib. 2. ca. 8. & 13.]

Aquisgrani celebravit Carolus natalem Domini: ut est *in Annalibus Francicis*. Et ibidem basilicam exstruxit Carolus: ut indicat *Sigebertus in Chronico*.

Moguntí. Ibi enim Pipinus celebravit natalem Domini & Pascha. *Regino*.† [† lib. 2.] Et Bonifacius ibi episcopum egit: cui successit Lullus. *Hermannus Contractus in Chronico*.

In urbe Vanginnum, seu Wormaciæ. nam sub Gregorio III. Papâ, ibi archiepiscopatus fuit; cui pręfuit Theroldus & Gerbilus: ut annotatur *in Chronico Aedituum*.

C Basileæ: cujus episcopum Walamum celebrat *Munsterus in Cosmographiâ*.

Constantiæ. Nam Erufridus episcopus ejus fuit. *Hermannus in Chronico*.

Augiensis monasterii, à Pyrminio exstructi, meminit *Trithemius in Epitome regum Francicorum*.

Argentorati: cujus episcopus fuit Etho; ut annotat *Hermannus in Chronico*.

Episcopatum ibi erexit rex Francorum Dagobertus: ut refert *Gigas*.

D In diœcesi Argentinensi, in Schvvartzach, & Gengenbach, & Schuterâ, monasteria Pyrminius fundavit: *referente Trithemio, in Epitome Regum Francicorum*.

In Saletio, oppido distante sex milliaribus ab Argentorato, Pipinus Pascha celebravit: ut narrat *Urspergensis*.

In Vindeliciâ. Nam in superiori Vindeliciâ, intra Isarum & Ænum, in faucibus Alpium, propę lacum Tigurinum, monasteria quædam fuisse, meminit *Aventinus*.* [* lib. 3.]

Augustæ Vindelicorũ episcopus fuit Periochius. *Munsterus in Cosmographiâ*.

E Neoburgi episcopus Mannus fuit. *Aventinus*.† [† lib. 3.]

In ELSATIA, apud villam Selestadium, Carolus Magnus natalem Domini celebrat. *Regino*,† & *Aventinus*.* [† lib. 2. * lib. 4.]

In Norico. nam in Norico Ripensi, & Hunniâ, Hippolyto templum exstruxerunt Albertus & Ottogerion: unde urbi nomen factum est S. Polten. *Aventinus*.† [† lib 3.]

In SUEVIA. Nam episcopis Sueviæ Gregorius Papa commendavit Bonifacium: ut refert *Mutius*.* [* lib 8.]

F In BAVARIA. Nam Thassilo, Dux Bavariæ, monasteriũ Pölingen/ Böienbrunnen, S. Nicolai Bataviæ, Berenburgk/ Krembsmünster/ Larch/ Pfaffenmünster, instituit: & episcopalem sedem à Laureaco transtulit Bataviam: ut indicat *Chronicon de Ducibus Bavariæ*, *Trithemius de origine gentis Bavarorum*, & *Aventinus*.† [† lib 3.]

Ratisbonæ, seu Reginoburgi: ubi episcopum Geovaldam ordinavit Bonifacius: ut refert *Aventinus*.* [* ibid.]

Aichostadii. Nam Wilibaldus primus Eystettensis ecclesiæ celebratur episcopus, *ab Hermanno Contracto in Chronico*, & *ab Aventino*.† [† lib. 3.]

G Weissenburgi. Nam Dagobertus rex Francorum ibi instituit episcopatum. *Gigas in Floribus temporum*.

Juvaniæ, seu Saleburgi. Constitutæ enim isthic ecclesię, Bonifacius Johannem, virum literarum scientiâ & vitæ sanctimoniâ celebrem, pręfecit episcopum. *Aventinus** [* ibid.] meminit & episcopi ejus Vergilii.

Fruxini, seu Fritingæ: ubi episcopum egit Ariobertus. *Aventinus*.† [† ibid.]

Corbinianum, Frisingensis ecclesiæ episcopum, indicat *Otto Frisingensis*.* [* lib. 5. cap. 23.]

H In AUSTRIA. Nam *Blondus* † [† Dec. 1. lib. 10.] commendat Austriacos, quòd fidem Christi à Saracenorum spurcitiâ illæsam servarint.

In CARINTHIA: ut patet *ex Aventino*.* [* lib. 3.] Modestus enim ab episcopo Saleburgensi ad Charionas missus est.

In FRANCONIA. Nam Wirtziburgi, seu Herbipoli, an-

tiquioris Franciæ metropoli, episcopatus institutus est anno Christi 751. *Hartmannus in Chronico, & Otto Frisingensis.** Et Burchardum ibi episcopum egisse, *Regino* † narrat, & *Aventinus.**

* lib.3 c.21. † lib.2. * lib.3.

Fuldense cœnobium fundavit Bonifacius. *Hermannus Contractus in Chronico.* Meminit ejus & *Sigebertus in Chronico.*

Monasterium in Amerbach, diœcesis Herbipolensis, exstruxit Pyrminius: *teste Trithemio, in Epitome regum Francicorum.* Et Bonifacius, in eâdem diœcesi, Kitzingense cœnobium. *Ibidem.*

Frācofurti ad Mœnum. Ibi enim celebrata est Synodus episcoporum Germanorum & Italorum, contra hæresin Felicianam. *Regino.**

* lib 2.

In THURINGIA. Nam Gens Thuringorum hoc seculo conversa est, ut postea dicemus. & Gregorius II. scripsit Epistolam ad Clerum & Plebem Thuringiæ.

Bambergæ sedem episcopalem Bonifacius instituit: ut patet ex epistolâ ejus, quæ exstat *apud Nauclerum.**

* Generat. 25.

Erfordiæ. Nam hic cœpit Ecclesia hoc seculo colligi; ut postea dicemus. Et meminit Præfecti Erfordiensis Carolus, in Constitutionibus suis.

Alvestadii. Nam Carolus Magnus ibi etiam habuit Præfectum: ut patet ex Constitutionibus ejus.

In HASSIA. In eâ enim etiam Bonifacius Ecclesias instauravit. *Wilibaldus in vita Bonifacii.*

In SAXONIA. Nam victis Saxonibus, & partim in Flandiam & Brabantiam translatis, ex eâ gente plurimi Christiani facti sunt. *Urspergensis in Chronico, & Crantzius.**

* li 2 Sax. cap.14.

Ad Melibocum, in monasterio quodam Bonifacium paucos monachos docuisse, autor est *Jacobus Curio.*†

† lib.2.

Schydræ, episcopatum Carolus Magnus anno 3. Constantini, instituit: qui postea Walterslebiam; ac indè in Frosam; ac denique Magdeburgum translatus est: ut indicat *Heinricus Erfordiensis.**

* cap.69.

Magdeburgi. Nam Carolus Magnus ecclesiam Stephani ibi instauravit, Veneris fano subverso. *Crantzius.**

* li.2.c.12

Salingstadensis episcopatûs, qui postea Halberstadium translatus est, meminit *Crantzius in Metropoli.*†

† li 1.c.10.

Halberstadensis episcopatû, circiter annum 758. à Constantino & matre ejus aucti, meminit *Munsterus in Chronographia.**

* Ætate 3

Helmenstadii. Ibi enim suam sedem habuit Ludgerus, Mymigardevordēsis episcopus, ad vicinos Vādalos Christi religionem propagans. *Crantzius in Metropoli.*†

† li.1 c 10.

Hildesiæ, Carolus in castris agens, contra Saxones exstruxit ecclesiam, eique Guntherum sacerdotem præfecit. *Crantzius in Metropoli.** *Chronicon Saxoniæ* narrat, à Ludovico id factum esse, anno 816.

* li.1 c.10

In Westphaliâ. Nam Carolus Magnus in Mymingrodâ monasterium condidit, ad Ecclesiarum ejus loci ædificationem: unde postea episcopatus Monasteriensis dictus est. *Crantzius in Metropoli,** *& in Saxoniâ.*†

* li 1.c.5. † li 2.c.16.

Osnaburgi, Carolus Magnus Ecclesiam ac Scholam instituit, propter Saxonum conversionem. *Heinricus de Erfordiâ,** *Crantzius in Saxoniâ,*† *& in Metropoli.**

* cap 67 † li.2.c 11. * l 1.c. ...

Paderbornensis episcopatûs, à Carolo constituti, meminit *Crantzius in Metropoli.*† *& Chronicum Saxonicum.*

† li 1 c.4 & 11.

Mindensis Ecclesiæ, & episcopi Herimberti, meminit *Crantzius in Metropoli.**

* li.1.c.9

Ad castrum Heresburg, prope Lippam, Saxones baptizantur. *Regino.** Inibi à Pipino Ecclesia ædificatur: ut patet *ex Chronico Isenacensi.*

* lib. 2.

Bremæ. Nam episcopus ejus Willericus, Dithmarsos ad fidem Christi adduxit. *Crantzius in Metropoli.** Et episcopatum Bremensem Carolus Magnus fundavit, anno 786. *Chronicon Saxoniæ.*

* li 1.c.13.

In FRISIA. Bonifacius aliquot millia baptizavit. *Wilibaldus in vitâ Bonifacii, Regino,*† *& Ado Viennensis.**

† lib.2. * Ætate 6

In Holsatiâ. Nam Willericus ibi Ecclesiam plantavit. *Crantzius in Metropoli.**

* li.1.c 18.

Hamburgi: ut postea dicemus, de Propagatione.

Apud Dithmarsos, in Meldendorp, episcopus Bremensis Ecclesiam collegit.

In DANIA etiam fuisse Christianos, facilè licet æstimare ex historiâ Caroli Magni. Nam *Urspergensis* narrat, eum res Saxonum & Danorum ordinâsse, & in Franciam reversum esse.

Inter Gotthos. Nā episcopi Gotthiæ, ejusque notarii Erithymii, mentio fit *in Actione 4. Synodi Nicanæ.* Et Cyrillus personam gerit episcopi Gotthiæ, *in Actione 7. Nicanâ.*

DE ECCLESIIS PER Oceanum.

ETiam in Insulis Oceani, Ecclesia Christi hospitia sua habuit. Nam de Britanniâ testatur *Beda.*†

† li.5. Hist. Eccl.c.24.

Ac oppida quædam nominantur. ut Londinum: ibi enim Bonifacius celebravit Synodum; ut infrà dicetur.

Crolandia. Claruit enim ibi Felix quidam, monachus Benedictinus, anno Domini 730. *Balæus.*

Eboracum: ubi episcopum egit Egbertus; qui apostolos, ad convertendos Frisios, misit. *Balæus.**

* Cent.2. cap. 19.

Beverlacum: ubi Johannes ædem exstruxit. *Polydorus.*†

† li. 4. Hist. Angl.

Cantuaria: cujus episcopus interfuit Synodo Londinēsi, ut infrà dicetur. Theodori etiam, Cantiorum episcopi, meminit *Balæus.**

* Cent.2.

Wellia. Nam ibi templum Ivas condidit. *Polydorus.*†

† lib.4.

Ventanæ civitatis & ecclesiæ meminit *Beda.** Et Cynehardus, ejus episcopus, ad Lullum Moguntinum scripsit epistolam.

* lib.4.c.19.

In Docestrensi Ecclesiâ, Hedda episcopus à Cantuariēsi ordinatur. *Balæus.*†

† Cent.2.

Herefordia. Offa enim, Meltiorum rex, templum ejus muneribus cumulavit. *Polydorus.**

* lib.4.

Hagustaldensis ecclesiæ episcopi fuère, Adrianus & Accas: ut annotat *Beda.*† Et *Hector Boetius** refert, Accam in Candidâ casâ episcopatum gessisse: ut annotat *Balæus.*†

† li.5.c 21. * lib.9. † Cent.2.

Cœnobiorum in Britanniâ plurimorum, meminit passim *Balæus.* ut Lundisfarnensis, Excestriæ, Bernigensis, & similium.

¶ In SCOTIA. Nam *Beda,** & *Ado Viennensis,*† narrat, Scotos Pascha cœpisse more Romanæ Ecclesiæ observare; cùm hactenus Asianorum consuetudinem sequuti fuissent. Et Sedulius junior Scotorum Australium episcopus fuit, *teste Balæo.**

* lib.5. de Rat. temp. † Ætate 6.

* Cent 14. cap.28.

Pictorum meminit *Beda.*†

† li 5.c.22.

Huensium monachorum in Scotiâ, meminit *Beda.**

* li.5.c.16.

¶ In HIBERNIA. Duos enim Scotos monachos, de Hibernia, cum mercatoribus Britannis, ad littus Galliæ venisse, narrat *Erfordiensis.*†

† cap.69.

DE PROPAGATIONE.

VT aliis seculis superioribus, Dominus noster JESUS CHRISTUS, subinde alias nationes & gentes luce Evangelii illustravit: ità nec hoc seculo otiosus in regni sui propagatione fuit. Et quàmvis, justo suo judicio, ob veritatis suæ contemtum, & piorum persequutionem, & improbitatem & hypocrisim multorum, regnum suum a multis abstulit; præsertim Ægyptum, Africam, & Asiam incolentibus: tamen novos convivas in Europâ, & maximè in regionibus ad Septentrionem, ad nuptias suas, missis legatis, vocavit, & venire quasi compulit. Unde *Fasciculus temporum* eleganter inquit: *Fides proficit & deficit, pro diversitate locorum & temporum. Jam Aegyptus & Africa a Saracenis vastata sunt: & ecce, quasi fides volasset, ad populum Paganum pervenit.*

In multis Germaniæ locis, superioribus seculis regni Christi quasi semina & fundamenta jacta sunt, & Ecclesiæ non-paucæ institutæ: verùm ob tortis armati, atrium suum strenuè propugnantis, furorem, & ob gentis istius ferocitatem, & superstitiones diu assuetas, (*Crantzius in Metropoli**) & ob penuriam vigilantium & diligentium Doctorum, tardiùs omnia sunt progressa; præsertim quod ad Borealem Germaniam attinet. Verùm hoc seculo, postquàm illuxit tempus, quod Dominus suæ misericordiæ præfinivit, majori cum fructu res successit. Nam excitavit Dominus Vinofridum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum suis collegis, Gregorio, Lullo, Megingolo, Wilibaldo, Sturmio, Wigberto, & Burchardo, & Pipinum & Carolum, Reges pietate & virtute præstantes, ad Ecclesiæ

* li.1.c.1.

suæ

suæ in Germaniâ propagationem: & opus manuum eorũ ipse gubernavit, & promovit.

Nam hoc seculo ad Thuringos factam propagationem Euangelii, in hunc ferè modum referunt Chronici. Bonifacius, reformator Ecclesiarum Bavaricarum, & Moguntinus episcopus, cùm vicinos Thuringos videret adeò Ethnicæ superstitioni deditos & barbaros: ut non admitterent ullum doctorem Euangelii; nec posset quisquam iis, sinè summo discrimine vitæ, concionari: explorato ejus regionis situ, exercitu collecto, ex insperato irruptionem facit in terram eorum. Illi verò metu perculsi, sese recipiũt in locum naturâ munitum, prope Unstrotum, inter Gebesenam & Hedemslebiam, nomine Tretenburgum. Bonifacius autem, principibus viris evocatis, concionatur de Christo, vero Deo & Homine, ac Salvatore Mundi: ac monet, ut & ipsi ejus doctrinam amplectantur. Thuringi, ut homines ad sua commoda attenti, quærunt; quid nam utilitatis ad se rediturum sit, si sua colla Christo subjiciant? Bonifacius inquit: *JESUS CHRISTUS, verus Deus, Homo factus se nobis attulit pacem, & justitiam, & libertatem. Quòd-si in eum credideritis; liberaminis ab omni malo corporis & animæ, & ab Inferni & Diaboli potestate; & accipietis vitam æternam.* Illi respondent: *Nos sumus sub servitute Regis Ungariæ: ac cogimur ei quotannis decimas, non modò de bonis; sed etiam de liberis nostris, pendere. Quòd-si posses nobis certò, per tuum Deum, quem nos vis colere, præstare immunitatem a decimis illis: sane in eum crederemus; ejusq; servitio & cultui nos addiceremus. Sin verò ea de re nobis cavere non voles, neque potes; avitam nostram religionem tuebimur, etiam cum bonorum & vitæ discrimine.* Bonifacius cum suis sociis consilium init: ac cùm diu agitatum esset, non posse eis promitti libertatem a servitute Ungarorum; neque posse omnes illos piè trucidari, neque re infectâ ab eis discedi: ne alii in pertinaciâ suâ confirmentur; & ne ad defectionem à fide fortè vicini invitentur: tandem in hanc sententiam omnes pedibus eunt; rejiciendam esse responsionem in aliud tempus: ac interea Pontifici ac Cæsari scribendum; ac inquirendum, an non ipsi ab Ungaris vellent ac possent liberare Thuringos. Noctu autem in somnis Bonifacium vox perterrefacit; quæ inquit: *Modicæ fidei, quo modo Thuringi in me credant; cum tu ipse de me addubites? An non legisti, quod scriptum est:* Et occides Reges? Ego de cælo descendi propter hominem, & mecum judicium & justitiam attuli; & sanguine meo tam pauperes, quàm divites, redemi: nec volo, ut quisquam de suo corpore decimas alteri ferat; neque mihi ipsi hoc jus usurpo: ac eos constituam Magistratus, qui credentes in me contra vim injustam tueantur. Quare impero tibi, ut Thuringos meo nomine liberos & immunes pronuncies a decimis: & certò eis fidem facias, regem Ungariæ unquam ab eis ampliùs decimas extorturum. & in eorum regione tamdiu maneas; donec certissimo indicio cognoscant suam libertatem.* Cùm Bonifacius ista renuntiâsset illis; paulatim incipiebant Christianæ fidei esse æquiores.

* Psal. 105. vers. 14.

Non multò itaque pòst, cùm rex Ungariæ comperisset, Bonifacium subditos suos ab obedientiâ absolvisse: copias suas in Thuringiam misit. Collatis autem signis, orante Bonifacio, Ungari vincuntur: atque agnoscunt Thuringi, eam victoriam sibi divinitùs contingere. Quare gentili superstitione abjectâ, Christi fidem amplectuntur; & sacro lavacro in ejus nomine initiantur. Ac, quò essent inposterum ab Ungaris securi; petunt, per Bonifacium, à Carolomanno gubernatorem: qui misit eis virum quendam, de familiâ Stauffenorum. *Chronicon urbis Isnacensis.*

Gregorius II. ubi hac de re certior est factus, in id incubuit: ut paulatim sibi jus acquireret, Ecclesias ibidem instituendi. Literas ergo ad Thuringos dedit; quibus Bonifacium illis commendat: & à se eum ablegatum esse narrat; ut eos doceret & baptizaret. Meminit ejus epistolæ *Nauclerus*†

† Generat. 25.

Passim autem in Thuringiâ Ecclesias plantâsse, Bonifacium, scribunt. Nam Aldenburgi Hugonem senem convertit, & baptizavit. Et ibidem sacram ædem sancto Michaëli dedicavit: ut patet *ex Chronico Isenacensi.*

Ortruvii etiam collectâ Ecclesiâ, autor fuit ut templum exstrueretur: ut *in Chronico Isinacensi* annotatum est. Meminit & *Hedio*† monasterii Ortruvii, tempore Bonifacii exstructi.

† lib. 6. cap. 21.

Idem Erfordienses ad fidem convertit; & templum, in honorem Mariæ virginis, erexit; & episcopatum instituit. *Mutius,*† & *Hartmannus Schedel.**

† lib. 9. * in Chron. Ætate 6.

¶ Hessos etiam ab idololatriâ ad verum fidem adduxit Bonifacius, cum suis discipulis: & seductores, quos appellabant Dortein, Berter, Cambert, & Unradt, compescuit: & in Frideslar basilicam struxit. *Regino,*† *Sigebertus in Chronico, Crantzius.** Ac passim ordinavit alios doctores & episcopos. *Hedio.*†

† lib. 2. * lib. 2. cap. 10. † lib 6. cap. 21.

In Hassiâ Gesmeram nominat *Wilibaldus in vitâ Bonifacii;* ac narrat, eum isthic ilicem Jovis, à Paganis divino honore affectam, destruxisse. Eum locum alii Witmariam in Westphaliâ appellant.

Heresfeldiæ Pipinus, anno Domini 736. templum ædificavit; & Hassorum ac Thuringorum bonis locupletavit: ut annotatur *in Chronico Isenacensi.*

¶ Ad Saxones propagatio facta est: non tantùm Doctorum industriâ; sed etiam Regum Franciæ, Caroli Martelli, Pipini, & Caroli Magni, victoriâ & edictis; & Scholarum & Ecclesiarum institutione. Nam Carolus, per annos ultra 30. cum Saxonibus bellum gessit: ac sæpè victis, nullam aliam legem tulit; quàm ut, abjectâ superstitione, verum Deum agnoscerent, & Filium ejus Dominum nostrũ JESUM CHRISTUM. Sed illi, licèt aliquoties receperint se parituros, & inter eos multi baptisati sint, tamen levi aliquâ occasione oblatâ, religionem abjecerunt; & pro recuperandâ libertate arma ceperunt.

Sed tamen anno 776. tandem, *(ut annotat Regino†)* Saxones, ad Heresburgum, ubi fanum Herman-Saul destruxerat annis superioribus, & ædificaverat basilicam Carolus, miraculosè victi, venerunt ad Carolum, ad castrum ad Lippam fluvium; & cum uxoribus suis baptizati sunt. Anno sequenti, Padelbornæ plures Saxones baptisantur.

† lib. 2.

Postea, ad annos octo, sæpiùs à fide defecerunt Saxones: donec tandem octuagesimo-quinto Witekindus & Albion, ad Attiniacum seu Mittenbach, Christiani facti, & baptisati sunt.

Crantzius in Metropoli† narrat: Witekindum, reconciliatum Carolo, cùm adhuc esset Catechumenus, venisse Wulmerstadium, ad Oram fluvium, ubi castra erant regis, circa Pascha; & inter mendicos sedisse; & sacra spectasse; ac stipem accepisse. & agnitum, interrogatumque cur id fecisset? respondisse: Se voluisse sacros ritus Christianorum hoc modo contemplari; cùm aliàs sibi interesse non licuisset. Regem autem interrogâsse; Quid nam vidisset? Eum verò dixisse: Se vidisse in templo pulcrum puerum, à manu Sacerdotis descendere in ora accipientium: qui aliis quidem arriserit; ad alios verò averso facie ingressus sit. Et postea de his mysteriis edoctum, majori fide amplexum esse religionem Christianam. Sed fides esto penes autorem.

† lib. 1. cap. 9.

Carolus autem, ut Rex pius, ab Albino, cujus consilio in sacris rebus omnia gerebat, non tam armorum vi, quàm institutione sacrâ, subigendos Saxones, admonitus; decem millia ex illis, qui utrasque ripas fluminis Albis inhabitabant, cum uxoribus & parvulis, transtulit in Brabantiam & Flandriam: ut isthic inter Christianos constituti, tùm minùs rebellare possent; tum etiam faciliùs ad religionem Christi assuefierent. *Urspergensis in Chronico, & Crantzius in Saxoniâ.*†

† lib. 2. cap. 4.

In terris occupatis, passim episcopatus & scholas instituit Carolus: eisque homines idoneos præfecit, ad propagationem fidei.

Nam, cùm castrum Witekindi, non procul ab Osnaburgâ hoste fugato, suo firmâsset præsidio: Ecclesiam ædificavit in ea provincia primam, eique præfecit Wihonem, gente & origine Frisium: ac jussit eum ibi Græcas & Latinas scholas aperire; & clericos utramque linguam docere: ut patet ex diplomate, *apud Albertum Crantzium in Metropoli.*†

† lib. 2. cap. 2.

Deinde, in Orientali Saxoniâ, in Salingstadia, quæ postea Osterwick dicta est, propter propagationem verbi in

illis locis, & ad vicinos Vandalos, ædificavit ecclesiam, in honorem Stephani; eique præfecit Hildegrinum: qui auctus rebus & populo, cùm cogitaret de alio têplo ampliori instituendo; ab angelo jussus est Halberstadium concedere. quod & fecit. *Crantzius in Metropoli.*†

† lib. 2. ca. 3

In Scbydrâ, anno 3. Constantini, filii Leonis Copronymi, Carolum Magnum episcopatum erexisse, qui postea in Waltersleben, & deinceps Frosam, tandem verò Magdeburgum translatus sit: narrat *Henricus Erfordensis.*†

† cap. 69.

Magdeburgi, seu Parthenopli, etiam initia quædam Ecclesiæ cœpisse, colligi indè potest: quòd Carolus fanum Veneris, unde castrum illud nomen habebat, (Hebraicè enim *Megede* Venerem notat) ibidem subvertit; & ædem sacram, in Stephani honorem, exstruxit: quam tamen Vandali paulò pòst subverterunt. *Crantzius in Saxonia*, † *& in Metropoli.** Et Carolus, in Constitutione suâ de Negotiatoribus, meminit Hattonis, præsidis sui in Magadeburg.

† lib. 2. cap. 18 * lib. 1. ca. 3.

Hertesburgi, idolum Saturno, Krodo dicti, destructum est, non sinè conversione incolarum. *Crantzius in Metropoli.*†

† lib. 1. ca. 3.

Cùm Padelburnę ecclesia esset collecta: Carolus Wirziburgensi episcopo curam ejus demandavit. *Crantzius in Metropoli.*† Et postea Herstallensi episcopatui, huc translato, (*ut Erfordiensis annotat*) proprium episcopum dedit. *Crantzius.*† Factum id anno Domini 786. *Chronicum Saxonicum notat.*

† lib. 1. ca. 4. † lib. eod. cap. 21.

Opus erat & in Westphaliâ episcopo, qui Ecclesias collectas regeret. Quare ne deesset eâ in re Carolus religioni Christianæ, in loco celebri & populoso Mymingroda, quę postea Monasterium dicta est, episcopum cõstituit Ludgerum, ab Albino ex monasterio Beneventano evocatum. *Crantzius in Metropoli* † *Henricus de Erfordia** dicit, id factũ esse anno 4. Constantini, filii Leonis Copronymi.

† lib. 1. cap 5 * cap. 69.

In Orientali Saxoniâ, ultra Wisurgum, in Werdâ Cæsaris, non procul à Coloniâ, Suuibertus celeri cursu ex Britanniâ evolans, collegit Ecclesiam; & à Carolo episcopatu ibidem constituto, lectus est episcopus. *Crantzius in Metropoli* †

† lib. 1. cap. 6.

Witekindus, ut juvaret plantationem Religionis Christianæ, magnam partem de arce suâ ad Wiseram, destinavit ædificandæ ecclesię; & episcopo Herimberto donavit: unde accepisse nomen episcopatum Mindensem, à Meo & Tuo, (Min & Din) volunt. *Crantzius in Metropoli.*† Anno Domini 787. ut annotatur *in Chronico Saxonico.*

† lib. 1. cap. 9.

Persuasit etiam Woldero, Comiti Herfordiæ, ut cœnobium puellarum nobilium ibidem exstrueret. *Henricus de Erfordiâ.* Et equum nigrum, quem inter insignia gestabat, albo colore pingi curavit: ut testaretur, se ex tenebris gentilibus ad veram lucem esse traductum: *ut in Saxonicu annotatur Chronicu.*

Ut Saxones, subindè à fide recedentes, propter Vandalorum auxiliares copias, in officio retineret: episcopatum Aulicensem constituit; eique præfecit Guntherum. Sed postea ea Ecclesiæ sedes Hildesiam translata est. *Erfordiensis,*† *& Crantzius in Metropoli.**

† cap. 69. * lib. 2. cap. 10.

Helmenstadium Ludgerus, episcopus Mymingavordensis, consensu Caroli, munit: ut indè ad vicinos Vandalos tutiùs propagaret Christianam religionem. *Crantzius in Metropoli.*†

† ibid.

¶ Ad Frisios, sub finẽ superioris seculi. Pipinus, (*ut annotat Trithemius*) aut Papa Sergius, (*ut narrat in epistolâ suâ Bonifacius ad Stephanum II.*) aut Egbertus, episcopus Eboracẽsis, (*ut indicat Baleus* †) Wilibrordũ Anglum cũ aliis misit. Is per annos quinquaginta eam gentẽ docuit: & Trajecti episcopatum constituit. Sed tamen, quia multi in eâ gente remanserunt Pagani: Bonifacius eò veniens, maximam multitudinem Frisiorum convertit, circiter annum Domini 752. ut testis est *Ado Viennensis.*† *Et Carolus Magnus in diplomate Bremensium, Crantzius in Saxoniâ,*† *& in Metropoli.** Interfecto autem Bonifacio, Villehadus Anglus in Frisiam navigavit: ut in fide confirmaret a Bonifacio conversos. *Crantzius in Metropoli.*†

† Cent. 2. cap. 19. † Ætate 6. † lib. 2. cap. 15. * lib. 1. c. 8 † lib. 1. ca. 9.

Cùm autem Carolus cuperet, in eâ regione non modò conservari; sed magis magisque propagari Christianam religionem: inito consilio cum Papâ Adriano, & Lullo Moguntinensi, & aliis episcopis, Bremæ episcopatum ordinat: anno Domini 788. Eique Willehadum præficit. *Crantzius in Metropoli.*† Qui assiduitate & diligentiâ, in docendâ plebe, multos Domino lucratus est.

† ibid.

¶ In Holsatiam, Albionem, ejus regionis Ducem, cum Witekindo conversum, curâsse propagari doctrinam Euangelii; non est quòd dubitemus. ac testatur *Crantzius in Metropoli,*† Albionem illa loca purgâsse ab idolis.

† lib. 1. cap. 12.

Hamburgi, quod castrum Hammonis, seu Jovis, vocat Heinricus Erfordiensis, Carolus episcopatũ instituit; Anno 17. Constantini. *Crantzius in Metropoli.*† ibi idolum Jovis destructum: & nomen ei castro ab Hamâ pugile esse, affirmat.

† lib. 1. cap. 12.

Dorstadii, ad Albim propiùs siti, quàm nunc est Stadiũ, Willericus Bremensis episcopus Ecclesiam collegit. *Crantzius in Metropoli.*†

† lib. 2. ca. 19.

Dithmarsos, in oppido Miltendorp, sic à fluvio Milte appellato, Willericus Bremensis episcopus ad fidem Christi invitavit. *Crantzius ibidem.*

¶ Ad Longobardos Sebaldum misit Gregorius II. ut annotat *Hartmannus in Chronico* †

† Ætate 6.

¶ In Ungariam etiam propagata est religio Christiana, per arma Caroli. Nam, cùm ad montes Budæ obsessos Ungaros, fames coëgisset facere deditionem: eos, qui fidem Christi amplexi sunt, vitâ & libertate cum fortunis donavit: qui verò in Scythicâ superstitione perstiterunt, bonis mulctavit, solâ vitâ concessâ. Et postea, expugnatâ Sicambriâ, seu Budâ, cives per præconem hortatus est; ut, abjectis idolis, Christum agnoscerent & colerent: & templum Mariæ exstruxit; & sacerdotes ibidem reliquit, amplificandæ religionis gratiâ. Idem fecit in Insulâ, ad quam sese Ungari receperant, expugnatâ: ut narrat *Bonfinius.*†

† Decade 1. lib. 9.

Ad Venedos Charinos, ad fontes Savi & Dravi habitantes, jussu Thassilonis, Modestus ablegatus, ædes sacras in Solio & Liburniâ civitate exstruxit. Eo extincto, cùm Chitomarus, ejus gentis Dux, alios doctores flagitaret: Madoldus & Variomarus eò venerunt. Cùm autem Venedi ducem suum, ob mutatam religionem, persequerentur: Thassilo ei opem tulit: & seditiosis repressis, plures doctores, à Virgilio eò missi, Ecclesiam ibi collegerunt.

Ingo, regulus Venedorum, multis ex suis Satrapis hac ratione Christianos fecit. Convivium lautè instruxit; & vilem plebeculam, simul cum equestris ordinis proceribus, invitavit: atque præ foribus Nobiles recumbere jussit; pane duntaxat cibario & carunculâ rancidâ pavit; vinumque fictilibus propinavit austerum. Sed agricolas, suæ mensæ adhibitos, cœnâ lautâ pavit; & vinum poculis aureis, & argenteis, & gemmatis proposuit. Cùm Nobiles id indignè ferrent, ac in sui contumeliam fieri stomacharentur: respondit, se ideò rusticolas ad mensam suam admisisse, quia essent sacro lavacro abluti: illos verò nobiles foris reliquisse, quia sordibus ethnicis squalentes, hircum impietatis oleant, nauseamq; sibi faciant. Illi autem, cùm grave ducerent, ab epulis sui Domini removeri; certatim ad sacrum fontem properarunt. *Narrat Aventinus.*†

† lib. 3.

Ad Slavos Carolum Magnum jussisse Arnonem, episcopum Juvaviensem, abire, & rudem populum docere veram religionem; *in Chronicu* de conversione Charentariorum annotatur: *& apud Lazium.*†

† li. 2. Reip. Viennens. cap. 2.

Ad Avares, in Pannoniis habitantes, Virgilium, jussu Bonifacii, ablegâsse Haymonem & Regebaldum; & postea sub Carolo Magno, Theodoricum ab Arnone, Juvavienti episcopo, illuc missum, propagâsse doctrinam Christi: refert *Lazius ibidem.* Et Bonifacium ipsum suâ prædicatione usque in Pannoniam pervenisse, ac diaconos & episcopos ubique constituisse, *Mutius in Chronico* † indicat. Et Carolum Magnum, devictis Avaribus, seu Hunorum gente, Bojorum colonias Geroldum, Præsidem Bavariæ, deducere jussisse, & templa exstrui imperâsse: narrat *Aventinus.*†

† lib. 6. † lib. 4.

DE AMPLIATIONE.

OGerus Dux de Danâ Marchiâ, cùm Indiam superiorem tempore Caroli Magni occupâsset, cum suo

exercitu

A exercitu ibi Imperium ordinavit: & Johannem, filium regis Frisonum, Presbyterum Johann appellatum, propter vitæ sanctimoniam, ei præfecit: ac subjecit ei quatuordecim Barones, qui alias vicinas terras circumquaque tenebant: ut isthic Christianæ religionis custodem & propagatorem ageret. *Refert Wernerus in Fasciculo temporum.*

In Bavariâ, Odilo Dux, videns, Christi fideles in suâ ditione valdè crevisse, pluribus templis opus esse rarus, Salisburgensem sedem erexit: *ut refert Bruschius.*† Et narrat *Aventinus,** Utilonem septem monasteria exstruxisse; unum Mainle, prope Mœnum, lacum Noricorum; sex in inferiori Bavariâ, juxta Danubium.

† de Monaster. Germ. * lib 3.

B Fruxinensis episcopus collegium mystarum instituit ad Ilerusicum: & Alto eremita monasterium Altenmünster inchoavit. Pipinus Dionysio ædes sacras dedicavit, non procul à Monacho, & in ripâ Isaræ.

Carolus Magnus, Arnoni episcopo Juvaviensi, ejusque successoribus, subjecit omnem provinciam à Dravo flumine Anassum versùs; unde Hunos & Avares ejecerat. *Aventinus.*†

† lib. 4.

C Bonifacio cum collegis 52. in pago Dockheimo, occiso; crevit res ecclesiastica, magnis successibus: cū Barbari paulatim positâ ferociâ mitescerent, & abjectâ idolomaniâ fidem Christi amplecterentur. Juvit hos successus haud parum, episcoporum Coloniensium pietas, & insignis eruditio. *Lambertus Hortensius.*†

† lib 1. Rerum Mirabil.

Prope Ultrajectum, in collegio Crucis, multi viri docti instituti sunt: qui non tantùm isti Ecclesiæ præfuerunt; sed etiam alii finitimis Ecclesiis episcopi dati sunt: ut indicat *Hortensius ibidem.*

D Alphōsus, cognomine Castus, rex Hispaniarum, ex manubiis Maurorum, quorum 70000. in acie cæcidit, duas erexit Ecclesias; Otientenensem, & Austrinensem. *Rittus.**

* lib 2. de Reg Hisp.

Et Carolus Magnus, Compostellæ, ecclesiam Jacobi locupletavit auro & argento, à Regibus & Principibus oblato: & Episcopum, & Canonicos ad regulam Isidori, instituit. *Erfurdiensis.*†

† cap 68.

DE CONVERSIONE.

E Narrat *Sigebertus in Chronico*; quòd anno Domini 765. cùm Judæi in Beryto imaginem Christi per contumeliam pupugissent, sanguis ex latere effluxerit. quo cùm deprehendissent omnes ægrotos aspersos sanari, adducti sint ad veram Messiæ agnitionem; & ad episcopum ejus loci Adeodatum accedentes, baptizati.

Thelericus Bulgarorum Dux, ad Leonem Copronymū fugit: & baptizatus, ab Imperatore Patricii dignitatem accepit; anno Domini 778. *ut annotat Sigebertus.* Meminit ejus & *Paulus Diaconus.*†

† lib. 23.

F Chabeas, satrapa Avarum, à Carolo Magno persuasus, Christi religionem amplexus est: *teste Lazio.*†

† lib. 2.

Cusidus & Cupa, filii Chundi Regis Hunnorum, ad orthodoxam fidem pervenerunt: ut indicat *Bonfinius.*†

† Dec. 1. lib 9.

Reginam Angliæ, quæ stellam adorare solebat, Bonifacius ab errore ad verā fidem deduxit: ac in ejus rei memoriam, in Fuldensi cœnobio, auream rotam suspendit. *Munsterus in Chronograph.*† *Georgius Fabricius* opinatur fuisse cultum Cybeles, inquiens:

† Ætate 3.

Nos Fuldam ingredimur muratis templa, rotamq;
Auream, & idea resonantem sistra Cybeles.

G DE INSTAURATIONE

Ecclesiarum.

Hierosolymam & terram sanctam, à Saracenis & Arabibus divexatam, Carolus Magnus, conjunctis copiis cum Constantino Imperatore, Christianitati restituit: ut narrat *Ptolemæus Lucensis in Rudimento.*

Ecclesia Antiochena, cum per annos 40. propter Arabū tyrannidem, caruisset episcopo, anno Constantini Copronymi 2. sortita est Stephanum, & postea Theophylactum; permissu Ducis Ami[illegible]heni. *Paulus D[illegible]conus.*†

† lib. 22.

H Alexandrina Ecclesia, à Monothelitarum errore repurgata, veram sententiam approbat. *Paulus Diaconus.*†

† ibid.

Va[illegible]tâ & dissipatâ V[illegible]nensi & Lugdunensi provinciâ, per [illegible] Caroli Martelli; aliquot annis sinè episcopis u[illegible]aque [illegible] Laicis sacrilegè & barbarè res sacras Ecclesiarū

A obtinentibus. *Adon.*† & *Æmylius.** Sed Carolus Magnus, ut alias multas, ita etiam has suâ liberalitate recreavit ecclesias: ut indicat *Mutius in Chronico.*†

† Ætate 6. * lib. 2. † lib. 8.

Hispaniam à Saracenis, non modò occupatā; sed etiam à verâ fide in errorem coactam, Carolus usq; ad Cordubā recuperavit, & Christianam fecit: & Compostellę in Synodo, cui Turpinus interfuit, ecclesiam Jacobi principem & dominam constituit, super omnes ecclesias Gallicię & Hispaniæ. *Vincentius.*† *Ptolemæus Lucensis in Rudimento, & Blondus.** Et Pelagius, Hispaniarum rex, licèt copias valde exiguas & inermes haberet: tamē divino fretus auxilio, finitimos ad Christi religionē cōpulit. *Phrygio in Chron. & Rit*°.*

B † lib. 24. cap. 17. * Dec. 2. lib. 1. ° lib. 2.

Salisburgenses episcopi, in Austriâ, Carinthiâ & Stiriâ, collapsam religionem resuscitarunt. *Lazius.*†

† lib. 2. cap. 2.

DE REFORMATIONE.

Mysterium iniquitatis, in Romanis Pontificibus, inter alias fraudes, etiam sub prætextu vel conversionis, vel reformationis, alias ecclesias suo jugo subjecit. Cujus rei exempla in hoc seculo multa habemus. Nam Gre-

C gorius II. per suum legatū Bonifacium, in Germaniā passim Ecclesias, jampridem conversas, ita reformavit, seu potiùs deformavit: ut pōtificio charactere eos notârit; Romanas ceremonias & splēdidas ineptias instituendo, & superstitiones cōfirmando, & corruptelas doctrinę ꝓpagādo. Et tamē hæc oīa, sub velamēto pietatis, charitatis, ευταξιας ordinis, & utilitatis, gesta sunt: ut non potuerit ab incautis deprehendi, quid in eâ re mysterium iniquitatis moliretur.

Bavaria jam antè acceperat veram religionem; ut patet ex superiorum seculorum descriptione: sed nondum erat

D Pontificio jugo & characteri subdita. Quare hoc seculo in eam curam incubuère Pontifices: & nacti cōmodum hominem, Bonifacium Anglum, non parum effecerunt. Nam cùm cognovisset Gregorius III. non omnia adeò rectè à Sacerdotibus Bavaris geri; & unum tantùm esse episcopū Laureacensem, seu Bataviensem: Bonifacium, pallio & potestate archiepiscopali insignitum, literis commendatitiis instruxit ad Bojos & Alemannos; ac pręscripsit ei modum reformationis: nimirum, ut, præter illum episcopum Bataviensem, qui tùm erat Unulus, alios tres ordinaret; quibus

E parochias in eâ provinciâ distributas subjiceret. ut patet ex epistola Gregorii III. ad Bonifacium; *apud Nauclerum*† Eâ in re præstitit se gnavum & solertem Bonifacius: & Saleburgi Johānem, Ariobertum Fruxini seu Frisingæ, Geovaldum Reginoburgi, constituit episcopos; consensu Utilonis Ducis Bavariæ, & Nobilium: & sacerdotes falsos & pravos, & non-idoneos, ab officio removet. *Aventinus.*† Quosdam etiam bonos, ut Adelbertum Gallum, Clementem Scotum, Samsonem Scotum, & Virgilium, & Sidoniū, reprehendentes superstitiosas ejus ceremonias, in Baptismi

† Generat. 25.

† lib. 3.

F & Cœnæ administratione, Zachariæ Pontificis fulmine & tyrannide oppressit: ut annotat *Balæus.*†

† Centur. 2 cap 13.

In FRANCONIA etiam, ante Bonifacii in Germaniam adventum, Ecclesias fuisse, apparet ex literis ipsius ad Zachariam, quæ exstant *apud Nauclerum.*† Sed à Carolomanno evocatus Bonifacius, quādam Synodo habitâ correxit: & episcopatus instituit, Wirtzburgensem, Baubergensem, & Erfordiensem; quos Zacharias confirmavit: ut patet ex literis Zachariæ ad Bonifacium, *apud eundem.* His accenset Aichostadiensem, & Hersfeldensem. *Munsterus in Chro-*

† Generat. 25.

G *nographia.*†

† Ætate 3.

Idem in Frisiâ, jussu Carolomanni, Trajectensem ecclesiam, a Wilibrordo collectam, visitavit; & episcopum ibidem constituit: ut ipse narrat in epistolâ suâ ad Stephanū, quæ exstat *apud Nauclerum.*†

† Generat. 26.

Gallicanas quoque ecclesias, ad Italicarum ceremonias, paulatim assuefactas esse; certum est. Nam Carolus Magnus duos clericos ex Galliâ Romam misit: ut authenticū cantum à Romanis discerent; & Gallos docerent; anno Domini 774. *Sigebertus in Chronico.*

H Multi Anglorum gentis de Britanniâ Romam venerūt: ibique ob signum religionis, tonsuram clericalem susceperunt. *Adon.*† Et Adolphus, pacem, leges, & religionem, in totâ Angliâ, juxta Caroli præscriptum, statuit & confirmavit: ut narrat *Mutius in Chronico.* Et Legati Adria[illegible] Gre-

† Ætate 6.

gorius

gorius Ostiensis, & Theophylactus, Ecclesias Anglicanas pontificio jugo subdiderunt: ut patet ex Synodo Anglicanâ, quam suo loco adscripsimus.

Picti, ad Catholicam Paschatis observationem, sub Naithano Rege adducuntur: anno Domini 709. *Sigebertus in Chronico, & Beda.*†

† lib. 5. cap. 22.

Ecbertus monachus & sacerdos, de gente Anglorum, Scotis etiam persuasit; ut Pascha more Romanorum observarent: ut narrat *Beda*,† & *Ado Viennensis*.*

† lib. 2. de Rat. temp. * Ætate 6.

CAPUT III.

DE PERSECUTIONE ET tranquillitate Ecclesiæ.

SUB PHILIPPICO.

PHILIPPICUS, prudens quidem & disertus, sed ad res gerendas planè ineptus & infelix fuit. Cùm somniâsset, caput suum ab aquilâ obumbrari & protegi; monachus quidam de Imperio ei spem fecit: cui vicissim ille de sextâ universali Synodo abrogandâ fidem dedit. Cùm autem id vaticiniũ non clàm habuisset: Absimarus eum, cæsum & tonsum, ferreis vinculis inclusit; & in Cephaleniam exsulatum misit. Indè autem à Justiniano revocatus, Eliæ cõsilio, à Chersoniis Imperator salutatur, & classe Constantinopolim veniens, designatur Imperator: cujus dignitatis insignia annos duos tantùm obtinet. *Paulus Diaconus.*†

† lib. 20.

Porrò, inter Philippicum & Cõstantinum Papam Romanum, dissidium ortũ est: quod eò usq; progressum est, ut pro hæretico Imperator sit à Papâ declaratus: Populusq; Romanus, neq; nomen, neq; chartas, neq; figuram ejus recipere dignatus sit. *Beda.*† Sed quæ fuerit causa istius dissidii, non admodum clarè indicatur ab Historicis. *Beda* quidem indicat; Philippicum picturas quasdam, continentes acta sex universalium Synodorum, jussisse auferre. Et *Platina* addit, è Sophiæ templo abrasas eas picturas esse. Et *Paulus Diaconus*† dicit; eum imperâsse per literas Romanæ ecclesiæ, ut de Homousio cum Constantinopolitanâ consentiret. *Zonaras* autem narrat, eum sextâ universalem Synodum, convocatâ aliâ, voluisse abrogare.

† de Rat. temp.

† li. 6. cap 31. Longob.

Verùm, si non essent oppressa acta Synodi 7. Constantinopolitanæ, à Justiniano celebratæ; causam aliã fuisse, manifestum fieret: nimirum hanc; quòd Justinianus, & post eum Philippicus, indignè tulerunt Romanorũ superbiam, & dominatum super alias Ecclesias. ideoq; in Synodis suis curarunt fieri Canones, Romanorum dominatui & superstitionibus contrarios: ut *in 2. parte 6. Constantinopolitanæ*, libro superiori exposuimus. Ea verò res malè habuit Romanos: ideò calumniis, quibus potuerunt, illas Synodos acerrimè oppugnarunt; eo prætextu, quasi contra doctrinam, in sextâ universali confirmatam, aliquid novi molirentur. Hinc est, quòd Philippico hæresin impingunt, eumq; turbatorem Ecclesiæ faciunt. Narrant enim, eum Cyrũ Constantinopoli ejecisse: & multos alios, sextam illam universalem Synodum damnare recusantes, exsiliis affecisse; Romanoq; Pontifici literas pravi dogmatis misisse, ac Johannem hæresiarcham, episcopum Constãtinopoli designasse. *Beda*,† & *Paulus Diaconus*,* & *Zonaras*.† Verùm, cùm Cyrus à Justiniano Constantinopolim sit collocatus, ut *Platina* testatur in Johanne VII. verisimile est, illum errorem Justiniani probâsse; ob quem à Philippico sit expulsus.

† de Rat. temp. * lib. 6. Lōg. cap 12. † Tomo 3.

Bulgari Thraciam depopulantes, & Agareni in Oriente grassantes, non-paucos passim è medio sustulerunt pios, odio religionis Christianæ. *Zonaras.*†

† Tomo 3.

SUB ANASTASIO, SEU ARTEMIO.

ARtemius eruditus, & rebus gerendis non-planè ineptus, ex Secretario Imperator à Populo & Senatu Constantinopolitano electus est, post excæcatum Philippicum. *Zonaras.*† Studuit autem tranquillitati: & Romano Pontifici per literas & legatos denuntiavit; se catholicam fidem, & sextæ universalis Synodi decreta amplecti: & Johannem Patriarcham Constantinopolitanum, utpote non rectè sentientem de doctrinâ cœlesti, removit ab officio;

† Tomo 3.

A atque in ejus locum surrogavit Germanum, Cyzico revocatum. *Zonaras*,† & *Paulus Diaconus*.* Qui tamẽ paulò post, cùm Constantinopolis à Theodosio per insidias occupata esset, captivus Nicæam est deportatus: nec pauci ex bonis & piis, in eâ urbis expugnatione, afflicti sunt. atque ipsum Imperatorem oportuit, magistratu abdicato, monachi habitum assumere: & Thessalonicam, cùm annum & tres menses regnâsset, exsulatum abire. *Zonaras*, & *Paulus Diaconus ibidem.*

† Tomo 3. * lib. 20. Rom.

B

SUB THEODOSIO.

THeodosius, vir bonus, & honestæ vitę fuisse, traditur: sed ignavus, & ad rerum administrationẽ minùs idoneus, exstitit. Ad Imperium invitus à seditiosâ cohorte adductus, præfuit ei annum unum. Per se quidem tranquillitati Ecclesiæ studuit: & ut gratiam iniret apud Pontificem Romanum; picturam illam de actis sex Synodorum, quam Philippicus amoverat Constantinopoli, pristino loco restituit: ut *Beda* † refert, & *Zonaras*.*

† de Rat. temp. * Tomo 3.

Sed Saraceni, Amorium obsidentes, & in Asiâ & Ciliciâ C hyemantes, Pergamumque expugnantes, multos Christianos interemerunt. *Paulus Diaconus.*†

† lib. 20.

SUB LEONE ISAURO.

LEo, natione Isaurus, à Justiniano ad Alanos missus, post multa pericula & egregia facinora, reversus, ab Artemio Prætor Orientis constitutus est. Cùm autem Theodosius Artemium ab Imperio dejecisset: ipse, fretus auxilio Artabaldi, Prætoris Armiacorum, contra Theodosium arma capit: atq; eo, Senatûs Constãtinopolitani & Patriarchæ Germani consilio, imperium deponente, Im- D perator designatur; & annos 24. imperat.

Sub eo, neque Respublica, neque Ecclesia, absque calamitatibus fuit. Sed de Reipublicæ cladibus infrà dicemus, in Cap. de Mutationibus Politicis: jam verò de Ecclesiæ miseriis agimus.

Saracenorum in Thraciam irruptio, & Constantinopoleos obsessio, licèt indè repulsi illi sint cum ingẽti suorum clade; tamen funesta multis piis fuit. *Paulus Diaconus.*†

† lib. 21.

Haumar, anno 3. Leonis, Domini verò 720. *juxta Sigebertum*, in Christianos sævit: ac primùm edictum propo- E nit; quo vini usum vetat, juxta Mahometi traditionem: & Christianos jubet fidem suam amplecti: ac obtemperantes immunitate tributorum donat; recusantes verò, & in fide Christi perseverantes, atq; in Ecclesiam verbi Dei discendi causâ congredientes, variis suppliciis afficit. Legem etiam promulgat; ne Christiani testimonium contra Saracenum recipiatur. Imperatorem Leonem per literas hortatur; ut, abjectâ Christi religione, Mahometi amplectatur. Sed nihil effecit: & Christus paulò post, cùm vix unum annum grassatus esset, tyrannum evertit. *Paulus Diaconus.*†

† lib. eod.

F Judæus quidã, Principem Saracenorum Gizid, ad Christianorum religionem evertendam, inflãmat; promissâ regni sui ad annos 40. prorogatione. Ille ergo, fidem Judæo adhibens, publico edicto imagines Christi & aliorum Sanctorũ, quæ in ecclesiis passim in honore erant, propter memoriam doctrinæ Christianæ, tolli jubet: cui qui nõ assentiebantur, in periculo erant. Sed ab hac persecutione liberati sunt Christiani, subitâ morte istius tyranni; anno Leonis 8. *Paulus Diaconus.*† Anno Domini 724. *Sigebertus.*

† lib. eod.

¶ De Imaginibus tristes turbas in Ecclesiâ Leo & Gre- G gorius Papa dederunt; quę multis piis fuerunt funestæ. Nã Leo, anno imperii sui nono, consilio cujusdã, nomine Beser, & Episcopi Nacoliæ, decretum promulgavit: ne in ullâ ecclesiâ cujuslibet Sancti, aut Martyris, aut Angeli, imago habeatur. *Paulus Diaconus*,† *Zonaras*,* *Blondus, Sabellicus, Antoninus, & similes.*

† lib 21. Rom. & li. 6. Longob. cap 14. * Tomo 3.

Causas quidem non planè nullas habuit contra imagines. Nam vidit, Saracenos indè contra ecclesias Dei arripere occasionem blasphemandi, quasi idola & statuas colant. Deinde vidit etiam, crescere superstitionem de cultu H & invocatione Reliquiarum, Mariæ, & aliorum Sanctorũ: quod rectè, juxta verbum Dei, judicavit impium & idololatricum esse; ut indicat *Paulus Diaconus.*†

† lib. eod.

Sed nimis imprudenter & violenter rem videtur egisse. Nam Germanum, Constantinopoleos episcopũ, mandato

ejus

ejus contradicentem, idololatram accusavit; ab officio removit, & Anastasium, sententiæ suæ approbatorē, substituit: omnesque imagines Constantinopoli in forum adduci, & cōburi jussit: & eos, qui afferre detrectabant, capite detruncavit, aut aliâ parte corporis mutilavit, dicens: Scriptum esse, sacrificantes diis alienis eradicabuntur. *Regino.*† *Blondus,** *Platina sub Gregorio II.* Factumq; id est anno 727. *juxta Sigebertum.* Et OEcumenicum professorem, cū duodecim collegis, in Scholâ Constantinopolitanâ a Constantino institutâ, propterea quòd nollent approbare suam sentētiam de imaginib. delendis, in ædibus regiis, unà cum libris, noctu ignibus subjectis, cōbussit. *Zonaras* * Et multos clericos & monachos, & religiosos laicos afflixit. *Paulus Diaconus.**

† lib. 1. * Dec 1. lib. 10. * Tomo 3. * lib. 21.

Nec minùs furiosè egit Gregorius II. Pontifex Romanus. qui cùm, pro officio, debuisset Imperatorē rectiùs instituere, & imaginū cultum prohibere, ac Leonē sapientiâ & pietate placare: tum & ipse cornua sumit, suaq; autoritate eum protelare conatur, rescribens; Non decere Imperatorem de fide ullum facere verbū, & novitate quâdam violare antiqua dogmata catholicæ ecclesiæ, quæ a sanctis Patribus essent prædicata. Inuq; et literis monet omnes Orthodoxos, ne mandato Imperatoris de tollendis imaginib. pareant: imò & Romanæ urbis, atque Italiæ tributa, Cæsari dari, vetat. Quæ quidem res adeò excitavit Italos: ut parum abfuerit, quin sibi alium Imperatorem eligerent.

Imperator autem, hisce irritatus injuriis, Marino imperat: ut Pōtificem, sive ferro, sive veneno, è medio tollat, aut captum Constantinopolim mittat. *Hermannus Mutius.*† Is verò Basilium, Jordanē chartularium, & Johānem Jurionē diaconum, pecuniâ corrūpit; & ejus facinoris administros sibi parat: & apoplexiâ affectus, Româ discedit; Paulumq; Patritium eò mittit, ut ope conjuratorum Pontificem interficiat. Sed re patefactâ, insidiatores capiuntur, & occidūtur. Paulus verò Ravennam se confert, quasi ea res ad se nihil attineret. Imperator vero ei copias & pecuniam mittit: & omninò instat, ut Gregorium puniat. Sed Papa à Longobardis, seu Germanis, qui jam pridem id egerāt, ut Italia Imperatori rebellaret, auxilium petit. Quod quidem promissum illi cupidè arripiunt & præstātatq; Exarcho in itinere obviam profecti, pecuniam vi eripiunt; multosq; trucidant. *Mutius in Chroni. Germaniæ,*† *& Blondus.**

† lib. 6. † lib. 6. * Dec. 1. lib. 10.

Imperator autem Eutychium Patritium Palatii mittit; eiq; Exarchatum Italiæ commendat: deq; Pōtifice capiendo idè dat in mandatis; ac jubet eum, Longobardos à Pontificis amicitiâ abalienare pollicitationibus & muneribus. Sed neque id ei successit. nam Romani & Longobardi in defensionem Pontificis conjurant; & pro ejus salute mortem oppetituros se se, Exarcho respondent: *ut testatur Liber pōtificalis, Platina in Gregorio II. Paulus Diaconus,*† *Bonfinius.**

† lib. 6. Longob. cap. 14. * Dec. 1. lib. 8.

Itali igitur ad Imperatorem supplices libellos mittunt, pro imaginibus sacris conservandis. Sed responsum probrosum Legati, ad octo menses detenti, referunt. *Liber pontificalis.*

Cùm autem Gregorius videret, Imperatorē à Saracenis & aliis hostibus premi, & occasio sese offerret, Romam & Italiam ad se attrahendi, re deliberatâ cum clero suo, in Imperatorem fert sententiam; eumq; Imperio & cōmunione fidelium privat: eò quòd sanctas imagines è sacris ædibus abrasisset, & statuas demolitus esset, & quòd de Homousio malè sentiret. *Platina in vitâ Gregorii III.* Hoc igitur pacto seu artificio, Romam atq; Italiam, omniaq; jura, tam Reipublicæ, quam Ecclesiasticæ, in Hesperiis locis, ab obedientiâ Leonis, & Imperii sub ipso constituti, removit. Idq; anno 13. Leonis accidit. *Paulus Diaconus.*† Anno Domini 728. *juxta Sigebertum.*

† lib. 21. Rom.

Tulit id Imperator indignissimè: & exercitum in Italiā misit, duce Manc, Prætore Cybiorensium: tributaque, quæ ad patrimonium Ecclesię pertinebāt in Siciliâ & Calabriâ, publico fisco adscripsit. *Paulus Diaconus ibidem.*

¶ Rathobodus, dux Frisonum, homo ethnicæ superstitioni deditus, à Gallis contra Carolum Martellum conductus, trans Rhenum, circa Agrippinam, omnia Christianorum templa diripuit. *Aventinus.*† *& Hedio** *ex Wilibaldo.*

† lib. 3. * lib. 6. cap. 21.

Theodovalda, dux Suevorum, Pyrminium antistitem, & post eum Etonem, Suevia exturbat: quòd Carolo Martello favere dicebatur. Sed paulò pòst Dux ille à Carolo expellitur, & Pyrminius restituitur, ac Eto Argentorati designatur episcopus. *Aventinus.*†

† lib 3.

Ungariæ regem oppugnâsse Thuringos, propter Christi religionem à Bonifacio susceptam, & denegatum tributū, supra, in capite de Propagatione, *ex Chronico Isenacensi* indicavimus.

Rigobertus, Remorum episcopus, qui baptizaverat Carolum Martellum; & Eucherius, Aurelianensis episcopus, eò quòd Carolo, contra Raginfredum bellum gerenti, suarum civitatum portas non aperuerant, ab episcopatu suo sunt dejecti: anno Domini 723. *Sigebertus in Chronico.*

Saraceni, Sardiniam depopulantes, multos pios afflixerunt. *Beda.*† Iidem ex Hispaniâ, ab Eudone, cōtra Carolum evocati, in Gallias irruunt; easq; occupāt, omnia devastantes: & Ecclesias passim incendunt, damna plura daturi; nisi a Carolo, & ab ipso Eudone post pacem, repressi & deleti essent: anno Domini 730. *Sigebertus, & Beda.*†

† lib 2. de Rat. temp. † lib. 5. cap. 24.

Ceperunt Saraceni Avenione, & Narbonam, & Arelatū, non sinè plurimorum Christianorū cæde: neq; sinè sanguine a Carolo ex istis munitionib. sunt depulsi. *Sigeb. in Chron.*

Sub Mordaco, rege Scotorum, anno Domini 723. summa concordia inter Britannos, Anglos, Scotos, & Pictos, fuit: & multi eo ipso anno sacerdotio privati sunt, quòd colendis statuis consensum non dedissent. *Balæus.*†

Cent. 14. cap. 29.

Pemmo, Forojulianus dux, Calistum, Patriarchā Aquilejensem, qui Amatorem episcopum ex Forojulio expulerat, capit: & in castellum Potium ducit; ibiq; pane tribulationis pascit. *Paulus Diaconus* †

† l. 6 Longob. cap. 14.

Eo anno quo Leo Imperator mortuus est, qui fuit Domini 741. Euelid interfecit omnes Christianos captivos, in omnibus civitatibus: inter quos etiam Eutychius, filius Mariani Patritii, in Carris Mesopotamiæ, & multi alii, martyrii coronâ ornati sunt. *Paulus Diaconus.*†

* lib 21. Rom.

SUB COPRONYMO.

CONstātino Copronymo parùm æqui sunt Historici: propterea quòd superstitiosum cultum Imaginū, & Sāctorum invocationē, improbavit; &, quantū in ipso fuit, abolere conatus est. Unde apud plerosq; multa legūtur crimina: quæ an verè, an verò per calumniam, de ipso sint annotatâ; pius Lector dijudicet. Nā eum infantem Baptismū fœdâsse excrementis suis; & postea à Deo, & Matre ejus, & omnibus Sanctis abscessisse, magicis maleficiis, & luxuriis, cruentisq; sacrificiis, & caballinis stercoribus atq; lotio delectatū; & libidinibus, & dæmonum invocationibus gavisum esse; & tyrānicè & illegitimè imperio abusum; & legū a patribus traditarum persequutorem fuisse: narrat *Paulus Diaconus.*† Et nec Christianū, nec Judæum, nec Paganū, sed colluviem quandā impietatis, instar Africanarum ferarū, quæ ex diversi generis coitu multiformes, cō usaq; specie & immanitate, nasci perhibeantur, fuisse: *Zonaras* † narrat. Et Anastasium jurejurando affirmâsse, eum ad se dixisse; Jesum Christum non esse verum Deum, sed purum hominem: *Paulus Diaconus* † refert.

† lib 21. & 22. † Tomo 3. † lib. 22.

Status quidem ecclesiarum, sub ejus imperio, certè afflictissimus fuit: tum propter ipsius in εἰκονοκλάσταις severitatē; tum propter seditionem Artabasdi; tum propter Saracenorum latrocinia; tum etiam propter Romanorum Pontificum machinationes cruentas.

Nam Senatus, & Populus, & legiones, imaginum cultui dediti, odioque Imperatoris flagrantes, quòd eas ferre non posset; famâ de interitu Constantini sparsâ, Artabasdū designant Imperatorem. Verùm ille, urbe obsessâ, & diu fame afflictâ, tādemq; captâ, recuperat imperiū: & cōgregatâ Synodo, controversiam de adoratione Imaginū disceptari jubet. Patres, qui cōvenerant, adorationem imaginum damnant, ut apertā idololatriam: & Germanū, Georgiū Cyprium, & Johannem Damascenum, anathemate feriunt; ut idololatriæ istius patronos. Imperator ergo edicta proponit, quib. imagines adorari vetat; & Synodi decreta suscipi jubet, & reliquias Sanctorum igni tradit; ac deniq; titulum Sancti, neq; Marię virgini, neq; Apostolis neq; Martyrib., tribui voluit; & intercessiones Sanctorū si ubi eis præsid.

vocavit

vocavit:anno Domini 755. *Sigebertus*. Prçterea,ad reliquias Sanctorum,curandorum morborum causâ, accedentibus, pœnas minabatur. *Paulus Diaconus*. Eos verò,qui dicebant, *Maria Dei genitrix, juva nos*,graviter vituperabat.

Hæc autem res porrò occasionem turbis præbuit. Nam sacerdotes & monachos, qui subscribebant sententiæ suæ, vivere citra noxã sinebat: sed refragantes atrocib. suppliciis afficiebat, & vitâ privabat. Ministros autem istius severitatis habuit: Constantinopoli, Antonium Patriciũ,& Scholarum domesticum, & Petrum Magistrũ super Populum singulorum ordinum. Foris verò, Prçtores, Michaëlẽ Edessenũ,& Michaëlẽ Lachanodraconẽ,& Manẽ. *Paul. Diaconus*.† [† lib. 22.]

Andreas quidam monachus, Calibytes dictus, Imperatorem adit: eumq; inter objurgandum ob imagines, alterũ Julianum & Valentem appellat. Quod ille indignè ferens, flagris eum occidit. *Zonaras*.† *Paulus Diaconus*.* [† Tomo 3. * lib. 22.]

Stephanus etiam celebris monachus, cùm recusâsset tomum à Synodo de imaginum damnatione approbare, post multa tormenta crudeliter interficitur: & in pelagium, ubi ex æde Pelagii fossa, ad receptaculum condemnatorum, facta erat, abjicitur. *Zonaras*.† Anno 770. *Sigebertus*. [† Tomo 3.]

Multos etiam Senatorii ordinis, ob sacrarum imaginum cultum, supplicio affecit: & jusjurandum ab omnibus exegit, ne quis eas veneraretur. idemque jusjurandum ab ipso quoque Constantino, quem Ecclesiæ præfecerat, postulavit: atque is in suggesto stans juravit.

Cùm in theatro ludi Circenses agerentur: multos monachos comprehendit, ac triumphum de illis egit, per theatrum circumductis, & mulierculas inhonestas manu ducentibus: sinè dubio propterea, quòd deprehendit eos libidinibus & scortis se-se in cœnobiis polluere.

Duobus ex suis Consiliariis capita præcidit; & multos alios carceribus inclusit; lorisque cædi jussit: propterea quòd accusati essent, quasi narrassent de facinoribus ejus, ob quæ ab illis reprehendebatur.

Petrum Stilitẽ à Metrâ, nobilem virũ, ab officio removit, & in carcerem conjecit: & tractum per plateas projici jussit in locum supplicii; eò quòd sanctorum adorationem probasset. *Paulus Diaconus*.

Constantinum etiam patriarcham, qui (ut videtur) fidem & synodum ejus reprehenderat, in exsilium misit: & revocatum, in ecclesiâ habito judicio, anathemate damnari, alapis cædi, & asino impositum in ludis Circensibus circumduci, & conspui, & pulvere conspergi, & tandem capite plecti jussit. *Zonaras*. & *Paulus Diaconus*.† [† locis citatis.]

Multa millia Orthodoxorum interfecit. Monachorum domicilia, partim incendit, partim destruxit: ut Callistrati, & Dii, & Maximini, monasteriis fecit. *Paulus Diaconus*. Partim profanavit: ut Dalmatæ monasterium, omnium quæ Constantinopoli sunt antiquissimum, pulsis monachis, militum diversorium fecit. *Zonaras*.

Generibus suppliciorum adversùs εἰκονολάτρας variis est usus: nimirum carcere, flagellis, oculorum effossione, narium præcisione. quosdam saccis insutos, & lapidibus aggravatos, in mare projecit. *Paulus Diaconus*.

Lachanodraco Præfectus, monachos coëgit monachas ducere: & id recusantes puniit. & virorum & mulierum monasteria, & vasa sacra, & libros, vendidit: lipsana Sanctorum combussit: multos monachorum verberibus & gladiis trucidavit; quosdam oculis privavit; quibusdam barbas oleo & cerâ perunctas incendit; alios post multos cruciatus in exsilium ejecit: nec unum monasticâ veste amictum in totâ provinciâ reliquit. quamobrem ab Imperatore laudem meruit. *Paulus Diaconus*.

Quæ hactenus, de Imperatoris, contra idololatricam imaginum adorationem, severitate, dicta sunt; ad νουθεσίαν potiùs, quàm ad μαρτύριον, referri possunt. Nam illi, qui se-se opposuerunt Synodi decretis, & Imperatoris edicto, nullam justam causam habuerunt: sed & idololatriam & superstitiones tutati sunt; & seditiosè egerunt. Quare meritò repressi sunt; & non rectè martyres ab Historicis vocantur.

¶ Sed quę nunc, de Saracenorum crudelitate in Christianos, dicemus; ea propter religionis Christianæ professionem acciderunt, & verè persecutionis nomine notantur: & qui in hoc conflictu perierunt, martyres rectè censentur.

Gamer, Arabum dux, in Romaniâ multos trucidavit, & non-paucos captivos duxit. Hali, Petrum, Damasci episcopum, eò quòd Arabum falsa dogmata refutaret, & cũ Manichæis eos sentire assereret, cepit, & linguam ei præcidit, atq; in Arabiam deportavit: ubi cùm Missam celebrare auditus esset, interfectus est; anno 2. Constantini. *Paulus Diaconus*.† Anno Domini 745. *Sigebertus in Chronico*. Eodẽ tempore Petrus Mavimenus in Syriâ, ob damnatam Mahumeti hæresin, capitali supplicio affectus est. *Paulus Diaconus*, & *Sigebertus* [† lib. 22.]

Abas quidam, Arabum præfectus apud Cithim, centũ & viginti Calbenos suspendit; & multa mala Christianis intulit: anno Imperii Constantini 4. *Paulus Diaconus*.

Salim, Arabum princeps, Theodorum Antiochiæ episcopum, accusatum, quòd literis Constantino res Arabum indicâsset, in Moabitidẽ regionem exsulatum mittit: & edicit, ne Christiani novas ecclesias exstruant; nec de fide suâ Arabes doceant; nec crucem Christi adspiciant: anno 16. Constantini. *Idem*.

Idem Salim, in die Paschæ templum Christianorum ingressus, cùm audisset Anastasium sacerdotem, in precatione dicentem; *Plebs tua & ecclesia tua supplicant tibi*: comprehendi eũ jussit, & in carcerem cõcludi, ut seditiosum. *Idem*.

Zonaras † narrat, Saracenos, Christianos, qui vectigaliũ codices solebant tractare, & rationes acceptorum conficere, ab eo munere removisse: sed tamen paulò pôst iis oportuisse restituere, propter arithmetices inscitiam: anno Constantini 19. *ut Paulus Diaconus* † *refert*. [† Tomo 3. † lib. 22.]

Habdallas, Saracenorum dux, tributa Christianis majora, quàm antea soliti erant, dare, imperat: & quidem etiam à monachis, & inclusis, & eremitis, ea exigit. Ecclesiarũ cruces & κειμήλια rapit, & Judæis vendit: anno Constãtini 17. Et vigilias nocturnas celebrare, ac literas discere, prohibet: anno Domini 759. *juxta Sigebertum*. Judæis & Christianis characteres Mahumeticos inscribi jussit; anno Constantini 32. Hierosolymis: quod declinantes multi, in Romaniam aufugerunt. *Paulus Diaconus ibidem*. Ex Ecclesiis sterquilinia fecit: & reliquias Sanctorum effossas, ut rem inutilem, dispersit. *Ivo in Chronico*. Et testatur *Martinus in Chronico*, multos propterea, quòd Mahumetum reprehenderunt, interfectos esse à Saracenis. Et *Blondus* † asserit, Constãtinum eâ ratione cum Habdallâ fecisse pacem: ut ille promitteret Christianorum, qui inter Saracenos habitabant, afflictionem. Sed fides sit penes autorem. [† Dec. 2. lib. 1.]

Bulgares contra Sabinum regem suum arma capiunt, propter imaginum adorationem defendendam: quam ille, à Constantino Imperatore, & à rectè-sentientib. doctoribus persuasus, damnabat, & abolere nitebatur. Verùm ille fugâ sibi consulit. *Nauclerus*.† *Bergomensis*.* *Blondus*.† [† Genera. 26. * lib. 10. † Dec. 2. lib. 1.]

¶ Eas clades, quas Romani Pontifices à Longobardorũ Regibus, circa hæc tempora, acceperunt, Historici Pontificii inter persecutiones & martyria referũt. Sed, si quis rem ipsam rectâ viâ reputet; facilè intelliget, non de verâ religione, neque de piis & honestis operibus, Romanos sacerdotes esse oppugnatos; sed propter raptum alienorum bonorum, & dominatûs ambitionẽ. Nam, cùm Gregorius II. & III. & Zacharias, & Adrianus I. Imperatore Leone, & Constãtino Copronymo, ob vetitam imaginũ adorationẽ, & monachorum reformationem, excõmunicato, & ab imperio Italię remoto, Exarchatum Ravennatem, & Coccias alpes, atq; omnem ditionẽ à Taurinis & Medullis Genuã usque, sibi arriperent & vendicarent, sub prætextu suppositi testamenti Ariperti Regis Lõgobardorum: (nam donationis Constantini non ausi sunt facere mentionẽ) Luitprandus, Lachis, Aistulphus, & Desiderius, Longobardorũ Reges, haud immeritò sæviùs contra eos egerunt de repetundis. Sed illi, præsidio Francorum, Longobardos represserunt; atq; Exarchatũ Italiæ, & alia plura occupaverũt: ut infrà, in cap. de Mutationibus politicis, dicetur. *Liber pontificalis*, *Platina in vitâ Gregorii II. & III. & in vitâ Stephani II. Blondus*.† *Ivo in Chronico*, & *Ado Viennensis*. [† Dec. 2. lib. 1.]

Vera autem persecutio fuit illa Stephani III. & aliorum;

qui ad Synodum Romanam venientes, Constantinum Papam, imaginum adorationem prohibentem, officio suo & oculis privarunt; & omnia ejus decreta reciderũt; & imaginũ oppugnatores anathematizarunt: anno Domini 768. *Sigebertus, Platina.* Et quòd Cosmam, Alexandriæ episcopum, excõmunicarunt Antiochenus & Hierosolymitanus, ob improbatam imaginum adorationem. *Diaconus.* * [* lib. 22.]

¶ Gebolibum, Moguntinum episcopum, Clementẽ & Samsonem Scotos, Albertum Gallum, Sidonium, Virgilium, & multos alios sacerdotes Germanos, afflixit Bonifacius, Romanorũ Pontificũ apostolus: eò quòd non probabant omnes ceremonias & traditiones ejus, quales erant, de Cœlibatu sacerdotum, & de Neophytorum rebaptizatione; & quòd eum adulatorem, prçstigiatorem, exorcistã, insidiatorem callidum, mollem & effœminatum martyrẽ, (cum secum circumduceret fœminas familiares, Liebam & Hadelogam, Bergiten & Walthurgam) vocarent. Nam falsis criminibus, quòd avari, libidinosi & sacrilegi, & temulenti essent, eos deformavit: &, ut in vincula a Ducibus Francorum conjicerentur, atq; a Pontifice Romano officio & cõmunione privarentur, effecit: cùm tamen de nullâ hæresi, aut erroneâ opinione, essent convicti. Et Albertum Gallum in Fuldensis monasterii carcere necavit. *Aventinus,* * *Balæus.* * [* lib 3. * Cent. 14. cap 21.]

Venedorum proceres jugum religionis Christianæ excutiunt; & suos sacerdotes in Bavaria expellũt. *Aventinus.* * [* lib. 3.]

Mauricius Chalbius, Venetorum Dux, Gradensem Patriarcham flagellat: quæ res illi causâ mortis fuit. *Bergomensis* * *in Stephano Papâ.* [* lib. 10.]

¶ Gentiles etiam passim in eos, qui Christi religionem docebant, grassabãtur. Nam Paganos plures quàm triginta ecclesias vastâsse, & cellulas monachorũ incendisse, Bonifacius queritur, in epistolâ ad Stephanum Papã. Et Magryptium, hostem Christiani nominis, Hilduardum Cameracensium episcopum interfecisse, *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ* refert.

Et Frisones Bonifacium, ad fluvium Bornam, in pago Dorckheimo, neophytos pontificiis ritibus consignante & confirmantem, cum quinquaginta duobus aut quatuor, de improviso obruentes interfecerunt: anno Domini 755. *Wilibaldus, & Lambertus Hortensius Montfortius,* * *Balæus,* * *Chuthbertus in epistolâ ad Lullum*; & *Annonius.* * [* lib. 1. * Cent. 2. cap 13. * lib. 4. cap. 62.]

¶ Postremò, summam calamitatũ Burchardus, episcopus Wirtzburgensis, à Zachariâ ablegatus ad Pipinum, cõplexus est his verbis in oratione suâ: *Hostes religionis omnes Orientis regiones tenent; Africam totam occuparunt; Bosphorum utrumq; propè ponte junxerunt; Hispanias tenent; Pyrenæum saltum, velut domûs suæ fores, ubi visum est, perfringunt perrumpuntque: in Franciam, jam expositam illis patentemq;, manus injiciunt.* Æmilius. * [* lib. 2.]

SUB LEONE, FILIO COPRONYMI.

ILlo quinquennio, quo Imperium administravit Leo, Ecclesiæ satis tranquillę, quantum ad ipsum attinet, fuerunt. Reprehensioni tamen obnoxium est; quòd hæreticos Jacobitas ex Syriâ in Thraciam collocavit. Laude verò dignum est; quòd imaginum adorationem prohibuit: & quòd, cùm id edictum Jacobus Protospatharius, & Papias, & Stratejus, & Theophanes, cubicularii ejus, & alii pseudoreligiosi, violassent; graviter in eos animadvertit publicâ contumeliâ, & tonsurâ, & carcere. *Zonaras,* * & *Paulus Diaconus.* * Et frustra Pontificii Historici & εἰκονολάτραι hos martyres pronuntiant; Imperatorem verò persecutorem. Nam Imaginum sacrarum adoratio, manifesta idololatria est: quam Magistratus jure prohibet, & in contumacibus punit. [* Tomo 3. * lib. 23.]

Pontifices autem Romani potiùs persecutiones exercuerunt in eos, a quibus vel parum reprehensi sunt: *ut ex epistolâ Adriani ad Carolum apparet*; ubi Johannes monachus, qui visionibus reprehenderat superstitiones papisticas, ac[illegible]s, & afflictus, & vix literis Caroli liberatus, dicitur.

Sed Saraceni non cessarunt, in Oriente, Rempublicam & Ecclesiam affligere. Nam Madys, anno 4. Leonis, usq; Dorileum, omnia vastat; & obsidet Amorium: & sequenti anno in Romaniam irruit; & zeloti facit potestatem ecclesias evertendi, & apostatas faciendi Christianorum servos. Is autem Emesam veniens, primùm asserit; se tantùm Judæis Mahometi characteres impressurum. Sed postea, cũ Hebræi & Christiani essent disjuncti, cœpit impiè Christianos excruciare. Constantiam præstiterunt, in eâ afflictione, fœminæ quædam Nubitenses: quæ millenis flagris cæsæ, coronam victoriæ à Christo acceperunt. Pervenit ille persecutor usq; Damascum; & multas ecclesias destruxit. *Paulus Diaconus.* * & multos utriusq; sexûs martyres fecit: anno Domini 781. *Sigebertus in Chronico.* [* lib 23.]

¶ Inter pseudomartyria referendum est; quòd Mauricio, Histriensi episcopo, pensiones S. Petri in territorio Histriensi exigenti, Græci & Histrii oculos eruerunt: *ut patet ex epistolâ Adriani Papæ ad Carolum.* & quòd Carolus legatum Adriani, Anastasium nomine, propter verba aspera, apud se retinuit custodiæ traditum: *ut patet ex eâdem epistolâ.*

SUB IRENE ET CONSTANTINO.

LEone mortuo, Irene, cum filio suo Constantino, annos 10. imperat: quibus evolutis, matrem hic removet, & solus ad annos 7. regnat. Quod illa indignè ferens, tandem filium oculis & imperio privat: & rursus annos 4. rerum potitur.

Sub istis autem, Ecclesiæ passim afflictæ sunt communibus miseriis, & motibus bellorum: quæ a Saracenis, Bulgaribus, Francis, Saxonibus, in omnibus penè orbis terrarum partibus gesta sunt: ut infrà, cap. de Motibus politicis, dicemus.

Porrò, quod ad Imperatricem & Constantinum attinet; commendantur ambo ab Historicis, quòd imaginum fuerint adoratores: & quòd idola, & ornatus eorum, quæ à majoribus suis piè erant remota, restituerint. Ad eam autem rem, tum muliebri superstitione, & juvenili insciriâ; tum Pauli patriarchę vanâ pœnitentiâ; tum Romanorum Pontificum & aliorum falsâ doctrinâ, videntur adducti. Nam Paulus, abdicato episcopatu, in monasterium secessit: asserens, se graviter peccâsse; quòd, metuens crudelitatẽ Imperatoris, adorationem imaginum improbâsset. & Tarasius, in episcopum electus, noluit priùs assentiri vocationi, quàm esset promissa œcumenica Synodus. Eâ autẽ, de voluntate Romani Pontificis Adriani, primùm Cõstantinopoli; sed cùm essent Patres refutati à Populo & Scholasticis rectè-sentientibus, postea Nicææ ab Iconolatris celebratâ, decernitur, Imagines adorandas & colendas esse; & excommunicantur diversum-sentientes; & Imperatoris assensu atque edicto imagines templis restituuntur; &, vero Dei cultu rejecto, dii alieni regnant.

Hæc res multos pios mœrore extinxit; plerosque etiam magnâ clade affecit. Nam Irene, singulari fraude, omnibus civibus, qui imaginum adorationem improbabant, arma ademit; eosq; in exilium misit. *Paulus Diaconus.* * [* lib. 23.]

Cùm autem fortis armatus hoc modo atrium suum recuperâsset; in errore inter impios constituta est consensio: & imperator agere cœpit pro libitu, falsis doctoribus omnia approbantibus. Priore enim uxore repudiatâ, & in monasterium occlusâ, duxit aliam. Id facinus cùm approbasset Tarasius patriarcha, imaginum adorator & prędicator: Plato quidam, monasterii Saccidionis magister & συγγενὴς, reprehendit; & à communione ejus abstinuit; atque adulterium potiùs, quàm matrimonium, judicavit. Sed ad Imperatorem delatus, in carcerem conjectus est. *Zonaras.* * Et monachi ejus in exilium pulsi sunt, anno 6. Constantini. *Paulus Diaconus.* * [* Tomo 3. * lib. 23.]

¶ Saraceni verò & Arabes, ob suæ impiæ religionis propagationem, & regni sui ampliationem, hoc tempore passim afflixerunt Christianos. Nam Madys, magno cum apparatu Maurophororum, & totius Mesopotamiæ, & Syriæ, & Deserti, Chrysopolim & Natoliam obsidet: & de exercitu Lachanodraconis quinque millia cædit, anno 2. Irenes. *Paulus Diaconus ibidem.* Et quanquàm pax facta est inter Imperatricem & Saracenos: tamen Aaron, Dux eorum, multa mala intulit Christianis. *Idem.* Nam in Cyprum irruit; & Theophilum, Prætorem Cibiorrætarum, bello cepit; fidemque abjurare jussit. quòd cùm ille

recutasset, gladio cæsus est anno 9. imperii Irenes. *Paulus Diaconus.* Progressi autem Saraceni, Cappadociam & Galatiam populantur: & in Romaniam irruptionem facientes, Imperatorium equitatum capiunt. *Idem.*

Ethnici, septies a Constantino expulsi Hierosolymis, denuò eam adoriuntur & capiunt; & Johannem patriarcham cum suis ejiciunt. Ille verò Constantinopolim veniens, petit ab Imperatore, & filio ejus Leone, auxilium: sed ille eum ad Carolum cum literis ablegat, quibus lectis, ille ad arma vocat suos, & Hierosolymam exercitum ducit: & recuperatâ urbe, Paganos expellit. *Refert Heinricus de Erfordiâ,* [* cap. 69.] *in vitâ Constantini.* Anno Constantini 17.

In Syriâ, Ægypto, Africâ, Hierosolymis, Alexandriæ, & Carthagine Christianos a Saracenis oppressos, & rerum inopiâ conflictantes, eleemosynis juvit Carolus Magnus: ut narrat *Crantzius in Saxoniâ,* [* lib. 2. cap. 8.] *& Urspergensis.*

In Saxoniâ, Widekindus sæviit in Christianæ professionis doctores. Ejus verò exemplum imitantes Frisii, Willehadum capiunt: & discipulos ejus aliquot, Bremæ, & in aliis locis, crudeliter trucidant; illo incolumi dimisso, propter sortium benignitatem, quæ ei vitam adjudicabant. *Crantzius in Saxonia,* [* lib. 2. cap. 14.] *& in Metropoli.* [* lib. 1. cap. 7.]

Et rebelles Saxones, Padeburnensem ecclesiam in cinerem redegerunt: quæ tamen sub adventum Leonis pontificis restaurata est. *Crantzius in Metropoli.* [* lib. 1. cap. 11.]

Suidbertus, Verdensis episcopus, per malevolos loco suo pellitur. sed Bertrada, Pipini conjunx, ei pagum Kersersheim, insulam Rheni, habitandam concessit. *Baleus.* [* Cent. 13. cap. 61.]

Avares, à fide Christi deficientes, intolerabili malitiâ populum & ecclesias in Galliis afflixisse, *Regino* [* lib. 2.] narrat: anno 800. *juxta Sigebertum.*

DE POENIS PERSECUTIONUM.

PHilippicum Imperatorem, ob hæresin & persecutionem Orthodoxorum, brevitate imperii & cæcitate punitum esse; referunt *Paulus Diaconus* [* lib. 20] *& Zonaras.* [* Tomo 3.]

Pergamenses, obsessi à Saracenis, à mago quodam persuadentur, quòd potituri sint victoriâ; si mulierem gravidam inciderent, & fœtum ejus coquerent in ollâ; dextrasque suas illo cruore tingerent. Sed illi, cùm id fecissent; justo Dei judicio pœnas dederunt, & ab hostibus victi & interfecti sunt. *Paulus Diaconus* [* lib. 20.] *sub Theodosio.*

Saraceni, ob Constantinopolin obsessam, & Thraciam vicinasque regiones vastatas, fame (quæ tanta erat, ut camelos & asinos, & cadavera hominum, & stercus suum in clibano tostum, comederent) & peste (quæ trecenta hominum millia absorpsit) puniuntur: & à Bulgaribus viginti-duo millia cæduntur. & grandine igneâ cœlitùs in mare demissâ, naves piceæ, liquefactæ ac dissolutæ, pessum iverunt; solis decem salvis: quarum quinque in Syriam venerunt; quinque à Romanis captæ. Dei omnipotentis vindicem manum annuntiaverunt. *Paulus Diaconus.* [* lib. 21.] Anno Domini 719. & 20. 21. & 22. imperii Leonis. *Sigebertus in Chronico.*

Haumar, Christianorum hostem, vix alterum annum in regno agentem, Christus è medio sustulit, & suis pacem concessit. *Paulus Diaconus.* [* lib. eod.]

Saraceni etiam, qui in Gallias ab Eudone, & postea à Maruntio, ex Hispaniis asciti, à Carolo Martello & aliis propemodum deleti sunt, ob suam in Christianos crudelitatem. Et Eudo & Maruntius uterque regnis & vitâ privati sunt. *Sigebertus in Chronico.* Adeò non sinit Deus perfidiam impunitam!

Pemmo, Dux Forojulianus, à Luitprando, ob suam in episcopum Calisinum injuriam, ducatu suo privatur: reliquis Longobardis, sociis istius sceleris, præter unum, in vincula conjectis. *Paulus Diaconus.* [* lib. 6 Longob. c. 51.]

Leo Imperator etiam suæ crudelitatis pœnas dedit. Nam bellis & rerum infelici successu vexatus, tandem dysenteriâ periit. *Jacobus de Stradâ, in Thesauro antiquitatum,* *& Wernerus in Fasciculo temporum.* Beser Patritius, qui eum inflammaverat, ut adeò sæviret contra imaginum defensores, ab Artabasdi exercitu hastâ trajicitur. [* lib. 22. Roman.]

¶ Quia plerique Historici, errore de imaginum adoratione imbuti, ea, quæ à Constantino Copronymo contra imaginum patronos gesta sunt, persecutionem piorum æstimant: ideò etiam omnes calamitates, (ut sunt pestis, fames, terræmotus, & ejus mortem) pœnas faciunt oppugnatarum imaginum. Nam carbunculus pedem ejus corripuit; & ardentes febres eum infestantes è medio sustulerunt: cùm annos 34. & menses 3. rerum potitus esset. *Zonaras,* [* Tomo 3.] *Paulus Diaconus,* [* lib. 22.] *Pro in Chronico. Blondus,* [* Decad. 2. lib. 1.] elephantiæ morbo eum correptum, & adusti spumantisque sanguinis vitio, putridam carnem nervos & ossa destituisse, eumque ulceribus replevisse, refert.

¶ Abas etiam, pro suâ in Christianos crudelitate, dignam mercedem tulit. Nam Æthiops quidam, à Maruâ subornatus, implevit follem vivâ calce; eamque in os & nares ejus efflavit: unde ille suffocatus interiit. *Paulus Diaconus.* [* lib. 22.]

Abdallas, Saracenorum Amiras, pro suâ in Christianos tyrannide, justo Dei judicio, irruente in ipsum turri, periit: anno Domini 776. Constantini 26. *Diaconus ibid.*

Aistulphus, Longobardorum Dux, apoplexiâ periit; *juxta Blondum:* [* Decad. 2. lib. 1.] aut de equo lapsus cervicem fregit; *juxta Gaguinum.* [* lib. 3.] quod ei propter afflictum Romanum Pontificem evenisse, pleriq; volunt: anno Domini 756. *juxta Sigebertum.*

Carolum Martellum, propterea quòd tempore belli ecclesias spoliârit, & decimas militibus distribuerit, in infernum cum corpore & animâ descendere, somniavit Papa: & aperto sepulcro ejus per Aurelianensem episcopum, serpentem inventum esse miræ magnitudinis, *in Chronicâ de Ducibus Bavariæ* annotatur, & *in Chronico Martini.*

Leo coronam, ex Jaspidibus & aliis gemmis consertâ, ex ecclesiâ abstulit, dicens: Eum, cujus sit templum, paupertatem; & non gemmas, probâsse, & suo capiti imposuit. Sed paulò pòst febre correptus, interiit. *Paulus Diaconus,* [* lib. 23.] *Blondus.* [* Decad. 2. lib. 1.]

¶ Constantinum & Irenem, imaginum adorationē defendentes, & eos, qui refragabantur, affligentes, Deus multis affecit pœnis. Nam filius matrem ab imperio removit: & à Bulgaribus victus est; cùm Pancratio astronomo, vaticinanti de victoriâ, credens, de acie instruendâ negligentior fuisset. & postea, per insidias, à matre oculis & imperio orbatur, eodem die, quo ille ante annos 5. Nicephorum & Alexium Mosolim injustè excæcârat, & aliis quibusdam linguas præciderat. *Zonaras.* [* Tom. 3.] Ad eam impietatem, sol ad dies 17. suos occultavit radios: & ipsa, post annos 4. aut 5. à servo & subulco, Imperiali dignitate & thesauris omnibus exsuitur, atque in exsilium relegatur. *Paulus Diaconus.* [* lib. 23.]

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

EAdem penè fuit ratio doctrinæ hoc seculo, quæ & in priori. Doctrinam de Trinitate studiosè custodiverunt & illustrarunt: verùm in reliquis capitibus, opiniones quasdam præcedentium Doctorum retinuerunt; & in quibusdam etiam magis, obscurarunt. Crevit enim imaginum cultura, & superstitiosi ritus. Commodissimæ tamen sententiæ excerpendæ & colligendæ sunt ì stipulis quibusdam, aut etiam tenebris atque corruptelis, in suum locum rejectis.

Symboli vice est ista DAMASCENI [* lib. 1. de Orthod. fide c. 8.] confessio: *Credimus in unum Deum verum, principium sine principio, increatum, ingenitum, omnis perniciei carentem, immortalem, æternum, infinitum, incircumscriptum, interminatum, infinitæ potentem, simplicem, incompositum, incorporeum, indefluum, impassibilem, immutabilem, inalterabilem, invisibilem, fontem bonitatis & justitiæ, lucem intellectualem, inaccessibilem, virtutem nullâ mensurâ cognitam, solâ quidem propriâ voluntate mensuratam, (omnia enim, quæcunq; vult, potest) omnium creaturarum visibiliumq; & invisibilium factricem, omnium conservatricem atq; salvificam, omnibus providentem, dominantem omnium atq; principantem, & regnantem infinito & immortali regno, nullum habentem contrarium, implentem omnia, à nullo contentam; quippe quæ magis complectatur universa & contineat: incontaminate omnibus sub-*

stantem

stantiis supereminentem super omnia. & ab omni substantiâ exceptum, in supersubstantialem, & super entia exsistentem, superdivinam, superbonam, superplenam; principia omnia & ordines definientem: omni principio & ordini superlocatam, super substantiam & vitam & rationem & intelligentiam, per se lucem, per se bonitatem, per se vitam, per se substantiam; & non ab alio esse habentem, aut quidvis eorum quæcunque sunt. Sed ipsa fons est esse iis, quæ sunt; & iis, quæ vivunt, vita; iis, quæ ratione participant, rationis; & omnibus omnium bonorum causa: omnia sciens antè, quam ducantur ad ortum; una substantia, una divinitas, una virtus, una voluntas, unum principium, una operatio, una potestas, una dominatio, unum regnum, in tribus perfectis personis agnitum, & adoratum unâ adoratione, creditumque, & veneratum ab omni rationali creaturâ, inconfusè unitum, & indivisè discretum; quod opinionem superat. Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; in quibus baptizati sumus. Sic enim Dominus Apostolis baptizare præcepit: * Baptizantes eos, dicens, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. In unum Patrem, omnium principium & causam; non ab aliquo genitum, sinè causa solum ingenitum, omnium factorem: unius quidem solius naturâ patrem unigeniti filii ejus, Dominique & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi; & prælargitorem Spiritûs omnisancti. Et in unum Filium Dei, unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, ex Patre natum ante omnia secula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum; non factum: consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt ante omnia secula.

[* Matt. 28 vers. 19.]

Summam etiam doctrinæ recitat Beda: * Abrenuntiemus omnibus pompis atque operibus ejus; ac deinde ad pulcritudinem perveniamus fidei: quâ sanctam Trinitatem, unum & verum Deum; quâ dispensationem dominicæ incarnationis; quâ unitatem sanctæ Ecclesiæ, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, confitemur. Unde rectè in hac civitate Petrus Thabitam devotam Deo fœminam, a morte suscitavit: quia nimirum in hujus perfectione fidei, & generaliter omnis Ecclesia, per Baptisma, à morte suscitatur peccatorum: & cum post Baptisma denuo mortē peccati incurrimus, per eandem necesse est fidem pœnitendo reviviscamus; ac per conciliationem Sacerdotum Ecclesiæ rursus fidelium cœtui reddamur. Et: * Fundamentum fidei nostræ est; ut credamus, unam divinam esse essentiam, & tres personas: distinctas quidem; sed non disjunctas. Itèm: quòd Pater genuit sibi Filium, sibi consubstantialem: & quod Spiritus procedit ab utroque.

[* Lib. 1. in Esdram. cap. 3.]

[* in lib. Bedæ de Trinitate.]

Itèm: * Credo & confiteor in Deum Patrem omnipotentem; & in unicum Dominum Christum, Filium ejus unigenitum; & in sanctum Spiritum; Dominum vivificantem, Trinitatem consubstantialem, in throno eodem consedentem, in unâ deitate, potestate & autoritate, adoratam & glorificatam, in unius sanctæ Trinitatis & Domini Dei nostri Jesu Christi œconomiâ. Basilius Ancyranus, in Concilio 2. Nicæno, Actione 1.

[* Tomo 2. Concil.]

Itèm: * In omnibus ecclesiis sancta laudatur & glorificatur Trinitas, in unica dominatione & deitate; quemadmodum & nos unum Deum confitemur: neque aliquis est præter eum, qui ex potestate illum dominatur per secula; qui ex non-exsistentibus cuncta produxit, tam quæ visibilia sunt, quam quæ invisibilia: hoc est, in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, sanctam consubstantialem vivificantem Trinitatem; in quam credentes & confitentes baptizati sumus (quemadmodum tradidit Deus Verbum exsistens incarnatum, unus ex sanctâ & incomprehensibili Trinitate, Dominus noster Jesus Christus) in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti. Germanus patriarcha Constantinopolitanus, in epistolâ ad Johannem episcopum Sinnadon.

[* Tomo eodem Concil.]

Et: * Secundùm divinas Scripturas, & doctrinam, quam à sanctis Patribus accepimus; Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unius deitatis atque substantiæ confitemur: in personarum diversitate trinitatem credentes; in divinitate unitatem prædicantes. Nec personas confundimus; nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus: Filium a Patre, non factum; sed genitum, asserimus: Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum; sed procedentem ex Patre & Filio, profitemur. In primo capite Synodi Arelatensis.

[* Tomo eodem.]

Et Symbolum ac confessio fidei Basilii, episcopi Ancyræ: * Credo & confiteor in Deum Patrem omnipotentem; & in unicum Dominum Christum, Filium ejus unigenitum; & in sanctum Spiritum, Dominum vivificantem: Trinitatem consubstantialem, in throno eodem consedentem, in unâ deitate, potestate & autoritate, adoratam & glorificatam, in unius sanctæ Trinitatis & Domini Dei nostri Jesu Christi œconomiâ, quemadmodum sex sacræ œcumenicæ Synodi tradiderunt: hæc omnia sic confiteor. Universam autem Hæreticorum linguæ incontinentiam abjiciens exsecror, quemadmodum ipsi se-se reddiderunt exsecrabiles. Actione 1. Synodi Nicænæ 2.

[* Tomo eodem.]

Symbolum & confessio fidei Tarasii Constantinopolitani: * Credo in unum Deum Patrem omnipotentem: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, & Deum nostrum, genitum à Patre extra tempora, & ante secula: & in Spiritum sanctum, Dominum vivificantem, qui ex Patre per Filium processit. & ipsum esse definimus Trinitatem consubstantialem, ejusdem venerationis & honoris & sedis, sempiternam, increatam, omnium opificem, unum principium, unam deitatem & dominationem, unum imperium, potentiam, facultatem & autoritatem, in tribus substantiis indivisim discretam, & distinctim unitam: non ex imperfectis tribus unum exsistens. quemadmodum magnus ille Dionysius inquit: Secundùm quidem singularitatem personarum tria adoranda; juxta verò communitatem naturæ, unus Deus omnium visibilium & invisibilium factor & prædestinator. Confiteor & propter nostram salutem, in extremis temporibus, juxta carnem unum sanctæ Trinitatis, Filii Dei, Dominique nostri Jesu Christi, ex vera Deiparâ & semper virgine Mariâ, generationem; substantiam assumsisse nobis similem, materialiter sine peccato, non descisсente ab eo quod fuerat; sed in duabus naturis, sinè confusione manentibus, cumque duabus in illis voluntatibus & effectibus. Crucifixum pro nobis carne, sepultum, & resurgentem, in cœlosque reversum, venturum judicare vivos & mortuos. Præter hæc mortuorum resurrectionem exspecto: & secundùm uniuscujusque actionem, æternam retributionem, bonorum simul & malorum. Et paulo pòst: Omnem hæreticam vaniloquentiam exsecror; eorumque antesignatos & primates: Simeonem dico, Marcionem, Manetem, Paulum Samosatenum, & Sabellium Afrum; eorumque scelesta dogmata detestor. Suscipio etiam sex sacras generales Synodos, earumque divina decreta. Primæ quidem, quæ definivit, Patri consubstantialem, & æquè sinè principio, fuisse Filium: anathematizans impium Arium, Aetium, Eunomium, Eudoxium, Demophilum; post hos etiam, qui rectè dicuntur Anomii & Semiariani; præterea omnem eorum scelestam congregationem. Secundæ autem decreta recipio, quæ definiit, Deum esse Spiritum sanctū, Dominum vivificantem. aversor autem Macedonium, & omnes, qui ab illius partibus stant: cum his verò & Deo odiosum Apollinarium, hominem planè de divinis insipidè loquentem. Ex tertiâ verò, unum Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum nostrum ex Patre genitum, ipsumque in extremis diebus, nostrâ causâ, ex sanctâ Deipara semper virgine Mariâ incarnatum: & Nestorium, hominis adoratorem, ejusque asseclas, Diodorum inquam, & Theodorum, quique illius quadruplarem fabulam sectantur, & in Christo dualitatem personalem constituunt, longè a meâ confessione propello. Quartæ verò Synodi capita hæc accipio: ex duabus naturis, & in duabus naturis, unum esse sanctæ Trinitatis Christum, Deum nostrum, in carne peregrinantem: anathematizo autē Eutychen, Dioscorum, & omnem Acephalorum turbam: cum his etiam Dei hostem Severum; & impium illum Julianum Halicarnassensem, qui incorruptibile corpus Dominum nostrum assumsisse fabulatur. Quintam vero, veluti Spiritus sancti machæram, amplector: quæ a multis antè temporibus vigentes impias hæreses amputavit, & de earum authoribus triumphavit; Origene nimirum, Didymo & Euagrio: quos omnes, ut Hæreticorum magistros, exsecror. Sextam autem laudo, quod ex duabus naturis Christum prædicavit; ob id etiam illi duas naturales voluntates & operationes in alterutrâ naturâ, humanâ scilicet & divinâ, adsignavit: anathemate autem exsecror Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrhum, Paulum, & omnes, qui eorum decretis insistunt, veluti Sodomiticam vitem, & Gomorrhicum palmitem, amaros botros producentem, exosos habeo. Ejusdem quoque sextæ Synodi omnia, tum rectè & divinè decreta edita, traditosque Canones, recipio. [His quædam de Picturis annectuntur, præter rem: quæ omittimus, & inter nævos rejicimus.] Actione 3. Synodi Nicænæ 2.

[* cap. 5.]

Arelatensis Synodus: * Secundùm divinas Scripturas, & doctrinam, quam a sanctis Patribus accepimus, Pa-

trem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum deitate atque substantia confitemur: in Personarum diversitate trinitatem credentes; in divinitate unitatem prædicantes: nec personas confundimus; nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum, vel genitum, dicimus: Filium a Patre, non factum; sed genitum, asseramus: Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum; sed procedentem ex Patre & Filio, profitemur. Ipsum autem Dominum JESUM CHRISTUM, *Dei Filium & creatorem omnium, ex substantiâ Patris ante secula genitum, descendisse ultimo tempore, pro redemtione Mundi, a Patre; qui nunquam desiit esse cum Patre. Incarnatus est etiam ex Spiritu sancto, & sanctâ gloriosâ Dei-genitrice Mariâ, & natus ex ipsâ, solus idem Dominus* JESUS CHRISTUS, *unus de sancta Trinitate; animam & carnem, perfectum sine peccato suscipiens hominem: manens quod erat, assumens quod non erat: æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem: habens in una personâ duarum naturarum proprietatem.*

Naturæ enim in illo duæ, Deus & Homo. non enim duo filii, & dii duo; sed idem una persona, in utrâque naturâ: perferens passionem & mortem pro nostrâ salute, non in virtute divinitatis; sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos; ut Sanctos, qui ibidem tenebantur, erueret: devictoque mortis imperio, resurrexit. assumtus deinde in cælos; venturus est in fine ad judicium vivorum & mortuorum. cujus morte & sanguine mundati, peccatorum remissionem consecuti sumus; resuscitandi ab eo in novissimo die, in ea, quâ nunc vivimus, carne; & in eâ, quâ surrexit idem Dominus, forma suscepturi ab ipso. alii, pro justitiæ meritis, vitam æternam; alii, pro peccatis, supplicii æterni sententiam. Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides: hanc confessionem servamus atque tenemus. Quam quisquis firmissime custodierit, perpetuam salutem habebit. Tomo 2. Conciliorum.

* lib. contra Felicem Urgelit. & Elipandum Toletanum.

PAULINUS Aquilejensis inquit: * *Sancta catholica & apostolica Ecclesia, confitetur sanctam & ineffabilem Trinitatem in unitate: salvâ scilicet inconfusibiliter proprietate personarum, inseparabilem substantiam confitetur: ita sanè, ut alius credatur Pater; quia Pater est, qui genuit coæternum sibi, sine tempore & omni initio, Filium: & alius credatur Filius; quia Filius est, qui genitus est sine initio à Patre, non putative; sed verè: & alius credatur Spiritus sanctus, quia Spiritus sanctus est, & a Patre Filioque procedit. & non est aliud Pater, & aliud Filius, & aliud Spiritus sanctus: sed unum sunt inseparabiliter, Pater & Filius & Spiritus sanctus non unus, sed unum: quia alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, sed una, & æqualis, & consubstantialis, & coæterna, est Patris Filiique & Spiritus sancti, inenarrabilis divinitatis majestas: quia unus est Deus.*

Unionem namque in essentiâ confitemur; trinitatem verò in personarum discretione prædicamus. Dominum igitur nostrum JESUM CHRISTUM, *Dei Filium verum, semper in Patre, semper cum Patre, semper credimus apud Patrem. In ultimis namque temporibus, propter nos, & propter nostram salutem, secundum secretæ dispensationis arbitrium, descendit de cælo, unde nunquam recesserat: venit nimirum in propria; ubi nunquam deerat: natus est de Spiritu sancto ex Mariâ virgine, docente Angelo;* * Quod enim in eâ natum est, de Spiritu sancto est. *Factus verus homo, juxta id quod scriptum est:* * Et Verbum caro factum est; & habitavit in nobis. *Permansit verus & omnipotens Deus in utrâque naturâ; unus Dei Filius, idemq; Hominis filius.*

* Matth. 1. vers. 20.
* Johan. 1. vers. 14.

Nihil enim humana nativitas divinæ præjudicavit nativitati. Adsumsit, quod non erat; permansit id essentialiter, quod erat: non commixtionem passus, neque divisionem; sed in unâ personâ Christi, Deus verus, & Homo permanet verus. Non duo filii, Deus & Homo; sed unus filius, Deus & Homo: non alius Filius Hominis, & alius Dei, sed unus idemq; Dei Hominisq; filius.

DE VERBO DEI.

APpellationes quasdam Verbi divini, Doctores hujus seculi exponunt. Ut BEDA: * *Panis nobis Verbum Dei est. ipse enim est panis verus, qui de cælo descendit.* Idē: * *Semen bonum, est sermo doctrinæ evangelicæ; quæ in corde audientium, veluti in terra bonâ, crescit. Et è contrario, semen malum, est prava doctrina, quam superseminat inimicus homo.* Idē: * *Aqua amara, Scriptura divina dicitur; quia peccantibus non paret: & justis dulcis, quibus æterna præmia repromittit. & ita aqua benedicta est; aliis maledicta.* Itèm: * *Piscina grandi opere constructa, potest non absurde Scriptura divina intelligi: quæ sancti Spiritûs opere confecta, lavacrum nobis ad expianda peccata, simul & poculum salutaris gustûs, ministrat. Quæ si a Domino nobis in vinum conversa, hoc est, in spiritalem sensum fuerit translata; gratiore nos suavitate veritatis inebriat. Ubi & domus est fortium: quia, quicunque crebris eloquiorum divinorum fluentis, audiendo & operando, refici consuerunt, contra omnes antiqui hostis insidias fortes redduntur, & invicti.* Itèm: * *Cælorum quoque appellationes Scripturæ sanctæ rectè dicuntur: vel quod desursum sunt hominibus attributæ; sive quia cælestia in se contineant sacramenta. Horum igitur cælorum, id est, Scripturarum, rationem, quæ mysteriorum obscuritatibus opacata sunt, & profunda, quis poterit animo perscrutari, eloquióve proferre? aut quis eorum vaticinia cessare præcipiet?* Et: * *Vivum verbum Dei, & validum, penetransque usque ad divisionem animæ ac spiritûs, compagum quoque ac medullarum; in hoc spiritualis conceptus, profectum quendam incrementorum, velut per menses temporum, in cordium sinibus operatur.* Itèm: * *Lucerna vocabulo, verbum, quo illustramur, designat.*

* in Exod. cap. 15.
* in Levit. cap. 25.
* in Num. cap. 5.
* lib. 3. in Ezram. cap. 18.
* lib. 3. in Job. c. 7.
* lib. eod. cap. 8.
* lib. 1. in Marc. c. 4.

¶ Unde sit Verbum Dei, idem BEDA indicat: * *Quæ*, inquiens, *Domino inspirante Sancti ejus faciunt, more Scripturarum ipse facere dicitur.* Itèm: * *Restauravit enim Dominus Scripturam sanctam. quia, quam Scribæ & Pharisæi, vel per traditiones suas fœdaverant, vel juxta literam tantùm intelligendam esse docebant; ipse spirituali sensu plenam, prout a Moyse vel Prophetis scripta erat, ostendit. Sed & novum Testamentum, misso desuper Spiritu sancto per Apostolos, sive Apostolicos viros, fecit describi.* Itèm: * *Exiit ergo seminans ad seminandum: quia Dominus, de sinu Patris egrediens, venit in Mundum; ut verbum veritatis, quod apud Patrem vidit, humano generi, vel per se-ipsum, vel per eos, quos instituit ipse, seminaret.* Et: * *Christus commemorat Scripturas, & aperit sensum; ut, quod legis, intelligas.*

* lib. 4. in Sam. c. 9.
* lib. 2. in Ezram. cap. 14.
* lib. 1. in Marc. c. 4.
* lib. 6. in Luc. c. 24.

ALBINUS ait: * *Cum plures doceant, tamen doctrinæ hujus autor est Dominus.*

* in Eccles. cap. 12.

CAROLUS Magnus: * *Vetus & novum Testamentum, Spiritûs sancti gratiâ, qui digitus Dei dicitur, conscriptum est.* Et: * *Divinæ Scripturæ libri, soli Deo altissimo ac omniscio ac præsago judicio, sunt ante secula prædestinata, & per momenta seculorum, ad humanæ salutis emolumenta, elementi exhibitione concessa: habentque autores sanctos ac venerabiles viros, virtutum lampadibus & miraculorum insignibus coruscantes; vel certè ipsum Dominum: qui corporis & sanguinis sui mysterium, sive crucis sacramentum, nostræ saluti congruum concessit.*

* lib. 2. cap. 19.
* lib. 2. cap. 30.

¶ Tantùm Prophetica & Apostolica scripta recipienda esse, testantur.

DAMASCENUS: * *Cuncta, quæ tradita sunt nobis, & per Legem, & Prophetas, & Apostolos, & Evangelistas, suscipimus, cognoscimus, veneramur, nihil ultra illa perquirentes. Nam bonus cùm sit Deus; omnis boni largitor est: non invidiæ aut perturbationi cuipiam obnoxius. Procul enim a divinâ naturâ (quæ & impassibilis, & sola bona est) facessit invidia. Ut igitur nihil nesciens; & quodcunque conducibile est, providens: quodcunque conducit nobis agnoscere, ipse revelavit.*

* lib. 1. cap. 1.

Quorum autem pondus ferre non valemus, illa silentio occuluit. Hæc igitur nos-ipsi amemus; in hisque immoremur: neque limites ab æterna voluntate definitos transscendentes; neq; divinam ulla ex parte traditionem transgredientes.

CAROLUS Magnus inquit: * *Ea Scriptura sive doctrina, vel etiam opera, a vero legislatore, mediatore videlicet Dei & Hominum, veraciter intra sanctam Ecclesiam sunt suscipienda; quæ ab antiquorum Patrum normâ nequaquam sunt sensibus vel operibus disgregata.*

* lib. 4. cap. 16.

¶ Esse pura omnia in Verbo Dei, docent. CAROLUS Magnus: * *In sacris literis nihil vitiosum, nihil inconveniens, nihil impurū, nihil falsum; nisi fortè id quod perversos quosq; dixisse, vel fecisse, sancta Scriptura commemorat, penitus invenitur.*

* lib. 3. cap. 23.

Esse Scripturam brevem. ALBINUS ait: * *Scriptura divina brevi circulo coarctata est: & quantum dilatatur in sensibus; tantum in sermone constringitur.*

* in Eccles. cap. 12.

Doctrinam coelestem esse eandem perpetuò, & sibi cōsentientem; docet BEDA, inquiens: * *Catholica veritas vaga & investigabilis non est: quia una eademq; cunctis est agnita totum per orbem fidelibus.*

* lib. 3. in Prov. c. 2.

¶ De stu-

A ¶ De studio verbi Dei, inqt BEDA: * [lib. 3. in Lucā c. 10.] *Una ergo & sola est Theologia, id est, contemplatio Dei; cui meritò omnium justificationum merita, universa virtutum studia postponuntur.*

ALBINUS inquit: * [in Eccles. cap. 1.] *Hæc sententia contra eos agit, qui sine labore, & discendi studio sanctarum Scripturarum sibi notitiā promittunt; æstimantes se sapientes, cum sint insipientes.* Et: * [in cap. 2.] *Sapiens in lege Domini diebus ac noctibus meditatur; & Scripturarum sanctarum desudat interpretatione; & libros componit multos: ut memoriam sui posteris relinquat.* Et: * [in cap. 7.] *Qui eruditus fuerit in Scripturis, quanto plus surgere cœperit; tanto ei in his quotidie oritur major obscuritas. Quia in speculo & imagine videmus; donec veniat, quod perfectum est. Ideo hæc sapientia mortalium parva est, ad illam, quæ sanctis datur in futuro regno Dei.*

B ¶ Non legendum esse tantùm verbum Dei; sed & faciendum. BEDA: * [lib. 2. in Marc. c. 8.] *Manducant, & non saturantur, qui panem verbi Dei audiendo degustant: sed non-faciendo quæ audiunt, nihil ex his interna dulcedinis, quo cor ipsorum confirmetur, in ventre memoriæ recipiunt.*

¶ De Parabolis inquit BEDA: * [lib. 1 in Marc c. 4.] *Nullus facilè sermo Christi invenitur, in quo non sit aliquid parabolarum intermixtum.*

C ¶ Ad omnes fideles pertinere Verbum Dei, docet BEDA, dicens: * [lib. 1. in Esdram c. 1.] *Christus Scripturas sanctas universum misit in mundum; quibus fidem sui nominis, ac spem salutis, cunctis, qui ad regnum suum pertinent, hoc est, electis omnibus prædicaret.*

Paucos homines id verbum ritè accipere, BEDA inquit: * [lib. 3 in Sam. c. 3] *Multi legentes, vel audientes, possunt verba Domini discere, possunt facillime fidei mysteria perscrutari: sed pauci admodum inveniuntur, qui hæc, quam dulciter sapiant, veraciter in cordis palato sentiant.*

D ¶ De fine & effectu Verbi Dei, inquit BEDA: * [lib. 2. in Sam. c. 2.] *Quia sufficientes non sumus agere aliquid ex nobis, quasi à nobis: saltem obedientiæ & humilitatis muneribus, ascendamus ad audiendum Dei verbum; atq; ejus modestis consolationibus erecti, quod nostra infirmitas nequiverat, acquiramus. Et veniet profectò, divinæ opitulante gratiâ: ut non solùm intermissam nuper recuperemus observantiam; sed & perfectioris doni fœnore ditati, etiam regni cœlestis incipiamus gaudia sperare: imo ipsi charitatis, gaudii, pacis, patientiæ, longanimitatis, bonitatis, benignitatis, fidei, modestiæ, continentiæ, cæterarumque fructuum spiritualium, devotos Dei populos, regentes.* Item: * [lib. eod. cap 9.] *Multo securius in Apostolicis, quam in Platonicis, quæritur consilium salubre pagellis.* Item: * [lib 3. in Sam. c. 6.] *Quia nimirum sancta Scriptura, contra morem secularium doctrinarum, humilitatis magistra existens, per humiles edita scriptores, humilibus solum auditoribus vel lectoribus patet.* Et: * [in Ps. 1.] *Sicut in arbore folium præcedit, & sequitur fructus: ita verba prædicationis Christi fructus subsecutus est, salus scilicet multorum.* Et: * [lib. 2. in Marc. c. 8] *Conversi peccatores in præsenti vita viâ deficiunt, si in sua conscientia sine doctrina sancta pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in hujus peregrinationis itinere: pascendi sunt sacra admonitione. Conversis peccatoribus, doctrinæ sanctæ cibi præbendi sunt: ut in Deum vires reparent; quas in flagitiis amiserunt.* Item: * [lib 3. in Prov. c. 30] *Omnis sermo divinus, corda Electorum, & igne charitatis accendit, & scientiâ veritatis illustrat; & vitiorum sordes consumit, & ab hostium insidiis, cunctisq; defendit adversis.* Item: * [lib. 2. in Ma. c. 7.] *Scripturarum mysteriis humilium solent corda refici.* Et: * [lib. eod. cap. 8] *Viatores sicuti præsentis aliter incolumes transire nequimus; nisi nos gratia Redemtoris nostri alimento verbi sui reficiat. Utriusque Scripturæ testamenti, rectè intellecta, altitudinem nobis cœlestium & præceptorum mandat, & præmiorum: utraque altitudinem Christi prædicat consonâ voce.* Et: * [lib. 1. in Luc. c. 4.] *Si quis non vescitur verbo Dei; iste non vivit.* Item: * [ibid.] *Ipsum Dei verbum propriâ potestate virtutes operatur.* Et: * [lib 4. in Luc. c. 12.] *Adversarius noster in viâ est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in præsenti vitâ. A quo ipse liberatur, qui præceptis ejus humiliter subditur. Alioquin adversarius judici, & judex tradet exactori: quia, ex sermone Domini contemto, reus peccator tenebitur in examine judicis.* Et: * [lib. 2. in Joh. c. 8.] *Scriptura, quæ a Prophetis ministrata est, & salubris est ad haustum sapientiæ cœlestis; & ad operum castigationem utilis.* Et: * [in 2. Petro 1.] *Sicut corruptibilis corruptibilem caro generat carnem; ita verbum Domini, quod manet in æternum, æternam his, quos ex aqua recreat, in carne simul & animâ, vitam dat.*

APONIUS ait: * [lib 3. in Cantic.] *Dominum Deus Pater dedit Verbum ignitum huic Mundo; quod in figurâ carbonis, forcipe duorum testamentorum, levatur de altari, & labia purgat Esaiæ Prophetæ: qui, per adunationem carnis, solus inter mortuos liber utriusque commixtus, simulque flante Spiritu sancto, omnes animæ, quæ, ut carbones mortui, impietatum tenebris obscurato intellectu, non accendebantur, ejus vicinitate accensæ sunt. Hoc autem, quòd diligunt, quòd flamma amoris Sponsi accenduntur, proprium donum gratiæ verbi Dei est.* Et: * [lib 2. in Cantic.] *Certum est enim, per Christi doctrinam, in quâ verus Deus verusque creditur Homo, agnos generari, ad dextram in die judicii collocandos, ad sinistram reprobatos gehennæ ignibus deputandos.* Item: * [lib. 3.] *Hæc igitur prædicta anima, ubi per auditum æternæ vitæ, dulcedinem gustùs accepit in Sponsi adventum, multimodas & amarissimas passiones, pro ejus nomine illatas, non sentit.* Iterum: * [lib. 2.] *Nunc autem, Redemtore nostro Domino Christo pugnante, & vincente principem Mundi cum exercitu suo, liberati de manu ejus, Apostolorum collo doctrina tracti, Dominum portant. Et in quorum mentibus immundi spiritus insidere consueverunt, equitantes per facinorum campos, nunc Domini equi effecti, per gratiam regenerationis, spiritum sanctum vehere comprobantur.* Et paulò pòst: *De illis ergo potentibus in malitiâ, qui, per doctrinam ipsius credentes, liberati sunt a malo sessore, portant Spiritum sanctum. Et in quibus solebat sedere Pharao; nunc vehitur in eis princeps militiæ cœlestis, Christus. Et quos consuêrant auctores vitiorum, ministri Antichristi, trahere per saxosa convallia criminum; nunc a potentibus & mansuetis equis Apostolis, vitæ exemplo & sanâ doctrinâ, trahuntur per justitiæ campos.* Et: * [lib 1. in Cantic.] *Hujus ergo lacte doctrinæ vitam æternam conferente, prædicta verba dilecta Ecclesia Christi, Domini nostri, manantia; de cujus pectore lacteo vitam æternam, quam Adam perdiderat, per candorem doctrinæ in Apostolis infusa, quasi per ubera, in credentibus suscipit Ecclesia: & suis posteris, quasi ex lacto butyrum effectum, per interpretationem sermonis, quotidie porrigit. Quibus alimentis Apostolica doctrina, cum invenerit magistrum, declaratur intra se continere individuam trinitatem. Quibus alimentis nisi indesinenter usa fuerit anima; non poterit vivere in æternum.*

ALBINUS inquit: * [in Eccles. cap. 11.] *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Ne te pigeat panem sapientiæ, panem rationabilem præstare sermonis, & in multitudine dierum invenies illum: id est, invenies longitudinem dierum vitæ æternæ, in retributione cœlesti.* Et: * [in cap. 3.] *Lætari debemus in lectione sanctarum Scripturarum: ubi pascamur & potemur de ligno vitæ; quod plantatum est secus decursus aquarum.* Et: * [lib. 1 de Trinitat.] *Tota sanctarum series Scripturarum, nos a terrenis ad cœlestia erigi hortatur; ubi vera & sempiterna est beatitudo: ad quam, nisi per fidem catholicæ pacis, cooperante charitate Dei & proximi, neminem pervenire posse, certissimum est.* Item: * [lib 2. de Trinitat.] *Omnis itaque sanctorum autoritas librorum hoc nobiscum agit: ut rectè de Deo credamus; eumque totâ intentione amemus. Sed mentis humanæ visio invalida est, ad prospiciendam divinæ majestatis excellentissimam lucem; nisi justitia, fide, & dilectione, divinâ donante gratiâ, illustretur splendore.*

CAROLUS Magnus: * [lib. 3. c. 23] *Sacra Scriptura semper suadent honesta & salubria; semper instant humanæ saluti; semper hortantur ad cœlestia dona; semper puras & fixas regulas tenent.* Item: * [lib. 2. c. 30] *In illis (sacris literis) inveniuntur arma, quibus contra adversa confligatur; quibus vitia reprimantur; quibus virtutes erigantur: quibus gula concupiscentia, vigiliis & compunctione cordis, reprimatur; quibus fornicatio, contritione cordis & corporis afflictione, orationum instantiâ, laboris exercitio, metuque suppliciorum, vel amore æternæ patriæ, refrenetur: quibus invidia, amore fraternæ dilectionis, & cœlestis regni desiderio, quod non nisi concordes adipiscuntur, superetur: quibus ira, modestissima patientiæ gravitate, & acumine rationis, & æquanimitatis munere, frangatur: quibus avaritia, eleemosynis, & spe æternæ retributionis, calcetur: quibus tristitia, fraternis alloquiis, assiduis lectionibus vel orationibus, pellatur: quibus arrogantia, metu amittendarum virtutum, cum quâ illæ haberi non possunt, & accessu vanæ gloriæ, qui est virtutum inimicus, secludatur: quibus superbia, metu diabolicæ ruinæ, & exemplo humilitatis Christi conteritur. In illis inveniuntur instrumenta fructûs justitiæ: id est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. In illis invenitur medela, quâ nec sapientes in suâ sapientiâ gloriantes, nec fortes in suâ fortitudine confisi, periclitentur; nec simplices sive in... suâ impossibilitate dejiciantur: quâ nec læti nimia lætitia extollat; nec tristes nimia animi contritio afficiat: quâ nec divi-*

E F G H

tes rerum opulentia efferat; nec pauperes rerum indigentia frangat. In illis invenitur norma, per quam instruitur, qualiter prælati erga subditos, & subditi erga prælatos agere debeant: qualiter conjugia diligantur: qualiter secularia consilia prudenti deliberatione tractentur: qualiter patria defendatur, hostes pellantur, extranearum domesticarumque rerum administratio habeatur: & (ut cuncta breviter complectar) in illis & animæ perpetuus cibus, & præsentis vitæ doctrina & sapientia, quæ decor est vitæ, & vitæ perpetuæ documenta, continentur. Est enim thesaurus, nullo bono carens; omnibus bonis redundans: ad quem quisquis devotus accedit; quicquid fideliter quærit, feliciter se acquisisse gaudet. Ergo, mundanæ sapientiæ & secularis scholæ quemquam amor oblectat: accedat ad divinæ legis armaria, quæ sapientes Mundi, sicut meritorum celsitudine, ita etiam tempore, præcedit: & liberalium studiorum profunditates, quas scit, cognovisse; & quas nescit, invenisse se, gaudeat. Illic inveniet, & rectæ locutionis decorem, etymologias nominum, schematum varietates, tropicas perplexiones, de quibus B. Augustinus ait: Sciant autem literati, modis omnium locutionum, quos Grammatici græco nomine Tropos vocant, autores nostros usos fuisse: quos tamen tropos, id est, modos locutionum, qui noverunt, agnoscunt in literis sanctis; eorumque scientiâ ad eas intelligendas aliquantum adjuvantur. Inveniet etiam historias, metra, quæ omnia propriè artis Grammaticæ sunt. Sed dicet fortassis aliquis: Nec illic metrorum scansiones, & temporum certas dimensiones, invenio.

Cognoscet, multa in divinis Scripturis metra, plures rhythmos esse: sed translatio linguæ non eadem fines habere temporum intervalla in peregrina, quæ habentur in propria: cùm tamen eundem sensum, easdemque rerum proprietates, habeat.

Quia, etsi quis nobis debitor aurum reddat; non multum distat, si in non unius sit monetæ cum illo, quod acceperat: si tamen unius sit ponderis, unius fulgoris.

Namque, B. Hieronymo, Hebraicæ linguæ peritissimo, docente, didicimus; quædam divinæ Scripturæ Hebræo dactylo spondeoque, quædam anapæsto, quædam verò iambo, juxta artis rigorem, decurrunt.

Illic etiam invenies nitorem & copiam eloquentiæ, genera causarum & status: illic exordia, quibus benevoli, dociles, vel attenti auditores fiunt: illic narrationes apertas & breves; clausas etiam, & longas, quæ non nisi Spiritu sancto reserante panduntur: illic conclusiones, quibus proprietas rerum monstratur; argumentationes, quibus animi audientium concitantur, ad implendum ea quæ dicuntur: illic leges, sive sententiæ: illic magna granditer, parva submissè, mediocria temperatè promuntur.

Illic prosopopœiam, ethopœiam, vel omnes figuras locutionum, quæ à Rhetoribus traduntur, inveniet; & plures illis angustiores, quas percepisse se gaudebit: ad quas nec Grammaticorum nec Rhetorum schola, pertinere potuit.

Illic quoque inveniet Isagogas, quæ ad inquirendas res lectorem utiliter introducunt: Categorias, quæ Prædicamentorum utilitate ad investigandas res excellunt: definitiones, vel modos syllogismorum; quæ subtili indagatione ea, de quibus dubitatur, affirmant: Topica, quæ dum sint fontes sensuum, & origines dictionum; omnibus communiter, Grammaticis videlicet, Poetis, Oratoribus, vel etiam Philosophis, argumenta præstant: quæ non solum scholastico; sed etiam vulgari & tumultuoso sermoni, perpetuò cohærent.

Nam quanquam tumultuosus, quanquam vulgaris sit sermo; si pro quibuslibet vitæ utilitatibus profertur, ad topica veniet: per ea, quasi per quadam magisteria, locales regulas, quibus evagari aut non possit, aut non debeat, inveniet: in illis etiam terminum, quem sine sensûs dispendio transgredi difficile sit, se reperisse cognoscet. Et (ut cuncta breviter dicam) omnis sermo, nisi ad topica venerit; indefinitus procul dubio remanebit.

Illic etiam reperiet; quarum scrupulosissimis, & lacinosis diverticulis, profunditas inveniendorum sensuum, dubiorumque affirmatio, inveniatur; quibusque syllogismorum, vel cæterarum argumentationum, sylva excoritur: quæ omnia propriè artis sunt Dialecticæ.

Illic in numeris, per Arithmeticam artem, arcana sensuum profunditatesque reperiet: quoniam (dicente eadem Scripturâ *) omnia in mensurâ, & numero, & pondere, Deus fecit.

[* Sap. 11. vers. 21.]

Illic etiam Musicæ, non solum consonantias, instrumentaque quibus plerique sanctorum Patrum usi sunt, sed etiam repertorem, inveniet.

Inveniet quoque terrarum situs, dimensionesque, quæ propriè artis sunt Geometricæ. Nec non & quorundam siderum cursus & positiones, & temporum varietates, mensium annorumque sive horarum curricula, dierum etiam, & causam conditionis siderum, quæ propriè artis sunt Astronomicæ, illic reperisse se, studiosus quisque cognoscet.

Sed dicat fortè aliquis: Nec nomina principaliter disciplinarum, nec uniuscujusque disciplinæ singillatim partes, nec uniuscujusque partis membra singillatim, in Sacris literis inveniuntur. Quibus breviter respondendum est: Omnia in Scripturarum sanctarum amplissimis pratis per partes inveniri posse; quæ artigraphi in suorum hortorum areolis posuêre.

Inveniuntur inquam, virtute sensuum; non in promulgatione verborum: in radicum profunditatibus; non in foliorum lapsibus. Sic enim, in profunditate divinarum Scripturarum, liberales artes à studiosis quibusque cernuntur: sicut vina in vitibus, segetes in seminibus, frondes in radicibus, fructus in ramis arborumque magnitudines sensu contemplantur in nucleo. Est planè divina Scriptura verax; est fixa; est casta; est cœlestis magisterii instrumentum, & æterna prædicatio purissimè nitens eloquio. Est lux mortalium; dicente Prophetâ: * Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen semitis meis.

[* Psal. 119. vers. 105.]

Est vivax, & mori nesciens; dicente Apostolo: * Vivus est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus.

[* Hebr. 4. vers. 12.]

Est tenebrarum discussio, Salomone attestante, qui ait: * Lucerna est mandatum legis, & lux vitæ, & increpatio, & disciplina.

[* Prov. 6. vers. 23.]

De quo per Esajam dicitur: * De nocte spiritus meus vigilat ad te, Deus; quia lux præcepta tua sunt super terram. Semper enim vitalia jubet; noxia prohibet: terrena removet, cœlestia persuadet. Est, inquam, fons arboreo de margine scaturiens: de quo quanto amplius hauritur; tantò minus expenditur: & quantò in plures partes derivatur; tantò ampliùs in sensibus augmentatur. Est pecunia marsupium: de quo nec ea, quæ dantur, amittuntur; nec diminutionem assiduus dandi usus adfert: sed quantò indè amplius dandi devotione ejicitur; tantò illud magis magisque completur. Hactenus Carolus Magnus.

[* cap. 26. vers. 9.]

DE VETERI ET NOVO Testamento

BEDA ait: * Cœlos accipit hîc, libros veteris & novi Testamenti: qui ideò dicuntur cœli, quia variis figuris sunt cœlati, id est, sculpti. & sicut in aliquo opere, sculptum quoddam extrà apparet; quoddam intus latet: ita in ipsis multa mysteria latent. Super hos cœlos elevatus est Christus, excedendo eos: quia & in dictis, & in factis, omnia Scripturarum præconia facta de se excessit.

[* in Ps. 8.]

Idem BEDA: * Et ipsi veteris Testamenti libri propheticâ gratiâ plenissimi, palam testantur legentibus; non se debere, post suam passionem, ad figuratam literæ custodiam resuscitari: imò ipsos prophetiæ ministros inquietari; cùm ea, quæ scripserunt, aliter, quàm ipsi senserunt, viderint intelligi. Et: * Judæi, traditiones Pharisaicas observantes, mandata Legis contempserunt. In novo autem Testamento, gratia benedictionis in populum Christianum redundavit, quando Christus elevans manum, benedixit Apostolis. Utrumque Testamentum Moyses, quia utrumque intellectum habet, quem Judæi non intelligentes, sub occidente eos literâ vivunt. Item: * In veteri Testamento, futurâ fide Dominicæ incarnationis erecta; in novo, ejusdem susceptæ incarnationis sacramentis imbuta; in absolutione carnis, æterni regni perceptione sublimata; & in die judicii, etiam carnis est resurrectione glorificanda. Et: * Quòd vetus lex concubina vocatur, Paulus docet, dicens: Abraham duos filios habuit: unum de ancillâ; unum de liberâ. Hæc autem sunt duo Testamenta. Et: * Cum caligine data est, quia vetus lex, cum litera occidentis caligine; nova verò, cum splendore; quia spiritus vivificat. In monte autem, signa vivi tantum erant, in altero autem, vivi & mortui. Lex verò prior vivis tantùm dabatur; hoc est, his, qui bonis terræ serviebant: secunda autem, in vitâ & post mortem proficit. Unus illic Dominum quæbatur; quia ipsa lex non multis proficiebat: hîc autem quinque Christum alloquuntur; quia lex nova plures ad Christum, quam vetus, provocavit. Et: * Quæ Lex & Prophetæ cecinerunt, occulta fuerunt: sed per passionem Christi: velum illud scissum est;

[* lib. 4. in Sam. c. 7.] [* in Deut. cap. 29.] [* lib. 2. in Sam. c. 2.] [* in Genes. cap. 35.] [* in Exod. cap. 19.] [* in Exod. cap. 26.]

quæ fue-

A *quæ fuerunt obscurata Judæis, Christianis revelata sunt:* Itèm: † *Priores tabulæ, quæ fractæ sunt, significant priorem legem, quæ, propter peccatum populi, mox cessavit. Aliæ verò non franguntur: quia novi Testamenti eloquia erunt mansura.* Et: * *Post hæc Jesus Moysi in monte succedit. Legi enim succedit Evangelium; in quo præcepta legis spiritualiter implentur, & admonemur, quid quotidie offerre debemus, propter quotidianum laborem.* Itèm: † *Per duo Cherubim, possunt duo Testamenta figurari: quorum unum, futuram Domini incarnationem; aliud, factam clamat.* B *Respiciuntq; se mutuò: quia in attestatione veritatis quam prædicant, in nullo ab invicem discrepant. Vertunt vultus in propitiatorium: quia & misericordiam, in quâ unica Mundo spes est, valdè commendant. Atque, ideò sunt ex utraq; parte oraculi: quia & præcedentia ante incarnationem dominicam tempora, & sequentia, prædicatione spiritualis scientiæ replent.* Et: † *In veteri Testamento, quantum ad literam, promissio de temporalibus facta est: in novo verò, promittuntur spiritualia & æterna.* Itèm: * *Per vetus Testamentum, quod Moses ministravit, cujus præmia erant terrena promissiones, sub* C *velamine, & sub tegumentis & figuris quibusdam, summa & æterna bona novæ vitæ promittebantur. Et ideò, cum ad Christum venitur, velamen, quod habebat Moses in facie, aufertur: quia necesse est, ut, recedente umbra, veritas appareat.* Et: † *Duo denarii sunt duo Testamenta; in quibus æterni Regis nomen & imago continetur. Finis enim legis, Christus est.*

† in cap. 31 · * in Num. cap. 26 · † lib. de Tabernac. c. 5 · † in Psal. 33 · † in Psal. 89 · † lib. 3. in Luc. c. 10

A P O N I U S inquit: * *Erat quidem boni odoris, id est, meriti, unguentum illud in veteri Testamento, magistro Deo compositum: de quo ungebantur Reges, Prophetæ, & Sacerdotes. Sed quantum distat vivus homo à pictura fucis colorum oblitâ: tantum interest, quod Ecclesia suscipit renascendo in spiritu; cujus figuram* D *Synagoga suscipiebat in corpore. Cujus tanta fuerunt vires; ut vix in una gente Judæa & paucis, tribuerit principatum. Hoc autem Ecclesiæ unguentum, tantum in se gerit virtutis, fragrantis simul & medicinæ: ut omnes credentes suavissimos reddat, Reges & Sacerdotes constituat; & ejus odor notitiæ, à Solis ortu usq; ad occasum, omnem Mundum impleverit.* Et: * *Vetus & novum duo Testamenta; alterum quod promisit, alterum quod promissum Christum ostendit; Ecclesiæ ubera cognoscuntur: in quorum medio Christus commorari probatur.*

* lib. 1. in Cantic. · * lib. 3. in Cant.

E A L B I N U S ait: † *Nos utraq;, quæ ponis, credamus; & utrumque veneremur.* Et: *Præcipit, utrumq; Testamentum (id est, vetus, quod septenario numero designatur; & novum, quod in octonario intelligitur) dignâ veneratione habere sanctissimum.*

† in Eccles. cap. 11.

C A R O L U S Magnus: * *Novum & vetus Testamentum recipimus in eorum librorum numero, quem sancta catholica Ecclesia tradidit autoritas.*

* lib. 3. de Imag. c. 1.

¶ De subjecto veteris Testamenti, inquit B E D A: † *Lex ipsa, Psalmiq; ac Prophetæ, apertis sententiarum vocibus gratiam Christi prædicant; & sacerdotium illud vetus, figuratis ceremoniarum & sacrificiorum umbris, eidem testimonium perhibet.* F Et: *Tota veteris Testamenti scriptura, prophetia de Christo processit. Nec soli, Hieremias, Daniel, & Esaias, cæteriq; tales, qui & Prophetæ specialiter appellati, & de ejus adventu manifeste sunt locuti; verùm ipse pater Adam, Abel, & Enoch, & cæteri patrum, factis quoq; suis, ejus dispensationi testimonium reddunt. Unde Dominus ipse, Judæorum duritiam redarguens, ait:* * *Si crederetis Moysi; crederetis forsitan & mihi: de me enim ipse scripsit.* Et: † *Omnis Scriptura sancta testimonium perhibuit Christo, sive per figuras, sive per prophetias, sive per angelorum ministeria. Ergo & Moyses perhibuit testimonium Christo: cæteri Prophetæ, & Apostoli, perhibuerunt testimonium Christo.* G Et: *Quicquid Lex vel Prophetæ scripserunt, omnia Christum venturum esse designabant. Si enim Judæi Legi vel Prophetis credidissent; credidissent utique & Christo.*

† lib. 1. in Luc. c. 2. · * Johan. 5. v. 46 · † in cap. 5 Johan.

A P O N I U S ait: * *Sunt testimonia in veteri Testamento legis, quæ Christum humani generis redemtorem probant venturum, advenisse, iterum adventurum in gloria. Ponamus igitur, legem divinam latissimum esse palatium, in quo rex inhabitat Christus, Sermo omnipotentis Dei Patris; ubi ad æternam militiam introducuntur credentium animæ.*

* lib. 9. in Cant.

H A L B I N U S ait: † *Quicquid dixeris, si ad eum referatur, qui in principio erat Verbum apud Deum, & Deus erat Verbum; unum volumen est: innumerabiles libri, una Lex, unum Evangelium nominatur.*

† in Eccles. cap. 12.

¶ De differentiâ veteris & novi Testamenti, C A R O L U S Magnus inquit: † *In veteri Testamento terror erat, in novo dilectio.* Itèm: * *Quantum eminet umbra corpus, imaginis veritas, figura res gesta; tantum eminet veteri Testamento novum, quippe cùm illud dedicatum sit à Moyse: cùm, lecto omni mandato Legis universo populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aquâ, & lanâ coccineâ, & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum adspersit, dicens:* † Hic sanguis Testamenti, quod mandavit ad vos Deus. *Istud verò dedicatum sit à Mundi Redemtore, Domino nostro* J E S U C H R I S T O. *In illo, sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ adspersus, coinquinatos sanctificabat ad emundationem carnis: in isto sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semet-ipsum obtulit immaculatum Deo, & mundat conscientias nostras ab operibus mortuis ad serviendum Deo vivo & vero. In illo, agnus per familias occidebatur, ejusq; carnibus Pascha celebrabatur: in isto, agnus Dei, qui tollit peccata Mundi, qui est verus agnus immaculatus, Deo etiam est in sacrificium oblatus, dicente Apostolo;* * Pascha nostrum immolatus est Christus. *In illo, Cananitidis* C *enim regnum rerumq; corporalium affluentia, pollicetur: in isto, vita æterna, regnumq; cælorum, conceditur. In illo, promittitur terra, quæ lacte & melle fluit: in isto, pollicetur patria cælestis, in quâ datur, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. In illo, neomeniæ, id est, novæ lunæ principia, colebantur: in isto, nova creatura in Christo accipitur. In illo Sabbati otium & requies celebrabatur: in isto, Sabbati requies in Christo habetur. In illo pecoribus immolatis, carnis & sanguinis hostiæ offerebantur: in isto, sacrificium carnis & sanguinis Christi offertur, quod per illa animalia figurabatur. In illo, jugum grave Legis,* D *cervicibus impositum, faciebat servos: in isto, jugum Christi lene, & onus suave, per spiritum adoptionis facit filios.* Et: * *Vetus Testamentum propriè antiquo Dei populo scriptum est: novum verò nobis, qui post incarnationem dominicam ad fidem venimus.* Itèm: † *Sicut in Lege de Christi adventu audivimus; in Evangelio vidimus: sicut in Prophetis de ejus incarnatione comperimus; in novi Testamenti nunc serie cernimus: sicut in Hagiographis, & in cunctis sacris literis, de ejus nativitate, passione, resurrectione, ad cælum ascensione, typicis videbamus præfiguratum fuisse mysteriis; nunc per alia cuncta* E *fuisse, in sanctis videmus Evangeliis.* Et: † *Post incarnationem Domini, duo Testamenta in unam compagem copulationis sunt adducta: quoniam, quanquam inter se diversa quodammodò cernantur; ad unum tamen bivium in Christo, qui est pax nostra, qui fecit utraque unum, convenire noscuntur. In novo enim misericordia est; in quâ per gratiam genus humanum liberatur: in veteri veritas; ubi Legis & Prophetarum annuntiatio continetur. Hæc autem duo sibi mutuò obviâsse dicuntur: non ad contrarietatem exercendam; sed ad gratiam promissæ perfectionis implendam. Unum quippe* F *constat factum, quod temporibus probabatur esse divisum.* Itèm: † *Veteris Testamenti pagina, rigorem habet irreprehensibilis severitatis: novi verò, convocationem & mansuetudinem; per quam errantes corrigantur, & ad Christi gratiam animarum conversio fiat.*

* lib. 1. c. 15 · * cap. 19. · * Exod. 24 vers 8. · * 1. Cor. 5. vers 7. · * cap. 20. · † cap. 36 · lib. 2. c. 4 · † cap. 30.

¶ De conveniētiâ utriusq; Testamenti, inquit B E D A: * *Omnes utriusque Testamenti cultores, in unum eundemq; Deum credebant, unius ejusdemq; pietatis & castitatis operibus serviebant: sed in celebratione Sacramentorum suas uterque* G *populus discretas partes agebant. Nam passionis dominicæ, per quod utrique sumus redemti, sacramentum, illic in carne ac sanguine victimarum; nos in oblatione panis & vini, celebramus.* Itèm: † *Non solum priorem Dei populum litera Legis erudiebat, ad fidem, & opera bona: sed etiam nos, novi tempore Testamenti Deo servientes, eâdem literâ spiritualiter intellectâ, majoris gratiæ dulcedinis, & in præsenti, ad fidem operationemq; virtutum instituit; & in futuro, ad spem perpetuæ remunerationis accendit.*

* lib. 2. de Tabern. c. 2 · † cap. 9.

C A R O L U S Magnus: † *Quæq; novum Testamentum* H *de dominicâ incarnatione, passione, resurrectione, ascensione, gentium vocatione, Judæorum expulsione, multimoda Ecclesiæ tribulatione, facta narrat: hæc eadem vetus Testamentum, si rectè intelligitur, veraciter facienda prædicabat. Adventum verò Antichristi, finem seculi extremi discrimen judicii,*

† lib. 2. c. 20

& æternam bonorum gloriam. pœnamq; reproborum, commendat utrumq; Testamentum veritate prolatum.

[† lib.3.in Luc. cap.8.] ¶ De effectu utriusque Testamenti, inquit BEDA: † *Unus utriusq; Testamenti Deus, ipse per Filium benedictionem dabit; qui legem dedit per famulum.*

[* lib 2. de Tabern. c. 13.] ¶ De sensibus Scripturæ, ait BEDA: * *Scriptura quæ historico, allegorico, morali consuevit sensu interpretari, nulla Hæreticorum sive Paganorum valet perversitate corrumpi.* [† in Luc. 6.] Itèm: † *Triplex est divinarum Scripturarum intelligentia, historica, mystica, moralis.* [* Præfat. in Psalmos.] Itèm: * *Sciendum, quod omnis divina Scriptura, aut pertinet ad historiam, aut ad mores, aut ad mysterium. Hæc item divisio non sic accipienda est; quin partes ejus aliquando permisceantur.*

[* ibid.] Prophetiam sic definit BEDA: * *Prophetia est divina inspiratio, quæ rerum eventus, aut per visiones, aut per facta, aut per quorundam dicta, immutabili veritate demonstrat.* Itèm: *Inspiratio per dicta, fit duobus modis: aut gratia, aut permissione. Gratiâ; ut in Mose & in cæteris bonis: permissione; ut in Sibylla vate, & in infidelibus Philosophis, qui multa divino instinctu de Christo prædixerunt. Quorum eloquia, per argentea vasa & aurea, quæ Israeliticus populus a Ægyptiis mutuo sumsit, intelliguntur: quia ipsorum dicta & sententiæ ab Israel, id est, a fidelibus divina pagina velut argento & auro ornatur.*

[† in Exod cap.1.] ¶ De Patriarchis inquit BEDA: † *Quatuor ordinibus Patriarchæ numerantur. Primo nativitatis: ut in Genesi, ubi illorum nativitas narratur. Secundò benedictionis. Tertio libertatis: ut erga tabernaculum fuerunt. Quarto narrando: ut in Exodo, qui tres supradictos non observat. Quinetiam ordines Apostolis conveniunt. Primo nativitatis, id est, vocationis a Christo, ut Petrus & Andreas: secundò libertatis; ut de Petro dicitur.* Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: *tertiò benedictionis; ut Johannis in præmiis: quartò narrandi, id est, quomodocunq; commixtim numerantur.*

[* in Psal. 1.] ¶ Hæreticos malè intelligere Scripturâ, inquit BEDA: * *Ipsi Hæretici, obscuritatibus Scripturæ fatigati, rejiciuntur; cognitione inflantur; non confirmãtur. & ideo a Domino exsecrantur: ut & ipsi prave eas intelligant, ibiq; damnentur; & alios, qui digni sunt, prave eas interpretando, ipsos secum damnent.*

REGULÆ QUÆDAM de Scripturâ.

EX BEDA.

NEc ipsa Scriptura cuncta probat, quæ in exemplum assumit. *Lib.2.in Samuelem, cap.8.*

Moris est Scripturæ sanctę, & per bona malum, & bona per malum, aliquando figurare. *Lib.1.in Samuelem, cap.11.*

Et ait mulier ad Saul. Deos vidi ascendentes de terra.] Unum videns, pluraliter appellat, more Scripturis usitatissimo: quo & plures singulari, & singuli sæpè solent plurali numero designari. *Lib.4.in Samuelem, cap.7.*

Mos Scripturæ sanctæ hujusmodi est, ut pristina culparum nomina in Sanctis frequenter recenseat. *Lib.3.in Job, cap.8.*

Scripturæ divinæ, sicut vel maximè liber iste Job, hinc obscuræ sunt: quia solent aliquoties superioris intellectûs consequentiam non tenere. *Lib.2.in Job, cap.4.*

Familiare est Scripturæ divinæ, non solùm binis vel ternis unum hominem; sed & quaternis vocitare nominibus. *Lib.3.in Job, cap.1.*

Sanctos & innocentes viros, consuevit Scriptura divina pauperes appellare. *Lib.3.in Job, cap.5.*

Nubes scimus plerunque in Scripturis sanctis Homines appellari: sicut manifestum est, quodam loco dicente Domino; † *Et nubibus mandabo, &c. Ibid.* [† Esai.5.v.6.]

Secundùm allegoricum sensum, Cœlos, Sanctos Scriptura divina appellare consuevit; quorum conversatio in cœlis est. *Ibid. cap.6.*

Solet divina pagina quandoq; per similitudines, non unam solùm, sed plures res significare. Velut Ecclesiam, quandoq; per aream sive torcular significat; quãdoq; verò per retia; sive per arcam Noæ; in quibus continebantur bona & mala, munda & immunda. *In 8.Psalm.*

Solet sacra Scriptura, cùm de rebus summis & excellentissimis loquitur, similitudines de infimis rebus attrahere: per quas, per hæc visibilia, animus noster alliciatur ad invisibilia. *In 44.Psalm.*

In omnibus Scripturis summâ vigilantiâ custodire oportet; ut secundùm fidem sit sacramenti divini expositio. *Lib.1.in Johannem, cap.4.*

EX ALBINO.

Sanctæ scripturæ, ad cognoscendum Deum, nobis divinitùs per sanctos doctores administratæ, à terreno & humano sensu, ad divinũ & cœlestem nos erigẽtes, usq; ad ea verba descenderũt, quibus humana utitur consuetudo: ità ut etiam cõmotiones humanæ mentis, & passiones, vel affectiones, de Deo scriberẽt: sic ut zelare, irasci, pœnituisse, aliquid ex tempore velle vel nolle Deum, dicerent. quæ sunt humanæ mentis instabilitates; non divinæ serenitatis immutationes, quæ semper idem est. *Lib.2.de sanctâ Trinitate, cap.6. Et ibidem paulò post* reddit rationem; cur Scriptura humanæ locutionis more de Deo loquatur: videlicet, ut se nostro captui accommodet.

Quædam ità dicuntur in Scripturis sanctis, ut minor filius intelligatur: sicut ipse ait, * *Pater major me est.* Quędam verò ita dicuntur, ut æqualis Patri ostendatur: sicut ibi, ubi idem ipse ait; † *Ego & Pater unum sumus.* Unum, propter substantiæ unitatem, sumus: duo, propter personarum proprietatem. *Lib.3.de sanctâ Trinitate, cap.7.* [* Johan. 14 vers.28] [† Johan.10 v.30.]

Solet Scriptura, modò animæ, modò carnis vocabulo, totum designare hominem. Animæ videlicet, ut scriptum est: * *Quia descendit Jacob in Aegyptum, in animabus septuaginta.* Carnis verò, ut rursus scriptum est: † *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Neque enim vel animæ sinè corporibus in Ægyptum descendere, vel caro sinè animâ videre aliquid potest: sed hic per animam totus homo; ibi signatur per carnem. *Lib.1.in Johannem, cap.1.* [* Genes.46 v.27.] [† Luc.3.v.6]

Scriptura, cognatos, fratres & sorores vocare solet. ut Genes.13. & 29. *Lib.2.in Johannem, cap.2.*

In omnibus Scripturis, summâ vigilantiâ custodire oportet; ut secundùm fidem sit sacramenti divini expositio. *Ibid. cap.4.*

Omnis Scriptura sancta testimonium perhibuit Christo; sive per figuras, sive per Prophetas, sive per Angelorum ministeria. *Lib.3.in Johannem, cap.5.*

Consuetudo Scripturarum est, fornicationem spiritualiter appellari: cùm diis multis & falsis anima, tanquam prostituta, subjicitur. *Lib.4.in Johannem, cap.8.*

Consuetudo sanctæ Scripturæ est, ex imitatione vel similitudine operum, filios sæpè nominare. ut Propheta ad Judæos ait: * *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* [* Ezech 16. v.45.] Amorrhæi, gens erat quædam, unde originem Judæi non ducebant: Cethæi & ipsi gentem suam habebant, omninò alieni à genere Judæorum. Sed quia erant impii Amorrhæi & Cethæi; Judæi autem imitati sunt impietates illorum: invenerant filii parentes, non de quibus nascerentur; sed quorum mores sectando pariter damnarentur. *Lib.4.in Johannem, cap.8.*

Hoc generaliter observandum est: quòd, ubicunque sancti Apostoli, vel Apostolici viri loquuntur ad populos; his plerunque testimoniis abutuntur, quæ jam fuerant in Gentibus divulgata. Licèt plerique tradant, Lucam, ut proselytum, Hebræas literas ignorâsse. *Quæstionibus in Genesin.*

DE PHRASIBUS Scripturæ sacræ.

EX BEDA.

QUod scriptum est de David; * *Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ:* hyperbolicè debet accipi. [* 2.Sam.8. v.2.] Hujusmodi locutionis plura habes exempla in Scripturis. quale illud Evangelii: † *Sunt autem & alia multa, quæ fecit* JESUS: *quæ si scribantur per singula; nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros.* [† Johan.21. v.25.] Quomodo enim non caperet Mundus libros, qui scribi potuissent in Mundo? Sed ad insinuandam magnitudinem ac multitudinem operum Dei, tali verbo voluit Scriptura uti. *In libros Regum, Quæst.8.*

Sciamus, tribulationes in Scripturis aliquoties Aqua-

rum

rum nomine nuncupari. ut est illud in Psalmo: † *Assumsit me de multitudine aquarum.* * *Transivimus per ignem & aquam.* † *Circumdederunt me sicut aqua.* Et Lex Dei, ac sermo Scripturæ divinæ, aliquando aqua dicitur: * *Qui sititis, ite ad aquam. Lib. 1. in Job, cap. 11.*

[† Psal. 18. v. 17] [* Psal. 66. v. 12.] [† Psal. 18. v. 18.] [* Esai. 55. v. 1.]

Cornu nomen, in Scripturis sanctis, vel maximè pro regno ponitur. ut, † *Exaltabit cornu Christi sui.* * *Erexit nobis cornu salutis. Ibidem, cap. 16.*

[† 1. Sam. 2. v. 10.] [* Luc. 1. v. 69.]

Quod ergo dicit, † *Audite auditionem*; id ait: Quemadmodum vult Deus audiri, quod dicit; ità audite, ut credendo timeatis. Sonum quoque oris illius, sive strepitum (alii dixerunt) pari modo audite. Hic ergo sonus est mandatorum Dei: qui fortè idcirco sonus dictus est; & non simpliciter sermo: ut inobedientiâ surdos & obduratos, corde incredulos, vox clarior penetraret; & totos ad timendum Dominum commoveret. *Lib. 3. in Job, cap. 6.*

[† Job. 37. v. 2.]

Ab ipso principio Mundi, & deinceps, semper locutus est Deus hominibus; & semel nihilo-minùs loquitur: sed ubi frequenter loqui dicitur Deus; vel Lex ejus multiplex; vel per Prophetas mandatorum ejus diversitas, indicatur. ubi verò semel loqui significatur; stabilita ac definita ejus sententia demonstratur. Loqui enim Dei, efficientiæ ejus res intelligitur. *Ibidem, cap. 2.*

Cras, in Scripturis, futurum tempus intelligitur; dicente Jacob: * *Exaudiet me cras justitia mea. In Lucam lib. 4. cap. 12.*

[* Genes. 30. v. 33.]

Mos est sacri eloquii; ut aliquando aliud dicat; sed ex eodem dicto aliud innuat. *Lib. 5. in Lucam, cap. 16.*

Aqua, Scripturę sacræ scientiam designat; quæ suos auditores, & à peccatorum sorde abluere, & divinæ cognitionis solet fonte potare. *Lib. 1. in Johannem, cap. 1. & 2.*

Scripturæ sanctæ autores, & ministri, & prophetæ, modò de Patre tantùm loquuntur, & filio. ut est illud: * *Omnia in sapientia fecisti.* Virtus enim Dei, & sapientia, Christus est. Modò etiam Spiritûs sancti faciunt mentionem: juxta illud ejusdem Psalmographi; † *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Verbum, Dominum, & Spiritum, totam (quæ unus Deus est) intellige Trinitatem. Sed quantum inter aquam & vinum: tantum distat inter sensum illum, quo Scripturæ ante adventum Salvatoris intelligebantur; & eum, quem veniens ipse revelavit Apostolis, eorumq; discipulis perpetuò sequendum reliquit. *Lib. 1. in Johannem, cap. 1*

[* Psal. 104. v. 24.] [† Psal. 33. v. 6.]

Si me sciretis, & Patrem meum forsitan sciretis.] Ille, qui omnia scit; quomodo dicit, *Forsitan?* Non dubitat, sed increpat. Attende, quomodo increpativè dicatur ipsum Forsitan; quod videtur esse verbum dubitationis. Sed verbum dubitationis est, quando dicitur ab homine; ideò dubitante, quia nesciente. Cùm verò à Deo dicitur verbum dubitationis: cùm Deum utique nihil lateat: illâ dubitatione arguitur infidelitas; non opinatur divinitas. *In 8. caput Johannis.*

DE ALLEGORIIS

EX BEDA.

Notet diligens Lector, non eundem semper allegoricæ interpretationis, quem ordinem esse veritatis historicæ: sed modò pari, modò dispari, modò contrario ad invicem statu, conversari. Pari quidem: ut Samuelis pueritia simplex, & torpens cæcitas Heli; Domini Salvatoris humilitatem, & perfidam Judæorum stultitiam, signat. Dispari autem: ut dubia Samuelis verba, dicentis, * *Ecce ego, quia vocasti me*; veram certamq; Christi incarnationem præmonstrant. *Lib. 1. in Samuelem, cap. 8.* *Idem*: Dederunt ei geminam Scripturarum interpretationem: ut post primam videlicet historiæ lectionem, quæ ante ejus incarnationem per legem completa est, ipse allegoricum quoque & anagogicum sensum, qui vel præsentis gratiæ beatitudini congrueret, actu susceptæ dispensationis aperiret. *Lib. 2. in Samuelem cap. 2.*

[* 1. Sam. 3. v. 5.]

DE DEO.

Damascenus * demonstrat, esse Deum. Ac primùm dicit; *Philosophos natura ductu, Deum esse, statuisse.* Deinde ait: *Omnia entia, aut creata, aut increata sunt.*

[* Lib. 1. de Orthod. fid. cap. 3.]

A *Creata autem, mutabilia sunt. Quorum enim esse à mutatione incepit; ea & mutationi prorsùs subjacere necesse est: aut in interitum euntia, aut voluntate alterabilia. Solum autem Deum increatum esse opificem, & immutabilem.* Secondò, ex rerum naturâ & ordine, Deū esse, probat. Itèm ait: * *Quid autē Deus est, secundùm substantiam ac naturam, incomprehensibile omni modo est, atque ignotum.* Et paulò pòst: *Quæcunq; per Theologiam affirmativam de Deo dicimus: non naturam ejus; sed ea quæ sunt circa naturam, insinuant. Nam & si bonum, si justum, si sapiens, si quodvis aliud dixeris: non naturam dicis Dei; sed ea quæ* B *circa naturam.*

[* cap. 4.]

¶ De appellationibus, inquit Beda: * *Deus non solùm misericors; sed & misericordia dicitur: & ità verè ac propriè appellatur. Misericordia autem nomen, à misericorde nascitur. Apud Homines, de misericordiâ & justitiâ, misericordis & justi appellatio derivatur. Apud Deum, quod est Trinitas, ex illo, qui misericors & justus est, nasci justitia & misericordia, id est, exsistere Filium ex Patre, cognoscitur. Quicunq; Sanctorum potest dici misericors & justus; esse misericordia & justitia, verè non potest:* C *quod propriè & naturaliter Deus est, illi hoc soli specialiter competit. Deus enim, quod habet, est: nos, quod habemus, de fonte suscepimus; fons autem ipse esse non possumus.*

[* Lib. 2. in Joh. cap. 7.]

Damascenus * facit tria nominum Dei genera. *Primum ait ostendere, quod Deus non sit: ut cùm dicimus, eum increatum, ingenitum, incorruptibilem, incorporeum. Alterum, indicare quandam habitudinem Dei ad creaturas: ut Dominus, Rex. Tertium, indicare, quod naturam sequitur: ut, Deum esse bonum, justum, &c.*

[* Lib. 1. c. 12.]

¶ De definitione Dei, inquit Carolus Magnus: † D *In Deo tanta est scientia; ut nec præterita ei quædam, nec futura, sed omnia præsentia sint. cujus substantiam, sicuti est, nulla potest attingere opinio; nulla complecti definitio: quoniam plus est, quam quicquid dici aut cogitari potest. Est enim Spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, invisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis: cui omnia vivunt; à quo omnia initium consecuta sunt: venerandus, diligendus, metuendus: extra quem nihil est; imò in quo sunt omnia, quæ sunt sursum, deorsum, summa & ima: omnipotens, omnia tenens, verè in omnibus dives: quia nihil est, ubi non sit; nec* E *aliquis ei locus absens est; exceptis impiorum cordibus: ubi quamvis sit per potentiam, non est tamen per gratiam: qui ubiq; esse, divinæ legis testimoniis comprobatur.*

[† Lib. 3. c. 14.]

¶ De proprietatibus quibusdam Dei sic loquitur Damascenus: † *Verùm enimverò, Deum esse sinè principio, sinè fine, perpetem ac sempiternum, increatum, immutabilem, nulli alterationi pervium, simplicem, incompositum, incorporeum, invisibilem, intangibilem, incircumscriptum, infinitum; omnem amplexum, comprehensionem omnium, omnemq; intelligentiam effugientem; bonum, justum, omnipo-* F *tentem, omnium creaturarum opificem, omnia continentem, videntem omnia, providentem omnibus, potestatem omnium habentem judicem, & cognoscimus & confitemur.* Itèm: * *Igitur Deus & immaterialis, & incircumscriptus, in loco non est: ipse enim sui-ipsius locus est; cuncta replens, & super omnia eminens, & ipse continens omnia. Dicitur autem in loco esse; & dicitur locus Dei: ubi ejus manifesta fit operatio. Ipse enim per omnia pure & impermixtibiliter meat; & omnibus sua operationis consortium tradit, secundum uniuscujusque aptitudinem, capacitatemq; virtutem. Sciendum etiam, Deum* G *impatibilem esse: totum totaliter ubique exsistentem, & non partem in parte, corporis more distractum: sed totum in omnibus, & totum super omnia.* Itèm: † *Incircumscripta sola divinitas, sini principio exsistens, & sinè fine; & omnia continens, & nulla comprehensione contenta. Sola enim est incomprehensibilis, infinita, a nullo cognita: ipsa sola sui-ipsius contemplatrix.*

[† lib. 1 c. 2.] [* cap. 16.] [† cap. 17.]

¶ Esse justum. Beda: * *Quicquid apud Deum semel justum vel injustum est, semper est justum vel injustum. Et ideò justitia ejus irreflexibilis est; non commutabilis, ut justitia hominum.* H

[* in Psal. 2.]

¶ Esse bonum. Damascenus: † *Deus, quia est bonus; ideo communicavit suis creaturis suam bonitatem.*

[† Lib. 4. c. 24.]

¶ Immutabilem. Beda: * *Solus Deus semper idem est, immutabilis veritas, immutabilis bonitas, immutabilis sempiternitas,*

[* in cap. 8 Johan.]

A *immutabilis natura, immutabilis substantia: & quicquid de eo dici potest, semper idem est quod fuit & erit.*

* in Eccl. c. 1. † in Psal. 5. pœnitent. † lib. 2. de S. Trinit. cap. 10.
ALBINUS inquit: * *Solus Deus immutabilis, & semper idem est, quod est; & non aliud.* Itèm: † *Omnia mutabilia, præter solum Creatorem, designat: qui semper idem est, quod est; & anni æternitatis illius nunquam deficient.* Et: † *Neque enim aliquid Deus patitur, quantum ad ejus substantiam pertinet; quia Deus est; quia incommutabilis & impassibilis substantia est: dum aliæ omnes substantiæ capiunt accidentia;* B *quibus in eis fiat vel magna, vel quantacunque mutatio. Deo autem hujusmodi aliquid accidere non potest: & ideò sola est incommutabilis substantia vel essentia, quæ Deus est. cui profectò ipsum esse, unde essentia nominata est, maximè ac verissimè competit: cui soli optimè congruit illud nomen, quod Græci dicunt ων Latinè Est. sicut Apostolus ait:* * *Non est in illo, Est & Non, sed est in illo Est.* [* 2 Cor. 1 v. 19.]

† lib. 3 c. 14.
CAROLUS Magnus: † *Non enim Deus commutabilis est; ut, quæ antea inhibuerat, modò per agenda concedat: sed quæ ante secula in consilio suo, hoc est, in Filio, constituit, semper stabilia esse permittit.* C

* lib. 2. de Trinit. c. 16.
¶ Invisibilem. ALBINUS: * *Sicut igitur immutabilis est omninò Deus; ita & invisibilis est, in natura magnitudinis suæ.*

† lib. 2. c. 16
CAROLUS Magnus: † *Deus, si invisibilis est; imò quia invisibilis est, necesse est ut incorporeus sit: & si incorporeus est; necesse est ut corporaliter pingi non possit. Igitur, quia invisibilis est, & incorporeus; prorsus corporalibus materiis pingi non potest.*

* lib. 3 de Imag. c. 24.
¶ Omnipotentem. CAROLUS Magnus: * *Quia igitur Deus omnipotens est; igitur nullius est indigus: ideòque nec alterius suasione, ad ea, quæ non vult, peragenda, promovetur;* D *nec ab his, quæ agere vult, ullius dissuasione removetur; nec quodam metu ad aliqua, quæ agere non vult, agenda, hortatur; nec cum alio consiliis sui deliberationem statuit. Quibus omnibus si indigeret, & necessitatem pateretur, & omnipotens non esset. Est autem omnipotens: nullam igitur indigentiam habet.*

† lib. 3. in Sam. cap 5. * in Ps 101. † Exod. 3. v. 14.
¶ Æternum esse, BEDA docet: † *Nunquam ejus perire potest memoria, qui est ante secula, & manet in æternum.* Et: * *Æternitas est incommutabilis Dei substantia: cui non accedit Fuit vel Erit; sed solum Est. Sicut ipse dicit ad Moysen:* † Ego sum qui sum. &: Qui est, misit me ad vos. E

* lib. 2. de Trin. cap 3
ALBINUS inquit: * *Impium est, in Deo credere aliquid prius esse, vel posterius. quod non ex tempore Deus cœpit esse Pater: sed, sicut semper Deus; ita semper Pater, semper habens Filium, quem semel genuit ex suâ æqualem sibi naturâ.*

† in Psal. 7
¶ Scrutatorem cordium. BEDA: † *Ostendit, quòd verè Deus dirigit justum; quia scrutatur corda, id est, cogitationes, & renes, id est, delectationes ipsius justi: non solâ cognitione, ut in peccatoribus; sed etiam dignatione, quod est quædam ipsius directio. Proprium est Dei, scrutari corda & renes. Homo enim secundùm sola facta vel dicta judicat: non verò discernit, quò animum cujusque* F *intendat, & quid quemque delectet. Et quia vides, quòd tota intentio malorum ad concupiscentiam oculorum & carnis spectat; bonos verò non ima sed summa delectant: ideò utrosque, justè judicans, illos errare permittit; bonos verò dirigit.*

* Quæst. in Genes.
ALBINUS: * *Deus solus est, qui de sinceris judicat; Deus occulterum cognitor.*

† lib. 3. in Job. cap. 6.
¶ Ubique Deum esse, BEDA testatur, inquiens: † *Deus ubique est, in cœlo & in terrâ, in mari & in abyssis.*

* lib. 2. de Trin. c. 5 † cap. 7.
ALBINUS: * *Deus ubique est, non locorum spatiis; sed majestatis potentiâ.* Et: † *Trinitas itaque, quæ est Deus* G *unus, verus, bonus, æternus, & incommutabilis, ubique tota est, secundùm immensitatem atque omnipotentiam naturalem: quàmvis non in omnibus inhabitet secundùm gratiæ largitatem.*

* lib. 3. c. 15 † cap. 27.
CAROLUS Magnus ait: * *Deus incircumscriptus est, ubique totus est, ubique mirabilis; loco non continetur, situ non circumscribitur: quem non capit Mundus; sed ille capit Mundum.* Itèm: † *Deus non est localis; loco non continetur; qui omnia continet: & locus non est, cui nihil de sex illis partibus loci accidit; cui nihil anterius posteriusve, dexterius aut sinisterius, superius vel inferius est.* H

* lib. 1. in ... cap. 10. † lib. 2. c. 5
¶ De effectis Dei, BEDA inquit: * *Deus totius fons bonitatis est.* Itèm: † *Nemo justitiâ suâ & sanctitate Deum efficit meliorem: quoniam fons omnis boni atque origo. nullius* A *bono eget.* Itèm: * *Deus infert supplicium malis, non ex suâ irâ, sed ex eorum propriâ nequitiâ: ita ut, quæ fuerunt blandimenta hominis peccantis; sint instrumenta Deo punienti.* Et: *Deus sic protegit justos; ut ipsos de se illuminet: sic punit injustos; ut non de suâ irâ, sed de propriâ nequitiâ eos damnet.* [* in Psal. 7.]

† in E. clus. cap. 5.
¶ Modestè de Deo esse loquendum, ALBINUS docet, inquiens: † *Alii verò, meliùs intelligentes hæc, præcipuè affirmant: ne aut loquentes cogitantésve, plus de Deo, quàm possumus opinemur; sed sciamus imbecillitatem nostram. Quantum* B *enim cœlum distat à terrâ; tantum nostra opinatio a natura illius separatur: & idcirco debent verba nostra esse moderata. Sicut enim, qui in multis cogitationibus est, ea somniat frequenter, de quibus cogitat: ita, qui plura voluerit de divinitate disserere, incidit in stultitiam.*

DE TRINITATE personarum.

* in Logica cap. 43.
DE vocabulo Personæ, Johannes DAMASCENUS sic ait: * *Oportet cognoscere, quòd sancti Patres Hypostasin,* C *& Individuum, & Personam, idem vocaverunt, quod secundùm se-ipsum propriè consistentes ex substantiâ & accidentibus consistit, & numero differens, & hunc aliquem demonstrans: ut Petrum, Paulum, & hunc aliquem equum. Dicitur autem hypostasis, ab ὑφεστάναι id est, subsistere.* Postea * distinguit Hypostasin & Enypostaton. *Hypostasis,* inquit, *principaliter, quod secundùm se-ipsum propriè consistenter subsistens & est, & dicitur. Dicitur rursus Enypostaton, ab alterâ hypostasi assumta natura, & in ipsâ habens existentiam. Unde & Caro Domini, non subsistens secundùm se-ipsam, neque ad temporis momen-* D *tum, non hypostasis; sed magis enypostatos est. In hypostasi enim Dei-Verbi subsistit, assumta ab ipsâ, & hanc habuit & habet hypostasin.* Itèm: † *Est quædam supersubstantialis substantia, & natura & forma incomprehensibilis, divinitas. Hypostases autem ipsius & personæ; Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. unusquisque enim ipsorum perfecta hypostasis, & perfecta persona est.* [* cap. seq.] [† in Introduct. c. 2.]

* de Trisagio
Idem DAMASCENUS, in epistolâ ad Jordanem archimandritam: * *Propter quid, non bis, non ter vel quater, vel decies millies, Dominum Sabaoth, plena cœlum & terra gloriâ* E *ipsius, Seraphim vociferantur? Sed sanctus quidem ter, Sanctus, sanctus, sanctus; Dominum autem semel: quasi ostendentia, tres quidem sanctas hypostases; unam autem dominationem trium, & unum principatum, & gloriam, & substantiam, & deitatem; & unum tres esse Deum sanctum. Sanctum quidem Patrem, sanctum Filium, sanctum Spiritum sanctum: sed unum sanctum; non tres sanctos: & unum dominum; non tres dominos. tres quidem hypostases, Deus & Deus & Deus: sed unus Deus; non tres dii. Sanctus, sanctus, sanctus: sed unus Sanctus; non tres sancti. Dominus & Dominus & Dominus: sed unus* F *Dominus; & non tres Domini. Propter quod & induxit: Plenum cœlum & terra gloriâ ipsius, & non, ipsorum. Deitas igitur, id est, substantia, trinè explicatur, indivisè in tribus cognita hypostasibus: & tres hypostases in unam substantiam & uniuntur, & copulantur. Et deitas quidem trinè sanctificatur & glorificatur, Sanctus sanctus, sanctus: & tres hypostases unicè glorificantur; Dominus Sabaoth, plenum cœlum & terra gloriâ ipsius. Unus enim Deus in tribus hypostasibus; & tria unum: id est, una natura; non hypostasis una.*

* lib. 9 in Job. cap. 2.
BEDA ait: * *Spiritus Dei fecit me.] Ut det autoritatem* G *se audiendi; ita loqui exorsus est: quòd non possit non vera & recta dicere is, qui Spiritu Dei factus sit, & Omnipotentis spiraculo animatus. Ubi Trinitatem Deum intelligere debemus. In Deo enim, nominat Patrem; in Omnipotente, Filium; in Spiritu, Spiritum sanctum. Trinitas enim Deus creavit omnia.* Itèm: † *Scimus, tres personas esse in uno aquæ elemento, in unam substantiam: cùm dicimus, ille fons ille rivus, illud stagnum. Scimus etiam, hæc tria tantam æqualitatem continere: ut, si de quolibet eorum in aliud infundas, nullam dissimilitudinem in eis invenias, dummodò impuritas nulla extrinsecus accidat. Quis er-* H *go, sciens hæc in terrâ visibili, invisibilis creatoris trinitatem & unitatem credere nequit? Quis ergo, sciens fontis & rivi & stagni unam eandemque esse substantiam, id est, aquam; intelligere potest illud, quod Dominus noster in Evangelio dicit;* * Qui me videt, videt & Patrem? &, quia ego in Patre; & Pater in [† in Psal. 52.] [* Johan 14 v. 9 & 10]

me est? Num quis, aliquid rationis habens, ignorat, quia fons in rivo est, & rivus in fonte? Unde frustra laborat, qui conscientiam propriam fugere posse existimat. Nisi enim Deus à nobis requiri & intelligi aliquantulùm posse sciret; non permitteret dici; * Dominus de cœlo prospicit. nec quæ alibi Psalmista dicit; † Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Et: * Mysterium Trinitatis in Baptismate Domini demonstratur. Dominus baptizatur: Spiritus descendit in specie columbæ: Patris vox, testimonium Filio præbentis, auditur.

* Psal. 53. v. 3. † Psal. 46. v. 11. * lib. 1. in Marc. cap. 1

APONIUS: † Fidem autem Christi si nõ tenuerit in Trinitate, in quâ cum Patre & Spiritu sancto coæternus verusq; est Deus, & in quâ cum Carnis assumtione cum hominibus verus homo est, velut toto corpore pulcer: est incurvum renibus; quia non possit in sublime extollere caput, & videre, quomodo Pater & Filius & Spiritus sanctus, tres personæ, sub vocabulo verbi in unius potentia deitatis consistit. Danda est ergo omnibus solertissima rectæ fidei regula; sicut est omnipotens Deus in trinitate obtinenda. Itèm: * Et quæ humanis comparationibus de Deo in Prophetis dicuntur, non infirmitatem divinitatis ostendunt: sed ut fragilitas humana possit, pro viribus, divinitatis magnitudinem contemplari, in trinitatis ordine charitatem Domini, secundùm Paulum, in æternum manentem. In quo ordine charitatis, quid aliud credendũ est primum omnibus; nisi ut credat & agnoscat, primum debere Patrem nominari; in quo Filius semper, & verbum in voce: secundum Filium; in quo semper Pater: tertium Spiritum sanctum; qui veratione de voce & verbo de Patre & Filio procedere cõprobatur. Et: † Pater in Filio; Filius in Patre; Spiritus sanctus de utroque manans, unius essentia. Itèm: Omnia ex ipso, id est, Patre; & in ipso, id est, Filio; & per ipsum constant, qui est Spiritus sanctus. Et: * Hæc etiam unum confiteri Deum, unicum Filium credere Dei, & cognitio Spiritûs sancti, omnium bonorum fundamenta esse probantur.

† lib. 2. in cantica. * lib. 3. † lib. 4. * lib. 3.

ALBINUS ait: † Faciamus hominẽ ad imaginem nostram.] Cùm enim singulari numero dixit, Imaginem; ostendit, unam naturam esse, ad cujus imaginem homo fieret. Cùm verò dixit pluraliter, Nostram; ostendit, Deum, ad cujus imaginem homo fieret, non unam esse personam. Si enim illa una essentia Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, una esset persona: non diceretur, Ad imaginem nostram; sed Meam imaginem: nec dixisset, Faciamus; sed Faciam. Si verò, in illis tribus personis, tres essent intelligendæ vel credendæ substantiæ: non diceretur, Ad imaginem nostram; sed Ad imagines nostras. Sed ad unam imaginem unus Homo factus dicitur: ut una sancta Trinitatis essentialiter divinitas intimetur. Et: Trinitatem personarum atque unitatem naturæ, Propheta Esajas revelatam sibi non tacuit; cùm se dixit Seraphim vidisse clamantia: SANCTUS, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Ubi prorsus in eo, quod dicitur tertio Sanctus, personarum trinitatem; in eo verò, quod semel dicitur, DOMINUS Deus Sabaoth, divinæ naturæ cognoscimus unitatem. Itèm: * Nos viventes cognoscimus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: mortui verò nihil sciunt, nec æstimant aliquam repromissionem atque mercedem; sed completa est eorum memoria. Itèm: * Hic sancta Trinitas intelligenda est: in spiritu principali, Pater & Spiritus sanctus; in spiritu recto, Filius. Itèm: * Omnis Scriptura veteris & novi Testamenti, divinitùs inspirata, si catholicè intelligitur; hoc insinuat: quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, unus sit Deus, unius ejusdemq; substantiæ, essentiæ, atque inseparabilis in divinitate unitatis. Ideòque non sunt tres dii; sed unus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus. quamvis Pater Filium genuerit; & ideò Filius non sit, qui Pater est: Filiusq; à Patre sit genitus; & ideò Pater non sit, qui Filius est: Spiritus sanctus nec Pater sit, nec Filius; sed tantum Patris & Filii Spiritus, Patri & Filio ipse coæqualis, & ad trinitatis pertinens unitatem. Et hæc trinitas unus est Deus; ex quo omnia per quem omnia, & in quo omnia.

† lib. 2. de Trin. cap. 3. * in Eccles. cap. 9. * in Psal. 4. pœnitent. * lib. 1. de Trin. c. 3.

¶ Idem esse velle totius Trinitatis, DAMASCENUS docet: † Sciendum, quòd omnia volunsabilia deitatis naturalia sint. Invertibilis enim existens, non mutatur aliter & aliter velle; sed semper similiter vult. Propter quod & eadem sunt volunsabilia Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Omnia enim naturalia eadem sunt Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, ut eadem ipsorum natura. Nihil autem hypostaticum in supersubstantiali deitate; nisi ingenitum & generativum Patris, & genitum Filii, & processibile Sancti spiritus. Ut diximus de voluntate: sic de operatione animi.

† de duab. ... & Operat. in Christo, c. 12.

A ¶ De differentiâ personarum, sic DAMASCENUS † scribit: Deus & Pater est, semper existens, ingenitus, ut non ex aliquo genitus, generans autem filium coæternum. Deus & Filius est, qui est semper cum Patre intemporaliter, æternè, influxibiliter, impassibiliter, & insejunctè, ex ipso genitus. Deus & Spiritus sanctus est, virtus sanctificatrix; in propriâ personâ subsistens, insejunctè à Patre procedens, & in Filio requiescens; consubstantialis Patri & Filio. Et: * Pater genitor est, cùm sit ingenitus: Filius autem genitus; nõ item Pater est: Spiritus verò sanctus, imago est Filii. Nemo B enim potest dicere Dominum JESUM, nisi in Spiritu sancto. Itaque per Spiritum sanctum novimus, Christum esse Filium Dei, & Deũ. Et in Filio videmus Patrem. Itèm: † Spiritus sanctus omnia habet, quæcunque Pater habet, & Filius, præter ignascentiam & generationem. Pater enim sine causâ, & ingenitus: nam non ex aliquo est. Ex se-ipso enim illud esse habet: neque quippiam eorum, quæcunque habet, ex altero habet. Ipse autem magis principium est & causa esse, & quomodo habet naturaliter esse, omnibus. Filius verò à Patre nascibiliter. Spiritus autem sanctus, & ipse quidem à Patre, non nascibiliter; sed processibiliter est. Et paulò pòst: C In his enim solis personalibus proprietatibus, differunt ab invicem tres sanctæ hypostases, hoc est, subsistentiæ ac personæ: non substantiâ; sed characteristicâ propria hypostaseos indivisibiliter discreta.

* lib. 1. Orth. fid. cap. 13 * Orat. 3. de Imag. † lib. 1. Orth. fid. cap. 10.

BEDA ait: * Pater est summum cælum: quia est primum cælum, non dignitate vel potentiâ; sed ordine: quia non est ab alio; sed lux per se est. Filius verò dicitur cælum cæli: quia lumen de lumine Patre est. Spiritus sanctus autem cælum cælorum dicitur: quia est lumen de luminibus. Et: † Pater lux est per se: Filius verò, lumen de lumine Patre: Spiritus sanctus autem, est lumen procedens de luminibus. Et: * Filius Dei baptizatur in D homine; Spiritus Dei descendit in columba; Pater Deus in voce: sancta & individua trinitas in Baptismi declaratur mysterio. Et rectè: ut, quod sacramentorum suorum dispensationibus erat præcepturus, docere omnes gentes, & baptizare eas in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti; primum ipse, suo in baptismate, totam personaliter panderet adesse Trinitatem. Et: † Ego & Pater unum sumus. Unum in substantiâ; duo in personis. Unum dixit, propter substantiæ unitatem: Sumus dixit, propter personarum distinctionem. Audi, quid dixit: Ego, & qui misit me Pater. Distingue personas: agnosce, quia Pater pater est; agnosce, quia Fi- E lius filius est: ne in barathrum Sabelliani pervenias. & noli dicere, Aliud & aliud; sed dic, Alius & alius: non aliud in substantiâ; sed alius in personâ. non Pater major, non Filius minor, in divinitatis gloria: sed crede, Unum Sumus. Ideò, quod dixit ipsa Veritas, Unum, liberat te ab Ario: quod dixit, Sumus; liberat te à Sabellio. Si Unum; non ergo diversum: si Sumus; non ergo unus.

* in Psal. 18 † in Psal. 58 * Homil. in S. Epiphan. † in cap. 8 Iohan.

ALBINUS: * Habent itaq; singulæ in sanctâ Trinitate personæ aliquod proprium: quòd inseparabili æqualitate aliquam in se ostendant proprietatem. Pater solus pater; & Filius solus filius; & Spiritus sanctus solus est Spiritus sanctus. Et Pater hoc habet F proprium; quòd ex omnibus, quæ sunt, solus est, qui ab alio non est: ac per hoc solus est in paternitatis personâ; non in deitatis essentiâ. Unigenitus verò Filius Dei hoc habet proprium; quod ex Patre eodem solo consubstantialiter & coëssentialiter genitus est: & in hoc est persona sua proprietas. Spiritus sanctus itaque hoc habet proprium, quod ex Patre & Filio æqualiter procedit; & est amborum Spiritus, ejusdemq; substantiæ & æternitatis cum Patre & Filio. Et: † In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum.] Hic æqualis est cum Patre. Sed Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: hac Carne major G est Pater. Ita Pater, & æqualis, & major. Æqualis Verbo; major Carne: æqualis ei, per quem fecit nos; major eo, qui factus est propter nos. Itèm: Æqualia omnia sunt in Patre & Filio; nisi quòd Pater pater est, & Filius filius. Separatio est in personis; sed unitas in naturâ. Et: * Quamvis Filium Patri dicamus & credamus æqualem, nec illum in eis esse natura vel substantia distantiam; nec inter generantem atq; generatum aliquod interfuisse intervallum: tamen hoc servato & custodito ista dicimus; quòd ille Pater est [illegible] Filius. Pater autem non est; si non habeat filium: Filius non est, si non habeat patrem. Sed tamen Filius dicitur de Patre: pater H autem dicitur; sed non de Filio. Pater non Deus de Deo: Filius verò Deus de Deo, lumen de lumine. Pater lumen; Filius lumen. [illegible] duo lumina; sed unum lumen. Pater Deus; Filius Deus: non duo [illegible] sed unus Deus, Pater & Filius. Spiritus sanctus, de Patre & Filio procedẽs, & ipse Deus: sicut Pater Deus, sicut Filius Deus; sic etiam

* lib. 1. de Trin. c. 12 † lib. 3. in Ioh. cap. 5. * Lib. 4. in Ioh. c. 7.

Spiritus

Spiritus sanctus Deus: non tres dii; sed unus Deus, unum lumen, una substantia, una natura, una majestas, una æternitas, una magnitudo, una potentia, una bonitas.

[* lib 3 de Imag. c 3.]
CAROLUS Magnus: * *Pater solus non est de alio: ideò solus dicitur ingenitus. Filius solus de Patre est natus: ideò solus dicitur genitus. Spiritus S. solus de Patre & Filio procedit: ideò solus amborum nuncupatur Spiritus. Procedit enim ex utroq; non nascendo; ut alicujus filius dici possit. Diceretur autem filius Patris & Filii, si eum ambo genuissent: non enim ab utroq; est genitus; sed procedit ab utroq; amborum Spiritus.*

DE UNITATE DEI.

[† li de duab. in Christo volunt.]
VNum esse Deū, omnes docēt. Ut DAMASCENUS: † *In sanctâ quidem & individuâ Trinitate una trium hypostasium naturalis voluntas, & unum naturale bonum: & non unaquaq; hypostasis proprium habet volūtabile, nec proprium motum; sed unus motus & unum volunabile trinus hypostasiū. Propter quod non tres dii; sed unus Deus: tres hypostases, unus Deus, cum ipsius potentia. sed non compositus. Unaquæq; enim ipsarum, Deus perfectus, & perfecta hypostasis: compositio autem naturæ ex hypostasibus non fit. In Angelis autem & Hominibus non sic. Unusquisq; enim angelus vult. & unusquisq; homo vult: non unus autē motus angelorum, neq; hominū. &c. In sanctâ quidem Trinitate, tres hypostases in invicem sunt; ut Verbū & Spiritus potentia sunt Patris: & propter hoc unus motus; & similiter & idem voluntabile.* Item: * *Unus ergo perfectus Deus est, incircumscriptus, universi factor, contentorq; & gubernator, superperfectus & anteperfectus. Necessitas insuper etiam natura est, monadem dualitatis esse principium.*
[* lib. 1. Orth. fid. cap 5.]

[† lib. 4. in Sam. cap 11]
BEDA: † *Manus & brachium Dei, Filius est; & digitus ejus, Spiritus sanctus. Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, una substantia est. Non te scandalizet membrorum inæqualitas; cum ædificet unitas corporis.*

[* lib. 1. in Cant.]
APONIUS: * *Quicunq; unum Deum, omnium factorem, in tota virtute crediderit adorandum, & hunc per Verbum & Spiritum sibi coæternum omnia fecisse, quæ sunt formata; esse rectus in conspectu Dei probabitur.* Item: † *Solus est Deus, ex quo, & per quem, & in quo omnia constant: qui docet hominem scientiam, omnia novit, quibus in præscientia futura emundationis sua gloriam supradictam ostendit.* Et: * *Totius aula regiæ janua est, æternum, unum, verum, in unitatis essentiâ semper manentem, credere Deum.*
[† ibid.]
[* lib. 3 in Cant.]

[† lib. 1. Orth. fid. cap. 11.]
¶ Trinum esse Deum in personis; & tamen unum in essentiâ, docet DAMASCENUS. † *In omnibus creaturis distinctio suppositorum re-ipsâ consideratur: in sanctâ autem & supersubstantiali, & omnia transcendente, & incomprehensibili Trinitate, è diverso comperitur. Nam istbic commune & unum re consideratur, propter coæternitatem & identitatem substantiæ, & operationis, & voluntatis, & consilii conspirationem; & propter potestatis & virtutis & bonitatis identitatem, & propter unam motionis exuberantiam. Una enim est substantia, una bonitas, una virtus: non tres adinvicem similes; sed una & eadem trinus personarum motio. Unaquæq; enim ipsarum se habet ad aliam nihilominùs, quàm ad se-ipsam. Hoc autem est, quia secundum omnia unum sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; præter (si ita dicamus) ingenituram, genituram, & processionem. Ratione autem & intelligentiâ hoc distinctum. Nam unum agnoscimus Deum: in solis autem proprietatibus, paternitatis, filialitatis, & processionis, secundùm causam & causale, & personalem perfectionem, & existentiæ modum, differentiam intelligimus.* Item: † *Quemadmodum sane in divinitate unam naturam confitemur; tres etiam hypostases secundum veritatem existentes asserimus; & omnia naturalia, substantialia, & simplia dicimus.* Et: * *Sic confitemur deitatis naturâ omnem in unâ-quâq; suarum hypostaseon perfectè esse; omnem in Patre, omnem in Filio, omnem in Spiritu sancto. Quapropter & perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus sanctus.* Et: † *Trinitas consubstantialis, increata natura colitur, unus Deus verus, opifex omnium & dominus.*
[† lib. 3. cap. 5.]
[* cap. 6.]
[† lib. 4. c. 4.]

[* lib 2. in Sam. cap 10]
[† in Psal 35.]
[* in Psal. 52]
[† in libros 8. c. i. de Trinit.]
BEDA inquit: * *Fides catholica unum in tribus personis Deum prædicat.* Et: † *Si sperat in Spiritu sancto; sperat in Patre & Filio: quorum una est majestas & essentia.* Et: * *Patris & Filii & Spiritûs sancti operatio individua est omnibus.* Item: † *Pater qui genuit & Filius genitus, & Spiritus sanctus procedens, unius & ejusdem prorsus substantiæ sunt: & tota divinitas in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu sancto: nec tamen Pater est Filius, vel Spiritus sanctus, imo alius Pater à Filio, alius à Spiritu sancto.* Et: * *Unus Deus bonus, non Pater solus intelligendus est: sed & filius, qui dicit;* † Ego sum pastor bonus: *sed & Spiritus sanctus; quia* * Pater de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se: *id est, ipsa una & individua Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus, solus & unus Deus bonus est.* Et: † *Quamvis Filium Patri dicamus & credamus æqualem, nec ullam in eis esse naturæ vel substantiæ distantiam; nec inter generantem atque generatum aliquod intersuisse intervallum: tamen hoc servato & custodito itâ dicimus, quod ille pater est; ille filius. Pater autem non est; si non habeat Filium: Filius non est, si non habeat Patrem. Sed tamen Filius Deus de Patre: Pater autem Deus; sed non de Filio Pater, non Deus de Deo: Filius verò Deus de Deo, lumen de lumine. Pater lumen; Filius lumen: non duo lumina, sed unum lumen. Pater Deus; Filius Deus: non duo dii; sed unus Deus, Pater & Filius. Spiritus sanctus, de Patre & Filio procedens, & ipse Deus. Sicut Pater Deus, sicut Filius Deus; sic etiam Spiritus sanctus Deus: non tres dii; sed unus Deus, unum lumen, una substantia, una natura, una majestas, una æternitas, una magnitudo, una potentia, una bonitas.*
[* lib. 3. in Marc c. 10. & lib. 5 in Luc. c. 18.]
[† Iohan 10. v 11.]
[* Luc. 11. v. 13.]
[† in cap 7. Johann.]

[† in cap. 8.]
Item: † *Rectè dicitur & Pater principium, & Filius principium; non tamen duo principia. sicut Pater Deus, & Filius Deus: non tamen duo dii; sed unus Deus dicendus est. Sic Pater principium, & Filius principium: non tamen duo principia; sed unum principium fatendum est. Ergo & Spiritus sanctus principium est: non tamen tria principia, Pater & Filius & Spiritus sanctus; sed unum principium. Sicut Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus: non tamen tres dii, sed unus Deus. Pater omnipotens, Filius omnipotens, Spiritus sanctus omnipotens: non tamen tres omnipotentes; sed unus omnipotens. Idem enim Pater, quod ad se est, Deus est; quod ad Filium est, Pater est. Quod Filius ad se-ipsum est, Deus est; quod ad Patrem est, Filius est. Spiritus sanctus, quod ad se est, Deus est; quod ad Patrem & Filium, Spiritus sanctus est; quia Patris & Filii Spiritus est, ex Patre & Filio procedens, unius substantiæ, potestatis, majestatis, cum Patre & Filio.*

[* lib. 2. in Cant.]
[† lib 3.]
APONIUS ait: * *In Scripturis divinis, & fidei statu, una potentia divinitatis in tribus personis clarescit.* Item: † *Hæc tria, unum confitendo Deum. unicum Filium credendo Dei. & cognitio Spiritûs sancti, omnium bonorum fundamenta sunt: quæ in se baptismum, pœnitentiam & martyrium, continere docentur. Quæ tria, gloriosa de Trinitatis confessione Ecclesia, in se quotidie gaudet fundi.* Et: † *Spiritus sanctus Patri Filioq; unctus est.*
[† lib. 4.]

[* in Eccles. cap. 4.]
[† Johan. 14 v. 23.]
[* vers. 26.]
ALBINUS inquit: * *Quòd-si & Pater & Filius & Spiritus sanctus advenerint, non citò corrumpetur ista sodalitas. De hac sodalitate in Euangelio dicitur:* † Et Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. *Et paulò pòst:* * Paracletus autem Spiritus, ipse vos docebit omnia. *significans, Trium, id est, Patris & Filii & Spiritûs sancti, unum esse opus, & unam mansionem, in corde diligentis Deum.* Et: † *Plurali numero dixit,* Faciamus: *ut ostenderetur trium una operatio personarum.* Et: *Moses iterum dixit.* Creavit Deus hominem ad imaginem suam; *cum antea dixerit,* Ad imaginem nostram: *ut utrumq; & pluralitas personarum, & unitas substantiæ, insinuaretur.* Item: *Fecit Dominus hominem ad similitudinem suam: ut Trinitas in personis, & unitas in potentiâ esse credatur.* Et: * *Planè & absque omni dubitatione credendum est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum esse Deum omnipotentem, æternum, incommutabilem: & singulum horum Deum; & simul omnes unus Deus: & singulus quisque horū plena & perfecta & æterna substantia; & simul omnes una substantia.* Et: *Si fortè de solo Patre interrogatus fueris, Quid sit Pater? responde, Deus. Interrogatus de Filio; responde, Deus. Interrogatus de Spiritu sancto, responde, Deus. Si interrogatus fueris simul de Patre & Filio & Spiritu sancto, non deos; sed Deum responde; unum, omnipotentem, incommutabilem.* Et: † *Quòd-si aliquando cœpisset pater pater esse, vel Filius filius; aut Pater aliquādo desineret Pater esse, vel Filius desineret esse filius: procul dubio secundū accidens diceretur Pater vel Filius. Absq; omni scilicet dubitatione credi necessarium est, quòd Pater plenus & perfectus est Deus, Filius plenus & perfectus est Deus, Spiritus sanctus plenus & perfectus est Deus: non tres dii, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; sed unus Deus plenus & perfectus. Nec aliquid majus tres simul dicti, Pater & Filius & Spiri-*
[† Quæst. in Genes.]
[* lib. 1. de Trinit. c. 3]
[† lib. eod. c. 4]

tus sanctus quam unusquilibet. Pater, vel Filius, vel Spiritus sanctus: quia eadem magnitudo est in unaquaque persona semel dictâ, quæ est in tribus personis simul nominatis. Et: [* cap. 13.] † Indubitanter siquidem credere debemus, ipsam sanctam Trinitatem esse inseparabilis substantiæ atque essentiæ, inseparabiliterque operari, quicquid a singulis personis legimus operatum esse. Item: [† lib. 2. c. 3.] † In Patre verò, & Filio, & Spiritu sancto, non est similis substantia substantiæ, sed una æqualis per omnia: & ideo [illegible] unius, id est, unius substantiæ, dicimus, non similis substantiæ, sicut hæretici voluerunt. Item: [* cap. 13.] * Non fas est dicere de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, aliud; quia una horum est natura: sed alius, quia personarum distantia est in eis.

[A] [B]

TARASIUS, Episcopus Constantinopolitanus in [† Tomo 2. Concil.] Epistola ad Johannem presbyterum: † Credimus in unum Deum, in Trinitate laudatum, eidemque soli latriam exhibemus.

CAROLUS Magnus ait: [* lib. 3. c. 4.] * In sanctâ Trinitate nihil est anterius posteriusve; ubi nihil ex tempore inchoatur, ut consequenti perficiatur in tempore. Quoniam sicut tres personæ consubstantiales sibi sunt; ita etiam consempiternæ. Et sine tempore generatio Filii de Patre intelligitur; sine tempore etiam processio Spiritus sancti de utroque. [C] Est enim Pater Filio principium, non creando; sed gignendo: non temporè procedendo; sed ineffabilis Pater ineffabilem filium, sine quo nunquam fuit, ineffabiliter sibi consempiternum generando. Est & Filius principium, non Patri; sed rebus a se conditis. Est & Spiritus sanctus principium omnibus, quæ ab eo creata sunt, quia nullo modo separari potest ab appellatione creatoris. Sunt Pater & Filius principium Spiritus sancto non gignendo; quia non est filius: neque creando, quia non est creatura: sed dando; quia ab utroque procedit. [D] Est item Pater & Filius & Spiritus sanctus unum principium omnibus, quæ à se solo & uno creatore creata sunt. Et cum sit Pater principium, & Filius principium, & Spiritus sanctus principium: non tamen tria principia, sed unum est principium, una divinitas, una substantia, una omnipotentia. Et: [* cap. 5.] * Sufficeret dicere, Spiritum sanctum, Patri & Filio consubstantialem, coæternum, coæqualem, unius potestatis & gloriæ: ita ut in tribus personis unitas substantiæ, potestatis, & gloriæ summi Dei credatur, & a Catholicis confiteatur; qui est super omnia Deus benedictus in secula.

DE PATRE.

[E] CAROLUS Magnus inquit: [† lib. 3. c. 3.] † Pater solus non est de alio, ideò solus appellatur ingenitus.

De Patris dextrâ inquit DAMASCENUS: [* lib. 4. Orth. cap. 2.] * Dextram Patris intelligimus, gloriam & honorificentiam Deitatis: in quâ Dei Filius ante secula existens, ut Deus, & Patri consubstantialis, in novissimis temporibus incarnatus est, & corporaliter sedet, conglorificatâ carne ejus. Adoratur enim una adoratione, cum suâ carne, ab omni creaturâ.

DE FILIO.

[F] APpellationes quasdam Christi exponunt Patres, ut BEDA: [* lib. 2. in Job. c. 14] * Christus se fratrem Judæorum nuncupavit, quoniam de eorum genere secundum carnem est procreatus. Item: [† lib. 3. in Job. c. 8.] † Christus maledictus dicitur: quia maledictus omnis, qui pependit in ligno. Maledictum quippe hominis in se suscipiendo, id est, eam, quæ ex sententiâ Dei venerat, mortem, ut maledictum, suspendit in ligno: & indè est, quòd Christus nobis factus est maledictum. Et: [* lib. 1. in Prov. cap. 1.] * Sapientia quippe Dei Christus est: qui in Mundo conversatus, paucis sua mysteria divinitatis patefecit: ipsisque, præcepit ne ante passionem & resurrectionem suam, quia ipse esset Jesus Christus, prædicarent: ne gloriam ejus, quam in monte conspexerant, cuiquam dicerent. [G] Item: [† in Genes. cap. 28.] † Christus dicitur lapis, propter firmitatem & stabilitatem: qui ex Judæis carnem assumsit. Item: [* in Esdr. cap. 17.] * Monsetiamque iste, qui fortitudinem significat, Christum: ipse est enim mons præcisus lapis de monte sine manibus, qui crevit in montem magnum. Et: [† in Lev. c. 2. & 3] † Christus in vitulo immolabatur, propter virtutem crucis: ipse in agno, propter innocentiam: ipse in ariete, propter principatum: ipse in hirco, propter similitudinem carnis peccati: in turture & columba, propter Deum & hominem: in similagine, propter Ecclesiam, quæ est corpus illius, ex multis membris, velut ex multis granis, collectum. [H] Et: [* lib. 2. in Sam. c. 1.] * Nomen Saul, quod dicitur Expetitus, sive Petitio, Christo aptissimè congruit: qui magno Sanctorum desiderio semper imploratus, & adesse rogatur. Et: [† lib. 3. in Job. c. 7.] † Salvator noster est; qui & Sol justitiæ appellatur. Ipse [illegible] splendere gratia sua. Ecclesiam, Mundum [illegible] rationalem, [illegible] prius moderator illuminat. [A] Item: [* in Prov. cap. 30.] * Christus dicitur [illegible] multiformem significationem, qua notatur in ave [illegible]. Sicut avis illa nidum suum, sic & ipse sponsam suam, scilicet Ecclesiam, protegit. Et quemadmodum illa ex[illegible], ad procreandos pullos, nullatenus adit: ita Christus extra sinum Ecclesiæ sobolem minimè gignit. Propterea recens ortos fœtus suos radiis ferventis Solis opponit: qui si lumine reverberato jubar prædicti sideris haudquaquam inspexerint, protinus utpote degeneres a cæteris, qui sibi patrissant, propulsi a nido segregantur. [B] Quod benè Christo congruit: quoniam omnes, quos lumen veræ cognitionis non irradiat, tametsi Ecclesiæ procreati sint; tamen a consortio electorum ejectos separat. Serpentes item avis illa, remigio alarum subvecta, in aerem portans devorat; & nativo calore totum virus extinguit: ita & Christus, scilicet ad [illegible] triumphato Principe mortis, ineffabili virtute divinitatis malitiam serpentis antiqui destruxit. Item: [† Hom. quadragesima feria 4. post Invocavit.] † Manifestissimum est, Jonam Prophetam typum Domini Salvatoris gestasse. [C] Jonas namque interpretatur Columba, sive Dolens: [illegible] nomina utique competunt Redemtori: super quem baptizatum Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, & de quo Esajas dixit: [* Esai 53. vers 4.] * Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Jonas missus est ad prædicandum Ninivæ, quæ interpretatur Speciosa: & Salvator ad salutem gentium missus est; ut, illis ad fidem conversis, sibi apparet Ecclesiam, quam pretioso sanguine mundaret, & de turpi speciosam faceret. Piscis namque, qui Jonam voravit in pelago, significat mortem quam Dominus pertulit in Mundo. [D] Jonas in ventre ceti fuit tribus diebus & tribus noctibus. sic & Christus in sepulcro jacuit tribus diebus, & totidem noctibus. Et sicut Jonas in ventre ceti non permansit; sed ejectus est in aridam: ita & Salvatoris nostri anima non est relicta in inferno; nec caro ejus vidit corruptionem: sed per gloriam resurrectionis perductus est ad aridam immortalitatis. Item: [† in Psal. 1.] † Christus dicitur lignum vitæ, hac similitudine: quia, sicut Adam & Eva, nisi peccassent, gustantes de fructu materialis ligni vitæ, in paradiso positi, immortales fierent: ita, quicunque spiritualiter & dignè Christum gustant, in anima immortales sunt. Et: [* lib. 1. in Luc. c. 1] * Christus ideò rectè [E] Oriens vocatur; quia nobis ortum veræ lucis aperiens, filios noctis & tenebrarum, lucis efficit filios. Et: [† lib. 2. in Luc. c. 4] † Christus faber est verus: quia omnia per ipsum facta sunt. Medicus est: quia omnia per ipsum restaurata sunt, in cœlis & in terrâ. Item: [* ibid.] * Prophetam dici in Scripturis Dominum Christum, & Moyses testis est, qui ait: [† Deut. 18. v. 15] † Prophetam vobis suscitabit Deus vester. Et: [* lib. 4. in Luc. c. 15.] * Christus humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portavit, pastor noster, reparato homine, ad regnum cœleste redust. Ejus gaudium est vita nostra: & cùm nos ad cœlum reducimur, solennitatem lætitiæ illius implemus. Et: [F] Qui signatur per pastorem, ipse & per mulierem. Ipse enim Deus, ipse & Dei sapientia. Et: Brachium Domini, est Dominus noster JESUS CHRISTUS; in quo Deus erat, Mundum reconcilians sibi. Item: [* lib. 5 in Luc. c. 19.] * Ipse Dei Filius, ob peccatorum pœnitentiam maximè quærendam, destinatus est ad terras. Qui ut pietatis suæ dispensationem nobis inculcet, sæpissimè se filium hominis appellat: commendans solicitè nobis, quod factus est benignè pro nobis. Et: [† lib. 2. in Job. c. 4.] † Messias unctus est: unctus Græcè Christus est; Hebraicè Messias. Et: [* lib. 1. in Luc. c. 1.] * JESUS Salvator sive Salutaris interpretatur. Cujus sacramentum nominis alloquens [G] Angelus Joseph exposuit: [† Matth 1. v. 21.] † Ipse enim, inquiens, salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Non ait, populum Israël; sed, populum suum: hoc est, in unitatem fidei ex præputio & circumcisione vocatum, quibus ex diversâ parte congregatis, fieret unus pastor, & unum ovile. Et: [* lib. 1. in Luc. c. 2.] * JESUS Salvator interpretatur: cujus nomenis etiam fideles & electi quique, in utraque sua circumcisione, participes existere gaudent. ut sicut à Christo Christiani, ita etiam a Salvatore Salvati nuncupentur: nunc quidem spe salvi facti per fidem; tunc autem reipsâ, per visionem gloriæ, quæ est in CHRISTO JESU, [H] Domino nostro. Quod illis à Deo vocabulum, non solùm priusquam in utero Ecclesiæ per fidem conciperentur, sed etiam ante tempora secularia, vocatum est. Cujus sacrosancti nominis non tantùm etymologia; sed & ipse, quem literis comprehendit, numerus, perpetuæ nostræ salutis mysteria redoles.

A[illegible] inquit * *Quicunque non confitetur Christum Verbum Patris, Virtutem Patris, Sapientiam Patris, Dextram Patris, cum fidelibus deputatur.* Et: † *Christus, pro loco, vel tempore vel causa, ossa & potus Ecclesia factum est, per corporis sui & sanguinis sacramentum.*

[* lib. 2. in Luca. † lib. 5. in Cant.]

A[illegible]INUS: * *Angeli nomine, qui ad Abraham dixit;* * Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. &c. *Dominus Christus significatus est: qui sine dubio Deus est; & magni esse a Propheta dictus est magni consilii angelus.* Item: * *Quod dicimus, Lumen de lumine, non duo lumina intelligenda sunt, vel separatio luminum: sed ita intelligendum est, quod sicut est [illegible] æterna luminis est æterni, sicut imago sempiterna substantiæ sempiterna est imago.* Item: † *[illegible] dictum principium [illegible] a patre ipso principium. Quod enim erat in principio, non [illegible] tempore, non principio prævenitur: sive ad creaturarum principium vel temporum velis referre, quod ait, in principio erat verbum. Quicquid creaturarum, quodcunque principium habuit, ut esset, erat tunc Verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Ideo quater dicit Evangelista, Erat. erat [illegible] ut intelligeres omni tempore prævenisse coæternum Deo Patri Verbum.* Et: * *Nomen Filii JESUS est. JESUS autem Salvator vel etiam Salutaris dicitur. Ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit, quod ad veram salutem pertinet. Nam si id, quod non expedit, petitur; non in nomine JESU petitur.*

[* Quæst. in Genes. * Genes. cap. 22. * lib. 1. de Trinit. c. 6. † lib. 1. in Ioh. cap. 1. * lib. 6. in Ioh. cap. 15.]

CAROLUS Magnus: † *Ego sum via, veritas, & vita, &c. Qui ideo via dicitur, quia per incarnationem bonum præbet vivendi exemplum. Dicitur etiam veritas Christus, propter id scilicet, quod in veritate exstiterit: sive quod in eo falsitas ulla penitus inveniri non possit. Vita propter deitatem, per quam est vita origo, atque ex omnia vivunt. Est enim recte ambulantium via, ad vitam ducens æternam.* Item: * *Vultus Dei, cognitio Dei est, id est Filius, per quem ad cognitionem divinitatis pervenimus. Est etiam imago Dei, quia de illo est. Est enim splendor gloriæ & figura substantiæ ejus: quia, dum sit Pater lux; ita Filius ab eo inseparabiliter, quasi splendor ex luce, procedit. Est enim & facies Dei; quia per eum se Pater hominibus manifestavit.*

[† lib. 1. de Imag. c. 2. * lib. eod. cap. 23.]

DE DIVINITATE Filii.

Quod Christus sit Filius Dei, BEDA docet: † *Christus, secundum divinam essentiam, omni caret principio; a quo omnia sumunt principium.* Item: * *Tu es filius meus, non adoptivus, sed proprius. quia ego genui te, non temporaliter; sed hodie, id est in æternitate. Licet per nulla verba, quæ habemus proprie loqui de Deo possimus: tamen, quæ præsens tempus significant, ut Hodie, propius ad loquendum de divina essentia, cui omnia præsentia sunt, accedunt. Propter quod, Hodie, ad notandam ejus æternitatem, quæ tota simul præsens est, positum est.* Et: † *Christus coæqualis est Patri in divina natura.* Et: * *Verbum Patri substantiale, coæquale, & coæternum.* Item: † *Verbum Patri consubstantiale, coæternum & in potentia coæquale.* Item: * *Christus omnem locum, secundum divinitatem, implet.* Et † *Christus in divinitate coæqualis Deo Patri.* Item: * *Christus secundum divinitatem idem est cum Patre.* Item: † *Christus æternitate divinæ majestatis Patri est æqualis.* Et: * *Ipse Dominus, qui Matthæum exterius humana allocutione, ut se sequeretur, vocavit, intus divina inspiratione, ut mox vocantem sequeretur, accendit, ipse invisibiliter, quomodo sequendum esset, edocuit.* Et: † *Cum Omnia legis, omnipotentem agnosce non decolorem, non degenerem Patris. Cum tradita legis; Filium cognosce, ut per naturam omnia unius substantiæ jure sunt propria, non dono collata per gratiam.* Item: *Dei ergo Filius, æqualis Patri, Verbum, per quod facta sunt omnia, quod Rex voluit esse Israel dignatio est, non promotio: miserationis indicium, non potestatis augmentum. Qui enim appellatur in terra Rex Judæorum; in cælis est Dominus Angelorum. [illegible] quia Christus in carne totius Mundi propitiatio, & hominum videlicet, & angelorum [illegible] pulchre sibi [illegible] laude dispensationis, cælestia simul & terrena [illegible].*

[† in Psal. 1. * in Psal. 2. † in Psal. 4. * in Ps. 44. † in Ps. 2. * in Ps. 88. † in Ps. 108. * in Ps. 109. † lib. [illegible] Epiphaniam Domini. * Lib. 1. in Marc. c. 2. † Lib. 3. in Luc. c. 10.]

A[illegible]INUS inquit: * *[illegible] nihil creatur [illegible] sine ipso [illegible]: Pater professo, quia ipse creatura [illegible] quicunque omnis creatura alia [illegible].* Et: † *[illegible] ipso Dominus, ut int[illegible] æterna [illegible] unia; substantiam Patris & [illegible].*

[* lib. 1. in Ioh. cap. 1. † lib. 2. in Ioh. cap.]

CAROLUS Magnus inquit: * *Idem Filius est Verbum Patris, per quem facta sunt omnia; cum [illegible] patre substantia.* Et: † *Redemptor humani generis spiritum sapientiæ, scientiæ, & intelligentiæ habuit: qui utique unius cum Patre & Filio substantia est.*

[* lib. 1. c. 15. † cap. 16.]

¶ Quod sit coæqualis Patri BEDA: * *Eadem facit Filius, quæ facit & Pater: quia una Patris & Filii in divinitate [illegible] substantia & operatio, una voluntas & potestas, una vita & [illegible] natura: & æqualia omnia sunt in Patre & Filio, nisi quod Pater pater est, & Filius filius est. Separatio est in personis, sed [illegible] in natura. Non enim potest Filius a se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Non debemus carnaliter intelligere hanc sententiam; quasi duorum hominum, patris & filii: unum ostendentis, alterum videntis: unum loquentem; alterum audientis. Quæ omnia cordis phantasmata sunt. Talis cogitatio procul pectoribus Christianis expellenda est. Ergo de Filio & Patre hæc docet lectio: quia nec Patri, nec Filio [illegible] la distantia divinitatis sit; sed una majestas.* Et † *Semper quidem ille regnat cum Patre, secundum quod est Filius Dei, Verbum Dei, Verbum per quod facta sunt omnia.* Et: * *Quod dedit Pater Filio, majus omnibus est, ut ipse illis esset unigenitus filius, æqualis, consubstantialis. Quid est quod dedit? utique gignendo dedit: quia non minorem sibi genuit, non tempore posteriorem, sed coæternum, sine initio temporis, semper Deum. Non est dicendum; Non erat, antequam natus erat. Nunquam enim non natus erat, qui Patri coæternus erat. Qui sapit, capit: qui non capit, credat, nutriatur fide, ut possit capere Verbum Dei; quia Verbum filius. Semper ergo Filius; & semper æqualis. Non enim crescendo, sed nascendo, æqualis est: qui semper natus de Patre Filius de [illegible] Deus, de æterno coæternus. Pater autem non de Filio Deus; Filius, de Patre Deus. Ideo Pater gignendo dedit, ut Deus esset: gignendo dedit ut æqualis esset: hoc est, quod majus est omnibus.*

[* in cap. 5. Iohan. † in cap. 6. Iohan. * in cap. 10.]

¶ Quod Christus ubique sit JOHANNES monachus, presbyter, & vicarius summorum Sacerdotum Orientis, in 4. Actione Synodi II. Nicænæ: † *Carnalibus nostris oculis Christi divina essentia videri non potest; quanquam Deus ubique sit.*

[† Tomo 2. Concil.]

¶ De Generatione Filii Dei, sic inquit DAMASCENUS: * *Docet igitur sancta catholica & apostolica Ecclesia, simul Patrem, & simul unigenitum ejus Filium, ab eo genitum intemporaliter, indefluxibiliter, impassibiliter, & incomprehensibiliter; ut solus universorum novit Deus. Quemadmodum simul ignis, & simul ab ipso lux: neque prius est ignis & posterior lux, sed simul sunt. Et quemadmodum lux ab igne semper gignitur, semperque in ipso est; & nequaquam separatur ab eo: sed semper in eo est. Sed lux, quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper permanens, non habet propriam substantiam, præter ignem: nam nativa qualitas ignis est. Verum Filius Dei unigenitus, a patre inseparabiliter genitus, & indivisibiliter; & in eo semper manens, propriam habet subsistentiam, præter eam quæ Patris est. Verbum autem, & Splendor, Effulgentiaque, dicitur; propterea quod inconmixtibiliter, impassibiliter, intemporaliter, indefluxibiliter, & inseparabiliter, ex Patre genitus est. Filius vero, & character paternæ substantiæ: quia & perfectus est; & in propria subsistens persona; & per omnia Patri similis, præter ingenerationem. Unigenitus etiam; quod solus ex solo Patre singulariter est genitus. Neque enim assimilatur alia generatio generationi Filii Dei: quandoquidem neque alius est alius Filius Dei.* Et alibi: † *Hypostaseos autem ipsius proprium, Filium esse genitum ex Patre; & non Patrem ingenitum, neque genitorem. Ex Patre enim genitus est impassibiliter, sine concubitu, hoc est, sine mixtione ut lumen ex igne; magis autem ut lumen perfectum ex perfecto lumine.* Et rursum: * *Ostendimus, quoniam sine tempore & sine initio est ejus generatio. Non enim ex non ente ad esse deductus Filius Dei, qui est splendor gloriæ, character substantiæ Patris, & vivens sapientia, & virtus, & verbum intime subsistens, substantialis & perfecta & viva imago invisibilis Patris: sed semper cum Patre fuit, & in ipso, sempiterne & sine principio ab ipso genitus. Non enim fuit aliquando Pater quando non fuit Filius: sed simul Pater, simul Filius ab ipso [illegible] Pater enim [illegible] Filio*

[* lib. 1. Orth. cap. 8. † lib. de duabus Christi Voluntat. c. 7. * lib. 1 Orth. cap. 8.]

nequaquam vocabitur. Si verò fuit non-habens filium; minimè fuit pater. Et, si postea adeptus est filium, postea effectus est pater: cùm ante id pater non esset. Atque ita immutatus de non-esse patrem, in fieri patrem: quod omni blasphemiâ gravius. Nam impossibile est, (ut ita dixerim) Deum esse destitutum naturæ fœcunditate partu. Partus autem, cùm ex se-ipso, id est, ex propria substantia, generat. Atqui in Filii generatione impium est dicere, intercipi mediareq; tempus aut post Patrem Filii substantiam generari. Ex ipso enim, id est, ex Patris naturâ, adstruimus Filii generationem. Cæterùm, si non a principio dederimus Filium coexsistere ei, ex quo genitus est: mutationem substantiæ Patris inducemus. Nam, cùm non esset pater; posterius effectus est pater. Nam, tametsi creatura postea facta est; non tamen ex Dei substantiâ: quippe quæ ex nihilo ad esse, voluntate ejus atque virtute, perducta est. Neque illa attingit mutatio Dei naturam. Et generatio est, ex substantiâ gignentis proferri, quod gignitur, simile secundùm substantiam. Sed creatio & factio est extrinsecus; & non ex substantia creantis, & facientis fieri, quod creatur & efficitur, & dissimile prorsus secundùm substantiam. In solo igitur impassibili, inalterabili, immutabili, & semper eodem modo se habente Deo, & generare, & creare, impassibile est. Nam, cùm suâpte naturâ impassibilis sit, & indefluxa substantia, (ut qui simplex & omnis expers compositionis) non aptus est sustinere, aut passionem, aut defluxionem; neque cùm generat, neque cùm creat, neque aliâ cooperatione indiget. Sed generatio quidem sine principio, & æterna, naturæ opus est, & ex substantiâ ejus profecta: ita ut is, qui generat, mutationem non subeat ullam: & ut non Deus prior & Deus posterior sit, atq; additionem signet.

BEDA inquit: * *Ipse coæternus Patri Filius. & rectè creditur ex Patre natus; & nunquam fuisse nō natus rectè, veraciter confitetur & creditur.* Et: † *Jam, ne nos de generatione Dei differamus quæstiones: cùm Paulus indicaverit, nihil se scire, nisi* CHRISTUM JESUM, *& hunc crucifixum: Petrus nihil amplius, quam Christum Dei Filium, putaverit confitendum: nos, & quando, & quomodo natus sit, & quantus sit, humanæ infirmitatis contemplatione rimamur. Finis igitur fidei meæ, Christus est: finis fidei meæ, Deus Filius est. Non licet mihi scire generationis seriem: non licet tamen nescire generationis fidem.* Et: † *Genui te ex utero, id est, ex intimâ substantia meâ, quâ occultus sum, quicquid sum. Non, quod Deus habeat uterum: sed ad solam similitudinem dictum est. Et genui te ante Luciferum; id est, ut dignior esset omni creaturâ: quia etiam dignior illo Angelo principe. quem cùm ego fecissem Luciferum; ipse superbiendo se fecit mortiferum. Vel, genui te ante luciferum, id est, ante omne tempus: ut per digniorem partem, id est, luciferum, omnes stellas accipiamus, & per stellas, tempus. Et, si ante tempus eum genuit: necesse est ergo æternaliter eum gigni. Unde meritò genitura illa est ineffabilis. juxta quod ait Propheta,** Generationem ejus quis enarrabit? Et: † *Quicquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dedit filio Pater, sine quibus Filius esse non posset, sicut ei dedit ut esset.*

* lib. 4. in Com. cap. 5.
† Homil. in Cathedra Petri. Et lib. 2. in Marc. c. 8 & lib. 3 in Luc. cap. 9
† in Psal. 109.
* Esai. 53. vers 8.
† in cap. 17. Iohan.

ALBINUS ait: † *Filius propriè ideo genitus dicitur; quia Patrem habet, qui eum genuit. Sed non est inter Patrem & Filium divisio & scissio: quia alter in altero est, sicut in Evangelio legimus ipsum Dominum dicentem: * Ego in patre, & Pater in me.* Item: * *Natus est Filius Dei ex æterno æternus, de Deo Deus, de lumine lumen sicut sæpissimè diximus; & semper dicemus.* Item: † *Creaturas fecit Deus per Filium: non Filium fecit, per quem fecit omnia; sed genuit de substantia suâ æqualem. Natus est ergo Christus, non factus. Ubicunque ergo dicitur, quoniam factus: post primam generationem dicitur; quæ æterna est, & una est, sancta & ineffabilis.*

† lib. 1. de Trinit. c. 13.
* Ioh. 14. v. 10.
* lib. 2. de ... c. 13
† cap. ...

CAROLUS Magnus ait: † *Filius solus de Patre est natus: ideò solus dicitur genitus.* Et: * *Consilium namque Dei, Filius est: qui non statutus est à Patre quadam deliberatione; sed genitus ante secula, ineffabili nativitate: quem Pater genuisse, & sine quo nunquam fuisse, à fidelibus creditur. Est enim sapientia Dei Patris, quæ ei consempiterna est. Qui ideò Consilium dicitur, eo quod incarnationis ejus arcanum, ad consulendum humano generi, sit concessum: quod consilium nullâ ætate dissolvitur, sed in æternum manet.*

† lib. 3. c. 1.
* cap. 14.

¶ Cur Deus sit, exponit BEDA: † *Hic erit magnum.] Confitere eundem etiam Deum verum de Deo vero, & æterno Patri Filium semper esse coæternum. Quòd autem futuro tempore dicitur, Hic erit magnus: nemo ita intelligendum putet, quòd Dominus Christus ante partum Virginis non fuerit: sed ita hoc potius dictum intelligamus, quia potentiam divinæ majestatis, quam Dei Filius æternaliter habuit, hanc idem Homo natus ex tempore acceperit: ut utiq; in duabus naturis, persona esset Mediatoris ac Redemtoris nostri.*

† Homil. de Annunt. Mariæ.

¶ Quomodo ante incarnationem apparuerit, exponit APONIUS, dicens: * *Ante suam incarnationem, Salvator, in Angeli persona Patriarchis & Prophetis loquendo, solus, cui nullus similis inter archangelos, thronos, dominationesq; admirandus omnibus, singularis flos in toto colorum campo coruscans, probatur.*

* lib. 3. in Cant.

¶ De differentiâ Verbi, quod est Filius Dei, & Verbi nostri, quod est sonus evanescens, DAMASCENUS inquit: † *Semper autem habet sui-ipsius Verbum, ex se genitum: non instar nostri, subsistentiam non servans, & in aëra fluens; sed intimè subsistens, vivens, absolutum: non extra ipsum, ut separabile evagans, sed in ipso semper immanens. Ubi enim erit, si extra ipsum gignitur? Atqui, quoniam natura nostra temporalis est conditio, & facilè dissolubilis; hanc ob causam & verbum nostrum subsistentiam non retinet. At verò Deus, semper exsistens & perfectus cùm sit, perfectum & intimè subsistens habet suum ipsius verbum, & semper exsistens & vivens, & omnia habens, quæcunq; genitor habet. Quemadmodum enim ex mente verbum nostrum prodiens, neque per totum menti idem est, neque prorsus omnino diversum: (nam ex ipsâ exsistens, aliud est præter ipsam mentem, se in apertum agens) neque adhuc usquequaque aliud à mente est; sed, cùm secundùm naturam unum sit, aliud est subjecto: sic & Dei Verbum, quod est Filius, quia subsistit secundùm se-ipsum; discernitur ab eo, à quo subsistentiam habet. quia verò eadem in se-ipso ostendit, quæ circa Deum conspiciuntur; illi secundùm substantiam idem est. Sicut enim, quod in omnibus perfectum est, in Patre consideratur: æquè, & in eo, quod ex ipso aggenitum est, verbo, contemplari necesse est.*

† lib. 1. Orth. cap. 6.

BEDA: * *Dominus* JESUS, *Dei Patris unigenitus Filius, sicut non est paterni corporis membrum; ita non est cogitabile, vel sonabile ac transitorium verbum: quia, cùm omnia per ipsum facta sunt, Deus erat Verbum.*

* in cap. 12. Iohan.

DE HUMANITATE Christi.

DAMASCENUS: * *Ipse totum hominem propter nostram salutem assumsit, animam scilicet intellectivam, & corpus & humanæ naturæ proprietates, & naturales & innocuos affectus.* Item: † *Et, quia spe divinitatis Inimicus seduxerat Hominem; carnis prætextu decipitur.* Et: * *Incarnatus igitur, ex ipsâ carnem assumens, primitias nostræ molis, carnem animatam animâ rationali & intellectuali: ut & eadem esset Carnis hypostasis, quæ & Dei-Verbi hypostasis. Et composita facta est, quæ prius erat simplex, Verbi hypostasis. Composita quidem ex duabus perfectis naturis; divinitate scilicet, & humanitate.* Et: † *Nam totum hominem, & omnia quæ sunt hominis, assumsit, præter peccatum. Hoc enim non naturale est; nec ab opifice nobis inditum: sed ex Diabolo respersum, in nostrâ liberâ potestatis electione spontaneè constitutum.*

* Lib. 3. Orth. cap. 14.
† lib. 3. c. 1.
* cap. 7.
† cap. 20.

BEDA ait: * *Solus Christus non est pollutus, dum nasceretur de Virgine: quia non ex virili semine conceptus est, sed de Spiritu sancto. Nec in matre pollutus est: quia non ex voluptate carnis; sed ex virginali utero natus est.* Et: † *Concipies in utero.] Agnosce, verum hunc hominem, veram de carne Virginis assumsisse substantiam carnis.* Item: *In utero Mariæ, Filius Dei humanæ substantiæ habitum induit.* Et: * *Christus dicitur noster Rex, secundùm humanitatem: secundùm quam conversatus inter homines, nos doctrinâ & vitæ exemplo erexit innocentiâ, & in cæteris virtutibus. Unde dicitur:* † Pavit eos in innocentiâ cordis sui, & intellectibus manuum suarū deduxit eos. *Deus autem noster dicitur, secundùm creationem, quia Dei est, creare.* Item: * *Humanitas Christi mortua, contulit vitiorum mortificationem; divinitas verò ipsam resuscitans, justificationem.* Et: † *Christus vermis; quia & mortalis, & de Virgine sine virili commixtione natus: ut vermis de materiâ nascitur sine patre.* Et: * *Pertinet ad nostræ fidei fundamentum, Verbi incarnatio, ut scilicet credamus, Dei Filium assumsisse carnem ex Virgine: quam carnem*

* in Levit. cap. 12.
† Homil. de Annunt. Mariæ.
* in Psal. 3.
† Psal. 78. v. 72.
* in Psal. 19
† in Psal. 21
* in lib. ... de Trinit.

& creando assumsit, & assumendo creavit, vel servando. Non sicut quidam Hæretici senserunt: sed potiùs de substantiâ Virginis carnem assumsit, quam assumendo creavit, id est, purificavit: non conceptus libidinosâ lege concipiendi; & ideo immunis ab omni peccato: non tamen à pœnâ peccati. Hanc enim sustinuit: non necessitate, sicut cæteri homines, sed solâ voluntate: unus & idem Deus & Homo, Homo & Deus, & eadem persona. Duæ enim in ipsa natura, divina scilicet & humana: tres substantiæ; caro, & anima, & divinitas. Itèm: † Christus factus est homo, non transformatione substantiæ: quia non desiit esse Deus, cùm factus est homo, nec habebat esse ab aliqua substantiali formâ, quæ transmutaretur. nec transfusione: non enim divina natura immixta est humanæ, quod sentit Eutychiana hæresis. nec partium conjunctione: quia Christus non constat ex partibus integralibus. nec participatione: quia humanitas non est Christo substantialis, vel accidentalis. Etsi enim sensu concederem, quod hominis illi esset humanitas substantialis, sicut & nobis; quia verus homo fuit, sicut & ego sum: non tamen concederem, ideo aliquid esse substantiale Christo. quia Christus nomen est personæ, cui nihil substantiale, vel accidentale sicut verum est, corpus vel animam esse partes illius hominis, non tamen esse partes Christi. Itèm: * Spiritus sanctus superveniet in te.] Superveniens in Virginem Spiritus sanctus, duobus modis in eâ divinæ suæ potentiæ efficaciam ostendit: quia & mentem illius adeò, quantum humana fragilitas patitur, ab omni vitiorum sorde castificavit; ut cælesti digna esset partu: & in utero illius sanctum ac venerabile Redemtoris nostri corpus, solâ sua operatione creavit, id est, nullo interveniente virili attactu, carnem de carne Virginis, sacrosanctam de intemeratâ, formavit. Obumbravit autem beatæ Dei-genitrici virtus Altissimi: quia Spiritus sanctus cor illius, cùm implevit, ab omni æstu concupiscentiæ carnalis temperavit; emundavit à desideriis temporalibus, ac donis cælestibus mentem simul illius consecravit & corpus. Ideóq; &, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: quia, quòd de sanctificatione spiritûs concipies, sanctum erit, quando gignitur. Congruit conceptioni nativitas: ut, quæ contra humanæ conditionis morem Virgo concipis, supra humanæ consuetudinis modum, Filium Dei generes. Omnes quippe homines in iniquitate concipimur, & in delictis nascimur: solus verò Redemtor noster, pro nobis incarnari dignatus, mox sanctus natus est, quia sine iniquitate conceptus est. Divinitas Redemtoris nostri, tegmine se humanæ naturæ, quasi umbraculo quodam, obtexit: quo mediante, Virginis eum viscera ferre sufficerent. sicq; Virtus Altissimi obumbravit ei, dum divina Christi potentia, & eam præsentialiter implerit; &, ut capi ab illa posset, substantiâ se nostræ fragilitatis obnubilavit. Et: † Christus verus homo apparuit; sed ex Virgine matre conceptus & natus. Et tentatus est per omnia; sed pro similitudine, absque peccato. Et mortuus est; sed quomodo ipse voluit. Et sepultus est; sed quamdiu voluit. Et suscitatus est, sed quando voluit. Hoc est ergo, quod ait: * Singulariter sum ego, donec transeam. Et alibi de singulari sepulturâ: † In pace in id-ipsum obdormiam & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me: id est, cæterorum mortalium in fine resurrectione servata, me singulari dono a mortuis die tertiâ resurgere permisisti.

Margin notes: † ibid. — * Homil. de an. Maria. — † lib. 6. in Luc. c. 23. — * Psal. 141. v. 10. — † Ps. 4. v. 9.

Avonius inquit: * Introducto unius veri Dei nomine, per incarnationis mysterium, recondito in corporeo vasculo: quo fracto clavorum & Lanceæ ictibus, odore ejus notitiæ, omnis fœtor diabolicæ doctrinæ de toto Mundo abstersus est.

Margin note: * lib. 2. in Cant.

Albinus ait: † In catholicâ fide, sine ullâ dubitatione confirmatum est; Hominem illum, quem suscepit Sapientia Dei ex virginali utero, nihil minus habuisse, quam & cæteri homines quantum pertinet ad integritatem humanæ naturæ, in qua homo creatus est; & nihil omnino ex eo, quod deceptor invexit. Quantum autem ad excellentiam personæ, longè aliud est, quam cæteri homines: quia idem Homo, una persona cum Dei Verbo factus est. Et: * Non igitur Christus ita Verbum Dei habuit in se, sicut alii Sancti: sed ipse est Verbum Dei. Aliud est enim, Verbum in carne, aliud est, Verbum caro factum est: aliud est, Deus in Homine; aliud est, Deus homo. Imo Dei Filius, non solum secundùm veram divinitatem, quam habet de naturâ Dei Patris, sed etiam carnem, quam veram naturaliter de corpore beatæ Genitricis assumsit, Deus verus & cre-

Margin notes: † lib. 3. de Trin. c. 7. — * cap. 9.

A ditur, & prædicatur ab omnibus Catholicis. quoniam æterna divinitas Filii, cum plenâ humanitate suâ, & eadem plena humanitas Filii, cum æternâ divinitate suâ, una est in sanctâ Trinitate persona. & hæc non adoptiva, sed propria & perfecta. & ipse totus in divinitate ac humanitate suâ, unigenitus & verus Filius Dei. Itèm: * Solus itaque (sicut diximus) Filius Dei accepit carnem: ut posset corporeis oculis videri, & corporeis manibus contrectari. Solus humanam naturam sic accepit: ut suam faceret; & per illam, divinitatis quoque
B suæ notitiam misericorditer hominibus insinuaret. Nec tamen ullatenus credi debet, carnem Christi sine divinitate conceptam in utero Virginis, priusquam susciperetur a Verbo: sed ipsum Verbum Domini, suæ carnis acceptione conceptum. ipsamq; carnem Verbi Dei incarnatione conceptam, eandem carnem humanæ naturæ veram habere Dei filium, qua de Virgine Verbum-Deus natus est. Et: * Per carnem Spiritus aliquid pro salute nostrâ egit: Caro vas fuit, quod habebat. per quam Spiritus salvavit nos, utens organo carnis, ad salutem humani generis. quia Diabolus utebatur serpente quasi organo, ad subversionem
C primi parentis nostri. Et: † Magna misericordia Domini nostri Jesu Christi; factum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora: factum esse inter omnia, per quem facta sunt omnia: factum esse quod fecit, factus est quod fecerat. Factus enim homo, qui hominem fecerat: ne periret, quod fecerat. Itèm: * Ideò Deus homo factus est: ut in homine reformaret, quod in homine formavit.

Margin notes: * cap. 11. — * lib. 3. in Joh. c. 6. — † lib. 4. in Joh. c. 7. — * cap. 8.

Germanus Patriarcha Constantinopolitanus ad Johannem episcopum Synnadon: † Non enim juxta phantasiam, & umbratile, nostram naturam sibi univit, ut qui-
D dam ex veteribus Hæreticis errantes tradiderunt: verum re-ipsa, vereq;, homo perfectus per omnia, excepto (quod per hostem nobis insitum est) peccato, factus est. Et: * Mulier juxta carnem existens, & a nostrâ massâ haud-quaquam aliena, Deum invisibilem, & omnia manu suâ continentem, ultra omnem & hominum & angelorum existimationem, in ventre suo concepit; & ex se incarnatum genuit. Etenim ob id eam ut verè & propriè veri Dei matrem, veneramur & magnificamus, & quavis visibili & invisibili creaturâ superiorem reputamus.

Margin notes: † Tomo 2. Concil. — * ibid.

Synodus Nicæna septima, falsò sic dicta: † Deus
E Filium suum proprium in extremis & definitis temporibus, in terram misit: qui Patris placito, & Spiritûs sancti vivificantis & æquipollentis cooperatione, in utero Virginis habitans, & ex sanctâ & intemeratâ illius carne, in suâ propria substantiâ sive existentiâ, carnem accipiens nobis consubstantialem; item hanc, mediante animâ rationali & intellectuali, compingens & configurans, natusq; ex eâ, supra rationem omnem & intellectum, volensq; crucem subiens, mortemq; eligens, & tertio die a mortuis resurgens; omnem salutarem suam dispensationem implevit.

Margin note: † Tomo 2. Concil.

F Carolus Magnus inquit: * Corpus humanum, quod ex Virgine assumserat, nullâ humanæ commixtionis sorde prægravatum. Itèm: † Incarnatio autem opus Spiritûs sancti est; sicut scriptum est: * Spiritus sanctus superveniet in te. Et: † Inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non quòd Salvatoris nostri Spiritus sanctus pater dicendus est; ut duo patres credantur: sed quod Patris & Filii idem Spiritus sanctus cooperator & unius potestatis cum iisdem esse, credatur, Domino affirmante: * Ite, inquit discipulis, baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs
G sancti.

Margin notes: * Præf. libri de Imag. — † lib. ... — * Luc. 1. v. 35. — † Matth. 1. v. 18. — * Matth. 28. v. 19.

¶ De generatione ex Mariâ, Damascenus inquit: * Generatio in Deo, ex solo Patre consubstantialis Filii productio est: in creaturis verò, ex concursu maris & fœminæ similis substantiæ individui procreatio. Unde cognoscimus, non esse naturæ, genitum esse, sed hypostaseos. Si enim naturæ esset: nequaquam in ipsâ naturâ genitum contemplaretur, & ingenitum. Hypostasin igitur genuit sancta Deipara, in duabus agnitam naturis: divinitate quidem, ex Patre intemporaliter genitam; in ultimis autem temporibus, in tempore, ex ipsa (scilicet
H Deipara) genitam, & carne partu editam.

Margin note: * l. 4. Orth. cap. 7.

Beda ait: † Maria Dei genitrix, & perpetua virgo. Et: * Maria Deum Filium procreavit. Itèm: † Maria virgo fuit ante partum, & in partu, & post partum.

Margin notes: † Hom. in fest. Purific. — * Hom. in fest. Annunc. de Natu Domi. — * lib. 1. in Job. ..

Albinus inquit: * Gloriosa semper-virgo Mariâ, non

solum

solum hominis Christi sed & Dei genitrix, rectè credenda & confitenda est.

¶ De causis, cur homo factus sit Filius Dei, inquit DAMASCENUS.* Ex quo tempore Deus-Verbum factus caro est, assimilatus nobis per omnia absque peccato, & inconfusè se nostræ attemperavit naturæ, utraq; omnem vicissitudinem permutationem. assumtam desiccavit carnem, citra ullam confusionem; intervenientibus ejus divinitate & carne ... revera nos sanctificavit. Quo factum est, ut filius Dei idem etiam Deus, qui sua divinitate nulli erat obnoxius passioni, assumtâ carne passus sit, nostrumq; exsolverit debitum, refundens precium nostræ redemtionis planè justum, & admiratione dignum.

Orat. 1. de imagin.

BEDA inquit: † Hodierna lectio Angelum à Deo de cælis missum narrat ad Virginem; ut novam in carne nativitatem Filii Dei prædicaret: per quam nos, abjectâ vetustate noxia, renovari, atque inter filios Dei computari possimus. Et. † Factus est particeps nostræ mortalitatis, ut nos faceret participes suæ divinitatis. Itèm: * Christus, cùm esset dominus cælorum, pauper factus est in terris, ut terrigenas edoceret, paupertate spiritus regnum acquirere posse cælorum. Et: Omnia primogenita, signa ... ejus; qui, cum esset unigenitus Dei Filius, primogenitus fieri dignatus est omnis creaturæ, verè & singulariter sanctus Domino: quia peccatum non fecit; nec inventus est dolus in ore ejus. Quod ait. Adaperiens vulvam; consuetæ nativitatis more loquitur. Non, quod Dominus nollet sacri ventris hospitium quod ingressus sanctificârat, egressus, devirginasse credendus sit, juxta Hæreticos, qui dicunt, beatam Mariam, virginem usque ad partum, non-virginem esse post partum. sed juxta fidem catholicam clauso virginis utero, quasi sponsus suo processisse de thalamo. Itèm: * Quæ sunt opera Domini, propter quæ venit Filius Dei in Mundum? nisi cæcitatem generis humani illuminare, vulnerata quæq; sanare, perdita quærere, deformia reformare?

in Psal.102 · *lib. 1. in Luc. cap. 2.* · *in cap. 9. Iohan.*

ALBINUS inquit: † Quia per superbiam recessimus omnes a Deo, Filius Dei per misericordiam factus est homo: ut idem ipse, & per divinitatem Patri; & per humanitatem conjungeret nobis, ac per humanitatem, nostri similem pro nobis cum hoste confligeret; per divinitatem, Patri consubstantialem, ad imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccando amisimus, posset dignè recreare: per mortem nostræ fragilitatis, destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & per impassibilem suæ divinitatis potentiam, reconciliaret nos Deo Patri. Et: † Ista missio, incarnatio est Christi: quæ ad hoc facta est, ut paterna voluntas in salutem humani generis per eum efficeretur.

† lib. 1. in Ioh. cap. 1. · *† cap. 4.*

¶ Purum esse Christum, & absque peccato, BEDA docet: * Christus à malis operibus immunis fuit; licet inter ipsa versaretur. Item. † Christus nec originale, nec actuale peccatum habuit. quia non per concupiscentiam generatus est; & sinè carnali delectatione, de Spiritu sancto conceptus est. Et: * Non ipse in aliquo peccavit, qui solus sinè peccato exstitit, sed pœnam. ac si ipse peccasset, pro peccatis nostris pertulit. Itèm: † Christus innocens, & ab omni peccato immunis, qui os quidem de ossibus Adam, & caro de carne Adam, sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpæ. Et: † Ille verò victor, quia solus sine delectatione conceptus est, ideo solus sinè dolore natus est. & ideò solus habet, quod etiam nimis dees puero imputet. Itèm: † Unus naturaliter Filius est, qui nescit omnino peccare.

** in Psal. 1.* · *† in Psal. 4* · ** in Ps. 40* · *Homil. in purif. Dom.* · *† in Psal. 50* · *† lib. 1. in Luc. cap.*

ALBINUS inquit: * Ex omnibus virum unum inveni perfectè bonum, id est, Christum; sicut Propheta dicit: * Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Solus Christus, sinè omni labe peccati, inventus est bonus. Et: † Ecce agnus Dei; ecce innocens, & ab omni peccato immunis: utpote qui os quidem de ossibus Adam, & carnem de carne Adam; sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpæ.

** in Eccles. cap. 7.* · ** Psal. 13. vers. 3.* · *† lib. 1. in Ioh. cap. 1.*

¶ Sanctus est Christus. BEDA: * Aliter ipse Christus sanctus est; aliter nos. Ipse enim sanctus sanctificans, nos autem sancti sanctificati. sicut ait Apostolus: * Et hæc fuistis: sed abluti estis; sed sanctificati estis.

** in Psal.* · ** 1. Cor. 6 vers. 11*

¶ Dominus. BEDA: * Christus verè Dominus omnium; secundùm etiam humanitatem.

** in Ps. 109*

¶ De quæstione, an Christus sit Spiritûs sancti filius, inquit ALBINUS: * Nec igitur concedendum est, quicquid

lib. 3. de ...

A de aliqua re nascitur, continuo ... eum filium nuncupandum. Ut de multis exemplis hoc proferam, certe qui nascuntur ex aqua & spiritu, neque filios eos rectè quisquam dixerit aquæ, vel Spiritus sancti: sed planè dicuntur filii Dei Patris, & matris Ecclesiæ. Sic ergo Christus, de Spiritu sancto natus, filius Dei Patris, non Spiritûs sancti, dicitur. Si enim filius Spiritûs sancti diceretur Christus secundum humanitatem, duo patres essent in sanctâ Trinitate, Pater & Spiritus sanctus. & Deus ... homo factus, duos habuisset patres: unum divinitatis,
B Deum Patrem, alterum humanitatis, Spiritum sanctum. Sed quis hoc dicere audebit?

¶ Qualis homo sit Christus post resurrectionem, BEDA inquit: * Quando januis clausis Dominus noster ad discipulos ingressus est, ibi quippe caro vera erat: sed deitate, quæ eandem carnem possidebat, efficiente, ita penetrabat claustra; ut sui nulla relinqueret vestigia.

** in Psal. 32*

¶ De precibus C... inquit BEDA: † Nullus Sanctorum ita mundas & immaculatas, atque ab omni vel minima labe cogitationis alienas preces ad Deum habet, ut me-
C diator Dei hominum homo JESUS CHRISTUS. qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. quas utique preces atque orationes secundum hominem, quem assumsit, ad Deum habere credendus est. cum, secundum divinitatem suam, cum Patre ipse exaudiat. ipse quoque secundum utramque naturam, videlicet Dei & Hominis, advocatus & judex est.

† lib. 3. in Iob. cap. 16.

DE DUABUS NATURIS in Christo.

In unâ hypostasi Christi duas esse naturas unitas,
D docent. JOHANNES DAMASCENUS: * Qui duas naturas, & unam hypostasin, in Domino nostro JESU CHRISTO confitentur, duplices quidem & differentes naturarum naturales proprietates simul conspicere debent; simplices autem eas, quæ hypostaseos. Et paulo pòst: Propter quod & in Domino nostro JESU CHRISTO, corporis figuræ, & visionis, id est, faciei character, & esse ipsum filium Virginis, & esse ipsum Filium Dei, infigurabilem, non hypostasium sunt discretiva; sed differentium naturarum. Quando enim ex duabus naturis una hypostasis composita fit: & hæc & illa, hoc est, & divi-
E næ naturæ hypostaticæ proprietates, & humanæ naturæ ejusdem hypostaticæ sunt. Et: † Duæ naturæ in Christo post unionem. Ante unionem enim, non duæ naturæ in Deo Verbo, sed una, quæ Patris. Itèm: Non una natura Christus; sed una hypostasis, duas naturas habens: unam inprincipiatam; & aliam principiatam: & rursus, unam increatam, & creatam unam. Et: † In Domino Christo, quia duæ naturæ, duæ naturales voluntates sunt: ut sit Deus perfectus, & Homo perfectus, nihil relinquens earum, quæ deitatis, proprietatum; neque utique earum, quæ humanitatis. Itèm: * Unus enim unigenitus Filius solus ex solo
F Patre, & solus ex solâ matre, filius Dei & filius Hominis, Deus & Homo, JESUS CHRISTUS filius Dei. Itèm: † Ex duabus perfectis naturis, divinâ & humanâ, dicimus unionem factam esse: non secundum massam aut confusionem aut mixtionem, neque personalem, aut habitualem, aut secundum dignitatem, aut eandem voluntatis conspirationem, aut honoris æqualitatem, aut eandem homonymiæ nuncupationem, aut acceptationem. Sed secundum compositionem, id est secundum hypostasin, invertibiliter, inconfusè, inalteratè, indivisè, & indistanter, & in duabus naturis perfectis, habentibus unam hypostasin. confitemur Filium Dei in-
G carnatum: eandem hypostasin dicentes deitatis ejus & humanitatis; & duas naturas confitemur in ipso salvas integrasq; manere, post unionem non seorsum & particulatim ponentes unamquamque, sed unitas ad invicem in compositâ hypostasi. Itèm: * Perfectum Deum confitentes ipsum Dominum JESUM CHRISTUM, & perfectum hominem eundem dicimus & omnia habere, quæcunque Pater, præter ingenerationem; & habere omnia, quæ Adam, solâ exceptâ peccatiâ. Et: * Quia igitur Christi naturæ duæ sunt, duas ejusdem & naturales voluntates, & naturales actiones dicimus. At verò quia duarum
H naturarum una ipsius hypostasis est, unum & eundem adstruimus, & volentem & agentem naturaliter secundum ambas naturas; ex quibus, & in quibus, & quæ, Christus Deus noster est. Velle autem & agere, non divisè, sed conjunctè & unitè. Vult autem & facit utraque forma, cum alterius dispensat ...

** de duabus Voluntat. Christo, c. 1* · *† cap. 6.* · ** de duabus Voluntat. in Christo, c. 11.* · ** cap. 12.* · *† lib. 3. Orth. cap. 3.* · ** cap. 13.* · ** cap. 14.*

(† cap. 19.) A Et: † *Non divisas dicimus actiones, neque divise agentes naturas, sed unite unamquamque, cum alterius communicatione, agentem id-ipsum quod proprium habuit. Neque enim humana humanè operabatur; quandoquidem non nudus erat homo: neque divina secundum Deū solum: nam non erat nudus Deus, sed Deus simul existens & homo. Quemadmodum enim & naturarum unionem, & naturalem differentiam scimus: ita & voluntatum, & actionum. Animadvertendum igitur est, quod de Christo quandoque, ut de duabus naturis, sermonem agitamus, quandoque vero, ut de unâ personâ, & hoc & illud in unam referimus intelligentiam.* B *Nam duæ naturæ, unus est Christus, & unus Christus, duæ naturæ.*

(† lib. 2. in Iob. cap. 9) BEDA ait: † *Creatus est ipse Dominus* JESUS CHRISTUS *per Deum Patrem, ex Mariâ virgine: ad ostendendas & manifestandas, per filium suum, vias mandatorum suorum, à quibus opera Dei, hoc est, homo aberraverat.* († in cap. 12 Tobiæ.) Item: † *Dominus ab electis intelligitur in divinitate Patri æqualis humanitate nobis consubstantialis.* (* lib. 1. in Iob. cap. 1.) Et: * *Terram hanc assumtum verum hominem ex Mariâ intelligimus; quæ ideo Filio Dei assumente eam, conciliatrix dicitur,* C *quod, per divinitatem assumentem habitant in ea omnes thesauri divinæ sapientiæ & scientiæ absconditi: quam sibi ita indissociabili connexione conjunxit, ut ipse homo, jam assumtus in gloriam, per unitatem personæ in Trinitate, unus sit Filius Dei.* (* lib. 6. in Cant. c. 8.) Item: * *Antiquorum vox est ista justorum, qui Dominum Salvatorem, quem in divinitate Patri & Spiritui sancto consubstantialem credebant, ac debitis venerabantur obsequiis, in hominis quoque habitu, & hominibus consubstantialem videre cupiebant, ut, quæ in prophetiâ noverant, in ipso de quo præcinebantur, completa viderent.* D (* lib. 3. in Cant. c. 3) Et: * *Dominus noster* JESUS CHRISTUS, *non solum verus Dei filius, sed etiam verus est Filius hominis confitendus. Dei quidem Filius, æternaliter ante secula natus, Hominis vero filius, in fine seculorum ex tempore factus.*

(† lib. 1. in Sam. c. 8.) BEDA: † *Vocatus à Patre Christus, qui in illo erat semper ad contemplanda perpetua suæ mirabilia majestatis, respondet se æternâ præsentiâ apud Patrem divinitus esse mansurum, & inter hæc repentè apparens humanitus in carne, loquitur Judæorum magistris: En ipse, quem tanto tempore quærebatis, & in carne venire desiderabatis; quem precibus* E *votisque fidelium crebrò ad salutem Mundi vocabat, advenit: ego ipse, qui loquebar, adsum.* († lib. 3. in Cant. c. 3.) Item: † *Electi gloriam Filii Dei coæqualem Patri ac Spiritui sancto credunt & confitentur, humanæ quoque assumtionem naturæ, in quâ imperium mortis superavit, in æternum clarificatam esse cognoscunt, non suæ videlicet potentia substantiæ; sed operatione assumentis eam Verbi, hoc est, Filii unici Dei.* (* lib. 5 in Cant. c. 4.) Et: † *Inter passiones assumtæ humanitatis, promovebat crebra indicia perpetuæ divinitatis. Ad fragilitatem namque humanitatis pertinet ipsum, quod Parvulus natus est nobis: ad potentiam divinitatis,* F *quod de Virgine natus est, eademq; nativitas angelicis est prædicata vocibus, & celebrata mysteriis. Ad potentiam divinitatis, quod indicio stellæ monstratur adorandus à Magis: ad fragilitatem humanitatis, quòd duci & tentari à Diabolo potuit. Ad potentiam divinitatis, quod, illo victo ac repulso, ministeriis honoratur angelicis.* († cap. 5) Et: † *Totus Christus Deus est & Homo, id est Verbum, Anima, & Caro. Et totus est desiderabilis: quod non solùm de incommutabili majestate perpetuæ divinitatis; verùm etiam de clarificatâ substantiâ assumtæ humanitatis accipiendum est.* (* Hom. in festo Purific.) G Item: * *Dominus, nostræ per omnia memor salutis, non solum homo fieri cùm Deus esset, sed etiam, cùm dives esset, pauper fieri dignatus est pro nobis, ut nos, suâ paupertate simul & humanitate divitiarum & divinitatis suæ donaret esse participes.* (* in Psal. 3) Et: * *Duplex in Christo natura est. In eo enim est, & cui conveniat postulare, humana scilicet natura: & cui conveniat exaudire; divina scilicet natura. Hominis enim est postulare. Dei autem exaudire.* (* in Psal.) Item: * *Dominus Christus ex duabus & in duabus naturis in* [illegible] *atque desinitus una persona salubriter & indubitanter* [illegible] *tur. Qui enim apud Patrem erat: ie tempore* [illegible] *ex matre* [illegible] H [illegible] *thalamus, quia* [illegible] *tanquam sponsam so*[illegible] (* in Psal. in Ps.) [illegible] *quam Dei* [illegible] *est* [illegible] *Dominus Chri*[illegible]

A *persona.* Item: * *Dixit Dominus Domino meo.*] *Dominus Pater dixit Domino Filio suo, secundum divinitatem, Filio autem & Domino meo secundum humanitatem.* (* in Psal. 109) († Homil. in Iudic. Eccles.) Et: † *Majus autē omnibus, quod mediatori Dei & Hominū Homini* JESU CHRISTO, *Pater dedit, hoc est: ut sit unigenitus ejus filius, in nullo gignenti vel naturâ dissimilis, vel virtute inferior, vel tempore posterior. Quia videlicet æqualitatem ipse Dominus in divinitate habuit, priusquam Mundus esset, apud Patrem, nec in humanitate ex tempore incarnationis accepit. Unum (inquit) sumus, una nobis substan-* B *tia una divinitas, una æternitas, perfecta æqualitas, dissimilitudo nulla.* (* Hom. in die Adventus.) Et: * *Idem Filius Altissimi, qui in utero virginali conceptus & natus est. Idem homo in tempore, creatus ex matre, qui Deus est ante tempora, natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est: omittat Nestorius, hominem tantum dicere ex virgine natum; & hunc a Verbo Dei, non in unitatem personæ, sed in societatem inseparabilem esse receptum. Alioquin non unum Christum, verum Deum & Hominem, sed duos (quod dici nefas est) [illegible] credere: ac per hoc, non Trinitatem, sed quaternitatem, prædicare convincitur. Catholica autem fides, sicut unumquemlibet hominem,* C *carnem & animam: ita Hominem & Verbum unum Christum, rectissime confitetur: juxta quod & Angeli verba significant, quæ dandam illi sedem David patris ejus asseverant. Qui enim eundem ipsum habere patrem David, quem filium Altissimi pronunciat vocari: in duabus utiq; naturis unam Christi personam demonstrat. Accepit autem sedem David: ut nimirum gentem, cui David quondam, & filii ejus, temporalis regni gubernacula præbuerant, ipse perpetuum vocaret ad regnum, quod eis paratum est ab origine Mundi.* (Homil. in Natal. Dom.) Item: † JESUS CHRISTUS, *in eo, quod puer erat, id est, habitum humanæ fragilitatis induerat, cre-* D *scere & confortari habebat. In eo vero quod etiam Verbum Dei, & Deus æternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Unde rectissime plenus sapientiâ perhibetur, & gratiâ. Sapientiâ quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: gratiâ autem, quia eidem Mediatori Dei & hominum, Homini* JESU CHRISTO, *magna gratiâ donatum est, ut, ex quo homo fieri cœpisset, perfectus esset & Deus.* (* Homil. Epiph.) Et: * *Quia per superbiam recessimus homines a Deo, Filius Dei per misericordiam factus est homo: ut idem ipse, & per divinitatem Patri, & per humanitatem congrueret nobis: per humanitatem similem* E *nobis, pro nobis cum hoste confligere, per divinitatem, Patri consubstantialem, ut imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccando amisimus, posset digne recreare: ac per mortem nostræ fragilitatis destrueret eum, qui habebat mortis imperium; & per impassibilem suæ divinitatis potentiam reconciliaret Deo Patri, cum quo vivit & regnat Deus, in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum.* († lib. 2. in Luc. cap. 2.) Item: † *Solicite nobis Scriptura utramque Salvatoris nostri naturam, & humanam videlicet commendat, & divinam.* (* lib. 1. in Marcum, 1) Et: * *Atque ex utroque Evangelio Matthæi & Marci, unus Dominus noster* JESUS CHRISTUS, *Dei &* F *Hominis filius est intelligendus. Et aptè primus Evangelista, Filium hominis eum; secundus, Filium Dei nominat: ut à minoribus paulatim ad majora sensus noster exsurgeret; ac per fidem & sacramenta humanitatis assumtæ, ad agnitionem divinæ æternitatis, ascenderet. Aptè, qui humanam generationem erat descripturus, à Filio hominis cœpit, David videlicet, sive Abrahæ: de quorum stirpe substantiam carnis assumsit. Aptè is, qui librum suum ab initio evangelicæ prædicationis inchoabat, Filium magis Dei appellare voluit, Dominum nostrum* JESUM CHRISTUM. *Quia nimirum & humana erat natura, de progenie Patriarcha-* G *rum sive Regum veritatem carnis suscipere: & divina suæ potentiæ, Evangelium Mundo prædicare.* († cap. 2.) Et: † *Christus idem ipse, & Deus, & Filius hominis est: ut & homo Christus, per divinitatis suæ potentiam, peccata dimittere posset; & idem Deus Christus, per humanitatis suæ fragilitatem, pro peccatoribus mori posset.* (* lib. 2. in Marc. c. 4.) Item: * *In navigatione Dominus utramque, unius ejusdemq; suæ personæ, naturam dignatur ostendere: dum ipse, qui ut homo dormit in navi, furorem maris verbo compescit ut Deus.* († lib. in Luc. cap. [illegible]) Et: † *Est ergo unigenitus, in substantiâ deitatis; primogenitus, in susceptione humanitatis. Primogenitus in gratia, unigenitus in naturâ. In-* H *de est, quod Frater nuncupatur, & Dominus. Frater, quia primogenitus: Dominus, quia unigenitus.* Item: *Qui per divinitatis essentiam, veritas & vita permanet, per incarnationis mysterium via factus est: quò nos ad Patriam, ubi veritate & vita frueremur, adduceret.* Et: *Quod enim videre non poteramus, dum erat*

A Verbum, videamus [illegible] tum, quia [illegible] est. Et: *Quia enim Deus & Homo est Christus, nunc excelsa de se, nunc infima prafert humana fragilitatis. Quasi homo seniores interrogat: quasi Deus, qua seniores & docti [illegible], respondet. Quasi Dei filius, in templo Dei commoratur: & quasi Filius hominis, cum parentibus, quo jubent, regreditur.* Item: * *Quod Christus secedit in ore, non ei natura tribuas, qua dicit;* Volo, mundare: & , Curabat ab infirmitatibus: *sed ei, qua extendens manum, tetigit leprosum. Non quod, juxta Nestorium, gemina sit filii persona: sed quod ejusdem persona, sicut natura, sic & operationes sint dua.* — [* lib. 2. in Luc. c. 5.]

B Item: * *In documento utriusque natura, & Christo Angeli ministrasse, & eum Angelus confortasse, describitur: quoniam, qui Deus ante secula existit, homo factus est in fine seculorum. Qui & , priusquam per resurrectionis exaltaretur gloriam, divinitate super angelos fuit: sed tamen ab angelis (ut scriptum est) humanitate minoratus, ex quo & morti subjacuit. At, postquam mortem resurgendo calcavit; humanitatem suam etiam majestatibus Archangelorum superposuit. Certe, si quid sibi hæresis ex hoc blanditur, ut infirmum affirmet, cui opus fuerit Angeli confortantis auxilio: meminerit, Creatorem angelorum, creatura sua non eguisse* C *præsidio. Quippe, si vellet, duodecim millia legionum de cœlis angelorū deduceret. Tum deinde necessario eo modo eum confortatum, quo & tristem esse. Nam, si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est: necesse est, ut & propter nos sit confortatus, & nobis.* — [* lib. 6 in Luc. c. 22.]

Item. * *Et Verbum caro factum est.) Nihil aliud debet intelligi, quam si diceretur, Et Deus homo factus est, carnem videlicet induendo, & animam. ut, sicut quisque nostrum unus homo, ex carne constat & anima, ita unus ab incarnationis tempore Christus, ex divinitate, carne & anima, constet. Deus ab æterno in æternum existens verus erat, hominem ex tempore assumens, in unitatem,* D *persona, verum, quem non habuerat.* Et paulò post: *Gratia plenus erat & est homo* CHRISTUS JESUS, *cui singulari munere præ cæteris mortalibus datum est: ut statim* [illegible] *utero Virginis conciperetur homo, fieri inciperet verus esse Deus. Unde & eadem gloriosa semper-virgo Maria, non solum [illegible] hominis Christi, sed & Dei genitrix, recte credenda & confitenda est. Idem veritatis plenus erat & est: ipsa videlicet Verbi divinitate; qua hominem illum singulariter electum, cum quo una persona Christi esset, assumere dignatus est: non aliquid sua divina sub*-E*stantia, ut Hæretici volunt, in faciendam hominis naturam commutans, sed ipsa apud Patrem manens, totum, quod erat, totam de semine David naturam veri hominis, quam non habebat, suscipiens.* — [* lib. 1 in Joh. c. 1.]

Item: *Qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore est a Patre genitus.* Et: * *Si videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius. In terra loquebatur; & in cœlo se esse dicebat. Quod quo pertinet, nisi ut intelligamus, unam personam esse Christum, Deum & Hominem, non duas: ne [illegible] nostra non sit trinitas, sed quaternitas. Christus ergo unus est, Verbum, Anima, Caro: unus Christus. Filius Dei; & Filius hominis: unus Christus,* F *Filius Dei semper; Filius hominis ex tempore: tamen unus Christus, secundum unitatem personæ, in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in cœlo; quomodo Filius Dei in terra. Sic Filius Dei in terra, suscepta carne, quomodo Filius hominis in cœlo, in unitate personæ.* — [* in cap. 6 Johan.]

Item: * *Sicut unus Homo Anima & Corpus, sic unus Christus, Verbum & Homo. Anima & corpus duæ res sunt, sed unus homo. Verbum & Homo duæ res sunt; sed unus Christus. Nemo enim titubet in fide, quando audit Dominum dixisse,* Potestatem habeo ponendi animam meam. G *Ponit eam Caro, sed ex potestate Verbi. Sumit eam Caro; sed ex potestate Verbi. Verbum, anima, caro, unus est Christus. &, dum caro occisa fuit, Christus occisus fuit: & dum caro animam resumpsit, Christus animam resumpsit. quia, quicquid [illegible] in dispensatione humanæ salutis, totum unus Christus egit. [illegible] Filius Dei proprius & perfectus, unus Deus verus & omnipotens. Homo propter Verbum Deus; Deus propter Homo [illegible] homo [illegible].* * *Nec sine vera credenda est humanitate divinitas, nec sine vera divinitate humanitas. Sed & in nobis hæc unum sunt: non natura [illegible] suam substantia, sed ejusdem* H *operationes [illegible] steras.* — [* in cap. Joh.] [* in cap. Epist. ... ban.]

Antonius ait: * *Christus in sua doctrina creditur verus Deus, & verus Homo.* Et: * *Christus factus est ex semine David, [illegible] carnem; qui prædestinatus est Filius Dei in virtute: qui factus est nobis turris fortitudinis a facie inimici.* — [* lib. 2 in [illegible] lib. 6]

A Albinus inquit: * *Melchisedec rex Salem (quem Apostolus dicit sine patre & sine matre esse) figuraliter Christum significat. quia Christus, sine matre in cœlo, & sine patre in terris; offerens Deo pro nobis in terris, sui corporis panem & sui sanguinis vinum: ad quem dicitur,* Tu es sa[cerdos in æt]ernum. Et: * *Christus aliter de Spiritu sancto, aliter [de Mari]a virgine natus est. non de illo, sicut de patre, de illa vero, sicut de matre.* — [* Quæst. in Genes.] [* lib. 3 de Trin. c. 1.]

Item: * *Veritas quippe ipsa, unigenitus est Dei Filius: non gratia; sed natura. Gratia suscepit hominem, tanta unitate perso*-B*na: ut idem ipse esset etiam Filius hominis, qui Dei Filius unicus, unigenitus. In ipso uno Deo & Homine, plena gratia humanitatis; plenaque divinitatis veritas agnoscitur.* — [* cap. 2.]

Item: * *Beatus Evangelista, ut proprietatem unius personæ in Christo ostenderet, ait:* * Verbum caro factum est. *Verbum, quod erat apud Deum, ante quam Mundus esset; per quod Mundus factus est. Verbum, quod non amisit æternitatem suam, quamvis in tempore, ex virginali utero carnem assumendo, homo fieri voluerit. Quod Verbum, per omnipotentiam suam, voluit hunc hominem, quem assumpsit, hoc fieri [in] tempore quod ipse semper fuit* C *sine tempore; id est proprius filius Dei. ut non possint dici duo filii Dei: alius ante tempora genitus, & alius natus ex tempore sed unus Dei Filius proprius, & perfectus Deus, Dominus noster* JESUS CHRISTUS, *quem beata virgo Maria, salva sui integritate corporis, Deum edidit & Hominem.* Et: * *Redemtor noster noluit Dei tantum Filius manere: Hominis quoque filius fieri dignatus est, non amittens, quod erat, sed assumens, quod non erat: ut per hoc homines in Dei filios transferret, gloriæque suæ faceret cohæredes, &, quicquid ipse semper habebat per naturam, inciperent illi habere per gratiam.* — [* cap. 14] [* Johan. 1. vers. 14.] [* lib. 3. in Joh. c. 1.]

D Item: *Ipse Filius Dei homo fieri, & habitare inter homines dignatus est, ut, humanæ particeps existendo fragilitatis, homines divinæ virtutis suæ donaret esse participes.* Et: *Divinitas hominem illum singulariter electum, cum quo una Christi persona esset, assumere dignata est: non aliquid suæ divinæ substantiæ (ut Hæretici volunt) in faciendam hominis naturam commutans, sed ipsa apud Patrem manens totum, quod erat, totam de semine David naturam veri hominis, quam non habebat, suscipiens.* Et: *Incarnatus Dominus veniens, quasi calceatus apparuit; qui, in divinitate sua, morticina corruptionis nostræ assumsit. Sed hujus incar*-E*nationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest, quomodo incorporatur Verbum: quomodo summus & vivificator Spiritus, intra uterum matris animatur: quomodo is, qui initium non habet, & existit, & concipitur.*

Item: * *utraque Christi nativitas mirabilis fuit: divina sine matre, humana sine patre homine.* Et: * *Sicut unus homo est anima & corpus, sic unus Christus, Verbum & Homo. Anima & corpus duæ res sunt, sed unus homo. Verbum & homo duæ res sunt, sed unus Christus.* Et: * *Agnoscamus geminam substantiam* F *Christi: divinam scilicet, qua æqualis est Patri, humanam, qua major est Pater. Utrumque autem simul, non duo; sed unus Christus: ne sit quaternitas, sed trinitas Deus. Sicut enim unus est homo, anima rationalis & caro: Christum in his omnibus, Christum in singulis, confitemur. Quis est ergo, per quem factus est Mundus?* CHRISTUS JESUS, *sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus?* CHRISTUS JESUS, *sed in forma servi. Item de singulis, quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno?* CHRISTUS JESUS, *sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulcro?* CHRI*-*G STUS JESUS, *sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus: verum hæc omnia, non duo vel tres; sed unus est Christus.* — [* lib. 4 in Joh. c. 9 lib. 5. cap. 10.] [* lib. 6 cap. 14.]

Concilium Nicænum II. Action. 6. * *Hominem Deus, & Verbum patris perfectus homo factus, neque naturam commutans, a casu erexit; & illum ab errore exuens idolorum, ad immortalitatem formavit: tribuens illis insuper donum certæ spei & confidentiæ, quæ sane priore multo est diuturnior adeoque ipsa formatione melior extitit reformatio; quæ est gratia sempiterna.* Item: *Ex duabus naturis, & in duabus naturis, Christum* H *esse, fatemur; nempe indivisim divina & humana.* Et: *Is, qui extra carnem est, incarnatus est: Verbum corpus induit: increatum creatum: intangibilis est palpatus. eum que unum in deitate & humanitate perfectum prædicant.* Item: *Quemadmodum Deus, & Verbum Dei Patris invisibile, incomprehensibile, & ia*— [* Tomo 2. Concil.]

omni loco dominationis suæ exsistit: ita secundum naturam humanam, quam assumpsit, visibilis, & circumscriptibilis, & comprehensibilis est.

CONCILIUM Nicænum VII. falsò sic dictum: * Si quis non confessus fuerit, ejusdem sanctæ Trinitatis unum, videlicet Filium, & Verbum Dei & Patris, Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, ante secula quidem ex Patre, secundum deitatem; in extremis autem temporibus ipsum, propter salutem nostram, e cœlis descendisse, & incarnatum ex Spiritu sancto & Maria virgine, & ex eadem natum, supra omnem humanæ intellectus comprehensionem: anathema. Item: Si quis non confitetur, Deum esse secundum veritatem Emanuel; & ob id virginem sacram Deiparam, quæ secundum carnem, carnem factum Deum Verbum genuit: anathema. Item: Si quis Verbum ex Deo Patre, carni secundum hypostasin non unitum, & unum esse cum propria carne, Christum, eundem videlicet Deum & Hominem, non confessus fuerit: anathema. Item: Si quis non confessus fuerit, Dei carnem vivificantem esse, & propriam ipsius ex Deo Patre Verbi; sed veluti alterius præter ipsum unitam secundum dignitatem, videlicet quasi tantummodo in ea divinam habitationem habuerit, minime vero vivificantem, ut diximus, quod factum sit in proprietate Verbi, omnia vivificare potentis: anathema.

* Tomo 2. Concil.

CAROLUS Magnus: * Quanquam Christus totam humanam naturam, carnem videlicet cum sensibus suis, & animam cum ratione sua, non divinitate in humanitatem conversa, neque humanitate in divinitatem mutata; sed permanente utriusque naturæ proprietate, Deus-Verbum hominem in unitate personæ susceperit: hominis tamen originale peccatum non suscepit. Et: * Non secundum divinitatem, in qua unius cum Patre substantiæ, æqualis Patri permanet, sed secundum humanitatem, qua Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; & de qua dicit, Pater major me est: accipi debet illud, Pater clarifica nomen tuum. Qui, dum in forma servi minor sit Patre, in forma Dei æqualis ei procul dubio creditur. Item: Rogat, quasi Hominis filius: imperat, quasi Dei filius. Et: * Corpus Domini a divinitate non discernatur, salva utriusque naturæ proprietate; sed ad unam personam referatur.

* lib 4. de Imaginib. cap 14.
* lib. 1. cap 4.
* lib. eod. cap. 5.

¶ De unione duarum naturarum, inquit DAMASCENUS: * Omnis hypostasis, ex differentibus naturis composita, naturales proprietates duarum naturarum habet secundum necessitatem; & confusio consideratur in unione. Ignis enim & aqua, contraria sunt omnino: ignis quidem calidus & siccus, aqua autem frigida & humida. Sed quando compositum est corpus ex quatuor elementis, quatuor habet qualitates, caliditatem & frigiditatem, humiditatem & siccitatem. Si igitur, ubi confusio consideratur, necessarium, considerari naturales proprietates compositorum: quanto magis in inconfusa unione? Et: * Sancta vero carni sua Deus Verbum personaliter unitus est: & ad id, quod natura nostra est permixtus inconfuse. Et: * Non Hominem deificatum dicimus, sed Deum humanatum. Nam, qui est natura perfectus Deus, factus est perfectus homo: idem ipse, non natura mutatus, neq. dispensationem carnis secundum phantasiam monstrans; sed ex semper-sancta Virgine sumta, rationaliter & intellectualiter animata carni, in se-ipso esse assecuta, unitus est secundum hypostasin, inconfuse, inalterabiliter, & indivise: non transmutans sui-ipsius deitatis naturam in carnis substantiam, neque certe carnis suæ substantiam in sui deitatis naturam. Neque ex divina sui-ipsius natura, & ea, quam assumsit, humana natura, unam naturam perfecit compositam. Item: * Conjunguntur naturæ ipsius in hypostasi unam hypostasin compositam habentes, secundum quam differt, & a Patre, & a Spiritu, & a matre, & a nobis. Et: * Totum totus assumsit me, & totus toti unitus est, ut toti salutem largiretur. Item: * Uniuntur Domini naturæ inconfuse, secundum hypostasin, at dividuntur indivise, ratione & modo differentiæ. Quomodo unitæ sunt, non numerantur. nam non dicimus, duas secundum hypostasin esse Christi naturas: ceterum quomodo indivisibiliter dividuntur, numerantur. Nam duæ sunt Christi naturæ ratione & modo differentiæ. Unitæ enim sunt secundum hypostasin, & in se invicem [illegible] habentes, inconfuse sunt unitæ, propriam unaquæque differentiam servantes. Modo igitur differentiæ [illegible] numerata, ad discretam quantitatem reducuntur. Unus igitur est Christus, Deus perfectus, & Homo perfectus, quem adoramus [illegible] Patre & [illegible], una adoratione, cum immaculata carne ejus. Neque inadorabilem autem

* de duab. Voluntat. Christi. cap 18.
* lib. 3. Orthod. fide c. 12
* lib. 3. cap. 2.
* cap. 3.
* cap. 6.
* cap. 8.

esse dicimus. nam adoratur in una Verbi hypostasi, quæ & ipsi hypostasis facta est. Neque creaturam colimus. nam non ut nudam carnem adoramus, sed counitam divinitati: & ut in unam personam, & unam hypostasin Dei Verbi duæ eius revocatæ sunt naturæ. Et: * Deus igitur Verbum incarnatum, neque sola cogitatione contemplatam naturam sumsit; nam non hoc incarnatio; sed deceptio, & figmentum incarnationis: neque in specie consideratam: quandoquidem non omnes hypostases assumsit: sed in individuo consideratam, & in eadem exsistentem specie. Primitias enim nostræ massæ assumsit, non quæ secundum se-ipsam subsisteret, & individuum prius esset, & sic ab ipso assumta, sed quæ in ejus hypostasi subsisteret. Et paulo post: Unio quidem solam ostendit conjunctionem: ad quid autem conjunctio facta est, nondum ostendit. At incarnatio, sive (idem dicendo) humanatio, ad carnem, id est, ad hominem, conjunctionem ostendit: quemadmodum & ignitio, ferri ad ignem conjunctionem. Et: * Est scire operæpretium, quod non secundum transmutationem naturæ, aut versionem, aut alienationem, aut confusionem, caro Domini deificata dicitur, simul Deus & Deus facta, ut divinus loquens inquit Gregorius. Quorum hoc quidem deificavit, illud vero deificatum est, ausim dicere [illegible], id est, simul-Deum. Et hominem fieri, quod ungit, & Deum, quod ungitur. Hæc enim non secundum transmutationem; sed secundum dispensatoriam unionem. Secundum hypostasin dico, secundum quam inseparabiliter Deo-Verbo unitur, & in se invicem naturarum ingressionem, immutationemque: quemadmodum dicimus ferri ignitionem. Nam ut humanationem sine transmutatione & versione confitemur: ita & factam deificationem carnis glorificamus. Neque enim idcirco, quod Verbum caro factum est, æternus propria divinitate excessit, neque ab iis, quæ divinitati adsunt, Deo-decentibus glorificationibus. Sed & neque caro deificata, a propria versa est natura, aut a naturalibus proprietatibus. Manserunt enim, & post unionem, naturæ inconfusæ, & earum proprietates illæsæ.

* cap. 11.
* lib. 17.

BEDA ait: * Incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest, quomodo corporatur Verbum: quomodo summus & vivificator spiritus, intra uterum matris animatur: quomodo is, qui initium non habet, & exsistit, & concipitur. Et: Per carnalem generationem, Filius Dei filius hominis factus est.

* lib 1. in Luc. c. 2.

APONIUS inquit: * Nunc autem per unitionem Dei & Hominis assumti, divinitatis & humanitatis æternalis & temporalis collegium, vetus & novum duo Testamenta, Ecclesiæ ubera cognoscuntur.

* lib. 4 in Cantic.

¶ De duabus in Christo Voluntatibus & operationibus, inquit DAMASCENUS: * Voluit igitur & vult, ut Deus, divina; & voluit & vult, ut homo, humana: non contrarietate sententiæ; sed proprietate naturarum. Et: * Operatio est naturalis uniuscujusque substantiæ, & potentia, & motio, sine qua solum non-ens. Qualiter igitur non habebit naturalem operationem humana natura Dominus? Non-exsistentia enim naturalis uniuscujusque operationis, non-exsistentiæ exsistit naturæ. Si igitur non habuit humana natura operationem: neque naturam habuit humanam. Quorum enim natura diversa; horum & voluntas & operatio diversa. Item: In sancta Trinitate, naturalia omnia voluntabilia & operabilia: propter quod & eadem trium hypostasium. In Angelis autem & Hominibus, non idem voluntabile, neque idem operabile, neque idem modus usus. Unaquæq; enim angelorum & hominum hypostasis, proprium habet motum, & separatim vult, & operatur. Propter quod in Domino nostro JESU CHRISTO quia duæ naturæ, & duæ operationes naturales, ut sit Deus perfectus, & homo perfectus; & duo operari, & differenter operari, secundum naturalem duarum naturarum differentiam, divina & humana: omnipotenter & impassibiliter, secundum divinam naturam; & infirme & passibiliter secundum humanam naturam.

* cap. 13.
* cap. 12.

ALBINUS ait: * Deus Pater per duas in Christo operatur naturas. Per unam, quæ ei communis est cum Deo Patre, ex eo quod Deus est: per alteram, quæ ex virgine Maria homo factus est. Per has duas naturas, in suo Filio Dei, duas fecit Deus Pater resurrectiones humani generis; id est animarum & corporum.

* lib 3. de Trinit. cap 18.

BEDA: * Consideranda est, in uno eodemque Redemptore nostro, distincta operatio divinitatis & humanitatis. Atq; error Eutychetis, qui unam tantum in Christo operationem dogmatizare præsumsit, penitus a Christianis finibus expellendus. Et: * Spiritu

* lib 2. in Marc. 8.
* lib. 4 [illegible]

dem promtus est, ut caro infirma.] Facit & hic locus adversus Eutychianum: qui dicunt, unam in Mediatore Dei ac hominum, Domino ac Salvatore nostro, operationem; unam fuisse voluntatem. Cùm enim dicit, Spiritus quidem promtus est; caro verò infirma; *duas voluntates ostendit humanam videlicet quæ est carnis; & divinam, quæ est deitatis. Ubi humana quidem, propter infirmitatem carnis, recusat passionem, divina autem ejus est promtissima. Quoniam formidare quidem in passione, humanæ fragilitatis est: suscipere autem dispensationem passionis, divinæ voluntatis atq; virtutis est.*

¶ Cur Deus & Homo sit Christus, BEDA docet: * [* in Ps. 23.] *In hoc profuit humanitas Christi, quia, ne nos in peccatis moreremur, mortua est. In hoc verò profuit divinitas; quia, cùm carnem à morte suscitavit, immortalitatem vitæ per resurrectionis spem contulit. Unde dictum est: Quod mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit.*

¶ Christum in duabus naturis adorari, inquit DAMASCENUS: * [* de duab. volunt. in Christo. cap. 6] *Adoro incarnatum Deum-Verbum; & coadoro carnem: non propter carnis naturam, sed propter unitum ipsi Deum Verbum. Adoro Regem cum purpura; & honoro purpuram, propter Regem. Et unitum in Rege quidem & veste, secundùm hypostasin unio, neq; inevulsibilis, neque semper manens: in Christo autem, Domino nostro, secundùm hypostasin inevulsibilis & semper-manens unio. Propter quod, ut unum sanctæ Trinitatis coadoro cum Patre, & cum Spiritu sancto, Christum incarnatum Filium Dei & Deum.* Itèm: * [* lib. 4. Orthod. c. 3.] *Caro igitur, secundùm ipsius naturam, inadorabilis est, ut creatura: unita autem Deo Verbo, propter ipsum, & in ipso, adoratur.*

¶ Quòd Maria virgo sit Deipara, DAMASCENUS docet: * [* lib. 3. Orthod. c. 12.] *Deiparam, Dei-genitricem, Deiq; parentem, & propriè, & verè, sanctam Virginem celebramus. Nam, ut verus Deus est, qui ex ipsa natus est: ita vera Dei genitrix, verum Deum, ex ipsâ incarnatum, genuit. Deum enim dicimus ex ipsâ natum esse: non ut divinitate principium Verbi, vel Verbum esset, ex eâ accipiente; sed ut ipso Dei Verbo, ante secula, sinè initio ex Patre genito, & sine initio & sempiternè exsistente cum Patre & Spiritu sancto, in novissimis temporibus, propter nostram salutem, in utero ejus inhabitante, & ex ipsâ incommutabiliter incarnato & genito. Non enim hominem nudum genuit sancta Virgo, sed Deum verum: non nudum; sed incarnatum: non ex cælo corpus traducentem, & ut per canalem per ipsam transeuntem; sed consubstantialem nobis carnem suscipientem, in se-ipso sustentatam. Si enim cælitus corpus acceptum est; & non ex eâ naturâ, quæ secundum nos, sumtum est: quæ utilitas humanationis? Humanatio enim Dei Verbi propter hoc facta est: ut ipsa, quæ peccavit & cecidit, & corrupta est natura, vinceret eum, qui seduxerat, tyrannum; & sic à corruptione liberaretur, quemadmodum divinitus inquit Apostolus:* * [* 1. Cor. 15. vers. 21.] Quoniam per hominem mors; & per hominem resurrectio ex mortuis.

DE OFFICIO CHRISTI.

Christum esse Messiam, BEDA docet: * [* lib. 3. in Marc. c. 12] *Moyses & Helias cum Domino loquuntur; ut ostendant ipsum esse, quem cuncta Legis & Prophetarum oracula promiserunt.*

De Beneficiis Christi loquitur idem BEDA, dicens: * [* lib. 2. in Esdr. c. 14.] *Restauravit Dominus Scripturam sacram, &c. Sed & novum Testamentum, misso desuper Spiritu sancto, per Apostolos, sive Apostolicos viros, fecit describi. Eduxit populum de Babylonicâ captivitate, & ad Hierosolymam, terramq; repromissionis, liberatum induxit. Quia & semel passus in cruce, Mundum suo sanguine redemit: ac descendens ad inferos, quoscunq; ibi veros Israelitas, id est, electos, invenit, abductos inde ad mœnia superna civitatis adduxit; eisque gaudia olim promissa hæreditatis concessit.* Itèm: * [* lib. 2. de Tab. c. 8.] *Ipse mediator Dei & hominum specialiter à Deo Patre donatus est; ut esset propitiatio pro peccatis nostris.*

APONIUS inquit: * [* lib. 1. in Cant.] *Christus est pax nostra.* Et: * [* lib. 5. in Cant.] *In hanc convallem Mundi Dominum hæc tria apportasse cognoscitur: abolitionem peccati, abstersionem mendacii, & refrigerii temperamentum ignium genitalium; de quo nascitur amor conservandæ virginitatis.* Et: * [* lib. 4.] *Christus moriendo vitam perditam reddidit, & destruxit mortis imperium.* Itèm: * [* lib. 5.] *Ab omni maculâ peccatorum mundatam Ecclesiam, sacrosancto baptismate, & omni rugâ hæreticæ altercationis doctrinæ lite extersâ, pulcerrimam reddidit* JESUS CHRISTUS *Dominus noster.* Et: * [* lib. 5.] *In Christi doctrinâ Ecclesia, id est, fidelium turba, libertatem invenit, in morte vitam, in sepultura silentium, in duris laboribus (quos dæmonum flagris acta exsolvebat quotidie) requiem.*

ALBINUS inquit: * [* in Eccles. cap. 1] *Pacificus & dilectus Dei Patris, & Ecclesiastes noster, Christus est, qui medio parrete destructo, & inimicitias in carne evacuans, fecit utraq; unum, dicens:* * [* Joh. 14 vers. 27] Pacem meã do vobis. *De quo Pater ad discipulos:* * [* Matt. 17 v. 5] Hic est, *inquit*, Filius meus dilectus, &c. *Qui est caput Ecclesiæ.* Et: *Sol Christus Deus omnia vivificat & illuminat, spiritualis gratiæ splendore & virtute: in cujus pennis sanitas est: qui credentes in eum oritur, & infidelis cuilibet occidit.* Et: * [* in Cant.] *Christus egressus est de virginali utero in Mundum: ut contereret & subverteret imperium stulti Regis, qui ei ostendit omnia regna Mundi, eoq; victo, vasa illius caperet, & domũ subverteret; captivamq; captivaret captivitatẽ.* Itèm: * [* Q. Gen.] *Christus suâ simplâ morte, duplã mortem, animæ videlicet & corporis, destruxit. Nam solâ carne mortuus est ad tempus, animâ verò nunquam, qui nunquam peccavit.* Itèm: * [* in Psal. 4. pœnit.] *Humilitas Christi solvit peccata nostra, humillimæ herbæ Hyssopo benè cõparata: quæ, sicut & hæc à corporibus, ab animis nostris inflationem tollit superbiæ.* Et: * [* in Cant. graduum.] *Ideò Deus de cælo descendit ad nos in terram, ut nos de terrâ ascendamus in cælum. Ideò ille descendit in vallem lacrymarum nostrarum, ut nos ascendamus in beatitudinem lætitiæ illius.* Itèm: *Quid est, quod semper est; nisi Deus, qui dixit, Ego sum qui sum? qui descendit, ut ascenderemus? qui participavit nostræ mortalitati, (nam Verbũ caro factũ est, & habitavit in nobis) ut participari possemus suâ æternitate. Nam de plenitudine ejus nos omnes accepimus.* Et: *Sicut Christus liberatus est ab omni iniquitate, & à persecutione Impiorum, & victor gloriosus ad paternam rediit sedem, sic nos per illum liberati sumus; & non sumus dati in laqueos diabolicæ fraudis, nec in manus venantium nos vitam perdidimus: sed fidem servavimus, & melius, quod perdidimus, invẽturi sumus: ipsâ dicente Veritate;* * [* Matt. 16 vers. 25.] Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

CAROLUS Magnus ait: * [* lib. 3. cap. 27.] *Ad liberandas animas; non ad imagines, Redemtor Mundi ad terras descendit.* Et: * [* lib. 1. c. 8] *Regnat ergo ille in nobis; non conregnat nobis: regnat videlicet in credentibus, quia usq; ad crucem & mortem infirmatus est. Hoc autem modo Filius propriè regnat in fide credentium.* Itèm: * [* cap. 28.] *Christus est finis legis, ad justitiam omni credenti; qui est finis sinè fine.*

GREGORIUS II. Papa, in Epistolâ 3. ad Thuringos: * [* Tomo 2. Concil.] *Dominus* JESUS CHRISTUS, *Filius Dei, Deus verus, de cælo descendit, homo factus est pro nobis; pati & crucifigi dignatus est; & sepultus, tertio die resurrexit à mortuis, & ascendit in cælos. Discipulis etiam suis, sanctis Apostolis, ait:* * [* Matt. 28. vers. 19] Euntes docete omnes gentes, &c. *Ipse enim credentibus in se vitam æternam promisit.*

CONSTANT. Imp. & Irene, in Epist. ad Synodũ Nicenã II. Actor. 1. * [* Tomo 2 Concil.] *Jesus Christus, Dominus noster, verus Deus, verâq; juxta Dei Patris naturã sapiẽtia, per illam in carne divinitatẽ, mirificamq; œconomiam, vindicans nos ab errore idolorum, nostram naturam liberando renovavit, cooperante illius congenere Spiritu sancto. Et primus factus summus Sacerdos, hujus appellationis reddidit nos consortes, ô viri Sacerdotes. Hic pastor bonus ille, qui errãtẽ oviculã in humeris portans, hominẽ, qui ab ovili suo exciderat, restituens in consortiũ angelicæ suæ sacriq; muneris virtutis, per seipsum nos redemit: solvens intersepti obstaculum, ut mirum inimicitiam, in carne sua nobis pacificam rationẽ vivendi gratuitò concessit: ob id & cũctis evangelicè prædicari jussit:* * [* Matth. 5. vers. 9.] Beati pacifici, &c.

CONCILIUM Nicenum 7. falsò sic dictum: * [* Tomo 2. Concil.] *Si quis non cõfessus fuerit, in uno Christo, vero Deo nostro, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales actiones, communicanter, indistinctim, incommutabiliter, impartibiliter, inconfusè, secundũ Patrum sanctorum traditionem: anathema.* Itèm: *Si quis non confessus fuerit, Dominum nostrum* JESUM CHRISTUM, *post assumtionem animatæ, rationalis & intellectualis carnis, simul sedere cum Deo & Patre, atq; ita quoq; rursus venturum cum paternâ majestate, judicaturum vivos & mortuos: non ampliùs quidẽ carnem; neq; incorporeum tamen: ut videatur ab iis, à quibus compunctus est; & maneat Deus extra crassitudinẽ carnis: anathema.*

¶ De doctrinâ Christi, inquit BEDA: * [* lib. 2. in Marc. c. 6.] *Salvator, veniens in carnẽ, non alia, quam quæ prædicta sunt, prædicabat: sed Legis & Prophetarũ scripta, quæ sint mysteriis gratiæ gravida, demonstrat.* Et: * [* lib. 2. in Luc. c. 4.] *Intravit* JESUS *die sabbati in synagogam, ut ritũ legis Mosaicæ, cumulo gratiæ cælestis adimpleret. Indiciũ quidem humilis madispẽsationis est; quà Deus inter homines ministrare, non ministra-*

ri, venc-

ri, venerat; quòd etiam lectoris suscipere non dedignatur officium. Itèm: *Dominus in carne apparens, omnia quæ verbis docuit, exemplis firmavit.*

¶ De tentationibus Christi, Beda sic scribit: * *Non est ergo indignum Redemtori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat, ut sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortē nostram venerat suâ morte superare.*

*lib. 1. in Luc. c. 4.

¶ De passione, morte, & resurrectione Christi, inquit Beda: * *Christus quando voluit, & quâ voluit morte, discessit à Mundo. Tempus quoq; resurrectionis & ascensionis suæ in potestate habuit, & cætera hujusmodi: in quibus tam procul à nobis, quàm cælum distat à terrâ.* Et: * *Postquam mediator Dei & Hominum, homo* Christus Jesus, *venit in Mundum, tentatusq; vicit hostem ipsum; cujus tentatione quondā victus est protoplastus: pertransivit etiam, benefaciendo & curando omnes oppressos à Diabolo, atq; ad ultimum moriendo, destruxit eum, qui habebat mortis imperium: omnemq; secum Justorum præcedentium multitudinem ab inferis educens, ad illum regni, quod protoplastus amiserat, gaudia perduxit, ac suæ victoriæ signum, fidelium frontibus imposuit.* Itèm: * *Christi sanguis effusus est in remissionem omniū peccatorum, de manu persecutoris.* Et: * *Passo in carne Christo, divinitas impassibilis mansit.* Itèm: * *Ad salutem omnium, me, Verbum suum, humiliari per incarnationem & passionē, voluit Deus.* Et: * *Resurgens Christus, nos conresurgere fecit. Ascendens quoq; & sedens ad dextram Patris, nos ascendere & consedere fecit: nunc interim spe; quandoq; consessuros in re. Spe enim salvi facti sumus.* Itèm: * *Nativitas Christi, & passio ejus, & mors, sunt accessus & initium ad fidem nostram. Nisi enim Christus natus esset, mortalis non esset. si mortalis non esset, non moreretur: si non moreretur, non resurgeret: si non resurgeret, non ascenderet.* Et: * *Morte suâ temporali, mortem nostram æternam destruxit Christus: & sic mors in victoria suâ absorpta est.* Itèm: * *Resurrexit, ut nobis spem resurgendi daret.* Et: *Cum potens essem ego Christus, miser factus, ut remedium conferrem miseriis aliorum.* Et: * *Christi mors, nostra vita est: ejus damnatio, nostra justificatio.* Itèm: * *Surrexit manè prima sabbati, quæ nunc dies dominica vocatur: manifestè docens, se nos à morte animæ resuscitaturum; & in lucem perpetuæ felicitatis esse perducturum.* Et: *Dominus ac Redemtor noster, cùm suum pro nobis corpus & sanguinē hostiam Patri obtulisset, subvertit potentiam Diaboli; & satellitum ejus, spirituum videlicet immundorum, audaciam comminuit. Dejecit claustra inferni, & electos, qui ibidem, quàmvis in tranquillitatis sinu, tenebantur, eruit; & hac ipsâ nocte resurgens à mortuis, ad cælestis regni gaudia reduxit: impleta prophetiâ, quæ dixit:* * Ascendens in altum, captivam reduxit captivitatem. *Nec Justos solùm, quos apud inferos invenit, abstulit: verùm etiam eos, quos, in carne adhuc positos, suos esse cognovit. Nec-non & nobis, quos in se credituros in fine temporum prævidit, remedium salutis, morte suâ ac resurrectione, procuravit. Nobis etiam, antequàm crearemur, spiritualem vitæ alimoniam, quâ recrearemur, sacravit: signum victoriæ, quo ab hostiū insidiis muniremur, paravit: vitæ perēnis iter, quod sequamur, aperuit.* Itèm: * *Caro domini adeò est spirituali opima virtute; ut pro totius Mundi salute sufficiat in odorem suavitatis: odorem videlicet immolationis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare.* Et: * *Unde in passione Christus occubuit; inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit.*

*in Gen. cap. 4. — *Hom. in cathedra Petri. — *in Psal. 9 — *in Psal. 23. — *in Psal. 31 — *in Ps. 24. — *in Ps. 56. — *in Ps. 87 — *Hom. in Vigil. Paschæ. — *Psal. 68. vers. 19. — *Hom. in Sabbato post Reminiscere. — *lib. 1. in Luc. c. 4. — *lib. 3. in Prov. c. 31. — *lib. 6. in Cant. c. 8.

Albinus ait: * *Patri dicitur;* Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, *id est, Filii gloriosissimam passionem: qui se sacrificium pro omnibus obtulit, ut salutem, quam Mundus suis operibus non merebatur, acciperent.* Itèm: * *In nullâ siquidem proprietate operum, quæ naturas distinguunt in Christo, divinitas deseruit humanitatem; nec etiam in ipsâ passione. Quod ut facilius intelligi possit; exemplis fides corroboranda est. Verbi gratiâ dicamus: Securis ictu arborem cum verberaveris, & splendorem in eâ simul percusseris Solis, arbori quidem vulnus infligis, solem verò, cujus & splendorem simul percutis, & calorem, impassibiliter dereliquisti. Quod si arborem, illius securis percussisti, sol non deserit: quanto magis sanctum suum Dei filius, quod est Verbum, in passione non deseruit?* Et: * *Verbum mori non potuit; nec Anima illa mortua fuit. Caro tantum mortua est, & resurrexit tertia die.* Itèm: *Ipsum Dominum, creatorem omnium hujus Mundi, creaturas sex diebus perfecisse, notissimum est; & sexta die hominem fecisse, constat. quem serpentina fraude perditum, ante sex dies Paschæ, venit ipse Filius Dei, per quem creatus est, Bethaniā, ad liberandum eum, qui sextâ die creatus est, sextâ feriâ liberaretur.* Et: * *Tota Christi passio, nostra est purgatio: dum formam servi accepit, non, quod habebat, dimisit, sed, quod non habebat, assumsit.*

*in Psal. 4. pœnit. — *lib. 3. de Trinitat. cap. 16. — *lib. 5. in Job c. 10. — *lib. 6 in Job c. 19.

Carolus Magnus inquit: * *Salvator Mundi genus humanum suâ morte salvavit, & Mundum spirituali frumento refecit: & in tantum augmentum suæ fidei semen crescere fecit, ut et totum Mundum impleret, & per eandem fidem terrena cælestibus copularet. Ipse etiam hostia pro peccatis effectus, peccata nostra portavit in corpore suo super lignum: ut à malis liberati, cum justitia vivamus.*

*lib. 1. c. 12.

¶ De Redemtione per Christum, sic Beda docet: * *Nemo potuit genus hominū liberare à morte; nisi Christus.* Itē: * *Deus Pater misit Filium suum unigenitum; ut genus humanum, peccatis languidum, visitaret.* Et: * *Ministrabat Christus nostræ infirmitati, humilis in homine, corpus animamq; semper ab omni vitiorum sorde mundissimam gestans. Non enim peccavit, nec malum coram Domino fecit.* Itèm: * *Summus sacerdos noster, semel in anno obtulit sanguinem suum, pro peccato totius Mundi.* Et: * *Quæ major misericordia potest esse, quàm quòd Deus unigenitum suum pro nobis incarnari constituit: non ut nobis viveret, sed ut pro nobis moreretur.* Itèm: * *Magnâ dispensationis pietatis, ad redemtionem generis humani, Deus Pater, non angelum, non archāgelum; sed Filium suum unigenitum, mittere dignatus est. Quem quia in divinitatis suæ specie videre nequimus: magnâ rursum dilectionis arte providit; ut hunc factum ex muliere, hoc est, ex materna carnis substantiâ, sine virili admixtione conceptum, ad humanos verum hominem proferret adspectus: qui in divinâ virtute ac substantiâ, manens per omnia, quod erat, veram naturæ mortalis infirmitatem, quam non habebat, indueret. Et ut nobis, necessariam obediendi virtutem, præcipuo commendaret exemplo; factum sub Lege Filium suum misit Deus in Mundum: non, quia Legi quicquam deberet, qui unus magister noster, unus legislator & judex; sed ut eos, qui sub Lege positi, Legis onera portare nequiverant, suâ compassione juvaret, ac de servili conditione, qui sub Lege erāt, ereptos, in filiorum adoptionem, quæ per gratiam est, suâ largitate reduceret. Suscepit igitur circumcisionem in lege decretam, in carne, qui absq; omni prorsus labe pollutionis apparuit in carne: & qui in similitudine carnis peccati, non autem in carne peccati, advenit, remedium, quo caro peccati consueverat mundari, non respuit: sicut etiam unda baptismatis, quâ nova gratia populos à peccatorum sorde lavari voluit, ipse non necessitatis, sed exempli causâ, subiit.* Et: * *Delicta feci mea; quia pœnam eorū in me transtuli: ut & ipsi justitiam meam facerent esse suā.* Itèm: * *Erubescat Manichæus, audiens: Venit vir. Conticescat Photinus, audiens: Hic est filius Dei. Audiant mansueti, & lætentur: quia venit vir post Johannem, fortior Johanne, qui baptizat Spiritu S. & quia hic est Filius Dei. Quia enim per superbiam recessimus à Deo; Filius per misericordiam factus est homo: ut idem ipse, & per divinitatem Patri, & per humanitatem congrueret nobis: ac per humanitatē nostrā similem, pro nobis, cum hoste confligeret; per divinitatē, Patri consubstantialem, ad imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccando amisimus, posset dignè recuperare: per nostram mortem fragilitatis, destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & per impassibilem suæ divinitatis potentiam, reconciliaret nos Deo Patri.* Itèm: * *Possidebat Diabolus genus humanum; & reos suppliciorū tenebat chirographo peccatorum; dominabatur in cordibus infideliū, ad creaturam colendam, deserendo creatore, deceptos captivosq; trahebat. Per Christi autem fidē, quæ morte ejus & resurrectione firmata est; per ejus sanguinē, qui in remissionem fusus est peccatorū; millia credentium à dominatu Diaboli liberantur; Christi corpori copulantur; & sub tanto capite, uno ejus Spiritu, fidelia mēbra vegetantur.* Et: * *Seipsum Medicum dicit: qui miro medicandi genere vulneratus est, propter iniquitates nostras; & livore ejus sanati sumus. Sanos autē & Justos appellat eos; qui ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti: qui ex Lege præsumentes, Euangelii gratiā non quærunt. Porrò malè habentes & peccatores vocat eos, qui suæ fragilitatis conscientia devicti, nec per Legē se justificari posse videntes, Christi gratiæ pœnitēdo colla submittunt.* Et: * *Christus solus erat pro omnibus, sicut & solus patitur pro universis.* Item: * *Christus ipse etiam, quoniā Rex simul & Pontifex est, cum eximiā Patri suæ carnis hostiā in altari crucis offerret, Regis quoq; quâ præditus erat dignitatē titulo præten-*

*in Gen. cap. 2. — *cap. 36. — *lib. 1. in Sam. c. 4. — *lib. 3 de Tabernac. cap. 12. — *in Ps. 30. — *Hom. in Circumcis. Dom. — *in Ps. 21. — *lib. 1. in Joh. c. 1. — *in cap. 12. Johan. — *lib. 1. in Marc. c. 4 — *lib. 4 c. 14 — *cap. 15.

dit. ut

dit ... credere volentibus insinuaret, quod per crucis patibulum non perdiderit suum, sed confirmaverit potius & corroboravit imperium. Et: *Christi humilitate mundamur: quia, nisi humiliasset semet-ipsum, factus obediens Patri usque ad mortem crucis, nonutique sanguis ejus in remissionem peccatorum hoc est, in nostri mundationem fuisset effusus.* Et: * *Illa quippe Redemtoris nostri resurrectio, & nostra festivitas fuit; quia nos ad immortalitatem reduxit, & Angelorum festivitas exstitit; quia nos revocando ad coelestia, eorum numerum implevit.* Item: * *Sed Christus cum iniquis deputatus est in morte, ut iniquos justificaret in resurrectione: qui cum in forma Dei esset propter homines homo factus est, ut hominibus potestatem daret filios Dei fieri.* Et: * *Si Christus pati nollet; non pateretur; sanguis ille non funderetur, Mundus non redimeretur.* Item: * *Christi sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit delere, quo fusus est.* Et: * *Christi humilitate mundamur. quia, nisi humiliasset semet-ipsum, factus obediens usque ad mortem crucis; non utique sanguis ejus in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem, fuisset effusus.*

* cap. 10
* lib. 6 in Luc. c. 23.
* in cap. 8 Johan.
* in cap. 15
* in cap. 19

ALCUINUS ait: * *Christum eam multitudinem, quam Diabolus amatus & propria excidens voluntas mala mente, ignominioso generat ordine, per sanctam apparitionem, licet nescientem, de sordibus collectam, nutrivit; & preciosis vestibus vel monilibus exornavit; & sibi consortem regni facere est dignatus, per sacrosancti baptismatis undam: ubi gloriosa copula Christi Filii Dei, & Ecclesia, celebratur.* Item: *Excelsus de illa altitudine deitatis, se humiliavit ad imum profundi: ut humilem dejectamque carnis materiam, ad coelorum culmen levatam, suae majestati conjungeret.*

* lib. 1 in Cantic.

ALBINUS ait: * *Creator hominis peccatum per se-ipsum expiare voluit; & non per angelum: quia non sufficiebat unius angeli meritum, ad redemtionem totius generis humani. nec tantum sceleris incurrisset Diabolus in nece angeli, quantum incurrit in nece creatoris.* Item: * *Si quis consideret omnia auxilia, majus est auxilium sapientiae, id est, Domini nostri* JESU CHRISTI, *quam omnium angelorum: quia nullus ex angelis redimere potuit humanum genus, peccatis obnoxium. Tum Dominus angelorum descendit; & respersos nos sanguine suo, sanavit ab omni infirmitate peccatorum nostrorum. Sicut enim per unum hominem, intravit mors in Mundum: ita per unum* JESUM CHRISTUM, *redemtio venit in Mundum.* Et: * *In hoc Psalmo, corporis sui causam Christus agit: non quod ipse peccatum haberet; sed quod pro nobis peccatum factus est, ut nos a peccato liberaret. qui aliquando ex persona solius capitis loquitur; quod est ipse Salvator, natus ex Maria virgine: aliquando ex persona corporis sui, quod est sancta Ecclesia, diffusa toto orbe terrarum. Ideirco, quod corpus loquitur, hoc idem & caput. Erunt igitur duo in carne una, Christus & Ecclesia.* Item: * *O Domine* JESU, *quibus misericordiam tuam laudibus efferimus? quas tibi gratiarum-actiones dignas exsolvere possumus? qui nos, de hujus chirographi debito, in sanguine tuo liberasti; delens in cruce nostras peccatorum cautiones, quae contra nos a primis parentibus conscripta sunt nostris.* Et: * *Sustinuit anima mea verbum tuum.] Quod verbum? Quod erat in principio apud Deum. Hoc Verbum exspectavi; ut caro fieret, & liberaret animam meam: in quo suscepimus remissionem peccatorum, & promissionem regni coelorum. In quo Verbo speraverunt Prophetae: quod Verbum Apostoli tractaverunt, & viderunt. In quo Verbo beati sunt etiam credentes, quamvis ipsum carnaliter non vidissent. In hoc Verbum omnes animae Sanctorum sperant.* Item: * *Salomon, interpretatur pacificus. Quis iste pacificus; nisi verus Salomon, Dominus noster* JESUS CHRISTUS? *qui coelestia & terrestria pacificavit in sanguine suo, & fecit utraque unum; duos sibi parietes conjungens, in se-ipso summo angulari lapide. Nam Ecclesiam, duobus populis, id est, circumcisionis & praeputii, copulavit in unum ovile: ut sit unus pastor & unum ovile.* Et: *In verbum, quod caro factum est, speravit anima mea; per quod Verbum mihi omnia dimisisti peccata.* Et: * *Mitissimus creator, nolens talliter imaginem suam aeternaliter perire, misit filium suum unigenitum Deum, per quem creavit hominem, ut per eundem redimeretur per quem creatus est: qui carnem ex virgine assumens, ita humana natura adunatus est, ut idem esset homo, qui Deus est, & Deus, qui homo. Quia talis erat illa susceptio, quae Deum hominem faceret, & hominem Deum: nec illa est in hac duarum conjunctione naturarum, id est, divinitatis atque humanitatis, personalis separatio. Ergo, qui in forma Dei accepit formam servi, utrumque, Deus, & utrumque, homo: sed utrumque Deus*

* Quaest. in Genes.
* in Eccles. cap. 7.
* Praef. in Psal. 3. poenit.
* in Ps. 4. poenit.
* in Ps. 6. poenit.
* in Cantic. graduum.
* lib. 2. de Trinit. 20.

propter accipientem Deum. utrumque autem homo propter acceptum hominem. Non tamen illa susceptione alterum eorum in alterum conversum est atque mutatum. Nec divinitas quippe in creaturam mutata est; ut desisteret esse divinitas: nec creatura in divinitatem, ut desisteret esse creatura. Item: * *Nullus plane veram pacem cum Deo habere poterit, nisi per mediatorem Dominum Christum: qui est in duabus naturis, verus Deus, verusque homo unus Christus.*

* lib. 3. cap. 12.

CAROLUS Magnus: * *Nisi enim Redemtor humani generis pro nobis sepultus fuisset, & resurrexisset, nos ei consepeliri, & conresurgere, minime poteramus.*

* lib. 2. c. 2.

¶ De Descensu Christi ad infernum, inquit DAMASCENUS: * *Descendit in infernum anima deificata: ut, quemadmodum iis, qui in terra, justitiae ortus est Sol, sic & iis, qui sub terra in tenebris & in umbra mortis sedebant, lux refulgeret.*

* lib. 3 Orthod. c. 29

BEDA inquit: * *Cum in passione Domini haec quae dicuntur, luce sunt clariora, quia claustra inferni ille aperuit, Sanctorum inde animas liberavit, Leges tartari exiens ab inferno solvit: sententiam mortis resurgens irritam fecit, principatus & potestates tenentes, qui erant janitores mortis & ostia. traduxit fiducialiter, sive palam triumphans eos in semet-ipso.* Item: * *Christus, exspoliatus carne humana, descendit in infernum. Et posteaquam egreditur de inferno, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur.* Et: * *Nec Joseph carcer tenuit; nec Dominum* JESUM *infernus: & cum jam ibi veluti puniendus descenderat; inde alios liberans abiit.* Item: * *Exaltans me Christum de portis mortis. id est, tartari, quasi materialibus; quibus scilicet clausi tenentur, qui illuc detruduntur. Quod tunc factum est; quando divinitas ipsa, quae in humana anima, corpore in sepulcro quiescente, descendit ad inferos, mortis portis confractis, & tenebrarum Principe catenato suos inde eruens, in eadem anima mox rediit, atque die tertia carnem propriam suo Dei erexit.* Et: * *Est alia regio, ubi caro & sanguis, & omnis mortalitas viget; spes fragilis, & omnia caduca & fluxa. Et hac comparatione illinc dicitur infernus regio, vel infernus. Et merito, quia locus mortuorum plenus. Corpus enim mortuum est propter peccatum, ut Apostolus ait.* * *Hujus inferni comparatione, infernus inferior potest dici communiter locus ille, quo post hanc vitam descendunt animae: sive aeternaliter damnandae; sive temporaliter puniendae. Ad hunc utrumque infernum, misit Deus Pater Filium suum, undique nos liberans: ad superiorem quidem, nascendo, ad inferiorem, moriendo. Sanctissima enim illa anima, a divinitate non separata, illuc descendit, ut suos inde educeret, qui detinebantur in tenebris: & qui ibi non remansit, sed cum triumpho inde rediit, juxta illud: Quia non derelinques animam meam in inferno.* Item: * *Tunc Christus per mortem deputatus est cum injustis, cum descendit ad inferos: & quos suos ibi reperit; revocavit ad superos. Juxta quod eidem altus propheta decantat, dicens:* * Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

* lib. 3 in Job. c. 7.
* in Genes. cap 38.
* cap. 39.
* in Psal. 9.
* in Ps. 85.
* Rom. 8. vers. 10.
* Lib. 6. in Luc. c. 22
* Zach 9. vers. 11.

APONIUS ait: * *Unaquaeque anima requiem non alibi poterit invenire; nisi veram ejus passibilem carnem confitendo, veramque impassibilem divinitatem in cruce: aliud in sepulcro mansisse per triduum; & aliud penetrasse inferna, ad liberationem justorum.*

* lib. 5. in Cantic.

ALBINUS inquit: * *In infernum ut secundum animam Christus descenderet; naturae utriusque, i. e. divinae atque humanae, unum fuit opus: sed solius animae naturalis fuit ille descensus, sicut eodem tempore, sol in coelo & in terra, non cessabat Christus operari, sed solis divinitatis fuit.*

* lib. 3. de Trinit.

¶ De Resurrectione Christi, inquit BEDA: * *Et ipse Christus secundum Verbum se resuscitavit; & Pater eum resuscitavit.*

* in Ps. 108

Qualis post resurrectionem Christus exstiterit, DAMASCENUS sic refert: * *Post resurrectionem a mortuis, omnes deposuit passiones; dissolutionem dico, famem, sitim, somnum, laborem, & id genus alia. Nam, etsi gustavit cibum post resurrectionem, non tamen naturali lege. non enim esuriit; sed dispensationis modo, veritatis suae resurrectionis fidem inducens & confirmans, quod ipsa eadem caro, quae passa est, resurrexit.*

* lib. 4. Orthod. c. 1.

¶ De Ascensione Domini inquit BEDA: * *Reversus est Dominus in coelum corpore, semel ascendendo, peracto suae dispensationis officio: revertitur quotidie praesentia divina, quae semper ubique totus pertingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Ibi est enim caro, quam pro nobis induit & glorificavit.*

* lib. 2. in Sam. c 12.

Christum esse in coelo, BEDA docet: * *Illuc nos praecessit Christus: unde ad nos veniens non recessit; & quo nos praecedens non deseruit.*

* lib. 4. in Marc. c. 16

¶ De Me-

A ¶ De Mediatore Christo, ait ALBINUS: * *Idcirco autem Mediator: quia idem Deus atq; Homo verus. Libro 1.* (* in cap. 1. Johan.)

CAROLUS Magnus inquit: * *Mediator Dei & hominum, ut totius Mundi peccata dilueret, se Deo Patri in sacrificium obtulit: & ut hanc perpetuo Ecclesia consequi valeret; spiritus ei ineffabile donum, & fui checat (?) alterius insuperabile signum, & sacrosancti Baptismatis salutiferum sacramentum, concessit.* Et: * *Mediator Dei & hominum, non idcirco de fœmina natus est, ut fœmineum sexum viris praferret: sed ut utrumq; sexum, in culpam lapsum, sua incarnationis mysterio redimeret.* (* lib. 3. c. 6.) (* cap. 13)

B ¶ Christum inhabitare in suis, testatur ALBINUS: * *Melius est duos pariter esse, quam unum. Melius est enim, habitantem in se habere Christum, quam solum patere insidiis adversantium. Merces quippe contubernii statim in ipsa societatis utilitate monstratur. Si enim ceciderit unum; Christus eriget participē suum. Væ quippe ei, qui, cum corruerit, Christū in se non habet erigentem.* (* in Eccles. cap. 4.)

¶ Esse Prophetam nostrum, CAROLUS Magnus inquit: * *Prophetā magnū habemus* JESUM CHRISTUM *Dominum nostrum, de quo per Moysen dicitur:* * Suscitabit Dominus Deus Prophetā vobis, ipsū audiet. s. *Quem etiam, secundum* C *Apostolum,* * *advocatū habemus apud Patrem: quem quotidie spiritualibus oculis intuemur; & cujus vaticinia sedulo prædicemus.* (* lib. 2. c. 2) (* Deut. 18 vers. 15.) (* 1. Joh. 2 vers. 1.)

¶ De interpellatione Christi, BEDA inquit: * *Ipsa præsentatio humanitatis Christi, assidue Patrem orat pro nobis.* Item: * *Solus Pontifex Christus introivit in secretiora tabernaculi; ubi sedens ad dexteram Patris, assidue interpellat pro nobis.* Et: * *Jesus pontifex est verus, qui, consummatis officii sui diebus, hoc est, impletā dispensatione carnis in sanguine proprio, cœli secreta subiit: ut propitium nobis faceret Patrem, & interpellaret pro peccatis eorū; qui adhuc præsentibus orantes exspectant, & diligunt adventū ejus* D (* in Ps. 19) (* in Ps. 10) (* lib. 2. in Luc. c. 1)

¶ Christum mittere Spiritum sanctum, docet BEDA: * *Potestatem dandi Spiritum sanctum hominibus, non minus habet ipse, quam Pater; ipso attestante, qui ait:* * Paracletus autem, Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo. & : * Si non abiero, Paracletus non veniet. *Quia nimirum una est in divinitate substantia, & inseparabilis operatio Patris, & Filii, & ejusdem Spiritus sancti.* (* Homil. in Epiphan.) (Johan. 14 vers 16) (Johan. 16 vers 7.)

¶ Hæresim Nestorii strictim sic refutat BEDA: * *Idem ergo Filius Altissimi, qui in utero virginali conceptus & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempo-* E *ra natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est: omittat Nestorius, hominem tantum dicere ex virgine natum, & hunc à Verbo Dei [...] in unitatem personæ; sed in societatem inseparabilem esse receptum. Alioquin non unum Christum, verum Deum & hominem; sed duos (quod dici nefas est) asserere: ac per hoc, non trinitatem; sed quaternitatem prædicare, convincitur. Catholica autem fides, sicut unumquemlibet Hominem, carnem & animam; ita Hominem & Verbum, unum Christum, rectissime confitetur. Juxta quod & Angeli verba significant; quæ dandā illi sedem David patris ejus asseverant. Qui enim eundem ipsum Patrem habe-* F *re David quem Filium Altissimi vocari pronuntiat: in duabus utriq; naturis unam Christi personam demonstrat.* (* lib. 1. in Luc. c. 2.)

¶ De locutione, *Transfer calicem*, sic scribit BEDA: * *Non credendum, quòd Christus pro se dixerit;* Pater transfer calicē: *sed ex nostrā infirmitate hoc dixit; ut nos, licet timidos, ad passionem suam imitandam confortaret. Non timuit enim mortē Paulus, qui dixit;* Cupio dissolvi: *non timuit eam Laurentius, non Stephanus, nec cæteri tales. Quomodo igitur convenit; ut, quod miles potuit, imperator non posset? Nullo modo utiq;.* (in Psal. 21)

G De locutione, *Pater major me est*, inquit BEDA: * *Solent antē dicere Ariani, imperfectum esse filiū, quia dixerit:* Pater major me est. *Sed quid mirum, si ex humana susceptione minorem se Patre asserit in cœlo, ex qua subditus erat etiā parentibus in terra?* (* lib. 1. in Luc. c. 2)

De phrasi, quòd missus sit Christus, scribit BEDA: * *Missus est Christus, idem est, ac si dicas, incarnatus est Christus. & a Patre missus est; & a Patre nunquam recessit: & hic fuit, per incarnationem; & hic est modò, per divinitatem. Fides ergo mundet corda nostra; ut intellectus impleat corda nostra: & ut intelligamus, mysterium in salute nostra altum est, profundum est; secre-* H *tum est: una est substantia, una divinitas, una majestas, Patris & Filii. Pater non passus est, sed solus Filius. Ergo intelligamus, missionem Filii nominatam incarnationem Filii. Patrem autem incarnatum esse, non [...]das.* (* in cap. 18. Johan.)

¶ [...] [...] [...]tribus comederit, BEDA

A declarat, inquiens: * *Ibat Dominus ad convivia peccatorū ut occasionē haberet docendi, & spirituales invitatorib. suis præberet cibos.* (* in cap. 2. Marc.)

DE SPIRITU SANCTO.

DE appellationibus Spiritûs sancti, inquit BEDA: * *Digitum Dei appellari ipsum Spiritum sanctum; testatur ipse Dominus:* * *Quo nimirum digito & Magi in Aegypto superati sunt à Moyse, dicentes:* * Digitus Dei est hic. *Et Lex in tabulis scripta est lapideis: quia per donum S. Spiritus, & ab insidiis defendimur hominum sive spirituum malignorum; & in agnitione divi-* B *næ voluntatis erudimur.* Et: * *Digitus Dei vocatur Spiritus sanctus propter partitionem donorū quæ in eo dātur unicuiq; propria; sive hominum, sive angelorum.* Item: * *Potest idem Spiritus S. etiam nomine ignis significatus intelligi: quia & incendit per amorem; & per sapientiam corda, quæ replet, illuminat.* Et: * *Ignem dicit Spiritus S. fervorem; qui secreta cordis illuminans, continuis motibus ad superna provocat: vitia concupiscentiæ carnalis, quasi spinas tribulosq; comburit: aurea dominicæ domûs vasa probando meliorat; & lignum fœnum, stipulamq; consumit, qui mox in terram missus, illas centum & viginti, quas in arce Sion reperit* C *lucernas, infusā sui luminis adspersione sacravit.* Et: * *Promissum Patris, Spiritūs S. appellatā gratiā; eundē etiā virtutē dici, idē indicat.* (in cap. 7 Marc.) (* Luc. 11. v. 20.) (* Exod. 8. vers. 19.) (* in cap. 11. Luca.) (* in cap. 3. Luca.) (* in cap. 12. Luca.) (* in cap. 24. Luca.)

ALBINUS: * *Dicitur & idem Spiritus donum Dei: quia Deus donator doni sui est.* Et: * *Paracletus Consolator interpretatur. & Spiritus S. rectè paracletus vocatur: quia corda fidelium, ne inter hujus seculi adversa deficiant, cœlestis vitæ desiderio sublevat ac eficit.* Et: * *Cur Christus Spiritum sanctum Paracletum, id est, consolatorem, cognominaverit? Quia nimirum corda Discipulorum, quæ recessus ipsius mœsta reddidisset, hujus consolaretur & recrearet adventus. Non quòd antea Spiritus sanctus non esset in* D *cordibus Discipulorum, vel etiam in antiquorum Sanctorum: sed manifesta plenitudine ante sic non fuit datus; quo modo post ascensionem die decimā in centum-viginti nomina transiisse legitur.* (* lib. 1. de Trin. c. 9.) (* in cap. 14. Johan.) (* in cap. 16 Johan.)

DAMASCENUS inquit: * *Deus Spiritus S. medius ingeniti & geniti, & per Filium Patri conjunctus. Spiritus Dei dicitur Spiritus Christi, intellectus Christi, Spiritus Domini, ipse Dominus; Spiritus adoptionis, veritatis, libertatis sapientiæ. Etenim horū omniū artifex est.* Et paulò pòst: *Deus & Spiritus S. est, virtus sanctificatrix, in propria persona subsistens; inseparabilis a Patre procedens, & in Filio requiescens; consubstantialis Patri & Filio.* Et in E Carmine de Pentecoste: (* lib. 1. Orthod. c. 18)

Erat procedens ex ingenitā luce,
Omnipotentis luc[...]ficus incorruptum splendor;
Cujus per Filii paternam substantiam
Nunc manifestat cognatam facem
Ignita vox in Sion gentibus.

Item: * *Est enim Spiritus S. imago Filii similis; nec ullā re ab eo evarians: hoc solo differt, quia procedit. Filius enim genitus; non procedens est. Filius autem Patris est cujusq; imago naturalis.* (* Orat 3 de Imaginib.)

¶ Deum esse Spiritum sanctum, BEDA ait: * *Spiritus* F *Sanctus cum Patre & Filio unus Deus.* (* in Ps. 66.)

ALBINUS ait; * *Spiritum S. relativè dici ad Patrem & Filium: sed non eo modo, quo inter se Pater & Filius.* Et: * *Spiritus itaq; sanctus, sicut Pater & Filius, plenus est Deus & perfectus, imò unus Deus cum Patre & Filio, atq; una substantia. Quoniam ipse est Spiritus S. qui in Scripturis dicitur Spiritus Dei, vel Spiritus Christi, sive Spiritus Patris, sive Spiritus paracletus etiam, & Spiritus veritatis; nec non spiritus vitæ: qui a Patre & Filio æqualiter procedit; & cum Patre & Filio æqualiter adoratur: quia æqualiter est Deus. Totus Patris, & totus Filii Spiritus: quia unus natu-* G *raliter Spiritus est & Patris & Filii. Proinde totus de Patre procedit, & totus de Filio: totus in Patre manet, & totus in Filio: quia sic manet, ut procedat; sic procedit, ut maneat. Unde naturaliter hanc habet cum Patre & Filio unitatis plenitudinem, & plenitudinis unitatem: ut totum Patrem habeat, totumq; Filiū, ipse quoq; totus habeatur a Patre, totus habeatur a Filio.* Item: * *Hoc vero donum Dei, quod est Spiritus sanctus coæternum est & consubstantiale donatori.* Et paulò pòst: *Hoc donum id est, Spiritus sanctus, in eādem unitate substantiæ, & æqualitate, cum Patre & Filio cō[...].* Item: * *Non divisus est spiritus sanctus a Patre & Filio: [...]* H *unum opus est Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* (* lib. 2. de Trin. c. 5) (* lib. 2. c. 19) (* lib. 2. de Trin. c. 20.) (* in cap 16. Johan.)

CAROLUS Magnus inquit: * *Spiritus sapientiæ scientia & intelligentia, unius cū Patre & Filio substantia est; & a Patre Filioq; procedit.* Item: * *Spiritus S. non [...], sed creator esse hujus testimonio approbatur. Ait enim David:* * [...]bo Domini cœli firma- (* lib. 2. cap. 16.) (* [...] vers. 6.)

li firmati sunt; & spiritu oris ejus, omnis virtus eorum. Et Salomon dicit: [a] Ipse creavit eam per Spiritū sanctum. &c. *Tanta enim potestatis sive virtutis Spiritus sanctus ostenditur, ut, ipso cooperante, corpus Domini nostri JESU Christi, quod est nostra redemtio, in utero Virginis formaretur.* Euangelista dicente: [b] Ne timeas Joseph, accipere Mariam cōjugem tuam: quod enim in eâ natum est, de Spiritu sancto est. Itèm: *Per Filium super Apostolos in igne apparuit; per Filium hominibus datus est: quoniam ab hominibus Spiritus sanctus accipi non, nisi per Filium, poterat.* Et: [c] *Spiritus sanctus non Patri & Filio contribulis; sed consubstantialis est, consentialis, coæqualis, coæternus, unius potestatis & gloriæ.*

¶ Esse distinctam personam, CAROLUS Magnus docet: [d] *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto: non quòd Salvatoris nostri Spiritus sanctus pater dicendus est, ut duo patres credantur. sed quòd Patris & Filii idem Spiritus cooperator, & unius potestatis cum eisdem esse, credatur.*

¶ A quo detur Spiritus S. Albinus ait: [e] *Spiritus sanctus a Patre & Filio æqualiter datur; imo & a seipso datur, sicut Filius dicit:* [f] Spiritus ubi vult, spirat.

¶ De processione Spiritûs sancti, APONIUS inquit: [g] *Spiritus sanctus verâ ratione de Voce & Verbo, de Patre & Filio, procedere comprobatur.*

ALBINUS ait: [h] *Ergo hoc donum Dei, id est, Spiritus sanctus, qui de Patre & Filio æqualiter procedit, ineffabilis quædam Patris Filiiq; communio est. Et ideò fortasse sic appellatur: quia Patri & Filio potest eadem appellatio convenire. Nam hoc ipse propriè dicitur, quod illi communiter dicuntur: quia & Pater spiritus, & Filius spiritus; & Pater sanctus, & Filius sanctus, rectè dicitur. Ergo & nominibus junctis, quæ separatim utrique personæ conveniunt, utriusque communio propriè significetur, vocatur Spiritus sanctus: qui est tertia in S. Trinitate persona, Patri & Filio per omnia coæqualis, coæternus, & consubstantialis. Et hæc Trinitas, unus est Deus, solus, bonus, magnus, æternus, omnipotens.*

CAROLUS Magnus inquit: [i] *Spiritus gratia à Patre Filioq; procedit.* Itèm: [k] *Quis enim illa consideret? quis illa comprehendat? Si enim humanæ nativitatis Christi secreta non capimus; divinæ naturæ mysteria quomodo capiemus?* Verùm, quia in illâ coæternâ, & æquali, & incorporali, & ineffabiliter immutabili, atque inseparabili Trinitate, difficillimum est, generationem à processione distinguere: sufficiat hoc credere, hoc firmiter tenere, hoc toto corde fateri: Patrem ingenitum; Filium genitum; Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum; sed ex Patre & Filio procedentem. Et: *Spiritus S. solus de Patre Filioq; procedit; ideò solus amborum nuncupatur Spiritus. Procedit enim ex utroque, non nascendo; ut alicujus filius dici possit. Diceretur autem filius Patris & Filii, si eum ambo genuissent. Non enim ab utroque est genitus, sed procedit.* Itèm: *Per Filium verò eum à Patre procedere, profitere, Synodica confessione institutum est: quoniam Spiritus sanctus, ut a Patre procedat, non eget alterius adjutorio, ut per aliquem procedat: cùm utique sit tertia in eâdem S. Trinitate persona; & unius cum Patre & Filio potestatis atq; essentiæ. Qui cum à se Deus sit; ad nos autem relativè donum est, distribuens singulis, prout vult, gratiarum dona. Nam & prophetias, quibus vult, impertit: & peccata, quibus vult, dimittit; quæ sine illo non donantur. Qui inde propriè Charitas nuncupatur: vel quia naturaliter eos, a quibus procedit, conjungit, & se unum cum eis esse ostendit: vel quia in nobis id agit, ut in Deo maneamus, & ipse in nobis.*

¶ In quibus sit Spiritus sanctus, APONIUS docet: [l] *Credentes, qui per doctrinam ipsius liberati sunt a malo sessore, portant Spiritum sanctum.*

CAROLUS Magnus inquit: [m] *Spiritus, qui a Patre Filioq; procedit, semper in eis noscitur radiare, qui suam innocentiam vel sanctitatem pravis operibus non patiuntur violare.* Et: [n] *Omnes fideles, qui veraciter Christiani sunt, sanctum habent Spiritum.*

ALBINUS: [o] *Sed ista charitas* (Spiritus S.) *non tenetur, nisi in unitate Ecclesiæ Christi: nec illam habent, qui se dividunt ab unitate catholicæ pacis.*

¶ Quomodo Spiritus sanctus sit in Christo, & aliis sanctis, ostendit BEDA: [p] *Verum specialiter in Domino manet Spiritus semper: non, quomodo in electis ejus, juxta mensuram fidei; sed sicut Johannes ait:* [q] Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre; plenum & gratiæ & veritatis. *Manet autem in illo Spiritus, non ex eo tantum tempore, quo baptizatus est in Jordane; sed ex illo potius, quo in utero conceptus est virginali. Nam, quod in baptizatum descendere visus est Spiritus, signum erat conferendæ nobis in Baptismo gratiæ spiritualis, quibus in remissionem peccatorum, ex aqua & spiritu regeneratis, amplior ejusdem Spiritus gratia, per impositionem manuum episcopi, solet cœlitùs dari.*

ALBINUS inquit: [r] *In solo mediatore Dei & Hominum, homine JESU Christo, Spiritus perpetuò veraciter manet: in quo nec sordida cogitationis maculam, quam refugeret, ullam invenit. Mansit autem totus in illo, non ex eo solum tempore, quo hunc Johannes super eum vidit descendentem: sed ex quo homo incipiens, ejus ministerio & opere conceptus est.*

Idem inquit: [s] *Notandum quoque, quòd semper in Domino manserit Spiritus S. in sanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus gestaverint, partim maneat in æternum, partim recessurus secedat. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus; voluntariam paupertatem diligant; mansuetudinem consequantur; pro æterno desiderio lugeant; esuriant & sitiant justitiam, misericordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur: sed & pro observatione justitiæ persecutionem pati non vereantur; eleemosynis, orationibus & jejuniis, cæterisq; Spiritûs fructibus, insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones ejiciendi, vel etiam prophetandi, habeant facultatem. Manet semper; ut possint habere virtutem, quâ mirabiliter ipsi vivant: venit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.*

¶ De officio, operibus atque effectibus Spiritûs sancti, inquit BEDA: [t] *Spiritum sanctum depositum bonum accepimus, qui quamdiu in nobis sit, non peccamus.* Itèm: [u] *Donum Spiritûs sancti, per olei imaginem designatur; ut non solùm remissionem omnium peccatorum consequi possit is, qui purgatur, sed Spiritu sancto impleri mereatur.* Et: [x] *Quæ Domino inspirante sancti ejus faciunt, more Scripturarum ipse facere dicitur: qui juvat, ut faciant. Sicut etiam de Spiritu sancto, cui est una cum Patre & Filio virtus atque operatio, dictum est:* [y] Ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Itèm: [z] *Quinquagesimâ die dominicæ resurrectionis, venit in Ecclesiam primitivam Spiritus sanctus; per quem nobis, & devotio pœnitendi infunditur, & pœnitentibus donum veniæ confertur.* Et: [a] *Spiritûs sancti gratiâ geritur, ut id, quod bonum est nobis etiam bonum videatur.* Itèm: [b] *Spiritus sanctus plenitudo est donorum Dei: & ea, quæ divinitus administrantur, non alia atque ea subsistunt. Quia omnes utilitates, quæ ex donorum Dei gratiâ suscipiuntur, ex illo fonte emanant.* Et: [c] *In sancto Spiritu sanitas hominibus credentibus constat: quia in sancto Spiritu, qui est donum Dei, remissa est omnium peccatorum credentibus.*

APONIUS ait: [d] *Spiritus sanctus omnia scrutatur.* Itèm: [e] *Spiritus sanctus in terrâ rectâ, id est, viventium, doctor esse probatur.* Et: [f] *Anima, sine adjutorio Spiritûs sancti, nuda quodammodò & inermis, insidiis dæmonum deterretur.*

ALBINUS inquit: [g] *De quo Spiritu dixit,* Adduxit Deus spiritum; & imminutæ sunt aquæ? *Bene de illo spiritu intelligi potest, de quo dictum est:* Spiritus Domini ferebatur super aquas. *Tunc enim ferebatur, ut congregatis aquis in suum locum, terra appareret. nunc autem adductus dicitur; ut, ablatis e medio aquis diluvii, faciem terræ revelaret.* Et: [h] *Ipse paracletus, id est, consolator dicitur; quia reverà, dum dona Sacramētorum distribuit, consolationem animæ præbet: per quam diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas.* Itèm: [i] *Sicut bonas cogitationes benignus Spiritus immittit; sic etiam malas cogitationes malignus spiritus suggerit.*

¶ Quare in columbâ apparuerit, BEDA indicat: [k] *Bene in specie columbæ descendit Spiritus sanctus, quod multùm simplex est animal, atque a malitiâ fellis alienum: ut figuratè nobis insinuaret, quòd simplicia corda quærit; nec habitare dignatur in mentibus impuris, qualis fuit Simon, Actor. 8.* Itèm: [l] *Bene Spiritus sanctus corporali specie apparuit: quia in naturâ divinitatis à mortalibus videri non potuit. Bene sicut columba:*

Marginal notes (left): [a] Syrach. 1. v. 8. — [b] Matth. 1. v. 20. — [c] cap. 4. — [d] li. 3. c. 3. — [e] lib. 2. de Trin. c. 19. — [f] Joh. 3. v. 8. — [g] lib. 1. in Cant. — [h] Lib. 1 de Trinit. c. 8. — [i] li. 2. c. 30. — [k] li. 3. c. 3. — [l] lib. 2. in Cant. — [m] li. 2. c. 25. — [n] li. 4. c. 20. — [o] lib. 2. de Trin. c. 21. — [p] lib. 1. in Marc. c. 1.

Marginal notes (right): [q] Joh. 1. v. 14. — [r] in cap. 1. Joh. — [s] Homil. in Epiph. Dom. — [t] in cap. 6 Levit. — [u] in cap. 14. — [x] lib. 4. in Sam. cap. 9. — [y] Rom. 8 v. 26. — [z] lib. 5 in Ezram, cap. 23. — [a] Proœm. in Lucam. — [b] in cap. 11. Luc. — [c] in cap. 5. Joh. — [d] lib. 2. in Cant. — [e] lib. 3. — [f] lib. 3. — [g] Quæst. in Genes. — [h] lib. 2. de Trinit. c. 19. — [i] in cap. 13 Joh. — [k] in cap. 1 Marci. — [l] in cap. 3. Lucæ.

quia spiritus disciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

[b] Lib. 3. de Trin. c. 8.

ALBINUS ait: [b] *Ideo autem nusquam scriptum est, quod Deus Pater major sit Spiritu sancto, vel Spiritus sanctus minor Deo Patre: quia non est ita à Spiritu sancto columba, in quâ apparuit, assumta, & ille ignis, in quo descendit super Apostolos; in unam divinitatis suæ personam, sicut assumta est à Filio ex Mariâ virgine humanitas, in unam deitatis personam.*

DE ACTIONIBUS DEI.

[c] In cap. 4. Job.

BEDA inquit: [c] *Quòd quædam latenter, quædam verò per visibilem creaturam visibiliter operatus Deus pertinet ad gubernationem prudentiæ; quâ omnes divinæ actiones locorum temporumq́ ordinis distinctione pulcerrimâ aguntur.*

[d] Lib. 1. in Cantic.

¶ Deus gubernat omnia. APONIUS: [d] *Qui perficit gressus ad currendum; qui illuminat oculos ad videndum, qui aperit labia ad loquendum: qui visitatione suâ præsentiæ mortis timorem, perfectâ charitate intromissa cordi nostro, foràs expellit.*

[e] Lib. 2. de Trin. c. 13.

ALBINUS ait: [e] *Nec aliud est Deo operari, aliud velle; sed idem est illi velle & operari: quia voluntas Dei, effectiva est potentia. Nec Deo aliud esse, aliud velle, sed unum atque idem. Et hoc totum simplex, totum unitas, totum trinitas, homousios: quia esse quod substantiale est, unum est in Patre & Filio & Spiritu sancto: & horum una actio est; sicut una voluntas. Fuerunt enim omnia, ab æterno in Deo.*

[f] In cap. 12. Luc.

¶ Deus non nutrit. BEDA: [f] *Multo amplius nobis Deus dedit, quod nos fecit, & composuit ex animâ & corpore, quàm est alimentum atque tegumentum: ut intelligas, eum, qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum.*

PHRASES DE DEO.

[g] Lib. 2. de Orth. fide cap. 1.

DAMASCENUS: [g] *Unum etiam seculum est, secundum id quòd dicitur Deus æternum, quinimo & præaterum: ipse enim & seculum fecit. Nam solus sine principio Deus existens, omnium ipse est factor seculorum & omnium quæ sunt. At, cùm Deum dico, manifestum est, quoniam Patrem, & unigenitum Filium ejus, Dominum nostrum JESUM Christum, & Spiritum ejus omnisanctum, unum Deum nostrum dico.*

EX BEDA.

Dominum autem his pœnitere dicitur, sed more hominum. Et hæc prima pœnitentia Domini in Scripturis invenitur de creatione hominis, quòd hominem fecisset in terrâ, & hoc istius scilicet: vel quòd illum fecisset in arbitrium, dum nihil proficiebat; sed pejus ac pejus peccavit. In cap. 6. Genes.

Pœnitentia Dei non perturbatio sensûs, quæ in homines cadere solet, retractantes quod improvidè malè commiserint: sed mutatio dicitur rerum transeuntium, immutabili præscientia manente divinâ. Lib. 2. in Samuelem, cap. 11.

Deus qui in suâ naturâ impassibilis semper est & placidus, dolere tamen nostro more dicitur: cùm homines, quos ad se credendum laudandumq́ creavit, hosti potius maligno, quàm sibi servire considerat. Lib. 2. in Proverb. Salom. cap. 19.

[h] 2. Cor. 13. v. 3.

[i] Rom. 8. v. 26.

Est mos divinæ Scripturæ; Deo, quæ in nobis facit, attribuere. Unde dicit Apostolus: [h] An vultis experimentum ejus, qui in me loquitur Christus? *Loquitur posuit, pro loqui facit. Et alibi dicitur:* [i] Spiritus postulat pro nobis: *id est, postulare nos facit.* In Psalm. 3.

[k] Psal. 67. v. 7.

Benedictio Dei accipitur propriè pro augmento virtutum juxta illud [k] Benedicat nos Dominus Deus noster. *Sicut è contra maledictio ejus, accipitur pro diminutione virtutum.* In Psalm. 3.

[l] Matth. 25. v. 12.

Scire Dei, pertinet ad esse, & ad salvationem. Nescire, ad non-esse, & ad perditionem. Nescire Domini ponitur pro reprobare, juxta illud [l] Amen dico vobis, nescio vos. *Non enim potest dici Deus, qui omnia scit, aliquid nescire, quasi ignorans: sed nescire ejus, est reprobare; id est, non defendere, quicquid dignum est perire.* In Psal. 1.

Dicitur ira in Deo, vis illa, quâ justissimè vindicat subjectam creaturam: non cum motu, sed cum tranquillitate. Dicitur tamen hæc vis cum tranquillitate, ira in Deo, quantum ad illos qui patiuntur: quia ipsis Deus motus esse videtur. Est autem ira Dei duplex: una præsens & occulta; altera manifesta & futura. Occulta & præsens est, quando prava mens hominis in hac vita deprimitur cæcitate. Manifesta autem in futuro erit, quando mali in gehennæ ignis manifestè & irrecuperabiliter abstrudentur. In Psalm. 2.

Percipe auribus verba mea: id est, Talem affectum ergà me expectantem exhibeas, ut videaris auribus percepisse verba mea. Ad hanc enim similitudinem hoc dictum est: quia, quando aliquis agit, quod rogatur; videtur percepisse verba rogantis auribus. Non verò, quod Deus pater, qui totus oculus, totus auris est, aliquas aures, ut creatura, habeat. Et quia impropriè hoc dixerat; quomodo rectè intelligendum sit, determinat. Subdit, quantum ad verba, Clamorem: quæ pertinet ad animi vividam intentionem, in quâ se intendat, sicut corpus in exteriori clamore: ut per hoc innuat, se superius accepisse Verba, non quæ fiunt verberati æris strepitu; sed quæ fiunt voce cordis. Quantum verò ad Percipe, ponit Intellige, quoniam intellectus propriè ad clamorem animi pertinet; sicut aures ad verba corporis. In Psal. 5.

Non tribuitur Ascendere Deo, secundùm localem motionem: quia omnia complet. Sed Descendere Dei est hoc, quòd summa divinitatis majestas, per humilitatem humanæ naturæ Verbo unitæ, nobis innotuit. Ascendere vero est, quòd per eandem humanitatem, post mortem, clarificatam resurrectione, ascensione, confessione, magna Dei potestas declarata est. In Psalm. 7.

Deus, qui omnia, antequam fiant, novit, non ideo nos inspicere dicitur; ut ex habitu vel motu nostro, quid in nobis sit, quasi nesciens, discat: sed ut nos discamus, & admoneamur attendere, quàm clementer atque subtiliter hoc Deus jugiter in nobis exploret, quid circa salutem nostram nos tractemus: quantamq́ sollicitudinem non solum pro præsentis vitæ subsidiis impetrandis; sed etiam pro æternâ vitâ obtinenda, habeamus. In Psal. 52.

Scire Dei aliquando cognoscere dicitur; aliquando approbare. Libro 4. in Lucam, cap. 13.

Impios & superbos non videre Deus dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ibidem, cap. 15.

Verbo dubitationis increpatur infidelitas; non opinatur divinitas. Dominus scit quidem omnia per quem facta sunt omnia: & tamen dubitando increpat infidelium corda. Lib. 5. in Lucam, cap. 18.

Respicere Domini, misereri est. Lib. 6. in Lucam, cap. 22.

Omnes tales motus, cum de Deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt: sed docentis magistri. Lib. 2. in Luca. r.

Deus summè bonus, auto. malis nobis esse non potest, sed ejus non salvare. Scripturæ consuetudine, perdere dicitur. Sic et dicitur indurasse cor Pharaonis: non quod molle obduraverit, sed quod meritis præcedentibus obduratum, misericorditer emollire noluerit. Et quod nos eum rogamus, ne nos inducat in tentationem, non est aliud, quàm libera a malo. Ejus perdere animam, est a perditione salvam non facere. Lib. 2. in Lucam, cap. 6.

[m] Psal. 33. v. 6.

Videre Dei, eligere vel amare est. Unde est illud: [m] Oculi Domini super justos. *Nam & nos, quæ amamus, videre, & ab his quæ exsecramur, intuitum festinamus avertere. Videt ergo Jesus videntem se; quia elegit eligentem se, & amantem amavit.* Lib. 5. in Lucam, cap. 19.

EX ALBINO.

Pater qui misit me major me est.] *Ostendit, quòd Christus homo non possit se conferre cum Patre.* In cap. 6. Eccles.

Ego & Pater unum sumus.] *Unum sumus, ait: id est, Quod ille, hoc ego: secundum essentiam, non secundùm relativum.* Libro 1. de Trinitate, cap. 7. Itèm: *Ego & Pater unum sumus.*] *Unum, propter substantiæ unitatem sumus: duo, propter personarum proprietatem.* Lib. 3. de Trinitate, cap. 7.

Quod Apostolus ait, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam; non ità intelligendum est: quòd Pater dici non possit virtus vel sapientia; sicut dici non potest Pater Filius vel Verbum, quia hæc relativa sunt nomina, sicut superius dictum: illa verò, id est, Virtus & Sapientia substantialia sunt. Lib. 2. de Trinitate, cap. 14.

Descendamus, & confundamus linguas eorum.] *Descendere Dei est humanos actus inspicere, vel eorum sensibus propinquare. Quod verò plurali numero dixit, Descendamus; & iterum, Confudit Deus labium universæ terræ, distinctione personarum, sanctam Trinitatem, & operationis unitatem in majestate divina voluit ostendere.* Quæstionibus in Genesin.

Quædam de Deo substantialiter; quædam verò relative dicuntur. Lib.2.de Trinitate,cap.4.

In Deo nihil quidem secundum accidens dicitur; quia nihil in Deo mutabile est: nec tamen omne, quod Deo dicitur, secundum substantiam dicitur. Lib.eodem,cap.10.

Aeternitas & incommutabilitas, negat accidentia alicujus in Deo stabilitatem: quia omne accidens, secundum tempus vel esse, vel non esse potest, vel potuit, vel etiam poterit. Ibidem.

Sancta Scriptura solet decem modis juxta decem prædicamenta de Deo loqui: sed aliter propriè, aliter translativè, aliter relative. Ibidem,cap.15.

Ubicunque in Scripturâ sanctâ legitur, Solus Deus; non de unâqualibet personâ in sancta Trinitate intelligendum est, sed de totâ sancta Trinitate: quæ, æqualiter operatur omnia quæcunque operanda esse judicat. Lib.2.de Trinitate,cap.18.

Juxta hoc, quod homo est, non potest se conferre cum Patre; ut in Evangelio ipse ait: Pater qui me misit, major me est In cap.6. Ecclesiastæ.

EX CAROLO MAGNO.

Animadvertendum est, quòd inseparabilia sint opera Trinitatis: & quod facit Pater, facit Filius; facit & Spiritus sanctus. &, sicut sunt unius majestatis, unius substantiæ, unius voluntatis; ita etiã sunt unius operationis. Lib.4.de Imaginibus,cap.28.

Vivere ejus, nec initium, nec finem, nec mutabilitatem ullo modo sentit. Lib.1.cap.1.

Ejus regnare, à nostro regnare, non minus quam ejus esse à nostro esse, & ejus vivere à nostro vivere, distat. Quippe cujus essentia, sicut semper habuit esse & vivere; ita etiã & regnare. Ibidem.

Regnare, immortalem esse, & veracem, illi est naturale. Cæteris verò, qui hæc consequuntur, illius largitione est attributum, qui verè regnat, solus immortalis & verax est; doctore gentium prædicante, qui ait: [a] Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. *Et rursus:* [b] Qui solus habet immortalitatem. *Non, quòd & angeli, & cæteræ rationales creaturæ, immortalitatem non habeant, & veritatis sint amatores; sed quòd ille solus naturaliter sit & immortalis & verax; cæteri verò immortalitatem & veritatem, ex largitione illius consequantur: & aliud sit, habere per semet; aliud, in potestate donantis esse, quod habeat.* Lib.1.cap.1.

[a] Rom.3. v.4.
[b] 1 Tim 6. v 16.

Nam, cùm essentialiter Deus dicatur creator omnium: est alius modus, quo abusive dii & supera potestates, & homines dii vocantur. Tertio namq; modo, secundùm sacrilegam superstitionem, aereæ potestates dii nuncupantur. Nam primo modo nullus essentialiter Deus dici potest, nisi ille, qui est ineffabilis, incommutabilis, sempiternus, omnipotens; qui est summum bonum singularis apex, trinus in personis, unus in naturâ, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Secundo modo, & angeli, & homines dici possunt: ad quod dignitatis nomen non, nisi Deo obediendo, & humilitatem amplectendo, pervenitur. Tertius modus plures habet species. nam & dæmonia dii gentibus, & sidera dii credebantur. Lib.1.cap.3.

Explicat ALBINUS illud: *Requievit Deus die septimo &c.] id est, à novarum creatione naturarum cessavit; non à gubernatione, de quâ ipsa Veritas ait:* [c] Pater meus usq; modò operatur. In caput 1. Ecclesiastæ. Et: *Quomodo convenit, quod in Genesi legitur:* Requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis? *Et in Evangelio:* Pater meus usque modò operatur; & ego operor? *Requievit à novarum conditione creaturarum, non à conditarum gubernatione. Et ideo Deus tunc creator, in sex dierum creatione putandus est; nunc verò gubernator, in totius Mundi natura.* Quæstionibus in Genesin.

[c] Joh.5.v.17.

Et erant omnia valde bona, quia à bono condita sunt creatore: sed non sic bona, sicut creator, qui solus est summum & incommutabile bonum. Lib.2.de Trinitate,cap.11.

DE CREATIONE.

BEDA inquit: [d] *Creavit, quasi dicat, machinavit. Propriè enim, Creare: absq; materiâ dicitur: Facere aũt, de materiâ.*

[d] in Gen. cap.1.

De rerum distinctione, ALBINUS ait: [e] *Plurima in eis, quæ acta sunt, & quod ex tẽpore cœpit, distantia invenitur esse. Nam quædam ex eis sunt spiritualia; quædam verò visibilia. Quiddam itaq; in eis factum dicitur, & non natum: ut cælum & terra, & multa in creaturis. Quiddam verò factum dicitur, & natum; sed insensibiliter: ut arbores & herbæ de terrâ. Quiddam est factum, natumq́, sensibiliter: ut homines & animalia.*

[e] Lib 2. de Trinit. cap 9.

¶ De architecto rerũ omnium, inquit DAMASCENUS.[f] *Ipse Deus noster, qui in trinitate & unitate glorificatur, fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, ex nihilo ad esse deducens.*

[f] lib 2. Orthod. cap.3.

BEDA inquit: [g] *Solus Deus esse rectè & propriè dicitur: quoniam ab ipso omnia, quæ sunt, ipsæ etiam rationales creaturæ, esse cœperunt.* Item: [h] *Spiritus Dei ferebatur super aquas, cujus flatu omnes vivificamur, & in quo subsistentes requiescimus.* Et: *Quod ergo dictum est,* In principio creavit Deus cœlum & terram, *materiam totius creaturæ ostendit; rationalis & corporalis, & angelorum, & hujus mundi. Utrumq; igitur fecit Deus, materiam & formam: sicut vox & verbũ simul fit; quamvis vox prior sit origine. Denique Scriptura ait,* Qui fecisti mundum de materia informi. *Sed materia facta est de nihilo; Mundi verò species, de informi materiâ. Proinde duas res ante omnem diem, & ante omne tempus, condidit Deus: angelicam videlicet creaturam, & informem materiam. quàmvis omnia simul facta sunt.* Et: [i] *Fecit Deus omne tempus, simul cum omnibus creaturis temporalibus.* Item: *Angeli omninò nullam possunt condere vel creare naturam. Solus enim creator est Deus; id est, ipsa Trinitas.* Et: [k] *Per Filium Pater omnia condidit & creavit.* Item: [l] *Trinitas Deus creavit omnia.* Et: [m] *Jussio Dei non solùm ad homines nec solùm ad aves & pecora venit, per angelorum ministerium, sed etiam ad illa, quæ in aquis sunt. Si autem donavit Deus hominibus mansueta facere etiam fera animalia: quanto magis angeli hoc possunt, quod dixi? Angeli autem omninò nullam possunt condere vel creare naturam.* Item: [n] *Nullus habet potestatem emittendi spiritum; nisi qui animarum conditor est.*

[g] lib 2. in Job c 6.
[h] in Genes. cap 1.
[i] cap 2.
[k] Lib 3. in Job c 9.
[l] Lib 3. cap 14.
[m] in Genes. cap 2.
[n] lib. 4. in Marc. cap.19.

APONIUS ait: [o] *Quicunq; ergo unum Deum, omnium factorem, in totâ virtute crediderit adorandum, & hunc per Verbum & Spiritum sibi coæternum omnia fecisse, quæ sunt formata; esse rectus in conspectu Dei probabitur.*

[o] lib 1. in Cantic.

ALBINUS: [p] *In principio fecit Deus cælum & terram: id est, in Christo, qui est Filius Dei, qui est Verbum Dei, qui est Virtus & Sapientia Dei. sicut in Psalmo dicitur:* [q] Omnia in sapientiâ fecisti. *Sed ipse idem Filius ante omnia semper est, & semper Deus, & semper in Deo.* Et: [r] *Diversitates creaturarum & commutabilitates, ab uno solo & incommutabili Deo creata sunt. Quia omnia, quæ sunt in cælo & in terra, absq; ulla dubitatione, sicut voluit fecit. Hoc quoq; sciendum, quod omnis substantia, quæ Deus non est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est.* Item: [s] *Eorum, quæ sunt, vel fuerunt, vel futura sunt, causa est Deus; & horum dator & creator. Et non est dicere, hoc esse ipsum Deum quæ sunt illa, quibus ut essent, dedit: nec alicui creaturæ partem suæ substantiæ dedit. Et cum ipse sit immutabilis, mutabilia sine suâ mutabilitate creavit.* Et: [t] *Quicquid in naturâ creaturarum est, creatura est Dei, cujus omnipotentia ea gubernat, regit, & implet, quæ creavit.* Item: [u] *Operatione, id est, veritate Dei, quæ est Filius, apparuerunt omnia; & facta sunt, sicut voluit, & quando voluit, & quomodo voluit. qui fecit omnia: sed non ille factus per quem facta sunt omnia.* Item: [x] *Creaturas ergo fecit Deus per Filium.*

[p] Lib 2. de Trin c 14.
[q] Psal 104 v 24.
[r] lib eod. cap 9.
[s] lib eod. cap.1.
[t] cap. 4.
[u] cap.13.
[x] cap 14.

GREGORIUS Papa, in Epistolâ ad Saxones: [y] *Unus est Dominus hominum, volucrum, quadrupedum, & piscium.* Et CONCILIUM Nicænum VII. *Deus omnium causa, & perfecte cuncta conficiens; omnia sua bonitate, ab iis quæ non erant, ad esse produxit.* CONCILIUM Nicænum II. Actione 6. *Omnis creatura à Deo condita, & quæ ab eo, quod non est, id, quod jam est, substantialem facultatem sumsit, nunc ipsius mandato mota & gubernata, novit creatoris præceptum servare velut ab ipso sic prædispositâ: sive inanimata sit, sive animata.*

[y] Tomo 3. Concil.

CAROLUS Magnus inquit: [z] *Deus imperando lucem condidisse legitur, & aquas ab aquis diviisse, & limitem his, ne denuo confunderentur firmamentum posuisse; & terram multigenis seminibus fœcundasse, & cælum splendifluis siderum fulgoribus perornasse, & aquis natatilibus aera volatilibus complevisse, & hominem post omnium rerum creationem paravisse.* Et: [*] *Per ineffabilem potentiam Dei, omnis Mundi compage condita esse dinoscitur.*

[z] lib 1 c.4
[*] lib 4. c.2

¶ Ex nihilo quædam facta esse. DAMASCENUS asseverat: [a] *Universa hæc quidem, cælum, terram, aërem, ignem,*

[a] Lib 2 Orthod cap 5

A aquam, non ex subjecta materia: alia autem ex iis, qua ab ipso facta fuerunt; puta animalia, plantas, semina. Hæc enim ex terrâ, aquâ, aereq́ & igni, Conditoris præcepto, exorta sunt.

a in Gen. cap. 1.

BEDA ait: [a] *Non omnia ex nihilo fecit Deus: sed quadam ex nihilo, quadam ex aliquo condidit Deus. De nihilo, Mundum, & Angelos, & Animam: ex aliquo, Hominem, & Pecora, & cæteras creaturas.* Item: [b] *Duas partes Mundi magnas, cælum & terram, Deus ex nihilo fecit: & de unâ earum, velut de materiâ informi, cæteras creaturas distinctas sive formatas instituit: inter* B *quarum creationem, & aquas credimus factas: quarum quidem conditionem, in principio Genesis scriptam non legimus; aliarum verò prope omnium factura, in libro dominico recensitum.*

b lib. 3. in Job. c. 7.

c Quæst. in Gen.

ALBINUS inquit: [c] *Creatura de nihilo facta sunt; cælum, terra, angeli, lux, aer, aqua, anima hominis.*

d in cap. 5. Lucæ.

¶ Quomodo creata sint, Beda docet: [d] *Nihil medium est inter opus Dei atq́ præceptum, quia in præcepto est opus: deniq́ dixit, & facta sunt. Videt igitur, quod dubitari non potest, quia voluntas Dei potestas est.*

e Quæst. in Gen.

ALBINUS inquit: [e] *Deus senario numero Mundi creationem perfecit; quia ille numerus perfectus, juxta Arithmetica disciplina rationem, legitur esse: & ut ostenderet Deus, omnia per-* C *fecta & valde bona se condidisse.* Item: [f] *Quicquid à Deo creatum est, bonum est: & omnis homo, quantum creatura Dei est, bonum est; quantum verò se subjicit per liberum arbitrium Diabolo, à patre Diabolo est. Bona est enim hominis natura: sed vitiata erat per malam voluntatem, & inde à patre erat Diabolo.*

f in cap. 8. Joh.

g in Ps. 44.

¶ Ordinata esse omnia, BEDA docet: [g] *Quæcunq́ sunt, quantumcunq́ nobis videantur inordinata; omnia tamen ordinem sortiuntur à Dei providentiâ.*

h lib. 3. in Job. cap. 8.

¶ De fine creationis, ait BEDA: [h] *Unaquaq́ creatura, via* D *Dei est, per quam ad Dei itur cognitionem, dum condita ab eo cognoscitur: sive via Dei illa sunt, quando cuilibet creatura rationali Deus, quasi ad eandem veniens, innotescit.*

i in Eccles. cap. 1.
k in cap. 3

ALBINUS inquit: [i] *Terram hominum causâ factam esse.* Et: [k] *Quid amplius habere possumus in hoc seculo laborando, quam ut nos erudiamur ex diversitate creaturarum, creatoris agnoscere magnitudinem; & omne bonum esse, quod Deus fecit: qui dedit Mundum hominibus ad inhabitandum: ut fruantur eo, & varietates intelligāt temporum, nec quærant, quomodo crea-* E *ta sint omnia? quare hoc vel illud, ab initio Mundi usq́ ad consummationem, fecerit crescere, manere, mutari?*

¶ Non duraturum esse semper Mundum, ALBINUS testatur: [l] *Signanter dixit,* Terra in seculum stat: *non, in secula seculorum. quia cælum & terra transibunt; & ecce, facta erunt omnia nova.*

l in cap 1. Eccles.

m lib. 4. Orthod. cap. 21.

DAMASCENUS: [m] *Unum est principium, ab omni malignitate liberum. At si hoc dicunt (Manichæi,) unde malum? Impossibile enim, ex bono malum habere ortum. Dicimus, quod malum nihil aliud est, quam boni privatio, & ex eo, quod secun-* F *dum naturam, in id, quod præter naturam, prolapsio. Nam nihil malum, secundum naturam. Cuncta enim, quæcunq́ fecit Deus, bona sunt valde, secundum quod facta sunt. Sic igitur manentia, quemadmodum creata sunt, existunt valde bona. Cùm autem voluntariè discedunt ex eo, quod secundum naturam, in id, quod præter naturam, prolabentia; in malo statuuntur. Secundum naturam igitur omnia subdita & parentia opifici. At quando aliqua creaturarum voluntariè rebellaverit, & inobediens facta fuerit ei, qui creavit illam; in se-ipsâ parit malitiam. Malitia enim, non substantia est, neq́ substantia proprium, sed accidens* G *id est, ex eo quod secundum naturam, in id, quod præter naturam, voluntaria aversio, quod quidem est peccatum.*

n in cap. 1. Gen.
o Joh 8. v 25.

¶ BEDA: [n] *In principio, id est, in Filio, fecit Deus cælum & terram.* Item: *Principium Christus est; qui in Evangelio dicit:* [o] Ego sum principiū. [Verùm illa pugnant cum explicatione Johannis 1.]

p Quæst in Genes.

De arcu cœlesti, inquit ALBINUS: [p] *Arcus in signum securitatis datur; quia præscivit Creator formidabiles hominum animos, ne iterum diluvio delerentur, dum sæpius inundationes pluviarum cernerent.*

DE PROVIDENTIA DEI.

q lib. 2. Orthod. cap. 29.

H QUi sit providentia, docet DAMASCENUS: [q] *Providentia est, quæ ex Deo est, in ea, quæ sunt, cura.* Et rursus: *Providentia est voluntas Dei, per quam omnia, quæ sunt, convenientem gubernationem suscipiunt.*

r in cap. 3. Eccles.

A ALBINUS ait: [r] *Idcirco Deus certâ ratione cuncta moderatus est, & jussit humanis usibus elementa inservire: ut homines, videntes hæc, intelligant, esse providentiam Dei; & timeant à facie Dei: dum ex rerū æqualitate, cursu, ordine, atq́ constantiâ, intelligunt creatorem. Pulcre aūt temperavit, dicens;* Ut timeant à facie ejus. *Faciunt quippe Domini, super facientes mala.*

s lib. 2. c. 29.

¶ Duplicem esse providentiā, testatur DAMASCENUS: [s] *Providentia verò, hæc quidem secundum acceptationem; hæc autem secundum permissionem. Secundum acceptationem sunt, quæ-* B *cunq́, sine controversiâ bona sunt. Sunt & quædam secundum permissionem. nam sinit frequenter, justum incidere in calamitates: ut virtutem, quæ in illo latebat, aliis apertam manifestamq́ faciat: ut in Job. Aliquando sinit quippiam absurdum fieri: ut per operationem, quæ absurda videtur, magnum aliquid & admirabile dirigat, & operetur: ut per crucem, salutem hominum. Et alio etiam modo sinit Sanctum male affici: ut ex rectâ conscientiâ non excidat; aut ex indultâ ei virtute gratiâ, in superbiam nō extollatur: ut in Paulo. Interdum deseritur quis in malis, ad vitam aliorum in melius commutandam: ut alii; viden-* C *tes quod apud illum est, emendentur: ut in Lazaro & Divite. Naturaliter enim ipsi, videntes alios patientes, corripimur. Relinquitur & quis ad alterius gloriam, non per proprium aut parentum peccatum: ut Cæcus à nativitate, ad gloriam Filii hominis. Rursus, sinitur quis pati ob alterius zelum: ut, gloriâ patientis magnificatâ, impiger aliis stimulus excitetur, spe futuræ gloriæ, & futurorum desiderio bonorum: ut in Martyribus. Permittitur & quis quandoq́ in turpē incidere actionem; ad emendationem deterioris affectûs. Verbi causâ: Est quis elatus in virtutibus, & rectè-factis suis: hunc sinit Deus in adulterium prola-* D *bi; ut per casum, in cognitionem propriæ infirmitatis veniens, humiliatus confiteatur Domino.* Item: *Sciendum etiam, quòd multi sunt modi providentiæ Dei, qui neq́ sermone explicari, neque mente comprehendi queunt.*

t lib. 2. c. 29.

¶ Omnia Deum curare, docet DAMASCENUS: [t] *Deus est, qui est factor & provisor: & factiva ejus virtus, & contentiva, & provisiva, bona ipsius voluntas est.*

u Quæst. 6. in lib. Regum.

BEDA inquit: [u] *Mire omnipotentem providentiam describit superni protectoris, cum dicit, animam viri sancti quasi fasciculo viventiū apud eum esse custoditam. Sicut enim facillimum* E *est cuilibet, fasciculum herbæ vel sceni suâ manu retentum conservare: ita virtus Domini & Salvatoris nostri, omnes per Orbem electos, ab initio usq́ ad finem seculi, ne quis ex eis ullâ ratione pereat, sine labore tuetur.* Item: [x] *Scriptura sancta de Deo secundum hunc modum loquuntur; quòd Deus scilicet, eorū omnium conditor, quæ semel creavit, indesinenti gubernationi providentiæ suæ regens, semper facere dicatur.* Et: [y] *Providentiam suam Deus, quâ cuncta dispensat & regit, in hoc loco multimodo copiosoq́ sermone significat. Unde ait ad Job:* Si potes ubiq; esse, & nosse omnia quæ creata sunt; & si abditos terrarum sinus F penetrare potuisti. Item: [z] *Quòd-si volatilia, absq́ curâ & ærumnis, Dei aluntur providentia, quæ hodie sunt, & cras non erunt; quorum anima mortalis est, &, cùm esse cessaverint, semper non erunt: quantò magis homines, quibus æternitas promittitur, Dei reguntur imperio?*

x lib. 3. in Job. c. 6.

y cap 7.

z lib. 4. in Luc. cap. 12.

a in cap. 8. Eccles.

ALBINUS ait: [a] *Propterea admoneo, ut id omnimodis caveas: ne putes absentem Deum ab operibus tuis; imo & cogitationibus perversis: sed enim timeas; & scias, in cunctis operibus tuis ejus providentiam esse: teq́ libero arbitrio conditum, non cogi, sed velle, quod facias.* Item: [b] *Quāmvis nemo sit conscius futurorum:* G *tamen scire debet, omnia à Deo ad utilitatem hominum fieri; & non absq́ ejus voluntate disponi, sine cujus dispositione nec unus passer in laqueum cadit.*

b in cap. 8.

DE PRÆSCIENTIA DEI.

c lib. 2. Orthod. cap. 30.

DAMASCENUS inquit: [c] *Operæpretium est, agnoscere, omnia præscire Deum; non autem omnia prædefinire atque prædestinare. Præscit enim & ea, quæ in nobis. non prædefinit autem hæc. Nam non vult pravitatem fieri; neq́ cogit, neq́ vim adfert virtuti. Quare præscientiæ jussionis divinæ opus est prædefinitio. Prædefinit autem ea, quæ non in nostra potestate sunt, se-* H *cundùm præscientiam suam.* Et paulò pòst: *Sciens autem præcognitor Deus, quòd in transgressionem laberetur homo, & corruptioni subjaceret, fecit ex eo fœminam, illi secundum ipsum auxiliatricem; per quam propagationem, quæ post transgressionem essit generis ex successione conservatio.*

A ALBINUS ait: [a] *Nulli dubium est, quòd ortus & interitus hominum Deo notus sit & præfinitus.*

[a] in cap. 3. Eccles.

DE ANGELIS BONIS.

DE appellationibus Angelorum ait BEDA: [b] *Propter annuntiationem salutis, interè Deus & angelus dicitur. ut:* [c] *Angelus loquebatur in rubo ad Moysen, & dicebat ei:* Ego sum Deus Abraham, &c. *Aliquando in Scripturis & homines nomen angelorum accipiunt. ut:* [d] Labia sacerdotis custodient sapientiam, & legem ex ore ejus requirent, quia angelus Domini Sebaoth est. B Itèm: [e] *Sub nomine Lunæ, sive Stellarum, Angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui, ad comparationem divinæ reverentiæ, immundi & tenebræ possunt videri: ex eo utique, quoniam natura condita creatura, licèt non peccet; capax tamen delicti est. ut apparuit in angelis ejusdem naturæ peccantibus. Sed post eos, nullum angelorum peccâsse, credendum est: quia liberum arbitrium suum in solius Dei charitatem, agnitâ sui conditione, verterũt. immobiles facti sunt, persistentes in veritate; in quâ prædictus angelus cũ suis stare noluit. Proinde Angelorum voluntas, per amorem Dei, facta est in- C convertibilis; quæ in Deo una atq; eadem esse creditur per naturam. & ideo ipsi soli incorrupto honore & gloriâ permanent.* Itèm: [f] *Angelus vocatur Johannes, non naturæ societate, juxta heresin Origenis; sed officii dignitate. Angelus enim Græcè, Latinè Nuntius dicitur. Nec mirandum, mysticè angelum nominari eum; quo inter natos mulierum major non surrexit: cùm constet, omnes, qui sacerdotii gradu rite funguntur, ob evangelizandi officium, angelos posse vocari, dicente Prophetâ:* Labia sacerdotis custodient sapientiam, &c. Itèm: [g] *Idcirco Angeli privatis nominibus censentur: ut signetur per vocabula etiam, in D operatione quid valeãt. Ad Mariam ergo virginem Gabriel mittitur; qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat; qui virtutum Dominus, & potens in prælio, contra potestates aereas ad bella veniebat.*

[b] lib. 2. in Job c. 3. [c] Exo. 3. v. 2. et seqq. [d] Malach. 2 v. 7. [e] cap. 8. [f] in cap. 1. Marci. [g] in cap. 1 Lucæ.

¶ Quid sit Angelus tradit DAMASCENUS: [h] *Angelus est substãtia intellectualis, semper mobilis, suæ potestatis. arbitrioq; libera, incorporalis, Dei ministra; per gratiam, nõ naturâ, immortalitatem consecuta: cujus substantiæ speciem & terminum solus creator agnovit.*

[h] lib. 2. Orth. fid. cap. 3.

E ¶ De differentiâ Angelorum inquit DAMASCENUS: [i] *Sive æquales secundum substantiam sint, sive ab invicem differentes; nescimus. Solus autem qui fecit ipsos, Deus scit; qui omnia novit. Differunt autem ab invicem illuminatione & statione: sive ad illuminationem, situm stationemq; habentes; sive ad stationem, illuminationem participantes.*

[i] ibidem.

GERMANUS Patriarcha Constantinopolitanus, Epistolâ ad Johannem Episcopũ Synnadon: [k] *Ipsorum sanctorum Angelorum præstantes ordines, neq; intelligere, neq; investigare F omnino possumus.*

[k] Tom. 2. Concil.

¶ Unde sint Angeli, DAMASCENUS docet: [l] *Per Verbum Dei creati sunt Angeli; & per sanctificationem Spiritûs sancti, perfecti, proq; suæ dignitatis & ordinis ratione, illuminationem & gratiam participantes, circumscripti sunt. Nam, cùm sunt in cœlo, in terra non sunt: & in terrã à Deo missi, non remanent in cœlo. Non continentur portis, muris, claustris, & signaculis: hi enim indeterminabiles sunt.*

[l] lib. 2. c. 3.

Ibidẽ etiã Damascenus sentit, *primo die Angelos creatos esse.*

¶ Angelos in bono esse confirmatos, BEDA docet, in- G quiens: [m] *Etsi angelica, vel omnis creata natura, capax delicti est: tamen, per donum & gratiam creatoris sui, sancti Angeli ità in amorem charitatis illius transierunt; ut jam nec velint, nec possint peccare.* Et: [n] *Cœli firmati sunt Verbo Domini: id est, hoc, quòd cœlestis exercitus, ut Cherubim & Seraphim, prævaricante Diabolo, persisterunt, non ex se; sed à Domino Patre, & Verbo ejus, habuerunt. & non pars virtutis; sed omnis virtus eorum, est à Spiritu oris ejus. id est, Domini: id est, à Spiritu sancto.* Et: [o] *Quòd cœlestes spiritus persisterunt in veritate, hoc non habuerunt ex se; sed ex Dei inhabitatione.* Itèm: [p] *Superculestes spiritus, H ad verum diem, id est, ad veram claritatem, pertinentes, quòd apostatæ angelo non adhæserunt; sed perseverarunt in veritate: hoc non ex se; sed ex tuâ ordinatione. id est, ex dispositione tuâ, et voluntate. Et verè ex te habent: quoniam serviunt, subjacent, & parent tibi per omnia, non solùm terrena; sed & cœlestia.*

[m] lib. 1. in Job. c. 4. [n] in Ps. 32. [o] in Ps. 122. [p] in Ps. 118.

A ALBINUS: [q] *Duas creaturas rationales condidit creator: unam cœlestem; alteram terrestrem. & utramq; liberi arbitrii potestate nobilitavit: ut voluntariè, in dilectione Dei, & divinæ potentiæ laude, perpetualiter atq; beatè permanerent.*

[q] Prov. ... lib. 3 de Trin.

¶ De Dignitate Angelorum ait BEDA: [r] *Qui sancti sunt Angeli in regno Dei, quilibet in eis minor major est utiq; quolibet sancto & justo, portante corpus, quod corrumpitur, & aggravat animam.*

[r] in c. 7 Luc.

¶ De apparitione Angelorũ, inquit ALBINUS: [s] *Qui propter B probabili ratione videri potest, patribus nostris ante incarnationem Christi, sub personâ Domini, apparuisse vel locutos esse Angelos: nec illos etiam in sua apparuisse substantia credendum est; sed in subjectâ creaturâ, quæ ab illis tempore opportuno assumta est. Ita etiam angelicam carnalibus oculis naturam invisibilem esse, certissimum est.*

[s] lib. 2 de Trin. c. 17

CAROLUS Magnus inquit: [t] *Angelorum natura immortalis. Sunt enim natura spiritus, effecti angeli: qui, ut ab hominibus videri possint, corpora ex lucidissimo æthere, nec ex pũlerum opificiis, assumere creduntur.*

[t] lib. 3. c. 20

C ¶ De colloquio Angelorum, inquit BEDA: [u] *Collocutionem Angelorum ego existimo mobilem quendam voluntatum fuisse consensum potius, quàm sonora colloquia: quoniã spiritus sunt, & non corpora membris composita. Unde fieri potest, ut similes motus per subtilitatem naturæ suæ in se perspexerint: & hoc dictum sit colloquium. Non enim quicquam affectuum suorum adinvicem latere spiritus potest. Simplices enim creaturæ, nullum habẽtes quasi obstaculum corpulentum, perspicua sibi sunt. Unde arbitror, quòd lingua illa, quæ est eis secundum cõditionis suæ modum, longè dissimili atq; insuspicabili distinctione, sine sono vocis, D quæ fit verberato aere, quod volunt, illis, o ... : nec sit necesse eis, humano more, brevissimi saltem temporis spatio, loquelam à cogitatione discernere. Illud tamen immobiliter est tenendum, nullo modo in silentio agi militiæ cœlestis officia: cùm legamus angelicas potestates ante sedem Domini, in laudem gloriæ ejus, indefessis vocibus personare: neq; ullo modo Apostolum dictur ũ fuisse,* [x] Si linguis hominum loquar & angelorum; *nisi essent angelorum linguæ, sicut hominum sunt: quamvis angelicæ dissimiles sint humanis. Est ergo aliquod magnũ atq; ipsum valde ... in super diversitate linguarum, inter terrigenas & ministeria su- E perna, discrimen.*

[u] lib 2. in Job. c. 7. [x] 1 Cor. 13. v. 1.

¶ Quod Angeli non [...] rerum cõditores, DAMASCENUS docet: [y] *Quicunque autem dicunt, Angelos esse conditores cujuscunq; substantiæ, ipsi os Diaboli sunt, eorum quidem patris. Creaturæ enim cùm sint; non sunt conditores. Omnium verò factor, & provisor, & contentor, Deus est, solus increatus.*

[y] lib 2. Orth. fid. cap. 3.

¶ In loco esse Angelos, idem DAMASCENUS docet: [z] *Angelus corporaliter non continetur, quasi formam figuramq; recipiat. in loco tamen dicitur esse, propterea quòd adsit intelligibiliter, & operatur secundùm suam naturam. Et non ... esse F nusquam, sed alicubi intelligibiliter circumscribi, ubi & operatur. Non enim potest secundùm idem, diversis in locis operari: quod solius est Dei.*

[z] lib. 2. c. 17.

DE BONIS ANGELIS.

De officio Bonorũ angelorũ inquit DAMASCENUS: [a] *Fortes sunt Angeli, & prompti ad divinam implendam voluntatem: & ubiq; confestim inveniuntur naturæ agilitate; ubicũq; divinus jusserit nutus. Et custodiunt partes terræ, & gentium & locorum præsides, ut à suo conditore sunt ordinati & ea, quæ sunt apud nos, dispensant, & auxiliantur nobis. Omnino autem secun- G dùm divinam voluntatem & præordinationem, supra nos sunt; semperq; circa Deum existunt: ægre difficulterq; in malum mobiles; sed non immobiles. Nunc autem immobiles, non naturâ, sed gratiâ. Et Dei (qui solus bonus est) assistentia, vident Deũ pro capacitatis modulo; illâq; pascuntur alimoniâ. Supra nos sunt & incorporei, & omninò corporea perturbatione immunes, non tamen impassibiles. Sola enim impassibilis divinitas. Transfigurantur, quomodocunq; dominator jusserit Deus: & sic hominibus apparent, & divina revelant mysteria. In cœlo conversantur, & unum opus officiumq; habent; hymnis Deum collaudare, & divi- H næ ejus ministrare voluntati.*

[a] lib. 2. c. 3.

BEDA ait: [b] *Angeli ascendentes & descẽdentes, angeli sunt, qui ministrant hominibus, id est, misericordes et immisericordes.* Et: [c] *Licet & de sanctis credere Angelis, quia minùs vitam electorum despexerint hominum, postquam Deum ac Dominũ suum.*

[b] in cap. 28 Genes. [c] in cap. 8. Cant.

A *in tantum amare genus humanum, cernebant, ut etiam ipse homo fieri, inter homines conversari, ac mori dignaretur. Hinc est enim, quòd, ante incarnationem ejus, adorari se ab omnibus patienter ferunt: Johannem verò in Apocalypsi, adorare se incipientem, prohibet Angelus.* Itèm: [a] *Expandunt ergo alas Cherubim, & propitiatorium tegunt: quoniam Angeli omnem suæ naturæ potentiam, quâ in altis habitare, & cuncta superna illius patriæ loca levi ac læto itinere penetrare meruerunt, in obsequium sui conditoris offerunt, ac velut propitiatorium contuentes obumbrant, id est, honorant velando: quia totum, quem habent, statum perpetuæ felicitatis, ejus gratiæ deputant; à quo nihil mali velle posse acceperunt.* Et: [b] *Qui Deus superna cœlorum regna spiritibus angelicis, ad laudem & gloriam atq; honorem sui nominis ac majestatis, in perpetuum miro ordine collocavit. De quibus plura loqui pertimescimus: quia soli Deo scire est, quomodo vel quemadmodum eorum invisibilis, absq; contagione seu diminutione, in sua sola puritate, consistat natura.* Itèm: [c] *Alii ex illis, ad nos in Mundum missi, futura prædicando, perveniunt: alii ad hoc sunt constituti, ut per eos signa & miracula frequentiùs fiant: alii subjectis angelorum spiritibus præsunt, eisq; ad explenda divina mysteria disponendo principantur. Alii mirâ potentiâ cæteris præeminent, pro eo, quòd eis ad obediendum alia angelorum agmina subjecta sunt: alii tantâ divinitatis gratiâ replentur, ut in eis Dominus sedeat, & per eos sua judicia decernat: alii tantò perfectiori scientiâ pleni sunt; quantò claritatem Dei viciniùs contemplantur. Alia verò ita Deo conjuncta sunt angelorum agmina, ut inter hæc & Deum nulli alii intersint: & tantò magis ardent amore; quantò subtiliùs claritatem divinitatis ejus adspiciunt. Talibus à primordio incipientis vitæ, beatorum spirituum distinctionibus, superna cœlorum regna, à Deo conditore in perpetuum mirabiliter collocata subsistunt.* Et: [d] *Angeli boni hominibus ad custodiam deputati sunt; de quibus dicitur in Euangelio:* [e] Angeli eorum semper vident faciem Patris. Item: [f] *Boni angeli potestatem habent, corporaliter nocendi malis hominibus. Tres enim angeli, quos Loth in hospitio recepit, boni fuerunt: per quos tamen Sodomæ subversio facta est. Quod autem boni angeli bonis hominibus corporalem aliquam læsionem intulerint, nō legitur.* Et: [g] *Cùm ad nos veniunt Angeli; sic exteriùs implent ministerium, ut tamen nunquam desint interiùs per contemplationem. Et mittuntur igitur, & adsistunt: quia, etsi circumscriptus est angelicus spiritus; summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque, & missi, ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniunt, intra ipsum currunt.* Et: [h] *Alter angelus Mariam, angelus Joseph, angelus Pastores instruit. Et concipiendum, & conceptum, & natum, cœli cives Dominum testantur: ut & mortales sufficienter imbuant, & suum auteri servitium incessanter impendant. Nam & in sequentibus tentato, passuro, resurgenti, atque ad cœlos ascendenti, semper adesse perhibentur.* Itèm: *uno euangelizante nuntio natum in carne Deum; mox multitudo militiæ cœlestis advolans, consono in laudem creatoris ore prorumpit; ut & sui, sicut semper, obsequii devotionem Christo impendant; & nos suo pariter instituant exemplo: quoties vel aliquis fratrum sacræ eruditionis verbis insonuerit, vel ipsi lecta sive audita, quæ pietatis sunt, ad mentem reduximus; Deo statim laudes ore, corde, & opere, reddendas.* Et: [i] *Angeli, amici Christi sunt; quia voluntatem ejus continuò in suâ stabilitate custodiunt. Vicini quoq; ejus sunt; quia claritate visionis illius suâ assiduitate perfruuntur.*

[a lib. 1. de Tabernac. cap. 5.] [b Hom. in festo omnium Sanct.] [c ibid.] [d in Ps. 23.] [e Matth. 18 v. 10.] [f in Ps. 77.] [g in cap. 1. Luc.] [h in cap. 2.] [i in cap. 15.]

Aponius ait: [k] *Angelorum custodia erga animas, contra dæmonum impugnationem jussu Creatoris constituta probatur.*

[k lib. 5. in Cant. c.]

Albinus ait: [l] *Deus Angelos suos sæpe Judices & Reges terræ præposuit: qui possunt iniq; prohibere injustitiam; & magis in terrâ valere quàm quævis hominum potestas.* Et: [m] *Jubet, ne post Regem de Sanctis quoq; facile detrahamus; & eis, quos viderimus sapientiâ, scientiâ, virtutibusq; ditatos, linguâ mordaci derogemus: quòd Angeli, qui terram circumeunt, & sunt administratores spiritus, & in Zachariâ loquuntur,* [n] Circuivimus terram: ecce omnis terra habitatur, & silet: *ad instar avium, ad cœlum nostra verba perferant, & cogitationes: & quod clam cogitamus, scientiam Dei non latère.*

[l in cap. 5. Eccles.] [m in cap. 10] [n cap. 1. v. 11.]

Carolus Magnus inquit: [o] *Angeli, conditori suo in cœlis assistentes, de suâ perpetuâ beatitudine lætantur.* Itèm: *Nec solùm de illorum, quos secum intus habent, hominum justorum felicitate, lætantur agmina cœlestia: verum etiam nostri, qui foris adhuc positi, de profundis ad Dominum clamamus, curam gerunt.* Et: *Ita Angeli suam perpetuò innocentiam conservant; sic de animarum sanctarum in cœlis beatitudine congaudent: ut eis, quos in terris adhuc peregrinari conspiciunt, electis opem ferre non desinant; donec & illos ad cœlestem patriam introducant.*

[o lib. 1. c. 20.]

DE DIABOLIS.

B Beda inquit: [p] *Serpens ille indicat Diabolum: qui indè serpens dicitur; quòd volubili versetur astutiâ.* Itèm: [q] *Diabolus, quando prædam agit de Sanctis, tanquam de majoribus rebus; ut leo habendus est; quando verò minima quærit auferre; formica dicēdus est.* Et: [r] *Potest & Diabolus fur, homicida, & adulter, intelligi: quia, decipiendo hominem, factus est homicida; ut ait Dominus:* [s] Ille homicida fuit ab initio. *Divinitatem quoq; sibi per superbiam permittendo, quam præsumtione animi sui tentavit invadere, velut fur inventus est, qui aliena conaretur auferre. Qui etiam virginalem illam & castam dilectionem Dei amisit; dum adulterino ambitu contra Dei sui & Domini amorem faciens, propriâ voluntate quæsivit.* Itèm: [t] *Diabolus in multis locis Scripturæ, propter sævitiam et fortitudinem, leo nominatur. De hoc igitur Dominus ait: quod nemini nocere possit, nisi à Deo acceperit potestatem. Justo ergo judicio ejus, homines illi traduntur: quia ille omnino vires non habet dominandi, nisi ipse permiserit.* Et: *Quando Diabolo corvi nomen aptamus; dicimus eum nigrum criminibus, atq; deterrimum; & qui in tenebris nequitiarum omninò commovetur.* Itèm: [u] *Dæmones rectè volucres cœli, sive quia cœlestis spiritualisq; sunt naturæ, sive quia per aëra volitant, appellantur.*

[p in cap. 3. Gen.] [q lib. 1. in Job. cap. 4.] [r cap. 7.] [s Joh. 8. v. 44] [t lib. 3 in Job. c. 8.] [u in cap. 4. Marci.]

¶ Diabolus non naturâ tales factos à Deo; sed ex lapsu proprio suam malitiam acquisivisse, Damascenus docet: [x] *Ex iis angelicis virtutibus, ea, quæ præerat terrestri ordini, & cui à Deo terræ custodia commissa erat, non natura, mala facta est: sed bona existens, & à bono facta, & nullo pacto in seipsâ à conditore malitiæ vestigium tenens; non ferens illuminationem & honorem, quem ipsi conditor indulserat; liberâ voluntatis potestate, demutata est ex eo statu, qui secundùm naturam, in eum, qui contra & præter naturam est. Et elevata est adversùs Deum, qui illam fecit; rebellare illi volens: & prima prælapsa à bono, in malo constituta.* Itèm: *Bona facta, libera voluntatis potestate, tenebra facta est.* Itèm: [y] *Diabolus, qui à Conditore bonus factus, merâ arbitrii potestate, malitiæ inventor effectus est; & quæ cum eo sunt apostaticæ desertricesq; virtutes, id est, dæmones. Reliqui autem Angelorum chori, in bono persliterunt.* Et: [z] *Malúsne ergo Diabolus? Secundùm quod factus est, non malus; sed bonus. Angelus enim lucidus & splendens ab Opifice creatus est, liberæ potestatis, quippe qui rationalis: voluntate verò à virtute secundùm naturam discessit; & in caligine malitiæ factus est à Deo elongatus, soli bono & lucis indultore. Ex ipso namq; omne bonum benignè fit: & quantùm ab ipso elongatio voluntate fit, non loco; tantùm in malum proruitur.*

[x lib. 2. Orthod. 4.] [y cap. 27.] [z li. 4. c. 22.]

Beda ait: [a] *Prævaricatione factus est alienus.* Itèm: [b] *Hunc lapidem, metaphoricè Diabolum in hoc loco intelligere possumus: qui propter errores suos, quibus totum Mundum involverat, lapis caliginis dictus sit. qui cùm fortis & potens sit per naturam, quâ à Deo est conditus, confidens per superbiam in virtute suâ, et non in Domino & Deo creatore suo, amiserit sapientiæ lumen, conversus est in stultitiæ tenebras.* Et: *Ipse Diabolus, qui amisit timorem divinæ reverentiæ, perdidit semet-ipsum.* Itèm: [c] *Hypocrita verò & simulator ideò est appellatus, quoniam transfigurat se in angelum lucis: cùm ipse potiùs auctor sit tenebrarum, id est, omnium criminum & peccatorum inventor.* Et: [d] *Diabolus, ad perpetrandas contra Ecclesiam persecutiones, sedet in quolibet equo suo, in corde videlicet hominis persequentis.* Itèm: *Frementi est vitiis Diabolus, inimicus Sanctorum, & omnium criminum igne conflagrans; atq; in hominem furore invidiæ fremens: ut eum sorbeat illecebris peccatorum; & devoratum in corpus perditæ cōgregationis suæ transferat.* Et: [e] *Angeli in suâ obedientiâ persliterunt: Diabolus, inobediendo & superbiendo, lapsus est angelus, & factus est Diabolus.* Itèm: *Diabolus bonus creatus est: sed per se-ipsum malus factus est, declinando à summo bono.* Et: [f] *Mali angeli non à Deo conditi mali; sed peccando facti sunt mali.*

[a lib. 2. in Job. c. 2.] [b cap. 11.] [c lib. 3. in Job. c. 3.] [d cap. 8.] [e in cap. 8. Job.] [f in epist. 1. Petr. c. 2.]

Aponius inquit: [g] *Diabolum, ignorare non debet homo, bonum angelum à Deo formatum; & per voluntatem propriam ma-*

[g lib. 2. in Cant.]

lum

lum effectum: quem, ignorare non debet, vinci non posse ab homine, nisi Christi auxilio invocato. Itèm: *Dæmones, qui cùm boni creati essent à conditore, proprio libertatis arbitrio in malitiam tyrannidis sunt conversi; & contra salutem hominum quotidiè inflammantur.* Et: *Dæmones, dum angeli boni creati, & super singulas nationes positi sunt agere principatum; in superbiâ elevati, unamquamq; mentem vel animum falsitâ doctrinâ criminibus irretire festinant. Quos per vitia carnis & cupiditatem praviderint se supplantare non posse, perversi dogmatis venenoso poculo perimunt: ne soli in æternum supplicium committentur.*

* lib. 2. de Trin. c. 9
ALBINUS ait: * *Summi angeli peccatũ insanabile fuit; quia angelus sui sceleris inventor fuit: Hominis vero, sanabile: quia homo alterius fraude seductus.* Et: * *Quia angelica, non tamen tota, propria delectando potentiâ, ab amore summi boni recedens, in se-ipsam delapsa, sui homicida facta est, ærumnosam atq; penalem imperatis sua æternitatem experta.* Itèm: * *Cùm causa miseriæ malorum angelorum quæritur; ea meritò occurrit: quia noluerunt ad illum custodire fortitudinem suam, qui est summum bonum; sed aversi sunt ab illo, & ad se-ipsos conversi sunt, & suâ propriâ delectati potestate. Et iste primus defectus est, & prima inopia rationalis creaturæ. Hoc vitium quid aliud quàm superbia nuncupatur?* Et: * *Quæritis fortassè, unde ipse Diabolus? unde? utiq; unde & cæteri angeli. Cæteri angeli in sua obedientiâ perstiterunt: ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus; & factus est Diabolus.* Itèm: *Diabolus bonus creatus est, sed per se-ipsum malus factus est, declinando se à summo bono. ideo ex propriis locutus est mendacium: quia in se-ipso invenit, unde esset mendax. Homo verò deceptus à Diabolo, factus est à Diabolo mendax: ideoq; filius Diaboli, non naturæ, sed imitatione.*

* Proœm. li. 3. de Trin.
* Quæst. in Gen.
* in cap. 8 Joh.

* Tomo 2. Concil.
CONCILIUM Nicænum VII. * *Posteaquam Lucifer, ob claritudinem, sedem suam apud Deum firmatam habere volens, & contra creatorem suum in superbiam mentis elatus, illius cum desertorum exercitu, ex superillustri Dei principatu, per se esset delapsus; cunctorum malorum opifex, autor, inventor, & magister declaratus, defecit: hominem à Deo creatum, in locum, à quo ipse dejectus erat, videre non sustinens, omnem adversùs eum improbitatem exhausit; & per fraudem illum à gloriâ & splendore Dei alienavit; &, ut creaturam, relicto creatore, adoraret, compulit.*

* lib. 1. c. 3
CAROLUS Magnus inquit: * *Diabolus, sedem suam ab Aquilone ponere disponens, angelico honore & consortio privatus, tenebris caliginis hujus est deputatus.* Et: * *Angeli, qui utiq; à Deo peccando discesserant, perpetua damnatione multati.*

* li. 2. c. 24.

* lib. 2. Orthod. c. 4
¶ Plures esse lapsos, DAMASCENUS inquit: * *Collabens autem & comitans ipsum, corruit infinita multitudo angelorũ sub eo ordinatorũ. Ejusdem igitur naturæ cum angelicis existentes, mali facti sunt electione, ex bono voluntariè in malũ declinãtes.*

* in cap. 4. Lucæ.
¶ Diabolos esse superbos, BEDA ait: * *Qui tamen priùs, cùm hunc passibilem cerneret, cùm posse mortalia perpeti humanitatis videret; omne, quod de ejus divinitate suspicatus est, ex fastu suæ superbiæ in dubium venit. Nihil quippe, nisi superbum, sapiens, dum esse hunc humilem conspicit; Deum esse dubitavit: unde ad tentationum se argumenta convertit.* Et: * *Diabolum propter superbiam cælo expulsum,* ait.

* in cap 10.

* in cap 4. Lucæ.
¶ Pugnat contra nos Diabolus. BEDA: * *Hostis noster, adhuc in hac vitâ nos positos, quantò magis nos sibi rebellare conspicit; tantò ampliùs expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit; quos quieto jure possidere se sentit. Contra nos verò eò vehementius incitatur, quòd ex corde nostro, quasi ex jure propriæ habitationis, expellitur.* Itèm: *Vides ipsum Diabolum esse in studio pertinacem; cedere verò solere virtuti. Etsi invidere non desinat; tamen instare formidat: quia frequentiùs refugit triumphari. Audito itaq; Dei nomine, recessit usque ad tempus. Postea enim, non tentaturus; sed apertè pugnaturus, advenit. Quámvis sæpe antiquus hostis, postquam menti nostræ tentationum certamen infixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit: non, ut illatæ malitiæ finem præbeat; sed ut corda, quæ per quietem secura reddiderit, repentè rediens, faciliùs inopinatus irrumpat.*

* in cap. 3 Exod.
¶ De potentiâ Diaboli, inquit BEDA: * *Diabolus rex Mundi fuit, ante adventum Christi.*

* li. 3. in Job. cap. 11.
¶ De membris Diaboli, inquit idẽ BEDA: * *Corpus Diaboli, omnes consortes ejus & spiritus immundi intelligendi sunt: quos tantâ consensione atq; conspiratione dicit Deus illi adjunctos, ut indissolubili connexione eidem sint copulati.* Et: * *Nisi quis*

* in cap. 5 Marci.

porci more vixerit; non in eum diabolus accipiet potestatem: aut ad probandum tantum, non autem etiam ad perdendum. Et: * *Iniquorum omnium Diabolus caput est: & hujus capitis membra, sunt omnes iniqui.* Et: * *Sicut Dominus noster caput Ecclesiæ suæ, Ecclesia vero corpus est ejus: ita Diabolus caput omnium iniquorum; & omnes iniqui, corpus & membra sunt ejus.*

* in cap. 4. Lucæ.
* in Tob. 3

* lib. 2. Orthod. cap. 4.
* Orat. 2 Imaginu
¶ Effectus & opera Diabolorum, DAMASCENUS indicat: * *Sciunt autem & Scripturas. Omnis igitur pravitas ab ipsis excogitata est & impuræ perturbationes.* Itèm: * *Consuevit Serpens ille, incentor invidiæ & malitiæ omnis princeps, (Diabolum intelligo) multifariam concire bella adversùs hominem, ad imaginem Dei formatum; & eidem per contraria dogmata mortem moliri. Siquidem initio statim conditi hominis, spem & immodicam cupiditatem parandæ divinitatis ei insevit; perq; hanc in mortem, brutis communem, hominem pertraxit.*

* lib. 2. in Ezram c. 8
BEDA inquit: * *Diabolus satagit genus humanum, per dulcedinem pompæ terrestris, à rectitudine mentis inflectere; & ad sequendam cupiditatem, quæ est simulacrorum servitus, deceptorum corda pervertere.* Itèm: * *Spiritus immundi satagunt nostri munditiam cordis commaculare; & accepto precio consensus nostri, vitiorum nobis illecebras ingerere, quo diem maximæ sanctificationis inquinent, id est, lucem piæ cogitationis sive actionis nostræ, immissis erroribus obnubilent.* Itèm: * *In peccatis ergo Diabolus habitat, & requiescit in secreto cogitationum, sive etiam lumborum.* Et: * *Angelus crudelis, immundus est spiritus; qui à Domino contra peccantes mittitur; ut eos in præsenti affligat.* Itèm: * *Sanguisuga est Diabolus, qui sitis peccandi, ac peccata suadendi, incessanter accenditur. Huic duæ sunt filiæ, quæ duæ specialiter humani generis illecebræ, hunc antiqui hostis imitantur ardorem: luxuria videlicet, & philargyria.* Et: * *Profert mendacia Diabolus, qui rectè versipellis appellatur; quia mala, quæ suggerit facienda bona esse pronuntiat: & gaudia promittit æterna eis, quos ad Inferni tormenta præparat.* Itèm: * *Umbra mortis ipse Diabolus esse non absurdè videtur: qui non protegit homines ac defendit; sed premit, coarctans in mortem.* Et: * *Socii sive filii diaboli, ii sunt ministri ejus. His igitur dæmonibus, beatum Job in prædam dandum, pater eorum & rebellionis caput Diabolus permittebat: dum eum, per tantos dolores, ad blasphemiam impellendum, & à Deo ob hoc relinquendũ esse, credebat.* Itèm: * *Diabolus humana pœna, non propter justitiam; sed propter propriam nequitiam, delectat: & ideò semper ad nocendum sunt parati.* Et: * *Angeli mali, sunt ministri iræ Dei.* Itèm: *Angelos malos, non dubium est vocari illos, quibus æternus ignis paratur: per quos Deus non solùm damnat malos; sed etiam probat pios: ut beatum Job. Veruntamen aliam potestatem habent in malos; aliam in bonos. In bonos enim nihil operari possunt; nisi permissi: in malis verò, quia jam in jus & arbitrium eorum venerunt, quodlibet agere possunt, etiam non permissi.* Et: * *Diabolus adjutor esse, & incentor malarum cogitationum, potest, autor non potest. Sin autem semper in insidiis positus, levem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammârit: non debemus opinari, eum cordis quoq; occulta rimari; sed ex corporis habitu & gestibus æstimare, quid versemus intrinsecus. Verbi gratiâ: Si pulchram mulierẽ nos crebrò viderit respicere; intelligit cor amoris jaculo vulneratum.* Itèm: * *Plerumq; Diabolus, dum de corde expellitur, acriores in eo tentationes generat, quàm priùs excitaverat, quando hoc quietus possidebat.* Et: * *Trementem Zachariam confortat angelus. quia, sicut humanæ fragilitatis est, spiritalis creaturæ visione turbari: ita & angelicæ benignitatis est, paventes de adspectu suo mortales mox blandiendo solari. At contrà dæmoniacæ est ferocitatis, quos sui præsentia territos senserit, ampliori semper horrore concutere: quæ nullâ meliùs ratione, quàm fide superatur intrepidâ.*

* lib. 1. in Prov. c. 8.
* li. 2. c. 30.
* li. 3. in Job cap. 8.
* lib. 2. in Prov. c. 17.
* li. 3. c. 29.
* li. 2. c. 14.
* li. 1. in Job cap. 12.
* cap. 17.
* in Psal. 2.
* in Ps. 77.
* in cap 7. Marci.
* in cap. 9
* in cap. 1 Lucæ.

* lib. 1. in Cant.
APONIUS ait: * *Diabolo in hoc Mundo permissa est potestas: cui quantò quis vicinior, tantò in illâ formâ, quâ creatus est ad imaginem Dei, efficitur magis alienus. Qui ita consentientem sibi animam, ab illâ gloriâ creatoris similitudine decolorat, solem se justitiæ mentiendo: sicut Sol volubilis in cæli plagâ, ubi vicinior terræ ambulat, incolas loci nigerrimos reddere comprobatur.* Itèm: *Diabolus solus mentitur.* Et: * *Diabolus ad infernum ducit.* Itèm: *Dæmones, qui super impios Reges vel Philosophos, magicarumq; artium doctores, equitabant, & de singulis, secundùm virium qualitatem, currus, equos, vel arma fecerunt: per quos suo creatori bellum inferre attentabant, deorum sibi omina usur-*

* lib. 2. in Cantic.

pando. Sed Redemtori nostro, triumphanti per crucem, omnes currus & equites, omnisq́ caterva Principis mundi, cessisse, probantur. Et: [* lib. 3.] *Diabolus odit pœnitentes.* Itèm: *Diabolus obtinet regnum in terrenis desideriis.*

ALBINUS inquit: [* in cap. 10. Eccles.] *Diabolus semper rerum novarum cupidus est; judices & principes habens eos, qui amant hujus seculi voluptates, & solent dicere: Manducemus & bibamus; cras enim moriemur.* Et: [* Quæst. in Gen.] *Calcaneum mulieris, est extremum vitæ nostræ tempus, quo Diabolus nos acriùs impugnare satagit. Cui si viriliter resistimus: victoriam perseverantiæ cum salute nostrâ accipiemus.* Itèm: [* in Psal. 5. pœnit.] *Diabolus, si publicis peccatis servum Christi subvertere nō poterit; opprobriis & reprehensionibus circumhabitantium, à viâ veritatis eum deterrere nititur.* Et: [* in cap. 8. Joh.] *Quomodo Deus Pater genuit Filium, veritatem: sic Diabolus genuit quasi filium, mendaciū.* Itèm: [* in cap. 13.] *Sicut bonas cogitationes benignus spiritus immittit: sic etiam malas cogitationes malignus spiritus suggerit.*

TARASIUS Constantinopolitanus, in Act. 1. Synodi II. Nicænæ: [* Tomo 2. Concil.] *Veterator hostis hoc unum conatur; ut discerpat & convellat, disturbetq́ Ecclesiam sanctam & catholicam.* Et: [* in Refut. Synodi VII. Nicænæ.] *Studio perpetuo est Dæmoni, humani generis osori; hominem, ad Dei imaginem factum, à Deo quàm-longissime separare, multijugisq́ deceptionibus distrahere: neque quicquam illi magis cordi, gratiusq́; quàm veram pietatem oppugnare, & ecclesiasticæ pacis statum conturbare.* Itèm: [* Cōcil. Turonens. c. 18] *Opera Diaboli sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates: quæ nimirum, Diabolico instinctu, priùs cogitationo mentis concipiuntur, quàm opere perpetrentur. Pompæ verò ejusdem sunt, superbia, jactantia, elatio, vanagloria, fastus.*

CAROLUS Magnus inquit: [* li. 1. c. 28.] *Nequitia, quæ per ejus suasionem accidit humano generi, minor fit nequitiâ ejusdem, qui & suæ & humanæ autor est & artifex fraudulentiæ: qui sicut est naturâ subtilior; ita & sagacitate callidior: &, quem non gravat corporis fragilitas, acuit vafræ perversitatis iniquitas.* Et: [* li. 3. c. 31.] *Maligni spiritus, sunt humanitatis inimici, & nobis semper infesti. Tanto semper debemus de eorum esse deceptione suspecti, & contra eorum nequitias erecti: quantò eos subtilioris esse scimus naturæ vel ingenii.*

¶ Quomodo Diaboli futura prædicant, scribit DAMASCENUS: [* lib. 2. Orthod. c. 4] *Prædicunt & dæmones quandoque ea, quæ longè futura sunt, prospicientes; quandoq́ verò conjicientes. unde & pleraque mentiuntur. Quibus non præstanda fides; etsi sæpenumerò vera prædicunt.*

¶ Quomodo Diaboli Christum confessi sint, BEDA exponit: [* in cap. 1. Marci.] *Dæmonia Filium Dei confitebantur, & sciebant, ipsum esse Christum: quia, quem dierum quadraginta jejunio fatigatum Diabolus hominem cognoverat, nec tentando valebat, an & Dei filius esset, experiri: jam nunc, per signorum potentiam, vel intellexit, vel potiùs suspicatus est, esse Filium Dei. Non ergo ideò Judæos enim crucifigere persuasit; quia Christum, sive Dei filium, non esse, putavit: sed quia se morte illius prævidit esse damnandum. & Dominus eum loqui de se vetat: ut quis, dum prædicantem audit, sequatur errantem. Improbus enim magister est Diabolus: qui falsa veris sæpe permiscet; ut specie veritatis testimonium fraudis obtexat.*

¶ Cur Angelorum peccatum dissimuletur, exponit ALBINUS, dicens: [* Quæst. in Gen.] *Angelicum peccatum silentio in Genesi absconditum est; & hominis patefactum: quia angelicum vulnus Deus nō prædestinavit curare, hominis verò sanare prædestinavit.*

¶ De damnatione Diabolorū, inquit DAMASCENUS: [* li. 2. Orth. cap. 4.] *Quapropter Diabolo, & dæmonibus ejus præparatus est ignis inextinguibilis, & supplicium æternū; & iis qui sequuntur eum. Scire autem oportet, quoniam, quod hominibus mors; hoc angelis est lapsus. Post lapsum enim non est illis pœnitentiæ locus. ut neque post mortem hominibus.*

DE HOMINE

BEDA inquit: [? li. 3. in Job. cap. 8.] *Multis in locis Scripturarum, Fluminis nomine, genus humanum significari, novetimus. Huic flumini humano videlicet generi, in ima atq́ ad inferiora more fluminis defluenti, desideria cupiditatum, & delectationes præsentes, amoremq́ Mundi, ita insinuat: ut eum absorbere possit, & velut inferus deglutire. Sic namque humanum genus præceps in supradicta vitia defluit; ut possit ab inimico facilè devorari.*

CAROLUS Magnus hominem definit, dicens: [* lib. 1. c. 2.] *Verus est homo qui hac definitione definiri potest, ut dicatur Animalis, rationalis, mortalis, visûs ac sensûs capax. Necessariò enim ille falsus habendus est, qui horum nihil habet.*

¶ Unde & ex quâ materiâ, sit factus homo, DAMASCENUS exponit: [* lib. 2. Orthod. c. 12.] *Ex visibili & invisibili naturâ, propriis manibus plasmavit hominem Deus, ad suam imaginem & similitudinem. Ex terrâ quidem corpus fingens; animam verò rationalem ac intellectivam, propriâ insufflatione illi elargiens: quod sanè divinam imaginem dicimus. Nam id,* Ad imaginem, *intellectuale ostendit, & liberæ voluntatis arbitriiq́ potestatem: hoc autem,* Ad similitudinem, *ostendit per virtutem (quantum homini possibile est) assimilationem.*

BEDA ait: [* in cap. 2. Gen.] *Formare autem vel ædificare costam in mulierem, nullus potuit, nisi Deus; quo universa natura subsistit.* Itèm: *De Animâ autem, quam Dominus insufflando fecit, nihil confirmo: nisi, quia ex Deo est, ut non sit substantia Dei. & sit incorporea; non sit corpus, sed spiritus, non de substantiâ Dei genitus, nec procedens; sed factus à Deo: & itâ sit factus, ut illius natura non sit aliæ creaturæ, in quam posset converti, ac per hoc de nihilo: & quòd sit immortalis, secundum quendam vitæ modum, quem non possit amittere. Secundùm quandam verò mutabilitatē, quâ possit vel deterior vel inferior fieri, non immeritò mortalis dicitur: quoniam veram immortalitatem solus habet ille, de quo dicitur:* [* 1 Tim. 6. vers. 16.] *Qui solus habet immortalitatem & lucem inaccessibilem.* Et: [* li. 3. in Job. cap. 1.] *Trinitas Deus creavit omnia: sed quando hominem fecit, propriâ & speciali quâdam significatione nominū, per diversam operum nuncupationem, se voluit demonstrare.* Itèm: [* in cap. 11. Lucæ.] *Qui utramq́ hominis naturā fecit; utramq́ mundari desiderat. Hoc contra Manichæos: qui animam tantùm à Deo; carnem verò à Diabolo putant creatam.* Et: [* in cap. 15.] *Angelorum substantiam & Hominum Deus creavit.* Itèm: [* in cap. 5. Joh.] *Communis est operatio Patris & Filii; quorum est una natura, una etiam operatio.*

ALBINUS inquit: [* Quæst. in Gen.] *Inspiratio Dei in faciem hominis, traditio est animæ rationalis.* Itèm: *Mulier de latere viri dormientis ædificata legitur; & non de terrâ plasmata, sicut vir: certè mysterii causâ significans, quòd Christus propter Ecclesiam in cruce dormivit; ex cujus latere fons salutis nostræ manavit.* Et: [* in cap. 3. Eccles.] *Quod verò ait;* De terrâ facta sunt, & in terram revertuntur: *hoc eum de corpore dicere, manifestum est, quia corpus de terrâ creatum est; non anima. sicut vindex peccati sententia homini intulit:* [* Genes. 3. vers. 19.] Terra es, & in terram ibis.

¶ Qualis sit Homo à Deo formatus, docet DAMASCENUS: [* lib. 2. Orthod. c. 12.] *Fecit igitur Deus hominem purum, pravitateq́ carentem, rectum, fortem, jucundum, securum, omni virtute decorum, bonis omnibus ornatum; veluti quendam secundum Mundum, in magno quidem mundo parvum; angelum alterum, adoratorem mixtum, inspectorem visibilis creaturæ, discipulum intellectualis, eorum, quæ in terra sunt, regem, rectum desuper, terrenū simul & cœlestem, temporalem & immortalē, visibilem & intelligibilem, medium magnitudine & humilitate, eundem spiritū & carnem: spiritum propter gratiam; carnē propter elationem.* Itèm: *Fecit aūt naturâ insontem, voluntate liberum. Insontem aūt dico: non quòd non esset peccati suscepturus, (nam sola divinitas peccatum suscipere nequit) sed quòd in eo, quod secundùm naturā, peccare, situm non esset: verùm potiùs, secundùm voluntatis delectum, potestatem haberet, & manendi, & proficiendi in bono, divinæ cooperatore gratiæ, identidem & mutari ex bono, & in malum prolabi, Deo id permittente, propter liberam ipsius potestatem. Nam non virtus est, quod violentiâ fit factum. Anima igitur est substantia vivens, simplex & incorporea, & corporeis oculis secundùm propriam sui naturam invisibilis, immortalis, rationalis, intellectualis, infigurabilis, organico utens corpore, illi vitam, augmentationem, sensum, & generationem, tribuens: non aliud habens, præter se-ipsam, mentem, sed pars ipsius est purissima: (quemadmodum enim oculus in corpore; sic mens in animâ) liberæ potestatis, voluntate prædita, & operationis efficax, vertibilis, id est, mutabilis voluntate: quia creata est. Hæc omnia secundùm naturam, ex ejus, qui illam cōdidit, gratiâ, adepta, ex quâ & esse, & naturâ itâ esse, suscepit.* Ex: [* lib. 4. c. 4.] *Fecit enim illum ad imaginem sui-ipsius; intellectualem, & liberæ potestatis: & ad similitudinem suam; id est, virtutibus consummatum, quantum hominis ferebat natura. Hæ enim virtutes, veluti characteres signaculaq́ divinæ existunt naturæ, impartibile, immobile, simplex, bonum, sapiens, justum, securum, ab omni prorsus malitiâ liberum. Ad consortium eum sui-ipsius condiderat hominem. In incorruptione*

enim

enim fecerat illum, propter sui ipsius communionem, illum ad incorruptibilitatem adducens. Postea quam verò, per transgressionem præcepti, divinæ imaginis characteres obliteravimus & confudimus: in malitiâ constituti, divinâ communione justè privati sumus.

Beda ait: * *Quemadmodum prius homo creatus est immortalis, quod illi præstabatur de ligno vitæ: separatus est, cùm peccâsset; ut posset mori: qui, nisi peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat, conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris.* Et: * *Deus homini, præ omnibus animantibus, rationem & sapientiam dedit: docet in communibus; erudit in subtilissimis. Docet, non solùm per naturæ dona, sed etiam per gratiæ mensuram. Secundum tropicum verò intellectum; jumenta homines carnales plerumque intelliguntur, qui gulæ, ventris luxuriæque, sunt dediti. Aliis autem volatilibus comparantur: sive propter levitatem morum, sive propter superbiam, quâ tumentes, quasi in altum elevantur.* Itèm: * *Adam in abundantia virtutum positus, sed non confirmavit: quia labi potuit.* Et: * *Prima hominis beata vita, ita fuit immortalis; ut posset in eâ homo non-mori, si se à peccati seductione cautus servaret. Secunda verò, ita fiet immortalis: ut non possit in eâ homo mori; nec ullâ peccati pulsantis seductione tentari.*

* in cap. 2 Gen. * lib. 3. in Job cap. 4. * in Ps. 79. * Homil. in vicem Epiphaniæ.

Aponius inquit: * *Rectus itaque, secundùm judicium, rectum hominem fecit; & æquo judicio hoc requirit in homine, quod fecit in eo: ut, sicut ipse nullius potentiâ inclinatur; ita & facturam suam vel imaginem nullis aliis, præter sibi soli, ut inclinet genua cordis, requirit.*

* lib. 2. in Cant.

Albinus ait: * *Bonos nos scimus à Deo creatos.* Itèm: * *Deus bono homini dedit sapientiam, rationem prudentiæ, occulta Dei nosse mysteria, & arcana ejus sensu cordis intrare.* Et: * *Duas creaturas rationales condidit Creator, unam cœlestem, alteram terrestrem, & utramque liberi arbitrii potestate nobilitavit: ut voluntariè, in dilectione Dei, & divinæ potentiæ laude perpetualiter atque beatè permaneret.* Itèm: * *Homo suæ potestatis autor est creatus, ut sibi ipse autor esset, ad vitam, sive ad mortem. Si verò necessitate esset subjectus: tunc nec boni operis haberet gloriam; nec mali pœnam, sed esset quasi unum ex pecoribus.* Et: * *Elevatus est homo, honore imaginis Dei, & libero arbitrio nobilitatus. Sed hoc male usus, allisus est, & dejectus in hanc convallem lacrymarum.*

* in cap. 7 Eccles. * in cap. 8. * Proœmii lib. de Trin. * in cap. 12. Eccles. * in Psal. 5. pœnit.

Adrianus Papa, Epistolâ ad Constantinum Imp. & Irenen: * *Factor noster & artifex Dominus Deus, juxta propriam imaginem & similitudinem, hominem de luto terræ finxit, illuminavitque, in liberâ potestate sui ipsum constituens. Præterea primum ille homo, liberi arbitrii existens, cuncta animantia terræ, & volatilia cœli, annuente Deo, nominibus propriis vocavit.*

* Tomo 2. Concil.

DE IMAGINE DEI.

Beda inquit: * *Fecit Deus Hominem, & (quod dicitur) ad imaginem Dei: non quasi pater ad imaginem filii, aut filius ad imaginem patris. alioquin non verè dictum esset,* Ad imaginem nostram. *Sed ita dictum est, ad imaginem Dei; tanquam diceretur:* Fecit Deus hominem ad imaginem suam. *Homo autem ad imaginem Dei factus dicitur, secundùm interiorem hominem; ubi est ratio & intellectus: non propter corpus; sed illam potestatem Dei, quâ omnibus animantibus imperat. Ideò autem hîc non dicitur,* Et factum est sic: *sed tantum,* Et fecit Deus hominem. *quia & ipse creatura intellectualis est; sicut illa lux, quæ prima facta est.* Et: * *Alii inquirunt, in quibus interior homo imaginem Dei & similitudinem teneat: id est, in æternitate, & in moribus, secundùm Origenem. Secundùm verò Faustinum sex modis homo noster interior ad similitudinem Dei factus est. Immobilis enim, citus, invisibilis, incorporeus, subtilis, æternus.* Itèm: * *Animam à Deo suscepimus, in quâ imaginem suam impressit. Si autem misericors sis, sicut pater tuus cœlestis perfectus est, servasti depositum, qualiter accepimus.* Et: * *Quod fecit Deus, ad suam imaginem fecit Deus: id est, animam. Corpus est de terrâ: quod vivificavit anima inspiratione, quam fecit. Imago ad immortalitatem pertinet Dei, similitudo ad potestatem & operationem: ut naturaliter possideret imaginem immortalitatis Dei, & similitudinem potestatis supra omnia, quæ creaverat Deus, & piis operibus imitaretur. Sub personâ ergo suâ, sanctus Job conditionem primi hominis loquitur.* Itèm: * *Signaculum istud, anima hominis intelligitur; quæ ad imaginem & similitudinem facta est. Expressa est quippe in eâ similitudo bonitatis Dei, omniumque virtutum Dei. Hoc igitur signaculum, id est, imaginis Dei & similitudinis, quod per Adæ peccatum attritum fuerat & obliteratum; rursus per Christum iteratâ impressione restituetur.* Et: * *Natura humani generis, ad authoris sui similitudinem creata est.* Itèm: * *Conditor noster, quos ad imaginem & similitudinem suam creavit, quasi commodato ad servandum sublimavit denario. Quinque sunt sensus; quibus in hac vitâ utentes, imaginem, quam accepimus, nostri conditoris, excolere debemus.*

* in cap. 1 Gen. * ibid. * in cap. 6 Levit. * lib. 1. in Job. cap. 10. * lib. 3. c. 7. * in cap. 12 Lucæ. * in cap. 7 Lucæ.

Albinus inquit: * *Homo est sui conditoris imago, in interiore homine. Imago in æternitate; similitudo in moribus.* Itèm: * *Homines, qui ad imaginem Dei facti sunt, percipere sapientiam possunt.*

* Quæst. Gen. * in cap. 1 Joh.

¶ De fine Hominis, inquit Beda: * *Ab homine, in istâ adhuc carne constituto, Christus debet cognosci.* Itèm: * *Deus à nobis exigit, ut, quemadmodum Cæsari redditur nummus, sic Deo reddatur anima, lumine vultûs ejus illustrata atque signata. Unde Psalmista inquit:* * Signatum est in nobis lumen vultûs tui, Domine. *Hoc quoque lumen, est totum hominis & verum bonum, quod non oculis, sed mente conspicitur.*

* in cap. 2 Marci. * in cap. 12 * in Psal. 4 vers 7.

Albinus ait: * *Ad hoc homo est creatus, ut, creatorem suum intelligens, veneretur eum, metu, & honore, & opere mandatorum.* Et: * *Omnia in decorem hominis creata sunt; Homo verò in gloriam & laudem conditoris sui factus est.*

* in cap. 12 Eccles. * Quæst. in Gen.

¶ Ubi sit anima. Beda inquit: * *Anima principale, non juxta Platonem in cerebro; sed juxta Christum in corde est.*

* in cap. 7 Marci.

De animæ origine, opinionem suam recenset Aponius, scribens: * *Nec ignoret, similem quidem habere ordinem generationis & conceptûs cum pecoribus, secundùm carnem: sed in animâ porro sublimiore sensu & ratione præcellere: & eam jam formato corpori in utero immitti; & non cum semine, sicut animalium anima, de pravo viscera infundi. Nec ignoret, se imaginem & similitudinem creatoris, non in corpore, sed animâ, possidere.*

* lib. 2. in Cantic.

Carolus Magnus inquit: * *Animas à Deo dari, credimus, quas ab ipso factas dicimus: anathematizantes eos, qui animas, quasi partem Dei, divinâ dicunt esse substantia. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas ante peccâsse, vel in cœlis conversatas fuisse, dicunt; quàm in corpora mitterentur.*

* lib. 3. c. 1

DE HOMINE POST LApsum considerato.

Appellationes ejus attingit Beda, dicens: * *In Scripturis divinis, Peccatores homines, dæmones quoque; & ignorantia atque tribulationes, sive peccata, pro modo & locis, tenebræ nuncupantur.*

* lib. 2. in Job cap. 11.

De Lapsu hominis, inquit Beda: * *Quæritur; Cur Deus tentare permisit hominem quem tentatori præsciebat esse consensurum? Non arbitrandum est autem, quòd hominem dejecturus iste Diabolus tentare permitteretur, nisi prius præcessisset in animam illius quædam elatio comprimenda. Non enim magnæ laudis mihi videtur futurum fuisse hominem; si propterea posset bene vivere, quia à nemine male vivere suaderetur: cùm & in naturâ posset, & in potestate haberet, si vellet, non-consentire. Si autem moveretur quidam de hac primi hominis tentatione, quòd eam fieri permiserit Deus: quasi non videant, universum genus hominum Diaboli insidiis sine cessatione tentari!* Itèm: * *Adam se-ipsum Deum putavit suum, & ex suo nutu pendere voluit.* Et: * *Primi parentes, non per infirmitatem vel ignorantiam; sed per superbiam, mandata Dei neglexerunt. De hoc enim præsumserunt, quia à serpente dictum,* Eritis sicut dii. Itèm: *Primi parentes qui non per infirmitatem vel ignorantiam; sed per superbiam, transgressi sunt mandatum Dei, non tantum ipsi per peccatum suum mortem meruerunt: sed etiam aliis poculum mortis posteritati suæ, propinaverunt.* Et: * *Præcepta ejus sunt veritas, adimplentes se veros facientia. A quibus, primis parentibus recedentibus, & deinde filiis, per culpam ipsorum, diminutæ sunt veritates in singulis.*

* in cap 3 Gen. * in Ps. 35. * in Ps 118 * in Psal. 11

Aponius ait: * *Ipsi primi homines, quamdiu non pluralem deorum numerum receperunt; sed unum Deum factorem suum: nulla in eis incurvatio fuit: sed recti steterunt in conspectu Dei; & in eloquium suum, cum omni fiduciâ, gaudentesque, præbebant auditum. Ubi verò à mandatis ejus declinaverunt: incurvi, nuditatis pudorem tegentes, inter paradysi sylvas fugerunt.* Et: * *Non ignoret, hominem bonum à bono Deo creatum, per liberam voluntatem malum fieri, propriâ culpâ, persuadente Diabolo. Non ignoret, cur à bono Deo, quem nullius personam accipere Apostolus affirmat, ad ejus imaginem & similitudinem homo creatus, tanta varietas morum, tanta sævitia in hominibus videatur inserta: cur diversarum nationum diversus corporis color: cur energumeni, & alieni sensûs, cur cæci nascantur. Si ergo hoc non ignoraverit,*

* lib. 1. in Cantic * lib 2.

quæ pulcrior inter cætera prædicatur: non natura, sed vitio ministrorum naturæ eveniret, per libertatem arbitrii, non sævitia & crudelitate, omne quod Deo contrarium est, esse contractum: procul dubio non omnes malum ad creatorem retorquetur.

ALBINUS inquit: * *Homo, qui fuit lux in Domino, umbra factus est in peccato, & flos vitæ illius, sicut fumus, aruit: nec unquam revivisceret, nisi sanguine Christi irrigaretur.* Itèm: * *Ipsa vita, in quam intravimus misera est, lacrymosa est, laboribusque plena. Ideo homo natus flere novit, ridere non novit: quia ad laborem natus est, non ad lætitiam.* Et: * *Inter harum creaturarum mirabilem & speciosam varietatem, homo solus ad imaginem & similitudinem conditoris creatus esse legitur: & felicissimus horti, qui paradisus dicitur, habitator constitutus, unimque tantummodo epuli prohibitione quatenus tam facili observatione mandati, cælestem mereretur beatitudinem. Sed invidia ruentis angeli de beatitudine sua, hujus mandati transgressor effectus est: atque in hujus exsilii, sicut communatus est ei creator, ærumnosam dejectus est miseriam, & pœnali mortis conditione mulctatus.*

* in Psal. 5. pœnit.
* in Cantic. graduum.
* lib. 2. de Trinit. c. 10.

CAROLUS Magnus ait: * *Plerumque humana fragilitas, sua impossibilitatem metas excedit: & quanto se ultra, quam debet, extollit, tanto ab eo, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra, recedit: quoniam ad eum, qui excelsus super omnes gentes est, per sublimitatem appropinquare conatur, tanto ab eo propensius elongatur. Quasi modum suæ conditionis non negligat, & superiora petere nitens, ad humiliora se devotâ mente submittat, poterit se inclinando ei condescendere, a quo se exaltando nesciebatur descendere: ut, quanto se prostravit humo, tanto fiat proxima cælo.*

* lib. 1. c. 2.

¶ Quid possit homo, BEDA exponit: * *Homo autem, nec a semet-ipso, nec sine additamento aliquo, quicquam scire valet. Additamentum autem dico, omnia visibilia, per quæ instruimur ad invisibilia intelligenda, sicut scriptum est:* * Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt. *Item additamentum esse dico, illam intelligentiam divinam, qua in nobis-met-ipsis ex Dei gratia jugiter retinemus, sicut est illud:* Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Tertium additamentum, in omnibus Scripturæ sacræ libris habetur.*

* in Ps. 52.
* Roman. 1 vers. 20.

Dei imbecillitate hominum, inquit idem BEDA: * *Humana fragilitas, conspectum majoris gloriæ ferre non sustinet: ac toto animo & corpore contremiscens, ad terram cadit. Quanto quis ampliora quæsierit: tanto magis ad inferiora collabitur; si ignoraverit mensuram suam.*

* in cap. 9. Lucæ.

De pravitate, inquit idem BEDA: * *Quicquid à Deo creatum est bonum est. & omnis homo quantum creatura Dei est, bonum est. quantum vero se subjecit per liberum arbitrium Diabolo, à patre Diabolo est. Bona enim hominis natura, sed vitiata est per malam voluntatem: & inde a patre est Diabolo. Quod fecit Deus, non potest esse malum: si ipse homo non sit sibi malus.*

* in cap. 8. Joh.

¶ De novo homine, inquit BEDA: * *In interiore homine nostro per fidem resplendet Christi gratia.*

* lib. 3. Tabern. c. 11.

ALBINUS inquit: * *Deus ergo naturâ bonis propinquat, & gratiâ. Naturâ, quâ eos facit homines: gratiâ, quâ eosdem peccatores justificat. Naturâ, quâ eos facit ex hominibus nasci: gratiâ, quâ dat eis potestatem filios Dei fieri. Naturâ, quâ facit ut vivant: gratiâ, quâ facit, ut sobrie, juste, & pie vivant. Natura, quâ eos facit, in hoc Mundo, parvo tempore manere: gratiâ, quâ eos facit in cœlo sine fine regnare.*

* lib. 2. Trin. c. 8.

¶ Renatos etiam in hac vitâ imperfectos esse, docet BEDA: * *Licet anima spiritum sit perfecta, absoluta a majoribus criminibus, tamen adhuc indiget lavatione pedum, id est, remissione venialium peccatorum. Quia, quemadmodum si quis per pulverem graditur, necesse est ut saltem pedes ejus impulverentur, quos lavare necesse est: sic quisquis in hac vita, quæ pulverulenta via comparatur, versatur, quantumvis perfectus sit, non tamen penitus ab omni peccato immunis exsistit; & ideo saltem lavatione pedum indiget. Unde dictum est:* * Qui lotus est totus, non indiget nisi ut pedes lavet.

* in Ps. 24.
* Johan. 13. vers. 10.

PHRASES DE HOMINE.

BEDA: * *In Scriptura sacrâ, sæpe caput pro mente ponitur. Quia, sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur.* Item: * *Aliter Caro, in Scriptura sacrâ, juxta naturam, aliter juxta culpam, aliter juxta corruptionem mortalitatis, quæ ex culpâ contracta est, appellatur.*

* in cap. 22. Lucæ.
* in cap. 4.

ALBINUS: * *Homines perfecti hic dicuntur; non sicut perficiendi sunt Sancti in illa immortalitate, quâ æquabuntur angelis Dei, sed sicut esse possunt hac in peregrinatione perfecti.*

* Quæst. in Gen.

DE LIBERO ARBITRIO post lapsum.

IN REBUS EXTERNIS.

DAMASCENUS, de Libero arbitrio differens, * tantùm de objectis externis & carnalibus, & non de spiritualibus, loquitur, dicens: * *Hæc ergo sunt, quæ in nobis sunt adæquè contingentia: ut moveri, & non-moveri; quippiam cum concitatione agere, & non-agere, appetere quæ non necessaria sunt, & non-appetere, mentiri, & non-mentiri, erogare, & non-erogare, gaudere in quibus par est, & non-gaudere: similiter & in quibus minime decet: & quæcunque sunt ejusmodi, in quibus sunt virtutis & vitii opera. Horum enim arbitrii libertatem per se, liberamque potestatem, adepti, unius utriuslibet autem & adæque contingentes, eti etiam artes nam in nobis est, quam volumus, comparare & non-comparare. Est autem operæpretium, cognoscere, electionem agendorum semper in nostrâ potestate esse, actionem verò plerumque, quodam providentiæ modo præpediri.*

* lib. 2. Orth. cap. 25. 26 27 & 28.
* cap. 26.

BEDA ait: * *Quæsivi & non inveni illum. Hæc eorum in sanctâ Ecclesia vox est, qui consueverunt, transiens à labentium rerum solicitudine, summum virtutum incedere bonum, ac patriæ cælestis amare semper ingressum. De quibus dubium non est, quia non una eademque vi dulcedinis semper ut volunt, desiderio supernorum possunt assici: quia nimirum hæc virtus, non in arbitrio elevata ad supernamentis, sed in dono est tantum elevantis atque illustrantis Dei.* Itèm: * *Neque ullum Pelagius in domo Dei habet locum, qui se suosque persuadebat, libertate proprii arbitrii, vel liberari a malis, vel confirmari posse in bonis.* Et: * *Quicunque hominum gressus rectum iter incedunt: non fit hoc libertate humani arbitrii; sed gubernatione illius, cui dicit Esaias:* * Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et alibi * refutat dogma Juliani, Celanensis episcopi, de Libero arbitrio: qui asserit, nos per arbitrium liberæ voluntatis posse bona facere, quæ volumus: quamvis per auxilium gratiæ Dei faciliùs perficere ea queamus. Contra hanc sententiam Juliani, recitat multa Scripturæ dicta, ut Philipp. 2. * *Deus est, qui operatur, &c.* Ephes. 2. * *Fuimus naturâ filii iræ, &c.* Itèm ait: *Quare tantis sæpè, non solùm de foris; sed & de ipsâ mente nascentibus, præpedimur adversis: nec omnia, quæ desideramus bona, valemus perficere.*

* lib. 4. in Cantic. c. 5
* lib. 6. in Ezram. c. 8
* lib. 2. in Prov. c. 20.
* c. 26 v. 12.
* Præf. super Cantica.
* vers. 13.
* vers. 3.

ALBINUS inquit: * *Quis vel comedere, vel, cum opus est, parcere potest, absque Deo? qui præcipit, sanctum canibus non esse mittendum, & docet, quomodo in tempore sint danda cibaria. Pulcrè enim homini dat Deus bono sapientiam, & scientiam, & lætitiam. Nisi enim bonus fuerit, & mores suos, Dei adjuvante gratiâ, proprio arbitrio ante correxerit, sapientiam, & scientiam, & lætitiam, non merebitur. Ut ergo bono coram se dedit Deus sapientiam, & cætera: sic peccatorem suo arbitrio delinquens, facit congregare divitias, & hinc-inde propterea perversorum dogmatum consuere cervicalia.*

* in cap. 2. Eccles.

IN REBUS SPIRITUALIBUS.

BEDA: * *Homines, qui ad imaginem Dei facti sunt, percipere sapientiam possunt, animalia non possunt: sed animalis quicunque est homo, non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.*

* in cap. 1. Joh.

Distinguit Damascenus liberum arbitrium, in Deo, Angelis, & Hominibus: * *Alio modo in Deo, alio in Angelis, & alio in Hominibus, liberum dicitur arbitrium. Nam in Deo, supersubstantialiter dicitur. In Angelis hoc modo: ut habitui adsit promta perfectio, neque interpolationem omninò temporis admittat. Nam habent naturaliter liberam potestatem, quâ sinè impedimento usi sunt, nullam ex corpore reluctantiam habentes, neque suggerentem hostem. At in Hominibus, ut temporaliter præmeditato prosecutionis habitu. Liberâ enim potestate est homo, & naturaliter liberam habet potestatem.*

* lib. 3. Orthod. c. 14

¶ Unde sic BEDA: * *Christus paucos viæ nobis per se aperiendum demonstravit: ad cujus interiora cernenda, per nos-ipsos penetrare nequivimus.* Et: * *Multum sapi datur etiam quibusque privatis, quibus & cognitio dominicæ voluntatis, & exsequendi, quæ cognoscunt, facultas impenditur.* Itèm: * *Et sancti quidem homines, lux sunt rectè vocati, dicente ad eos Domino:* * Vos estis lux Mundi. *Sed multum distat inter lucem, quæ illuminatur, & lucem, quæ illuminat. Gratiam lucis pectoribus infundere, solius est ejus, de quo dicitur:* * Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. *Omnem videlicet, qui illuminatur, sive naturali ingenio, sive sapientiâ divinâ. Sicut enim nemo à se-ipso esse, ita etiam nemo a se-ipso sapiens esse potest. sed illo*

* in cap. 3. Marci.
* in cap. 15 Lucæ.
* in cap. 1 Joh.
* Matth. 5 vers. 14.
* Johan. 1 vers. 9.

illustrante

illustrante, de quo scriptum est; * Omnis sapientia a Domino Deo est. *Mundus eum non cognovit. Mundum hoc in loco dicit, homines Mundi amore deceptos, atq; inhærendo creaturæ, a noscendâ creatoris sui majestate reflexos.* Itèm: * *Nemo hominum potest dicere, quod veritatis est, nisi illuminetur ab eo, qui mentiri nō potest.* Itèm: * *Quomodo trahit Pater? Docendo delectat, non necessitate cogendo: quia nemo necessitate credit; sed voluntate. Filius docebat, Pater docebat. Homo, qui videbatur, loquebatur: sed, ut Deus, in corde audientis interius docebat.* Itèm: *Datur à Patre credentibus fides; ut nemo glorietur in fide sua, quæ à se non est, quasi propria; sed a Deo data, quasi gratia.*

(* Syrac. 1. v. 1. — * in cap. 3 Job. — * in cap. 6.)

* Aponius ait: * *Et quoniam ad tantum altitudinis culmen, quod est Deum credendo ascenditur, non sunt vires propriæ voluntatis; clamat:* Trahe me post te.

(* lib. 1. in Cant.)

Albinus: * *Non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis: quia sine gratia Dei, nec voluntas bona erit in homine, neque cursus boni operis sine Deo fieri valet.* Et: * *Sine Spiritus sancti gratiâ, remissionem accipere nemo poterit.* Itèm: *Sordidare me potui, sed emundare nequeo: nisi tu, Domine Jesu, sacri sanguinis tui adspersione, mundum me facias.* Et: * *Nihil boni in nobis esse potest, nisi tuâ operante gratia fiat, qui nos fecisti.* Itèm: *Spiritus tuus bonus semper est: meus vero semper malus; nisi per tuum efficiatur bonus.* Et: * *Nisi ab ipso Domino dirigantur viæ nostræ, ad ejus custodiendas justificationes infirmi erimus, propter fragilitatem carnis.* Itèm: *Fecisti me cupidum mandatorū tuorum; fac & efficacem. Adjuva, ut faciam, quod commendas: dona ipse, quod mandas.* Et: * *Nisi Dominus esset nobis adjutor: nequaquam has tribulationes, & has passiones, & has persecutiones, sustinere potuissemus. Sed quia ille in nobis est, facilè omnia pertransire valemus, quæ in hoc seculo dura videntur.* Itèm: *In vanum est autem hominis, absq; divinâ gratia, laborare.* Et: * *Mentis humanæ visio invalida est, ad prospiciendum divinæ majestatis excellentissimam lucem: nisi justitia, fides, & dilectionis, divinæ donante gratia, illustretur splendore.* Itèm: * *Liberū arbitrium manet etiamnum in hominibus per naturam: quod, in quibus voluerit, Deus dignatur liberare per gratiam, ne malam habeant voluntatem. Ex quo enim primus homo, libero arbitrio, venundatus est sub peccato; ideò mala cœpit esse libertas hominis. Quia ipsi libero arbitrio ablata est bonitas voluntatis: quam exinde nemo a se-ipso habere potuit; nisi gratiâ divinæ misericordiæ adjutus habuisset: sine cujus adjutorio, liberum arbitrium nec converti potest ad Deum; nec proficere in Deum. Utrumq; credere debemus; & gratiam Dei, & liberum arbitrium hominis. Si ergo non est Dei gratia: quomodo salvatur Mundus? Et si non est liberum arbitrium: quomodo judicabitur Mundus?* Et: * *Filii Dei per gratiam effecti sumus; sine qua nihil possumus facere: ut ipsa veritas ait;* Sine me nihil potestis facere.

(* in cap. Eccles. — * Praef. in Ps. 4. pœn. — * in Psal. 7. pœnit. — * in Ps. 118 — * in Cantic graduum — * Praef. li. 2. de Trin. — * lib. 2. Trin. c. 8. — * in cap 15 Joh.)

Tarasius, Epistolâ ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ urbis: * *Non, quod nobis quicquam tribuamus, tanquam sufficere ad hanc rem nostrâ potestate possemus: sed sufficientia nostra à Deo adimpletur.*

(* Tomo 2. Concil.)

¶ Contra synergiam interdum loquitur Beda, ut: * *Pelagius (si placet) dicat, se suo conamine salvari. Dicamus autem nos, quia vana salus hominis: in Deo faciemus virtutem. Nam & ipse virtutem, qua propitietur omnibus iniquitatibus nostris, & sanet omnes languores nostros, non ex nobis-ipsis; sed de se, novit exire.* Itèm: * *Ne mercenarii quidem statum, nisi paternâ dignatione, se mereri posse, testatur. Ubi ergo sunt Pelagianistæ, qui suâ se virtute salvari posse confidunt; contra apertissimam veritatis sententiam, quæ ait:* * Sine me nihil potestis facere?

(* in cap. 8. Luca. — * in cap. 15. — * Johan. 15 vers. 5)

Albinus inquit: * *Quomodo intelligendum;* Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius? *Tu, quia liberi arbitrii es, non habes peccatum super te dominum, sed in super illud: & in tuâ potestate est, sive compescere, sive concupiscere illud.*

(* Quæst. in Gen.)

DE PECCATO.

Beda inquit: * *Frequenter in Scripturis, Peccatum pro delicto, & Delictum pro peccato, ponitur. Hic voluit tamen ostendere aliquam differentiam inter, in quibus sacrificia divisit. Et quidam putant, Delictum, commissum esse levius, quam peccatum. Nam dicit Scriptura, quod sit Peccatum ad mortem: de Delicto non dicit. Aut certe Delictum est, cum non facimus, quæ facere debemus: Peccatum vero, cùm committimus illa, quæ committere non debemus. Eâdem autem ratione accipiendum est de Sacrificio pro peccato.*

(* in cap. 6 Levit.)

¶ Malum itâ definivit Damascenus: * *Malum nihil aliud est, quàm boni privatio; & ex eo, quod secundùm naturam, in id, quod præter naturam, prolapsio. Nam nihil malum secundum naturam.*

(* lib. 4 Orthod. c. 20.)

¶ Divisionem Peccati Beda recitat, his verbis: * *Ego dormivi; id est, oppressa sui* (Ecclesia) *levioribus peccatis, venialibus scilicet. Et soporata sum; id est, criminalium peccatorum soporē passa sum, a quibus per me exsurgere nullo modo poteram.* Et: * *Omnia vitia, tam actualia pejora, quam originalia, ibi extinguuntur.* Itèm: *In baptismate omnes hostes nostri, id est, omnia originalia & actualia peccata, destruuntur.*

(* in Psal. 3. — * in Ps 77)

¶ Non esse peccatum a Deo, Beda tradit: * *Nihil in terra sine causa fit. De humo id est, de naturâ hominum: malum enim non exit malum. Omnem in terrâ nihil sine Dei justitiâ fiat. Hoc dicit, quod omne malum naturale non sit: quod hic dolorem oritur. Sed omne malum, accidens est naturæ bonæ: & est aliud malum, id est, vindicta, quæ propter peccatum a Deo infertur hominibus. Malum est quidem peccatum, sed liberi arbitrii malum est, quia hominis voluntate committitur. Et malum est retributio mali, id est, peccati: quam adversum Deus supplicia peccatoribus. Hoc ergo dicit, quod nihil horum accidentium malorum sine judicio Dei fiat. Non enim ita naturale est hominis; ut a Deo creatū putetur.* Itèm: * *Deus, qui videtur velle iniquitatem, quia corporaliter iniquos cohabitare justis patitur, non vult iniquitatem: quia sicut in futuro eos corpore & mente separabit, ita hic etiam mente eos ab invicem dividit: malorum scilicet mentem excæcando, bonorum vero mentem illuminando.*

(* lib. 1. in Job cap. 5. — * in Psal. 5)

¶ Unde sit peccatum, docet Damascenus: * *Corruptio autem, ob nostram pravitatem, ad supplicium & utilitatem inducta est. Deus enim mortem non fecit, neq; delectatur in perditione viventium. Per hominem autem mors magis; hoc est, per Adæ transgressionem: similiter & reliqua pœnæ.* Itèm: * *Semel transgredientes voluntariè legem Dei, & suggestionem Maligni admittentes, dedimus illi ingressum, mancipati a nobis-ipsis peccato: unde violentè ducitur corpus nostrum ad illud.* Itèm: * *Quia non subjecta fuit Adæ voluntas divinæ voluntati; sed sententia ipsius contraria voluit divinæ voluntati, (& hæc erat transgressio) & nullus eorum, qui ex Adam, secundùm omnia obediens factus est divinæ voluntati: unaquæq; autem hypostasis, secundùm propriam sententiam, inobediens facta est divinæ voluntati. Omnes enim peccaverunt, & posteriorantur à gloriâ Dei; secundum Apostolum.* * Et: * *Ex propriâ voluntatis ignaviâ, inutile sibi facit Creatoris beneficium.*

(* lib 2 Orthod. c. 28. — * li. 4. c. 23. — * de duab. in Christo voluntat. ca. 12. — * Roman. 3 vers. 23. — * lib 4 Orthod. cap. 2)

Beda ait: * *Peccatum, per Adam exemplificatum, multos involvendo, nullum liberū prætermittit, nisi quem liberat Christus: cui etiam abire in voluntate non convenit. Sciendum, quòd Adam non sicut Eva, deceptus fuit, ut crederet, se sicut Deum nunquam futurum: sed quia (ut legitur) maluit non-inturbare uxorem, resistendo ejus persuasioni, quam obedire præceptis Creatoris; in hoc quoq; deceptus fuit. Quia peccatū confiteri noluit; sed culpam in auctorem deflexit, dicens:* Uxor, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi. *Sicut Eva quoq; per serpentem excusare voluit, dicens:* Serpens persuasit mihi. Itèm: * *Diabolus cecidit ex occultâ affectione, & Adam, alienâ persuasione.* Et: * *Dæmones quodlibet peccatum homini persuadent.* Itèm: * *Fit omne peccatum ab aliquo, aut per se, aut ab alio persuadente. Quod utrumq; vitium, in ipso primordio claruit. Malignus enim angelus, ex suo occulto cecidit, Adam verò persuasione alienâ peccavit.* Et: * *Sed tamen hoc, quod delinquit, est in semet-ipso, id est, in libero arbitrio ejus, scilicet, non est inde accusandus autor, vel natura, sed ipse, qui per liberum arbitrium suum ad peccatum se disposuit.* Itèm: * *Non fatum, non fortuna, non stella, nec aliquid aliud, sed ego David peccavi tibi.* Et: * *Quicquid mali habes, ex te est: quicquid boni habes, ex Deo habes. Perversi autem, & qui Spiritum Sanctum non habent, quod boni faciunt, sibi attribuunt: quod vero mali faciunt, quem inde accusent, quærunt. Quidam enim dicunt: Satanas hoc persuasit mihi: quasi potestatem habeat cogendi. Ipse quidem versutiam habet nocendi; potestatem vero non habet cogendi. Non cessat Satanas mala persuadere: non cessat Christus bona admonere. Tunc ergo positus inter hunc monentem, & illum suadentem, quare potius applicas autem Satanæ persuadenti, & fallenti; quam Christo monenti, & non-fallenti? Nihil enim Satanas te contra tuam voluntatem cogere potest: & ideò noli accusare illum, qui non habet veniam; sed*

(* in Psal. 1 — * in Ps. 3. — * in Ps. 17 — * in Ps 11 — * in Ps. 3 — * in Ps 50 — * in Psal 9)

accuses

A accuses te-ipsum, qui habebis indulgentiam. Alii autem, ut se excusent; accusant fatum, stellas, & cætera talia: & hi volunt venire per dispendium, ad Deum accusandum; quia nolunt venire per compendium, ad Deum placandum. Sunt etiam alii, qui rectâ fronte ad Dominum ipsum veniunt, dicentes: Si Deus noller, ego talis non essem. Et: * In Adam omnis humanæ naturæ, tanquam in radice, est vitiata. Itèm: * Tam ex naturâ, quam actu, peccatis quasi veneno pleni existimus.

B APONIUS ait: * Non ignoret, hominem bonum a bono Deo creatum, per liberam voluntatem malum fieri, propriâ culpâ, persuadente Diabolo.

ALBINUS inquit: * Propterea dat ei solicitudinem sive afflictionem, quia peccator fuit. & non esse causam afflictionis in Deô, sed in illo qui sponte suâ antè peccaverit. Et: * Vitio nostro ad pejora labimur. Item: * Elevatus est homo honore imaginis Dei, & libero arbitrio nobilitatus: sed hoc malè usus, allisus est, & [illegible] in hanc convallem lacrymarum. Et: * Homines propria voluntate; non necessitate aliqua, se subjiciunt Diabolo.

C BEDA inquit: * Quadriga Diaboli unusquisque peccator, cum gulâ, & fornicatione & irâ, & superbia. Item: * Diabolus pater est omnium peccatorum. Vos enim, inquit Dominus, * ex patre Diabolo estis. Donec enim stat Mundus, peccata sua non recipit Diabolus. Omnia enim illi reservabuntur in futurum: reddentur tamen in filios, quos genuit. Per peccatum enim, homines in carne positi puniuntur a Domino.

¶ Quomodo peccata committantur, exponit BEDA, inquiens: * Tribus modis peccatum committitur: delectatione, suggestione, consensu. Per Serpentem, suggestionem accipimus: per Mulierem, animalem corporis sensum: per Virum, rationem. Serpens suadet: delectatio obtemperat: ratio consentit. Item: * Triplex vis peccandi: aut verbo, aut facto, aut cogitatione. Et: *

D Omne peccatum, aut opere vel verbo, vel cogitatione, cõmittitur.

¶ De effectu Peccati, inquit BEDA: * Hæc captivitas a Rege Assyriorum facta, illam generis humani captivitatem designat, quæ per regem omnium pravorum, hoc est, Diabolum, de patria cælestis est habitatione projectum, & in hujus exsilii peregrinationem transmigratum. Item: * Sicut à tineâ vestimentum, ità à morte corpora consumuntur & corrumpuntur. Et: * Conditio naturæ hominis, Adam peccante, vitiata est. Item: * Sanctitas

E periit in Adam, quem Deus posuit, ante lapsum, in plenitudine virtutum. Item: * Suggerente Diabolo, & Evâ prævaricante, miser Adam, oblitus dominicum præceptum, quod deberet ei esse ad delectationem, sicut panis edulium, manum extendit ad vetitum: & non invenit, quod promisit Diabolus, sed quod minatus est Deus. Et: * Carnales concupiscentiæ sunt prima mors, & dicuntur portæ mortis; quia sunt introitus ad alias duas graviores mortes, scilicet ad consensum, & operationem peccati. Item: Transgressor præceptorum damnatur ex propria culpa; non ex

F irâ Dei. Et: * Homines per primum Parentem, captivitatem incurrerunt. Item: * Homines adspectum Dei, per inobedientiam primi hominis, amiserunt. Et: * Quisquis labitur, vel cogitatione, necessariò Domino displicet. Item: * Lucas ipsum Adam filium Dei dixit; cum sit factus a Deo: sed per gratiam, quam postea peccando amisit, tanquam filius in paradiso constitutus est. Et: * Fidei & charitatis indumento primi Parentes nostri, postquã peccavêre, nudati esse leguntur. Hac stolâ primò filius luxuriosus, postquam pœnitens ad patrem rediit, induitur. Item: * Stola prima est, vestis innocentiæ, quam homo bene conditus accepit; sed mal[e] persuasus, amisit: quando, post culpam prævaricationis,

G cognovit se esse nudum: gloriáque immortalitatis perditâ, pelliceum, hoc est, mortale, sumsit indumentum. Et: * Per Serpentem primi Parentes nostri ad peccandum persuasi, atque de immortalibus sunt peccando mortales effecti. Item: * Ita post peccatũ primi hominis nati sumus, ut, nondum redditâ luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalem vitam sine ullâ veritatis intelligentiâ transeamus. Et: * Curaturus hominem a paralysi Dominus, primum peccatorum vincula dissolvit: ut ostenderet, eum, ob nexus culparum, artuum dissolutione fuisse damnatum; nec, nisi his relaxatis, membrorum posse recuperatione sanari. Item: Et datur

H [illegible] intelligentia propter peccata pleraque evenire corporum debilitates. Et idcirco forsan prius peccata dimittuntur, ut, causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Et: * Quò quisque melius sapit, eò deterius delinquit. Et ideò inexcusabiliter merebitur supplicium; qui prudenter, si voluisset, potuit vitare peccatum

Margin notes (left column): * in Ps. 118 · * in Ps. 52 · * lib. 2. in Cant. · * in cap. 2 Eccles. · * in cap. 7. · * in Psal. 5 pœnit. · * in cap. 14. Job. · * in cap. 14 Exod. · * in ca[p.] 2 · * Johan. 8 vers. 44. · * in cap. 3 Gen. · * in cap. 15 Gen. · * in cap. 31 Exod. · * in V-bid. · * li. 1. in Job cap. 4. · * in Psal. 2 · * in Psal. 11 · * in Ps. 101 · * in Psal. 9 · * in Ps. 13 · * in Ps. 21 · * in Ps. 114 · * in cap. 3. Lucæ. · * in cap. 8. · * in cap. 1 · * in cap. 1. Johan. · * in cap. 9. · in cap. 2 Marci. · in cap. 9.

A Item: * Sedentibus quippe in tenebris & in umbrâ mortis, Domino illuminare est; his, qui in peccatis & ignorantiæ cæcitate vixerunt, agnitionis amorisque sui radios infundere. Quibus dicit Apostolus: * Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Pedes autem nostri in viam pacis diriguntur; cùm actionum nostrarum iter, per omnia, Redemptoris illuminatorisque nostri gratia concordat.

B ALBINUS inquit: * Cur Creator, in Adæ maledicto, terram maledixit; & nõ aquas? Quia de terra fructu contra interdictum manducavit homo, nõ de aquis bibit: & quod prædestinavit Deus, in aquis abluere peccatum, quod de fructu terræ contraxit homo. Et: Per peccatum hominis maledicta est terra, ut spinas pareret, & venenosas herbas: vel ad pœnam, vel ad exercitationem mortalium: ut ante oculos homo semper habeat originale crimen; & vel sic admonitus, se avertat a peccatis. Et: Peccantibus, & non pœnitentibus, futura imminet pœna. Sæpè quidem reproborum nequitiæ hic multa prosiliunt, sed in posterum sequuntur. Et: * Homines in terram, unde sumti sunt, redeunt; postquam in primo audierunt peccatore: * Terra es; & in terram ibis.

C ¶ De morte animæ, inquit BEDA: * Omnis mors animæ fit tribus modis: aut delectatione tantùm; aut delectatione & consensu, aut peccati perpetratione. Delectatio est voluntas peccandi: quæ fit in animâ, ex titillatione & fomite & aptitudine peccandi, quæ in nobis est; & ex suggestione, id est, incitatione Diaboli superveniente. Secunda verò est consensus; quando nos ad peragendum peccatum, quantum possumus, ex[i]gimus [et] nos applicamus. Tertia est ipsius peccati actio, quæ dividitur in actionem simplicem, & in frequentem: sicut & præmissa duo. Et hoc dictum est de voluntariis peccatis. Dicuntur autem hæc tria mors animæ:

D quia per ea anima, ab eo, qui vita & maritus ejus est recedit, id est, a Deo separatur; & sociatur morti, id est, Diabolo.

¶ Omnes homines esse peccatores, docet BEDA: * Sine levibus quotidianisque peccatis, nec justorum quispiam esse in hac vitâ potest. Et: * Nec Sanctus quisquam, in carne constitutus, peccata ad integrum cavere potest.

DE ORIGINALI PECCATO.

Quòd sit Peccatum originis, docent Patres hujus seculi. BEDA: * Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus: cui meritò displicet, quod nascendo contraximus.

E ¶ Unde sit, idem BEDA tradit: * Criminum, inquit, semina sunt, quæ ex Adam originalis traximus: merum verò, sive voluntatum seu fragilitatis & ignorantiæ, quæ ipsi per nos crimina addimus. Item: Verè profitemur, omnes homines in lucem istam, plenos iniquitatis, ex reatu primæ prævaricationis, venire: incapaces antẽ bonitatis, absit, ut nos nasci putemus. Et: * Omnis homo qui hunc Mundum ingreditur, in patre & matre contaminabitur; ex quibus originale peccatum trahit. Item: * Ubi ma[ter] putredo peccatum accipiendum est, ideò pater, quia corrumpit naturam, & generat mortem: mater ipsa natura, de quâ in

F [pec]cato concipimur: soror ipsa mortalitas, cum quâ nascimur; vel ipsum originale peccatum, proficiens per germina peccatorum, vermibus comparanda; vel omnis posteritas Adæ, quæ de corruptione mortalitatis, velut de saniæ putredinis, nascitur.

ALBINUS inquit: * Quis me potest, ex immundo semine conceptum, mundũ facere, nisi tu Deus solus, qui sine peccato es? Quid mirum est autem, si fecerim, in quibus me peccatorem confiteor: qui jam ex originali peccato, in iniquitatibus, scio me esse conceptum? qui antè peccata contraxi, quàm vitæ principia haberem?

G ¶ Omnes homines peccato originis obnoxios esse, BEDA testatur: * Verùm, quia nos in iniquitate concepti, & in delictis editi, quamvis multum nitentes, peccatum ad integrum cavere, & virtutis arcem comprehendere nequimus: Tu, qui Verbum caro factus es, perfectis per omnia vincendi ac docendi, quas nostra fragilitas non capit, dapibus vescere. Item: * Omnes naturâ filii iræ, omnes in iniquitatibus concepti, & in delictis sunt a matre generati. Et: * Confiteatur Catholicus, quia nemo immunis a noxâ primæ prævaricationis nascitur: & invocet gratiam Dei, quâ liberetur de corpore mortis, per Jesum Christum Dominum nostrum. Item: * Ad distinctionem nostræ sanctitatis,

H [J]esus singulariter sanctus nasciturus asseritur. Nos quippe, etsi sancti efficimur; non tamen nascimur: quia ipsâ natura corruptibilis conditione constringimur; ut meritò cum Prophetâ gementes singuli dicamus: * Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum.

ALBINUS ait: * Tempus opportunum, ad orandum pro pecca-

tis, hæc

Margin notes (right column): * in cap. 1 Lucæ. · * Ephes. 5. vers. 8. · * Quæst. in Gen. · * in cap. 1. Eccles. · * Genes. 3 vers. 19. · * in Psal. 1 · * li. 2. in Proverb. c. 20. · * in Ps. 129. · * in cap. 11 Luc. · * Præf. super Cant. · * in cap. 21 Levit. · * li. 1 in Job. cap. 17. · * in Psal. 4 pœnit. · * lib. 2 in Sam. c. 2. · * lib. 3. c. 2 · * in cap. 9 Marci. · * in cap. 1. Lucæ. · * in Ps. 50 vers. 7 · * in Psal. 2 pœnit.

tis, hac vita est: in qua ideo Sancti erant; quia non est a peccato immunis aliquis. Et: * *Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*] *Omne genus humanum significat originali peccato obnoxium.* Itèm: * *Omnes homines, præter illum solum, qui ex Virgine natus est, originali peccato tacti, id est, cum peccato, nati sunt; quod ex radice peccatrice primi parentis traxerunt.*

* in Psal. 7 pænit.
* in cap. 9. Job.

CAROLUS Magnus inquit: *Originali peccato omne hominum genus, ante Baptismum, connexum tenetur. Tanta ergo illius antiqui peccati est, cum quo nascimur, massa: ut, si particulatim diligenti cõsideratione dividatur, omnia in eo criminalia possint inveniri peccata. Nam & superbia est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei potestate, dilexit: & sacrilegium; quia Deo non credidit: & homicidium; quia se-se præcipitavit in mortem: & fornicatio spiritualis, quoniam integritas mentis humanæ serpentinâ suasione corrupta est: & furtum; quia cibus prohibitus usurpatus est: & avaritia; quia plus, quam sufficere illi debuit, appetiit. Quibus omnibus tanto est genus humanũ irretitum, ut de legitimo etiã matrimonio procreatus dicat:* In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea.

C ¶ De effectu Originalis peccati, BEDA inquit: * *Signaculum imaginis Dei & similitudinis, per Adæ peccatum fuit obliteratum.* Itèm: * *Per Evam Serpens peccatum homini propinavit: & exinde genus Adæ, ob delictum inobedientiæ, perdita immortalitate, ad breve tempus vitæ redactum est; & repletũ multis præsentium laboribus ærumnarum.* Et: * *Sæculum significativo nomine, quasi tota massa peccatricis generationis Adæ, dictum videri potest: in quo, quasi sub signaculo imaginis ejus, (genuit quippe Adam ad imaginem & similitudinem suam) totam sobolem illius, in ipso prævaricatricem effectã. per multa sæcula Deus*

* l. 3 in Job. cap. 7.
* l. 1 in Job cap. 12.
* lib. eod. cap 14.

D *clausam tenuerit sub peccato: & tamen in novissimis sæculorum temporibus, per Baptismum, vulnera delictorum pretiosà redemtione curaverit.* Itèm: * *Ex pænâ enim originalis peccati est hoc, quòd in potestate nostrâ non sint illiciti motus: sed tunc maximè insurgant in nobis, quando minùs vellemus, per suggestiones Diaboli, & per fomitem peccati, qui inest nostræ carni. Et ideò eos, ne ad actum perveniant, coërcere debemus.*

* in Psal. 4

ALBINUS ait: * *Quámvis in hujus exsilii ærumnosam cæcitatem, pro originalis peccati justissimâ pœnâ, à gaudio beatæ felicitatis dejecti sumus: non tamen ita inde præcisi atq; abrupti sumus,*

* lib. 1. de Trin.

E *ut nos etiam in istis mutabilibus & temporalibus, æternitatem, veritatem, beatitudinem, quærere vel desiderare, ignoremus.*

De Johanne inquit BEDA: * *Ab illo debuit ipse Johannes baptizari; id est, à peccati originalis contagione mundari. qui, quamvis nullo inter natos mulierum minor; tamen, quasi natus ex muliere, culpa navo non carebat. Ideoq; cum cæteris mulierum natis, ab eo, qui natus ex Virgine Deus in carne apparuit, opus habebat ablui. Quoniam igitur scriptum est;* * Quid est homo, ut immaculatus sit? & ut mundus appareat natus ex muliere? *jure timuit homo, quámvis sanctus, natus tamen ex muliere; & ob id à culpæ macula non immunis, baptizare Domi-*

* Hom. in 8. Epiph.
* Job. 15. v. 14.

F *num; quem ex Virgine natum noverat nullam prorsus habere maculam culpæ.*

APONIUS ait: * *Terra ista, quæ tecto tegitur cœlo, per peccatum primi hominis facta est domus leprosi. Nulla enim tam fœdissima lepra, quam nota peccati; quæ facit projici à facie Dei.*

* lib. 3. Cant.

DE ACTUALI PECCATO.

De peccatis actualibus, inquit BEDA: * *Quia per ignorantiam, per oblivionem, per cogitationem, per sermonem, per surreptionem, per necessitatẽ, per fragilitatem carnis, singulis diebus, vel inviti, vel volentes, frequenter reatum incurrimus.*

* in Prov. cap 26.

G De venialibus, inquit BEDA: * *Filii, licèt delinquant, sunt tamen in viâ; id est, in præceptis ambulant, & non nisi venialia committunt.*

* in Ps. 24

De peccatis Sanctorum, BEDA ait: * *Quæritur, quomodo idem faciat, & idem non faciat peccatum? Ad quod sic est respondendum: Quandocunq; illiciti motus nobis insurgunt: si tantum surgat affectus, & nullus relaxetur effectus; hoc est, si voluntatem non præbemus eorum desideriis, & si sic nos refrenamus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitati ad iniquitatem; ecce peccatum nõ operamur. Sicut Apostolus quoq; præcepit:* * Ergo

* in Ps. 1. 8.

H peccatum in mortali vestro corpore nõ regnet. *Sed tamen, quoniam non est vigor alienæ naturæ, sed languor infirmitatis nostræ, illud, unde desideria illicita insurgunt in nobis: (unde Apostolus:* * Sed quod habitat in me peccatum) *ideò & nos fa-*

* Roman. 6 vers. 12.
* Roman. 7. vers. 17.

A *cimus peccatum. & sic iidem, & facimus, & non facimus peccatum. Et ideò rursum quæritur, an nos quotidie in Oratione dominicâ dicamus,* Dimitte nobis debita nostra, *vel pro his, quæ consentientes facimus, vel pro desideriis, quæ non nos, sed peccatum, quod habitat in nobis facit? Quod beatus Augustinus solvens, inquit: Prout ad præsens sapere possum, dico, universus reatus nostri languoris & nostræ infirmitatis, cum omnibus, quæ consentientes diximus, fecimus, aut cogitavimus, sacramento Baptismatis est deletus. Et ideò, etsi languor nobis inest: non tamen obest; si non*

B *consentiamus ei, faciendo, dicendo, aut tacitè assentiendo. Sed tamen, quoniam vita hominis est militia super terram: ideò vigilamus quidem contra majora crimina, sed sæpè nobis incautis subrepunt quædam: quæ etsi singula suâ mole non conterunt; tamen multa contra nos collata, acervo nos obruunt. Et ideò quotidie pro his orandum est, jejunandum, & eleemosynandum.*

De capitalibus, ait BEDA: * *Non tantùm capitalium incendia criminum, in quibus apertum opus Diaboli claret, sed & parva quæq;, & quæ hominibus extrema vel levia fortè peccata videntur, districti Judicis sententia reprobans damnat.*

* in Sam. cap 10.

C De criminalibus, Beda ait: * *Septẽ sunt criminalia peccata.*

* in Ps. 119

¶ Discrimen inter Peccatorem & Impium. BEDA commemorat: * *Distat inter Peccatorem & Impium: quia peccator appellatur omnis, qui vel in parvis, vel in magnis sceleribus, decidit: impius autem, qui vel nunquam fidem recepit, vel enormitate scelerum ab eâ, quam accepit, anathema factus est.*

* in Prov cap. 5.

¶ De Peccato ad mortem, BEDA inquit: * *Peccatum ad mortem puto esse, cùm, post agnitionem Dei, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, oppugnat quisquam fraternitatem; & adversùs ipsam gratiam, quâ reconciliatus est Deo, invidentiæ facibus*

* Hom. in festa 6. post Cineres. Item c. 6 Lucæ.

D *agitur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam amorem à fratre non alienaverit; sed officia fraternitatis debita, per aliquam infirmitatem animi, non exhibuerit.*

¶ De peccato in Spiritum sanctum, ait BEDA: * *Qui autem blasphemaverit Spiritum sanctum, non remittetur ei.*] *Hoc intelligendum est, quòd aliqua exigua, prævalentibus magnis operibus, vix, Sanctorum intercessionibus remittatur. De blasphemis autem, de his dictum videri potest, qui pœnitentiam negant, de maximis noxiis non-pœnitendo: de quibus dicitur;* * Impius, cùm venerit in profundum malorum, contemnet. *Secun-*

* l. 1 in Job cap 12.
* Prov. 18. vers. 3.

E *dum hoc ergo Domini dictũ, sunt delicta, quæ illic donanda sunt: ubi & indelebile peccatum blasphemiæ Spiritûs memoratur. Non enim diceret Deus, Hoc peccatum non remittetur: si alia peccata non remitterentur illic. Quæ sint autem illa peccata, vel cujusmodi sint, solus Deus novit, qui ea remissurum se esse promittit.*

¶ De desertione Dei, sic scribit DAMASCENUS: * *Derelictionis duæ sunt species. est enim derelictio dispensativa, correctivaq;, & eruditiva; & est derelictio finalis, & desperativa. Dispensatoria quidem, & eruditiva, ad correctionem, salutem, & gloriam patientis facta; aut ad aliorum zelum & imitationem;*

* lib 2 Orthod. c. 29

F *aut ad Dei gloriam. Finalis autem derelictio, cùm, Deo cuncta, quæ ad salutem sunt, faciente, incorrigibilis & immedicabilis, magis autem insanabilis, ex proprio proposito, permanet homo. Tunc enim traditur in finalem perditionem, ut Judas. Quod à nobis avertat Deus; & à tali nos derelictione defendat!*

¶ De Mendacio, BEDA ait: * *Duo sunt mendacia: quæ licèt à culpâ penitus libera non sint; parvam tamen culpam habent. Quorum alterum fit causâ jocandi, ut, quando alicui puero dicimus, de magistro ejus absente; Magister venit: ut eum perterrefaciamus. Alterum verò est officiale, id est, fit causâ benevolentiæ, ut,*

* in Psal. 5.

G *illum, quem alius assequitur districto gladio, cum eum sciamus latitare, negabimus eum vidisse; volentes eum liberare. Quod licèt bonum videatur: tamen peccatum est; quia mendacium est & ideò vitandum est: quia mendacium est mors animæ. Potest enim & ille à Deo, ad quem pertinet, liberari: & nos, veritatem tacentes, non incurrere mortem animæ. Tacere namq; veritatem, non est peccatum. Quod inde apparet, quia Christus, qui solus non peccavit, veritatem tacuit, cum dicit:* * Multa habeo, &c. *Volunt quidam inter mendacia claudere illa, in quibus est duplex voluntas, ut, si quis alicui, sibi gladium committenti, promitteret,*

* Johan. 16. vers. 12.

H *se reddere ei, quam citò reposceret: postea verò illi, poscẽti gladium, ad hoc, ut vel se vel alium interficeret, se reddere denegaret, ut illius furorem compesceret. Hic duplex voluntas esset: quia, priore voluntate manente, alia accessisset. Nec esset dicendum hoc mendacium: quia non hic, quod promissum fuisset, negaretur; scilicet*

A *quin, quam citò committens bono animo reposceret, ille, cui commisit, sibi statim redderet.* Itèm: *Minus est, loqui mendacium, quam operari peccatum: majus verò, perdere, quàm odisse.*

* in Sam. cap 10. ¶ De Superbiâ, inquit BEDA: * *Caput omnis peccati, superbia Diaboli, & opus idololatria: quod quasi duabus palmis, impietatis professione, laudum & victimarū ceremoniis, agebatur.* * cap. 11. Itèm: * *Superbia rex & caput est scelerum cæterorum; utpote ex sua radice prodeuntium: quia incautos, ficto blandiendo, quasi lingendo, decipere, atq; universa vitalis gratiæ quærunt erodere* * in Ps. 18. B *genimina.* Et: * *Superbia ideò dicitur maximum delictum: quia & initium est totius peccati; & quia dejecit angelum, & ex angelo fecit diabolum, atq; interclusit ei regnum cœlorum. Et ideò etiam maximum: quia, sicut primum occurrit recedentibus, ità novissimum occurrit redeuntibus.*

* in Ps. 68 ¶ Peccatum nō esse substantiam, BEDA docet: * *Iniquitas non est creatura: quia non est natura, quam Deus creavit; sed corruptio naturæ, quam ipse homo in se fecit. Ab Adamo iniquitas venit; & non est substantia: quia nō est iniquitas a Deo facta.* * in cap 6. Luca. Et: * *Omne peccatum, fundamentum non habet; ut quod non ex* C *propriâ naturâ subsistit. Malum quippe sine substantiâ est: quod tamen utcunq; fit, in boni naturâ coalescit.*

De Peccato Hominum & Angelorum, ALBINUS inquit: * *Angelicum peccatum silentio in Genesi absconditum est;* * Quæst. in Gen. *& Hominis patefactum: quia angelicum vulnus Deus non prædestinavit curare; Hominis verò sanare prædestinavit.*

DE LEGE.

* li. 4. Orth. cap. 23. DEfinitionem Legis talem ponit DAMASCENUS: * *Lex est, quod docet ejus mandatum; ut, in ipso manentes, in luce simus. Cujus quidem mandati prævaricatio peccatum est: quod per suggestionem Diaboli, & nostram incoactam, & liberam* D *admissionem paritur.*

* in cap. 20. Exod. De duabus tabulis inquit BEDA: * *In duab. tabulis scripta est Lex, propter duo testamēta; vel propter amorē Dei & Proximi.*

* Quæst. in Gen. ¶ Unde sit, ALBINUS ait: * *Deus in principio Legem non dedit; sed eam postea per Mosen tradidit: quia in hominibus primis diu lex bonæ naturæ servabatur. at ubi naturalis lex evanuit, oblatâ consuetudine peccandi; data est lex litera per Mosen: ut bona quæ sciebantur, autoritatem haberent; & quæ latère cœperunt, manifestarentur; & ut terror disciplinæ corrigeret delinquentes, & fidem reformaret in Deum.* E

* li. 1 c. 27 CAROLUS Magnus dicit: * *Cùm igitur Deus primùm hominibus naturalem legem dederit; quâ ab hominibus corruptâ, dederit postea scriptam, quâ etiam violatâ, se-se per præsentiam corporalem videndum exhibuerit: & ante legem, & sub lege, & sub gratiâ, semper humanæ saluti credatur consuluisse.*

* in cap. 20. Exod. De Decalogo ait BEDA: * *Dominus legem in decem verba constituit. Nullus numerus crescit amplius, nisi usq; ad decem: at per hoc, in plenitudine numeri, plenitudinem mandatorum constituit. Quæ scilicet mandata sic quidam distinguunt: ut tria pertineant ad dilectionem Trinitatis; septem verò ad amorem fraternum, quibus societas humana non læditur.* F *Primum mandatum pertinet ad Deū Patrem; secundum ad Filium; tertium ad Spiritum sanctum pertinet; cujus dono requies nobis sempiterna promittitur.* Itèm: *Post tria præcepta, septenarius succedit numerus, pertinens ad amorem Proximi: & incipit ab amore parentum, à quibus in hac vitâ sumimus exordium. &c. Fortassè ideò nō una, sed duæ tabulæ dictæ sunt: quia decem mandata hæc ad dilectionem pertinent Dei & Proximi.* * Præfat. in Psalmo. Et: * *Decem præceptorum tria pertinent ad Dei dilectionem, septem ad Hominum dilectionem: quæ ex duabus tabulis distincta Moysi data fuerunt.* G *Tria, quæ pertinent ad Dei dilectionem, hæc sunt: Dominus tuus Deus unus est; ne forniceris post deos alienos. Secundum mandatum: Ne accipias nomen Dei tui in vanum; id est, ne credas, Verbum propter te incarnatum, tantum creaturam, & non creatorem esse: quòd hoc nomen Christi in vanum sumere esset. nam, ut testatur Ecclesiastes,* * c. 1. v. 14 * Omnis creatura, quæ sub sole est, vanitas est. *Tertium mandatum est: Observa sabbatum. Mandata septem, quæ pertinent ad homines, hæc sunt: Honora patrem & matrem: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Non concupisces domum Proximi tui:* H *Non concupisces uxorem Proximi tui.*

* in Ps. 118 ¶ De summâ Legis, inquit ALBINUS: * *Charitas est plenitudo Legis: &, cessantibus cæteris mandatis, sola permanet in æternum.*

A ¶ Officium Legis est, ostēndere peccata. BEDA: * *Ipse sacerdos, Dominus Christus, per aquas amaras, hoc est, per Scripturæ divinæ disciplinam, hypocrisin contemnit, & peccatū manifestat, vel hic, vel certè in futuro.* * in cap. 5 Numer. Et: * *Lex admonet, ut se quisq; reum agnoscat; videns se eam non posse implere.* * in Ps. 31. Itèm: * *Lex sine gratiâ, est litera occidens: & valet tantùm ad convincendā iniquitatem; non ad dandam salutem.* * in Ps. 70 Itèm: * *Etenim benedictionem lator Legis dabit: hoc est, Dominus, qui dedit legē deprimentem, dabit & gratiam sublevantem. Lex ideò dicitur deprimens: quia* * in Ps. 83. B *non potuit salvare, sed peccata tantùm ostendere. Unde ait Apostolus:* * Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, &c. * Galat. 3. vers. 21. *Potuit etiā Lex peccatum demonstrare; sed nō potuit auferre. Quod idem Apostolus ostēdit, dicens:* * Occasione enim acceptâ peccatum per mandatum, &c. * Roman. 7 vers. 11. *Et ità lex quidem producebat infirmos; sed non sanabat eos.* Et: * *Ad hoc data est Lex: ut, crescente peccato, superbi humiliarentur; humiliati confiterentur; confessi sanarentur.* * in Ps 102. Itèm: * *Quid magis stupendum; quàm quòd Deus bonus, cùm bona præceperit, eis tamen legem dederit, quos eadē lex vivificare nō posset, & quibus ex ipsâ lege nulla justitia esset. Unde* * in Ps. 118. C *Apostolus:* Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, &c. *Cur ergo data est lex, quæ non posset vivificare, & ex quâ nulla justitia esset; nempe mirandum, nempe stupendum. Noli superbire, nec de te præsumere: & intelliges, cur bona lex a bono Deo data est, cùm tamen non posset vivificare, & ex quâ nulla justitia esset. Ideò enim data est, ut te magnum faceret parvum; & ut, te ad perficienda mandata de tuo vires non habere, demonstraret: & sic indigus opis confugeres ad gratiam, & clamares;* * Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. * in Psal. 6 vers. 3. *Quis enim potest mandata Domini [illegible]facere, sicut sunt facienda, nisi per fidem, quæ* D *operatur per dilectionem, & nisi in cujus corde charitas per Spiritum sanctum diffundatur?*

* in cap. 1. Joh. ALBINUS: * *Lex quidem per Mosen data est; in quâ, quid agendum, quid vitandum sit, cœlesti jure decernitur: sed quod illa præcipit, non nisi gratiâ Christi complетur. Illa siquidē, monstrare peccatū, justitiam docere, & transgressores sui reos ostendere, valebat. Porrò gratia Christi, diffusa per Spiritum charitatis in cordibus fidelium, facit, ut, quod lex præcipit, impleatur. Unde illud, quod scriptum est,* Non concupisces, *per Moysen lex est, quia jubetur: sed per Christum fit gratia, quando quod jubetur, impletur.*

E * li. 2. c. 16. CAROLUS Magnus inquit: * *Lex est nobis, in præsentis seculi caliginoso itinere, ad dirigendos nostrarum mentium gressus, a Deo collata: cujus jubare mentis acies perlustrata, mysticorum sensuum possit intueri secreta.* * li. 3. c. 25. Itèm: * *Lex peccata tantummodò ostendit: gratia autem, quæ per Christum data est, peccata, quæ lex monstraverat, curavit.*

* li. 2. c. 0[illegible] ¶ Legem ab hominibus nō impleri, CAROLUS Magnus docet: * *Deus præcepit; sed homo non fecit. Lex enim posita est in veteri Testamento, quæ convinceret transgressores. Non enim implebatur timore, quæ non impletur, nisi charitate. Et ideò dicitur* F *opus Dei: quia Deus legem constituit; Deus conscripsit. Nullū opus hominis: quia homo Deo non obtemperavit; & eum potiùs reum lex fecit. Hoc est ergo, quòd prima data est lex, ubi significatur vetus Testamentum, quod est opus tantummodò Dei, & conscriptio digiti Dei. Itaq; lex quidem sancta; & mandatum sanctum, & justum, & bonum. Lex ergo sancta & bona, Dei opus est. ubi homo nihil agit; quia non obtemperat: sed reatu potiùs premitur, lege minante atq; damnante.* * cap 15. Et: * *Deus jugum legis homini imposuit: Homo ferre non valet.*

* in cap. 8 Exod. Legem non justificare, docet BEDA: * *Lex non liberavit* G *Mundum; sed Christus.*

* in cap. 19 Numer. Legem per Christum impleri, inquit BEDA: * *Nec lex sine Christo; nec Christus sine lege esse potest.*

* in cap. 29 Gen. ¶ De abrogatione Legis, BEDA inquit: * *Lapis verò, litera legis; quæ celavit sensum spiritualem: quam Christus adveniens amovit.* * in cap 13 Marci. Itèm: * *Divinitùs autem procuratum est, ut, patefactâ per Orbem fidei evangelicæ gratiâ, templum ipsum, quondam augustum, cum suis ceremoniis tolleretur: ne quis fortè adhuc parvulus, ac lactens in fide, si videret illa permanere, quæ à Prophetis sanctis facta, quæ à Domino sunt instituta; admirando san-* H *ctum seculare, paulatim a sinceritate fidei, quæ est in Christo Jesu, ad carnalem laberetur Judaismum. Providens ergo Deus infirmitati nostræ, & Ecclesiā suam multiplicari desiderans, omnia illa subverti fecit, ac penitùs auferri: quatenus umbrâ & typô cessante, veriorem ipsa jam veritas per Orbem declarata pal-*

mam

[* in cap. 14] A *nam teneret.* Et: * *Verùm passo in carne Domino, ac resurgente à mortuis, tempus fuit, ut legalis illa & figuralis observatio cessaret, atque ea, quæ secundum literam gerebantur, in spiritualem translata sensum, melius in novo Testamento, juvante Spiritus sancti gratia, tenerentur. Non ultra carnalibus synagogæ ceremoniis delectabor: in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuêre præcipuum.*

[* in cap. 3. Eccles.] ALBINUS: * *Tempus amandi legem, & ea quæ ex Lege fuerint imperata, circumcisionem, hostias, sabbata, neomenias: & tempus odiendi eas, Evangelii gratiâ succedente.*

[* in cap. 11 Job.] ¶ De lege naturæ, ALBINUS ait: * *Legem naturalē homines habent in corde fixam: Quod tibi fieri nō vis, alteri ne feceris.*

DE EUANGELIO.

[* lib. 4. in Sam. c. 4] DE Euangelii voce, inquit BEDA: * *In luce gratiâ, singulariter bona prædicaturi venimus: adeò unicum bonum; ut & regnum Dei inauditum mortalibus prædicet, & ad hoc universum genus convocet hominum: à qua etiam bonitate præcipuâ, Euangelium græcè nomen accepit.*

[* in cap. 1. Marci.] ¶ Quid sit, BEDA exponit: * *Euangelium quippe, Bonum nuntium dicitur. Quod autem melius est nuntium, quam, Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum? Decebat regni cœlestis introitum pœnitentibus prædicare. Rectè Marcus Filium Dei nominat, quem in primâ voluminis sui fronte autorem Euangelii, & sponsorem regni designat æterni.*

[* l. 4. c. 10] CAROLUS Magnus ait: * *Euangelium est bonum nuntium, & verè bonum nuntium: quoniam, qui id suscipiunt, filii Dei vocantur. Est enim amnis quadrifluus, ab uno ineffabili paradisi fonte progressus, & in quatuor amnes insigniter derivatus, & ad arentia corda irriganda salubriter emissus. Est via, quæ ducit ad* D *vitam: est lux, à tenebris vitiorum reducens, & inoffenso calle gressus mortalium ad cœlestia dirigens. Est urbis florentissimæ munimentum: in quo firmiter stare, præstantissimū vitæ emolumentum; à quo recedere, periculosissimum detrimentum est. Sunt fluenta veritatis, quæ fallere falliq; nesciunt: in quorum vastissimis amnibus, plura dominicorum gestorum insignia habentur.*

[* in cap. 2. Job.] ¶ Doctrinā Euangelii BEDA indicat, dicens: * *Scire debetis, omnibus divinæ Scripturæ paginis meritò Euangelicā excellere autoritatem: quia, quod Lex & Prophetæ futurum prænuntiarunt, hoc redditū atq; completum in Euangelio demonstratur.*

[* li. 3 in Job cap. 7.] E ¶ De effectu, inquit BEDA: * *Via est & Euangelii prædicatio, per quam lux fidei spargitur super corda credētium. Et pulcrè spargi dicitur: quia infidelitate mentes hominum arida, ubertate divinæ gratiæ, cum quadam dispensatione rorantur: & ità dividitur æstus ferventis sancti Spiritûs, super terram fidelium. Sic, inquam, dividitur; cùm unicuiq; datur gratia, secundùm mensurā donationis Domini Christi.* Et paulò pòst: *Sic ergo dividitur ipsum bonū Euangelii: ut vitam aliis largiatur; aliis mortem crimine infidelitatis operetur.* Itèm: *Euangelii imber terrā Ecclesiæ, quæ fuerat desolata à Deo, & invia, charitatis Dei adipe replevit, atq; pinguedine: ut ex ubertate donorū cœlestium produce-* F *ret, ac proferret herbas virentes sativi seminis, secundum genus suum.* Et: * *Christi Euangeliū, secundùm voluntatis arbitrium* [* cap. 8] *uniuscuiq;, aliis est odor mortis in mortē, aliis est odor vitæ in vitā.*

[* in cap. 12 Job.] ¶ De differentiâ Legis & Euangelii, sic ait BEDA: * *Lex addita est ad naturam: ut, quod mala consuetudo vitiavit in naturâ, lex reformaret in literâ. Gratia cœlestis per Christum venit. Et, sicut nec lex naturæ bonum destruxit: ita nec gratia legem solvit; sed adimplevit, naturamq; pristinæ reddidit nobilitati. Natura tamen & lex, sine gratia, impleri non potuit. Nec* G *sic homini liberum arbitrium datum est, vel legis præceptum; ut gratia non indigeret: sicut Pelagiana hæresis affirmat.*

[* lib. 5. in Cantic.] APONIUS inquit: * *Lex namq; lactat Ecclesiam, gratia generat. Rectè ergo, usq; ad Christi adventum, primum mater ponitur lex: ad quam nos gratia generatos, cœlo alendos transmittit. Jam enim à Christi adventu gratia præcedit: quia omnis natus, nisi renatus per gratiam, nec putabitur natus.* Et paulò pòst: *Animabus generatis per gratiam, præ omni censu terreno necessaria est observantia legis divinæ, ad quam nos gratia nutriendos transmittit.*

DE PRÆDESTINATIONE.

H [* lib. 2 de orthod. c. 18] DAMASCENUS inquit: * *Ipse* (Deus) *omnia, quæ in nostra potestate nō sunt præscientiâ prædeterminavit, unumquodq; secundum propriū & conveniens tempus & locū.* Itèm: * [* Orat. 1 de Imaginib.] *In Dei consilio præsignata erant omnia, quæ ab ipso sunt præfi-* A *nita; & citra ullam demutationem, quæ erant futura ante suam quæq; generationem: perinde, atque si quis exædificare velit domum, imaginatur primum, & velut imaginem in arcano mentis recessu revolvit, figuram & descriptionem futuræ domus.*

[* lib. 1. in Evang. c. 1 in Tobia] BEDA inquit: * *Nullus de his, qui ad vitam prædestinati sunt, perire in perpetuum potest.* Itèm: * *Hoc quotidie facit Dominus; hoc usque ad finem seculi facturus est: cùm, derelictis eis quos suos non esse cognoscit, ad illorum corda visitanda & illustranda convertitur, quos ad vitam prædestinavit æternam.* Et: * [* in cap. 3 Marci.] *Judas non* B *per imprudentiam; sed per providentiam, inter Apostolos eligitur.* Itèm: * [* in cap. 10] *Primò Judæi, ut in Apostolorum Actibus legimus, deinde etiam Gentiles, acriori ac feroci persecutione frequenter instabant; ne illuminandus sanandusq; Christum Mundus invocaret: nec tamen eos, qui ad vitam erant præordinati æternam, vesanus impugnantium furor dispositâ valebat salute privare.*

[* in cap. 8 Eccles.] ALBINUS ait: * *Consideremus opera Dei, quàm magna, & quàm mirabilia sint: & quomodo alium gratuitâ pietate elegerit, aliū justo judicio despexerit. Sicut de Jacob & Esau dicitur:* * [* Malach. 1 vers. 2] Jacob dilexi; & Esau odio habui. *Dicitur & in Psalmo:* * [* Psalm. 25 vers. 10] C Universæ viæ tuæ, misericordia & veritas. Itèm: * [* in cap. 6 Job.] *Sed quomodo intelligendū est,* Nónne ego vos duodecim elegi? *dum illi unus filius Diaboli dicitur esse? nisi quia aliter electi sunt illi undecim; aliter & ille unus. Electi sunt illi, ut manerent in Christo; & ut sonus illorum exiret per orbem terrarum: electus est ille unus, ut dispensatio divinæ misericordiæ, in salutem humani generis, impleretur per eum. Unde bonitas Dei bene utebatur malitia illius: sicut in venditione Joseph bene usus est Deus malitiâ fratrum, ut ex opere malo illorum, bonitas Dei ostenderetur, in salutem multorum. Sic malum Judæ, in bonum versum est no-* D *strum. Quod facit malus, malè utendo bono Dei, sibi nocet; non bonitatem Dei destruere potest.* Et: * [* in cap. 17 Job.] *Omnia Deo sunt præsentia: & in divina prædestinatione, futura, quasi transacta esse, credenda sunt. Quod enim futurum fuit ut fieret, hoc quasi transactum fuit.* Itèm: *Quos de Mundo Dei Filius elegit cum Patre, idem ipse Homo Filius de Mundo eos accepit à Patre.*

[* in cap. 13 Job.] ¶ De induratione & excæcatione, scribit ALBINUS: * *Cùm quæstiones hujusmodi in mediū venerint; quare alius sic, & alius sic judicetur? quare ille Deo deserente excæcetur, ille Deo adjuvante illuminetur? Non nobis judicium de judicio tanti Judicis* E *usurpemus, sed contremiscentes, exclamemus cum Apostolo:* * [* Roman. 11 vers. 33.] O altitudo divitiarū sapientiæ & scientiæ Dei! quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ipsius! *De talibus verò quæstionibus, vel judiciis Dei, admonentem audiamus Scripturam, atq; dicentem:* * [* Syrac 3. v. 21.] Altiora te ne quæsieris; & fortiora te ne perscrutatus fueris.

[* in cap. 5. Lucæ] ¶ De numero Electorū, ait BEDA: * *Novit Dominus, qui sunt ejus; & apud ipsum certus est suorum numerus electorum. Quamq; tot in Judæa credituros non invenit, quot ad fidem vitamq; prædestinatos novit æternam: quasi alia navi receptacula* F *piscibus quærens suis, corda quoque Gentium fidei gratiâ replet.* Itèm: * [* in cap. 3 Job.] *Novit Dominus, qui sint ejus. Novit, qui permaneant ad coronam; qui permaneant ad flammam. Novit in areâ sua triticum suum, novit & paleam: novit & segetem; novit zizania.*

[* in cap. 12 Job] Quæstionem de Judæis, BEDA solvit, dicens: * *Hic quæstio difficilis oritur, Quid fecissent Judæi mali, vel quæ culpa illorum esset, ut nō crederent? si necesse erat, ut sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Cui quæstioni respondemus Deum, præscium futurorū, per Prophetam prædixisse tamen non* G *fecisse. Non enim propterea quemquam Deus ad peccandū cogit; quia futura hominum peccata jam novit. Ipsorum enim præscivit peccata, non sua: non cujusquam alterius; sed ipsorum. Quapropter, si ea quæ ille præscivit ipsorum non sunt ipsorum, non verè præscivit: sed, quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alii, sed ipsi peccant, quos Deus peccatores esse præscivit. Fecerunt ergo peccatum Judæi, quod eos facere non compulit, cui peccatum non placet. sed factum iri esse prædixit, cui nihil latet.*

DE JUSTIFICATIONE.

H [* in Ps. 118] DE Justitiâ Dei, inquit ALBINUS: * *Magna est in utraq; justitia Dei, rectumq; judicium: quo & peccatoris pœna decernitur, & pœnitenti justificatio non negatur.*

[* in cap. 3 Gen.] ¶ Unde sit justificatio, BEDA declarat, inquiens: * *Nemo potuit genus humanū liberare à morte; nisi Christus.* Et: * [* in cap. 47 Gen.] *Quod autem dicitur,* Salus nostra in manu tuâ est; *significat, salu-*

A tem nostram in Christi esse potestate constitutam. Itèm: * Non [* in cap. 2. Exod.] ex Mundum, sed Christus in sua passione & resurrectione, liberavit. item: * Quod ira per Adam fuit temporalis, misericordia [* in Ps. 88] vero per Christum concessa est æternalis. Et: * Omnes detinebamur [* in Ps. 17] sub lege peccati & mortis, & omnes sub peccato venundati essemus æternaliter, nisi Deus Pater per Verbum suum, nos velut servos emptitios liberasset. Itèm: * Cum omnes peccatores essemus, [* in Ps. 18] per Christum Deum, ex peccatoribus justos ex servis filios, ex impiis pios, ex damnatis fecit in regnum cælorum assumptos. Quod vere B fuit Dei gloria, non nostrum meritum: quia, cum nos nihil boni meruissemus; tantum bonum accepimus. juxta quod dicit Apostolus: * Apparuit benignitas salvatoris Domini nostri Dei. [* Tit 3 v 4.] qui non ex operibus justitiæ, &c. Et: * Omnis creatura, ut [* in cap 11 Lucæ.] beatitudinem æternitatis vel immutabilitatem obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem & gratiam consequuntur. Item: * Dominus noster Jesus Christus, pro [* in cap. 1 Joh.] salute humani generis, a paterna sede nunquam recedens, descendisse dicitur. Et: * Per cognitionem Domini & Salvatoris nostri, [* in ep. st. 2 Petri cap. 1.] omnia divinitatis ejus mysteria, quibus salvaremur, agnovimus C qui nos propria gloria & virtute vocavit. Quia non Angelum ad salvationem nostram, non Archangelum misit, non in nobis aliquid meriti boni, pro quo salvaremur, invenit: quin potius infirmos & inglorios cernens, sua nos virtute recuperavit, & gloria. Hinc etenim dicit: * Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. [* Johan. 15. vers. 16.]

Aponius: * Deus ad cælorum regnum gratis &c. Et: * Sicut corpus [* lib. 2. in Cant.] sine esca & potu subsistere non potest: ita Ecclesia voce declaratur, [* lib. 3.] sine botro, qui est Christus, æterna vita de cælo descendens, animam vivere non posse. Quia in nulla alia terra, nisi in terra repromissionis, ab esurientibus & sitientibus justitiam invenitur.

D Albinus inquit: * Sicut Christus maledictioni succubuit; [* in Psal. 3. pænit.] ut nos a maledicto legis erueret: ita & peccatorem se profitetur, quo peccata nostra portaret, & pro cogitatu ac consilio nos ab eis eriperet. Et: * In ipso Spiritu sancto, omnes fideles remissionem [* lib. 2. c. 1. in c. 9] peccatorum, sive in Baptismo, sive in pœnitentia, consequuntur. Et: * Sol Christus omnia illuminat, specialis gratiæ splendore & [* in cap. 1. Ecclesi.] virtute: in cujus pennis sanitas est, qui credentibus in eum oritur, & infidelibus cuilibet occidit. Itèm: * Dominus angelorum descendit, [* in cap. 7] & respersos nos sanguine suo, sanavit ab omni infirmitate peccatorum nostrorum. Et: * Eripe animam meam, ab imminenti scilicet [* in Psal. 1 pænit.] E supplicio: & salvum me fac, non meo merito, sed tua misericordia. Itèm: * Humilitas Christi solvit peccata nostra. Et: [* in Psal. 4 pænit.] Quod ait, Deus salutis meæ, significat Dominum salvatorem, per quem salus pie credentibus datur. Itèm: Patri dicitur, Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, id est, Filii gloriosissimam passionem, qui se sacrificium pro omnibus obtulit; ut salutem, quam Mundus suis operibus non merebatur, acciperent. Et: * Dies vitæ [* in Psal. 5. pænit.] hominis sicut fœnum aruisset, nec unquam reviviscerent; nisi sanguine Christi irrigaretur. Itèm: Totum humani generis salus fieri non potuit, nisi adveniente Filio Dei. Et: * Propitiatio est sanguis [* in Cant. graduum.] F Christi; qui nos liberavit a serviente timoris, qua in Lege fuit veteri. Itèm: In Verbum, quod caro factum est, speravit anima mea, per quod Verbum mihi omnia dimisisti peccata. Et: * Mitissimus [* lib. 2. de Trin. c. 10.] creator, nolens facturam imaginis suæ æternaliter perire, misit Filium suum unigenitum Deum, per quem creavit hominem ut per eum redimeretur, per quem creatus est. Item: * Est Pater vita, [* cap 15] & Filius vita: uterque tamen una vita, non duæ: quia unus Deus, non duo dii. In hac verò vita vivet Mundus, & vivet, quamdiu obedierit huic vitæ Et: * Nullus plane veram pacem cum Deo habere [* lib 3. de Trin. c. 12.] poterit, nisi per mediatorem, Dominum Christum: qui est in G duabus naturis verus Deus, verusque Homo, unus Christus; idem sacerdos & sacrificium: veniens ad nos, offerre pro nobis, quod sumsit ex nobis; ut auferret a nobis quod invenit in nobis, id est, peccata. Sicut enim Diabolus mediator est ad mortem; qui superbus superbientem hominem perduxit ad mortem: ita Christus mediator ad vitam, humilis, hominem inobedientem reduxit. quia, sicut ille elatus cecidit, & dejecit consentientem: sic iste humiliatus surrexit, & erexit credentem. Idcirco autem mediator, quia idem Deus atque Homo verus: habens cum Patre eandem divinitatis naturam; & humanitatis eandem cum Matre substantiam: H habens ex nobis, ipsam ad mortem, iniquitatis nostræ pœnam: habens incommutabilem de Deo Patre justitiam: propter nostram iniquitatem temporaliter mortuus, propter suam justitiam & ipse semper vivus: qui crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute sua. Et: * Salva proprietate utriusque naturæ, & in unam [* cap. 15.]

A coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas; a virtute infirmitas; ab æternitate mortalitas: & ad perficiendum opus salutis humanæ, natura incommutabilis natura est unita passibili ut mediator Dei & Hominum, homo Christus Jesus, & mori posset ex uno: & mori non posset ex altero. Itèm: * Lex per Mosen data [* in cap. 1 Joh.] est, cùm populus adspersione sanguinis agni mundari præceptus est: Gratia & veritas, quæ in Lege figurabatur, per Jesum Christum facta est; cum ipse passus in cruce, lavit nos a peccatis nostris, in sanguine suo. Et: * Sicut æneus serpens effigiem quidem ignitis [* in cap.] B serpentibus similem, sed nullum prorsus in suis membris habuit ardorem veneni nocentis; quin potius percussos a serpentibus, sua exaltatione sanabat: sic nimirum, sic Redemtor humani generis, non carnem peccati; sed carnem similem habuit carni peccati, in qua mortem crucis patiendo, credentes in se, ab omni peccato, & ab ipsa etiam morte, liberaret. Et paulò pòst: Sicut illi, qui exaltatum pro signo Serpentem æneum adspiciebant, sanabantur ad tempus a temporali morte & plaga; quam Serpentium morsus intulerat: ita & qui mysterium dominicæ passionis, credendo, confitendo, sinceriter imitando, adspiciunt, salvantur in perpetuum C ab omni morte; quam peccando in anima pariter & carne contraxerunt. Et: * Ille solus liberare potest de peccato, qui venit [* in cap. 8.] sine peccato, & factus est sacrificium pro peccato.

Germanus Patriarcha Constantinop. ad Johannem Episcopum Synnadon: * Non aliunde salutis spem, sive in hoc [* Tomo 2. Concil.] Mundo, sive in futuro seculo, exspectamus; nisi ab unigenito Filio Dei, qui simul cum Patre & Spiritu sancto divina dona largitur. Non enim aliud nomen, per quod salvari queamus, hominibus datum est.

Carolus Magnus inquit: * In solo Domino Salvatore nostro, [* lib. 2. c. 15] D fiduciam pacis apud Patrem habemus. Et: * Hæc omnia Christus, [* lib. 4. c.] qui est unicus Dei Patris Filius, ante secula a Patre ineffabiliter genitus, in fine seculorum ad terras, humanæ salutis causa, missus, peregit: qui est unctus a Patre, oleo lætitiæ, præ consortibus suis: qui (secundum Apostolum) pacificavit omnia per sanguinem crucis suæ, sive quæ in cælis sive quæ in terris sunt.

¶ De mediis, per quæ Deus justificat, sic ait Aponius: * [* lib. 3 in Cant.] Peccatorum emundatio, per adspersionem in veteri Testamento celebrabatur: quod nunc in veritate, per Sacerdotem, per Baptismum, & per Sanguinem Christi, qui unum fidei multitudines, per E fasces circumplexus, a Diaboli infestatione defendens, æterna & intemporali peccatorum remissione, celebrari docetur.

¶ De modo justificationis, ait Beda: * Quomodo Christus [* Hom. in Epiph. Dom.] peccata Mundi tollat, quo ordine justificet impios, Apostolus Petrus ostendit, qui ait: * Non corruptibilibus, argento & [* 1 Petr. 1 v 18.] auro, redemti estis de vana vestra conversatione. Et in Apocalypsi Johannes Apostolus: * Qui dilexit nos, & lavit nos a [* Apoc 1. v. 5.] peccatis in sanguine suo.

Albinus ait: * Prævidens in spiritu Propheta, non nisi in sanguine [* in Psal. 4. pænit.] Christi peccata redimi posse, laudat justitiam ejus, qua Diabolum F damnavit; & misericordiam, qua Mundum redemit.

Carolus Magnus inquit: * Legalibus sive Evangelicis [* lib. 2. c. 15.] præceptis supereminet misericordia ejusdem Mediatoris: per quam, non ex operibus legis, quæ fecimus nos, neque volentes, neque currentes; sed ejus miseratione, salvamur. Itèm: * Mediator Dei & hominum, [* lib. 3. c. 8] ut totius Mundi peccata dilueret, se Deo Patri in satisfactionem obtulit: & ut remissionem peccatorum perpetim Ecclesia consequi valeret, Spiritus et ineffabile donum, & sui characteris insuperabile signum, & sacrosancti Baptismatis salutiferum sacramentum, concessit. Fit enim per Spiritum sanctum, per quem G remittuntur peccata: sive sanguinem Christi, qui a nobis in sacramento sumitur, & pro nobis effusus est in remissionem peccatorum. Fit & per aquam Baptismatis, in qua originalis noxa antiquum & obsoletum vulnus diluitur. Unde & Apostolus * tres [* 1 Johan. 5 vers. 8.] dicit testimonium perhibere, Spiritum, Sanguinem, & Aquam. Quia per Spiritum sanctum, & per sanguinem Christi, & per aquam Baptismatis, ad remissionem peccatorum pervenitur.

¶ De impulsiva justificationis, Beda inquit: * Et hic talis [* in Ps 23] accipiet benedictionem, id est, multiplicationem a Domino: hanc scilicet; ut in præsenti bene promereatur, & in futuro bene H remuneretur. Et hoc non ex meritis, sed ex sola gratia. Quia accipiet misericordiam a Deo: id est, quia præcedit bona voluntas Dei in eo, & gratia ejus: quæ non ex meritis est, sed a Deo. A Deo dico, salutari suo: id est, qui secundum misericordiam præcedentem salvabit eum, & ideò salvabit eum, quia hæc generatio est quærentium

eum

eum: id est, tales sunt de his, qui quærunt in præsenti ipsum Dominum per fidem, & bonam operationem, & tandem inveniunt.

* in Psal. 6 pœnit.

ALBINUS ait: * *Quamvis peccator peccatorum mole prematur, adest misericordia Dei in Christo: qui sine peccato venit, ut peccata solveret. Apud quem copiosa est redemtio: quia, ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.*

* lib. 2. in Ezram. c.

¶ De applicatione per media, docet BEDA: * *Dominus & Salvator noster, januam nobis salutis, in dextro latere sui corporis, voluit aperire: per cujus sacramenta abluti ac sanctificati, alteriorem regni cœlestis aulam possimus intrare.*

* in Ps. 24.

¶ Ex misericordiâ & gratis dari justitiam & remissionem peccatorū, BEDA inquit: * *Secundum misericordiam, &c. Ne memineris delicta, sed potius memento mei Domine, ut miserearis secundum misericordiam tuam, id est, te condignam: non secundum iram, me condignam. Tu, dico, ad quem pertinet, qui solus misereris, solus medicus, solus peccata dimittis. Et hoc non facias propter merita mea, sed propter bonitatem tuam.* Item: *

* in Ps. 31.

Beati, quorum remissæ. Instruit David, ut nemo, vel libertatem arbitrii, vel merita sua, sufficere sibi ad beatitudinem credat, sed solâ gratiâ Dei se salvari posse intelligat. Et: *Gratia Dei vere dicitur gratia gratis data: quia nō eam præcedentia conferunt merita.* Item: * *Nullus ad beatitudinem, per liberū arbitrium aut per sacrificium legale, sed per solam gratiam, potest contingere.*

* in Ps. 39

* lib. 3. de Trin. c. 1.

ALBINUS inquit: * *Quid natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem personæ unici Filii Dei singulariter esset assumta? Quæ bona voluntas, cujus boni propositi studiū, quæ bona opera præcesserunt: quibus mereretur iste homo una fieri persona cum Deo, imò & Homo ipse Deus? nempe ipse Deus; ipse, ex quo homo cœpit, non aliud cœpit esse, quam Dei filius: & hoc unicus, unigenitus & proprius, & propter Dei Verbum, quod caro factum est, utiq; Deus: ut, quemadmodum est una persona quilibet homo, Anima scilicet rationalis & Caro; ita sit Christus una persona, Verbum & Caro. Unde natura humana tanta gloria: nullis præcedentibus meritis, sine dubitatione gratuito munere? nisi quia magna hic & sola Dei gratia, fideliter & sobrie considerantibus, evidenter ostenditur: ut intelligant homines, per eandem gratiam se justificari posse a peccatis, per quam factum est, ut homo Christus nullum posset habere peccatū.* Et: * *Munere misericordiæ tuæ lava me, Domine, ab injustitia mea maculis: nec solum lava, sed etiam munda, ne quid sordidum remaneat in vitâ meâ. Sordidare me potui; sed mundare nequeo: nisi tu, Domine Jesu, sancti sanguinis tui adspersione, mundum me facias.* Item: * *Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.] Omne genus humanum significat originali peccato obnoxium: ideo nullus, nisi gratiâ liberatus tuâ, justificari poterit.* Et: *Sic clementissima Dei gratia commendatur, cujus miseratione, in nomine Salvatoris, non nostris meritis, vivificati sumus.* Et: * *Sufficienter expressum est, quod per misericordiam consequimur vitam æternam. Illa aūt meditatio beatos facit, qui operibus sanctis cœlorum regna conquirunt.* Item: * *Nec adhuc de gratiâ loquimur, quâ Deus se gratuito munere misericordiæ suæ, salvandis hominibus præbet.* Et: *Deus ergo naturâ bonis appropinquat, & gratiâ: naturâ, quâ eos facit homines: gratiâ, quâ eosdem peccatores justificat.* Item: * *Hoc certissime sciendum est, quia nemo, nisi per indebitā misericordiam Dei, liberabitur; & nemo, nisi per debitum judicium, damnabitur.* Et: * *Nisi dono Dei quisq; vocatus fuerit; nunquam tentum primæ transgressionis; nunquam male-blandientia augescentium quotidie peccatorum umbracula evadit; nunquam salvandus venire meretur ad Christum. Unde dicit Apostolus:* * Gratiâ enim salvati estis. Item: *Majus est, quòd nos salvatos gratiâ sua cognitione imbuit; quod cœli nobis gaudia pandit; quòd prædicatores suæ fidei in Mundo dispersit: quàm, quòd nos salvandos potentiâ suæ majestatis ante secula præscivit.*

* in Psal. 4 pœnit.

* in Psal. 7. pœnit.

* in Ps. 118.

* lib. 2. de Trin. c. 7.

* lib. 3. c. 20.

* in cap. 1 Job.

* Ephes. 2 vers. 8.

* in Ps. 44

¶ Fide nos justificari & salvari, BEDA docet: * *Dominus Deus noster fidem, in qua stamus, ex quâ vivimus, per quam & salvamur, multipliciter variéq; per Scripturas sacras revelavit nobis: sacramenta quidem verborum varians, idem tamen eandem commendans.* Item: * *Per justitiam factorum nullus salvabitur; sed per solam justitiam fidei.* Et: * *Interna sanatio in fide est.* Item: * *Ideoq; ad remissionem peccatorum, quæ per gratiam fidei ipsius obtinenda est, nō merentur attingere.* Et: * *Non dixit, dare animam suam redemtionem pro omnibus, sed pro multis: id est, pro eis, qui credere voluerunt.* Item: *Ad lucem, quam nec initium inchoat, nec finis angustat, via, fides est.* Et: * *Nam & in*

* in Ps. 77

* in cap. Marci

* in cap.

* in cap. 1

* in cap. 1 Lucæ.

A *præputio positus Abraham, ipse credidit: reputatumq; est ei ad justitiam. Atq; ejusdem fidei signaculum circumcisionem accepit: ut sic utriusq; populi pater fieret, per fidem.* Item: * *Post vero isti sine mora invenerunt: quia ad illum fide inflicta currebant; ad quem festinanter ire, est, non pedum gressus accelerare, sed in fide semper ac virtute proficere.* Et: *Qui vel ante tempora circumcisionis, vel etiam post datam circumcisionem, de exteris gentibus exstitere fideles, (ut exemplar patientiæ Job & amici liberiq; illius) sine victimis hostiarū, se suosq; ab originali peccato, sed vere sola fide salvabant: quia justus ex fide vivit, & sine* B *fide impossibile est placere Deo.* Et: * *In fide mediatoris Dei & Hominum, hominis Jesu Christi, & Gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Judæa, per errorē perfidiæ, hoc, unde tumebat, perdidit.* Item: *Si igitur nos, per fidem Christi, Abrahæ sumus semen existimus. Judæi propter perfidiā, Abrahæ filii esse desierunt.* Et: *Per adoptionem filii Dei, credendo in Filiū Dei.* Et: * *Immundi sunt omnes, quos non mundat fides Christi: de qua scriptum est,* * Mundans fide corda eorum. *Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus, cui merito displicet, quod nascendo contraximus.* Item: * *Si autem* C *fides salvum fecit eum, qui ad agendas salvatori & emundatori suo gratias inclinavit: ergo perfidia perdidit eos, qui de accepto beneficio Deo gloriam dare neglexerunt.* Et: * *Crede ergo: &, si mortuus fueris, vives. Si aūt non credis: & cum vivis, mortuus es.* Item: * *Postquam Deus homo cœlum penetravit; etiam nobis, in eum credentibus, superna patriæ patefactus cognoscimus ingressum.* Et: * *Ascensio vel ingressus regni cœlestis non potest aliquo, nisi fide & sacramentis dominicæ passionis.* Item: *Exaltatio serpentis ænei, quem dum percussi adspicerent, sanabantur; passionem nostri Redemtoris signat in cruce: in cujus solum fide, regnū mortis & peccati* D *superatur.* Et paulò post: *Redemtor humani generis, nō carnem peccati; sed similitudine induit carnis peccati: in quâ mortē crucis patiendo, credentes in se, ab omni peccato, & ab ipsa etiā morte, liberavit.* Item: *Qui credit in Jesum, nō solum perditionis evadit pœnā, sed vitam etiā percipit æternam.* Item: * *Et nō vultis venire ad me, ut vitā habeatis. Venire nostrū ad Christū est, credere verū illum Filium Dei, & verā nos per illum habere salutē.*

* in cap. 2.

* in cap. 3

* in cap. 11.

* Act. 15 v. 9.

* in cap. 17 Lucæ.

* in cap. 20.

* in cap. 1. Joh.

* in cap. 3

* in cap. 5

APONIUS inquit: * *Summa ergo perfectionis, sperare in Deum, est. In spe enim consistit, quicquid in supra scriptis cellariis congregatum est. Qui sperat ergo, ipse credit in Deum: & qui credit, omnia, quæcunq; promisit, sive impiis pœnam, sive refrigeria* E *justis redditurum, huic perfecta manet regni cœlorum dulcedo.*

* lib. 1. in Cantic.

ALBINUS ait: * *Eorum fidem sitit, pro quibus sanguinem fudit.* Et: * *Catholica fides humanum genus sola vivificat, sola sanctificat.* Item: * *Ad veram & sempiternam beatitudinem, nisi per fidem catholicæ pacis, cooperāte charitate Dei & Proximi, neminem pervenire posse, certissimū est.* Et: * *Denique ad veram beatitudinem pervenire volentibus, primò omnium fides necessaria est, sicut Apostolica docet autoritas dicens:* * Sine fide impossibile est Deo placere. *Constat ergo, neminē ad veram pervenire posse* F *beatitudinē, nisi Deo placeat: & Deo neminem posse placere, nisi per fidem. Fides namq; est bonorū omnium fundamentum. Fides est humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei potest consortium pervenire: quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquā justificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et, si quis hic non ambulaverit per fidem, nō perveniet ad speciem beatæ visionis Domini nostri Jesu Christi.* Item: * *Ad sacratissimæ hujus beatitudinis visionem nemo, nisi per fidem mundato corde, attingere poterit, dicente ipsâ Veritate,* * Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Et: * *Vivit justus* G *ex fide: non illâ, quæ labiorū tantum confessione profertur, sed ea, quæ per dilectionem operatur. Alioquin fides si non habeat opera, mortua est in semet-ipsâ. Nullus sic-aspicui desperet, nullus de sua salute desperet. Curramus omnes, curramus singuli, ut, qui eramus longe, mereamur fieri prope in sanguine Christi.* Item: * *Datur à Patre credentibus fides, ut nemo glorietur in fide sua, quasi a se non est, quasi propria, sed a Deo data, quasi gratia.* Et: * *Sicut anima corporis vita est corporis: ita fides animæ vita est animæ.* Item: * *Pistis Græce, Latine Fides dicitur. Sine fide Deo placere, impossibile est: nec bona fama sine fide catholica fieri poterit.*

* in cap. 4. Joh.

* Præfat. ad Carolum

* lib. 1. de Trin. c. 2.

* cap. 2.

* Hebr. 11 vers. 6.

* lib. 2. c. 4

* Matth. 5. vers. 8.

* in cap. 1. Joh.

* cap. 8.

* in cap. 11

* cap. 12.

H GREGORIUS II. Epistolâ 3. ad Thuringo: * *Christus credentibus in se vitam æternam promisit.*

* Tomo 2. Concil.

CAROLUS Magnus inquit: * *Nullum opus bonum ad perfectam salutē quemquam adducere valet; nisi fidei fundamento superponatur, & ejus munimine fulciatur.* Item: *Unde dicitur in-*

* lib. 3. c. 27.

A *telligi, cæteris virtutibus fidem præeminere. & quanquam ei spes & charitas connectantur, tamen per fidem ad eas pervenitur.*

* lib. 2. in Cant. 1. ¶ Omnes eodem modo justificari, docet BEDA: * *Sicut & nos, peracto jam dominicæ incarnationis, passionis, & resurrectionis mysterio, salvari speramus, & credimus: ita & prior Ecclesiæ pars, eandem Domini ac Redemtoris incarnationem, passionem, ac resurrectionem, adhuc futuram exspectans, per ejus se gratiam, quam magnoperè advenire cupiebat, salvandam esse*
* in cap. 2 Lucæ. *credebat.* Et: * *Hac autem Christi gratia, non solum novi Testamenti fideles justificat: verùm, quicunque in Lege perfecti fuêre,* B *non ex operibus Legis, sed eadem Christi, in carne venturi, gratia sunt salvi facti, per fidem.*

* in Psal. 109. ¶ De fine justificationis inquit BEDA: * *Hæc est vera justitia, ut modo in illum, quem non videmus, credamus. Merces autem hujus justitiæ est, ut, mundati corda fide, tandem illum videamus, in quem modo non-visum credimus.*

DE FIDE.

DAMASCENUS inquit: *Fides est inscrutabilis consensus.*
* in cap. 7. Joh. BEDA: * *Quid est ergo, credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo ad eum ire, & ejus membris incorporari.* C *Ipsa est ergo fides, quam de nobis exigit Deus, quæ per*
* in cap. 21. Gen. *dilectionem operatur.* Itèm: * *Spiritualiter omnes, qui per fidem veniunt ad agnitionem Dei, possunt filii Abrahami dici. Sed in his sunt alii, qui pro charitate veniunt, alii, pro metu futuri judicii.*
* lib. 1. Sam. cap. 3. Et: * *Non omnium est fides. Sed de omnibus tamen personis, conditionibus, locis, & ætatibus qui fidem suscipiant eliguntur ab eo,*
* Johan. 12 vers. 32. *qui dixit.* * Si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me. *Neq; ibi dixit* Omnes; *sed* Omnia: *ut significaret, ex omnigenere hominum futuros credentes.*
* lib. 2 in Job. cap. 7. Itèm: * *Via vinearum, fides Ecclesiarum est. Vel, Via vinearum, Christus est, per quem itur ad* D *vitam æternam.*

* lib. 2 de Tabern. c. 3. Unam omnium salvandorũ esse fidem, BEDA docet: * *Una est fides, in quâ tota salvatur Ecclesia: una eademq; vita, ad*
* in cap. 9 Marci. *quam festinat, æterna.* Et: * *Intelligat Scriba doctus in regno cælorum, in hoc dæmoniaco, à Domino curato, salvationem omnium fidelium esse designatam. qui originalis culpa reatu adstricti veniunt in mundũ, nec nisi unius redemtoris Jesu Christi fide sunt & gratia salvãdi. Fides non-ficta, omnia, quæ salubriter petit, impetrare meretur. Sed quia, per occultã inspiratione gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit: uno eodemq; tempore is, qui* E *necdũ perfectè crediderat simul & credebat, & incredulus erat.*

* in cap. 9. Marci. ¶ Finis, seu objectum fidei, est Christus. BEDA: * *Finis*
* in cap. 6 Joh. *fidei mea, Christus est: finis fidei mea, Dei filius est.* Itèm: * *Hoc opus Dei est, ut credatis in eum, quẽ misit ille. Hoc est ergo manducare cibum, non qui perit; sed qui permanet in vitam æternam. Ut quid paras dentes & ventrem? Crede, & manducasti. Discer-*
* Roman. 3 vers. 28. *nitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit:* * Arbitramur, justificari hominem per fidem, sine operibus Legis. *Et sunt opera, quæ videntur bona, sinè fide Christi; & non sunt bona: quia non referuntur ad eum finem, ex quo sunt bona.* F *Finis enim Legis Christus, ad justitiã omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem: sed ipsam fidem dixit esse opus. Ipsa est enim fides, quæ per dilectionem operatur. Nec dixit; Hoc est opus vestrum: sed dixit,* Hoc est opus Dei, ut credatis in eum.

* in Ps. 26 ¶ De Fidei effectu, inquit BEDA: * *Fides ipsa accessus est*
* in Ps. 77 *ad veram salutem.* Itèm: * *Fides impetrat, quod Lex imperat. Cum enim Spiritus Dei cooperatur spiritui nostro, tunc quod Lex jubet, impletur. Quod fieri nequit, nisi credendo in eum, qui justificat impium. Habere autem Spiritum creditum cum Deo, est, credere, ad aliquod bonum opus se non sufficere, sinè spiritu Dei* G *cooperante. Et hoc est credere in Deum: hoc est fidem habere, id est, credendo Deo adhærere, bona operanti, ad bene cooperandum.*
* in cap. 7. Lucæ. Itèm: * *Opera Decalogi, quæ litera non poterat, fides perficit. Verum, quia neutri nostris viribus, sed illius gratiâ, salvi facti sumus per fidem: rectè dicitur* Non habentibus illis, unde redderent, donavit utrisque. Et: * *Consideremus, quanta virtus est*
* in cap. 1 Joh. *fidei; cujus merito potestas datur hominibus, filios Dei fieri. Unde*
* Galat. 3 vers. 11. *benè scriptum est:* * Quia justus ex fide vivit. *Vivit enim justus ex fide non illâ, quæ labiorum tantum confessione profertur; sed ea, quæ per dilectionẽ operatur. Alioqui fides, si non habeat opera;* H *mortua est in semet-ipsâ. Nullus se-ipsum despiciat: nullus de sua salute desperet. Curramus omnes, curramus singuli: ut, qui eramus longe, mereamur fieri prope, in sanguine Christi. Videamus, quod dicitur:* Quotquot receperunt eum, dedit illis potesta-

A tem, filios Dei fieri. *Quotquot (inquit) receperunt eum. Non est enim personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi. Quo autem ordine, credentes filii Dei possent fieri, & quantum hæc generatio à carnali distet, subsecutus Evangelista designat:* Qui non ex sanguinibus. Itèm: *Quid ergo accipimus de plenitudine bonitatis illius? Scilicet remissionem peccatorum, ut justificemur fide. Insuper quid? Et gratiam pro gratia, id est, pro gratia, in quâ ex fide vivimus, recepturi sumus aliam. Quid tandem? nisi gratiam, hoc* B *est, æternam vitam.*

APONIUS ait: * *Animã sinè notitiâ rectæ fidei, in quâ Creator noster, in quâ æterna Trinitas probatur consistere, & sinè adjutorio divinæ perfectionis; nec vitam æternã adipisci, nec à Diaboli morsibus liberari. Cibum ecce spiritualem & potum, Christum in se credentibus quotidie subministrat.* Et: *Ad æternam militiam introducuntur credentium animæ.* Itèm: * *Quicunque ergo desiderat, ab hostibus aereæ potestatis illæsus evadere, in foraminibus hujus petræ, quam beatus Paulus demonstrat, rectam fidem servando, semper ingrediatur.* * lib. 3 in Cant. * lib. 4.

C ¶ De incremẽto fidei, inquit BEDA: * *Evangelii prædicatio crescit in mente cujusq; credentis: quia nemo repente fit perfectus.* * in cap. 13 Lucæ.

¶ De fide incertâ, ait BEDA: * *Qui fidẽ transitorie, nec fixâ intentione percipiunt: non solum nihil commodi credendo merentur; sed & pœnã, de pretio salutis, miseri mercantur æternam.* * in Sam cap 10.

¶ Non desperandum esse, BEDA monet, dicens: * *Vocavit Deus, Adam ubi es? Ergo non desperandum est quibuslibet peccatoribus; dum & ipsi impii ad spem indulgentiæ provocantur.* * in cap. 3. Gen.

DE BONIS OPERIBUS.

OPera bona esse necessaria, docet BEDA, inquiens: * D *Dominus electos suos famulos crebrâ compunctione sollicitat; ne ad audiendum verbum Dei, & quærendam suam vitam, quæ Christus est, (nemo enim venit ad Patrem, nisi per illum) vacui mente vel actione conveniant: sed sedulo perquirant, quid obedientiæ congruentis, quid reliquarum virtutum suo doctori, quibus meritò verbum committere debeat, ostendant. Sed & in veteri Testamento, quicunq; Christum, ad complenda vaticinia Prophetarum, in Mundũ venire, qui Saulem in civitatem Samuelis intrare, &, quæ ipse doceret, agere desiderabant; mox ab ipso Christo, secretâ inspiratione, bonis docebantur operibus insistere: quò* E *digni fierent videre & audire, quæ multi Justi & Reges antea cupientes non audierunt neq; viderunt.* Et: * *Si tantillum animal, formica scilicet, principe carens, & rationis expers, naturâ duce, sibi providet in posterum: multò magis tu, ad imaginem Dei conditus, ad videndam gloriam ejus vocatus, doctrinis magisterio adjutus, ipsum conditorem habens ducem, debes in præsenti bonorum operum fructus congregare, quibus æternũ vivas in ævum.* Itèm: * *Qui accepta fidei mysteria bene servat, lætificat Deum patrem. qui verò hæc actione mala vel hæresi cõmaculat, matrem contristat Ecclesiam.* Et: * *Perfectio virtutũ est in hac vitâ; ut timea-* F *mus Dominum timore sancto: hoc est, sincera illum dilectione colamus.* Itèm: * *Sapientiam timoris Dei non habet quispiam, nisi carnẽ suam crucifixerit, cum vitiis & concupiscentiis.* Et: * *Corda electorum, ad offerenda Deo sacrificia bonorum operum, ipsius sunt dono consecrata.* Itèm: * *Nullus Deum digne videre potest, nisi qui cuncta terrena & mortalia vitia deponit.* Et: * *Nos spiritualiter opera nostra Deo offerre debemus. Præcipitur autem nobis, ut semper Pascha celebremus, id est, transitum nostrũ ad meliora de prioribus.* Itèm: * *Moraliter nos vitulum offerimus Deo, cùm carnis superbiam vincimus: agnũ, cùm irrationabiles motus corrigimus: hædum, cùm lasciviam superamus: columbam, cum sim-* G *plicitatem mentis custodimus: turturem, cùm castitatẽ servamus: panes azymos, cum non in fermento malitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis ambulamus.* Et: * *Ad ædificandũ domum Domini ascendunt, cum verbis sanctarum Scripturarũ admoniti, & gratiâ sui conditoris accensi, veternum negligentiæ prioris discutiunt: atq; arrepto proposito insistunt meliori, quotidianis bonorum operum profectibus, velut quibusdam gradibus ascensionum, ad summa virtutũ, quæ sunt in æterna pacis visione, tendere satagunt. In quibus videlicet gradibus primi sunt, ut quisq; propriam* H *vitam à vitiis bene vivendo compescat: secundi, ut etiam Proximos à suis erratis, sive negligentiis, bene docendo convertat: supremi, ut post bona opera & doctrinam, gaudia perpetuæ remunerationis exspectẽt.* Itèm: * *Ex illis in muro sanctæ civitatis, à porta vallis usque ad portam sterquilinii, mille cubitis ædificando per-* * lib. 2. in Prov. 6. * lib. 1 … * cap. 22. * lib. 2. in Job. cap. 11. * lib. 2. de Tabern. * in cap. Exod. * in cap. 12 * in Levit. 1. 2 & 5. * lib. 1. in Esdram cap. 1. * lib. 3. c. 18.

venium, qui, percepta humilitatis gratiâ, tantâ se industria perfectionis bonis operibus mancipant, ut omni studio a se, non solum noxia actionis, sive inutilis locutionis, verum etiam supervacuæ cogitationis, ejiciant. Et: [a] *Neq. enim sufficit, credentes solum in confessione mortis Domini ac resurrectionis baptizari et conservari, si non etiam baptizatus quisq. studuerit, in quantum valet, similitudini mortis Domini continenter, vivendo ac ponendo pro illo, assimilari, ut & resurrectionis ejus particeps existere mereatur.* Item: [b] *Non sufficit alicui ad beatitudinem, abstinere a malo; nisi operetur bonum.* Et: [c] *Justus Deum suum, quanto ardentius diligit, tanto fortius offendere cavet.* Item: [d] *Dicitur fidelibus,* [e] Ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate. *Deus autem, sine aliquo profectu, semper bonus, justus, verusq. existit. Si ergo in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est: societatem habemus ad invicem. Qua videlicet manifestum dat indicium, quod in via lucis ambulando proficimus: si fraternæ societatis, cum qua pariter ad lucem veram pervenimus, copula gaudemus. Seu & si lucis opera facere comprobamus, si inviolata mutuæ dilectionis jura tenere videmur: nec sic tamen putare debemus, nostris nos profectu aut industria, a peccatis ad integrum, posse mundari.* Et: [f] *Fideles, post acceptam in Baptismo remissionem peccatorum, non solùm ad exercenda opera virtutum, verùm etiam ad tolerandam propter justitiam persecutionem, sunt accingendi.* Item: [g] *Christus baptizatus desertum ingreditur: ubi nobis pariter ordinem rectè conversandi præmonstrat: ut, post acceptam videlicet in Baptismo remissionem peccatorum, Spiritusq. sancti gratiam, arctius contra novas antiqui hostis insidias accingamur, mente seculum deserere; & quasi manna deserti, sola æterna vitæ gaudia discamus esurire.*

[a lib. 2 de Taber. c. 3.] [b in Psal. 1.] [c in cap. 2 ...] [d ... ep. 1 ...] [e ... 5 v. 8. 9.] [f in cap. 1. Marc.] [g in cap. 4. Luc.]

ALBINUS ait: [h] *Sed generaliter omni præcipitur Christiano, ut fidem opere compleat: & non sit similis Judæorum; qui spondent se omnia facere, quæ Dominus præcipit, dicentes:* [i] Omnia quæcunque præcipit nobis Dominus, faciemus. *Postea vitulos facientes, adoraverunt idola.*

[h in cap. 5. Eccles.] [i Exo. 24. v. 3.]

CAROLUS Magnus inquit: [k] *Sicut, justis et honestis rebus inhærere, sanctum: ita nimirum, pessimis & inordinatis rebus animum accommodare, peccare est.*

[k Præfat. in lib. de Imag.]

¶ De duplicibus operibus. BEDA inquit: [l] *Sancta Ecclesia, abstinens ab operibus mortuis, viva virtutum germina parturit; secundùm genus scilicet suum, id est, vitam imitando Sanctorum. Producit quoq. bestias, homines in potentiâ rerum, sive ferocitate superbia.*

[l in cap. 1 Gen.]

¶ Unde sint bona opera. BEDA monet: [m] *Sed & ille Dominum de sua substantia, suarumq. frugum primitiis honorat: qui omne, quicquid boni operatur, non hoc suis viribus ac meritis; sed supernæ gratiæ tribuit, memor illius verbi:* [n] Quia sinè me nihil potestis facere. Item: [o] *Sine Christo nulli bonorum operum subsequuntur effectus.* Et: [p] *Deduc me, & ita hoc agas, ut diligas viam meam, id est, directa facias opera mea: ita ut sint in conspectu tuo, id est, ut placeant tibi.* Item: [q] *Cum in fide cœperis bene operari per dilectionem: nec hoc meritis tuis adscribas; sed divinæ gratiæ attribuas.* Et: [r] *Per ignem, id est, Spiritum sanctum, nostra bona opera, ut vel incohoari vel perfici valeant, juvantur.* Item: [s] *Christus fidelibus suis, concessa Spiritus S. gratiâ, facultatē tribuit, boni serviendi.* Et: [t] *Omnem victum suum in Dei munera mittit Ecclesia: quæ omne, quod vivit, nō suis meritis; sed Dei esse muneris, intelligit.* Item: [u] *Quia ergo de plenitudine Conditoris nostri, non quiddam, sed quicquid boni habemus, accepimus: curandum summoperè est, ne quispiam se de suâ bonâ actione vel cogitatione inaniter extollat: ne, si ingratus largitori remanserit, perdat bonum, quod accepit. Cum aut dixisset Evangelista, nos omnes de plenitudine Christi accepisse: confestim subjunxit, & ait: Gratiam pro gratiâ. Geminam ergo nos gratiā accepisse testatur. Unam videlicet in præsenti: alteram verò in futuro. In præsenti quidem fidem, quæ per dilectionē operatur: in futuro aūt, vitam æternam.*

[m in cap. 3. Proverb.] [n Joh. 15. v. 5.] [o lib. 2. in Job c. 9.] [p in Ps. 5.] [q in Ps. 31.] [r lib. 3 in Marc. cap. 9.] [s ... 15] [t ... 3. in Luca 20.] [u lib. 1. in Joha. 1.]

ALBINUS: [x] *Fecisti me cupidum mandatorum tuorum: fac & efficacem. Adjuva, ut faciam, quod commendas: dona ipse, quod mandas.*

[x in Ps. 118.]

¶ Qui benè operari queant, BEDA docet: [y] *Filios intelligamus, jam solido robore fidei ac virtutibus compositos atq. firmatos, & per incrementa virtutum, tanquam per annorum seriem, jam de omni infirmitate vitæ incompesita nihil habentes.*

[y lib. 2. in Job cap. 2.]

APONIUS ait: [z] *Qui ergo, ut justum est, in toto corde, in totâ animâ, & in tota virtute, diligit Deū: nullum in se officium membrorum vacans relinquit peccato, nullum iræ, nullum cupiditati, nullum mendacio, nullum kenodoxiæ, nullum libidini.*

[z lib. 2. in Comme.]

ADRIANUS Papa, Epistolâ ad Tarasium, Constantinop. Patriarcham: [a] *Ubi Christus fundamentum est, ibi bonorum operum structuram sequi, in confesso est.*

[a Tomo 2. Concil.]

¶ De quatuor virtutibus BEDA loquitur: [b] *Quatuor virtutes, in quarum operatione eadem est charitas exercenda, id est, temperantia, fortitudo, justitia, prudentia: ut videlicet incorrupta in Deo charitas atq. integra custodiatur, quod est temperantia: nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis: nulli alii serviat, quod est justitia: vigilet in discernendis rebus, ne fallacia dolusve paulatim subrepat, quod est prudentia.*

[b lib. 2 de Taber c. 2.]

¶ Fidem præcedere bona opera, ait BEDA: [c] *Fides in nobis debet præcedere, & postea superædificari bona opera, alioquin ingrata ... stultitia.*

[c in Ps. 83]

Unde benè operandū esse monet idē BEDA: [d] *Fides est fundamentum bonorum operum. Si desint ipsa bona opera, otiosa & mortua est, juxta illud:* [e] Fides sinè operibus mortua. *Et hæc fides ideo altare dicitur: quia sine eâ nihil, quod acceptabile sit, sacrificatur. Quoniam non est locus veri sacrificii extra catholicam Ecclesiam, id est, extra fidei unitatem.* Et: [f] *Sine fide, omne bonum opus inutile & inassum est.* Item: [g] *Bona opera, ubi sine fide, quæ per dilectionē operatur, fiūt, nihil agentibus prosunt.*

[d in Psal. 21] [e Jac. 2 v. 20.] [f lib. de Muliere forti] [g in Ps. 77.]

¶ Qualia debeant esse bona opera, CAROLUS Magnus exponit, dicens: [h] *Omnipotens Deus, non opera, sed devotionem operum: nec actus, sed voluntates actuum: nec res, sed causas rerum: nec quid quis faciat, sed quâ mente id faciat: plerunq. aut probat, aut improbat.*

[h lib. 3. c. 22]

¶ Quòd opera nō sint plenè perfecta, ALBINUS testatur, dicens: [i] *Lætemur in studio bonorum operum: quæ lætitia licèt bona sit, nec tamen plene bona est, donec manifestetur Christus: cujus visio, perfecta bonitas est, & jucunditas.*

[i in cap. 5. Ecclesi.]

¶ De fine bonorum operum, inquit BEDA: [k] *Vita sancti viri, & in Evangelio Christi perfecti, non est necessaria sibi, sed alterum dispositioni. Nec ipse propter se vivit; sed ut ejus vita exemplum præbeat aliis.*

[k in Ps. 30.]

De præmiis bonorum operum, loquūtur hæ sententiæ. BEDA: [l] *Mos apud Veteres fuit, ut legitime certantes, coronam in capite, tanquam in collo, acciperēt. Et nobis ergo, si disciplinam conditoris nostri, si gratiam matris sciat custodimus, major indè spiritualium virtutum charitas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas, quæ principale mentis ornabat, ardentiùs inflammatur: additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis confirmatur.* Item: [m] *Si Deum timueris; & non tuis viribus, sed supernâ protectione confisus, à malis abstinere studueris: sanitas erit umbilico tuo, & irrigatio ossiū tuorum. Quia & infirmitas operis, per hæc, ad statum perfectionis convalescit; & fortia quoq. tua acta, unde amplius roborentur, accipiunt.* Et: [n] *Finis virtutum in futuro, ut divitias hereditatis promissa, regni cœlestis gloriam, & vitam sine fine, percipiamus a Domino.* Item: [o] *Qui infatigabilis in bonis operibus persistit, nunquam fidei luce privatur. Jacet spiritualiter, & dormit fatigatus; qui vigilare & stare in fide, viriliter agere, confortari, negligit.* Et: [p] *Anima, quæ moritur Mundo, ut Deo vivat, geminatâ requie suscipitur, id est, in actione boni operis, & in contemplatione divinitatis.* Item: [q] *Resurrectionis Christi gloriam pòst latè videbimus, si modò a vitiis ad virtutū celsitudinē transmigram*ʳ.

[l in cap. 1 Proverb.] [m in cap. 3.] [n in cap. 22] [o in Tobi. ...] [p in cap. 23 Genes.] [q in cap. 16 Marci.]

¶ Perseverandū esse in pietatis studio, docet AP[O]NIUS: [r] *Non nobis hoc tantum sufficit ad vitam æternā obtinendam, quòd Baptismate a foedibus pravis peccatorum deleti, quòd osculum Christi, per corporis ejus & sanguinis gustum, anima nostra suscepit; quòd in cellaria notitiæ Scripturæ divinæ introducta est, quòd directionem fidei (ut Apostoli tradiderunt) retinet inconcussam: nisi semper ea, quæ operata est bona, postponat, & inhiando ad ea, quæ necdum perfecta sunt, petendo, quærendo, pulsando, totis viribus extendatur.*

[r lib. 2. in Cant.]

¶ In Sanctis quæ imitanda sint, BEDA monet: [s] *Virtutes, non vita Sanctorum sectanda.*

[s in cap. 21 Luc.]

¶ De Spe, BEDA ait: [t] *Sperare in Domino, est, cum verâ de benefactis conscientiâ, fiducialiter remunerationem verorum et futurorum bonorum a Domino exspectare. Spes enim tantùm est de futuris & veris bonis. De futuris ideo: quia nullus, quod præteritum est, vel præsens, sperat, sed tantum quod futurum*

[t in Psal. ...]

a Rom. 5. v. 5.

est. De veris bonis autem ideo tantum est: quia dicit Apostolus, a Spes non confundit. Quod falsum esset, si aut de falsis bonis aut de malis spes esse posset. Ponitur tamen aliquando Sperare pro Timere.

a in cap. 2. Proverb. b lib. de Timore. c Prov. 1. v. 7. d Job 31. v. 23.

De Timore Dei, BEDA dicit: a Radix sapientiæ est, timere Deum. Fructus sapientiæ quis sunt, nisi videre Deum. Item: b Timor Dei est principium cunctarum custos, virtutum; Scriptura dicente: c Timor Domini principium sapientiæ. Hinc est enim, quod B. Job, & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit, & in adversitatibus insuperabilis bellis permansit: quia veraciter dicere potuit, d Semper quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus ejus ferre non potui.

e in cap. 1 Proverb.

De duplici timore, inquit BEDA: e Duo sunt timores Domini. Primus servilis qui [illegible] scientia vel sapientia vocatur secundum amicabilis, [illegible] perfectionem sapientiæ comitatur. Timor servilis principium [illegible] sapientiæ [illegible] quisquis post [illegible] eludere [illegible] recipit primo timore divino corripitur, [illegible] tormenta [illegible] Sed hunc timorem perfecta dilectio [illegible] edit autem timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: quem non excludit, sed auget charitas ipse est, quo [illegible] bonus [illegible] ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Nam [illegible] timore servilis adhuc animus metuit ne [illegible] irato Domino pœnis subigatur. Uterq; autem timor in futura vita cessabit. Charitas vero nunquam excidet, sed in plenitudine sapientiæ perpetua manebit: quod est cognoscere verum & unum Deum, & quem misit Jesum Christum.

f lib. 1 de Tabern. c. 9.

¶ De charitate. BEDA inquit: f Una est charitas, hoc est, simplex & pura mentis pietas, qua & Deum, & proximos & ipsos quoq; inimicos amare jubemur. Quamvis magnâ distantiâ, [illegible] distinctione rectissima ipsius amoris. Deum primo loco, inimicos ultimo, diligere debeamus: ipsis quoq; Proximis, pro differentiâ meritorum, dispar sit modus impendendus amoris. Et: g Charitas, in nostra mente recondita, eo usq; crescere debet, donec totam mentem in sui perfectionem commutet: ut nihil videlicet, præter ipsam conditoris sui dilectionem, diligere, agere, recolere, animus possit. Quod hic quidem inchoari; sed ibi habet perfici: ubi unus fit Deus omnia in omnibus; omnes uno eodem[q]; sua dilectionis igne calefacit.

g in cap. 13 Luc.

h in cap. 2 Proverb.

¶ De Eleemosynâ, BEDA dicit: h Honora Dominum de tua substantia. Notandum, quod non solum de substantia pecuniæ quã pauperi porrigimus, sed & de cuncta bona operationis, quam agimus, & de universa cœlestis gratia, quam percipimus, substantiâ vel frugibus Dominũ honorare jubemur: hoc est, eum in omnibus, & non nostram, quærere laudem. Item: i Minus Proximum amare convincitur, qui non cum eo in necessitate illius, etiam ea, quæ sibi sunt necessaria, partitur. Inter hæc autem sciendum est [illegible] vitam misericordiæ opera valeant, cùm ad fructus dignos pœnitentiæ, ipsa præ cæteris præcipiantur. Hinc etiã per semet-ipsam Veritas dicit: k Date eleemosynam; & ecce, omnia munda sunt vobis. Et paulò pòst: Publicanos omnes pariter, in suo quemq; gradu ab agenda fraude coercet: ut dum primo se ab alienorum temperarent appetitu, tandem ad propria cum Proximis communicanda pertingerent. Nullum ergo officium, nullum ab agenda misericordiã genus excipitur: quæ plenitudo virtutũ est, & sola à morte liberat, vitamq; confert æternam: ipse Judice attestante qui se dicturum promisit, l Venite benedicti &c. Et: m Non pauperes ipsi, sed Christus, mercedem his, qui eleemosynam fecêre, redditurus est. Quam tamen in finum dare dicuntur, qui promerendæ illius occasionem dedêre: cùm vel egentes miserè, vel improbè petentes, fortiorum sunt & tolerati patientia, & beneficentia sublevati, et ad ipsam aliquoties fidem dulci gratia provocati. Et paulò pòst: Si mitem te tranquilliq; pectoris, alterius improbitas invenerit: & ille ad pœnitentiam movebitur, & tu patientiæ præmio donaberis.

i in cap. 3. Luca. k Luc 11. v. 41. l Matt. 25 v. 34. m in cap. 6 Luc.

n in cap. 3. Ecclesi.

[illegible] n Nihil est melius in vita [illegible] nisi quod lateturh[illegible] operi[illegible] eleemos[illegible] & futuros sibi [illegible] Hi [illegible] solum habemus ve[illegible] valet, [illegible] tyrannum [illegible] sequetur Item: Quod si [illegible] benefece[illegible] omn[illegible] æqualem cursum habuisti [illegible] Patrem [illegible] lumen videbis Christum, [illegible]

o in cap. 11.

p Lib. [illegible] Job. 6.

[illegible] BEDA: p Miser[ic]ordia est ad miserias [illegible] condolentur compatiendo cordis mœrore deflecti.

Omnibus esse benefaciendum, ALCUINUS ait: q Timens Dominum, & imitator conditoris sui, qui pluit super justos & injustos, absq; respectu personarum omnibus benefacere festinat.

q in cap. 7 Ecclesi.

Divitiis rectè utendum, ALCUINUS monet: r Homo non putet, se plus de sue labore lucrari posse, quam cibum & potum. & si quid de opibus suis in bonis operibus expenderit, hoc solum Dei donum est. Non ut ad desperationem & luxuriam provocemur: sed habentes victum & vestitum, his contenti simus, & quicquid plus est necessitate corporis in pauperũ expendatur solatia. Quia, sicut caro cibo alitur & potu: ita anima eleemosynis pauperum & solatiis miserorum.

r in cap. 5. Ecclesi.

¶ De milite Christiano, inquit BEDA: s Hic miles Christi, indutus armorum munitione, describitur. Pharetra ac receptaculum cordis illius [illegible] divini eloquii resonat. dum, quasi bellator Domini, & fortis in prælio, evangelizat verbum virtute multa: dum compungentia sacrorum tela verborum ex interiore producit; percussuras charitatis sagittis eos, qui parati sunt hoc salutis vulnus excipere. Hasta est, qua manu agitur, laudabilis operatio [illegible] dextra [illegible] Clypeus, scutum fidei, in quo omnia excipiuntur atq; extinguuntur ignea tela nequissimi. Vibrantur autem, quia semper [illegible] exercitio præparata sunt. Nam de talium armis vibratis fulgure radiantibus, ita ad Deum dicitur: t In luce jacula tua ibunt.

s lib. in Job. 1.4. t Habac. 3. v. 11.

¶ De Juramento BEDA dicit: u Juramentum proferre, est, voto nos divina servituti alligare. Cum autem bona opera promittimus, bene nos facere spondemus.

u in cap. 5. Levit.

DE ORATIONE.

Quòd orandum sit, BEDA monet: x Quantò graviores tumultu carnalium cogitationum premimur, tantò orationi insistere ardentius debemus. Cum orationi vehementer insistimus, stat Jesus & lucem restituit: quia Deus in corde figitur, & lux amissa reparatur.

x in cap. 6. Luc.

¶ DAMASCENUS ita definit orationem: y Oratio est ascensio mentis in Deum, aut decentium à Deo petitio.

y lib. 3. Orthod. cap. 24. z in Ps. 4.

BEDA inquit: z Ille Deum invocat, qui ipsum Deũ in se vocat, propter se ipsum, & non propter aliud: & qui adimplet quæ præcipiuntur. Ille vero non invocat, qui dicit Domine Domine, & non facit quæ præcipiuntur: & Deum non propter Deum, sed propter aliud, vocat.

¶ Quis sit invocandus, BEDA docet: a Nos exemplo Christi informati, ubi adversa imminere senserimus; nos Patrem Deum, Hebræi Abba, invocantes, unã fides & charitatis devotione præsidium cœleste quæramus.

a in cap. 14 Marc.

GERMANUS Episcopus Constantinopolitanus, Epistolâ ad Johannem Episcopum Synnadon: b Christianorum fidem, cultum & adorationem, in unum & solum Deum existere dixi, quemadmodum scriptum est: cùm ab iis, quæ in cœlo sunt, sanctis & intelligibilibus incorporeis potestatibus, tum ab iis, qui in terra sunt quotquot veritatis viam noverunt.

b Tomo 2. Concil.

Idem, Epistola ad Thomam, Claudiopoleos episcopũ: Apud nos unus Deus adorandus, una & in eum fides, unum salutare baptisma: sic quoq; una, quæ illi debetur, latria.

CAROLUS MAGNUS: c Neq; adorandum quicquam præter Deum legimus: quia scriptum est, d Dominum Deum tuum adorabis. Item: e Adorantur in monte sancto ejus, id est, in Ecclesia, non imagines, vel quædam superstitiosæ res; sed eundem Dominum, qui illius montis caput est. Et: f Tu solus adorandus, tu solus [illegible] quendus, tu solus colendus es: qui in unitate substantiæ, cum Patre & Spiritu sancto, perpetim regnas. Item: g Cultus adorationis soli Deo, & confessio Filii Dei illi soli, qui vere ejus Filius coessentialis est, non adoptivus exhiberi debet. Et: h Adoratur Deus, sed non osculatur. Venerantur Sancti, qui è seculo cum triumphis meritorum migraverunt: sed nec adorari debent cultu divino, nec osculari possunt.

c lib. 2. c. 1. d Matt. 4. v. 10. e lib. eod. cap. 6. f cap. 28. g lib. 4. c. 1. h cap. 23.

¶ Quæ sint petenda, BEDA monet: i Cùm in monte Dominus orat: quasi tacite nos admonet, sublimia tantum orando inquiri, & pro cœlestibus bonis supplicari debere. At cum in valle orat pinguium, sive pinguedinis ipsius: æque insinuat nobis, humilitatem semper in orationibus, internã pinguedine dilectionis, esse servandam. ne quis, orans Deum, jactare sua merita, in exemplum Pharisæi superbientis, audeat: quin potius humili voce ac mente proclamet; k Deus, propitius esto mihi peccatori: ac aridum à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris [illegible] genu flectat, juxta eum, qui centum

i Homil. feria 5. Palmar. k Luc. 18 v. 13.

denarios fratri, quos sibi debebat, dimittere nolens, decem millia talentorum sibi a Domino frustra precabatur remitti: ne jejunum ab amore conditoris habens pectus, temporalia qualibet potius in oratione, quam ejus visionem, requirat: annumerandus in eis, de

[a] Matt. 6. v. 5. quibus ait ipse, [a] Quia receperunt mercedem suam. Et: [b]

[b] in Ps. 6. Pro peccatis delendis, proprie fit deprecatio: pro perseverantia in

[c] in cap. 10. Marci. & cap. 6. Luca. bono, oratio. Item: [c] Christus peti vult hoc; quod & nos petere, & se concedere, praenoscit. Ad hoc requirit, ut petatur; ut cor ad orationem excitet: non falsas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores a Domino; sed lucem queramus: illam videlicet lucem, quam videre cum solis Angelis possumus; quam nec initium inchoat, nec finis angustat: ad quam profecto lucem, via fi-

[d] in cap. 11. Marci. des est. Et: [d] Notanda distinctio deprecantium. Qui perfectam habet fidem, qua per dilectionem operatur: ille orando, vel etiam jubendo, potest montes transferre spirituales. Qui vero tanta fastigium perfectionis necdum conscendere queunt; postulent sibi peccata dimitti, quo ad vitam intrare mereantur perpetuam. Et absque dubio impetrabunt, quod petunt: si tamen in se peccantibus aliis primò ipsi dimittunt. Sin autem hoc facere contemnunt: non, olim orando virtutes facere; sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum.

[e] in Ps. 108. ¶ In nomine Mediatoris orandum esse, BEDA ait: [e] Omnis oratio, qua non fit per mediatorem, Dominum nostrum Jesum Christum non purgat peccatum; sed auget.

[f] in cap. 15. Joh. ALBINUS ait: [f] Ille in nomine Salvatoris petit; qui illud petit, quod ad veram salutem pertinet. Nam si id, quod nō expediat, petitur; non in nomine Jesu petimus.

[g] li. 4. c. 2. CAROLUS Magnus inquit: [g] Sancta & universalis Ecclesia, non per imagines Deum adorare, non mortales homines, neque aethereas potestates; sed per Christum Dominum, confitetur.

[h] li. 2. c. 2. ¶ Christum esse Intercessorem nostrū, CAROLUS Magnus affirmat: [h] Quoniam quidem nec nostra vox est, qui Patrem in spiritu & veritate adoramus; nec illorum, qui Deum ejusque Sanctos in imaginibus adorare conantur: quia prophetam magnum habemus, Jesum Christum Dominum nostrum, de quo

[i] Deut. 18. v. 15. per Moysen dicitur: [i] Suscitabit Dominus Deus prophetam

[k] 1 Joh. 2. v. 1. vobis: ipsum audietis. Quem etiam, secundum Apostolum, [k] advocatum habemus apud Patrem: quem quotidie spiritualibus oculis intuemur; & cujus vaticiniis sedulo perdocemur.

¶ Interioribus cordis motibus orandum esse, docet

[l] in Ps. 3. BEDA: [l] Clamabo, non voce exteriori, qua strepitu verberati aeris fit; sed voce cordis: qua licèt hominibus sileat, Deo tamen clamor est: & quâ non minus aliquid orando impetratur; licèt nulla vox è corpore reddatur: si nulla terrena cogitationes ab effectu orationis intercedant; sed tota mentis affectio ad eum intendat. Dicitur autem hac talis vox, id est, hujusmodi mentis applicatio, propter vim ipsius affectionis, clamor ad Dominum: quod nequaquam frustratur; sed semper exauditur. Hac voce clamat, qui cordis clauso ab omni affectione terrena, totá mētis affectione, non ad aliquid terrenum, sed ad Deum, adspirat. Ille verò non hac voce clamat, qui magis terrena, quam Deum, desiderat: & ideò Deum non pro se, ut ipsum praemium habeat; sed pro ipsis terrenis, postulat. Qui infelicior est, cùm exauditur; quam si non exaudiretur. Quantò magis enim, qua desiderat nociva commoda,

[m] in cap. 9. Marci. recipit hic: tantò gravioribus in futuro urgebitur incommodis. Et: [m] Oratio generalis non in verbis solum est, quibus divinam clementiam invocamus; verumetiam in omnibus, qua in obsequium nostri conditoris, fidei devotione gerimus, teste Apostolo, qui

[n] 1 Thess. 5. v. 16. 17. ait: [n] Semper gaudentes, sinè intermissione orate. Tunc sinè intermissione oramus: cum ea solùm opera gerimus, qua nos pietati nostri commendent autoris. Quo utimirum jejunio, & qua oratione, juvante Domino, cunctas antiqui hostis debellabimus ac propulsabimus insidias.

¶ Formam orationis talem recitat DAMASCENUS, concludens historiam de Barlaam & Josaphat: Conversus ad te Deum Patrem, Dominum omnipotentem, puro corde tibi, quantum potest parvitas mea, maximas atque uberes gratias ago: deprecans toto animo singularem tuam mansuetudinem, ut preces meas in beneplacito tuo exaudire digneris. Inimicum quoque a meis actibus & cogitationibus tua virtute expelle: multiplica mihi fidem, mentem guberna; spirituales cogitationes accende; & ad beatitudinem tuam perducere digneris: per Jesum Christum, Filium tuum.

[o] in cap. 7. Luc. BEDA: [o] Obsecro, Domine Jesu, cunctas meae civitatis portas,

A justitia facias, ut ingressus in eas confitear nomini tuo: tuaque majestati, cum ministris caelestibus eam crebrius invisenti, non foetor olidi corporis occurrat; sed occupet salus muros illius, & portas ejus laudatio. Item: [p] Deus omnipotens, miserere supplici [p] in cap. 18.
tuo: quia non sum sicut innumeri servi tui; contemptu seculi sublimes, justitiae merito gloriosi, castitatis laude angelici: velut etiam multi illorum, qui, post flagitia publica poenitendo, tibi meruerunt esse devoti: qui, etiamsi quid boni, tuâ gratiâ largiente, fecero; quo fine hoc faciam, quâve a te districtione penseter,

B ignoro.

ALBINUS ait: [q] O' Domine, quamvis magna sit iniquitas [q] in Ps. 4. poenit.
mea; tamen major est multitudo miserationis tua: in quā ut deleas, deprecor, iniquitates meas; quas contra me scriptas horresco. ut, te miserente, merear scribi in libro vita tua. quia nemo ibi scribitur; nisi cui hic omnes iniquitates delentur. Itèm: Nos quoque famuli tui, Domine Jesu, supplices deprecamur, ut pietatis consilio, magnis facinoribus nostris, immensam misericordiam largiaris: nosque, per cordis contritionem humiliatos, in mactando vitia, jugulando delicta, dignum & acceptabile prae-

C pares holocaustum. Amen.

¶ De promissione, quòd Deus preces exaudiat, ait BEDA: [r] Invenitur semper à bene-quaerentibus, ut misereatur: [r] lib. 4. in Cant. c. 5.
respondet semper bene-vocantibus; ut perpetuum consulat ad salutem. sed non semper ad hoc respondet, aut se inveniendum offert: ut, quod in patriam pervenientibus promittit; hoc in itinere hujus exilii adhuc pergentibus proroget. Denique, quotidie saepiùs genuflexo dicamus Patri; Veniat regnum tuum. Nec nos exaudiri diffidimus, nec statim, quod postulamus, accipimus: sed effectum nostrae precis, donec in fine consequamur, pa-

D tienter gaudenterque sustinemus. Et: [s] Deus, etsi subtrahit aurem [s] in Ps. 101.
plorantis exterius, misericordiam tamen apponit deprecantis interius. Novit enim reficere nos, qui fecit nos. Item: [t] Nemo [t] in cap. 1. Luc.
orat, quod se accepturum desperat.

Cur non semper exaudiamur, BEDA monet: [u] Quoties- [u] Hom. in Dominicâ, Vocem jucunditatis.
cunque petentes non exaudimur; ideò fit: quia vel contra auxilium nostrae salutis petimus: ac propterea à misericorde Patre, beneficii gratiâ, nobis, quod ineptè petimus, denegatur. Quod eidem Paulo Apostolo contigisse probatur, cui ter petenti responsum est: [x] Sufficiat tibi gratia mea; nam virtus in infirmi- [x] 2 Cor. 12. v. 9.

E tate perficitur. Vel utilia quidem, & qua ad veram salutem respiciunt, petimus; sed ipsi, malè vivendo, auditum à nobis justi Judicis avertimus. Vel, dum pro peccantibus, ut resipiscant, oramus: etsi salubriter petimus, atque ex nostro merito digni sumus auditu; ipsorum tamen perversitas, ne impetremus, obsistit. Fit etiam aliquando, ut salutaria prorsus, & precibus solicitis, & devotis quaeramus actionibus; nec tamen statim obtineamus, qua petimus: sed in futurum petitionis nostrae differatur effectus. Dicentes, Adveniat regnum tuum, &c. Idem tamen regnum, non mox oratione finitâ; sed tempore congruo, sumus

F accepturi. Quod piâ provisione nostri Conditoris constat actitari: ut desideria nostrae devotionis dilatione crescant; & incremento quotidiano magis magisque provecta, tandem perfectiùs capiant gaudia, quae requirunt. Etsi pro peccantibus oramus; & eorum salvationem impetrare nequimus: nequaquam tamen fructu precis frustramur. quia, etsi illi digni non sunt salvari: non tamen amoris, quem illis impendimus, mercede donabimur. Item: [y] [y] in Ps. 21.
In te speraverunt. His removet, non ex injustitiâ Dei hoc esse, quod si nos clamantes non exaudit: sed potius ex eorum culpâ esse, qui immundis verbis delictorum clamant. Nam, si digne clama-

G rent; eos exaudiret: sicut patres priores, Patriarchas scilicet, & illos quos de Aegypto eduxit, saepe, quia dignè, id est, verbis justitia, clamaverunt, exaudivit. Quod sic dicit; Patres nostri separaverunt: id est, spem suam in te, Domine, & non in se posuerunt. Speraverunt digne inquam, sed ad te: id est, verbis justitiae clamaverunt; & ideo a te vere salvi facti sunt.

¶ De Gratiarum-actione, BEDA inquit: [z] Ille verò Deo [z] in cap. 17. Luc.
gratias agit; qui, repressis praesumtionis suae cogitationibus, quàm in semet-ipso infirmus sit, humiliter videt: qui nihil sibi virtutis tribuit: qui bona, qua agit, esse de misericordiâ conditoris, agno-

H scit. Itèm: [a] Deus, quod dat gratias-agentibus, tollit non-agen- [a] in cap. 3. Tob.
tibus. Et: [b] Secretâ libertate Dominum invocantes, & de perceptis ab eo beneficiis gratias agamus, & de percipiendis humili [b] in cap. 5.
devotione precemur.

¶ Sobriè orandum esse, inquit BEDA: [c] Oportet namque [c] B. n. in Ezram. cap. 8.

omne-

A *omnimodè ut, quicunque ad deprecandum misericordiam Domini ingreditur, primò contine utiùs vivendo, dignè se, qui exaudiatur, præbeat: atque ita Dominum rogans, non dubitet, sibi prosperè eventura, quæ postulat.*

¶ De Oratione Christi, inquit BEDA: [b] *Christus suspexit in cœlum; ut indè mutis loquelam, inde surdis auditum, indè cunctis infirmitatibus medelam, doceret esse quærendam. Ingemuit, non quia ipsi opus esset, cum gemitu aliquid petere à Patre; qui cuncta petentibus donat cum Patre: sed ut nobis gemendi daret exemplum; cùm vel pro nostris, vel pro nostrorum erratu Proximorum, superna pietatis præsidia invocamus.* Itèm: [c] *Christus, panibus acceptis gratias agit, ut nos ad agendas semper Deo gratias informet: cùm vel terreno pane carnem, vel animam cœlesti, supernâ gratiâ largiente, reficimus.*

[b] in cap 7. Marci. [c] in cap 8.

De loco Psalmi 118. [d] sic BEDA ait: [e] *Septies in die laudem dixi tibi. Nihil est aliud; quam, Semper laus in ore meo.*

[d] v 146. [e] in cap 17. Luc.

¶ De honore Sanctorum, DAMASCENUS inquit: [f] *Horum omnium attendentes conversationem æmulamur fidem, bonitatem, spem, zelum, vitam, tolerantiam passionum, & sustinentiam usq; ad sanguinem: ut & corona gloriæ cum ipsis participemus.*

[f] lib. 4. Orth. 6. cap 16.

DE POENITENTIA.

ENcomium Pœnitentiæ recitat TARASIUS, in Epistolâ ad Johannem presbyterum: [g] *Pœnitentia insignis est armatura; magna salutis via; hospitii regni cœlorum dispensatrix; incorruptibilis vitæ dux; martyricorum certaminum æquiparatio; ad Deum viam indicans, & cum ipsi nos esse faciens; humani generis baculus; cadentium & lapsorum surrectio. Beati, qui hanc amplectuntur, & huic adhærent! qui hanc* D *exercent, cum Angelis vitam æqualem ducunt: ab omni malo declinant; & bonum faciunt. Pœnitentia est coalumna & familiaris dilectionis, eleemosynæ, jejunii, abstinentiæ, temperantiæ, probitatis, honestatis, mansuetudinis: &, ut verum uno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia. Si quis hanc autem contaminat & contemnit: non inter servatos; sed inter perditos numerandus est: quorum vermis non moritur; & ignis nō extinguitur.*

[g] Tom. 2. Concil.

¶ Ita definit Pœnitentiam DAMASCENUS: [h] *Pœnitentia est, ex eo quod est contra naturam, in id quod est secundum naturam, & ex Diabolo ad Deum reversio, per exercitiū et labores.* E

[h] lib. 2. Orth. c. 30.

ALBINUS ait: [i] *Perfecta pœnitentia est, futura cavere peccata, & lugere præterita.* [Verùm est nimium angusta definitio.] Itèm: [k] *Vera est pœnitentia, jugiter fletibus commissa diluere, & abluta non iterare.*

[i] Præf. in Psal 4. pœnit. [k] in Ps 118

¶ Quòd sit agenda Pœnitētia, BEDA monet: [l] *Si animam, quæ à Deo pulcra creata est, in gentili conversatione invenimus, & sociari illam voluerimus corpori Christi: deposito idololatriæ cultu, induatur lugubribus pœnitentiæ indumentis.* Itèm: *Homo unusquisque baptizatus, si peccaverit, debet judicari morte, id est,* F *in vindicta, vel pœnitentiâ.* Et: [m] *Nemo utiliter Dei recordatur, dum à criminali peccato impeditur. Quia, etsi aliquando compungatur: non ideò salvabitur; nisi à criminali peccato penitus removeatur.* Itèm: [n] *Impleta sunt tēpora; pœnitamini. Quam olim est, quod hoc clamatur! & utinam aliquando audiatur! Quoniam impleta sunt tempora, & appropinquavit regnum Dei: Pœnitemini, & credite Evangelio. Renuntiate operibus mortuis: Credite in Deum trinum. Quid prodest credere, sine bonis operibus? Non te bonorum operum meritum adduxit ad fidem: sed fides incipit, ut bona opera consequantur.* Et: [o] *Ille* G *Christum non quærit, qui salutem animæ suæ per pœnitentiam non quærit.* Itèm: [p] *Christus docet, sibi pœnitentiam magis peccatorum, quam justitiam placere superborum.*

[l] in cap 21. Deuter. [m] in Ps 6 [n] in cap. 1. Marci. [o] in cap 8 Joh. [p] in cap 5. Luc.

¶ Unde sit Pœnitentia, monet BEDA: [q] *Per Spiritum sanctum nobis, & devotio pœnitendi infunditur, & pœnitentibus donum veniæ confertur.* Et: [r] *Non solum, cum agitur pœnitentia; verùm ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Sed quia in atrio Caiphæ retentus Petrus, non poterat agere pœnitentiam, egreditur foras: ut, ab impiorum concilio secretus, pavidæ negationis sordes libero fletibus abluat.* Itèm: [s] *Nisi Dominum cor illustraverit auditorum: doctor in nocte laborat. Nisi* H *verbo gratiæ superna laxata fuerint instrumēta disputationum: frustra vocis suæ prædicator jaculum mittit. Quia fides populorum, non sapientiâ verbi compositi; sed divinæ vocationis munere, provenit.*

[q] lib 5. in Exam ap 28 [r] in cap. 22. Luc. [s] in cap. 5 Luc.

A ¶ Non facilem esse Pœnitentiā, BEDA ait: [t] *Facilius est, cavere ne labamur; quam resurgere à lapsu.*

[t] in Ps. 12.

¶ De ordine Pœnitentiæ, inquit Beda: [u] *Necesse est, ut prius peccatorem mœror pœnitentiæ salubriter humiliet: & sic postmodum, per judicium Sacerdotis, sermo data reconciliationis lætificet.*

[u] in cap. 13 Proverb.

ALBINUS: [x] *Quasi duæ res sunt, homo, & peccator. Quòd audis homo, Deus fecit: quòd audis peccator, ipse homo fecit. Dele, quod fecisti: ut Deus salvet, quod fecit. Oportet: ut oderis in te opus tuum; & ames in te opus Dei.* B

[x] in cap 3. Joh.

¶ De Contritione, ait BEDA: [y] *Qui contemnit humiliari, non potest utiq; salvari.* Et: [z] *Necesse semper est, ut, cùm peccatores quosq; conspicimus, nosmet-ipsos prius in illorū calamitate defleamus: quia fortasse in similibus, aut lapsi sumus; aut labi possumus si lapsi non sumus. Districtionem debemus vitiis; compassionem naturæ.* Itèm: [a] *Nos singuli vitia defleamus: ut ad gratiam splendoremq; pervenire mereamur æternum.*

[y] in cap. 1. Luc. [z] in cap. 7. [a] in cap. 8.

ALBINUS: [b] *Si homo peccatum non cognoscit; Deus non cognoscit.*

[b] in Ps. 2. pœnit.

C ¶ A malis cessandum esse, ALBINUS ait: [c] *Non possumus ædificare bona; nisi priùs destruxerimus mala.*

[c] in cap. 3. Eccles.

¶ Deum peccatores pœnitentes recipere, testatur BEDA, inquiens: [d] *Christus delectatur super salute credentium; & contristatur super infidelium obduratione.* Et: [e] *Sicut Petrus, qui culpam negationis pœnitentiæ lacrymis abluit, & confessione dominici amoris funditùs exstirpavit, recuperationem ostendit eorum, qui in martyrio labuntur: ità cæteri discipuli, qui articulum comprehensionis fugiendo prævenerant, cautelam fugiendi docent eos, qui se minùs idoneos ad toleranda supplicia sentiunt.* D

[d] Lib 2. in Joh. c. 14. [e] in cap 14 Marci.

ALBINUS ait: [f] *David jubet nos suo intelligere exemplo, nullum esse tam grave peccatum; quod non gratuitò nobis Deus remittat: si parati simus illud confiteri, & à pravis viis abstinere.* Et: [g] *Cum Dominus loquatur;* [h] Nolo mortem peccatoris; sed tantùm ut convertatur, & vivat: *semel peccasse sufficiat. Debemus nos erigere post ruinam. Si enim, juxta eos qui de Physicis disputant, novit hirundo pullos suos de suâ oculare chelidoniâ; dictamnum capra appetunt vulneratæ: cur nos ignoremus, medicinam pœnitentiæ propositam esse peccantibus?* Itèm: [i] E *Peccatricem animam hortatur hic suo exemplo David; ut non statim desperet; etiamsi graviter peccârit: sed, abluto lacrymis pœnitentiæ conscientiæ suæ lecto, ad Medicum Deum recurrat; qui ulcera peccatorum suorum sanet.* Et: [k] *Valida est misericordia precatio; peccati confessio. Ille misericordiam Dei inveniet, qui se miserum confitetur.* Et: [l] *Habemus exempla in sanctâ Scripturâ, de peccatis Sanctorum; & de pœnitentiâ eorum; & de remissione peccatorum illis à Deo datâ. Nemo igitur dubitet de Dei misericordiâ, quámvis maximis involutus sceleribus. Nemo peccatum confiteri erubescat: cùm David propheta, multarum rex* F *gentium, promissionibus de Christo gloriosus, peccatum suum non erubuerit publicè confiteri; & ad Domini pœnitendo confugere clementiam.* Et: [m] *Quapropter, ô peccator, noli desperare de indulgentiâ peccatorum. In quacunq; die fuerit conversus peccator, vita vivet; & non morietur. Sed noli tardare converti ad Dominum. Indulgentia tibi convertenti à peccatis certa est: sed crastinus dies tibi incertus est. Hodie convertere: ne fortè cras moriaris. Si malè vixisti heri: benè vive jam hodie; memor illius, de quo Veritas ait:* [n] Stulte, hac nocte morieris. *Corrige te; ut in corpore Christi hanc vocem habere valeas:* [o] *Quoniam cinerem,* G *tanquam panem, manducabam.* Itèm: [p] *Quámvis peccator peccatorum mole prematur: adest misericordia Dei in Christo, qui sine peccato venit, ut peccata solveret: apud quem est copiosa redemtio. Quia, ubi abundavit peccatum; superabundavit gratia.* Et: *Noli dicere, non sum dignus misericordiâ illius, propter peccata. Cogita, apud eum multam esse redemtionem, qui seipsum tradidit, ut te redimeret.* Et: [q] *Nunc animarum in Ecclesia, per Filium Dei, Verbum Dei, fit resurrectio: quando per gratiam Dei vivificatæ, resurgunt à morte iniquitatis. Et hæc est prima resurrectio: quam qui habent, in secundâ, quæ est corporum,* H *feliciter resurgent in vitam æternam.*

[f] Præfat. in Psal 2. pœnit. [g] in cap. 7. Eccles. [h] Ezech. 33. v. 11. [i] Argum. in Psal 2 pœnit. [k] in Psal. 1 pœnit. [l] Præf in Psal 4. pœnit. [m] in Ps. 5. pœnit. [n] Luc 12 v. 20. [o] Ps. 102 v. 10 [p] in Ps. 6. pœnit [q] lib 3 de Trin. cap 18.

TARASIUS, Episcopus Constantinop. Epist. ad Joh. presbyterū: [r] *Et ego dico, quòd omnē pœnitentē Deus suscipit, & commissa peccata per pœnitentiā condonat. Novimus enim et David, in adulterio & cæde simul deprehēsum; sed post pœnitentiā recep-*

[r] Tom. 2. Concil.

[a Act. 13 v. 22.] ptum, de quo testimonium datum est: [a] Inveni David, filium Isai, virum secundùm cor meum, qui faciet omnem voluntatem meam. *Novi & Manassen, per confessionem ab impietate absolutum. Novi & meretrices, & telonas per pœnitentiam receptos.* Itèm: *Omnis vir, qui in pœnitentia perdurat, per bonitatem & mansuetudinem Dei, veniam peccatorum suorū obtinet. Novatum, & ejus impiæ hæresis asseclas, anathematizo: utpote qui injurius sit adversùs pœnitentiam, & mansuetudinem Dei elevet. Quare ejus opinionis sum, ut consuetè, recipiendum episcopum per pecunias ordinatū; modò pœniteat. Bonus enim Deus est in omnibus, & viscera aperta sunt super omnem hominem pœnitentem: quem etiam in regnum suum inducit.* Et: [b] *Gratum est & perquam liberale apud Deum, resipiscentes suscipere.* Itèm: [c] *Omnem iniquitatem bonus Dominus remittit: si quispiam ex toto corde pœnituerit.* Et: [d] *Novi Dei mansuetudinem, qui omnem ad se venientem recipit. Dixit enim per Prophetam:* [e] Tu primus dic peccata tua, ut justificeris. *Et:* [f] Dixi; Eloquar iniquitatem meam cotam Domino: & tu remisisti impietatem cordis mei: & pro eâ orabit omnis Sanctus. *Nam, si pater, filio peregrè exsistente, & rem impiè & iniquè agente, redeuntem iterum ad se naturali amore prosequitur: quanto magis Deus, omnium nostrûm pater, omnem pœnitentem suscipiet in sinum suum, cùm sit singulariter misericors? Non enim mortem petit peccatoris.*

[b Act. 1 concilii Niceni. c Act. 4. ejusdem Concilii. d Epist. ad Job presbyt. e Esai. 43. v. 26. f Psal. 32. v. 5. 6.]

¶ Nemini esse desperandum, monet BEDA: [g] *Ipse autem Matthæus, Matthæum se & Publicanum nominat: ut ostendat legentibus, nullum debere conversum de salute diffidere, cùm ipse de Publicano in Apostolum; de Teloneario in Evangelistam, sit repentè mutatus.* [g in cap. 2. Marci.]

¶ Non verò revertendum esse ad peccata, ALBINUS inquit: [h] *Benignus & misericors super eos futurus est Deus, qui habent timorem illius, & ad verbum ejus contremiscunt; & agunt pœnitentiam de præteritis, & de futuris sibi cavere incipiunt. Quia peccator, post pœnitentiam, si revertatur iterum ad peccata priora, cani comparatur, qui redit ad vomitum suum.* Et: [i] *Liberatus per pœnitentiam, noli iterum ligari per peccatum.* [h in cap. 8. Eccles. i in Ps. 6. pœnit.]

¶ De Impœnitentiâ, ait BEDA: [k] *In peccato suo moritur, qui in peccato permanet usq; ad mortem.* [k in cap. 8. Joh.]

ALBINUS: [l] *Malis, qui converti non volunt, sed in malitia suâ permanere, melius est mori, quam vivere. quia, quanto plures vivunt dies; tantò atrociorem sibi præparant pœnam. Unde & Comicus ait:* Quid mali imprecer homini, nisi ut diu vivat? *Et:* [m] *Non prodest adolescentia frugalitas, si senecta ducatur in luxuria. Quâ enim die justus erraverit: veteres eum justitiæ à morte liberare non poterunt.* [l in cap. 8. Eccles. m in cap. 11. Eccles.]

¶ Hic agendam esse pœnitentiam, ait BEDA: [n] *Quicquid apud Deum semel damnatur, æternaliter damnatur. Unde meritò in præsenti locus tantùm misericordiæ esse dicitur. Nullus enim in futuro misericordiam assequetur, nisi qui promeruerit hic eam.* [n in Psal. 1.]

ALBINUS: [o] *Usque ad terminum hujus seculi, in hac spe nobis vivendum est: ut modò resurgamus in animâ, & in novissimo die resurgamus in corpore. Qui verò à morte animæ modò resurgit, per Verbum filii Dei: tunc feliciter resurget in carne, per Verbum Dei, Filium hominis.* [o in Ps. 6. pœnit.]

¶ Nullam pœnitentiā esse in inferno, docet ALBINUS: [p] *In inferno non est fructuosa pœnitentia; nec aliquis virtutis recursus. Dum in isto seculo es; festina, contende, age pœnitentiam: dum habes tempus; labora. Libenter enim Deus suscipit pœnitentiam. Et comede panem charitatis, & vinum sapientiæ bibe: ut Deo placeant opera tua.* [p in cap. 9. Eccles.]

¶ De pœnitentiâ Dei, inquit ALBINUS: [q] *Non Deum de facto suo pœnitet; nec Deus dolet, sicut homo: cui est de omnibus rebus omninò tam fixa sententia; quam certa præscientia.* [q Quæst. in Gen.]

¶ De effectu pœnitentiæ, inquit BEDA: [r] *Per pœnitentiam veteris hominis, regeneramur in novum hominem.* Itèm: [s] *Pœnitentia delictum abolet; sapientia præcavet.* [r in Ps. 10. s in cap. 11. Lucæ.]

¶ De Confessione coram Deo, inquit BEDA: [t] *Magna res est, Deoq; plurimùm acceptabilis; ut homo errores suos confiteri non erubescat, præsertim si pro eis se intelligat castigari: & ita humiliter; ut, quicquid castigationis sustinuerit, pro meritis suis parvum se passum esse, pronuntiet.* [t in Job. c. 2.]

ALBINUS ait: [u] *Illorum scilicet remittuntur iniquitates, quorum peccata per confessionem à Domino Deo diluuntur; &* [u in Psal. 2. pœnit.]

A *quorum tecta sunt per charitatem peccata, juxta illud:* [x] Charitas operit multitudinem delictorum. Vel, *quorum tecta sunt peccata, ut hic per pœnitentiam velentur, ne in judicio revelentur.* Et: [y] *Nullus nostrûm cum Adam ad noxias confugiat excusationes: sed apertè proferat, quod iniquè se gessisse agnoscit. Refugium faciat ad clementissimum judicem. Præveniat faciem ejus in confessione; ne experiatur in futuro judicio iratum; si modò contempserit eum misericordem.* Itèm: *Nostrum est, peccata nostra cognoscere humiliter, & confiteri: Dei præcipuum est,* B *non imputare nobis, sed misericorditer ignoscere. Plurimi scire sua peccata possunt: sed soli illi benè ea agnoscere probantur; qui illa videntur propriâ exsecratione damnare.* [x in Psal. 4. v. 8. y in Ps. 4. pœnit.]

¶ De Confessione ante Baptismum, BEDA inquit: [z] *Exemplum confitendi peccata, ac meliorem vitam promittendi; datur eis, qui Baptisma accipere desiderant. sicut etiam, prædicante Paulo in Epheso,* [a] *multi credentium veniebāt, confitentes & annuntiantes actus suos: quatenus, abdicatâ vitâ veteri, renovari mererentur in Christo. Unde etiam B. Petro, ostensis in lintro cælesti diversi generis animantibus, dictum est.* [b] Surge Petre, occide & manduca. C *Quod est apertè dicere: Occide infideles, ab eo quod fuerant prius, abrenuntiatione scelerum; & promissione piæ religionis: ac sic, fides Christiana sacramentis imbutos, in sanctâ Ecclesia membra commuta.* Et: [c] *Justificatur Deus ipse per Baptismum, dum se homines, peccata propria confitendo, justificant. Is, qui peccat, & confitetur Deo peccatum, justificat Deum, sedens et vincentis, & ab eo gratiam sperans. In Baptismate etiam est confessio & venia peccatorum.* [z in cap. 1. Marci. a Act. 19. v. 18. b Act. 10. v. 13. c in cap. 7. Luc.]

¶ De duplici Confessione, ait BEDA: [d] *Confessio alia laudabilis; alia pœnalis. Laudabilis est, quando aliquis de beneficiis* D *Deo laudes agit. Pœnalis est, quâ aliquis, sua peccata confitens, ea damnat, & inde pœnam postulat.* Et: [e] Confitemini Domino, quoniam bonus.] *Confessio alia laudis; alia peccatorum. Hic autem non est accipienda confessio, vulnera medico ostendens; sed pro perceptâ sanitate gratias agens: hoc non peccatorum; sed laudis.* [d in Psal. 6. e in Ps. 117.]

CONCILIUM CABILONENSE, cap. 33. [f] *Quidam solummodò Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam verò Sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumque non sinè magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ita duntaxat, ut & Deo,* E *qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra: &, secundùm institutionem Apostoli,* [g] *confiteamur alterutrùm peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque, salutis & sanitatis autor & largitor, plerumque hanc præbet suæ potentiæ invisibili administratione, plerumque Medicorum operatione.* [f Tomo 2. Concil. g Jac. 5. v. 16.]

¶ De fructu Confessionis, ait BEDA: [h] *Peccati virus salubriter aperitur in confessione; quod pestiferè latebat in mente.* Et: [i] *Qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua; jam* F *cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua. si & tu accuses; conjungeris Deo. Initium bonorum operum, confessio est malorum operum.* [h in cap. 16. Luc. i in cap. 3. Joh.]

¶ De fraternâ confessione. BEDA inquit: [k] Confitemini alterutrùm peccata.] *In hac sententiâ illa debet esse discretio: ut quotidiana leviaq; peccata alterutrùm coæqualibus confiteamur; eorumq; quotidianâ credamus oratione salvari. Porrò, gravioris lepræ immunditiam, juxta legem, Sacerdoti pandamus, atque ad ejus arbitrium, qualiter & quanto tempore jusserit, purificari curemus.* [k in cap. 5. Jac.]

G ¶ De Confessione veritatis; inquit BEDA: [l] *Cognitam veritatis lucem, sequi confessio debet. Dominus, ad confessionem fidei, Catechizatorum ora instruit. Christus genus humanum, per confessionem utriusque suæ naturæ, ab ingenitis errorum suorum tenebris eruit.* Itèm: *Ille solus rectè loquitur, sive Deum confitendo, seu aliis prædicando: cujus auditum, ut cælestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, divina gratia reserat: cujus linguam Dominus, tactu sapientiæ, quæ ipse est, ad loquendum instruit.* Et: [m] *Nunc apud se homines dicunt: Nos jam Dominum & sermones ejus non erubescimus; quia apertâ eum* H *voce confitemur. Quibus ego respondeo: quòd in hac plebe Christianâ sunt nonnulli, qui Christum ideò confitentur; quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo ad probationem fidei, vox sufficit professionis; quam defendit à verecundiâ professio generalitatis.* Itèm: [n] *Confessio non semper pœnitentiam; sed & gra-* [l in cap. 7. Marci. m in cap. 8. n in cap. 10 Luc.]

tiarum-

A tiarum-actionem significat: ut in Psalmis sæpissimè legimus. Et: [a] *Qui beatam Trinitatem recta devotionis officio reficere, id est, lætificare, desiderat, mortem quoq; debet unigeniti Filii Dei in carne, quæ est una in eâdem Trinitate persona, pia confessionis sinceritate celebrare.*

a in cap. 15.

DE SACRAMENTIS
in genere.

BEDA inquit: [b] *Possumus accipere vestimenta Christi, sacramēta ecclesiastica, quibus ipse tegitur, & quasi vestitur.*

b in Ps. 21.

B ¶ De duobus Sacramētis, inquit BEDA: [c] *Sicut ex latere Adam dormientis nata est Eva, ità ex latere Christi, in cruce dormientis, exierunt sacramenta; Sanguis scilicet & Aqua: ex quibus constituta est Ecclesia.* Et: [a] *De latere Christi, lanceâ patefacto, sacramenta sibi sanguinis & aquæ, quibus nascatur simul & nutriatur Ecclesia, emanarunt.* Itèm: [b] *Vigilanti verbo usus est Evangelista: ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed, Aperuit. ut illic quodāmodo vitæ ostium panderetur; unde sacramenta Ecclesiæ manaverunt: sinè quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur.* C *Ille sanguis, in remissionem fusus est peccatorum: Aqua illa, salutare temperat poculum; hæc & lavacrum præstat & potum.*

c in Ps. 41
a in cap. 23. Luc.
b in cap. 19. Ioh.

¶ Quis dona spiritualia Sacramentorum distribuas, docet ALBINUS: [c] *Ipse Spiritus sanctus, paracletus, id est, consolator dicitur; quia reverâ, dum dona Sacramentorum distribuit, consolationem animæ præbet: per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas.*

c lib. 2. de Trin. c. 19.

De effectu illorum, inquit BEDA: [d] *Sacramenta sunt porte, id est, accessus ad salvationem.*

d in Ps. 9.

DE BAPTISMO.

D Unde sit Baptismus, BEDA indicat: [e] *Jordanis fluvius, Baptismi continet sacramentum. Dum enim in ipso Christus Dominus baptizatur, nostrum Baptisma consecratum est.* Et: [f] *Trinitas inhabitat sancto Baptismati: & virtutem & benedictionem dat Dominus, qui ex eo renatus fuerit, populo Christiano.* Itèm: [g] *Baptizat Dominus in Spiritu sancto, per Spiritus sancti gratiam peccata dimittendo. Sive enim ipse aliquos Discipulorum suorum primus baptizaverit, per quos ad cæteros fideles Baptismi ritus proflueret:* E *eosdem etiam Spiritu baptizabat, peccata illis relaxando, & Spiritûs dona ministrando. Sive fideles ejus, invocato nomine ipsius, aquâ baptizent electos, & chrismate sacro perungant eosdem: nihilominus ipse Spiritu sancto baptizat: quia nemo, præter ipsum, peccatorum nexus solvere, aut Spiritûs sancti valet dona tribuere. Baptizat etiam Dominus in Spiritu sancto; ac per afflationem ejusdem Spiritûs, corda fidelium suorum fervore sui sive fraternæ charitatis accendit.* Charitas enim, *inquit,* [h] Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum. *Baptizat in Spiritu sancto; cùm cuilibet electorum dat manifestationem spiritûs, ad utilitatem, virtutes* F *operando. De quo Baptismate, ascensurus in cœlum, dixit Discipulis.*

e lib. 3. in Ioh. c. 8.
f in Ps. 28
g Hom. de Epiph. Dom.
h Rom. 5. v. 5.

¶ De duplici Baptismo, inquit BEDA: [i] *Baptizamur à Domino in Spiritu sancto, non solùm, cùm in die Baptismatis in fonte vitæ, in remissionem peccatorum, abluimur: verùm etiam quotidie, cum per gratiam ejusdem Spiritûs, ad agenda quæ Deo placent, accendimur.*

i in cap. 3. Marci.

¶ De partibus Baptismi, BEDA ait: [k] *Tolle aquam; non est Baptisma: tolle verbum; non est Baptisma.*

k in cap. 4. Ioh.

G ¶ Omnes fideles debere baptizari, BEDA inquit: [l] *Per obedientiam fidei, omnes debent ad baptisma pervenire.* Et: [m] *Nullus dignus est introire in regnum Dei; nisi qui renatus est ex aquâ & spiritu.*

l in cap. 3. Ioh.
m in cap. 2.

Infantes quoque esse baptizandos, inquit BEDA: [n] *Gratia fidei, renatos fonte Baptismatis etiam parvulos, atq; ipsâ parvulá ætate defunctos, superna ad gaudia perducit.*

n lib. 4. in Cantic.

¶ De formâ Baptismi, BEDA inquit: [o] *Boves, qui portant mare æneum, singulas ternis adspiciunt: ut in fide sanctæ Trinitatis, Orbis baptizetur universus.*

o in cap. 3. Luc.

H De trinâ immersione, DAMASCENUS ait: [p] *Si quis dicat; Pro quo baptizantes trinam facimus immersionem? Quid utiq; aliud dicemus, quam, quoniam, secundum unamquamq; deitatis hypostasin, unā immersionem, & tres, propter trinā hypostasin?*

p Epist. de Trisagio.

¶ Fide suscipiendum esse Baptismum, ALBINUS docet: [q] A *Bene præcursor Domini nostri in Bethaniâ baptizâsse dicitur: (nam Bethania, Domus obedientiæ interpretatur) ut demonstraret, per obedientiam fidei omnes ad Christi Baptisma debere pervenire.*

q in cap. 1. Joh.

¶ De abrenuntiatione in Baptismo, BEDA ait: [r] *De Hæretico quolibet, vel Schismatico, vel etiam malo Catholico, tempore Baptismatis, spiritus immundus, qui in eo prius habitaverat, ad confessionem catholicæ fidei, abrenuntiationemq; mundanæ conversationis, ejicitur.*

r in cap. 11 Luc.

B ¶ Semel baptisari debere, DAMASCENUS testatur: [s] *Quemadmodū igitur semel completa est Domini mors: sic semel oportet baptizari. Baptizari aūt, juxta Domini verbū, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti; instructos confessionem Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Quicunq; igitur in Patre & Filio & Spiritu sancto baptizati sunt, & unam naturam divinitatis in tribus hypostasibus edocti; & rursus rebaptizantur: illi iterum crucifigunt Christum, ut inquit divinus Apostolus:* [t] Impossibile namq; est, eos, qui semel illuminati sunt, renovari in pœnitentiam, iterasò crucifigentes sibi-ipsis Christum, & ludi- C brio subjicientes. *Quicunq; verò in sanctâ Trinitate baptizati non fuerint; illos rebaptizari oportet.*

s lib. 4. Orthod. cap. 10.
t Heb. 6. v. 4. 6.

BEDA ait: [u] *Notandum autem, quia, quod de carnali dixit, hoc etiā de spirituali est regeneratione sentiendum: nequaquam videlicet eam, postquā semel expleta fuerit, posse repeti. Sive enim Hæreticus, sive Schismaticus, sive facinerosus quisque, in confessione sanctæ Trinitatis baptizet: non valet ille, qui ità baptizatus est, à bonis Catholicis rebaptizari: ne confessio, vel invocatio tanti nominis, videatur annullari.*

u in cap. 3. Joh.

GREGORIUS III. Epistolâ ad Bonifacium: [x] *Quisquis* D *in nomine Patris, & Filii & Spiritûs sancti, baptizatus est; rebaptizari minimè licet. Non enim in nomine baptizantis; sed in nomine Trinitatis, hujus gratiæ donū percepit. Et teneatur, quod Apostolus ait:* [y] Unus Deus; una fides; unum baptisma.

x Tom. 2. Concil.
y Ephes. 4 v. 5.

CAROLUS Magnus: [z] *Baptisma unum tenemus; quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, est celebrandum.*

z lib. 3. c. 8.

¶ De ordine initiationis Christianæ, ait BEDA: [a] *Rectissimus ordo prædicandi, & modernis quoq; prædicatoribus Ecclesiæ diligentissimè sectandus: ut primo quidem doceatur auditor; de-* E *inde fidei sacramentis imbuatur, deinde servandis Domini mandatis ex tempore liberius instruatur. Quia neq; indoctus quisque, & ignarus Christianæ fidei, potest ejusdem fidei sacramētis ablui: neque lavacro Baptismi à peccatis emundari sufficit; si non post Baptisma studeat quisq; bonis operibus insistere. Priùs ergo docere gentes, id est, scientiá veritatis instruere; ac sic baptizare, præcipit Christus: quia* [b] sinè fide impossibile est Deo placere: &, [c] Nisi quis renatus fuerit, &c.

a Hom. in feria 6. Pascha.
b Heb. 11. v. 6
c Joh 3 v 5.

¶ De effectu Baptismi, inquit DAMASCENUS: [d] *Optimum ergo elementum aqua, & plurimo usui accommodum: sordis pur-* F *gativum, non modò corporis; sed & animæ: modò Spiritûs sancti gratiam assumserit.* Itèm: [e] *Confitemur autem unum Baptisma, in remissionem peccatorum, & in vitam æternam. Baptisma siquidem, Domini mortem insinuat. Consepulti enim sumus Domino per Baptismum; ut inquit Apostolus.* Et: [f] *Sciendum, quòd per Baptismum circumcidimur omne, quòd à generatione contraximus, indumentum; id est, peccatum; & Israëlitæ spirituales, & Dei populus, evadimus.* Item: [g] *Quemadmodum Circumcisio, non utile membrū amputabat corporis, sed superfluitatem inutilem: sic per sanctum Baptisma à peccato circumcidimur. Manifestum* G *autem, quòd peccatum superfluitas concupiscentiæ est; & non necessaria concupiscentia. Impossibile enim est, quēquam nullo modo concupiscere, aut tandem sine gusto voluptatis esse. Sed quod inutile est voluptâtis, id est, inutilis cōcupiscentia & voluptas, hoc est, peccatum; id ipsum est quod circumcidit sanctum Baptisma, præbens nobis signum honorabile, crucem in fronte: non à Gentilibus discriminans nos. (nam omnes gentes Baptisma consecutæ sunt, et signo crucis insignitæ) sed in unâquâq; gente, fidelem ab infideli distinguit. Veritate igitur apparēte, inutilis figura & umbra est. Quare supervacanea nunc Circumcisio, & contraria sancto Ba-* H *ptismati. Nam qui circumciditur, obligatur totam legem observare. Dominus aūt, ut impleret legem, circumcisus est: & omnem legem atq; sabbatum servavit, ut impleret & sisteret legem. Ex quo verò baptizatus est, & Spiritus sanctus hominibus apparuit, in similitudine columbæ descendens super eū in Jordane: ex-tunc*

d lib. 2. Orthod. cap. 9
e lib. 4. c. 10
f cap. 10.
g cap. 26.

spiritualis

A *spiritu [illegible] eosdem ex [illegible] & [illegible] orum [illegible] ata sunt. Et tortiis [illegible] peccatorum remi[illegible] omnibus aque per Baptisma donata est. [illegible] mia vero spiritus [illegible] secundum proportionem fidei & puritatis.*

BEDA inquit: * *Fons purgans omnes ab omnium item, & contagiis omnibus sordidis, omnium saeculi huius Mundi lavacro Baptismus ablutis, sol iustitiae [illegible] istum per passionem occubuit.* Itèm: * *Allegorice producunt aquae reptilia animarum vivarum, homines scilicet renovatos in vitam, per Baptismi sacramentum.* Et: * *Baptismus est signum securitatis Ecclesiae Christi, a vindicta.* B Itèm: * *Etenim homines in Baptismo per aquam & ignem Spiritus sancti salvantur.* Et: * *Dominus noster, in aqua Baptismatis, trium personarum nomen proposuit populo fideli, ut, quisquis pleno corde adspexerit, efficiatur [illegible] Dei.* Itèm: * *Nemo videt Deum, nisi ad Baptismum pervenerit, & ad perfecta opera.* Et: * *Diabolus in spirituali lavacro, id est, Baptismo, suffocatur.* Itèm: * *Per aquam Baptismi salvat Deus iustos.* Et: * *Dominus suum populum, quem per lavacrum sanctum liberavit, in ista vita gubernabit, & in refrigerium deducet.* Et: * *Per Baptismum mundantur fideles.* Itèm: *Per fidem [illegible] crucis, & per sanctum lavacrum, C sanguinis Christi sacramento purgamur.* Et: * *Anima per lavacrum Baptismi purificata, coniungitur Sancto.* Itèm: * *Egressi sumus & nos per sanguinem agni de Aegyptia servitute, ut veniremus ad terram repromissionis: cum in sacramento dominicae passionis baptizati, iugum grave praevaricationis abiecimus, quatenus in libertatem gloriae filiorum Dei adoptati, haeredes regni caelestis esse possimus.* Et: *In huius perfectione fidei, & generaliter omnis Ecclesia, per Baptisma, a morte suscitantur peccatorum. Et cum post Baptisma denuò mortem peccati incurrimus; per eadem necesse est fidem paenitendo reviviscamus.* Et: * D *Ascendimus namque per ostium lateris medii in superius coenaculum: quando per aquam Baptismatis & poculum dominici calicis consecrati, ab hac terrestri conversatione, ad coelestem animarum vitam pervenimus.* Itèm: * *Talis est aedificatio spiritualis, quae in animarum salute geritur: ut in Baptismate renati, per fidem & confessionem sanctae Trinitatis, absque ullo nostro labore, per gratiam Dei, civitas ac domus eius efficiamur.* Et: * *Post abrenunciationem Diaboli, post confessionem rectae fidei, sequitur remissio peccatorum, expulsio damnatio per aquam Baptismi.* Itèm: * *Haec est vera & sola nobilitas, qua per inaestimabilem dignationem divinam nobilitantur homines ut per Baptismum de Deo nascantur; ipsique Deorum nomine sublimentur, & membra efficiantur Dei sui, & sacerdotes aeterni.* Et: * *Signaculum imaginis Dei & similitudinis, quod per Adae peccatum attritum fuerat & obliteratum, rursus per Christum iteratà impressione restituetur. Quod signaculum, nunc quidem per fidem & baptismum gratia renovatur & viti[illegible] melius mentis insculpitur.* Itèm: * *Absit, ut originem nostram, post praevaricationis malum, Deo dicamus esse gavisam, ante remedium secundae regenerationis, quae fit ex aquà & Spiritu sancto, donante gratià Dei, per Christum Dominum nostrum.* Et: * F *Semel totam unicuique credentium lavacrum sacri fontis, in mysterium sui sanguinis, ad solvenda peccatorum vincula, donavit Christus.* Itèm: * *Quotquot, donante Deo, ad vitam praeordinati sumus aeternam, ex aqua & Spiritu sancto renascimur.* Et: * *In Baptismo a peccatorum sordibus mundamur.* Itèm: * *In Domine nos, id est, mea Ecclesiam, cum omnibus meis, protexisti iam in Baptismate, ab impugnationibus Diaboli: & coronabis, id est, proteges nos in futuro, ab aeterna damnatione, bona voluntate tua, id est, gratia & misericordia tua existente nobis hic & illic, ut scuto.* Et: * G *Deus, Baptismatis beneficio Christianum populum de Orbis universitate collegit.* Itèm: * *Aqua Baptismi separaverunt nos de vetustate in novitatem.* Et: *Gratia Baptismi est conversationis novae fundamentum.* Et: * *In Baptismate omnes hostes nostri id est omnia originalia & actualia peccata, destruuntur.* Itèm: *Deus nos, eductos de convalle erroris & tenebrarum, per fidem & gratiam Baptismatis, induxit iam spe, etsi non re, in montem sanctificationis sua, id est, in coelestem Hierosalem, ubi vere sanctificamur, per veram confessionem, id est, laudem Dei: quia tunc novissima mors destruetur. Quem montem non meruit nostra acquisierunt; sed eius dextera, id est, Filius eius sanguine suo nobis [illegible] acquisivit.* Et: * *De tenebris peccatorum transeundo, per aquam Baptismatis, rubricatam sanguine Christi, eximus.* Itèm: * *Ideò baptizandorum corpora visibiliter abluta Deo praecipiuntur ut per hoc admoneamur credere, animas [illegible] pariter invisibili baptismo pu[illegible] nostrum [illegible] aqua Baptismi a peccat[illegible] quasi [illegible] one purgamur [illegible] sic professione [illegible] vita nova luce, ad altare [illegible] dominici [illegible] confe[illegible] ingrediat [illegible]* * *Unda Baptismatis [illegible] o sanguinis Christi [illegible] patronis delicti [illegible] regenerati, tam in novo Testamento, per gratiam Spiritus [illegible] abluet [illegible] Sanctos purgavit.* Et: * *So[illegible] Baptismi genus quod ex Spiritu sancto regenerat salvat. Unde pure caro eius post lavacrum, velut caro pueri parvi, apparuisse memoratur.* B *Sive quia cuncti [illegible] Christo baptizati, in unam parit gratia mater infantiam Christi corporis per Baptis[illegible] [illegible] nitum soboles adunatur. Et nos cuncti [illegible] Baptismi sacramenta praemonstrata, in quo abrenunciare Satanae, sic in ceteris praecipimus: surgit e Naaman ult[illegible] in alveum lavaturi, super omnia Domino [illegible] rvituros.* Et: * *In Baptismate igitur [illegible] catur Deus, in quo est [illegible] confessio & remissio peccatorum.* Itèm: * *Natura spiritus invisibilis est atque, ideò spiritualis generatio tota invisibiliter agitur. Nam videtur qui[illegible] qui baptizatur, in fontem descendere, [illegible] eum aquis intingi [illegible] de aquis ascendere: quid autem in illo lavacrum regenerati [illegible] erit minimè* C *potest videri. Sola autem fidelium pietas novit, quia peccator in fontem descendit: sed purificatus ascendit. Ill[illegible] mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit: filius praevaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit: filius irae descendit, sed [illegible] misericordiae ascendit: filius Diaboli descendit; sed filius Dei ascendit. Sola hoc Ecclesia mater, quae generat, novit. Ceterum oculis insipientium videtur talis exire de fonte qualis intravit: totumque ludus esse, quod agitur.* &c. *Qui ex aqua & spiritu regeneratur, invisibiliter in novum mutatur hominem; & de carnali efficitur spiritualis.* Et: * D *A peccatis, quae lex ostenderat, per aquam Baptismatis abluimur, testante Apostolo:* * Quia, quicunque baptizati sumus in CHRISTO JESU, in morte ipsius baptizati sumus. Itèm: * *Propter peccatum ad Baptismum curritur: propter peccatum etiam surgens parvulus, a matre piis manibus ad Ecclesiam fertur; ne sine Baptismo exeat, & in peccato, quo natus est, moriatur.* Et: * *Sicut incorruptibile est pretium dominicae passionis, quo redempti sumus: ita etiam incorruptibile est sacramentum fontis sacri, quo renascimur. Quae ità sibi invicem connectuntur; ut unum nobis sine altero salutem conferre nequeat. Quia in unitum ita Dominus nos, tempore incarnationis suae, suo sacro sanguine simul omnes redemit: ut nos quoque nostro tempore vicissim, per regenerationem Baptismi, ad consortium eiusdem regenerationis pervenire debeamus. De qua regeneratione bene dicitur, quia non ex semine corruptibili, sed per verbum Dei vivi, & permanentis in aeternum, agatur: ut hinc colligatur, quia, sicut ex semine corruptibili caro, quae corrumpitur, nascitur; sic per aquam, verbo Dei consecratam, vita nobis quae finem nesciat, tribuitur.*

APONIUS inquit: * *Per sacrosancti Baptismatis nodum, clemens* F *Dominus Jesus Christus, eam multitudinem, quam Diabolus amarus, & propria excidens mente mala voluntas, ignominioso generat ordine, sibi consortem regni facere dignatus est: ubi gloriosa copula Christi, Filii Dei, & Ecclesiae, celebratur.* Item: * *Per sanctum lavacrum Baptismatis, Christus pristinam pulcritudinem reparavit.* Et: * *Nam certum est, unum esse fontem Baptismatis in toto Mundo: ubi Trinitatis aeterna invocato nomine cuncti sanctificantur; ut ex hoedis agni efficiantur. Fons enim Baptismi propter peccatores est constitutus, qui hoedi sunt appellati: non propter iustos, qui lavari non indigent. Iusta ergo ratione fons hoedis,* G *lavacrum sanctificationis intelligitur: qui non propter iustum, sed propter peccatorem populum, a Christo in praesatis vineis est productus.* Itèm: * *Semel tonsi novi & veteris Testamenti geminoculero doctrina & abscis[illegible] ab eis veteri consuetudine sordentis peccati, lavacro Baptismatis ad meliorem & immaculatam vitam superascendunt.* Et: * *Baptismate a sordibus pravis peccatorum lavamur.* Itèm: * *Sed [illegible] credendum in Apostolis, qui verè validi [illegible] membra Ecclesiae sunt, & lucem recepit, & pristinam pulcritudinem reparavit, per sanctum lavacrum Baptismatis.*

ALCUINUS inquit: * *Quis sine lavacro regenerationis remissionem peccatorum consequi, & regnum valet intrare caelorum?* Itèm: * *In Christi Baptismate remissio peccatorum est, & sanctificatio, & Spiritus sancti donum, ipso Johanne attestante:* * Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. & ego vidi, & test[illegible]

* cap. 10. — * in cap. 21 Levit. — * in c. 1 Gen. — * in cap. 9 — * in cap. 30 — * in cap. 46 — * in c. 14 Exod. — * in c. 15. — * in cap. 19 Numer. — * in c. 28 [illegible] — * [illegible] 1. in [illegible] cam. c. 3 — * lib. 2. c. 7. — * lib. 3. c. 20 — * in Tobi. — * lib. 2 in Esdr. c. 24. — * lib. 3 in Iob c. 9. — * Praefat. super Cantic. — * li. 3. de Tabernac. 12. — * Hom. de Circumcision. Mariae. — * in Ps. 5. — * in Ps. 5. — * in Psal. 17 — * in Ps. 21 — * in P[illegible] — * in Ps. 80. — * in Ps. 32 — [illegible] — * Hom. in [illegible] — * in [illegible] — * in cap. 3 in c. 3. J — * in cap. 5. * Rom. 6. v. 3 — * in c. 3. Iob — * in [illegible] Pentec. — * lib. 1. in Cantica. — * lib. 2. — * lib. 3. — * lib. 6. — * lib. 5. — * lib. 1. — * in c. 3. J[illegible] — in Com[illegible] J[illegible] 33-34.

* lib. [illegible] de Trin. c. 3

[illegible] Cæ[illegible] qui nascuntur ex aqua & Spiritu, [illegible] filios esse [illegible] quisquam [illegible]xerit aqua, vel Spiritus sanctus: sed p[illegible] [illegible]ntur [illegible] D[illegible] pat[illegible] & matris Ecclesiæ. Item:* Et qui [illegible] gaudendum e[illegible] qui [illegible] sumus in Bapt[illegible] templum Dei fact[illegible] A[illegible] D[illegible] sanctum est; quod e[illegible] vos. [illegible]:* Propter [illegible] sugens parvulus a matre piis manibus ad Ecclesiam fertur: ne sine Baptismo exeat, & in peccato, quo natus est, non moriatur. It[illegible]:* Quare non ait: mundi estis propter Baptismum, quo abluti estis? [illegible] ait: Propter verbum, quod locutus sum vobis. Nisi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum: & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Unde [illegible] tanta [illegible] aquæ, ut corpus tangat, & [illegible] abluat, nisi faciente verbo? non [illegible] dicitur, sed quia [illegible] creditur. Nam tria in Baptismo visibilia sunt: corpus, aqua, [illegible] sacerdos: tria invisibilia: anima, fides & Spiritus Dei, qui hæc omnia operatur: ut fiat spiritualiter filius Dei, renatus ex aqua [illegible] sicut carnaliter filius pa[illegible] natus, ex tradu[illegible] [illegible] carne. Et:* Nascimur per gratiam sancti Spiritus & sacramentum Baptismi, in regnum.

* in c. 3. Job.
* 2. Cor. 3 v. 17.
* in c. 8. Job.
* in cap. 15.
* in c. 4. Eccles.

C[illegible] M[illegible] inquit:* Baptismus resurrectionis pignus est & imago [illegible], in præceptis Christi manentes, ad præterita demum non revolvamur. Et:* Per sacramentum Baptismatis, quod Christus stabilivit, ad æternam patriam pervenitur. It[illegible]:* Signati itaque sumus in e[illegible], quando ([illegible] [illegible]dum Apostolum) in morte ejus baptizati, sacrosancti unguinis liquore delibuti sumus, & accepimus Christiani nominis prærogativam. Et paulò post: Signamur ergo in eo, qui (secundum Apostolum) signavit nos, & dedit pignus Spiritus in [illegible] cordibus nostris: in quo etiam spiritûs pignore signati sumus in die redemtionis. Signati autem sumus Spiritu Dei sancto: ut & spiritus noster & anima imprimantur signaculo Dei, & illam recipiamus imaginem, ad quam in exordio conditi sumus: quam peccando nec in totum amisimus, nec in totum in nobis intemerata remansit. quia, si hanc in totum amisissemus, nequaquam diceretur:* Quanquam in imagine ambulat homo, tamen variè conturbatur. Et, si hanc in totum intemeratam conservassemus; nequaquam amplius diceret:* Reformamini in novitate mentis vestræ. Et:* In Baptismate, originalis noxa antiquum & obsoletum vulnus diluitur. Per aquam Baptismatis ad peccatorum remissionem pervenitur.

* lib. [illegible]
* cap. 26.
* lib. 2. c. 16.
* Psal. 39. v. 7.
* Eph. 4. v. 23
* lib. 3. c. 6.

¶ De Regeneratione, A[illegible]BINUS ait:* Tu es Deus meus, tu recreasti me: per alium recreari nequeo, nisi per te, per quem creatus sum. Creasti me per Verbum, Deum manens apud te: recreas per Verbum carnem factum propter nos. Et:* Aliquid etiam factum e[illegible], & natum, & renatum: ut Homo factus à Deo, natus à parentibus, renatus gratiâ Dei, in ministerio baptismatis. Quæ regeneratio in solo homine invenitur, sed non in omni. Qui[illegible] [illegible] vero [illegible] quæ facta sunt rationale [illegible] & [illegible] idem homo. sed hoc in solo homine, & in omni, reperitur.

* in Psal. 7. [illegible]
* lib. 2. de Trin. cap. 9.

¶ Baptizatos emendare se debere, docet BEDA:* Post acceptam in Baptismo remissionem peccatorum, vigilemus [illegible] in orationibus, ceterisque Spiritus fructibus operam demus: ne nobis torpentibus, minimeque sollicitis, immundus spiritus, qui de corde [illegible] expulsus Baptismo fuerat, redeat, neque spiritualibus [illegible] vacuum inveniens septemplici peste deprimat; & fiant posteriora nostra p[illegible]ra prioribus. Caveamus sedulo, ne ignem nobis ipsi, qui vitæ [illegible] occludat, nostrorum crebrò accendamus fomite [illegible]. Flammeum namque gladium, qualis neque ille est, qui paradisi ostia servat singulis quibuscunque, [illegible] fonte Baptismatis exstinctus est, ut redire possit homo, ablutus in [illegible] manet semper [illegible]. Sed ex falso-fidelibus, vocatis quidem, [illegible] non electis [illegible] post Baptisma criminibus se implicare noverunt, [illegible] quasi p[illegible] extinctionem idem ignis reaccenditur: ne mereantur intrare regnum, quod sine sole ac duplici [illegible] requir[illegible].

* Hom. in octavâ Epiph.

A Quod enim fornax facit auro vel paleæ, quod lima ferro: hoc impius facit pio. Nam, sicut palea incineratur, aurum verò purgatur: sic in persecutione justus fit justior, & sordidus sordidior. Itē: Deus infert supplicium malis, non ex suâ irâ, sed ex eorum propriâ nequitiâ: ita ut, quæ fuerunt blandimenta homini peccanti, sint instrumenta Deo punienti. Et: * Sicut in torcularibus pressa uvæ, durissimis gigartis comminutis, follibusq; vacuatis, dulcissima vina profundunt: sic in Ecclesiâ, de obstinatis moribus tumidâq; superbiâ pressurâ pœnitentiæ, lacrymæ salubriter exprimuntur. Ecclesia ergo prisci temporis: in qua reverà torcular est quidem corporum, sed fructus salutaris animarum. Itèm: * Ille in toto corde Deum laudat, qui intelligit, gaudendum esse in tribulationibus: quia scit, quod omnis pœna præsens, vel ad hoc datur, ut exerceat conversos jam ad purgationē; aut admoneat non-conversos ad conversionem; aut nolentes converti præparet ad æternam damnationem. Et: * Deus exhibet paterna flagella etiam filiis, quos recipit in exemplum judicii: scilicet ut per hoc intelligamus, quid futurum sit de fervis fugitivis. Itèm: * Sicut argentum examinatum, fusum non dissilit; sed in longum & in latum crescit: ita qui perfectè tribulationum igne pro fide recocti sunt, tamen ab inimicis non dissiliunt; id est, in charitate nō deficiunt: sed charitas eorum in latum extenditur quia etiam usq; ad inimicos porrigitur, in longum etiam per perseverantiam ducitur. Et: * Malum tribus modis parit profectum, his duntaxat qui timent Dominum. Unus quippe modus est, cùm Deus aliquos dissolutos, & ad cuncta boni operis studia negligentes, videns, permiserit eos cadere in aliquod crimen, vel periculum grande: ut ex hoc, humiliati & afflicti, cogantur eum pro necessitatibus suis invocare. Hoc modo, taliq; malo plures compulsi, ad Dominum sunt conversi. De quâ cōpulsione & in Evangelio legitur: * Compelle intrare. Alter modus est, cū in tribulatione vel tentatione aliqui, tanquam aurum in fornace probati, exinde præmium cœleste adipisci meruerunt, juxta illud, * Beatus vir, qui suffert tentationem. In hoc persecutor omnis, nolit-velit, Bonorū profectibus servit. Quod nimirū in B. Job satis declaratur. Nam quanto magis eum nequissimus hostis tentando supplantare studuit, tāto meliorem, licet invitus, fecit. Tertius, cùm perversorum studia in contrarium vertentes, eâ cōtentione & æmulatione fecerimus bona: quā illi facere student mala. Quo videlicet argumento Dominum in Evāgelio legimus usum, cùm parabolam protulit de homine villicum habente: qui, agnoscens se a villicatione dejiciendum, providit per fraudem, quæ sibi profutura forent post dejectionem. Hanc itaq; parabolam nō ideò Dominus retulit; ut quenquam incitaret ad fraudem faciendam: sed ut nos doceret, ita prudētes esse in bonis; sicut ille villicus fuit in malis: bene videlicet dispensando omnia, quæ a Deo nobis conceduntur in hoc Mundo. Itèm: * Quinque sunt differentiæ causarū, pro quibus in hac vitâ molestiis corporalibus affligimur. Aut enim ad merita augenda, per patientiam, justi, corporis infirmitate gravantur, aut ad custodiam virtutum perceptarum, aut ad intelligenda & corrigenda peccata nostra; aut ad gloriam Dei salvantis, sive per se-ipsum, sive per famulos suos; aut ad inchoationem damnationis æternæ, quod reproborū est proprium. Et: * Adversitas circumspectum semper reddit, & cautum. Quòd Christus regnum fugit, & crucifixeribus suis se sponte obtulit: evidenti nos informat exemplo; ut paratissimi, ad adversa seculi toleranda; cauti, ad blandimenta, cùm forte arriserint, declinanda: &, ne nos prospera Mundi, si affluant, emolliendo decipiant, crebris a Domino precibus imploremus. Itèm: * Igne tribulationis patiētia fidelium, ut perfectum opus habere possit, exercetur. Omnis fidelis, qui æterni vermem tormenti cavare vult, igne, vel gratiæ spiritualis, vel incurrentium de-foris tribulationum, debet castigari: ut dignū Deo sacrificium fieri possit. Igne saliri, est tentationibus exerceri; Proximos nobis ac dilectos, ob Christi amorem, negare. Et: * Utile Sāctis est, tentationum flammis examinari: ut vel tentati, quàm fortes fuerint, appareant; vel, cognitâ per tentationes suâ infirmitate, fortiores esse discant: & sic, cùm probati fuerint, accipiant & ipsi coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

APONIUS: * Cùm ergo, ad multas infirmitates, a Diabolo inflictas, sanandas, multas a Deo correptiones patienter pertulerit anima, vel diversas, pro ejus nomine illatas, gaudens sustinuerit passiones: fasciculus myrrhæ efficitur ei Christus, ad omnes vitiorum morbos de ejus pectore expellendos.

ALBINUS: * Deus non delectatur pœnis nostris; sed confessione quærit errorum. Et: * Sanat, ad pœnitentiam provocans: occidit, juxta illum sensum; * In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Itèm: * Plangēdum est in præsenti tantùm; ut in futuro seculo spirituali saltatione gaudeamus. Et: Dei in occulto patientia est, tribulari nunc Sanctos, ut recipiant mala in vita suâ; & peccatores non-visitare pro scelere suo, in hoc seculo præsenti: ut & illis possit æterna bona restituere; & his mala æterna inferre: sicut de Lazaro & de Divite legitur. Itèm: * Inter omnia tentamentorum genera Ecclesia proficit: laborat, non mergitur: Christum exspectat; quando per eum ad portum perveniat tranquillitatis.

¶ De differentiâ tribulationum, inquit BEDA: * Hoc loco differentiam puto esse tribulationum, inter illud, quod dixit, Pes conculcet; & illud, quod ait, Et bestiæ agri conterant: ut hoc sit contritio bestiarum quādo asperi, truces, sævi persecutores, & immanitate morum crudelitati similes bestiarum, Christum-confitentes usq; ad atrocitatem mortis affligunt. Pedis verò conculcatio, fit hujusmodi tribulatio, quando opprobriis, & nimio contemptu iniquorum, Sancti usquequaq; humiliātur, velut quādam conculcatione protriti. Itē: * Prior pro nobis, & de nostro, voluit Christus capi, teneri, flagillari & cædi: ut exemplum nobis daret vivēdi. De me enim sibi infirmitas; de illo mihi fortitudo. de me sibi ignominia; de illo mihi gloria: de me sibi mors; de illo mihi vita: de me sibi humiliatio; de illo mihi exaltatio. Et: * Ecclesia pro se patitur; at Dominus pro Ecclesiâ.

¶ De pœnis, inquit ALBINUS: * Sed quoniam servat in finem judicium, & in consummationem Mundi: quando in maturas segetes messores venire jussurus est, ut separetur triticum, & in horreum cœlestis regni condatur; lolium autem æterno tradatur incendio: ideo nunc exspectat, & differt sententiam; donec in fine Mundi, iniqui puniantur; & justi coronam recipiant justitiæ.

¶ Insultatores piorum puniendos esse, BEDA ait: * Qui Sanctis hîc certantibus insultant; eos illic coronatis, æterna damnatione plectentur.

¶ De fugâ Christi, inquit BEDA: * Christus exemplum dedit suis, si in unâ civitate persecutionem paterentur, in alterā fugiendi. Denīq; Paulus, exemplo simul & præcepto Domini edoctus fugit ex Damasco, ubi insidiis appetebatur pravorū: sed inde digressus, innumeros alibi, qui se ad pietatem sequerentur, populos invenit.

DE MIRACULIS.

VNde sint, BEDA docet: * Benignus & clemens dominus ac magister, non invidet servis atq; discipulis virtutes suas: & sicut ipse curaverat omnem languorem, & omnem infirmitatem; Apostolis quoq; suis dedit potestatem, ut curarent omnem infirmitatem, & omnem languorem. Sed multa distantia est, inter habere, & tribuere; donare, & accipere. Iste, quodcunque agit, potestate Domini agit: illi, si quid faciunt; imbecillitatem suam, & virtutem Domini confitentur, dicentes in Petrus: * In nomine Christi Jesu Nazareni surge & ambula. Idem, * virtutem Spiritûs esse signa miraculorum, dicit.

¶ De fine, inquit idem BEDA: * Ad hoc fiebant signa, quæ ipse Dominus in assumto homine faciebat, vel Discipulis facere dedit: ut per hæc Evangelio regni Dei, quod prædicabatur, certius crederetur: dum hi, qui cœlestia terrigenis gaudia futura promittebāt, cœlestia in terris ac divina opera monstrabant. Verū Discipuli, ut puri homines, donante Domino cuncta gerebant. At Dominus ipse, singularis virtute potentiæ, & sanitates ac miracula operabatur; & quæ à Patre audiebat, loquebatur in Mundo.

De fine corporalium sanationū, BEDA ait: * Surge & ambula; Fit carnale signum; ut probetur spirituale. Et: * Dificiente ad nuptias Domino, vinum defecit: ut, vino meliore per ipsum, mirabili ordine, facto, manifestaretur gloria in homine Dei; & credentium in eum fides aucta proficeret. Itèm: * Dominum cum Christo fuisse, è miraculis Nicodemus intellexit.

¶ Quare jam non fiant miracula, BEDA ait: * Numquid, quia ista signa non facimus, minimè credimus? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt.

DE TRADITIONIBUS HUMANIS.

DE differentiâ Præceptorum & adiaphororū, inquit BEDA: * Sunt virtutes, quæ semper obnixeq; tenēda sunt; quæ pro tempore locoq;, provida sunt discretione mutanda. Quis enim nesciat, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatē, patientiam, modestiam, castitatem, fidem, spem, charitatem, & his similia, sine ullâ temporum intercapedine, fidelibus esse servanda? At verò famem, sitim, vigilias, nuditatem, lectionē, psalmodiam,

* in Psal. 8. * in Psal. 9. * in Psal. 34. * in Psal. 65. * in Psal. 31. * Luc. 14. v. 23. * Iac. 1. v. 12. * in cap. 2. Marc. 1. & Hom. in Dñ. 3. Trinit. * in cap. 6 Marc. * in cap. 9 * in ca. 22 Lucæ. * lib. 3. in Cant. * in Psal 4 pœnit. * in cap. 4 Hortol.

* Psal. 101. v. 8. * in idem c. 3 Eccles. * in cap. 8 Iob. * lib. 3 in Iob. c. 8. * in Psal. 60. * in cap. 14 Marc. * in cap. 5 Eccles. * in cap. 17 Lucæ. * in cap. 2. Marc. * in cap 6 Marc. * Act. 9. v. 6. * in cap 4. Lucæ. * in cap. 1. Marc. * in cap. 2 Marc. * in cap. 1 i. 6. * in cap. 3. * in cap 16 Marc. * in cap. 22 Lucæ.

orationem, laborem operandi, doctrinam, silentium, & cætera hujusmodi, si quis semper exsequenda putaverit: non modò se horum fructu privabit; sed & notam indiscretæ obstinationis, imò stultitiæ pervicaciæ, incurret.

¶ De Imaginibus inquit CAROLUS Magnus: *Imagines verò, omni sui cultura & adoratione seclusâ, utrùm in basilicis, propter memoriam rerum gestarum & ornamentum, sint, an etiam non sint; nullum fidei catholicæ adferre poterunt præjudicium: quippe cùm, ad peragenda nostræ salutis mysteria, nullum penitus officium habere noscantur.*

† in ca. 29. Gen.

¶ De Vita activâ & contemplativâ, BEDA scribit: † *Propter Rachel, & non propter Liam, servitur. Quis enim actualem vitam propter semet-ipsam expetierit? sed tamen, nocte suppositâ, expertus est fœcunditatem ejus. Actualis enim vita, per exempla atq; doctrinam, multos generat filios. eùm autem unicuique, sub dealbationis gratiâ constituto, per septem mandata Legis, quæ sunt dilectio Proximi, tolerantia laboris adhæserit in variis tentationibus: velut in nocte Lia inopinata conjungitur; & hanc sustinet, ut ad illam perveniat: acceptis aliis septem præceptis, quasi serviens aliis septẽ annis; ut sit pauper spiritu, mitis, lugẽs, esuriẽs, sitiensq; justitiam, misericors, mundo corde, pacificus. Vellet enim homo, si fieri posset, sine ulla laboris tolerantia, statim ad pulcra contemplationis delicias pervenire.* Itèm: † *Hic activæ & contemplativæ perfectionis intuere distantiam. Ecce enim arca Domini, quæ vix unâ die, quâ venerat, in agro Josuæ Bethsamitis perseverare potuit: & non solùm Gabaa, id est, arcẽ Bethsames, ascendere, sed ne ipsas quidem ejus valebat planè portas intrare. Perveniens autem in Cariathiarim, & collem illius illata, vicesimũ usq; ibidem (multiplicatis virtutum diebus) permãsit ad annum: quia cœlestis vitæ contemplatio, degentibus in carne Sanctis, vix ad momentum potest delibari. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Vita autem activa, multò prolixiore, & temporum spacio, & cooperantium consertio fratrum, valet indefessa celebrari: adeò ut Legis in eâ Decalogus, per Evangelii gratiam geminatus, vel certo corpore & mente consummatus, quasi vicesimus jam manentis secum arcæ annus, proficientibus bonorum meritis, probetur impleri.* Et: † *Anima fidelium casta, in duarum conversatione vitarum, activæ scilicet & contemplativæ, Christo adhærent.*

† li. 1. in Sã. cap. 12.

† li. 4. ca. 6.

DE VOTIS.

† in cap. 5. Eccles.

ALBINUS: † *Melius est non-promittere; quàm promissa nõ facere: quia displicent Deo vota infidelium, qui non implent, quod promittunt Deo. Deus verax est, & veritas, eosq; amat, qui veritatis opera faciunt. Consideret homo, quid Deo voverit an implere possit, quæ vovere cogitat.*

† in cap. 8. Marci.

¶ De fermento Pharisæorum, inquit BEDA: † *Fermentum Pharisæorum est, decreta Legis divinæ traditionibus hominum postponere: vel certe legẽ verbis prædicare, factis impugnare.*

DE SCANDALO.

† in cap. 9. Marc.

DE appellatione, BEDA inquit: † *Scandalum quippe sermo Græcus est, quod nos Offendiculum, vel Ruinam impactis pedis, dicere possumus. Quidam Scandalum Græca, Latinè Scrupulum dicunt. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto factove minùs recto occasionem ruinæ dederit.*

† ibid.

¶ De Scãdalo dato, BEDA inquit: † *Apostoli, disputãtes inter se, quis esset illorum major, videbãtur invicẽ de dignitate contendere. Et, si in hoc vitio permansissent, poterant eos, quos ad fidẽ vocabant, per suum scandalum perdere: dum Apostolos viderẽt inter se de honore pugnare. Et reverâ melius est, innoxiũ pœnâ, quãvis atrocissimâ, temporali tamen, vitam finire corpoream, quàm, lædendo fratrem mortem animæ mereri perpetuam. Rectè autem, qui scandalizari potest, pusillus appellatur. Qui enim magnus est, quæcunq; viderit, quæcunq; passus fuerit; non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo, & parvus; occasiones quærit, quomodo scandalizetur. Propterea deniq; oportet nos maximè cõsulere iis, qui parvi sunt in fide, ne occasione nostri offendantur, & recedãt a fide, ac decidant a salute. Notandum sane, quod in nostro bono opere, aliquando cavendum est scandalum Proximi; aliquando vero pro nihilo contemnendum. In quantum enim sine peccato possumus, vitare Proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum oritur: utilius permittitur scandalum nasci, quam veritas relinquatur. Qui ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo cæteros destruit, vel exemplo: melius profectò*

A *erat, ut hunc ad mortem, sub exterioris habitu, terrena acta constringerent; quam sacra officia in culpâ cæteris imitabilem demonstrarent. Quia nimirum, si solus caderet, utcunq; hũc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Deinde, Christus admonet nos, quantũ cavere debeamus eos, qui scandalizare nos, id est, verbo vel exemplo suo ad ruinam peccati propellere, certant. Necessarius autem, si nos lædere in causâ animæ voluerit; excludẽdus est à nostrâ societate: ne, si cum perdito in hac vitâ partem habere non voluerimus; simul in futura cũ illo pereamus.* Et: † *Impossibile est in hoc Mũdo,*

† in cap. 7 Lucæ.

B *erroribus ærũnisq; plenissimo, scãdala sæpissime non venire: sed væ illi, qui, quod impossibile est nõ-venire, suo vitio facit, ut per se veniat. Qui recta-loquentẽ vituperat, scandalũ profectò id est, offendiculũ & ruinam, auditoribus præbet insiemus, maxime si & Pharisæus Legis videatur habere scientiam. Quem increpans Apostolus ait:* † Et peribit infirmus in tuâ scientiâ frater, propter quẽ Christus mortuus est. *Quo ordine scandala declinare, & væ perpetuũ vitare possimus, insinuat. Si nos videlicet ipsos, ne quem lædamus, attendimus: Si peccantem zelo justitiæ corripimus: Si ex corde pœnitenti misericordiæ pietatisque viscera pandimus.*

† 1. Cor. 8 v. 11.

C ¶ De Scandalo accepto, BEDA ait: † *Scandalum & error Judæorum, salus nostra est, & Hæreticorum condemnatio.*

† in cap 6. Marc.

DE CONJUGIO.

† lib 4 Orthodox. 25.

ENcomium Conjugii, recitat DAMASCENUS: † *Hæc dicimus, non nuptiis derogantes, absit enim! Nam scimus, Dominum præsentiâ suâ nuptias benedixisse: & eum, qui dixit;* † Honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus. Et paulò pòst: *Bona quidem liberorum procreatio, quã nuptiæ constituũt: & bona nuptiæ, ob fornicationes, quas præscindunt; rabiem concupiscentiæ, per legitimam commixtionem, non sinentes ad iniquos furere actus.*

† Hebr. 13. v. 4.

D *Bonæ nuptiæ, quibus non adest continendi gratia: melior autem virginitas.*

¶ De fine, ait BEDA: † *Uxores sunt adjumentum, etsi non virginalis castitatis, tamen conjugalis.* Et: † *Connubia propter filios; filii propter successionem; successio propter mortem. ubi ergo mors non est, neque connubia.*

† in Psal. 77.

† in cap. 20. Lucæ.

DE MAGISTRATU.

† Præfat. [illegible] S. Trinit.

VNde sit, ALBINUS docet, inquiens: † *Dum dignitas Imperialis, a Deo ordinata, ad nil aliud exaltata esse videtur; nisi populo præesse & prodesse. Proinde datur a Deo electis,*

E *potestas, & sapientia. Potestas, ut superbos opprimat; & defendat ab improbis humiles. Sapientia, ut regat & doceat piâ solicitudine subjectos.*

† ibid.

¶ De officio, inquit ALBINUS: † *Principem populi Christiani cuncta scire & prædicare, quæ Deo placeant, necesse esse notissimum est. Neq; enim quenquam magis decet, vel meliora nosse vel plura, quàm Imperatorem: cujus doctrina omnibus prodesse debet subjectis.*

† lib. 4. in Sam. c. 4

¶ Pro magistratu orandum esse, BEDA docet: † *Pia humilitate commota synagoga credentium, rogat Dominum, ne*

F *impios suos magistratus ac proceres, ante punitionem extremi judicii, usq; ad internecionem deleat: ut, quos pro sua stultitia perfidiâ perennis exspectat interitus, hi saltem ad modicum temporalis gaudio liceat hac voluptate perfrui.*

† li. 2. c. 29.

¶ Magistratum esse honorandum, docet CAROLUS Magnus: † *Quia ergo Imperatores & Reges sint a subditis honorandi, quibusdam divinæ Scripturæ exemplis potest approbari. Quamdiu in eâ dignitate est, honorandus est: si non propter se; vel propter ordinem.*

† in ca. 12 Marc.

¶ Tributa esse reddenda, BEDA inquit: † *Quod ait*, Reddi-

G te Cæsari, quæ sunt Cæsaris; *nummum, tributum, & pecuniã:* & quæ sunt Dei, Deo; *decimas, primitias, oblationes ac victimas, sentiamus. Quomodo & ipse reddidit tributa pro se & Petro: & Deo, quæ Dei sunt, reddidit, Patris faciens voluntatem.*

DE MORTE.

† in Psal. 7

† in Psal. 9

QUòd moriendũ hominibus sit, BEDA monet: † *Quãdiu in carne sumus; locus mortis est semper in nobis.* Itèm: † *Potestate mortis omnes, qui communiter nascuntur, tenentur.*

† in cap. 3 Eccles.

ALBINUS: † *Sicut eadẽ cõditio est nascẽdi; ita sors una moriẽdi.*

† in cap. 9 Lucæ.

¶ De duplici morte, ait BEDA: † *Quomodo autẽ mortui mor-*

H *tuos sepelire queunt; nisi geminam intelligas motem? unam naturæ, alteram culpæ: unam, quâ anima a carne; alteram, quâ Deus separatur ab animâ. Sine mortuos; non credentes, dicit. Mortuos sunt autem, qui nihilominus sine fide de corpore exirent.*

† lib. 8. in Tobiæ 18.

ALBINUS inquit: † *Sine mortuos, scilicet animâ; sepelire*

mortuum

Quaest. in Gen. mortuos suos, scilicet corpore. Et: * *Mors hominis est duplex: animæ videlicet & corporis. Animæ mors est, dum, propter peccatum quodlibet, animā deserit Deus. Corporis mors est, dum, propter necessitatem quamlibet, corpus deseritur ab anima. Et hanc duplā mortem, Christus suâ simplâ morte destruxit. Nā solâ carne mortuus est ad tempus: anima verò nunquam, qui nunquam peccavit.* *Lib. 3. de Trin. c. 18* Itèm: * *Mors animæ est, quando Deus deserit eam, ob peccatorum magnitudinem: Corporis, quando anima deserit corpus.* *in cap. 8 Job.* Et: * *Mors corporis, migratio quædam est, Sanctis ad meliorem vitam, impiis verò ad pœnas perpetuas.*

(B) *in Psal. 9* *in Psal. 21.* *in Psal. 96.* Unde sit mors, BEDA ait: * *Diabolus author mortis est.* Itē: † *Licet pro peccatis corpora moriantur, corda tamen piorum vivēt, per fidem & bona opera, æternaliter.* Et: * *Dies præsentis vitæ, nō dies vitæ, sed dies mortis dicuntur: quoniam, dum in præsenti vitâ sumus, assiduè peccamus, & peccando morimur. Peccatum enim mors est animæ. Dies verò futuræ vitæ, quando jam mors novissima destructa erit, & aculeus ejus, id est, peccatum; rectè dies vitæ dicuntur: quoniam illos nulla nox adversitatis interpolabit.*

Serm. ad Populum ¶ Animam non mori, BEDA docet: * *Anima nō potest mori: sed cùm exit de corpore, citò moritur corpus. &, antequam* (C) *exeat de corpore, magnū sustinet pavorem: quia videt ante se Michaelem, qui exspectat eam, & propter misera agmina timet exire. Væ illis animabus, quas Diabolus suscipit, & ligat sub laqueo: quia non possunt de ejus laqueo evadere; nisi per eleemosynas & orationes fidelium.*

DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

in cap. 5 Marc. DE vocabulis, inquit BEDA: * *Mos Christianus obtinuit, ut mortui, qui resurrecturi esse non dubitantur, dormientes vocentur.*

li. 4. c. 28 ¶ Quòd resurrecturi simus, docet DAMASCENUS: * *Resurgemus* (D) *ergo animabus iterū conjunctis corporibus, incorruptibilibus factis & exutis corruptionem: & repræsentabimur terribili tribunali Christi.* *in c. eod.* Itèm: * *Credimus autē & resurrectionem mortuorum. Erit enim reverâ resurrectio mortuorum. Resurrectionē autem dicentes, corporum intelligimus resurrectionem. Est enim resurrectio secunda ejus, quod interiit, statio. Nā animæ, cùm immortales sint, quomodo resurgent? Siquidem mortem definientes dicimus esse separationē animæ à corpore: Resurrectio omninò erit, conjūctio rursus animæ & corporis; & secunda iteratáque ejus quod dissolutum fuerit, seritq́ue, pessum, animalis restitutio.* (E) *Ipsum igitur corpus, quod corrumpitur & dissolvitur, idem resurget incorruptibile.*

in Psal. 4 BEDA: * *In Christi resurrectione atque clarificatione, certitudo nobis data est, quòd & resurgemus, & cōglorificabimur: si ipsum tantum Christū imitabimur.* *in Psal. 101.* Item: * *Hæc præcipua virtus fidei nostra est: ut credamus, eum non tantùm mortuum esse, sed etiam resuscitatum; & ut speremus, nos quoque resuscitandos per illum. unde dicit Apostolus.* *Rom. 10. v. 9.* * Si credideris in corde tuo, quia Christus est Dominus; & confessus fueris in ore tuo, quia Deus resuscitavit illum: salvus eris. *in c. 24.* Et: * *Perdidisset Christus fructum passionis, si non esset veritas resurrectionis.* Itèm: (F) *Qui dum palpanda discipulis ossa carnemq́ue præmonstras; apertè statum veræ resurrectionis, quæ in se facta, & in nobis est futura, significat.*

in ca. 9. Eccles. ALBINUS inquit: * *Quod-si & dormierit unus, hoc est, si mortuus fuerit dissolutus, & secum Christum habuerit: calefactus citius reviviscit. & si adversùs hominem robustior in expugnando Diabolus exstiterit: stabit tamen homo; stabit & Christus pro homine suo, pro sodali suo. Homines, donec vivūt, possūt fieri justi: post mortem verò, nulla boni operis occasio eis datur.* *in Psal. 6. pœnit.* Et: * *Spera te resurrecturum, & te futurum omni modo sine peccato. quoniā ille surrexit, qui primus fuit sine peccato.* (G) *in Cant. graduum.* Itèm: * *Arca Christi, Ecclesia est Christi: resurrectio præcessit in capite, quæ secuta erit in membris. ut fiat, quod ipsa Veritas ait:* *Joh. 17 v. 24.* * Volo, Pater, ut, ubi ego sum, & isti sint mecum. Et paulò pōst: *Sicut Christus surrexit in gloriâ, ita & Sancti cum Christo surrecturi sunt in gloriâ.*

lib. 3. c. 6 CAROLUS Magnus inquit: * *Carnis quoque resurrectionem credere & fateri, Christianorum est: non credere verò, Sadducæorum est.* *cap. 24.* Et: * *Sanctis ergo corporibus honorem impendere, magnū est fidei emolumentum: quo præsertim & illi in cœlestibus sedibus cum Christo vivere, & eorū ossa quandoque resurrectura, credūtur.* (H)

in Psal. 1 ¶ Duas resurrectiones ponit BEDA, dicens: * *Duæ sunt resurrectiones: altera prima, altera secunda. Prima est in præsenti, quando aliquis à morte vitiorum, per pœnitentiam, in animâ resurgit. Secunda erit in die judicii, quando boni, per immutabilita-* (A) *tem & impassibilitatem carnis, ita in carne resurgent; ut nec in ipsâ carne aliquid pati possent. Hanc autem secundam resurrectionem nullus habebit, nisi qui primam habuerit. Necesse enim est, ut, qui expers fuerit primæ, expers sit & secundæ.*

ALBINUS ait: * *Per duas naturas in uno Filio Dei, duas fecit Deus Pater resurrectiones humani generis: id est, animarum & corporum.* *Lib. 3. de Trin. c. 18* Et: * *Nunc animarum in Ecclesiâ fit resurrectio; quādo per gratiam Dei vivificatæ, resurgunt à morte iniquitatis. Et hæc est prima resurrectio: quam qui habent, in secūdâ, quæ est cor-* (B) *porum, feliciter resurgent in vitam æternam.* *ibid.* Et: *Resurgent nunc in mente, per Verbum Dei, Filium Dei: resurgent tunc in carne, per Verbum Dei, carnem factum, Filiū hominis. Animas ergo nūc suscitat Deus per Verbum, Filium Dei; ut vivant in Christo. Corpora suscitat Deus in fine seculi per eundem filium hominis, ut æternaliter vivant cum Christo.*

in Cant. grad. ¶ Unde sit resurrectio, ALBINUS ait: * *Custodia matutina est Christus, qui resurrexit: in quo omnes resurrecturi sumus. Ideò ex illa resurrectionis suæ vigiliâ, usque ad noctem. id est, finem Mundi, omnes Sancti sperēt in Domino. Et hæc spes inde certissima est:* (C) *quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemtio. Per illum itaque redemti sumus; per illum resurrecturi sumus.*

in Psal. 6. pœnit. ¶ Quid resurget? ALBINUS: * *Usque ad terminum hujus seculi, nobis in hac spe vivendum est: ut modo resurgamus in animâ, & in novissimo die resurgamus in corpore. Qui verò à morte animæ modò resurgit per Verbum Filii Dei; tunc feliciter resurget in carne, per Verbum Dei, Filium hominis.*

lib. 3 c. 1. CAROLUS Magnus inquit: * *Resurrectionem carnis itàcredimus, ut dicamus, nos in eadem, quâ nunc sumus, veritate membrorum, esse reparandos: qualésque semel post resurrectionem fue-* (D) *rimus effecti, perpetuò mansuros.*

in Psal. 1. ¶ Quales resurrecturi simus, BEDA ait: * *Qui in hac vitâ adventum Domini exspectat patienter tolerando flagella, & à præceptis ejus non aberraverit: ille tandem in resurrectione carnem suam, quæ non potest ei auferri & perturbari, recipiet ità clarificatam, ut neque eā ampliùs amittere, neque perturbari in ipsis possit. Impii, licet resurgant; non tamen recipient carnem suam clarificatam. quia resurrectio eorum nō erit eis ad gloriam, sed ad ignominiam.* *in cap. 6. Marc.* Et: * *Majoris potentiæ futuri sunt Sancti, cùm à mortuis resurrexerint, quam fuēre, cùm carnis adhuc infirmitate gravarentur.* (E) *in ca. 12. Lucæ.* Itèm: * *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.*] *Derident intelligentiam ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant: quasi nos ipsam terrenam materiam, quâ discedente animâ fit cadaver, ita resurrectione reparandā dicamus; ut ea, quæ dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur, quámvis ad corpus redeāt, unde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes, ubi fuerūt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit, quod tam crebra tonsura detraxit; si unguibus, quod toties dēpsit exsectio: immoderata & indecens cogitantibus, & ideò carnis resurrectionem non credentibus, occur-* (F) *rit informositas. Sed quemadmodum, si statua cujuslibet solubilis metalli, aut igne liquesceret, aut contereretur in pulverē, aut confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare: nihil interesset ad ejus integritatem, quæ particula materiæ, cui membro statuæ redderetur, dū tamen totum, ex quo cōstituta fuerit, resumeret. Ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto, quo caro nostra constiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit ad ejus redintegrationem, utrùm capilli ad capillos redeāt, & ungues ad ungues; an, quicquid eorum perierat, mutetur in carnem,* (G) *& in partes alias corporis revocetur: curante artificis providentiâ, ne quid indecens fiat.* *in c. 24 Luc.* Et: * *Quia non, sicut Eutychius Constantinopolitanus episcopus scripsit, corpus nostrū, in illa resurrectionis gloriâ, erit impalpabile, ventis aëreque subtilius. In illa enim resurrectionis gloriâ, erit corpus nostrum subtile quidem, per effectū spiritualis potentiæ; sed palpabile, per veritatem naturæ.* *in cap. 1 Joh.* Itèm: * *In die generalis resurrectionis humani generis mortalis propago cessabit: mortalitas tota immortalitate mutabitur.* *in ca. 11 Marc.* Et: * *Transfiguratus Salvator, non substantiam veræ carnis amisit, sed gloriâ futuræ, vel suæ, vel nostræ resurrectionis, ostendit. Qui qualis tunc A-* (H) *postolis apparuit; talis post judicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore judicandi, & bonis simul & malis, in forma servi videbitur: ut videlicet impii, quem sprevēre; Judæi, quem negavēre; milites, quem crucifixere; Pilatus Herodesque, quem judicavēre, queant agnoscere judicem.*

¶ Omnes resurrecturos esse, BEDA ait:† *Ostenditur una cunctorum, bonorum scilicet malorumq́, resurrectio mortaliũ & hac non juxta fabulas Judæorum, mille annis ante judicium, sed in ipso esse futura judicio.* († in ca. 12. Lucæ.)

¶ Quando futura sit resurrectio BEDA ait: † *Finita sextâ Mundi ætate, revelabitur absconditum sacramentum atq; promissum.* Itẽm: † *Et nos, post sex hujus seculi ætates, in quibus pro Domino pati & laborare gaudemus, ad septimã sabbati animarum, quæ interim in aliâ vita geritur, octava profecto ætate resurgemus.* Et: † *Nos in hac quidem sextâ seculi ætate, pro Domino pati, & velut Mundo necesse est crucifigi: in septimâ vero ætate, id est, cùm lethi quis debitum solvit, corpora quidẽ in tumulis, animas autẽ secretâ in pace cum Domino manere, & post bona oportet opera quiescere: donec octavâ tandem veniente ætate, etiam corpora ipsa, resurrectione glorificata, cum animabus simul incorruptionem æternæ hæreditatis accipiant.* († in cap. 5 Gen. † in cap. 16 Marc. † in cap. 15. Marc. & in cap. 12 Lucæ.)

¶ De effectu resurrectionis, inquit BEDA: † *Signaculum imaginis Dei, per fidem & Baptismi gratiam renovatur. Sed in resurrectione in totum omnimodis restaurabitur: quãdo, sicut ipsum humani corporis lutum reparabitur, ita & anima cum eo pariter vestimento immortalitatis, velut stolâ gloriæ, vestietur. ut, quẽadmodum ipsa gloria in incorruptione immortalitatis, id est, Christus, manet in æternum: ita & ii, qui eâ induti fuerint, gloriosi sine fine permaneat.* († lib. 3. in Job. c. 7.)

ALBINUS inquit: † *Christus non est exaltatus, nisi post mortem: ita nostra exaltatio non est, nisi post mortem quia illius resurrectio nõ fuit, nisi antea moreretur. nec nostra erit resurrectio, nisi antea moriamur.* Itẽm: † *Resurgent & impii, unusquisq; cum sua carne: ut cum Diabolo & angelis ejus puniantur. Utrum sane ipsi cum vitiis & deformitatibus eorũ corporum resurgant, quæcunq; in eis vitiosa & deformia membra gestaverunt, inquirẽdo laborare, quid opus est? Neq; enim fatigare nos debet incerta eorũ habitudo, vel pulcritudo. Hoc certissime sciendum est: quia nemo, nisi per indebitam misericordiam Dei liberabitur; & nemo, nisi per debitum judicium damnabitur.* († in Cant. grad. † lib. 3. de Trin. c. 20)

¶ De abortibus, inquit BEDA: † *Si conceptus moriuntur in utero, necesse est quia vivunt: aut, quicquid moritur, haud dubium quia resurget. & ita, quod in membris fœtus natura minus dederit, hoc in resurrectione in integrum reparabitur.* († lib. 1. in Job. c. 3.)

DE EXTREMO JUDICIO.

QUòd sit futurum judicium, BEDA docet: † *Duo adventus Christi certissimi esse creduntur: alter præteritus, humilis & occultus; quando in carne apparuit, quem Judæi non crediderunt & qui Gentibus profuit (quia cæcitas ex parte facta est in Israel, ut plenitudo Gentiũ intraret) Alterum vero manifestum adventũ, in die judicii, exspectant ipsi Judæi, sicut & nos: in quo etiã impii manifesto cognoscent, Christum esse illum, qui merito justis conferat præmia, & malis inferat supplicia: licet illa confessio non sit eis ad remedium salutis; sed ad cumulũ damnationis.* († in Psal. 9.)

¶ Distinguit Dei judicia. BEDA: † *Duo sunt judicia Dei, per Scripturas insinuata: unum occultũ, alterum manifestum. Occultum judiciũ est pœna, qua nunc unusquisq; hominũ aut exercetur ad purgationẽ, aut admonetur ad conversionẽ, aut, si contempserit vocationem & disciplinam Dei, excæcatur ad damnationem. Judicium autem manifestum est, quo venturus est Dominus judicare vivos & mortuos. Nunc autem dicitur esse tempus, in quo incipiat judicium de domo Domini, id est, de Ecclesiâ, quæ per exercitium præsentium afflictionum ad futura gaudia præparatur.* († in epist. 1. Petr. c. 4.)

ALBINUS: † *Arcus diversicolorus hominibus datus est, utriusq; judicii testis: unius videlicet facti, & alterius faciendi, id est, quia Mundus judicii igne cremabitur, aquâ diluvii non delebitur.* († Quæst. in Gen.)

¶ Quis futurus sit Judex, ait BEDA: † *Christus resurgẽs a mortuis, & in cœlum ascendens, supernã sibi Angelorum multitudinem novus homo copulavit: qui tunc revertitur, cũ nobis jã per judicium manifestatur.* Itẽm: † *Ventilabrũ itaq; Dominus in manu, id est judicii discrimen habet in potestate: quia Pater nõ judicat quenquã, sed judiciũ omne dedit Filio.* Et: † *Pater non judicat quenquã, quia Patris personã hominẽ nõ suscepit, nec in judicio videbitur. Sed sola Filii persona, in ea forma, qua judicata est injuste, juste judicabit vivos & mortuos. Nec enim Filius videbitur in judicio ea natura, qua consubstantialis est Deo Patri: sed in ea, qua consubstantialis est matri, & homo factus est.* († in ca. 12 Lucæ. † in cap. 3 Lucæ. † in cap. 5 Ioh.)

ALBINUS: † *Filius hominis accepit potestatem judiciũ facere, quod judicium in fine erit seculi.* Itẽm: *Neq; enim ad judiciũ vi-* **A** *vorum & mortuorũ Pater ipse venturus est: nec tamen recedet à Filio Pater. Quomodo ergo non ipse venturus est? Quia non ipse indutus est forma servi; nec videbitur in judicio. Videbũt namq; impii, in quem cõpunxerunt. Forma illa erit judex, quæ stetit sub judice: illa judicabit, quæ judicata est. Judicata est enim inique, judicabit juste. Talis apparebit judex, qualis videri possit & ab iis, quos coronaturus est; & ab eis, quos dãnaturus est. Forma ergo servi videbitur: occulta erit forma Dei, qua justis videri solummodò permittitur, ad æternũ beatitudinis præmium.* Et: † *Duos adventus Domini* **B** *nostri Jesu Christi, legimus in Scripturis sanctis à Prophetis esse prædictos: unum misericordiæ, qui peractus est; alterum judicii, qui venturus est.* († lib. 3 de Trin. c. 13 † in cap. 2 Joh.)

CAROLUS Magnus inquit: † *Accepta ergo à Patre potestate omnium, quæ in cœlo sunt & in terrâ, venturus est ad judiciũ vivorum ac mortuorum: ut & justos remuneret, & puniat peccatores.* († lib. 3. c. 1.)

¶ Etiam Apostolos judicaturos. BEDA ait: † *Sedebunt & vos super sedes duodecim. Nemo putet, duodecim tãtũ Apostolos (quia pro Juda prævaricante Matthias electus est) tunc esse judicaturos, sicut nec duodecim sola sunt tribus Israel judicanda. Alioquin tri*- **C** *bus Juda, quæ tertiadecima est, injudicata recedit: & Paulus qui tertius decimus est Apostolus, quia pro Judâ prævaricante Matthias electus est, judicandi sorte privabitur, cum ipse dicat:* † Nescimus, quoniam angelos judicabimus? quantò magis secularia? *Sciendum namq; est, omnes qui ad exẽplum Apostolorum sua reliquunt omnia, & secuti sunt Christũ, judices cũ eo venturos: sicut etiam omne mortaliũ genus esse judicandum. Quia enim duodenario numero, solet in Scripturâ sæpè universitas designari, per duodecim sedes Apostolorũ, omnium universitas judicantiũ, & per duodecim tribus Israel universitas eorũ, qui judicandi sunt osten*- **D** *ditur. Unde notandũ est, quòd duo sunt ordines electorum in judicio futuri: unus judicantiũ cum Domino, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt illũ; alius judicatorũ a Domino: qui non quidẽ omnia sua reliquerunt pariter, sed de his tamen, quæ habebant, quotidianas dati eleemosynas Christi pauperibus curabant. Unde & audituri sunt in judicio:* † Venite benedicti, &c. *Sed & reproborum duos ibi futuros ordines, Domino narrãte, cõperimus. Unũ eorum, qui fidei Christianæ mysteriis initiati, opera fidei exercere contẽnunt, qui in judicio: ...clatur.* Discedite a me maledicti, &c. *alterũ eorũ, qui fidẽ & mysteria Christi, vel nũquã suscepere, vel sus*- **E** *cepta per apostasiam deseruère: de quibus dicit:* † Qui autẽ nõ credit, jã judicatus est. *Qui quoniã nec verbotenus Christum tolere voluerũt; nec verba saltem ejus, quibus coarguantur in judicio, merentur audire: sed ad hoc tantum veniunt in judiciũ, ut cũ eis, qui judicantur peccatoribus, in damnationem mittantur æternam.* († Hom. in Natali S. Benedicti. † 1. Cor. 6 v. 3. † Matth. 25. v. 34. † ibid. v. 41. † Joh. 3. v. 18.)

¶ Omnes judicio sistẽdos, BEDA inquit: *Nullus in die illâ remanebit electus, qui non veniẽt ad judicium Domino in aëra occurras: sive vivens adhuc in corpore repertus, seu de morte jam resuscitatus ad vitam. Veniunt ad judicium reprobi & ipsi: alii in corpore viventes inventi; alii ad vitam a morte suscitati.* **F** *sed ea nimirum distantia: quod justi congregentur in gaudiũ Domini sui; inimici autem ejus, peracto judicio, dissipentur & pereant a facie Dei.* Et: *Nemo sanè arbitretur, eos solũmodò, quibus gratia prædicandi data est; non autem & eos, quibus prædicatum est, ad judicium tunc esse vocandos. Quin etiam sciat, eos quoque, quibus nunquam est prædicatum, ibidem adesse damnandos.* († in ca. 13 Marci. † in ca. 19 Luc.)

¶ Quale sit futurum judicium, docet BEDA: † *In novissimo judicio coronatis justis damnabuntur reprobi; qui eos in præsenti premebant.* Itẽm: † *Et si in hac vitâ electi mala patiantur reproborum, ubi universalis judicii dies apparuerit, omnia mala dissi*- **G** *pabuntur, & coronatis cum Domino justis, soli pœnas subibunt injusti.* Et: † *Sciendum plures diversitates futuras resurgentium. Alii enim ità resurgẽt, ut veniant ad judiciũ: alii, ut non veniãt ad judicium, quia jam judicati sunt. Venientiũ alii judicabũt, alii judicabũtur. Eorũ, qui judicabuntur, alii salvabũtur, alii non.* Itẽ: † *In extremo die meritis singulorũ reddetur, quod debetur: & illa dies transferet Sãctos ad æternã salvationẽ, malos vero ad æternã damnationem.* Et: † *Lumen verbi supra vestri corporis candelabrũ levate; fixa mente retinentes illũ retributionis diẽ, quo illuminabit Dominus abscondita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cor*- **H** *dium. Tunc enim & vos à Deo laus, & adversarios veritatis pœna manet æterna.* Itẽm: † *In extremo judicii die, cũ apertis cœlis, ministrantibus Angelis, consedentibus Apostolis, in sede majestatis suæ Christus apparuerit, omnes hunc & reprobi pariter videbunt: ut & justi de munere retributionis sine fine gaudeant, & injusti in*- († in ca. 14 Prov. † in c. 20. † in Psal. 1 † in Psal. 6 † in cap. 4 Marci. & in cap. 8 Lucæ. † in cap. 9 Lucæ.)

* in ca. 4 — A — *missione supplicii in perpetuum gemant.* Et: * *Post annum sanè Domini acceptabilem, etiam diem retributionis extremæ prædicat, dicens:* * Filius enim hominis venturus est in gloriâ suâ, cum angelis suis; & tunc reddet unicuiq; secundùm opus ejus. (* Matth. 16 v. 27.) Itē: * *In extremo die judicii, omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur: ibuntq; impii, nō solum homines, sed & angeli, qui ad diaboli domum pertinebant, in supplicium æternum; justi autem in vitā æternam.* (* in cap 6 Lucæ.) Et: * *Attēdite, ne æmulemini simulatores: quia veniet profectò tēpus, in quo & vestra virtus omnibus, & eorū reveletur hypocrisis.* (* in c. 12) Itèm: * *Apparēte universali judicio, cœlum & terra transibunt: & sicut in Johannis Apocalypsi legimus, mare jā non erit. Meritò, eodē incumbente judicio, fonitus maris & fluctuum confunditur, terrarū Orbis, prementibus se invicem colonis, rumpitur, maxima cœli luminaria, percussa horrore novo tædiis, turbatam faciē velant. Et quomodo impulsa ad casum arbores fragore motuq; sui præmittere solent indicia: sic termino appropinquante, quasi paventia nutant ac tremunt elementa.* (* in ca. 21.)

¶ De discrimine piorum & impiorum, scribit BEDA: * *Et claudentur in carcere; & post dies multos visitabūtur mali.*] (* in cap 1 Proverb.) *Intelligunt Origenians, quasi, post multa tempora terminati judicii, solvendos ac salvandos dixerit impios. cùm ille econtrario nullam eis salutē tribuat: sed & eos, qui hoc tēpore mortui, præ enormitate vitiorum, claudi merētur in carcere pœnarū, tempore resurrectionis ad modicū visitandos significet tantū: ut, recepti corporibus, in judicio gravius dānentur, & continuò post judiciū, atrocibus perpetuò recludātur in pœnis.* Itē: * *Reprobi, quantò licentius in hac vitâ voluptatibus propriis, velut liberi, dimittuntur; tantò lōgius in futuro a divina visionis gloriâ projiciuntur.* (* Quæst 30. in l. 6 Regum.) Et: * *Homo nō habens fidē in Christo, (sicut & gētes, quæ ignorant Deū) cùm mortuus fuerit, non renatus per Baptismū, vitâ hac etiā destitutus, & præsenti delectatione nudatus, & consumptus interitu: sine dubio sententiā æternæ dānationis excipiet.* (* lib 1. in Iob c. 14.) Itèm: * *In judicio, quando impius cōdēnandus est, non solùm cogitationes cordis ejus; verum etiā principia imperfectarum cogitationū Deo pondenda sunt, atq; clarius luce manifestāda.* (* li. 3. c. 3.) Et: * *Videbo, id est, cognoscam, quæ nunc impedita* (Ecclesia) *carnalibus videre nō possū: scilicet, quòd tu Deus, qui in præsenti videris velle iniquitatem, quia pateris malos permisceri bonis; non tamen vis iniquitatem. quod ostendes tunc manifestè, quando agnos ab hœdis separabis.* (* in Psal. 5.)

ALBINUS inquit: * *Nequaquam pari exitu injustus & justus judicabitur: quia hic ad refrigeria; ille pergit ad pœnā.* (* in cap. 2. Eccles.) Itèm: * *In consummatione Mundi, in maturas segetes messores venire jussurus est: ut separetur triticum, & in horreū cœlestis regni condatur. lolium autem æterno tradatur incendio.* (* in ca. 5.) Et: * *Cùm judicii tempus advenerit; quicquid a nobis gestum est, stabit sub judice, & ancipitē Domini sētentiā exspectabit: & unusquisq; recipiet pro opere suo, sive mali q̄d gesserit, sive boni, judicii æqitate permāsura in æternū.* (* in ca. 12.)

¶ Quando futurum sit judiciū, ait BEDA: * *Diē judicii quidam errores octavā vocaverunt; quantum ad septē millia annorum, quæ ab Adā inceperunt: quibus quasi septē diebus finitis, procul dubio diē judicii sequi dixerunt; & sic se & alios certos de illâ die fecerunt. Sed incōveniens tamē oritur. Scriptura enim falsificatur, quæ dicit.* * Non est vestrum, nôsse tēpora. *& rursus:* † De horâ autē illâ, &c. *Sed cum Filium nulla occulta Patris lateant, sciendum est: quod diē illā, quantum ad se, non ignorat: sed tamen dicitur nescire, quia discipulos suos, quibus multa alia revelavit, illam nescire fecit. sicut dicitur:* * Tēṫat vos Dominus, ut sciat; *id est, ut vos scire faciat. Remotâ autē illa temerariâ computatione, dies judicii potest optimè octava vocari, hac ratione: quia transactis hisce temporalibus rebus, quæ per septenariū numerum dierū volvuntur, & ideò pro septē diebus accipiūtur, sequitur illa dies octava, id est, dies judicii: in quâ anima, adeptâ æternitate, nihil jā debebit tēporis vel mutationis. Alio etiā modo octava dicitur; scilicet quātum ad sex dies, per quos labor hujus vitæ intelligitur, & quibus Dominum laborasse legitur: & quantum ad septimū diē, id est, ad requiem illā, in quâ justorum animæ, qui mortui sunt post, exspectant cōmunem resurrectionē, ut geminam stolā immortalitatis ibi recipiāt. quâ exspectatione finitâ, cū sex prædictis diebus, id est, cum labore hujus Mūdi, procul dubio sequitur dies octava, id est, dies judicii.* (* in Psal. 6.) (* Act. 1. v. 7.) († Matth 24 v. 36.) (* Deut 13. v. 3.) Et: * *Sex sunt hujus seculi ætates, notissimis tēporum distincta articulis, in quibus pro Deo laboribus insistere, & pro adipiscēda requie sempiternâ ad tēpus operari, necesse est. Septima est ætas, non in hac, sed in alia vitâ, quiescentium usq; ad tempus resurrectionis animarum. Octava autem ætas, ipsa est dies resurrectionis, sine ullo temporis fine beata. Quando vera omnimodo circumcisionis gloriâ coruscante, non ultra corpus, quod corrūpitur, aggravat animam, non terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem: sed corpus jam incorruptibile lætificat animam, & sublevat cœlestis inhabitatio totum hominem, visioni sui conditoris inhærentem. Cujus æternæ diei beatitudinem Propheta in Psalmo exponit:* * Qui redimit de interitu vitam tuam; qui satiat in bonis desiderium tuum. (* Hom. de circumcisione.) (* Psal 103 v. 4) Itèm: * *Sicut ex fructu arborum ventura æstas agnoscitur; ita ex ruinâ Mundi prope esse cognoscitur regnum Dei. Bene autem regnum Dei æstati comparatur. quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, & vitæ dies æterni Solis claritate fulgescunt.* (* in ca. 21 Lucæ) Et: * *Horam verò ultimam Dominus noster idcirco nobis voluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta: ut, dum illam prævidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur.* (* in c. 12) Itèm: * *Exstitere nonnulli, qui curricula computantes ætatum, certum se consummationis seculi annum, diem & horam, dicerent invenisse. contra authoritatem Domini, dicentis:* * Non est vestrum, nôsse tempora vel momenta. (* in ca. 17) (* Act 1. v. 7.) *Secundus Salvatoris adventus, non in humilitate, ut priùs; sed in gloriâ est & majestate futurus. In aëris medio discrimen geretur; teste Apostolo, qui ait:* * Simul rapiemur cum illis in nubibus, obviā Domino in aëra. (* 1 Thess 4 v. 17.) *Si autē Dominus in judicio sicut fulgur apparebit: nullus tunc in sua mēte latère permittitur; quia ipso judicis fulgore penetratur. Non ergo ejus ventutis tempus, aut locus, potest a mortalibus observari; qui fulguris instar, omnibus coruscus videlicet & repentinus, adveniet.* Et: *Subitum adventûs sui diē, plurimis affirmat exemplis Christus. Nam quem fulguri citò omnia transvolantis comparaverat, eūdem diebus Noe, vel Loth, quādo repentinus mortalib. supervenit interitus, æquat.*

ALBINUS ait: * *Quædam signa, quæ ipse Dominus in Evangelio ante finem Mundi futura esse prædixit, transacta leguntur; quædam verò imminentia quotidie sentiuntur. Quædam itaq; necdum acta sunt; sed futura esse certissimè creduntur.* (* lib. 3 de Trin. c. 19) Itèm: * *De die & hora nemo scit, neq; Angeli in cœlo neq; Filius; nisi Pater. Hoc genere locutionis nescire dicitur Filius; quia nescientes facit, quod utile illis sunt nescire: id est, quod non ita sciebat ut eos scire fecisset. quia utile illis fuit, diem judicii nescire, q̄ scire: ut semper parati essent & vigilantes, dum, quâ horâ dies Domini quasi fur veniret, paratos inveniret eos.* (* li. 2. c. 12.)

¶ De fine judicii, inquit ALBINUS: * *Christus, peracto in hominis forma judicio, novissimè ad visionem nos divinæ majestatis sublimiter introducet; atq; arcana nobis regni cœlestis mirabiliter enarrabit.* (* in cap. 1 Ioh.)

DE INFERNO.

DAMASCENUS scribit: * *Repræsentabimur terribili tribunali Christi. Et tradentur Diabolus & dæmones ejus, & homo ejus, id est, Antichristus, & impii peccatores, in ignem æternū: non materiale, qualis est apud nos, sed qualem novit Deus.* (* li. 4. c. 28.)

¶ De duplici Gehennā, BEDA inquit: * *Duplex ostenditur gehenna, id est, nimii frigoris, & intolerabilis esse fervoris. Cui beati Job sententia consentit, dicentis:* * Ad calorem nimium transibūt ab aquis niviū. (* in cap. 13 Lucæ.) (* in c. 24 v. 19.) *Vel certe stridor dentium prodit indignantium affectū: eò quòd sero unumquemq; pœniteat, sero ingemiscat, sero irascatur sibi, qui tam pervicaci improbitate deliquerit.*

¶ Ubi sit Infernus, ait BEDA: * *Sub terrâ, id est, inferioribus terræ, ubi Inferi esse perhibentur: unde & ipsi Inferi nominati sunt.* (* lib 2 in Iob. c. 9.) Et: * *Proinde novetimus, quia loca infernalium ergastulorum, secundùm fidem Scripturarū, inter immensas abyssi aquas sint cōstituta.* (* lib. 3. c. 1) Item: * *Quod autē Infernus in imo terrarū sit; Jonas propheta, qui specialiter figurā habuit Salvatoris, in oratione suâ, quam in ventre piscis fudit ad Deum, manifestè demonstrat: quod q; Infernū abyssi aquæ circumvoluant.* (* cap. 7.)

¶ Qualis sit, idem BEDA ait: * *Igitur salvabit te de ore angusto latissimè.*] (* lib. 1. in Iob. c. 3.) *Hoc in loco Infernorum habitacula ab Heliu describuntur; quæ, pro immensâ capacitate sui, fundamentum non habeant. Ad quorū tamen fundamenta, in Prophetis legimus,* * *Luciferum, qui mane oriebatur, depositum; multitudinem quoque Regum, & populos innumerabiles gentiū plus miserū. Sicut dicit Scriptura:* Qui descenderunt ad fundamenta loci. (* Esai. 14.) Et: * *Ignē gehennæ bivariâ ratione inextinguibilem vocat: id est, quia neq; ille perpetuò possit extingui, neq; eos, quos cruciat, unquā extinguitur, sed immortalis (ut ita dixerim) sit morte plexurus ad distinctione videlicet illius sacratissimi ignis; quo electos Christi baptizandos esse præmiserat.* (* in cap. 3 Lucæ.) Itèm: * *Sepultura Inferni est pœnarum profunditas.* (* in ca. 16)

quæ superbos & immisericordes post hanc vitã vorat. Notandum valdè est, quòd fit quòd Dives, in igne positus, linguã suã refrigerari petit. Superius autẽ hunc superbũ divitẽ Dominus non loquacitati vacãtem dixerat; sed superfluè convivantem. Neq; hunc de loquacitate narravit; sed cum elatione & tenaciâ, & edacitate peccasse. Sed quia abundare in conviviis loquacitas solet; is, qui hîc malè convivatus dicitur; apud inferos graviùs in linguâ ardere perhibetur.

† lib. 3. de Trin. c. 21.

ALBINUS ait: † *Quando extremi judicii ventilabrũ discernet frumentum à paleis; unusquisq; secundum modum meritorũ, aut dãnabitur, aut coronabitur. Quidã videlicet, juxta peccatorum qualitatẽ, mitiùs torquentur; qui minorum scelerum põdere gravantur. Sunt etiã & Sanctorum merita diversa, quorũ quisq; secũdũ meritorũ magnitudinẽ, æterna recipiet præmia beatitudinis. Quod ipse Dominus in Evangelio significabat, dicens:* † In domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Sed nemo in illis, alicujus lætitiæ, vel beatitudinis, sentiet detrimentũ: quia unicuiq; sufficiet, quod accipiet: quia Christus erit omnia in omnibus.*

† Joh. 14. v. 2.

¶ Pœnas inferni fore æternas, docet BEDA: † *Inferus tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: similiter & intẽtiones eorum, qui humana sapiunt, insatiabiles sunt in desiderio peccandi. Qui & ideò sine fine pœnas luunt: quia voluntatem habuerant sinè fine peccandi, si naturam haberent sine fine vivẽdi.*

† in ca. 24. Prov.

DE VITA AETERNA.

† in ca. 16. Lucæ.

DE appellationibus ait BEDA: † *Sinus Abraham, requies est beatorum pauperum; quorum est regnum cœlorum, quo post hanc vitam recipiuntur.*

† in Psal. 88.

¶ De duplici generatione, idẽ ait BEDA: † *Duæ sunt generationes: altera, quâ hîc generamur, altera, quâ regenerabimur in resurrectione. Et in utraq; prædicatur Christus: in hac quidẽ, ut credatur; in altera verò, ut videatur. Et in hac sedes ei præparatur: quia, si in nobis non sederet, nos non regeret. Si ab ipso non regeremur, à nobis præcipitaremur. Et ideò in hac generatione sedet in nobis regnans: sedebit etiam in nobis in regeneratione, quia in æternum regnabit in Sanctis suis.*

† in cap. 2 Ge.

¶ Unde sit vita æterna. BEDA docet: † *Quomodo vivamus: si ad hoc in Christo non renovamur, quod prius in Adam eramus?*

† in cap. 4. Eccles.

ALBINUS: † *Nisi igitur nobiscũ Christus dormierit, & in morte requieverit: calorem æternæ vitæ accipere non valemus.*

† lib. 3. c. 6

CAROLUS Magnus: † *Vita quoq; futuri seculi ab ipso nobis Domino pollicetur, & pene in omnibus sanctarum Scripturarum oraculis prædicatur: quippe cum sinè ea carnis resurrectio nil valeat, & ob eam adipiscendã, totius nostræ religionis desudet intẽtio.*

† lib. 2. c. 1.

¶ Quomodo sit æterna, ait DAMASCENUS: † *Dicũtur Secula seculorũ, secundũ id, quòd hujus Mundi septẽ secula sunt; multa secula videlicet, hominũ vitã continentia: & seculũ unũ, omniũ seculorum contentivũ est: & Seculũ seculi dicitur, præsens & futurum. Aeterna autẽ vita, & æternũ suppliciũ quod fine sine futurũ seculũ ostẽdũt. Neq; n. post resurrectionẽ, tẽpus dieb. ac noctib. numerabitur. Erit magis una dies sinè vespere, sole justitiæ perspl ẽdide justis illucescẽte: peccatorib. autẽ nox profũda, intrãsibilis. Quo pacto ergo tũc mille annorũ restitutionis Origenistarũ numerabitur tẽpus?*

† in ca. 33 Exo.

¶ Quales nos simus futuri, BEDA exponit: † *Quamvis usq; ad claritatem angelicam, humana natura post resurrectionẽ proficiat; tamen videre illius essentiã plenè non valet: quam nec ipsa perfectio angelica, veluti est, integrè ferè attingit.* Itèm: † *Stella à stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum.* Et: † *Septima est in illo seculo ætas, requietionis animarũ carne exsutarum; in quâ Beati tempus illud glorificum, quando resurgere mereantur, exspectant.* Itèm: † *Surgẽt filii Ecclesiæ, videlicet omnes electi, in novissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suam, quæ eos ex aquâ & Spiritu sancto Deo genuit, beatissimam prædicabunt; quæ nunc ab infidelibus quasi misera contemnitur.* Itèm: † *Non pristinum corpus animale, in quo fuit Adam, sed in corpus spirituale, cũ erimus æquales angelis. Renovabimur autem spiritu mẽtis nostræ, secundùm imaginem illius, qui creavit nos, quã peccando Adam perdidit. Renovabimur autem etiam carne, cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatẽ, ut sit spirituale corpus: in quod nondum mutamur; sed mutatus fuisset Adã, nisi mortem corporis peccãdo meruisset.* Et: † *Laboramus, quamdiu in hac vitâ subsistimus. Per hanc enim, in fide & operibus, in præsenti & in futura vitâ perfecti invenimur; quando devictâ morte erit Deus omnia in omnibus. Tunc sancta tangemus; & in sanctuarium ingrediemur: cùm venerit, quod perfectum est, & non per speculũ,*

† in ca. 14. Deut.
† lib. 4. in Sam. c. 10.
† in ca. 31. Prov.
† in cap. 2 Gen.
† in cap 12 Levit.

A *sed facie ad faciem, superna contẽplabimur.* Itèm: † *Quos in præsenti pauperes & humiles spiritu propter se facit; eosdem in futuro ditat in se, & sublevat.* Et: † *Tũc ab omnibus superfluis, vel actibus, vel verbis, vel cogitationibus, bene emũdabimur, cũ fit Deus omnia in omnibus. In quo ipsã efficitur munda mater, quæ genuit masculum. Purgat à namq; intùs carne, & resurrectionẽ suscipiet is, qui masculũ & viriliter egit; nihil in se fœmineum aut molle habens.* Itẽ: † *Per clarificationẽ resurrectionis & incorruptionis, Angelis eos coæquavit.* Et: † *Dominus, quãdo nõ cognoscitur, tãdẽ cogno-*

B *scetur vere esse Dominus: cũ manifestè dabuntur impii in tenebras exteriores.* Itẽ: † *Est quædã cœlestis regio Angelorũ, in quâ est vita ineffabilis & gaudiorũ, ubi immortalitas & incorruptio vigẽt, & ubi omnia, per donũ & per gratiã Dei, immutabiliter permanẽt.* Et: † *Trãsactâ varietate tẽporaliũ rerũ, in quibus septenarius numerus accipitur, quia per septẽ dies volvuntur, tunc incipiet octava dies, quam nox nunquã interpolabit: id est, tũc manifestè apparebit in veritate, vera salvatio illa, quâ nũc per adventũ Domini requiescimus in spe. Unde dicit Apostolus:* * Spe facti salvi sumus. Itẽ: † *Quia duas vitas habemus: alterã, in quâ sumus, alterã, quã spera-*

C *mus. Et, si patiẽter toleramus illam, in quâ sumus, perveniemus ad illam, quam speramus. Non noveram, nisi hominem nasci & mori: resurgere autem, & in æternum vivere, non noveram. Accepit ipso, quod ego noveram; & demõstravit mihi, quod ego non noverã, id est, resurrectionem.* Et: † *Regnum Dei bonum nostrũ est, & hoc appetendum, & ibi finis constituendus; propter quod omnia faciamus, quæcunq; facimus. Sed quia in hac vitâ militamus, ut ad illud regnũ pervenire possimus; quæ vita sine his necessariis agi non potest: adjiciẽtur hæc vobis, inquit, sed vos regnũ Dei quærite.* Et: † *Gloriam Trinitatis, quam in Baptismo credentes confitemur, in*

D *resurrectione videntes collaudabimus. Qui nunc simplici corde fidẽ, quam percepit, servat: tunc luce apertâ visionis, quod crediderat, contemplabitur, ipsâq; quâ illustrabitur, in perpetuũ gratiâ protegetur.* Et paulò pòst: *Cùm fieret vox super Filiũ, inventus est ipse solus: quia, cùm manifestaverit se electis, erit Deus omnia in omnibus, imò ipse cũ suis unus per omnia Christus: id est, caput cum corpore splẽdebit.* Itèm: † *Si in resurrectione nõ nubẽt, neq; nubẽtur: resurget ergo corpora, quæ possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore, & his rebus, quæ mẽbra nõ habẽt genitalia; quia nõ nubãt, neq; nubantur: sed de iis, qui cùm possint nube-*

E *re; tamẽ aliquâ ratione nõ nubant. Quòd autẽ infertur,* Sed sunt sicut angeli in cœlis, *spiritualis repromittitur cõversatio. Sunt. n. sicut angeli in cœlis; qui gloriâ resurrectionis innovati, absq; ullo mortis metu, absq; ullâ labe corruptionis, absq; ullo terreni status actu, perpetuâ Dei visione fruuntur. Ad quam necesse est angelicæ dignitatis æqualitatem, quisquis ascendere desiderat, nunc minimis fratribus piè agendo condescendat.* Et: * *In futuro seculo illi, qui per sex hujus seculi ætates bona fecerunt, in septimâ ætate malorum tãtummodò, nõ autẽ & bonorum, sunt ferias habituri.* Itẽ: † *Christus se transfiguraturus, tres solũmodò secũ discipulos ducit: vel quia multi sunt vocati, pauci vero electi: vel quòd ii, qui nunc*

F *fidem, quâ imbuti sunt, sanctæ Trinitatis, incorruptâ mente servaverint; tunc æternâ ejus merentur visione lætari.* Et: † *O quãta felicitas, deitatis visionis inter Angelorum choros adesse perpetuò' sit: antum transfigurata Christi humanitas, duorumq; societas Sanctorum ad punctum visa, delectet, ut eos, ne discedant, etiã Petrus obsequio sistere velit: qui etsi, præ stupore humanæ fragilitatis, nesciat quid dicat; insiti tamen sibi dat affectùs indicium. Nesciebat enim, quid diceret: qui oblitus est, regnũ Dei Sanctis à Domino, non alicubi terrarum; sed in cœlis esse promissum.* Itẽ: † *Illa erit*

G *revelatio, tanquam vera Galilæa; cum similes ei erimus: ibi eum videbimus, sicuti est. Ipsa erit etiã beatior transmigratio, ex isto seculo in illã æternitatem: si ejus præcepta sic amplectamur, ut ad ejus dextram aggregari mereamur. Tunc enim ibunt sinistri in cõbustionem æternam, justi autẽ in vitam æternam. Hinc illuc trãsmigrabunt, & ibi eũ videbunt, quomodo nõ vident impii. Tolletur enim impius, ne videat claritatẽ Domini: & Impii lumen non videbunt. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te unum verum Deum; & quem misisti Jesum Christum: sicut in illâ æternitate cognoscitur quò suos perducet per formam servi, ut eum liberi cõ-*

H *templentur per formam Domini.* Et: † *Hæc est nostra civitas & patria, requies videlicet beata & cœlestis animarum: ad quam in fine seculi nascentis, exordio à Deo Christo creati; ad quam ab homine Christo sumus in fine seculorum recreati.* Itẽ: † *Perfecta pax non erit, nisi cũ corpus nostrum, cujus exspectamus redemtionem,*

† in Sam. cap. 4.
† in ca. 12. Levit.
† in Psal. 56.
† in Psal. 9.
† in Psal 85.
† in Psal 11.
* Rom. 8. v. 24.
† in Psal. 8.
† in ca. 12. Luc.
† in ca. 9. Marc.
† in ca. 12
† in cap 3 Marc.
† in ca. 9.
† ibid & in c. 9. Lucæ.
† in c. 16.
† in cap. 2 Lucæ.
† in cap 4

induerit

A induerit immortalitatem: quod nondum adipiscendo gloriamur, sed sperando jam pascimur. Et: * Excitati ad gloriam Sancti, cò verius majestatem Domini videbunt, quò etiam sua carnis, in quâ mortem viderant, immortalitate gaudebunt. Tunc Mosen & Heliam speculabuntur in gloriâ: quia melius intelligent, quomodo jota unum aut unus apex non praeterierit à lege: nec Dominus, solvere Legē vel Prophetas, sed adimplere, advenerit. Itèm: * In illa itaq; vitâ aeterna, ubi nos semper speramus futuros, & nomina Dei sanctificatio, & regnum ejus, in nostro spiritu & corpore, perfectè atq; immortaliter permanebunt. Et: * Ad plenitudinem angelicam, per corporis etiam immortalitatem perficietur Ecclesia. Itèm: * Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: id est, si quis meae incarnationis sacramento perfectè incorporatus, mea divinae majestatis visione frui meruerit; hic perpetua vita immortalis beatitudine gaudebit. Et: Cùm ergo beatitatem illam obtinuerimus, nostra erunt ad vivendum superiora; nostra erunt ad vivendum aequalia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Item: * Justi in tormentis semper intuentur injustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt, quod misericorditer evaserunt: tantoq; majores ereptori suo gratias referunt; quantò evidentiùs vident in aliis, quid ipsi perpeti, si essent neglecti, potuerint. Quia, qui creatoris sui claritatem vident; nihil in creatura agitur, quod videra non possint. Et: * In illâ beatitudinis gloriâ, de quâ Propheta suspirans ajebat; * Quia melior est dies una in atriis tuis super millia: tenebrarum interruptio nulla est; nulla saltèm memoria miseriae vel doloris (quae prima abierunt) lucem perpetuae pacis obnubilat. Itèm: * Sanctos secum futuros Christus asseverando, reprobos nimirum à suâ visione secernendos, & ideò non alibi, quam cum Diabolo damnandos, insinuat. Ubicunq; ergo fuerit Dominus corpore; illo congregabuntur electi: qui, ejus passionem humilitatemq; imitādo, tanquam de ejus carne saturantur; quorum, per resurrectionem, ut aquila renovabitur juventus. Et: * Omnes illi, quorum Dominus est Deus, vivunt et; vitâ utiq; verâ: quâ justi vivunt, etiam quādo corpore moriuntur. De qua alibi Dominus ait: * Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet. Item: * Vita est, esse cum Christo quia, ubi Christus; ibi regnum. Et: * Christus, peracto in hominis formâ judicio novissimo, ad visionem nos divinae majestatis sublimiter introducet; atq; arcana nobis regni coelestis mirabiliter enarrabit. Sancta individua Trinitatis gloriam manifestabit hominibus: cum, post universale judicium, omnes pariter electos ad visionem claritatis suae inducet. Itèm: * Post resurrectionem, universali expleto judicio, Sancti, jam incorruptibiles facti, ad contemplandum perpetuò speciem divinae majestatis, cum bonorum operum muneribus intrabunt.

* in cap. 9. * in c. 11. * in cap. 13 * in c. 14. * in cap. 16 * in c. 17. * Psal. 84. v. 11. * in ca. 17 Lucae. * in c. 20. * Joh. 11. v. 25. * in c. 23. Lucae. * in c. 1. Joh. * in cap. 2.

APONIUS ait: * Ubi nullus turbidarum cogitationum clamor; nullis desideriis distentantur: adulteris in eâ nulla subreptio, nulla pervagatio oculorum; ciborum nulla concupiscentia, transcendit certum terminum constitutum: sed sola ibi pax justitia, ibi solum silentium cultus justitiae requiescit; ubi, Domino praesente, nihil aliud praeter divinos apices, motu labiorum ruminando, imbuuntur. Et: * Sunt testimonia in veteri Testamento legis, quae Christum, humani generis redemptorem probant venturum, advenisse, iterum adventurum in gloriâ. Ponamus igitur, Legem divinam latissimum esse palatium; in quo rex inhabitat Christus. Sermo omnipotentis Dei Patris: ubi ad aeternam militiam introducuntur credentium animae, ubi tùm omnes, qui introducuntur, uni militent Regi: tamen, quantò quis meliùs ministraverit, tantò gradum sibi magis bonum acquirit, ex multâ [illegible] lateribus Regis conjunctus.

* lib. 2. in Cant. * lib 3.

ALBINUS ait: * Qui poenitentiam egerunt, illi misericordiâ vitam merentur sempiternam: quia rectam spem & fidē in Deo habent, ipsosq; misericordia Dei circumdat: ut non sit relictus locus, unde possit ad eos Diaboli hostilitas introire. Itèm: * Modò omnia in aenigmate cernuntur, & ex parte intelliguntur: donec perfecta veniat scientia; quae in hoc mortali corpore esse non poterit. Et: * Quamdiu in hoc seculo sumus, tempus est belli: cùm migraverimus autem de hoc seculo, pacis tempus adveniet. In pace est jam Dei: & civitas nostra Hierusalem, de pace sortita vocabulum est. Nemo ergo nunc se putet esse securum, in tempore belli, ubi certandum est, & apostolica arma tractanda: ut victores quondam requiescamus in pace. Itèm: Nunc flendi tempus est; & in futuro ridendi. Domino dicente: * Beati flentes; quoniam ipsi ridebūt. Et: * Melior est consummata justitia, quàm inchoata.

* in Psal. 2 poenit. * in c. 1. Eccles. * in cap. 3. * Luc. 6. v. 21. * in cap. 7 Eccles.

Illa victoriā praestat, ista certare incipit. Hic enim ex parte cognoscitur: cū autē venerit, quod perfectum est; non erit necesse illud, quod ex parte est. Itèm: Haec sapientia mortaliū parva est ad illā, quae Sanctis datur in futuro regno Dei. Et: * Dicit, diei septimo ideò benedictum, ipsumq; sanctificatū esse: ut ostenderet, requiem, post sex hujus seculi aetatum labores, in aeterno sabbato, & benedicta requie quieturam. Ideoq; illā diem sine vesperâ legi: quòd ultima requies Sanctorū sempiterna est. Itèm: Homines perfecti hic dicuntur non sicut perficiendi sunt Sancti in illâ immortalitate, B quâ aequabuntur Angelis Dei: sed sicut esse possunt hac in peregrinatione perfecti. Et: Angelorum populo, vel sanctarum animarū, apponuntur; qui hanc vitam placentes Deo finiunt. Itèm: * Misericordiae tēpus hic est omni hominis, modò poenitenti. In futuro verò judicio tēpus erit justitiae, ubi unicuiq; reddetur secundùm opera sua. Et: * Quod nunc spei dulcedine habemus, tunc rei veritate tenebimus. Item: * Ad veram & sempiternā beatitudinem nisi per fidem catholicae pacis, cooperante charitate Dei & Proximi, neminem pervenire posse, certissimum est. Et: * Deus ideò dicitur in coelis habitare: quia major agnitio est in coelis, illius summae majestatis & essentiae, in Angelis, vel in sanctis animabus Sanctorū, C quàm in terrâ habitantibus Sanctis, propter gravitatem carnalis habitationis: quae vix permittit, animā ad puram veritatis lucē evolare. Sicut dicitur: * Corpus, quod corrūpitur, aggravat animā; & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Cum igitur exsuta erit anima hac mortali habitatione, & serena reddetur perpetuò: tunc videbit facie ad faciē; quod nunc per speculum in aenigmate considerat. Itèm: * Quatenus usque ad aequalitatem angelicā, humana, post resurrectionē, natura proficiat; & ad contemplandum Deum glorificata consurgat: videro tamen ejus essentiam plenè non valet, sed unicuiq; Sanctorū, D ad sua sufficientiā beatitudinis, manifestabitur gloria ejus. Et: * Quae est autē vita aeterna; nisi illa visio, quae nō conceditur impiis? Itè: * Licet in futuro regno mansiones diversae sint propter merita Sāctorū diversa: tamen, quicunq; in eo regno erit, beatus erit, & sufficiet sibi, quod habuerit; & in eo gaudebit, quod possidet. Et: * Modò omnia in aenigmate cernuntur, & ex parte intelliguntur: donec perfecta veniat scientia; quae in hoc mortali corpore esse non poterit.

* Quaest. in Genes. * in Psal. 4. 5 poenit. * in Psal. 6. poenit. * lib. 1. de Trinit. [illegible] * lib. 2. c. 5. * Sap. 9 v. 15. * lib. 2. de Trin. c. 16. * in c. 5 Jo. * in cap. 1 * in cap. 1 Eccles.

CAROLUS Magnus inquit: * In eâ vitâ vivit Dominus, E quam nec initiū cepit; nec mutabilitas movet, nec finis intercipit. Et: * Coelestis Hierusalem, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, vel caeterorum fidelium agminibus constructa est: de cujus beatitudine penè innumerabilia poterant dici. In hac civitate, imagines impiorū ad nihilum redigentur: quia illorum adspectus divinis non poterit apparere conspectibus: sed sicut posuerunt in se imaginem Domini, in praesentis vitae periculo, ita in coelesti Hierusalem illorum non apparebit imago, qui aeterno quidem mancipabuntur incendio. Itèm: Domine, in civitate tua imaginem illorum ad nihilum redigeris videlicet, qui in se tui characterem decus malis operibus F inquinaverunt, illorum facies in tuâ civitate non videantur: in qua est aeterna felicitas summa beatitudo, perpetuum gaudium, in cujus palatiis regnat Rex, cujus regni non erit finis: cujus subsellia Patriarcharum senatus resplendent, cujus curia Prophetarum rutilat cuneis, cujus moenia Martyrum numerosâ militiâ exornantur; cujus porta Apostolicis decorantur coetibus, cujus plateae redundant Virginum choris, cujus domicilia Confessorum plena sunt legionibus: quae non indiget Sole; quia Dominus lux ejus est: per cujus omnes vicos Alleluja cantatur.

* lib. 1 c. 1. * lib. 2. c. 5

G ¶ De novo coelo & terrâ, inquit BEDA: * Sed apertâ ratione coelum & terra, per eam, quam nunc habent, imaginem, transeunt: attamen per essentiā sint sine subsistūt. Praeterit enim figura Mundi hujus. Et ad Johannē Angelus: * Erit, inquit, coelū novū, & terra nova. Quae quidē non alia condenda sunt, sed haec ipsa renovāda. Coelū ergo & terra, & trāsit, & erit: quia & ab eâ, quā nunc habet, specie, per ignē tergitur; & tamen in suâ semper natura servatur. Quādo dicit Christus, * Nō est vestrū, scire: ostēdit, quòd ipse sciat; sed nō expediat nosse Apostolis: ut, sēper incerti de advētu judicis, sic quotidie vivāt; quasi die illa judicādi sint.

* in cap. 10 Marci. * Apoc. 21. v. 1. * Act. 1. v. 7 * in Ps. 6.

H ¶ Contra Purgatorium BEDA loquitur: * Post separationem corporis & animae, nemo memor sui efficitur, cum suâ utilitate: id est, nemo, qui in hoc seculo de peccatis suis non compungitur, postquam mortuus est, utiliter compungitur. Quia hic tantum locus est misericordiae; post hoc seculum, tantum

locum est justitia. Et:* *Finita hac vitâ, in qua tantùm licet operari, nequaquam ultra bonæ conversationis fructum, ligone devotæ compunctionis, licet inquirere.* Item:* *Neq; tunc cuipiam libet anima immeritò terretur; quando post pusillum hoc invenit, quod in æternum mutare non possit.* [* in cap. 16. Luc.] [* in cap. 21]

ALBINUS, licèt alicubi Purgatorium asserat; (id quod Beda etiam facit) tamen aliàs contradicit, ut:* *In hoc Mundo propriè confessio dicitur, ubi & venia reperitur.* Et:* *Homines, donec vivunt, possunt fieri justi: post mortem verò, nulla bonis operis occasio eis datur.* [* in Psal. 1 pœnit.] [* in c. 9 Eccles.]

DE PHILOSOPHIA.

BEDA ait:* *Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus literis omnimodè æstimat prohibendos, quibus ubilibet inventa utilia, quasi sua, sumere licet. Alioquin nec Moyses & Daniel, sapientiâ vel literis Ægyptiorum Chaldæorumq; paterentur erudiri: quorum tamen superstitiones, simul & delicias horrebant.* Et paulò pòst: *Neq; enim aliam ob causam putandum est, Mosen vel Danielem sapientiam voluisse discere secularem, quam ut cognitam destruere melius & vincere possent.* [* lib. 2. in Sam. c. 9.]

¶ De abusu Philosophiæ BEDA inquit:* *Allegoricè, flumina Ægypti erratica & lubrica Philosophorum sunt dogmata, quæ cum parvulos sensu ac intelligentiâ deceperunt; ubi crux Christi Mundo huic lumen veritatis infudit, necis illarum pœna & reatus sanguinis exigitur.* Item:* *Philosophi, habentes facundiam & scientiam mundialem, divites nuncupantur. Hi cùm in die resurrectionis fuerint suscitati, nihil remedii, quo salventur, invenient.* Et:* *Secularis sapientia, quasi coluber per humum serpit; divina autem de cœlestibus intonat.* Et:* *Siliquæ, quibus porcos pascebat, sunt doctrinæ seculares, sterili suavitate resonantes, de quibus laudes idolorum, fabularumq; ad Deos gentium, vario sermone atq; carminibus percrepant; quibus dæmonia delectantur. Unde, cùm iste saturari cupiebat, aliquid solidum & rectum, quod ad beatam vitam pertineret, invenire volebat in talibus, & non poterat.* Et paulò pòst: *Fame pereunt, qui sine fide viventes, vitam beatam inanis Philosophiæ studiis inquirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, verbo Dei, quo mentem reficiat, assimilatur: ita siliqua, quæ & ipsa intus inanis, foris mollis est, & corpus non reficit, sed implet, ut sit magis oneri, quam usui: secularis sapientia non immeritò comparatur: cujus sermo facundiæ plausu sonat; sed virtute utilitatis est vacuus.* [* in cap. 7. Exod.] [* lib. 4. in Job c. 10.] [* in cap. 6. Lucæ.] [* in cap. 15]

DE ASTROLOGIA.

DAMASCENUS inquit:* *Gentiles ajunt, per astrorum horum & Solis, & Lunæ, ortum, occasum, & commixtiones, omnia dispensari, quæ apud nos fiant. circa hæc enim Astrologia versatur. Nos verò dicimus signa ex ipsis fieri, imbris & serenitatis, frigoris item & caliditatis, humiditatis & siccitatis, & ventorum, & similium: nostrorum autem actuum, nequaquam. Nos enim liberæ potestatis à Conditore facti, domini nostrarum actionum sumus. Si enim ex astrorum latione cuncta facimus; ex necessitate ea operamur, quæ facimus.* [* lib. 2. c. 7]

BEDA ait:* *Volatilia intelligunt Dæmones, qui juxta viam sata frumenta decipiunt: sive leves & elatos homines, ac superbos, aut certè Astrologos, vel etiam Genethliacos sive stellarios, quos divina Scriptura augures cœli appellat; qui sub quodam numero & cursu, ac nescio quâ ratione astrorum, commentitiam hominum nativitates eventusq; perscrutantur vel nuntiant, & hac volucri supputatione reperisse se arbitrantur.* [* lib. 1 in Job. c. 1.]

INCLINATIO DOCTRINAE, COMPLECTENS peculiares & incommodas opiniones, stipulas & errores Doctorum.

OPiniones & errores priorum seculorum, quibus multi præstantes viri in Ecclesiâ Christi fuerunt implici, etiam hoc tempore à plerisque Doctoribus retenti & approbati sunt. Mirificè enim homines fascinat autoritas præstantium virorum: ità ut magis dona, quàm veritatem rerum, expendant.

DE ANGELIS.

Opinio BEDAE est, quòd inquit:* *Angelus quilibet de cœlo, assistens ante faciem Dei, potest pro quolibet peccatore, in flagello castigationum posito, intercedere. Ipsis enim cura injuncta est à Deo vel maximè, ut hominibus, vel diversis nationibus, defensionis sive custodiæ suæ opem ferant.* [* lib. 2. in Job.]

Opinio ALBINI est, quòd inquit:* *Quod non potes facere, non promittas. Non enim in ventum dicta transeunt: sed à præsenti Angelo, qui unicuiq; adhæret comes, statim perferuntur ad Dominum.* [* in cap. 5. Eccles.]

Item, superstitiosam de Angelorum invocatione habet opinionem BEDA, inquiens:* *Deus, volens Angelos honorari in terrâ ab hominibus, hanc occasionem (ut legimus) primam ostendit. Est autem quædam civitas in Apuliâ, quæ dicitur Sipontum: in quâ erat quidam dives, nomine Garganus; habens armenta multa boum & pecudum in monte vicino, qui dicitur Garganus. Erat autem quidam taurus nimis superbus: qui, cùm alii boves ad domum reverterentur, ille solus vagus remansit in monte. Quâdam verò die dominus iratus, quia, aliis revertentibus, non revertebatur domum: hic autem apprehendens arcum & sagittas, volebat eum occidere. Sed voluntate Dei sagitta acuta rediit; & eum vulneravit, à quo fuit missa. Quod videns Garganus, valdè timuit; & propius accedere noluit: pergensq; ad episcopum suum, narravit omnia, quæ acciderant. Tunc Pontifex prudens instituit triduanum jejunium populo: & orant, ut Dominus ostenderet eis, quid esset, & quid significaret, quòd ille à telo suo fuerat vulneratus. Tertiâ verò nocte Michael archangelus apparuit Pontifici, dicens ei: Scias, quia voluntate Dei hoc factum est. Ego sum Michael, princeps militiæ cœlestis; & locum illum, juxta quem taurus stabat, mihi consecravi: ut in eodem loco Christiani invocent auxilium; & sentiant. Vade ergo tu, & omnis populus ad speluncam juxta quam stabat taurus; & intrate in eam: & videbitis altare, & super altare rubicundum pallium. Ibi facite orationes vestras, & habete memoriam meam. & auxiliabor vobis. Audiens hæc Episcopus, gavisus est valdè: & manè cum populo ascendens in montem Garganum, intravit in speluncam, sicut Angelus dixerat. Hæc fuit prima causa, quòd memoria Angelorum fuit in terrâ. Ab hoc tempore usq; in præsens, sunt ecclesiæ & festivitates eorum, ad laudem Dei.* [de Revelat. Michae lis.]

DE ANIMABUS.

ALBINUS inquit:* *Animæ hominum, secundùm quorundam errorem, antequam nascatur homo, sunt in Mundo.* [* in cap. 4. Eccles.]

DE LIBERO ARBITRIO.

Plus justo viribus Hominis tribuit DAMASCENUS, inquiens:* *In nostrâ potestas est, admittere, aut non-admittere, dæmonum suggestionem.* Et:* *Cæterùm virtus ex Deo naturæ data est, & ipse omnis boni principium & causa est; & sine ejus cooperatione & auxilio, impossibile est, nos aut bonum velle, aut agere. At in nobis est, immanere virtuti, & sequi Deum, nos ad illa vocantem, aut deserere virtutem, quod est in malum prolabi, & sequi Diabolum, ad illud vim non inferendo vocantem.* [* lib. 2. c. 4.] [* cap. 30.]

BEDA etiam synergiâ humanæ voluntatis tuetur:* *Adjuva me, & salvus ero: quod est dicere, ut non confundar ab exspectatione mea. Ergo Domine adjuva me, ut, quod ex arbitrii libertate incepi, bonum perficiam: & te adjuvante salvus ero, id est, consequar salutem meam.* Item:* *Omnibus verum Pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi sacramentis imbui, eumq; suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signatur.* Et:* *Milites & servi, qui Centurioni obediunt, virtutes sunt naturales: quarum non-minimam copiam multi, ad Dominum venientes, secum deferunt. de quibus in Cornelii Centurionis laude dicitur.* quia erat vir justus, & timens Deum, cum omni domo suâ, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. [* in Ps. 118] [* in cap. 14 Marc.] [* in c. 7. Lucæ.] [* Act. 10 v. 2.]

APONIUS ait:* *Deus, quæ præcepit, in nostrâ posuit potestate.* [* lib. 1. in Cant.]

ALBINUS ait:* *Tu quia liberi es arbitrii: non habet peccatum super te dominium; sed tu super illud: & in tuâ potestate est sive compescere, sive concupiscere illud.* [* in Ps. 2. pœnit.]

DE LEGE.

De impletione Legis, ALBINUS ait:* *Attraxi in me spiritum gratiæ, per quem confidero, implere me posse, quæ desiderabam, id est, mandata tua.* [* in Ps. 118]

DE JUSTIFICATIONE.

Hanc dulcissimam doctrinam, partim perplexè, partim etiã depravatè, tradiderũt hujus seculi doctores. Nã BEDA ait:* *Nemo potest pervenire ad arborẽ vitæ, nisi per has duas res, tolerantiã molestiarũ & scientiæ plenitudinẽ: id est, per charitatẽ Dei & Proximi.* Itẽ:* *Justificatio per humilitatẽ acquiritur: laus* [* in cap. 3 Gen.] [* lib. 3 in Job c. 1]

verò

* Præfat. in Cantic.
* in Psal. 17.
* in cap. 8. Marc.
* in c. 2. Lucæ.

reis elationis, condemnationem meretur. Itèm:* *Fatemur, & ratione, & doctrinâ sanctâ Legis, ad justitiam nos, auxiliante Domino, perduci: absque gratiâ verò illius, nec per naturalis subsidia rationis, nec per divinæ legis scita, nos posse justificari.* Et:* *Prius fit sanctus aliquis, cùm ab immunditia purgatur: deinde fit innocens, per virtutis studium: & sic tandem electus; quasi jam ab aliis per perfectionem divisus.* Et:* *Sunt nonnulli, qui etsi omnia sua relinquere nequeunt, neque explere hoc quod de Virginibus dicitur,* Qui potest capere, capiat; *cæteraque hujusmodi: tamen esurientes & sitientes justitiam, saturantur; cùm, audiendo mandata Legis Dei, ad vitam perveniunt æternam.* Itèm:* *Decebat, ut, sicut per superbiam primæ nostræ parentis, mors in Mundum intravit, ita denuò per humilitatem Mariæ, vita introitum panderetur.*

DE BONIS OPERIBUS.

Communis omnium error est, quòd nimium adscribunt Bonis operibus.

* lib. 3. in Job. c. 1.

Beda inquit:* *Cùm confectus homo atque consumtus, morti & infernalibus ministris appropinquaverit: si fuerit quispiam Sanctorum, qui nomen sancti Angeli habere mereatur: is pro hujusmodi, qui pro peccatis suis à Deo ità corripitur, poterit impetrare: si de multis operibus bonis, quæ operari debuerat, saltem unum bonum opus ejus quod tanquam sacrificium pro eo placabile offerat, valuerit invenire.* Et:* *In complexione ejusdem sententiæ tria mox genera bona actionis subdidit, eleemosynam videlicet, orationem & jejunium: manifeste significans, quia in his tribus justitia deberet nostra consistere.* Et:* *Eleemosyna non solùm à secundâ, sed & à primâ morte liberat.*

* lib. 6 in Cant. c. 8
* in cap. 9. Actor.
* Tomo 2. Concil.

Gregorius III. Epistolâ 2. ad Germaniæ populum:* *Facite fructus dignos, ut in die adventûs Domini Jesu Christi sidereas mereamini adipisci mansiones.*

DE ORATIONE, ET INvocatione Sanctorum.

De honore & cultu Sanctorum, idololatricè loquitur Damascenus:* *Adjutores ergo totius generis, Deo pro nobis supplicationes porrigentes, non honorandi sunt? certe honorandi. Templa à nobis Deo erigenda sunt, in ipsorum nomine.* Itèm:* *Proximo ordine sequitur adoratio, quam offerimus amicis ac famulis Dei, qui suâpte natura solus venit adorandus quemadmodum Josue filius Nave, & Daniel, angelum adorarunt.* In fine Damasceni, recitantur aliquot preculæ, ad Mariam, ad Archangelum, ad Baptistam, plenæ idololatriæ, & contumeliæ adversùs honorem, qui soli Deo attribui debet.

* lib. 4. c. 16.
* Orat. 1. de Imaginib.
* Hom. in Natali Scholasticæ.

Beda inquit:* *Intercedite, Scholastica & Benedicte, pro vobis commissis: postulate pro nobis assiduis: rogate pro nostris delictis: poscite Christum, non solum pro Monachis commissis, sed etiam pro vestris ancillis: ut omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo qui vestris præceptis colla submittunt, peritura Mundi despiciant, gaudia æterna concupiscant; regna beata appetant, prospera animarum & corporum percipiant, nulla diabolica fraude molestentur, nullis incursionibus malignorum affligantur, nullisque calamitatibus annihilentur. Euge pater beate, fave precantibus; appone aures precibus famulorum tuorum, da veniam poscentibus, da dona quærentibus, parce peccantibus, quia tu pastor es, nos verò oves: audi balatus ovium tuarum, trahe me post te: ut veniamus ad te: ut illic vera pascua inveniamus; ubi sunt vera gaudia sempiterna. Redde Deo talenta cumulata de nobis; reporta cum usuris credita dona doctrinarum: meque, indignum hujus operis præsumtorem, tuis conjunge servulis sacris, ut cum omni grege commisso præmia vitæ assequamur. ut tibi dicatur à Deo, Euge serve bone & fidelis, intra cum his tibi creditis in gaudium Domini tui! præstante ipso, qui digna promittere gaudia dignatus est suis famulis, qui vivit & regnat per cuncta secula seculorum.* Itèm:* *Deprecemur Deum, ut per intercessionem sancti Laurentii det nobis, sic istum martyrem imitari, ut cum illo vitam æternam habere mereamur.* Et:* *Precemur Deum, ut per suam misericordiam, & preces apostolorum Petri & Pauli, det nobis ita in hoc seculo vivere ut, dum animæ de corporibus exierint, ad æternam possint venire gloriam.* Itèm:* *Precemur omnes Sanctos, ut pro nobis intercedant ad Deum ut dignetur nobis dare remissionem peccatorum, & custodiat corpora & animas nostras.* Et:* *Sancta Maria, Dei genitrix, hodie translata est in cœlum de mundo, ut pro nobis oret filium: quia Mundus deletus esset; nisi per preces sancta Mariæ sustineretur. Quia legimus, postquam cœlos ascendit ipsa, assiduè stat coram Deo, orationem pro peccatis nostris effundens: & justos retinet, ne cadant, peccatores confortat, ne pereant.* Itèm: *Serviamus semper tali reginæ Mariæ, quæ non derelinquit sperantes in se. Cum diligat orationes Sanctorum Christus, & exaudiat: multo magis matrem suam exaudit, pro peccatoribus exorantem.* Et: *Stat Maria in conspectu Filii sui, non cessans pro peccatoribus exorare. Toto igitur affectu confugiamus ad eam venire: ut per suas orationes ducat nos ad illa gaudia, ubi ipsa manet cum Filio sine fine.* Et:* *Oremus Dominum nostrum Jesum Christum, pro animabus omnium fidelium defunctorum, cum Missis, & psalmis, & orationibus, jejuniis, & eleemosynis: ut dimittat eis omnia peccata sua, per suam misericordiam, tribuatque eis vitam æternam.* Itèm:* *Nos qui de Gentibus credimus, non ipsi ad Dominum venire possumus, quem nunc in carne videre nequaquam valemus: sed quicunque, post omnes nostræ servitutis agnovimus, ad residentem in dexterâ Patris jam per fidem accedere debemus. jam Seniores Judæorum mittere, hoc est summos Ecclesiæ viros, qui nos ad Dominum præcesserunt supplicitèr obsecrando, patronos quærere; qui nobis testimonium reddentes, quod diligamus Ecclesiam, &, quantum in nobis est, ædificare cupiamus, pro nostris apud Dominum, nostrorumque peccatis intercedant.*

* Hom. de S. Laurent.
* Hom. de Petro & Paulo.
* Hom. de natale Sanct.
* Hom. de S. Mariâ.
* Serm. ad Populum.
* in cap. 7 Lucæ.

Basilius Episcopus Ancyræ, in Synodo Nicænâ II. Act. 1.* *Interpellatis intemeratæ Virginis nostræ Deiparæ, sanctarum cœlestium Potestatum, omniumque Sanctorum intercessionem; horum etiam sacras reliquias cum omni honore suscipiens & amplectens, honorificè veneror: firmiter credens, me illorum sanctitatis fieri posse participem.*

* Tomo II. Concil.

Tarasius Constantinop. Epistolâ ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & Sanctæ urbis: *Obsecro intercessionem sanctissimæ, intemeratæ dominæ nostræ, Dei-paræ & semper-virginis Mariæ, sanctorumque Angelorum, & sanctorum gloriosorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum & Doctorum.*

Itèm in Concilii Niceni II. Act. 1. *Etiam sanctorum & multis rationibus prædicatorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Patrum, & Eremitarum colentium, imagines suscipio & veneror: non ut deos, absit! verùm mentis mea affectum & desiderium, quo in illos affectus sum, hoc modo indicans. ex toto animo eos obtestor, ut ad Deum pro me intercedant, quo in oculis ejus misericordiam in die judicii consequar.*

Theodosius Amorii episcopus, in Concilio Nicæno II. Act. 1. *Ego in-primis approbo, suscipio, saluto, & veneror sanctam matrem Virginem, cujus etiam auxilium, protectionem & intercessionem, noctè dieque, & ut peccatori mihi subveniat, invoco: ut quæ eam potestatem habet ab illo, quem in Mundum edidit, Christo Deo nostro.*

Adrianus Papa, Epistolâ ad Constantinum Imp. & Irenen matrem: *Ipsi Apostoli Petrus & Paulus, regni vestri propugnatores erunt; cunctasque barbaras nationes pedibus vestris subjicient: ut, quocunque perrexeritis, victoriosos vos declarent.*

Germanus Constantinop. Epistolâ ad Johannem episcopum Synnadon: *Cum sanctos Christi martyres, veras fidei margaritas, omni honore dignos arbitremur; & intercessiones eorum postulemus: non potuit illis non respondere.* Et: *Ancillam & matrem Christi existentem, vere pro genere nostro intercedentem præsentissimè: ita ut Dominus quidem noster salutem dispenset, illa verò materno affectu pro nobis poscat: agnoscimus. Sanctos denique omnes, tanquam conservos nostros, & ejusdem nobiscum naturæ participes, gratissimos Dei ministros (ut dictum est) & hac gratiâ à Deo donatos; ut beneficia à Deo data nobis ministrent, curationes morborum, periculorum liberationes: quando per memoriam eorum invocatio Dei fit; quatenus nobis in hymnodiis & glorificationibus possibile est, (memoria autem eorum cum encomio celebratur; ut ait Scriptura) agnoscimus.*

Concilium Nicænum II. Act. 6. *Cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ & semper Virginis, dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum: salutantes & venerandas illorum reliquias, ut nos sanctitudinis eorum fiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum, in* CHRISTO JESU *Domino nostro, quem decet gloria,*

potentia,

potentia, & superadoratio sive latria, cum Patre & sancto Spiritu, nunc & in seculorum secula.

¶ De intercessione Sanctorum, etiam habet nævum CAROLUS Magnus, licèt contra Imaginum cultum acriter dimicaverit, inquit enim: * *Revertantur ad Dominum, &, per Sanctorum intercessiones, ab eo sanitatem se accepturos credant, qui totius sanitatis & vitæ autor est.* Et: * *Divini libri sunt scripti: quia scriptores eorum, jam regnantes cum Domino, illumque collaudantes in cælis, curam nostræ gerunt salutis; proque nostris erratis apud ejus pietatem interpellant.*

lib. 1. c. 18.

* cap. 20.

De Oratione pro defunctis, extat Sermo DAMASCENI; quòd ea vim aliquã habeat. Et in fine ejusdem Sermonis inquit: *Fiat, ô dominator omnium, intercedente sanctissimâ matre tuâ, & omnibus materia expertibus ac venerandis mentibus, unacum omnibus sanctis tuis, qui tibi à seculo bene placuerunt. Te enim decet gloria, honor, & adoratio; & nunc, & semper, & in secula.*

DE IMAGINUM CULTURA.

Iconolatria hac ætate publicè decreta & stabilita est.

THEODORUS Patriarcha Hierosolymitanus, in Confessione fidei suæ, inquit: *Veneramur etiam & adoramus imaginem Dei para, & domina nostra irreprehensibilis, immaculata, & inexplicata castitatis matris, quæ illum peperit. Quin etiam sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & victorũ Martyrum, sanctorumque, & beatorum, veluti amicorum Dei, imagines colimus: non in materiâ aut coloribus honorem constituentes; sed per hoc officium nostrum, quod ipsis adeò, quorum typum imagines gestant, debemus, impartientes.* Itèm: *Adoramus Christi imaginem, quemadmodum facies ejus visa est; non tamen a Deitate separata.*

TARASIUS Constantinop. in Concilio Nicæno II. Act. 2. *Imaginum picturas, secundum priscam Patrum nostrorum traditionem, recepimus, & has desiderio nostro adoramus; ut in nomine Christi Dei nostri, & intemeratæ dominæ nostræ Deiparæ Virginis sanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum, factas. Sed apertis verbis testamur, nos duntaxat in unum Deum verum latriam, hoc est, cultum, & fidem nostram, referre & reponere.*

li. 4. c. 17

De veneratione crucis, DAMASCENUS ait: * *Est autem hæc traditio non-scripta, perinde ac adorationis ad Orientem, adorare scilicet Crucem, & alia plurima, in quæ dicta sunt similia.* Item: * *Adoramus etiam figuram preciosæ & vivificæ crucis, tametsi ex aliâ materiâ facta est: non materiam venerantes, (absit enim!) sed figuram, tanquam Christi signum.* Et: * *Non adoras imaginem? Non procidis venerabundus Filio Dei; qui vivens est imago & figura invisibilis Dei nihil evarians, neque dissimilis est? Adoro imaginem Christi, tanquam Dei incarnati. Imaginem insuper Reginæ universæ creaturæ ac Deiparæ veneror, utpote matris Filii Dei: Sanctorum quoque, imagines.* Itèm: *Non ipsam adoro materiam, ut Deum: sed materiæ opifici venerabundus procido, qui pro me factus est materia, & in materiâ sustinuit habitare, per eã materiam salutẽ meam operatus. Proinde à cultu rãejus materiæ nõ desinam, per quam salus mea confecta est.*

* cap. 12.

* Orat. 1. de imag. & li.

DE RELIQUIIS.

Crevit quoque Reliquiarum superstitiosa cultura. Nam DAMASCENUS ait: * *Fontes nobis salutares dominator Christus præbuit, Sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes, unguentum suavitatis emanantes: & nullus discredat. Si enim ex rupe, & firmo saxo, aqua in eremo prosiliit, volente Deo, & ex maxillâ asini Samsoni sitienti: ex Martyrum reliquiis unguentum suaveolens emanare, incredibile est? nullo pacto profectò iis, qui sciunt Dei virtutem, & ab ipso Sanctorum honorem.*

* li. 4. c. 16.

THEODORUS, Patriarcha Hierosol. in Confessione fidei suæ: * *Servator noster Christus, fontes salutares Sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, unguentum redolentis suavitatis scaturientes. Et, ut inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen est: Martyrum ossa morbos fugant; infirmis medicantur, cæcis visum impertiunt, lepras emundant; tentationes & mærores solvunt: atque id per Christum, qui in ipsis habitat.* *Bene etiam Psalmographus cecinit:* * Mirabilis Deus in Sanctis suis.

* Tomo 2. Concil.

* Psal. 68 v. 36.

THEODOSIUS episcopus Amorii, in Concilio Nicæno II. Act. 1. ait: *Eâdem ratione & reliquias Sãctorum veneror, & honore prosequor, & saluto, veluti athletarum & certatorum pro Christo, quique gratiam à Deo consecuti sunt, & remedia præstare, morbos curare, dæmones ejicere: quemadmodum Christiana Ecclesia velut per manum accepit, à sanctis Apostolis & Patribus, usque in præsens seculum. Probo similiter, quæ à primordio recepta traduntur imagines, principio Jesu Christi Domini nostri, & sanctæ Deiparæ Virginis: sive ex auro, sive ex argento, sive colorum ductibus, sive quacunque materiâ exprimantur: ut omnibus manifesta fiat ejus incarnatio œconomia. Neque dissimili ratione probãtur à me sanctorum, & omnibus seculis laudatorum, Apostolorũ, Prophetarum, Martyrum gesta, politiaque; ut in omnium oculis prælia & certamina, quæ pro Christo subierunt, hæreant; atque id in compendiosam velut scripturam, narrationem, & eruditionem populi, maximè simpliciorum.*

DE POENITENTIA.

Sæpè de pœnitentiâ loquens BEDA; nihil tamen de fide, erigente se-se in Christo propitiatore, docet. Sic inquit: * *Delectatio seu voluntas peccandi, quando ad satisfactionem venitur, leviter eleemosynis, & aliis talibus, purgatur. Consensus verò peccandi, non nisi gravi pœnitentiâ deletur. Consuetudo autem peccandi, non nisi rectâ & ponderosâ satisfactione absolvitur.* Et: * *Sacrificate sacrificium.] quasi dicat: Ita dico, ut irascamini præteritis peccatis; ut sacrificetis sacrificium: id est, mortificetis propria vitia vestra, faciendo fructus dignos pœnitentiâ: tantum scilicet pro singulis vos affligentes, quantum digna expetit pœnitentia. quod erit sacrificium justitiæ, id est, justum sacrificium. Nam nihil justius est, quam, qui punit aliena peccata, ut puniat propria: & ut quisque tantum se affligat, quantum fœdata ejus conscientia meruit: & sic se-ipsum Deo faciat suave sacrificium.*

* in Psal.

* in Psal. 4

Sic etiam APONIUS loquitur: * *Unusquisque credentium Deo, ipse se fecit montem Dei, per sanctam conversationem; aut montem Diaboli, perversè vivendo. Quicunque ergo ita exhibuerit vitam suam, ut in eo delectetur Spiritus sanctus habitare: mons efficitur domus Dei, quæ est Ecclesia ejus.*

* lib 5. in Cant.

Definitio igitur nimis est angusta BEDAE: * *Pœnitentiã agere, est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam, qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat; adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.*

* in cap. 15. Luc.

DE BAPTISMO.

Habet opinionem suam, de Baptismo Johannis, BEDA. Sic enim inquit: * *Cunctis legentibus liquet, quòd Johannes Baptismum pœnitentiæ non solùm prædicavit; verum etiam quibusdam dedit: sed tamen Baptismum in remissionem peccatorum, dare non potuit. Remissio enim peccatorum, in solo nobis Baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque, quod dicitur,* Prędicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: *quoniam baptisma, quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat, ut, sicut incarnatum Verbũ Patris præcurrebat verbo prædicationis: ita Baptismum pœnitentiæ, quo peccata solvuntur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solvi non possunt.* Itèm: * *Johannes non spiritu; sed aqua baptizat: quia peccata solvere non valens, baptizatorum corpora per aquam lavat, sed mentem per veniam non lavat.*

* in cap. 1. Marci. & in c. 3. Lucæ.

* in ca. 3. Luca. & in c. 1. Joh.

Et ALBINUS: * *Non renascebantur, qui baptizabantur baptismate Johãnis. Quapropter Christi Baptismus non fuit in aqua tantùm, sicut Johannis; sed in Spiritu sancto, in remissionem peccatorum.*

* Li. 3. de Trinit. c. 17.

¶ APONIUS nimium tribuit Oleo chrismatis, cùm inquit: * *Cujus odor sanciatas a peccatis animas resuscitat.*

* lib. 1. in Cant.

¶ De fide alienâ Parentum, inquit BEDA: * *Per fidem & confessionem Parentum, in Baptismo liberantur à Diabolo parvuli; qui necdũ per se sapere, vel aliquid agere boni possunt, aut mali.*

* in cap. 7. Marc.

DE COENA DOMINI.

De Transsubstantiatione habet multa DAMASCENUS. Ità enim ait: * *Et nũc interrogas: quomodo panis fit corpus Christi; & vinum & aqua sanguis Christi? Respondeo tibi & ego: Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur, super sermonem & intelligentiam. Panis autem & vinum transsumuntur.* Itèm: *Corpus enim secundùm veritatem conjunctum est divinitati, quod ex sanctâ Virgine corpus est: non quòd ipsum corpus assumtum ex cælo descenderit; sed quòd ipse panis & vinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei.* Et: *Non est figura, panis & vinum, corporis & sanguinis Christi; (absit enim hoc!) sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente:* Hoc est meum, *non figura corporis, sed* corpus: &, *non figura*

* lib. 4. c. 14.

sanguinis,

sanguinis, sed sanguis. Et ante hoc ipsis Judæis: * Quoniam, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam. Caro mea verus est cibus; & sanguis meus verus est potus. *Et rursus:* * Qui manducat me, vivet.

* Joh. 6 v. 53. 55.
* ver. 57.

* in lib. Boëthius de Trin.

BEDA: * *Panis fit per transmutationem corpus Christi. Transit enim substantia panis in corpus Christi, non forma: sed potius hæc subsistunt in aere; vel sine substantia. Dicunt tamen quidam, quòd nihil transit in corpus Christi: sed sub quibus accidentibus antè erat substantia panis, sub iisdem post consecrationē est corpus Christi. Cum quæritur autem ab eis, quò deveniat substantia panis, quæ antè sub illis accidentibus fuerat? dicunt, illam relabi in primordialē materiā, vel perire ex toto.*

¶ De oblatione, cōtra ipsius Domini institutionē, inquit BEDA: * *Passionis dominicæ, per quod utrique in veteri & novo Testamento sumus redemti, sacramentum, illi in carne ac sanguine victimarū, nos in oblatione panis & vini, celebramus.* Itèm: * *Hunc panem & vinum quotidie Ecclesia offert; imitando vitæ ejus humilitatem & passionem.*

* li. 2. de Tabern. c. 2.
* in Ps. 109

DE SACRIFICIIS.

* in Ps. 33

BEDA ait: * *Christus legalia sacrificia, secundùm ordinē Aaron priùs instituta, convertit in sacrificia panis & vini, secundū ordinem Melchisedech, qui primus ea obtulit, instituta.*

DE MISSA.

* in Ps. 48

BEDA ait: * *Deum pro mortuis, per Missarum celebrationes, & eleemosynas, invocamus.*

DE CONFIRMATIONE.

* in Psa. 26.

BEDA: * *Sciendum, quòd illa unctio, quæ per manuum impositionem ab Episcopis, quasi alia à duabus prædictis, & vulgo Confirmatio dicitur, eadem est cum secunda, propter arrogātiam tamen, non concessa est singulis sacerdotibus: sicut & multa alia.*

* in Ps. 26

De oleo, idem BEDA inquit: * *Nunc in sacramento olei & chrismatis ungimur: per quod sacramentum quiddam mirum & ineffabile, quod in fine futuri summi, significatur; quod omni intētione desiderare debemus. Et ideò nūc in sacramento suspiremus, ingemiscamus; & tandem in re sacramenti gaudeamus.* Et: *Pii nūc in Ecclesiā imitati, Domino per geminam unctionē olei & chrismatis, tertiam unctionem perfectam quæ tunc erit, cùm facie ad faciem videbimus, exspectant.*

* cap. 18.

De Chrismate, ARELATENSE Concilium ait: * *Chrismagenus sacramentum.*

* Hom. in octavā Epiph.

BEDA: * *Post acceptum undæ regenerationis lavacrum, per unctionem sacri chrismatis, gratia Spiritūs S. signamur.*

* in cap. 8. Actor.

Solis episcopis unctionem tribuit BEDA: * *Notandū, quod Philippus, qui Samariæ evangelizabat, unus de septem fuerit. Si enim Apostolus esset: ipse utique, manum imponere potuisset, ut acciperent Spiritum S. hoc enim solis Pontificibus debetur. Nam presbyteris, sive extra episcopum, seu præsente episcopo baptizent, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare; quod solis debetur episcopis, cùm tradunt spiritum paracletum baptisatis.*

DE PRIMATU ROMANÆ Ecclesiæ.

* Hom. in Natale Benedicti.

BEDA ait: * *Roma, per summos Christi Apostolos, totius Ecclesiæ caput eminet eximium.*

* lib. 1. c. 6.

De Petro, inquit CAROLUS Magnus: * *Ad quam beatitudinem nos pervenire, & in sancta Ecclesiæ consortio & unione illo nos faciat perseverare; qui Ecclesiam suam dignatus est in Petro fundare: & ipso interveniente, cujus ille claviger factus est, mereamur effici compotes.*

DE ANTICHRISTO.

* li. 4. c. 27.

Opinio DAMASCENI est: * *Quòd Antichristus in tēplo Dei, nō nostro, sed veteri Judaico, sit sessurus.* Itèm, *quòd sit homo futurus, natus ex fornicatione. Et quod Enoch & Elias Thesbytes sint redituri: quos Antichristus sit interfecturus; & Christus, illis resuscitatis, Antichristum oppressurus.*

* in c. 49 Gen.

Similes etiam BEDA opiniones habet. Ut: * *Dan judicabit populum suum.*] *Dicunt quidam, Antichristum per hæc verba prædici de istā tribu futurum: alii de Judā, a quo traditus est Dominus.* Et paulò pòst: *Alii hanc prophetiam ad Antichristum transferūt, pro eo, quòd hoc loco Dan & coluber asseritur, & mordens: & quod primus Dan inter tribus Israel ad Aquilonē castrametatus est, illum significat, qui se in lateribus Aquilonis sedere dicit; & de quo figuraliter Propheta dicit:* * A Dan auditus est fremitus equorum ejus. *Qui non solum coluber, sed etiam Cerastes vocatur. Cerata enim, græcè Cornua dicuntur. Serpens ille cornutus esse perhibetur: per quem dignè Antichristus asseritur; qui contra vitam fidelium, cum morsu pestiferæ prædicationis, armabitur etiam cornibus potestatis.*

* Jerem. 8 v. 16.

DE CRUCE.

* lib. 1 in Cant.

AVONIUS inquit: * *Humana natura, pro viribus, vicem in Martyribus Dei filio repensare dinoscitur.* Et: *Nullum aliud fertamentum fortius potuit reperiri, per quod antiqua scoria animæ limarentur, nisi martyris lima: per quod in tormentorum fornace possit anima, quantalibet sordium peccatorum mole sit circumdata, in suo sanguine renovari: per quod perfecta sit columba, & in Christo immaculata.*

DE CONJUGIO.

* in cap. 10 Marci.

De secundo conjugio nævum habet BEDA, inquiens: * *Dicendo, masculum & fœminam; ostendit, secunda vitanda cōjugia. Non enim ait, masculum & fœminas, quod ex priore repudio quærebatur: sed masculum & fœminam; ut unius conjugii cōsortio necterentur. Adhærebit ad uxorem suam, non ad uxores.*

DE CASTITATE.

* Hom. in Natale Benedicti.
* in cap. 4 Lucæ.

BEDA satìs superciliosè inquit: * *Uxores ducere, ac filios carnaliter procreare, angelicæ cōversationis amore fastidivimus.* Itèm: * *Sacerdotibus, ut semper altari queant adsistere, semper continendum, semper castitas observanda præcipitur.*

DE TRADITIONIBUS.

* in cap. 1. Marc.

NÆvum quoque de Traditionibus BEDA habet, dicens: * *Et nos, cùm in eremo sanctæ conversationis, bestiales hominum mores impollutā mente toleramus, ministeriū Angelorū meremur: a quibus corpore absoluti ad æternam cœli gaudia trāsferamur.* Et: * *Patet, ab ipsis Apostolis hūc sanctæ Ecclesiæ morē esse traditū, ut energumeni, vel alii quilibet ægroti, ungātur oleo pontificali benedictione consecrato.* Et: * *Una spiritualis causa est timor Dei, ut uxor dimittatur: sicut multi religionis causâ fecisse leguntur.*

* in cap. 6 Marc.
in cap. 10

DE PURGATORIO.

* in cap. 11 Proverb

BEDA: * *Notandum quòd, etsi impiis post mortem spes veniæ non est, sunt tamē, qui de levioribus peccatis, quibus obligati defuncti sunt, post mortē possunt absolvi: vel pœnis videlicet castigati, vel suorū precibus, eleemosynis, Missarū celebrationibus, absoluti. Sed hæc quibuscunque, fiunt, & ante judiciū & de levioribus fiūt erratis.* Itèm: * *Non corripiat me:*] *id est, nullum peccatū in me invenias, propter quod me dignum correctione in igne purgatorio ostendas. Omne enim peccatum, quod facit homo, aut ipse punit; aut Deus.* Et: * *Corripiuntur in ira Dei, qui Christū fundamentū habent; sed non tantùm aurū, argentum, lapides pretiosos, superædificant: sed etiā intermiscent ligna, fœnū, stipulas, & cōmittūt quædam venialia peccata graviora & leviora. Et ideò necesse est, ut hi tales in irā corripiātur, id est, in purgatorio igne nunc interim ante diē judicii puniantur; ut quæ in eis immunda sunt, per illū excurantur, & sic tandem idonei esse cū his, qui in dexterā coronādi sunt, inveniantur. Nec immeritò tantū timet iste hanc correctionem: quia attendit eā graviorē, quam quicquid unquā passi sunt latrones, vel sancti martyres, vel quicquid gravius homo possit excogitare. Si verò illi tātum aurū, argentū, lapides pretiosos, id est, bona opera, superædificarent: tunc neque illū ignē timerent, qui cremabit æternaliter impios; neque illū, qui corripiet pios. Sciēdū autē, quosdā esse Sanctorū, (ut testatur Evangelium* * *) qui non veniunt in judiciū, sed transeunt de morte ad vitam. quia etsi aliquas stipulas, id est, parva peccata, superædificant: adeo tamen levia sunt, quòd igne tribulationis, quē patiuntur hic; vel etiā pœna mortis, penitùs ea exurit. Et hi tales, quia nihil in eis ignis sui invenit, statim, dū a corpore separātur, transeunt ad vitam æternā, sicut econtra quidā malorum statim æternas pœnas incurrūt.* Et: * *Sunt qui ita exponunt: quod in præsenti in spiritu, & in futuro, baptizamur in igni, ut videlicet, sicut nunc, in remissionem omniū peccatorum, ex aquâ & spiritu renascimur; ita & tunc de levibus quibusdā peccatis, quæ hinc nobis eūtibus adhæserint, purgatorii igne, ante ultimum judicium, baptismate permundemur: dicente Apostolo:* * Si quis superædificaverit super hoc fundamentū, aurū, argentū, &c. *Quod quamvis & de igne tribulationis, in hac nobis vitā adhibito, possit intelligi: tamen, si quis hoc de igne futuro purgationis accipiat; pēsandū solicite est, quia illū dixit posse per ignē salvari: non qui super fundamentū Christi, ferrum, æs, vel plumbum, ædificat, id est, peccata majora, & duriora;*

* in Psal 6
* in Ps. 37.
* Joh. 5. v. 24.
* in c. 3. Lucæ.
* 1. Cor. 3. v. 12.

atq; tunc jam insolubilia: sed lignum, fœnum, stipula, id est, peccata minima atq; levissima, quæ ignis facilè consumat. Hoc tamen sciendum est: quòd illic saltem de minimis nihil quisquã purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus, in hac adhuc vita positus, ut illic obtineat, promereatur.

ALBINUS inquit: * *Ira, æternam impiorum pœnam significat: furor, ignem purgatorium.* Itèm: * *Sunt tamen, qui Iram, æternam intelligant gehennam, & Furorem, purgatorium ignem.* Et: * *De igne diei judicii, Apostolus ait:* * Uniuscujusque opus quale sit, ignis declarabit. *De igne purgatorio hoc eum dixisse, non est dubitandum: quem ignem aliter impii sentient; aliter sancti, aliter justi.*

** in Ps. 1. pœnit.*
** in Psal. 1 pœnit.*
** lib. 3. de Trin. c. 21.*
** 1 Cor. 3. v. 13.*

DE LIBRIS SACRIS.

DOctores hujus seculi, eosdem libros, eodemq; modo, quos superiores Patres, agnoscunt & profitentur. De quibusdam autem, ipsorum argumenta & judicia annotabimus.

De Samuele, Jonâ & Ezrâ.

BEDA: * *Si ad nostram correptionem doctrinam, vel consolationem, omnia scripta sunt; nec soli Hieremias & Esajas, cæterique tales, qui verbi futura signaverunt; sed & Samuel, Jonas, & Ezra, eorumq; consimiles, qui præterita, vel sua, vel aliorum gesta, sive dicta, conscripsêre; dies istos, hoc est, nova gratia luce radiantes, insinuantes: insistendũ nobis summopere est; & pro suo cuiq; modulo Christi juvante gratia, nitẽdum: ne ea, quæ propter nos scripta sunt, nostro nos torpore vel incuriâ, quasi aliena, prætereant.*

** Prolog. super Ezram*

De versionibus Psalterii.

De Psalterii translatione, BEDA inquit: *Sciendum, Psalterii translationes esse duas apud Latinos in usu atq; honore: Romanam scilicet, & Gallicam. Romana est, quâ utuntur Romani, & plerique Itali: quæ de Græco in Latinum a Symmacho & Aquila sumta est, secundum Septuaginta interpretes Ptolemæi Regis. Gallica verò est, quâ præcipuè Galli utuntur. Hæc autẽ præcipuè mutata est, rogatu Damasi Papæ, a beato Hieronymo, de Hebræo in Latinum, ad intentionem. Fecerat enim priùs Hieronymus aliam translationem, similiter de Ebræo sumtam, ad literam, verbum scilicet ex verbo transferens simpliciter: quæ partim perfecta erat, linguæ disparitate. Sunt autem facta apud Latinos plures aliæ translationes, quarum nulla in usu est.*

De Salomonis Ecclesiaste.

ALBINUS: * *De divitiarum vanâ possessione, in hujus seculi deliciis, penè sapientissimus Salomon totum composuit librum, cui titulus est Ecclesiastes.* Itèm: *Librum Ecclesiasten, semper pro magistro habeat in manibus ut discat, terrena non amare; sed cœlestia.* Et: * *Male opinantur quidam, nos ex libro Ecclesiastæ ad voluptatem & luxuriam provocari: cùm econtrario omnia, quæ cernimus in Mundo, vana esse doceantur; nec debere nos ea studiosè appetere, quæ, dũ tenentur, intereant. Tradũt Hebræi, hũc librum Salomonis esse pœnitentiam agentis: qui quia, in sapientia divitiisq; confisus per mulieres offenderit Deum; nunc secum reputet, omnia vana esse hujus seculi delectamenta: quæ ad ultimam miseriam devolvunt eos, qui in eis ponunt spem suam.*

** Præfat. in Eccles.*
** in cap. 1 Eccles.*

De libris Moysis.

BEDA: * *Quinq; libri Moysis nihil aliud, quàm Christum, prædicant; sicut ipse ait:* Si crederitis Moysi, crederitis forsitam & mihi: de me enim ille scripsit.

** in ca. 4 Joh.*

De novo Testamento.

ALBINUS: * *Scire debetis, omnibus divinæ Scripturæ paginis, merito evangelicam excellere auctoritatem: quia, quod Lex & Prophetæ futurum prænuntiaverunt; hoc redditum atq; completum in Evangelio demonstratur: atq; inter ipsos Evangeliorum scriptores, valde beatum Johannem, in divinorum profunditate mysteriorum, eminentiorem esse.*

** Epist. præf. in Evang. Joh.*

De Evangelistâ Johanne.

BEDA: * *Johannes Evangelista, de divinitate Christi; tres autem alii, de ejus humanitate, ministerium suscepêre scribendi.*

ALBINUS: * *Alii Evangelistæ, inter homines subitò apparuisse Dei Filium, demonstrant: B. Johannes, apud Deum semper fuisse, declarat, dicens;* Et verbum erat apud Deum. *Alii, eum verum hominem: ille, ipsum verum confirmat esse Deum, dicens;* Et Deus erat Verbum. *Alii, hominem eum, apud homines temporaliter conversatum: ille, Deum apud Deum a principio manentem, ostendit, dicens;* Hoc erat in principio apud Deum. *Alii, magnalia, quæ in homine gessit, perhibent: ille, quòd omnem creaturam, visibilem, & invisibilem, per ipsum Deus Pater fecerit, docet, dicens,* Omnia per ipsum facta sunt, & sinè ipso factum est nihil.

** in ca. 3 Lucæ*
** in ca. 1 Joh.*

De Actis Apostolorum.

BEDA: * *Actus Apostolorum (ut Hieronymus ait) nudã quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed, si noverimus, eorum scriptorem Lucam esse Medicum, cujus laus est in Evangelio; animadvertemus pariter, omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam. E quibus nos aliqua, juxta modulum nostræ parvitatis, exposituri, primò admonere curabimus: ipsum Evangelistam Lucam, (ut dictum) juxta traditionem veterum Ecclesiæ tractatorum, Medicæ artis fuisse peritissimum, & magis Græcas literas scisse, quam Hebræas. Unde sermo ejus, tam in Evangelio, quam in Actibus Apostolorum, comptior est, & secularium redolet eloquentiam, magisq; testimoniis Græcis utitur, quàm Hebræis.*

** Præfat. super Acta.*

De Epistolâ ad Laodicenses.

SYNODUS Nicæna II. Act. 6. *Inter epistolas divini Apostoli, quædam fertur ad Laodicenses: quam Patres nostri, tanquam alienam, reprobaverunt.*

De Epistolis Johannis posterioribus.

BEDA: * *Quidam putant, & hanc, & sequentem epistolam, non esse Johannis apostoli, sed cujusdam presbyteri Johannis, cujus sepulcrum usq; hodie monstratur in Epheso: cujus etiam Papias, auditor Apostolorum, & in Hierapoli episcopus, in opusculis suis sæpe meminit. Sed nunc generalis Ecclesiæ consensus habet; quod has quoq; epistolas Johannes apostolus scripserit: quia reverà multam verborum & fidei similitudinem cum primâ ejus epistolâ, ostendunt; & simili zelo detestantur Hæreticos.*

** in Epist. 2. Joh.*

De Judæ epistolâ.

BEDA: * *Epistola Judæ, quia de apocrypho libro (scilicet libro Enoch) testimonium habet; primis temporibus a plerisq; rejiciebatur. Tamen auctoritate jam, & vetustate, & usu meruit, ut inter sanctas Scripturas computetur: maximè, quia tale testimonium de apocrypho Judas assumsit, quod non apocryphum & dubium, sed veræ lucis lucidâ esset veritate conspicuum.*

** in Epist. Judæ.*

ALBINUS: * *Iste est Judas, cujus epistola legitur in Ecclesiis Christi, non ille traditor.*

** in cap. 21. Joh.*

De Apocalypsi.

ALBINUS: * *Johannes, in Patmo insulâ, Apocalypsin, quam ei Dominus de statu Ecclesiæ præsentis vel futuro, revelavit, manu suâ conscripsit.*

** in cap. 21 Joh.*

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS.

CORRUPTELAE & hæreses, quæ hoc seculo ecclesiã Christi turbaverũt, non sunt à Scriptoribus diligenter annotatæ. Omnes enim videntur tantùm intendisse animum ad illud tetrum schisma, de Imaginum adoratione & cultu: quo quidem in certamine, plerique Episcopi nimiũ proclives fuerunt, in immodicâ & impiâ Imaginum veneratione stabiliendâ & asserẽdâ. Manserũt tamen multis in locis reliquiæ hæresium, quæ in Septimâ Centuriâ sunt expositæ. Unus verò Felix annotatur; & plurimorũ quasi jaculis confixus est: cujus sententiam mox exponemus.

In genere autem, de Hæresibus, Hæreticorumque moribus, multa protulerunt, ut BONIFACIUS, in Epistolâ ad Danielẽ: *Sunt nobis (juxta dictũ Apostoli *) non solũ foris pugnæ, intusq; timores, sed etiam intus pugnæ, simul cũ timore: maximè semper per falsos sacerdotes, & hypocritas: qui & Deo adversantur, & se perdunt, populũq; per plurima scandala & varios errores seducunt: dicentes populis, juxta dictum Prophetæ,* * Pax, pax, & non est pax: *& semen verbi, quod de sinu catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ sumtũ, & nobis commendatũ, seminare aliquantulũ studemus; illi cũ lolio superseminare & suffocare nituntur, vel in herbã pestiferi generis convertere: & quod plantamus, non irrigãt, ut crescat, sed evellere studẽt, ut marcescat: afferẽtes populis, & docentes novas sectas, diversiq; generis errores. Quidam abstinentes a cibis quos Dominus ad percipiendũ creavit: quidã melle & lacte pascentes se, panẽ & cæteros abjiciunt cibos: quidã autem affirmãt, (quod plurimum populo nocet) homicidas vel adulteros, in ipsis sceleribus perseverantes, fieri tamen posse Dei sacerdotes.*

** 2. Cor 7. v. 5.*
** Jerem. 8. v. 11.*

Itèm:

Itèm in epistolâ Cuthberti ad Lullum: *Quamplurimis in locis, Christianæ religionis valida status vacillat: dum penè undique externis internisve rerum ecclesiasticarum perturbatur ordo, novellarumque conversationum prava ubique penè succrescunt facta. Nec immeritò, dum, postpositis antiquorum Patrum decretis, ac legibus ecclesiasticis relictis, multa juxta proprias adinventiones prava, & plurimorum nociva saluti, sentiunt, affirmant, atque agunt: ut scilicet, transacto anno, a quodam magnæ autoritatis viro dictum & gestum esse, constat.*

† Act. 6. Tomo 2. Concil.

SYNODUS Nicæna II. *Omnes Hæresiarchæ suorum errorum occasiones e divina Scriptura collegerunt: & quæ rectè a Spiritu sancto dicta erant, perversâ animi sententia convellunt.* Itèm: *Proprium est Hæreticis, secundum animi cupiditatem, cognitionem divinorum & verorum dogmatum subvertere.* Itèm: *Hæreticis proprium est, mutilatas exquirere sententias.* Itèm: *Hunc morem habent Hæretici: quoties uno verbo pietatem contempserint, & a veritatis viâ aberraverint, in multos & varios errores labi.*

† lib. 1. cap. 20.

CAROLUS Magnus inquit: † *Hæretici sive Schismatici, dum sint mundana sapientia versutiâ imbuti; & ad vanas investigationes, & superfluas contentiones potiùs, quam ad credendum prompti, vana loquuntur: quoniam, dum malè de Christo aut de Ecclesiâ sentiunt, ad eundem errorem proximos suos, id est, cæteros Hæreticos, invitare non desinunt, quatenus majori infestatione Ecclesiam quæ Christi vinea est, demoliri possint.* Itèm: † *Hæretici sanctam Ecclesiam semper pravis dogmatibus infestare nituntur.* Et: † *Solet plerumque Hæreticorum versutia, probrosa quædam, & errorem suadentia, apicibus adnotare; & sanctorum quorundam probabiliumque, nominibus prætitulare: quatenus virosum poculum, mellis illitum sapore, faciliùs valeant ad potandum nescientibus quibusque porrigere.*

† lib. 2. cap. 1
† lib. 4. cap. 3

PAULINUS Aquilejensis ait: *Sicut mos est Hæreticis, frustra latis, dulcia permiscere amaris, veneni poculum mellis sapore temperare.* Itèm: *In eodem poculo, in quo gutta veneni infusa turgescit; mellis nihilominùs amarescit dulcedo.* Et ait, contra Hæreticos pugnandum: *Non enim Christi miles impetum irruentis belli debet enerviter expavescere; nec effugia latibula internius palando appetere: sed armis militiæ suæ præcinctum, irrumpentium hostium pectora, spiritualibus jaculis, ex arcu intorquente Scripturarum, intrepidè perforare: quatenus & semet-ipsum fidei clypeo munitum illæsum custodiat; & inimicorum latera spiculis cruentet acutis.*

† lib. 4. in Cantica.

APONIUS inquit: † *Vulpes sunt, perversarum animarum, hæreseos mordacissima dogmata; per quæ, non viribus, sed versutiarum subreptione, Diabolus fructum animæ lædit, vel devorat. quæ vulpes, si quippiam captivaverint, secum ad sua cubilia trahunt ad inferos. In Vulpium ergo vocabulo, Hæreticorum Dialectica, perversaque tergiversatio, demonstratur. quæ arte custodum vineæ prohibentur: ab illis scilicet, qui sagacitate suâ instanter verbo Dei operam dant; & sciunt, se aut in integritate prædictæ vineæ coronari; aut in læsione damnationis pœnâ mulctari.* Itèm: *Vulpes mansuescere non possunt: ita & autores Hæreticorum, etiam capti, & jam victi, nunquam redeunt ad salutem; eò quòd per sapientiam, vel scientiæ tumorem, ultrò in mentibus suis locum paraverint Diabolo persuasori, quorum omnis fiducia, non in virtute veritatis; sed in calliditate profunda Dialectica artis est.*

† in cap. 16 Numer.

BEDA inquit: † *Per Chore & Dathan & Abyron qui Mosi & Aaron sacerdoti perversis conatib⁹ restiterunt, Hæretici significantur qui hæresin & schismata facere conantur, & multos secū trahendo decipiunt. contradicentes Christi sacerdotibus, & dominicæ hostiæ veritatē per falsa sacrificia profanantes, in hiatu terræ merguntur, terrenis scilicet documentis absorpti, cum his qui sibi adhærent, & ignis æterni pabulum efficiuntur.* Itèm: † *Duobus modis percutit Hæreticos Christus; vel castigando videlicet, ad recipiendam fidem, vel anathematizando, ad subeundam perpetuam pœnam.* Et: † *Sed & Hæreticorum perditionem non parùm seculares sapientia juvit. unde pulcrè quidam nostrorum ait:* Philosophi, patriarchæ Hæreticorum, Ecclesiæ puritatem perversâ maculavère doctrinâ. Itèm: † *Hæretici, cùm gentilis Philosophiæ, Dialecticæ ac Rhetoricæ studiis, ampliùs, quam ecclesiasticæ simplicitati, operam dent: non mirandum, si auditores eorum juxta linguam populi & populis loquantur: Scripturas quidem sanctas ore volventes; sed hæretico & generali sensu interpretantes.* Itèm: † *Etsi Hæretici diversis diverso tempore errans serpserint, uno tamen discordiæ spiritu, schismata facere moliuntur.* Itèm: † *Vagi sunt sensus hæreticæ deceptionis: quia alii Christum Deum, alii Hominem esse negant, alii carnem accepisse, alii animam contradicunt alii, eum de Virgine natum, alii, Spiritum sanctum; alii, patrem Deum esse: alii pœnitentibus veniam dandam esse, confiteri prohibent.* Et addit: *In tam innumera hæc pestis se fundit itinera: ut penitus, quot sint, investigari nequeant.* Itèm: † *Istiusmodi fermentum, quod omni ratione vitandum est, habuit Marcion, & Valentinus, & omnes hæretici. Fermentum hanc vim habet: ut, si farinæ mixtum fuerit; quod parvum videbatur, crescat in majus, & ad saporem suum universam conspersionem trahat: Ita & doctrina hæretica si vel modicam scintillam in tuum pectus jecerit; in brevi ingens flamma succrescet, & totam hominis possessionem ad se trahet. Hoc est, de quo & Apostolus loquitur:* † Modicum fermentum totam massam corrumpit. Itèm: † *In tantum sæpe turbaverant Ecclesiam Hæretici, dicendo, in suo singuli dogmate manere fidem Christi, ut fideles quique temporum illorum desiderarent, Dominum vel uno die, si fieri posset, redire ad terras, & per semet-ipsum, quomodo se habeat fides veritas, intimare.*

† lib. 4. in Sam. c. 9
† cap. 10.
† lib. 3. in Esdram, cap. 37.
† lib. 2. in Joh. cap.
† in cap. 5 Proverb.
† in cap. 8 Marc.
† Gal. 5. v. 9
† in cap. 17. Luc.

ALBINUS ait: † *Hæretici frequenter, secundum perversitatem cordis sui, ex sanctorum Patrum dictis, hæreticæ pravitatis semina capiunt; & alienos labores calumniantur.* Itèm: † *Hæretici, in malum suis, divitias diversorum congregant dogmatum, nec aliquam in eis utilitatem habent; nec sectatoribus suis fructum relinquunt perpetuum. Sed & ipsi, & discipuli eorum, nudi absque ullis meritis revertentur in terram, non habentes lucem veræ sapientiæ: sed in tenebris ignorantiæ, veri que luminis expertes, omnes labores suos perdent, illius judicio, qui ait:* † Perdam sapientiam sapientum; & prudentiam prudentum reprobabo. Itèm: † *Hæretici habere solent oleum peccatoris, ut perfundant capita deceptorum: id est, verba suavia; sed fallacia plena.* Itèm: *Hæreticorum est sermo affabilis, blandum eloquium, simulata aut coacta jejunia, vestis humilis, virtutum imitatio: per quæ laqueum ponunt animabus simplicium, ut capiant eas, sicut pisces sagena capiuntur, & aves laqueo.* Et: † *Hæretici prudentum virorum dicta non capiunt; sed se ad disputationes contrarias præparantes, & initium & finem loquendi, vanitatem, cum multo errore, cumulant: & cùm nihil sciant, loquuntur plura, quam norunt.* Et: *Hæretici frustra laborant & affligunutur in studio Scripturarum; cùm veritatem invenire non valeant.* Itèm: † *Qui sunt qui oderunt pacem; nisi qui scindunt unitatem Ecclesiæ? volentes doctores veritatis videri; cùm sint magistri erroris.* Itèm: *Qui sunt, qui in vanum laborant; nisi Hæretici? qui laborant Ecclesiam congregare, sed absque Domino. Ideò vanum est opus illorum.*

† in cap. 1 Eccles.
† in cap. 5.
† 1 Cor. 1. v. 19.
† in cap. 9 Eccl.
† in cap. 10.
† in Cant. graduum.

DE HAERESI FELICIS.

DE origine errorum, quos Felix sparsit, nihil ferè certi exstat: nisi quòd *Annales rerum Francicarum* referunt; Eliphandum, episcopum Toletanum, ejus sententiam, de Humanitate Christi, per literas exploràsse. Cùm igitur ille, pauló fortè liberiùs, ut ad amicum & privatum, conferret; & quædam aliquantò obscuriùs efferret: mox, vulgaris suis literis, Hæreticus communi voce proclamatur. *Annonius.* †

† lib. 4. cap. 82.

Paulinus Aquilejensis, in suo adversùs Felicem scripto, simul Eliphandum complectitur: & nominatim quidem eum perstringit; & vocat autorem noxii sceleris, & Toletanæ sedis pseudoepiscopum.

Quàm latè verò suas illi opiniones disperserint, non est relatum in literas. Felix quidem in Urgelitanâ ecclesia episcopatu functus est; quæ civitas in Pyrenæis montibus sita est. *Jonas Aurelianensis* inquit, eos more Apostolorum distribuisse passim in provincias, suasque hæreses disseminâsse: intercille ipsos Hispaniam: Eliphandum etiam Asturias & Galliciam peragrâsse, & suâ doctrinâ corrupisse: Felicem verò apud Septimaniam pestiferum haustum (ut ipse loquitur) propinâsse. Et Gallos quidem plerosque, atque Germanos, eam hæresin repudiâsse. Ait præterea, Felicem imitatum esse Nestorium.

Felicissimus a suis allectis cognominatus fuit: & socios habuit, Eliphandum, item Ma[illegible]um & Jovinum, ut aliqui tradunt, & Ascarium, ut *Adrianus* in suâ epistolâ in

Exorta autem est ista hæresis, anno Domini 792. ut *Sigeberti Chronicon* annotat.

Hypotheses.

JESUM CHRISTUM, adoptivum Dei filium, de Virgine natum *Paulinus Aquilejensis. Jonas Aurelianensis* sic efferi:† Secundùm humanitatem non esse proprium Filium Dei, sed adoptivum. *Sigebertus* ità refert: Hæc hæresis asserebat, Filium Dei in divinâ naturâ verum Deum esse, in humanâ verò naturâ nuncupativum. *Itèm:* In divinâ naturâ verum esse Filium Dei: in humanâ verò, adoptivum: unam personam Dei & Hominis dividens in duas personas, scilicet veri Filii, & adoptivi.

† lib. de cultu imag.

2.

Ex tribus substantiis, unam Mediatoris personam existere: nempe ex Verbo, Carne & Animâ.

Confutatio.

Has Felicis & Eliphandi opiniones, in-primis refutavit PAULINUS *Aquilejensis*, peculiari libro, qui adhuc extat.

Primam verò hypothesin ita conatus est refellere. *Primùm*, De beatâ, *inquit*, Virgine inenarrabiliter sumsit, non adoptavit carnem.

Deinde inquit: Cùm nihil Deus eguerit, qui erat in eo, non per gratiam, quemadmodum in cæteris sanctis purisque hominibus; sed essentialiter per naturam. *Deus*, inquit Apostolus,† *erat in Christo. Mundum reconcilians sibi.*

† 2 Cor. 5. v. 19.

Tertiò · Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Non enim ait, adoptivus vocabitur filius Dei: sed absolutè, filius Dei & filius Altissimi.

Quartò: Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: non adoptivus; sed verus: non alienus, sed proprius. Ideò subjecit:† *Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus.* Nam quis eum adoptâsse in filium credatur, cùm tota sancta Trinitas hominem Christum, in utero Virginis, operata sit? sicut scriptum est.

† Luc. 1. v. 32.

Quintò: Adoptivus dici non potest, nisi is, qui alienus est ab eo, a quo dicitur adoptatus: & gratis ei adoptio tribuitur. quoniam non ex debito; sed ex indulgentiâ tantummodò, adoptio præstatur. *Itèm:* Proprius filius factus est ex muliere; non adoptivus.

Sextò: Paterna vox fulgida, per nubem discurrens, intonuit, & discrevit, qui essent servi per gratiam, & per adoptionem filii; & qui verus & proprius filius. *Hic est*, inquit,† *filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ipsum audite.*

† Matt. 17. v. 5.

Septimo: Si igitur, juxta hæreticos, adoptivo nomine censetur; ut nos puri & ingrati homines: quo ergo pacto Apostolus eum nomen perhibet super omne nomen habere? Adoptivum etenim nomen, non est super omne nomen; sed commune, & infra nominum tenetur mensuram.

Octavo. Vos, inquit,† quem me esse dicitis? Mox beatus Petrus, cui non caro & sanguis; sed Pater cœlestis, revelavit: *Tu es*, inquit, *Christus. filius Dei vivi.* Ecce fidem beati apostoli! quam Hæretici surdâ aure transiliunt; perfunctorie legere non pertimescunt. Petrus confessus est Christum, verum Filium Dei vivi: & tu Hæretice dicis, Christus adoptivus filius est.

† Matt. 16. v. 16. 17.

¶ *Objectionem ita diluit.* Enimverò fortassis erigeres perfidiæ aurem, si absolute dixisset; *Tu es filius Dei vivi.* Fingeres forsitan falsâ argumentatione, ut diceres: Secundùm divinitatem eum filium Dei confessus est. Sed quoniam cum additamento dixerat; *Tu es Christus filius Dei vivi:* omnium Hæreticorum ora fidei suæ pugno attrivit. Christi namque nomen ab homine, quem assumsit, accepit: quia unctus in homine fuit. *Itèm* · Dicis enim, quòd Johannes scribat in epistolâ suâ:† *Habemus advocatum apud Patrem, JESUM CHRISTUM:* & hoc sit advocatus, quod & adoptatus. cùm longè aliud sit advocatus, & aliud adoptatus. Nam advocatus ille mihi est, qui pro me judicem interpellat; & causam necessitatis meæ propriâ tuitione defendit. Convenientiùs quippe dici potest propitiatus; quàm adoptatus: quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Cum Patrem naturam nostram, quam in se assumeat, in dextrâ Patris collocatam, ostendendo Patri incessabiliter manifestat, propitium eum nobis advocatus noster quasi interpellando efficit & benignum. Adoptivus vero dicitur, qui à patre adoptatur: ... debetur; sed gratia ... conceditur. Abusive ... , & non essentialiter ... est filius dictus: ... in filium adoptatus est ... Pharaonis, alienus ab ea, & generatione, & sanguinis ... tate. Hoc ideò posuimus, ut patenter daretur intelligi, eum dici adoptatum, qui nondum priùs fuerat proprius filius adoptanti. Unde in Dei filium non cadit nomen adoptionis: quia semper verus Filius, semper dominus: & post assumtum hominem veri Filii vocabulum non amisit; qui nunquam verus desiit esse Deus. Confitemini ergo, quod est deterius, & omni blasphemia plenum, duos adoptivos, Filium scilicet, & Spiritum sanctum. Non enim negare valeris, Spiritum sanctum paracletum esse. quod enim Græce Paracletus, hoc Latinè dicitur Advocatus. Fatemini quin-etiam, quod est super omne malum deterius, super omnem impietatem, eleganti duos adoptivos filios, Verbum scilicet, & Spiritum sanctum: ut sitis deteriores Ario & Eunomio, & Maranatha anathemate Macedonio digni.

† 1 cap. 2. v. 1.

Definit etiam Adoptivum, hisce verbis: Adoptivus dici non potest, nisi is, qui priùs alienus est ab eo à quo adoptari desiderat. Dei ergo filius, quâ ratione credi potest adoptivus; qui inseparabiliter assumto homine, in unâ personâ coeunte utrâque naturâ, non duo filii, alius Dei, & alius hominis, ut sicut hi errando æstimant, adoptivus sit Hominis filius, & sinè adoptione Dei filius: sed in una personâ, unus idemque, Dei & Hominis filius: qui nunquam hominem, quem assumsit, deseruit, etiã nec in cruce, quando inclinato capite tradidit spiritum.

Secunda hypotheseos confutatio.

Eam verò PAULINUS, in libro prædicto, ita refutat. *Primùm* · Suffecerat enim, juxta præcedentium catholicorum Patrum saluberrimæ promulgationis doctrinam, sincerâ simplicitatis voce, ex utrâque naturâ unam personam confiteri, veri Dei verique Hominis Christi, divinâ scilicet & humana.

Deinde. Non enim ignoramus, ex duabus substantiis humanam subsistere naturam; ex animâ nimirum & carne: sed unum sinè altero, perfectum non efficit hominem. Quid enim caro sinè anima, nisi terra? & quid anima sinè carne: nonne spiritus? Homo enim ex utroque. & non ex uno. Unde, quia Redemtor noster perfectum hominem assumsit in Deum; idcirco ex duabus naturis Deum & Hominem confitemur. Non enim caro sinè anima, perfecta humana potest dici integraque natura. Nam, cùm ex limo terræ finxisset Deus hominem; protinus insufflavit in eum spiraculum vitæ: sicut scriptum est,† *Et factus est homo in animam viventem.* Non igitur alter, qui formatus est, & alter, qui insufflatus est: sed unus idemque. *Itèm:* Volo ergo, ut liquidiùs definias, quid sit humana natura: sola caro; an sola anima, an utraque, anima & caro? Non enim possumus, nec fas est, veritati contradicere ... ex utrâque nihilominùs humana constat natura: ex animâ siquidem & carne. Dicito ergo mihi, in solâ carne, an in solâ animâ, an quod verius est in utrâque, pertulit vulnera passionum? Caro enim sinè animâ nihil sentit: Anima etiam sinè carne non esurit, neque sitit, nec potest crucifigi: & tamen crucifixa est per carnem. in summis enim palmis, & in extremis crucifixa est plantis. Quòd-si non crucifixa cum carne; cur sensit dolorem? Caro enim, sicut dictum est, sinè animâ nihil sentit. Quòd-si per carnis cognationem sensit dolorem; & caro per animam doler incisa: nec caro etiam sinè animâ, nec anima sinè carne, plena potest humana dici natura. Ex utrâque namque connexione, carnis scilicet & animæ, perfecta constat humana natura. Unde & Majores nostri, hac definitione sancitâ (quorum sagacissima capacitatis pueritia, longè valde a nostræ tarditatis distat ignaviâ) placuit eis, sancto annuente Spiritu, duas in unâ Christi persona indubitanter profiteri naturas; divinam scilicet & humanam: quia anima & caro, nõ sunt duo; sed unus homo. Deum enim & Hominem Dei Filium confitemur. *Mediator*, inquit Apostolus,† *Dei & Hominum, homo Christus JESUS* ... ex animâ & carne, non duo, sed unus est dictus homo.

† Gen. 2. v. 7.

† 1 Tim. 2. v. 5.

Tertiò ... Patribus nostris, Catholicis

A tholicis orthodoxisque viris, (qui rectam fidem & corde perceperunt, & inviolabili ore Ecclesiæ filios salubriter docuerunt) duas in Christo naturas; divinam nimirum & humanam: verum Deum, verumque Hominem: in utroque proprium Dei Filium; non adoptivum: sed sempiterno ex Patre, temporaliter natum ex Virgine matre: consubstantialem in suâ Deo Patri sanctoque Spiritui; consubstantialem etiam nobis in nostrâ.

¶ Refutat etiam ADRIANUS Felicianos, in suâ ad Hispanos epistolâ: in quâ utitur his rationibus.

B I. Quia Scriptura in multis locis testatur, JESUM Christum, non adoptivum; sed verum Dei filium esse, etiam secundùm humanam naturam. Nam Christus ipse, se verum; & non putativum: proprium; & non adoptivum Filium Patris sui, nominat: † *Pater, clarifica Filium tuum.* Itèm: Christus inter se, & alios adoptivos filios Dei, discrimen facit: * *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.* & nunquam communi affectu nobiscum dixit, Pater noster: sed semper ait, † *Pater vester, qui in cælis est.*

† Joh. 17. v. 1. * Joh. 20. v. 17. † Matth. 6. v. 1. & v. 6.

C Deinde Paulus dicit: * *Proprio filio non pepercit; sed pro nobis tradidit illum.* Scimus autem, quòd non traditus sit secundùm divinitatem; sed secundùm id, quòd homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus est, id est, hominem ipsum, Apostolus Dei proprium Filium protestatur.

* Rom. 8. v. 32.

Tertiò, Petrus testatur, † eum esse Christum, Filium Dei vivi. & non dixit: Tu es Christus, qui propter nos factus es filius hominis, & per adoptionem factus es filius Dei.

† Matt. 16. v. 16.

II. Quia omnes sancti Patres, & tota Ecclesia docet, confitetur, & credit: JESUM CHRISTUM, non adoptivum; sed verum Dei filium esse. Idque probat testimoniis D Athanasii, Nazianzeni, Augustini, Gregorii Papæ.

¶ Ad argumentum verò illorum: *Christus dicitur servus Dei, Ergo non est verè filius, sed adoptivus:* respondet idem I. Quòd à Prophetis per mysterium sic sit dictus, propter formam servi, & non propter naturam servilem. Ac probat, neminem ex Euangelistis & Apostolis, Christum servum appellare; sed dominum: ut Thomas; † *Dominus meus & Deus meus.* Et Petrus ait: * *Domine, tu mihi lavas pedes?* Et Discipuli inquiunt: † *Domine, adauge nobis fidem.*

† Joh. 20. v. 28. * Joh. 13. v. 6. † Luc. 17. v. 5.

E *Deinde* asserit, Christum nullibi Deum appellare dominum suum; sed semper patrem: ideóque non esse servum.

Tertiò: Paulus JESUM Dominum in gloriâ Dei patris appellat. †

† Phil. 2. v. 11.

¶ BEDA inquit: * *Nova hæresis in angulis occultè susurrat, Christum esse filium Dei adoptivum. Sed clarius universalis sanctæ Ecclesiæ vox resonat; Christus est filius Dei proprius. Sibilant quoque serpentino ore; Christus nuncupativus est Deus. Sed expreßius firmiúsque fidelium omnium unanimitas clamat; Christus verus est Deus: teste egregio prædicatore, qui ait:* † Quorum patres, ex F quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus.

* in cap. 7. Joh. † Rom. 9. v. 5.

ALBINUS inquit: † *Huic* (scilicet errori Photini) *nova hæresis, quæ nostris temporibus orta est, consentire videtur, affirmando & prædicando: Christus, sicut quilibet Sanctus, nuncupativus Deus est; & non verus.*

† in cap. 20 Joh.

¶ Celebratæ autem sunt, propter istas opiniones, aliquot Synodi. *Annales Francorum* testantur; Felicem Ratisponæ de errore convictum, ac missum Romam, coram Adriano Pontifice palinodiam cecinisse. quo facto, ad suam sit civitatem reversus, sub annum Domini 792. *Annonius.* †

G *Ado Viennensis* * narrat; eum in Synodo Francofordianâ hæreseos damnatum: & ut perpetuum exsilium Lugduni ageret, decretum. Perseverâsse etiam eum in isto errore suo, usque ad vitæ obitum, affirmat; verbis tantùm simulatâ revocatione.

† lib. 4. cap. 85. * ætate 6.

Narrat *Annonius*, † in eâ Synodo librum contra Felicem scriptum esse; cui omnes chirographa subjecerint.

† lib. 4. cap. 85.

Nos infrà, in capite de Synodis, rationes ex isto scripto breviter assignabimus.

DE ICONOLATRIS.

H Plerique summæ autoritatis Episcopi, passim hoc seculo fuerunt Iconolatræ, impium dogma de adoratione & veneratione Imaginum statuentes & defendentes, in publicis etiam certaminibus & synodis. Veriùs igitur istos hæreticos Ecclesiæ Christi pestilentes vocaveris, quam A alios, qui eis in impiis cœptis, verbo Dei contrariis, restiterunt.

Carolus Magnus, cum aliquot rectè-sentientibus, istis corruptelis obviam quidem ivit, accuratis refutationibus, libellis editis, & Synodis quibusdam: verùm superstitio invaluit; ac subinde postea (ut fieri consuevit) adaucta & cumulata est. Initiò quidem illi Iconolatræ aliquos fucos, & aliquas etiam distinctiones, prætenderunt: verùm re-ipsâ traditâ, & materiâ errorum suggestâ, postea exstruuntur B indè plurima inconvenientia. Cùm autem de hisce rebus, in capitibus de Schismatibus & Conciliis disseratur: supervacaneum est, eadem hic recitari. Memorabilis est sententia CAROLI Magni: † *Cùm isti penè omnem auxilii sui spem in Imaginibus defigant; non mediocriter a sanctâ & universali dissentiunt Ecclesia: quæ spem auxilii sui, non in pictura fucis; sed in Creatore omnium, defigit.*

† libr. 3. cap. 18.

ARIANI.

In Hispaniis subindè adhuc pullulat Arianismus: ut *Volaterranus* annotat.

MONTANI.

C Ejus sectæ quosdam hoc tempore durâsse, indè certum est: quòd *Ursbergensis* tradit, eos ab Imperatore coactos esse, ut suam abjicerent hæresin. Verùm plerique ad ingenia pristina redierunt.

MANICHAEI.

In Africâ, Manichæos errores apud quosdam adhuc mansisse, *Gregorius II.* in primâ epistolâ ad universum clerum & plebem Thuringiæ, testatur. Eamque ob causam ad ecclesiasticos ordines non vult recipi: quia aliqui sæ-D piùs sint probati fuisse rebaptizati.

DONATISTAE.

BEDA inquit: † *Quod dictum est ad Abraham; In semine tuo benedicentur omnes gentes: quidam ad solam Africam pertinere dicunt.*

† in Psal. 14.

ARABICA HAERESIS.

Orientales sacerdotales, *in epistolâ ad Tarasium Constantinopolitanum*, testantur, Arabicam hæresin sibi adhuc plurimum negotii facessere.

MONOTHELITAE.

E Constantinus Princeps, sectæ Monothelitarum propugnator fuit; ut *Jacobus Meyer* annotat. quæ res argumento est, complures fuisse Ecclesiæ doctores, isti sententiæ adhærentes.

Damascenus quoque contra istos Hæreticos disputat.

DE HAERESIBUS INCERTIS & dubiis.

De Monacho quodam.

Scribit *Ursbergensis*; Philippicum Imperatorem in vin-F culis detinuisse quendam Monachum hæreticum, qui ipsi Imperii administrationem prædixerit. Nihil verò explicatè narratur; nisi quòd [illegible] Synodum improbârit.

Philippicum etiam in errorem Homousii lapsum, dicitur quidem, sed non explicatur.

DE HAERESIBUS VETULARUM.

BEDA inquit † *Exstirpanda est hæresis vetularum, quæ jurant per tres partes Dei.*

† in libr. Boethii de Trinit.

In Hassiâ, Bonifacium quosdam convertisse impostores idololatras, *Hedio* refert. Forte gentiles fuerunt.

G In Bohemiâ, quendam hæreticum, Erminulphum vocatum, convictum esse à Bonifacio, *Hedio* annotat: sed capita hæreseos nulla [illegible] stant.

Zacharias in epistola ad Bonifacium, scribit, sibi à Bonifacio de quodam G[illegible] hæretico scriptum: verùm ipsius hæreseos, qualis ea fuerit, nulla fit mentio.

Prorsùs dubia & obscura est conflictatio, inter Bonifacium, peragrantem pleraque Germaniæ loca, & inter Clementem atq; Samsonem Scotos, & Adelbertum Gallum, Sidonium Archiepiscopum, & Virgilium. Nam isti se in H quibusdam Bonifacio opponebant, libro etiam edito, quid reprehenderent in doctrinâ, ritibus, & vitâ Bonifacii. Nam contenderunt, quædam falsa à Bonifacio tradi; quosdam superstitiosos ritus ab ipso institui; & diversum vitæ genus ab Apostolis ab ipso agi. Hæc si hodie exstarent, rectiùs de

ipsis judicium fieri posset. Verùm oppressi sunt, Bonifacii autoritate, & reliquorum, cum Bonifacio facientium, multitudine ac potentiâ: ita ut, causâ non auditâ, neq; cognitâ, licèt peteret se-se coram aliis plenè audiri; fulminibus horrendis excommunicationibusq; sint protelati. Ac dederūt operam Adversarii, ut ipsorum scripta etiam abolerentur: ne videlicet posteritas impietatem, & tyrannidem Romanensium episcoporum, cernere & dijudicare posset. Epistola quædam Zachariæ Papæ, nominat eos episcopos; neque ullam ejus hæresin impingit: tantùm verò schisma eis tribuit. Verendum est igitur, multos sinceros & fideles doctores, ab adulatoribus Papisticarum corruptelarum, iniquissimis censuris oppressos esse. Relinquimus igitur istos in medio, usq; in diem Domini, qui erit justissimus judex.

De Tarasii obscuris & periculosis sermonibus, *Carolus Magnus*, in suo contra Iconolatras libro, inquit: eum dixisse, *Spiritum sanctum esse contribulem Patri & Filio.* Itèm, *Spiritum sanctum procedere ex Patre per Filium.* Idque refutat. Sed non impingit ei hæresin, nisi quòd Imaginum venerationem & adorationem, cum reliquis multis, asserat Tarasius.

DE ASTROLOGICIS THEOLOGIS.

† in Psal. 7. BEDA inquit: † *Quidam erant, qui damnationem malorum, & salvationem bonorum, non justo judicio Dei, sed fato, vel constellationi, vel cæteris talibus, ascribant.*

DE EPICUREIS.

† in Psal. 9. BEDA inquit: † *Fuit autem sententia quorundam erroneorum, quòd Deus, qui tanta majestatis esset, nunquam se ad hunc finem inspiciendum vel regendū dignaretur inclinare. Quod plane falsum est: quia tunc omnia temerario casu fluitarent.*

PSEUDOCHRISTUS.

In Syriâ, quidam se pro Messiâ venditat, Judæis illudens. *Eutropius.*† [* lib. 21.]

DE VETUSTIS ERRORIBUS.

† lib. 2. in Cantica. VEteres etiam hæreses, in scriptis suis, Patres hujus seculi, & nominarunt, & refutarunt, ut APONIUS ait:† *Error hæreticæ pravitatis, per Basilidem, Valentinum, Photinum, Apollinarem, Macedonium, Eunomium, Montanum, Cataphrygā Manichæum, Arium, vel per omnes hæresiarchas, congregavit. Qui hac de causâ sodales appellantur: quòd unusquisque eorum, dæmonum vicarius, vel collega, per superbiam effectus est: quòd omnes hi cibos doctrinæ, apud sensum suum (de quo cuncta meditando promunt) deceptis animabus præparatos, singuli ad unam mensam, Legis divinæ testimonia male interpretatis, deferunt comedendos.*

CAPUT VI.
DE CEREMONIIS.

HOc seculum cerēmonias, à majoribus inventas, non modo retinuit; sed etiam cumulavit magis: idq; ex erronea opinione, quasi Deus maxime delectetur electitiis illis operibus. cùm tamen è cōtrarium per Prophetas jam olim sit testatus, sicut scriptū est: † *Frustra me colunt mandatis hominum.* [† Esai. 29. v. 13.] Nos quidem ordine, ut in autoribus indicantur, referemus singula: te[...] Lectoris est, juxta normam in verbo Dei præscriptam, discernere eos ritus, qui a Deo instituti sunt, ab illis, quos humana [...] industri[...] superstitio, sive ambitio, [...] etiam m[...] nullâ habita ratione ordinis, decori, & ædificationis, [...] præceptum Pauli † invenit, & coacervavit. [† 1. Cor. 14. v. 40.]

Porrò, cùm ritus Romanæ Ecclesiæ, quos in superioribus seculis seorsim rec[...]us in omnes Occidentis, ac etiam magnâ ex parte [...] enti E[...] exundarint (oportebat enim Anti[...] t[...]lo Dei sedere non ampliùs opus fuerit [...] ne. [...] en, ubi [...] quædam occurrerit, [...] Ca[...] mus.

Quòd autem Romanæ cerem[...], de [...] ans ob[...] vatione, & de tonsura, [...] de Imaginum [...] & similibus obser[...] & Hispanis, Anglicanis & Germanis, & [...] [...], propagatæ [...] ceptæ sint: patet ex [...] ii, Ceolfridi, [...] Cymberti, Bonifacii, Irenés, Constantini, & aliorum: quæ suo loco referuntur.

DE [...]IBUS PUBLICIS.

SAcros cōgress[...] s atq; nocturnus, [...] fuisse, constat ex iis, q[...] tur.

Ad eam verò [...] fuerunt templa, oratoria, basilicæ, ædes, & [...] era: quorum catalogum prolixum possemus [...] numbre [...] studeremus.

Neque illis contenti fuerunt, quæ [...] is superioribus exstructa fuerunt: sed passim plura, sive necessitate coacti, quòd numerus Christianorum cresceret, sive superstitione excitati, quòd opinarentur, eâ re Deo, Sanctis & Martyribus, præstari cultum, & acquiri gratiam; tum ad verbi Dei, & sacramentorum tractationem, tum ad cantiones [...] etas, ædificarunt, & exornarunt, & donis profuse l[...] runt. Id ut planum fiat; nominatim de quibusdam [...] seculo fabrefactis dicemus: quæ partim in Christi, & Spiritûs sancti, partim in Angelorum; partim in Mariæ & Apostolorum; partim in Martyrum, masculi & fœminei sexûs, honorem, constructa sunt.

¶ In honorem Christi. Luithprandus oratorium Salvatori in palatio suo ædificavit. *Paulus Diaconus.*† Salvatoris basilicæ, idem *Diaconus* * meminit. [† lib. 6. Longob. cap. 1. * lib. eod. cap. 12.] Patres in Nicęna Synodo II. Act. 6. inquiunt: *A temporibus Constantini [...] Christianorum cœtus templa construxerunt; partim Christi nominis gratia, partim sanctorum Martyrum causâ.*

¶ In Angelorum. Nam in Michaelis honorem Boni[...]us Ortruvii ecclesiam exstruxit. *Chronicon Isenacense.* Authertus Michaëli archangelo, in loco, qui dicitur P[...]culum maris, Ecclesiam exstruxit, anno 709. *Sigebertus.*

¶ In honorem Mariæ. Thedomarus, abbas Cassinensis, ad fontem, unde Liris scaturit, templum in hon[...] gin[...] s Mariæ posuit. *Leo Hostiensis*† *de Cassinensi cœnobio.* [† lib. 1. cap. 4.] Carolus Magnus Aqui[...]ni, in honorem [...] ami[...] b[...] am exstruxit. *Eginhartus in vitâ ejusdem.* [...] Mariæ templū statuit, Ungaris victis & [...] apulat[...]. *Bonfin.* [Decad. 1. lib. 9.]

¶ Apostolorum: ut Petri. Sic Leodi[...] bert[...] [...] clia Petri exstruxit. *Acta Tungrensium.* Et in loco, ubi [...] Desiderium [...] lesia ædificata est in honor[...] [...] *inventus* † Osnaburgensem ecclesiam Petro Carolus dedicavit. *Crantzius in Metropoli.*† [lib. 13. cap.] Et Bonifac[...]s W[...] ar[...] n Westphaliâ, templum Petro ædificavit. *Chronicon Isenacense.* [cap. 2.] Apud Bremenses, Willehadus ædificavit eccl[...] d[...]o Petro. *Saxonia Crantzii.*† [* lib. 2. cap. 13.]

Et Jacobi. Nam Carolus Jacobo, Aquisgrani, & apud Bituriges, & Tolosæ, & in Gasconiâ, & Parisiis, ec[...] erexit. *Erfordiensis.*† [* cap. 68.]

Et Pauli. In ejus enim laudem Carolus, M[...]ni[...] sen Monasterii, anno 4. Constantini, filii Leonis Co[...]onymi [...]ter 745. Domini, templum exstruxit. *Metropolis Crantzii.*† *Erfordiensis.** [* lib. 1. cap. 5. * cap. 69.]

Andreæ Apostolo Ivas Welliæ templum dedicavit. *Polydorus.*† [† lib. 4. histor. Angl.]

Johannis Baptistæ templum in monte ædificabatur; cujus formam Johannicius præscripsit architectis. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

¶ In honorem martyrum masculorum. Sic Leonianus Beneventi ecclesiam Modesti ædificavit. *Leo Hostiensis.*† [† lib. 1. cap. 10.] Et in Fu[...] ec[...]lesi[...] Bonifacii, anno Domini 791. fundata dicitur. *Schaffnaburgensis, & Marianus in Chronico.*

Sabino martyri, Petrus Ticinensis episcopus, templum in proprio sulo exstruxit. *Paulus Diaconus.*† [† lib. 6. Longob. cap. 58.]

Adriani basi[...]æ meminit idem *Diaconus, ibidem.*

Crispinus & Crispinianus martyres, Omiburgi ecclesiam sortiuntur autore Carolo. *Erfordiensis.*† [cap. 68.] Idem Steph[...] Osterwicensem ecclesiam dicavit. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 1. cap. 3.] Gorgonii & Dorothei ecclesia apud Mindense[...] [...]t, [...] olo exstructa. *Erfordiensis.*† [† cap. 69.]

In castello Megdeburg, Carolus Magnus fanum Veneris subvertit, & Stephani ecclesiam i[...] erexit. *Crātzius in Saxonia.*† [lib. 2. cap. 12.]

Gangolphi ecclesiam Erfordiæ Dagobertus dotavit, *teste Hartmanno Schedelio.*† [Ætate 6.]

Et Episcoporu[...] [...]onore [...]i Vercellensi in Mortaria, ec[...]lesia à C[...] M[...] [...]cta. *Luitprandus.* [lib. 2. cap. 169.] ilario t[...] m A[...] [...]dua [...] Venetiarum, ex-

struxit. *Bergomen* s.† Bonifacius ecclesiam Salvatoris, in Trajecto castello, a Paganis dirutam, reparavit; & divo Martino consecravit: ut patet ex epistolâ ejus ad Stephanū II. Papam, *apud Nauclerum*.†

† lib. 10.
† Generat. 26.

¶ FOEMINARUM. Sic Archis, Dux Beneventi, ecclesiam Sapientiæ ædificavit. *Leo Hostiensis de Cassinensi cœnobio*.† Divæ Mariæ templi, non procul a Constantinopoli, meminit *Suidas, ad finem Nicephori* † Et Sophiæ templi Constantinopoli, meminit *Blondus*.*

† lib. 1. c. 16
† lib. 18.
* Dec. 2. lib. 1.

Johannæ oratorium, in monte Cœlio, ædificavit Gregorius II. *Platina in vita ejus*.

Basilicæ Ruffinæ & Secundæ, meminit *liber Pontificalis in Adriano*.

De donariis, ecclesiis Sanctorum oblatis.

Carolus Magnus de thesauro, quem Heinricus Forojulianorum Dux ei miserat, multis ecclesiis & monasteriis dona obtulit. *Regino*.† Ex Jacobi ædem Calecianam invisens, prædiis amplissimis ditavit, & donariis instruxit. *Sabellicus*.†

† lib. 2.
† Ennead. 8. lib. 9.

¶ Apparet ex epistolâ Geolfridi, *apud Bedam*,* aliam Romanos, in templis ædificandis, observâsse formam, & aliam Britannicas ecclesias. Nam Naitanus, rex Pictorum, petiit architectos à Geolfrido abbate, qui dudum in gente Anglorum, ad exemplum Romanæ Ecclesiæ, suam religionem instituerat: ut, juxta morem Romanorum, ecclesiam de lapide sibi facerent.

* lib. 5. cap. 22.

De formâ templi Mariæ, ad fontem Liris, *Hostiensis* sic scribit: † *Quadrifida fabrica supra duodecim columnas erigitur, & super eas excelsa turris, a subjectis porticibus sublata, porrigitur: aliis quatuor turribus, per singulos porticûs angulos, per* [illegible] *ejusdem turris erectis. Id autem templum operuit plumbeis laminis, & figuris pulcerrimis, & versibus claris; ornavit.*

† lib. 1. cap. 19.

RITUS CONSECRATIONIS & dedicationis.

Recèns-facta templa consecrare his ritibus solebant. Conveniebant Archiepiscopi & Episcopi ex aliis etiam locis. ut in dedicatione Casinensis templi, cum Zacharia Papâ, 13. archiepiscopi, & 68. episcopi fuerunt: ut apparet ex jussione Zachariæ, *Chronico Casinensi* adjunctâ. Et in consecratione ecclesiæ Aquitgranensis, Carolus secum habuit Romanos Cardinales, multos Episcopos Italiæ & Galliæ, Abbates, Clericos, & Principes: ut apparet ex Bullâ ejus, *apud Ptolemæum Lucensem*. Jacobi ædem Turpinus Remensis, cum aliis novem episcopis, consecravit: *ut ipse scribit*.

Ac fiebat consecratio in nomine Trinitatis. nam *Zacharias*, in epistolâ 2. ad Bonifacium, inquit: *Si aut ecclesias in nomine Trinitatis consecravit; aut parvulos baptizavit, dum sacerdotio fungebatur: consecratio ecclesiarum, & baptisma sit confirmatum.*

Inter consecrandum, nomina illis imponebant. Vel Salvatoris: ut Luitprādus fecit. *Diaconus*.† Vel Angelorum: ut Michaëlis archangeli, *apud Hostiensem*.† Vel Martyrum. Leo Pōtifex, rogatus a Carolo, ecclesiam Padeburnensem consecrat; & Stephano altare dedicat, in quod reliquias inclusit Româ allatas. *Metropolis Crantzii*.† Vel aliarum rerum sacrarum. [illegible] Sanctæ crucis ecclesia apud cœnobium Casinense fuit. *Leo Hostiensis*.

† lib. 6. Longob. cap. 17.
† lib. 1. cap. 12.
† lib. 1. cap. 11.

Consecrationē gratis fieri jubent Patres *in Synodo Cabillonensi*.† Sed Cenulphus, Rex Merciorum, cùm apud Winchecumbam curâsset dedicari ecclesiam, tredecim Episcopis, & decem Ducibus, marsupia xeniis complevit; & Presbyteris marcam auri, Monachis solidum unum, & toti Populo sua quædam munuscula, distribuit. *Wilhelmus*.†

† cap. 16.
† lib. 2. de Anglor. cap. 77.

Solebant etiam Romæ altaria consecrari. Sic enim scribit *Paulus* ad Pipinum: *Mensam illam, quam olim sanctæ recordationis domino & germano nostro, beatissimo Stephano Papa, & per eum B. Petro Apostolo, obtulistis, cum hymnis & canticis spiritualibus, Litaniæ laudes solenniter Deo referentes, infra aula ipsius principis Apostolorum, introduximus: eamq; vestri missi, in sacram confessionem super corpus scilicet ejusdem cœlorum regni janitoris, ex vestra persona obtulerunt. quam & chrismate unctionis sanctificantes & sacram oblationem super eam imponentes, sacrificiū laudis Deo omnipotenti pro æterna anima vestra remuneratione, & regni vestri stabilitate, obtulimus* [illegible] *exuentes apostolica censurâ, sub anathematis interpositione, nulli unquam licere, eam ab Ecclesia B. Petri abalienare. & ecce, memoria vestrum eâdem apostolica aula fulgens, permanet in æternum.*

QUÆ CONTENTA IN TEMPLIS.

In iis vero solebant habere imagines & statuas. de quarum cultu acria certamina hoc seculo fuerunt; ut suo loco dicitur.

Irene fere omnes ecclesias replevit imaginib⁹ & statuis. *Paulus Diaconus*. Et Londinensis Synodi decreto, introductæ primum sunt imagines in omnes Anglorum ecclesias, anno Domini [illegible]4. *Baleus*.† Et *Damascenus* * multa de statuis adorandis habet.

† Concil. in Append. cap. 91.
* lib. 4. cap. 16

Tum [illegible]. Nam Habdallas cruces ecclesiarum abstulit. *D*[illegible].† Et in Synodo Nicenâ II. *Actione* 1. imago Christi [illegible] probatur, ejusque cultus, à tribus episcopis. Et in *Actione* [illegible] inquiunt: *A temporibus itaque illis, usque ad tempora Constantini, primi ex Imperatoribus lene Christiani, anni propemodum trecenti acti fuisse; [illegible] fere Gentilibus tyrannice regnantibus. Per illa autem tempora Christianorum plurimi, certamen præclarum certantes, non sine martyrio vitam hanc liquerunt: idolorum [illegible] studiose oppugnant. At vero Christianorum cœtus, divina æmulatione ducti, templa construxerunt; partim Christi nominis gratiâ, partim sanctorum martyrum causâ. Atque illi quidem, historiam humanæ Christi dispensationis in iis pinxerunt: hi vero, Martyrum gesta effigiandis operā collocarunt. Alii id tabellis expressere, quo Martyrum memoriam in oculis perpetuo ferrent, ac ipsum etiam Christi facta. Alii autem, in vestibus sacratis, in pretiosis repositoriis, in quibus incruenta sacrificia peragunt, imagines pinxere. Et sane evidenter hæc ad nostra usque tempora ostenduntur; durabuntq; per secula.*

Tum Mariæ. Imagines enim Domini, & Mariæ, Constantinus ex templis auferri jussit. *Honorius in Chronico*. Et Gregorius III. imaginem Mariæ argento obduxit. *Liber pontificalis*.

Tum Apostolorum. Quorum simulacra ab aliis distinxit Gregorius III. *Baleus*.† Adrianus, Pauli imaginem, & aliorum Apostolorum, argenteis laminis obduxit. *Liber pontificalis*. *Adrianus* Papa, in epistolâ ad Constantinum & Irenem, inquit: † *Nostra* [illegible] *Apostolorum Petri & Pauli figuras veneratur, usque in hunc diem.* Picturâ, in quâ agnus, digito Præcursoris demonstratus, graphicè est insculptus, recèpta est in Synodo 6. *teste Adriano, in epistolâ ad Tarasium*.†

† lib. 3. de Actis Pontif.
† Tomo 3. Concil.
† ibid.

Tum Martyrum. Imagines Prophetarum, Martyrum, & Confessorum, restitui jubet Paulus. *Liber pontificalis*.

Tum Patrum, & aliorum piorum: ut patet ex *Actione* 1. *Nicæna II.* Variis in locis historiam Abrahæ, immolantis filium Isaac, vidimus. *Actione 4. Nicæna II.*

Tum Angelorum. Nam Leo Isaurus edixit, ut in nullâ ecclesiâ, cujusvis Sancti, aut Martyris, aut Angeli, habeatur imago. *Liber pontificalis*. In *Actione 7. Nicæna II.* venerandorum imagines jubent coli.

Tum aliarum rerum. Nam Euangelii codicem depictū fuisse, constat *ex Actione* 7. *Nicæna II.*

Et statuas & imagines Imperatorum. Nam Philippici Imperatoris effigies, Romæ in ecclesiam non est introducta: eò quòd ipse, in urbe regiâ, picturas sex universalium Synodorum auferri jussisset. *Beda*.† & *Marianus Scotus*.

† lib. 2. de Ratione temp.

Imagines verò aliæ fusæ ex cerâ erant; aliæ ex tabulis & asserculis sculptæ; aut iis inscriptæ: ut patet ex *Synodo Nicenâ II.*

Et anathemata. Pipinus, Gayfiri Ducis Aquitanorum chirothecas, unionibus & preciosis gemmis intertextas, in templo Dionysii, ad [illegible], quæ supra aram majorem erat, appendit. *Gaguinus* † Et Luitprādus, Rex Longobardorum, armillas, balteum & ensem, ad aram maximam Petri dedicavit. *Sabellicus*.†

† lib. 3.
† Ennead. 8. lib. 7.

Parietes picturis & carminibus erant ornati. Sic Poto, abbas Casinensis, ecclesiæ Michaelis parietes, picturis & carminibus per gyrum decoravit. *Leo Hostiensis*.† Et picturam sex universalium Synodorum Philippicus sustulit. *Beda*. Et Constantinus Papa, in porticu S. Petri [illegible] picturas; quæ gesta & decreta sex sanctarum Synodorum universalium continerent. *Paulus Diaconus*.† *Ado*.* Johannes

† lib. 1. cap. 32.
† lib. 6. Lōg. cap. 11.
* Ætate 6.

V I. oratorium Mariæ intra ecclesiam Petri struxit, & pariete Musaico opere depinxit: ità ut opere vermiculato parietes Patrum vultus ostenderent, à dextrâ lævâque. *Marianus, & Crantzius in Metropoli.*† *Liber pontificalis.* Juxta antiquam constitutionem sanctorum Patrum nostrorũ, imaginum picturam, ad instructionem & memoriam mentis nostræ, & participationem sanctificationis, Ecclesia recepit. *Tarasius in epistolâ ad Johannem.*† Et Adrianus V. in epistolâ ad Constantinum,* diversis coloribus & picturis domum Dei exornari jubet. Johannes, cùm templum Salvatoris Romæ exstrueret, in utroque pariete templi, historiam veteris & novi Testamenti inscripsit: hinc quidem, Adam exeuntem paradiso, illinc verò, Latronem paradisum ingredientem. *Actione 4. Nicæna II.*

† lib. 2. cap. 1.
† Tomo 2. Concil. * ibid.

¶ Neque tantùm in templis, sed etiam in aliis locis, imagines & statuæ locatæ sunt. In Berytho Syriæ imaginem Christi, in domo Judæi à Christiano re[lictam], inventam esse anno Domini 765. *Sigebertus* narrat. Sub Irene, Christus honorabatur figuris: & Sanctorum imagines in Ecclesiis, in foris, in populo cernebantur. *Metaphrastes.*†

† Tomo 5

Adrianus fecit statuas sex ex laminis argenteis; & collocavit eas in presbyterium, ternas ex ordine. In primâ serie, Salvatoris erat posita, inter Michaëlis & Gabrielis: in alterâ serie, Mariæ, inter Andreæ & Johannis Euangelistæ. *Liber pontificalis, in vitâ ejus.* Et *in actione 7. Nicæna II.* jubet imagines Christi, Mariæ, Angelorum, & omnium Sanctorum, non modo in templis; sed etiam in sacris vasis, & vestibus, & in parietibus, in tabulis, in ædibus privatis, & in viis publicis, [l]ocare, & colere oblationibus, suffitu, & luminibus. Et *Tarasius* in epistolâ ad Adrianum indicat, Imperatores, tum in portis regiarum, tum in templis, restituisse imagines.

Sed tamen Gentilium imagines non ferebant in templis: ut patet ex vitâ Tarasii, *apud Egnatium.*

¶ Habebant etiam altaria. In templo Sophiæ, Beneventi, erant multa altaria, per gyrum summi altaris constituta. *Leo Ostiensis.*† Altaris, cancellorum, presbyterii, in ecclesiâ Stephani apud Metenses, fit mentio *in vitâ Godegangi.* Super altare in ecclesiâ Mariæ, Johannes coopertorium fecit. *Liber pontificalis.*

† lib. 1. cap. 10.

Cœperunt plura in ecclesiis altaria exstruere. Quare *Carolus Magnus* in Constitutionibus suis præcipit; ut non superflua sint in ecclesiis.

Eaque erant picturis ornata. Sic Adrianus altare Petri exornavit pallio, auro intertexto: in quo depicta historia erat, de Angelo Petrũ ex vinculis liberãte. *Platina in vitâ ejus.*

Et velaminibus decorata. Nam Adrianus, super altare basilicæ Laurẽtii, vestem de quadrapulo fecit. *Liber pontificalis.* Et Zacharias vestem auro textam, & nativitatẽ Christi referentem, fecit. *Liber pontificalis.* Et Adrianus basilicæ Petri vestem donavit, auro & gemmis textam, & acu pictã, de liberatione Petri ab angelo ex vinculis. *Liber pontificalis.* [Sic oportebat Romanum Antichristum, auro, argento, & gemmis, colere deos suos alienos; juxta Danielem.†]

† cap. 11. v. 38.

Ac erant isthic reorum asyla. Nam eò confugientes, nõ licebat vi abstrahere, sine pœnâ excommunicationis: ut patet ex Tarasii vitâ, *apud Metaphrasten.* Ad mensam sacram, seu ad altare in templũ, fugit Tiberius, & deprecatur mortem. *Zonaras.*† Et filii Constantini ad magnam ecclesiam confugiunt. *Paulus Diaconus.*†

† Tomo 3 * libr. 23. Rom.

¶ Habebant & columnas. Carolus Aquisgrani columnas & marmora, ex Româ & Ravennâ, in basilicam Mariæ, devehi curavit. *Sigebertus*, anno 795. Et Gregorius III. sex columnas onychinas, ab Exarcho Eutycio sibi donatas, in basilicam Petri reposuit. *Liber pontificalis.*

Et vela, & cortinas. Nam Adrianus ex palleis quadrapulis fecit vela, numero 27. & cortinam. *Liber pontificalis, in vita ejus.* Idem vela stauracea, seu Tyrea, per unamquamq; diaconiam, fecit sena: quorum summa fuit 96. *Libro eodem.* Et cerostrata argentea librarum 12. Adrianus super presbyterium fecit. *Liber pontificalis.*

Et cancellos. Cancellos e[x] ære solido Carolus fecit Aquisgrani. *[Ursp]ergensis in Chronico.* Fuisse autem cancellos ante mensam, in quâ Cœna administrabatur; intra quos nõ

A licebat ingredi excommunicato[s] ... Tarasii vitâ, *apud Metaphrasten.*

Ante vestibulũ altaris, cabatharas aureas ... fecit Adrianus, pendantes libras ... *Liber pontificalis.*

Et candelas, & lucernas. Nam Adrianus Papa quater in anno candelas accendi jussit: in Natali Domini, in Pascha te, in Natali Apostolorum, & in Natali Pontificis. *Liber pontificalis.* Zacharias unicuique basilicæ vectigal assignavit; unde oleum ad lampades emeretur. *Platina.*

B Et candelabra. Nam Gregorius III. ecclesiæ Mariæ ... dam donavit. *Liber pontificalis.*

Ac solebant ad imagines candelas collocare, & thymiamata accendere. Quod *Germanus*, in ... ad Thomam, hoc fuco defendit. *Ne quempiam offendat, quod ante Sanctorum imagines lumina, & suaveolentia thymiamata accenduntur. Symbolicos enim ista fieri, in honorem ... orum, opinandum est; quorum cum Christo requies, quorum honor ad ipsum recurrit: hoc ipsum testante sapiente Basilio: Quod erga conservos bonos honor, erga ipsum Dominum communis benevolentia signum exhibet. Sensibilia enim lumina, symbolum ... ... illius & a Deo dati luminis. Aromatum autem incensio, integrum & totum sancti Spiritus afflatum & repletionem significat.*

† lib. ... Concil.

Tabulas. Sic Gregorius III. lapideis tabulis suam constitutionem, in oratorio Romæ, [s]culpi curavit. *Sigebertus*, anno 731.

C

Coronas. In Ecclesiâ magnâ Constantinopoli [c]orona, olim à Mauricio collata, erat ex pretio[sis] lapidibus contexta: quam cùm Leo Copronymus imposuisset, morbum sibi contraxit. *Sigebertus*, anno 781. Delphinos aureos, per

D diversas coronas, in basilicâ Mariæ fecit Adrianus. *Liber pontificalis.* Et Gregorius III. coronam argenteam, cum delphinis sex; & coronulam auream cum cruce, pend[en]tem super altare ecclesiæ Genesii, contulit. *Liber pontificalis.*

Organa musica. Anno Domini 757. Constantinus Pipino organon misit, hactenus Germanis & Gallis incognitum. *Aventinus.*† & *Marianus Scotus. Annonius.**

† lib. 3 Annal. * lib. 4 cap. 64

Suggestus. Ambonis in ecclesiâ Petri, in quo Leo ... manus super Euangelia ponens, juramento sese purgavit de criminibus falsò objectis, *Ado* meminit. Et ...

E templo Mariæ, Constantinopoli, *Zonaras.*† So... Nicetas sedit, cùm Constantinus excommunicaretur, meminit *Zonaras* ibidem. Tarasius Constantinopoli de ambone docet populum. *Metaphrastes in vita ejus.* Ambonem marmoreum Gregorius II. in ecclesia Hierusalem Romæ fecit. *Liber Pontificalis.* Et Leontius Scriniarius, d[ec]reta Concilii de ambone coram populo recitat: quibus finitis, tres episcopi ascendentes, anathema denuntiant violatoribus. *Liber pontificalis.*

† Tomo 3.

In Ecclesiâ magnâ Cõstantinopoli, fuit locus Catechu-

F menorũ; quem Catechumenium appellat *Paulus Diaconus.*†

Presbyterii in Adriani basilicâ, meminit *Liber pontificalis, in vita Adriani:* & Patriarchii, *ibidem.*

† lib. 22. & 23. Rom.

¶ Obsessi & Energumeni etiam in templum sunt admissi. Nam Ægidius dæmoniacum, in ecclesiâ suis clamoribus alios turbantem, sanavit, Diabolo ejecto. *Antoninus.*†

† Tit. 13. ca. 6 § 34.

¶ Habebant itèm in templis Sanctorum reliquias. In Viennensem ecclesiam Willicarius Martyrum reliquias reposuit. *Ado.*† Et Theodomar, abbas Casinensis, omnium Apostolorum, & multorum Martyrum reliquiis, nobilita-

† Ætate 6

G vit templum Mariæ. *Leo Ostiensis.*† Et Carolus Magnus, ecclesiam Mariæ Aquisgrani, multis reliquiis ornasse dicitur, *in Chronico A Edituus*; & in Bulla suâ, *apud Ptolemæum Lucensem.* Acca, undique acquisitis Apostolorum & M[arty]rum reliquiis, altaria in venerationem exstruxit ... porticibus, in ecclesiâ Andreæ. *Beda.*† Reliquias [Sal]vatoris & Mariæ, & duodecim Apostolorum, & aliorum M... Adrianus in basilicam Petri collocavit. *Liber pontificalis.* In Mindẽsi ecclesiâ, reliquię Feliciani, Fulginatis, Theodori, Carpophori, & Habundi, fuerũt re[p]ositę. *Metr. Crãtza.*†

† lib. 31. cap. 13.
† lib. 5. Hist. eccl. cap. 21.
† lib. 2. c. 9

H Et Bibliothecas. Acca, [ep]iscopus Hagu[st]aldensis, historias martyrum, & alia ecclesiastica v[olu]mina collegit; & ... templo Andreæ bibliothecam fecit. *Beda.*† Euangelia aurea, cum gemmis librarum 15. Gregorius III. Salvatoris basilicæ donavit. *Liber pontificalis.*

† lib. 5. cap. 20.

¶ Ad conventum Ca[illegible] barias C[illegible] finentibus concedit, ut i[illegible] diurnis signum in ecclesia pulsent. *Privilegium Zachariæ in Chronico Casinensi.* Et in Ecclesia D[illegible], in [illegible] campanas Stephanus Papa fingit se [illegible]isse: [illegible] *epistola ad Reginonem.* Ecce etiam Jacobi tintinnabul[illegible], decenter ornavit Carolus. *Erfordensis.*

Idque vel die dominico. In dominicis diebus, neque pu[illegible], neque cantarum disceptationes exerceantur, & penitus à rurali & servili opere cessetur: ac illa solummodò fiant, quæ ad Dei cultum & servitium pertinent. *Synodus Arelatensis.*† Et in *Turonensi:** Oportet omnes Christianos die dominico, à servili opere abstinere; & in laude Dei, & gratiarum-actione, usque ad vesperam perseverare.

Aut die Sabbati. Nam in quibusdam locis die Sabbati ad memoriam priscæ religionis, canticum Deuteronomii, in quo universus veteris populi status, quid videlicet offensio, quid propitio Deo meruerit, continetur, dicere consueverunt. *Beda.*

Aut aliis diebus festis: ut patet ex Loco de Festis

QUAE IN CONGRESSU facta sint.

IN cœtu fiebant cantiones, precationes, lectiones sacræ, conciones, administratio Cœnæ dominicæ, gratiarum-actiones, oblationes, & eleemosynarum collectiones.

DE CANTIONIBUS.

Apparet, diversam in Romanis, & Gallicanis & aliis ecclesiis cantandi fuisse consuetudinem. Nam Pipinus, per Pontificem rex Francorum designatus, Romanorum [illegible] & cantus in Gallias attulit, anno Domini 751. *Sigebertus. Æmilius in Chronico Francorum, Balæus.** Et postea Carolus Magnus, dissonantià ecclesiastici cantûs inter Romanos & Gallos offensus; & judicans, justius esse, de puro fonte (si licet de calice meretricis Babylonicæ) quam de turbido rivo bibere; duos clericos Romam misit: ut authenticum cantum à Romanis discerent, & Gallos docerent. Et primò per hos Metensis ecclesia; & per illam omnis Gallia, ad authoritatem Romani cantus revocata est: anno Domini 774. *Sigebertus.*

Et cùm, post annos sedecim, iterum in psallendo & legendo esset à Romanis, etiam in Metensium ecclesiâ, variatum: Carolus, per cantores ab Adriano missos, eam dissonantiam corrigi curavit: anno Domini 790. *Sigebertus.*

Gregoriani Musici præter Dorium, & fortasse Phrygium nullum in templa priùs admiserunt modum. Noster verò Carolus, animadvertens, Scripturæ quædam carminibus apta verba, convenire tropis quoque cæteris, veluti Hypodorio, Hypophrygio, & Hypolydio; arte istos etiam, sicuti & alios, in tonos octo commutatos, introduxit: ut Ecclesia omnem Scripturæ verborum *[illegible]* ac potentiam, congruentibus tonis exprimere posset. Neque Carolus alio consilio musicos intulit in ecclesiam modos; quàm ut certi aliquot decerpti ex sacris literis loci, concentuum suavitate, conspectiores in cœtu Christianorum redderentur. *Jacobus Curio.*†

In cœnobio Casinensi, Benedictus unam tantùm lectionem, ex veteri Testamento, singulis diebus æstivis legi instituit. Sed postea, cum Gregorius, aut Honorius, eam consuetudinem mutâsset; etiam Monachi illi, tres singulis diebus, in tempore æstivo, ex veteri Testamento lectiones legerunt: ne à Romanâ Ecclesiâ discrepare viderentur, ut testantur ipsi, *in epistola ad Carolum Magnum.*

Luitprandus, primus omnium regum, sacerdotes & clericos ordinavit; ut sibi quotidie divina officia decantarent. *Paulus.*†

In basilicâ Caroli Magni, Scholæ magister pridie singulis solebat designare, quod Responsorium cuilibet cantandum esset. *Urspergensis.*

Carmen illud, quo Romani exceperunt Carolum; CIVES APOSTOLORUM, *& domestici Dei, advenerunt hodie portantes facem, & illuminantes patriam, dare pacem gentibus, & liberare populum Domini:* postea cantari solebat in festis Apostolorum. *Aventinus.**

Stephanus Pap[illegible] constituit, ut omni die dominico *Gloria in excelsis,* [illegible]. *Liber pontificalis.*

C[illegible] [illegible] convenienter canimus. *Crucem tuam adoramus, Domine: Lanceam, quæ vivificans latus sanctitatis tuæ aperuit, adoramus.* [illegible] tola Concilii Niceni II. ad Constantinum & Irenem.*

Hymnum [illegible] *Deus Sanctus fortis, Sanctus immortalis,* meminit *Damascenus,* † eumque sub Proclo compositum esse dicit.

DE PRECATIONIBUS.

Metrop[illegible] opus, cùm in festo Paschatis Collectam [illegible] alia diceret, PLEBS TUA *& Ecclesia tua supp[illegible] at tibi.* [illegible] mo, Saracenorum Duce, qui una [illegible] & in carcerem deducitur. *Paulus Diaconus.**

Et *Gregori[illegible]* in epistolâ 3 ad Thuringos, inquit: † *Facite vobis ecclesias [illegible].*

[illegible] laudatur & glorificatur Trinitas, [illegible] tate. *Germanus, in epistolâ ad Johannem.*

DE LECTIONIBUS.

Antiochiæ, Hiero[illegible] Alexandriæ, post lectionem Evangelii, C[illegible] [illegible]. *Paulus Diaconus.*†

Magister Scholæ [illegible] Caroli Magni, digito aut baculo [illegible] recto, ve[illegible] ex latere suo ad procul sedentes aliquo directo, demonstravit, quæ leg[illegible] voluisset. Finem verò lectioni [illegible] Ad quem universi [illegible] intenté suspensi [illegible], sive finitâ sententiâ, sive in mediâ distinctione, sive [illegible] distinctione, significaret, nullus sequens superius aut ulterius incipere præsumeret: quantumcunque incongrua finis aut initium videretur. Et hoc modo factum est, [illegible] etiamsi non intelligerent, omnes in [illegible] palatio Lectores optimi fuissent. Nullus al[illegible], nullus etiam notus, nisi legere [illegible], & canere chorum ejus ausus est intrare. *Chronicon Urspergensis.*

Patres NICÆNÆ II. Synodi, Actione 6. hæc asserunt: *Videmus, quod ante sex sacras Synodos, & post eas etiam, Sanctorum pictura in Ecclesia fuerunt, non aliter ac sacra Evangelii lectio.*

Et BEDA:† *Consurrexerunt ad standum, & legerunt in volumine legis, &c.] Quo exemplo reor in Ecclesia morem inolevisse, ut per singulas diurnæ psalmodiæ horas, lectio una de veteri, sive novo Testamento, [illegible] ex corde dicatur: & sic Apostolicis sive Prophet[illegible] firmati verbis, ad instantiam orationis genua flectant. Sed & horis nocturnis, cum à laboribus cessatur operum, libera auditui lectionum divinarum aures accommodantur.*

CAROLUS Magnus:* *In templo divinæ lectionis, arentia corda irrigantur, personant fluctus.*

DE CONCIONIBUS.

Gregorius III. Papa, verbum Domini clero populoque Romano pro conc[illegible] explicavit: *ut patet ex vita ejus.*

Non in prætorio declamare, aut in theatralibus scholis arguere & disputare; sed Christi J[illegible] sacrosanctum Evangelium, è suggestu, ad animarum salutem, aptè docere: dulcissimum duxit Bev[illegible]. *Balæus.**

Zacharias, præsente Rege Longobardorum, concionē habens, quâ cor ejus præmollit. *Metropolis Crantzii.*†

Et multa de animæ salute & de [illegible] operibus, docuit: & ad humanitatem & clementiam Regem est hortatus, & ut ab humano sanguine, ac mulierum violatione, [illegible] temperaret, rogavit. *Blondus.**

Non solum in omnibus civitatibus; sed etiam in parochiis, Presbyteri ad populum verbum faciant; & populo sibi commisso prædicare non negligant. *Synodus Arelatensis.*† Item: Solicitè studeat unusquisque E[illegible] opus gregē sibi commissum sacrâ prædicatione qu[illegible] agere, quidve vitare debeat, informare. *Synodus Turonensis*

BEDA:† *Dimittit hodie doctor finito sermone; dimittit & psalla, finitâ lectione [illegible] [illegible] tores, singulos in con[illegible] suæ, ut, quæ audierant, meditat[illegible] [illegible] perando meditat[illegible] perficiant.*

DE S

Tarasius, in die Resurrec

...reo & communionis peregit. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

Zacharias in epistolâ 2. ad Bonifacium, de epileptico dicit: † *In Ecclesia dum ad communionem venerit, post omnium suppletionem, erit ingressurus ad participandum munus.*

[† Tom. 2. Conc.]

DE OBLATIONIBUS.

Carolus Magnus Adriano Papæ quædam obtulit, Deo in sacrificium. *Ersfordiensis.**

[* cap. 68.]

De oblatione decimarum & primitiarum, *Canon 9 Arelatensis Synodi* meminit.

¶ De modestiâ in publicis congressibus præstandâ, extat Caput 38. in TURONENSI Synodo: † *Sacerdotes fideles admoneant, ut, quando ad ecclesiam conveniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur in quâ etiam quamdiu orationis causâ morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes. Sed & tempore quo Missarum solennia celebrantur, non solùm ab otiosis & inutilibus verbis, verùm etiam & à perniciosis cogitationibus funditus abstinendum est.*

[† Tom. 2. Conc.]

Et BEDA inquit: * *Maximè in ipsâ domo orationis, ubi corpus Dei consecratur, ubi Angelorum præsentia semper adesse non dubitatur: ne quid ineptum fiat, ne quid nostram fraternamve orationem impediat, totis viribus agamus.*

[* in ca. 2. Johan.]

¶ Solebant etiam in templis Synodi celebrari. Sic Constantinopoli, in templo Apostolorum, Synodus VII. & postea Nicææ, in ecclesiâ Sophiæ, pro Imaginum cultu, habetur. *Paulus Diaconus.* † Et Romæ, in ecclesiâ Petri, Gregorius III. Synodum celebravit. *Liber pontificalis.* Et Synodus VII. Nicæna, in basilicâ Mariæ, quæ vocatur Blachernis, congregata est. *Actione 6. Nicænæ II.*

[† lib. 23.]

Et juramenta, & homagia, (ut vocant) Romano Pontifici præstari. Sic incolæ Ducatus Spoletini, in ecclesiâ Petri, jurejurando Adriano promittunt servitutem. *Liber pontificalis.* Et barbam ac capillos deponunt. *Bonfinius.** Quod tamê in Gallicanis ecclesiis non licuit. Nam ARELATENSIS Synodus habet † *Placita publica, & secularia, neque in atriis basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant.* Idem TURONENSIS Synodus facit.*

[* Dec. 1. lib. 9.] [† cap. 23.] [* cap 39.]

DE RITIBUS CIRCA Baptismum.

Munus baptizationis obibant Sacerdotes & Episcopi.

Adrianus Pontifex Pipinũ baptizat, anno Domini 781. *Regino.* † *Adon,* * *Otto Frisingensis.* † *Annales Francorum.*

[† lib 2.] [* Ætat. 6.] [† ca. 54. & 28.] [* lib. 21.]

Germanus, archiepiscopus Constantinopolis, baptizat Constantinum Copronymum. *Paulus Diaconus.* †

Et Thomas, archiepiscopus Mediolanensis, baptizat Gislam, Caroli filiam. *Regino.**

[* lib. 2.]

Adeodatus, episcopus Beritensis, baptizat Judæos conversos. *Sigebertus.*

Presbyteri ab episcopis baptizare docentur, *in capite 18. Synodi Turonensis.*

¶ Ac cœperunt hac ætate multi, variâ opinione inducti, quasi præstantior sit Baptismus Romanorum Pontificum; Romam adire, Baptismi gratiâ. Nam *Sabellicus** testatur: magnam Germanorum partem Romam venisse, & à Gregorio III. baptizatos esse.

[* Enn. 8. lib. 7.]

¶ In Templis verò, ubi baptisteria erant, ea res peragebatur. Copronymus enim baptizatur in templo, ubi erat baptisterium; præsente Mariâ & Leone, parentibus ejus. *Diaconus.* †

[† lib. 21.]

Adrianus, in sabbato sancto Paschatis, in basilicâ Salvatoris, baptizat. *Liber pontificalis, in vita ejus.*

Baptisterium in ecclesiâ Rufinæ renovavit; & in ecclesiâ Andreæ baptisterium fecit Adrianus. *Ibidem.*

¶ Tempus quodlibet commune & liberum fuit. sed tamen circa Pascha plerumque adulti solebant baptizari. Sic Adrianus, tempore Paschatis, Pipinum, Caroli Magni filium, baptizavit, & in regem unxit. *Annales Francorum.*

Sed Romanus Pontifex Gregorius II. in epistolâ ad Thuringos, conatus est Baptismum ad certum tempus adstringere, inquiens: * *Nemo citra mortis necessitatem, nisi Paschali & Pentecostes festivitate, cœlesti lavacro tingatur. Aventinus.* † Idem decretum Gregorius III. in epistolâ ad sacerdotes Bavariæ confirmat, *apud eundem.*

[* Tom. 2. Conc.] [† lib. 3. Ann.]

¶ Tam infantes, quàm adultos, baptizarunt.

De Infantibus. Apud Christianos, fidelium quotidie baptizantur filii. *Daniel in epistola ad Bonifacium.*

De Adultis. Nam Hebræi & Montani baptizati sunt: *apud Diaconum.* † Saxones ad Lippam venientes una cum uxoribus & parvulis, catervatim in nomine Trinitatis baptizantur. *Regino.* * *Adon Viennensis.* † Thudus, Rex Avarorum, cum populo suo baptizatur. *Regino.**

[† lib. 22.] [* lib. 2.] [† Ætate 6.] [* lib. 2.]

Adultos oportebat priùs in doctrinâ Christianâ instrui. Examinabantur enim ante Baptismum. Witekindus, catechumenus factus, instruitur in fide, & deinde cum Albione baptizatur. *Metropolis Crantzii.* † Ac cogebãtur Symbolum recitare: ut apparet *ex epistola Gregorii III. ad Bonifacium.* Et Orationem dominicam. *Synodus Anglica, cap. 2.* Presbyteros oportuisse docere homines, quid in sacramento Baptismi renuntiandum, quidque credendum sit; colligitur *ex cap. 18. Turonensis Synodi.*

[† lib. 2. c. 4.]

Patrini etiam adhibebantur. Sic Leo Copronymus Telericum, Bulgarorum dominum, ex sanctâ piscinâ suscepit; & magnificè honoravit pariter, & amavit: & Patricium fecit. *Sigebertus,* anno 778. *Diaconus.** Adrianus Pontifex, & simul baptizavit, & patrini officio functus, Pipinum de sacro fonte suscepit. *Regino,* † *& Annales Francorum.*

[* lib. 23.] [† lib. 2.]

Sic Thomas Gislam, Caroli filiam, Mediolani baptizat; & simul eam à sacro fonte levat. *Regino ibidem. Adon,* † *& Urspergensis.*

[† Ætate 6.]

Rigobertus, episcopus Remensis, fuit patrinus Caroli Martelli: ut apparet *ex Sigeberto.* Amelium & Amicum pueros baptizatos, multi milites Romani de Baptismo susceperunt. *Vincentius.**

[* lib 23. ca. 162.]

Witekindi, Mindæ, aut Bardevici, aut Mittenbachii, baptizati, Carolus Magnus fidejussor fuit. *Chronicon Misnia & Holsatia.*

Sed eos oportebat in doctrinâ Christi esse mediocriter instructos; & non a pietate alienos. Nam *in Arelatensi Synodo,* † jubentur patrini eos docere, quos de fonte lavacri levarunt: quia pro eis fidejussores extiterunt. Et *in Anglicanâ Synodo,** sub Adriano. Vide de Synodis.

[† ca. 19.] [* cap. 2.]

Renuntiare Diabolo, & operibus & pompis ejus, solebant. Opera autem ejus sunt; homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & similia. Pompæ verò sunt; superbia, jactantia, elatio, vana gloria, fastus, & similia. *Synodus Turonensis.* †

[† cap. 1.]

Ac nomina iis imponebantur, vel Sanctorum, vel Cognatorum, vel Amicorum. Adrianus Caroli Magni filium, Carolomannum dictum, baptizat: eique nomen Pipini facit, priore abolito. *Aventinus,* * *Regino,* † *Chronicon Quedelburgense, & Schaffnaburgensis.* Deusdedit duobus pueris baptizatis nomina fecit: alterum Amelium; alterum Amicum appellans. *Vincentius.** Caroli filium ex Hildegarde, Ludovicum appellant ex sacro fonte. *Annonius* †

[* lib. 4.] [† lib. 2.] [* lib. 23 c. 162.] [† li. 4. c. 91.]

In lavacrum adultos descendere oportuisse; apparet ex historiâ Ratholdi, quam pauló post referemus.

Utebantur linguâ Romanâ, non solùm in Italiâ; sed etiam in aliis locis, a Pontificiis reformatis. Sed tamen etiam aliis linguis baptizatum esse; apparet *ex epistolâ 2. Gregorii III. ad Bonifacium.*

Latinâ linguâ apud Bavaros baptizatum esse; constat ex historiâ, de Sacerdote Latinæ linguæ ignaro: qui baptizaverat, In nomine Patria, & Filia, & Spiritus sancta: *apud Aventinum.* † Et *Gregorius II.* jubet, à Paganis baptizatos in nomine Trinitatis, rebaptizare: *in epistolâ ad Bonifacium.** APONIUS † meminit confessionis Patris, Filii, & Spiritûs sancti. Idem ait: * *Certum est, unum esse baptismatis fontem in toto Mundo: ubi, Trinitatis invocato nomine, tincti sanctificantur; ut ex hœdis agni efficiantur.*

[† lib. 4.] [* Tom. 2. Conc.] [† lib 1. in Cant.] [* lib. 3.]

Immergebantur autem aquæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

In nomine sanctæ Trinitatis, Saxones ad Lippam baptizantur. *Regino.* †

[† lib 2.]

Trinam immersionem baptizandi, *Damascenus** fatetur, ex traditione observari: sed in verbo Dei de eâ scriptũ non extare.

[* Orat. 1. de Imag.]

De more Romanorum, fons baptismi benedici solebat:

ut apparet ex ... Zacharia. Casinensi cœnobio dato. Ejus verò ritum Zacharias in epistolâ 2. ad Bonifacium, in hunc modum describit: * *De Chrismate autem Paschali quod inquisisti; à sanctis præcessoribus Patribus nostris, qui ... Dei & Domini nostri JESU Christi gratiam & præcepto sanguine ejus. Ecclesia dedicata est. quintâ feriâ Paschæ, dum sacrum Chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis ecclesiæ oleo collecto, in secretiori ecclesiæ loco, ad figuram interioris tabernaculi insistente, indesinenter cum multa diligentia inspecta ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit, usque ad tertium diem. De quibus candelis sabbato sancto, pro fonte sacri Baptismatis, fiunt ... per Sacerdotem renovabitur.*

Salem in Baptismo adhiberi, ... *Aponius*: † Et de signo Crucis *Damascenus* ... *concupiscentia & voluptas, hoc est, peccatum, ipsum est quod circumcidit sanctum Baptisma; præbens nobis signum honorabile, crucem in fronte.*

Albis vestibus à Baptismo induebantur. Filius Ratbodi Ducis Frisonum, baptizatus, albis indutus est; & paulò post expiravit. *Vincentius*, † & *Erfordiensis*. * Loti semel salutifero fonte, nunquam stolam candidissimam, quam suscipiunt in Baptismate, inquinare docentur. *Aponius*. †

Et munera baptizatis dabantur. Deusdedit Papa, cùm baptizâsset Romæ Alvernensis Comitis filium, & alium ... puerum militis Bericani, planè sibi formâ similes, ... phos duos ligneos pari amplitudine compositos, auro & gemmis ornatos, eis donavit, dicens: Accipite hoc donum, quod vobis sit æternum testimonium, quòd ego vos in basilicâ Salvatoris baptizârim. *Vincentius*. * *Antoninus & Schedelius*. †

Baptizati infantes, a suis matribus domum reportabantur. Maria Augusta, uxor Leonis, unà cum baptizato filio suo, in aulam extemplo redit: & in ... pauperibus munera projicit. *Diaconus*. *

Dissimilitudinem inter modum Romanum & Francum baptizandi fuisse, constat ex Constitutionibus Caroli Magni: ubi præcipit, ut secundùm morem Romanum Presbyteri baptizent.

DE CONFIRMATIONE ET *Chrismate*.

EPiscopi de facultatibus Ecclesiæ balsamum emebant: idque consecrabant; & Presbyteris gratis dabant, ad ... ecclesiâ, ut patet ex *cap. 16 Synodi Cabillonensis*.

Baptizatos, vel tùm statim, si erant adulti, vel etiam aliquot annis pòst, si infantes fuerant, imponentes manum, & chrismate fontem consignâre, confirmare, in more habebant. Bonifacius, dum Nonis Junii festum Neophytorum celebrat, & recèns-baptizatos confirmat, interficitur. *Balæus*. † Idem constat ex Carolo Magno: * *Vexillum crucis, accepto Baptismatis sacramento, per sacrosanctum unguenti liquorem, nostris frontibus imprimitur.*

Ac fiebat confirmatio ab Episcopo in cœtu hominum: ut apparet ex *decreto Synodi Francicæ*. † Quandocunque jure canonico episcopus circuit parochiam, ad populos confirmandos: presbyter semper paratus sit, ad suscipiendum episcopum, cum collectione & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet.

Ac solebant, non minùs quàm ad Baptismum, singulares patrinos ad hanc ceremoniam invitari: qui consignando adessent; eique capillos tonderent. Sic Carolus misit Pipinum, filium suum, ad Luitprandum Regem: ut, capillis ejus attonsis, compater sibi fieret. quod ille lubens fecit; & puerum cum multis muneribus ad patrem remisit. *Urspergensis Platina in Gregorio III. Bonfinius* * *Aimonius* †

Non autem licebat confirmationem iterare: *juxta Synodi Cabillonensis caput 27*. Quia aliqui de plebe bis vel ter, ab episcopis, ignorantibus iisdem, confirmantur: ne eadem Confirmatio, ut nec Baptismus, iteretur.

CASUS VARII CIRCA *Baptismum*.

1.

Constantinus Copronymus, dum à Germano baptizatur, dicitur in sacrum lavacrum excrementa alvi emisisse: unde Germanus vaticinatus sit, fore eum Ecclesiæ deformatorem. *Diaconus*, * *Zonaras*. †

2.

Leo, imperii sui anno 6. coëgit Hebræos & Montanos baptizari. At verò Judæi, baptizati contra propositum suū, diluebant Baptismum: & comedentes sancto muneri participabantur; & contaminabant fidem. Porrò Montani, divinantes sibi, & diffinientes fidem, domos introierunt errori suo deputatas; & incenderunt semet-ipsos. *Paulus Diaconus* *

3.

Anno Domini 718. Ratholdus, Dux Frisonum, prædicatione Vulfrani episcopi ad hoc adductus, ut baptizari deberet; cùm uno pede in lavacrum intravisset: alterum pedem retrahens, interrogavit: ubinam plures suorum Majorum essent? in inferno, an in paradiso? Et audiens, plures esse in inferno, intinctum pedem extrahens: *Satius est*, (inquit) *ut plures, quam pauciores, sequar.* Et ita ludificatus a dæmone, promittente, quòd ei tertiâ die abhinc incomparabilia bona daret; ipsâ tertiâ die, subitâ & æternâ morte periit. *Sigebertus*. Refert eadem *Henricus Erfordiensis*, † ex gestis Vulfrani. *Bergomensis* annum 719. assignat.

4.

Baptismum, & Chrisma seu Confirmationem, non licebat iterare, licèt ab indigno collata essent: ut patet ex *Sigeberti Chronicô*, de Cōstantino Papâ; & *Synodo Cabillonensis ca. 27.*

5.

Apud Bavaros, Sacerdos, Latinæ linguæ ignarus, inter baptizandum dixerat: *Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritus sancta*. Bonifacius sic-baptizatos, ut profanos abhorrebat, & rebaptizandos judicabat. Sed Sidonius & Virgilius, Bavarorum episcopi, dissentiebant ab eo; & pro rectè-baptizatis habebant. Zacharias Pontifex, ab utrisque consultus, approbat Sidonii sententiam: quia non ex errore, sed inscitiâ linguæ lapsus esset Sacerdos. *Aventinus*. * *Hedio*. † Et *Gregorius III*. in epistolâ 2. ad Bonifacium, inquit: *Illi, qui baptizati sunt per diversitatem & declinationem linguarum gentilitatis; tamen, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem, & sacri chrismatis unctionem, confirmari.*

6.

Manichæi rebaptizati sunt: ut patet ex epistolâ Gregorii II. ad populum Thuringiæ, *apud Hedionem*. †

7.

Eos, qui ignorabant se baptizatos esse; aut à Sacerdote, sacrificante Jovi, aut vescente idolothytis, baptizati erant: Gregorius II. rebaptizari jubet, in epistola ad Bonifacium: *apud Hedionem* *

8.

Ab Hæreticis, in nomine Patris, & Filii & Spiritûs sancti, baptizatos, tantum manuum impositione purificandos esse, Zacharias Bonifacio rescripsit: *apud Hedionem*. †

9.

A Paganis baptizatos, denuò baptizari jubet Gregorius II. in epistolâ ad Bonifacium. *

10.

Baptizatos ab adulteris episcopis, etiam omissâ recitatione Symboli, si modò in nomine Trinitatis erant baptizati: rebaptizari vetat Gregorius III. in epistolâ ad Bonifacium. †

11.

Dictum nobis est, quasdam fœminas desidiosè; quasdā verò fraudulenter, ut à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus: ut, si qua mulier filium suum, desidiâ aut fraude aliqua, coram episcopo ad confirmandum tenuerit; propter fallaciam suam vel fraudem, quamdiu vivat, agat pœnitentiam: a viro tamen suo non separetur. *Synodus Cabillonensis*. *

12.

Clocas seu Campanas baptizarunt; & chartas per perticas suspenderunt, ad avertendam grandinem.

Quod *Carolus* in Constitutionibus suis abrogat.

Margin (left): * Tom. 2. Conc. — † lib. 1. in Cant. & 4. c. 26. — † lib. 23. cap. 66. … in Cant. — * lib. 23. cap. 162. * Ætate 6. — * lib. 21. — * Cant. 2. cap. 13. * lib. 1. — * Tom. 2. Conc. — * Dec. 1. lib. 8 † lib. 4. cap. 37.

Margin (right): * lib. 21. † Tom. 3. — * lib. 21. — † cap. 66. — * lib. 3. * Parte 3. Hist. eccl. lib. 6. c. 8. — † li. 6 c. 6. — * li. 6. c. 7. — † li. 6 c. 8. — * Tom 2. Conc. — † ibid. — * cap. 31.

RITUS CIRCA CLAVES.

DE CLAVE LIGANTE.

Vtebantur Clave ligante contra obstinatos, & notoriè-impios; ut contra Hæreticos & blasphemos: ut patet *ex Canone 25. Synodi Cabillonensis*, & *ex Bedâ in Samuelem.** [* li. 2. c. 8.]

Et contra manifestè-facinorosos. Sic Adrianus, videns ficta mendacia, & incostantiam Thassilonis, iratus eum excommunicat. *Regino.*† [† lib. 2.]

Libros famosos legentes aut cantantes, excommunicat Adrianus, in capitulis Synodorum.* [* Tom. 2. Conc.]

Incestuosos, parricidas & homicidas, excommunicat Synodus Turonica.† [† cap. 41.]

Eos, qui ariolos consulunt, Luitprandus Rex Longobardorum mulctat; & pœnitentiam juxta Canones agere jubet.* [* Tit. 60.]

Ac tales arcebant à communione; licèt nondum essent solenniter indicati Ecclesiæ. *Bonifacius*, in epistolâ ad Danielem, & in epistolâ ad Zachariam: *In sacris mysteriis corporis & sanguinis Domini, cum hujusmodi non communicamus: nec cum illis, qui affirmant, homicidas vel adulteros, in ipsis sceleribus perseverantes, Dei posse fieri sacerdotes.*

¶ Abusi tamen etiam interdum sunt eâ potestate, contra Orthodoxos. Sic in Nicænâ VII. excommunicantur Nicetas & Constantinus; eò quòd cultum imaginum damnarent. *Zonaras.*† [† Tom. 5.] Et Theodorus Antiochenus, & Theodorus Hierosolymitanus, Cosmam Epiphaniæ episcopum, propter eâdem causam, anathematizant. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22.] Gregorius III. imaginum sacratum profanatores excommunicat. *Liber pontificalis.*

Et innocentes. Sic Lullus Osuitam Abbatissam, cum omnibus suis Nonnis, excommunicat, propter virgines velatas ex cœnobio elapsas: *ut patet ex epistola ejus.* Et in Synodo Romanâ,† [† cap 14.] Adrianus excõmunicatur, propterea quòd Epiphaniam diaconam habeat uxorem.

Et ad juramenta politica, & fidem Magistratui debitam, dissolvendam: ut inter casus postea dicemus.

¶ Præcedebant autem, præsertim in peccatis non omnibus notis, admonitiones de pœnitentiâ: quibus frustra factis, sequebatur excommunicatio. *Bonifacius*, in epistolâ ad Chutbertum, præcipit, de suâ & suorum Collegarum sententiâ: ut laici Imperatores, Reges, Comites, & Præfecti, q vi monasteria occuparint, & monachos & pecuniâ detineât; admoneantur de suo peccato. quòd si non agant pœnitentiam, ut iis neque vivis, neque mortuis, communicetur.

In actu autem solenni, intererant Episcopi, Sacerdotes, & Clerici, & tota Ecclesia. Constantinus Imperator, venit in forum cum Patriarchâ suo, & sectatoribus Episcopis: & coram omni populo imaginum adorationem vetant, idololatris iis appellatis, qui ea colerent. & anathematizarunt Germanum & Georgium Cyprium, & Johannẽ Damascenum. *Zonaras,** *Paulus Diaconus.*† [* Tom. 5, † lib. 22.] Et Constantinus, Patriarcha Constantinopolitanus, in ecclesiâ magnâ excommunicatur, Nicetâ in solio sedente. *Zonaras, & Diaconus ibidem.* Theodorus Antiochenus, & Cosmas Alexandrinus, & Theodorus Hierosolymitanus, quisque in suâ ecclesiâ, cum episcopis sibi subjectis, post lectionem Euangelii, Cosmam Epiphaniæ episcopum excommunicant. *Libro eodem.*

Ac solebant peccata commissa recitari, & publicè indicari; reo præsente. Constãtinus Patriarcha, in magnam Ecclesiam portatur; & præsentibus aliis, & novo Patriarchâ Nicetâ in solio sedente, crimina recitantur ab Imperatoris Consiliario, de chartâ: ipse alapis cęditur ad singula capitula, & anathematizatur. *Zonaras, & Diaconus ibidem.* Itèm imposuerunt eum in ambonem, & exuerunt eum superhumerali: & postea excommunicatum ex templo retraxerunt. *Ibidem.*

Cum excommunicatis non licebat familiariter conversari; neque Ave dicere, neque cibum capere: multò minus in rebus sacris participare. *Lullus*, in epistolâ ad Osuitam: *Illas vagas fœminas, quæ ex cœnobio aufugerant, intra cellam vestram non recipiatis: sed foras monasterium excõmunicatæ ab Ecclesia Christi sedeant, pœnitentiam agentes.* *Carolus Magnus*, in Constitutionibus suis Aquitgrani, inquit: *Qui cum excommunicato præsumpserit communionem habere, excommunicetur & ipse.*

Bonifacius tamen, in epistolâ ad Danielem, & in epistolâ ad Zachariam Papam, dicit se non posse ab externâ communione quorundam impiorum & sceleratorum abstinere; propter patrocinatûs auxilium in Palatio Francorum quærendum.

DE CLAVE SOLVENTE.

[illegible] communicati, [illegible] notoriè-scelerati, si pœnitentiam agerent, recipiebantur: sed si peccata sua confessi essent, ac promisissent se [illegible] disciplinæ ecclesiasticæ. Itâ Justinianus Imperator, de peccatis suis pœnitentiam agens, Constantinum Papam ad se vocat; & absolutionem & communionem accipit. *Beda.** [* de Rat. temp.] Georgius, presbyter Romanus, pœnitentiæ subjicitur; dignâ impositâ satisfactione. *Liber pontificalis.* Offa, metu pœnarum, quas sibi suis sceleribus accersisse sciebat, perculsus; ad Deum sibi placandum, decimam partem suorum bonorum Sacerdotibus distribuebat: & conscientiâ ejus adhuc trepidante, Romam veniæ consequendæ gratiâ abiit. *Polydorus.*† [† li. 4. Hist. Angl.]

Oportebat autem, tum excommunicatos, tum etiam alios confitentes, sua Sacerdoti enumerare peccata. Sic Carolus Magnus Ebrovino archiepiscopo confitetur. *Erfordiensis.** [* an. 69.] Populus Romanus, & Pontifex Stephanus, & universi Sacerdotes, publicè cum ingenti fletu confitentur, se peccâsse in eo; quòd de manibus Constantini laici, qui invaserat sedem Romanam communionem suscepissent. *Liber pontificalis in Stephano.* Et *Synodus Cabillonensis*, cap. [illegible] sic decernit: † [† Tom. 2. Conc.] *Quidam, dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo constat, hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore: & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata; ut ex utroque plena fiat confessio: scilicet ut & ea confiteantur, quæ per corpus gesta sunt, & ea, quibus in [illegible] cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor; ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vitâ difficile vivitur, confessionem faciat: quia aut cogitatione, aut (quod est gravius) opere, eorum instinctu peccavit. Odium etenim, invidia, superbia, vel cæteræ hujusmodi animæ pestes, tantò periculosius lædunt, quantò subtilius serpunt.*

Sed tamẽ non semper omnia Sacerdotibus indicata esse peccata, constat ex historiâ Caroli Martelli: qui Ægidium rogat, ut pro se Dominum exoret; ut sibi condonet facinus quoddam enorme, quod nulli unquam sancto audeat confiteri. *Vincentius,*† *Antoninus.** [† lib. 23. c. 140. * Tit. 13. cap. 6. § 3.]

Aventinus† [† lib. [illegible]] dicit; illud peccatum fuisse, quòd aliquando exhausto fisco, de bonis Ecclesiæ stipendia militibus dedisset.

Confessis Sacerdotes imponebant satisfactiones; *ut habet Canon 38. Cabillonensis Synodi.** [* Tom. 2. Conc.]

Modus autem pœnitentiæ, peccata sua confitentibus, aut per antiquorum Canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum authoritatem, aut per Ecclesiasticam consuetudinem, imponi debet: repudiatis ac penitùs eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant: quorum sunt certi errores, incerti authores. De quibus rectè dici potest: † [† Ezech. 13. v. 19.] *Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivebant.* Qui dum, pro peccatis gravibus, leves quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt pulvillos (secundùm propheticum sermonem) sub omni cubito manûs, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis, ad capiendas animas.

Interdum etiam, pœnitentiæ loco, jubebantur peregrinari Romam, aut ad alia loca sancta: ut constat *ex cap. 45. Cabillonensis Synodi.*

De publicâ pœnitentiâ, *Synodus Cabillonensis*, cap. 25. sic inquit: * [* Tom. 2. Conc.] *Pœnitentiã agere, juxta antiquam Canonũ constitutionem, in plerisq; locis ab usu recessit. & neque excõmunicandi, neq; reconciliandi, antiquus moris ordo servatur, ut à Domino Imperatore impetretur adjutorium: qualiter, si quis publice peccat, publica mulctetur pœnitentia, & secundum ordinem Canonum, pro merito suo excommunicetur & reconcilietur*

Sedu-

Seductos ab Hæreticis, pœnitentiam agentes, impositione manûs sacerdotalis, Catholicę Ecclesiæ reconciliari, *Beda* dicit.†

† *Lib.2.in Samu.c.8.*

¶ De satisfactione verò, tum excommunicatorum, tum aliorum peccatorum, Canones varii & innumeri hoc seculo facti leguntur.

Parentum, fratrum & sororum interfectores, per omnē vitam abstinere à vino & carne; & jejunare diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, oportebat: nec ad communionem, nisi in extremo agone, admittebantur. ut patet ex epistolâ Gregorii ad Bonifacium, *apud Hedionem*.*

* *lib.6.c.9.*

Deprehensus, spiritualem vitam professus, in scortatione, in carcerem ducatur, & faciat pœnitentiam in pane & aquâ. Si fuerit presbyter; in carcere conservetur integrum biennium: deinde flagellatus coram Ecclesiâ, dimittatur; vivatque privatus in labore manuum. Si autem clericus fuerit; ter in anno duriter virgis cædatur, postque annum dimittatur: nec recipiatur in ministerium Ecclesię, nisi pœnitentiæ veræ clara signa, speciemque certum resipiscentiæ, præbeat. His etiam modis monachos & moniales plectendos, Canon Concilii, in Galliâ convocati a Carolomanno statuit. *Nauclerus*,† & *Mutius*.

† *Gen. 25.*

Pœnitentiâ injunctâ, gentem à caballorum esu compesce. *Gregorius III. in epistola ad Bonifacium.*

Servos suos Paganis ad sacrificia venundantem, similē homicidæ pœnitentiam agere jubet *Gregorius II. in epistolâ ad Bonifacium.*

Statuimus similiter: ut post hanc Synodum, quæ fuit … Calendas Majas, quisquis servorum Dei, vel ancillarum Christi, in crimen fornicationis lapsus fuerit, ut in carcerē pœnitentiam faciat in pane & aquâ. Et, si ordinatus presbyter sit: duos annos in carcere pœnitentiam faciat; & in carcere permaneat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit: post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter nonnæ velatæ, vel sanctimoniales, eâdem pœnitentiâ contineantur; & radantur omnes capilli capitis earum. *Synodus Francica.*†

† *Tom.2. Conc.*

Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, falsis criminibus appetiverit; & probare nō poterit: ei nō nisi in fine detur communio. *Adrianus, in capitulis Synodorum.**

* *ibid.*

Episcopis & Presbyteris diligenti cautelâ pertractandū est; qualiter hominibus, sua sibi delicta confitentibus, tempus abstinendi asscribant: ut, juxta modum peccati, pœnitentibus abstinentia indicetur. quoniam variè ab aliquibus sacerdotibus, & indiscretè, hæc judicia proferuntur. *Turonensis Synodus, capite 22.*

¶ Abusi sunt etiam clave solvente; cùm impœnitentes absolverunt, aut ad communionem admiserunt. Sic Tarasius Cōstantinum, qui relictâ uxore aliam duxerat, ad communionem admisit. *Zonaras.*†

† *Tom.3.*

CASUS VARII CIRCA *Claves.*

1.

Romani Pontifices, etiam in rebus politicis, contra jus & fidem dispensare cœperunt. Stephanus enim Papa, Pipinum à perjurio, in Regem commisso, absolvit. *Paulus Diaconus.** Et Gregorius III. Papa, triplici excommunicatione Leonem Isaurum Imperatorem ligans, Romam cum omni Italiâ ab ejus imperio avulsit. *Aeditus in Chronico.*

* *lib.22.*

2.

Cùm pontifex Leonem Isaurum, ob rejectum cultum imaginum, excommunicâsset; Imperator ridens dicebat: Idololatra est, & ipse excommunicatus à Deo. *Zonaras, Paulus Diaconus, & Francus de Conciliis.*

3.

Urbana multitudo, in magnâ ecclesiâ cum Athanasio Patriarchâ congressa, Constantinum Imperatorem (de cujus morte rumor falsus increbuerat) ut arrogantem & adversarium ipsius Dei, excommunicat. *Paulus Diaconus*,* *Zonaras.*†

* *lib.22.* † *Tom 3.*

4.

Cœperunt hoc seculo Romani cursitare, absolutionis gratiâ: errore illo decepti, quasi Pontificis absolutio … [illegible] …ior esset, quàm aliorum in … [illegible]. Unde Eangytha abbatissa, in epistola ad Bonifacium, inquit: *Multum temporis fluxit ex quo desiderium habuimus … ex necessariis & cognatis, sive alienis, dominam quondam urbis Romam peteremus, ut ibi peccatorum nostrorum veniam impetr… alii multi fecerunt, & adhuc faciunt. Multi sunt, qui hanc voluntatem vituperant, & hunc amorem derogant: & eorum … his adstipulantibus affirmant, quòd Canones synodales præcipiant, ut unusquisque in eo loco, ubi constitutus fuerit, & ubi votum suum voverit, ibi maneat, & ibi Deo reddat vota sua. Sed universi diversâ voluntate vivimus.*

5.

Quidam soli Deo, quidam verò solis Sacerdotibus, peccata confitenda … rebant. Sed utrosque refutat *Synodus Cabillonensis*;* & ostendit, & Deo & Sacerdotibus confitendum esse. Quia confessio, quæ Deo fiat, purget peccata: ea verò, quæ Sacerdoti, doceat, qualiter purgentur peccata.

* *cap.33.*

6.

Quidam pœnitentes, cùm esset eis carnium & vini usus interdictus, aliis cibis & potionibus delicatiùs indulgebāt. Sed id *Synodus Cabillonensis* † refutat: ostendens, non tam cibi & potûs prohiberi usum; quàm desiderium eorum, & intemperantiam.

† *cap.35.*

7.

Quidam consultò & deliberatò peccantes, propter eleemosynarum largitionem, sibi promittebant impunitatem. Sed *eadem Synodus* * illos refutat; & Deum mercede sibi conducere dicit, ut peccare impunè liceat: ac eleemosynam liberare affirmat a peccatis, necessitate, aut casu, aut fragilitate commissis; & non ex industriâ, aut cujuslibet libidinis explendæ gratiâ, factis.

* *cap.36*

8.

Quidam pœnitentiarii cum ferro oberrabant: quod sibi satisfactionis loco impositum esse nugabantur. Sed *Carolus Magnus* in Constitutionibus suis sancit, ne sinantur per suam terram transire.

RITUS CIRCA COENAM.

COenam Domini, episcopi, sacerdotes, presbyteri, & monachi, administrabant. De Pontifice Romano, Nicomediæ Cœnam administrante. *Blondus* † meminit. De presbyteris, Missarum solennia administrantibus, Canon 14. *Turonensis* testatur.*

† *Dec.1. lib.10.* * *Tom.2. Conc.*

In templis, super altaribus. Tarasius Constantinopoli ad sacram aram accessit. *Ignatius in vitâ ejus, apud Metaphrasten.*†

† *Tom.3.*

In mensâ ligneâ, ad aram positâ. Tarasius sacra peregit. *Ignatius in vita ejus.* Et Tiberius, sacellum ingressus, mēsam sanctissimam subiit: & unâ manu apprehensâ columellâ, mortem deprecatur. *Zonaras.** Ad mensam, in medio templi collocatam, Carolus & alii accesserunt communicaturi. *Metropolis Crantzii.*†

* *Tom.3.* † *lib.1.c.9.*

In vasis metallicis: ut patenâ aureâ, vel argenteâ. Patenam auream librarum 12. Constantinus Papa refecit. *Liber pontificalis.* Gregorius II. cibotium argenteum fecit. *Liber pontificalis.*

Et calice aureo. ut apparet ex responsione Bonifacii, *apud Hedionem.** *Olim aurei sacerdotes, & lignei calices: nunc verò aurei calices, & lignei sacerdotes.* Et Johannes VII. fecit calicem aureum librarum 20. cumq; gemmis preciosis decoravit. *Liber pontificalis.*

* *lib.6.c.9.*

Canistra argentea 12. per diversa oratoria, fecit Adrianus Papa: quorum forte usus fuit in oblationibus. *Liber pontificalis.*

Porrò, vasa illa consecrare solebant. ut patet ex Actione 6. Nicęnę II. *Habemus alia plurima consecrata vasa: hæc quia in nomine tuo facta sunt, & consecrata, exosculamur.*

In festis solennibus. Cæsares, ut sacerdotes ab Irene attonsos, in festo Nativitatis Christi, populo communionem porrexisse, testatur *Diaconus*. † & *Zonaras.** In die, quo Dominus Cœnam instituit. ut patet ex *Cabillonensis Synodi capite 47.* In Paschate. Sic Adrianus Papa, in Pa… festivitate, Missas celebravit. *Liber pontificalis.* Et Caro… di… Paschali communicat, spectante Witekindo … *Crantzius in Metropoli.**

† *lib.22.* * *Tom.3.* * *lib.2.c.9.*

A Utebantur autem pane azimo; & vino aquâ misto. BEDA:† Verû, quia nos in Christo, & in nobis Christû manere oportet: vino dominici calicis aqua miscet. Attestãte nim Johanne;* Aquæ populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum; sicut nec granum frumenti solum, sine aquæ admixtione, & confectione in panem, cuipiam licet offerre: ne talis videlicet oblatio, quasi caput à membris secernendum esse, significet: & vel Christum, sinè nostræ redemtionis amore, pati potuisse; vel nos, sinè illius passione, salvari, ac Patri offerri posse, confingat.

† in ca.14. Marci.
* Apoc.17. v.15.

B In consecratione, non tantùm Institutionis verba recitabant; sed etiam aliis usi sunt cantionibus: ut constat ex *Damasceni* epistolâ ad Jordanum, de Trisagio; & ex iis, quę de Missa subjiciemus. Et *Carolus Magnus* † dicit; Sacerdotem infulatum, circumstantis populi deprecationes suis precibus miscere.

† li.2.c.27.

Panem & calicem consecratos elevarunt; ut à populo cõspici possent. DAMASCENUS:* *In elevatione panis Eucharistiæ, non dicimus* ... *vel* ...: *sed unus* ... *unus* ... *JESUS Christus, in gloriâ Dei Patris, cum sancto* C *Spiritu, in gloria.*

* de Trisagio.

Administratores erant induti vestibus ad eum usum ordinatis. Tarasius, communionem peragens, sacris vestibus albis indutus fuisse dicitur *apud Metaphrastem, in vitâ suâ.* Sacerdotem purpuratum Cœnam distribuisse Carolo, *Crantzius in Metropoli* † refert. SYNODUS Francica inquit:* *Decernimus, ut presbyteri & diaconi non sagis, laicorum more; sed casulis utantur, ritu servorũ Dei.* Et BEDA: † *Hinc Ecclesiæ mos obtinuit; ut sacrificium altaris, non in serico, neque in panno* D *tincto; sed in lino terreno celebretur: sicut corpus Domini in sindone munda sepultum. juxta quod in Gestis pontificalibus a beato Papâ Sylvestro legimus esse statutum.*

† li.1.c.9.
* Tom.2. Conc.
† in cap.15. Marci.

¶ Neque mutilam; sed integram Cœnam, tam laicis, quam clericis, distribuebant.

GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium, quæ extat *apud Nauclerum*: † *Si fideles Christiani fuerint; dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur.*

† Gen.25

Et Tarasius agnum, qui tollit peccata Mũdi, Christum, sacrificabat sacris invocationibus; & fidelium distribuebat E manibus: & omnes adspergebat precioso illo sanguine; quem ostendens, dabat ad debitorum animæ solutionem. *Ignatius in vitâ ejus.*

APONIUS: † *Osculum Christi, per corporis ejus & sanguinis gustum, anima nostra suscepit.*

† li.2.in Cantica.

BEDA:* *Fideles de baptisterio ad altare sanctum ingredi, ac dominici corporis & sanguinis victimâ singulari consecrari, debent.*

* in c.1. Joh.

Constat etiam ex Carolo Magno, † quòd utramque partem distribuerint laicis.

† li.2.c.27.

F Eucharistiam Nicomediæ Justinianum Imperatorem, è manu Pontificis Romani, manducâsse, *Beda* † indicat, & *Diaconus.* * & *Adon.* †

† lib.2. de Rat. temp.
* l.6. Long. cap.10.
† Ætate 6.

¶ Nondum-baptizatos, vel etiam adhuc-excommunicatos, vel notoriè-sceleratos, vel nondum plenè institutos, arcebant à communione. Quare Plato indignè tulit; quòd Tarasius Constantinum, qui uxore repudiatâ alteram duxerat, ad communioné admisisset. *Zonaras.* * Ne pueris, aut aliis quibuslibet personis sinè delectu, corpus Domini distribuatur à presbyteris; *Caput 19. Turonensis Synodi* cavet.

* Tom.3.

G BEDA:† *Nisi spem quisque primæ immortalitatis induerit; nisi annulo fidei operam præmunierit; nisi ipsam fidem piè confitendo prædicaverit: non potest sacramentis interesse cœlestibus.* Idem: * *Ecclesiastica consuetudo Catechumenis corporis & sanguinis Christi communionem non tradit: quia non sunt renati ex aquâ & spiritu, quibus tantùm creditur participatio corporis & sanguinis Christi.* Eadem verba *Albinus* † refert.

† in cap.15. Lucæ.
* in cap.2 Joh.
† in cap.2. Joh.

Mulieres velato capite, tempore mysteriorum, ad sacrũ corpus accedere, jubet *Beda* * ne fortè aliquibus angelis, id est, ministris altaris, scandalum aliquod afferant.

* lib.3. in Joh. c.2.

H Jejunos accedere oportebat. BEDA: † *Quod-si quem movet; cur cœnatis Salvator Apostolis suum corpus ac sanguinem tradiderit; quare nos, universæ Ecclesiæ consuetudine, jejuni doceamur eadem sacramenta percipere? breviter audiat ideo tunc cœnatos communicasse Apostolos: quia necesse erat, Pascha illud typicum antea consummari, & sic ad veri Paschæ sacramenta trãsiri. Nunc, in honorem tanti tamq; terribilis sacramenti. placuisse magistris Ecclesiæ, primò nos dominicæ passionis participatione muniri, primò spiritualibus epulis interius exteriusq; sacrari: ac deinde terrenis dapibus corpus, & vilibus escis refici.*

† in ca.22. Lucæ.

Quoties communicandum sit, *Synodus* TURONENSIS inquit: † *ut, si non frequentius, vel ter, laici homines in anno communicent; nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur.* Et CABILLONENSIS: * *Cavendum, ne, si nimium in* B *longum differatur perceptio corporis & sanguinis Christi, ad perniciem animæ pertineat. Abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamq; suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum.*

† cap.50
* ca.46.

DE MISSA.

COenam Domini, in theatricum spectaculum, & sacrificium pro vivis & mortuis. Romani Pontifices commutaverunt; eamque aliis ecclesiis obtruserunt: & novâ appellatione *Missam*, ut ad Danielis † *Maosim* vox con- C gruerer, dixerunt.

† cap 11. 38 & 39.

De Adriano *Balæus in vitâ ejus* refert, quòd Missarum ritus, à Magno Gregorio editos, Occidentalibus ecclesiis imperaverit.

Crodegangus, Metensis episcopus, Missas Romæ, ad cõfessionem Petri, coram Papâ celebravit, scilicet, ut probaretur, an rectè illos ritus didicisset; & se, plebemq; suam, Deo & sancto Petro commendavit. *Autor de vitâ ejus. cap.11.*

¶ Ac tempus, quando essent celebrandæ Missæ, suis decretis præfinierunt. Sic Gregorius II. celebritatem Missa- D rum in quintâ feriâ, ante Quadragesimam, cum jejunio fieri jussit: Anno 714. *Sigebertus.* Et Stephanus III. cõstituit, ut omni die dominico, à septem episcopis Cardinalibus hebdomadariis, super altari Petri, Missa celebretur; & *Gloria in excelsis Deo* dicatur. *Liber pontificalis.*

¶ Novis porrò ceremoniis subindè auxerunt; quas etiam aliis ecclesiis imperarunt. Sic Gregorius III. constituit; ut, post primam commemorationem Sanctorum, in Canone Missæ, Sacerdos dicat: *Et eorum quorum solennitas hodie in conspectu tuæ majestatis celebratur, Domine Deus, no-* E *stro toto orbe terrarum, &c.* anno Domini 731. *Sigebertus.*

Et Adrianus, in offertoriis, & offertoriorum versibus, quod geminatum est, geminavit. *Sigebertus*, Anno 772.

Et Synodus, à Stephano convocata, constituit, ut in omni die dominico, ad Missam, *Gloria in excelsis Deo* cantetur: anno Domini 768. *Sigebertus.*

Ac, si quid displicuit; rursus mutaverunt. Sic Adrianus, cùm forma Missæ, (seu Officium, ut vocant) à se præscripta, approbata esset ab aliis; denuò mutatâ sententiâ, Gregorianam ubique observari jussit. Sed tamen Mediolanen- F sis ecclesia ei non paruit; verùm Ambrosianam retinuit. *Gigas in Floribus temporum.*

Et ad Missarum solennia peragenda, pallium Gregorius II. Papa Bonifacio misit: ut patet ex epistolâ ejus, *apud Nauclerum.* †

† Gen.25.

Non licebat Sacerdoti, infulato capite, nec cum baculo pastorali, neque nudis cruribus, Missam celebrare: juxta constitutionem Zachariæ Papæ in Synodo, cap.13. *Chronicon Aedetus. Gigas in floribus, & Synodus Anglicana.* *

* cap.20.

Et nullibi, quàm in dedicato loco, Missas fieri, Grego- G rius II. Pontifex jussit. *Balæus in vitâ ejus.*

Et in Londinensi Synodo constitutum est; ut Missæ ante imagines celebrentur. Unde *Carolus Magnus* in Constitutionibus suis præcipit; ne quis presbyterum die dominico invitet ad domum suam, ad Missam faciendam: sed ut omnes in ecclesiam veniant. Sed tamen Vulfranum in navi Missam, verùm non elatâ voce, mussitâsse, indicat *Vincentius.* †

† lib.23. c. 145.

Bonifacius, in ministerio Cœnæ, quibusdã exorcismis, præter morem veteris Ecclesiæ in Germaniâ, usus est: *teste* H *Baleo.* *

* Cent.2. cap 13.

Ac oportebat Presbyteros, Missas celebrantes, simul communicare; ut dicere possent: *Sumsimus, Domine, sacramenta.* ut *Carolus Magnus* juxta Apostolorum Canones, mãdat in decretis A ... ssibus, Anno 20.

In Mis-

In Missis Romanis, solebant Imperatorū secum sacientium nomina celebrare; dissentientium verò omittere. Sic Philippici Imperatoris nomen ad Missarum solennia non est prolatum; quòd hostis imaginum esset. *Beda.* & Adon.**

* *lib. 5. de Tempor.* * *Ætate 6.*

Ac in earum celebratione, cœperunt Romani Pontifices inaugurare Reges. Sic Stephanus Papa, inter celebrationem consecrationis altaris, & oblationem sacrificii, unxit in Reges Francorum, Pipinum & filios ejus, Carolum & Carolomannum, & Bertrodam conjugem ejus. *Regino.** Et Leo III. in Missâ imperialem coronam Carolo imposuit. *Johannes de Oppido.*

* *lib. 2.*

In administratione Cœnæ, neq; vivorum, neq; mortuorum mentionem, Germanæ ecclesiæ hactenus faciebant. Quare Gregorius Bonifacio, eâ de re quærenti, rescribit: *Christianos pro suis mortuis verè Christianis posse offerre: Sacerdotesq; mortuorū facere mentionem jubet. ut apparet ex epistolâ ejus apud Naucleram.** Quod Bonifacius sedulò est executus. nam in epistolâ ad Aldheriū abbatē inquit: *Ut pro dormientium fratrum animabus, qui nobiscum laborabant in Domino, adjuvamina & Missarum solennia celebrare faciatis, precamur: quorum nomina gerulus harum literarum demonstrabit.*

* *Gener. 25.*

DAMASCENUS* nugatur; Apostolos, & Patres, & totam catholicam Ecclesiam, defunctorum mentionem facere in sacrificio illo incruento.

* *Serm. de Defunctis.*

CAROLUS Magnus: * *Nos nostris, per Missarum solennia, quietē exposcimus.* Item: *Nostrorū mentionē facimus in oratione.*

* *lib. 2. cap. 32.*

Ac eam rem passim esse à superstitiosis susceptam, apparet ex multorum epistolis. Sic Bugga abbatissa, in epistolâ ad Bonifacium, inquit: *Ut sanctarum Missarum oblationes offerre digneris, pro animâ mei propinqui, qui mihi præ ceteris charus erat, peto.* Et Sigbaldus, in epistolâ ad eundem: *Notum sit tibi, quòd ex eo tempore nomen tuum habuissem adscriptū, cum Missarum solennia celebrarem, simul cum nominibus episcoporum nostrorum: & modò non cesso, quamdiu subsistam: &, si supervixero; tibi, cum nomine patris nostri Erenvvaldi episcopi, tuum adscribam nomen.* Et Torchelmus, ad eundem Bonifacium, inquit: *Omnia, quæ à parvitate nostrâ petere dignatus es, libentissimè suscipimus: hoc est, quòd in sacris Missarum celebritatibus, & in quotidianis precibus, tuæ Sanctitatis memoria celebratur.* Et Æditvvaldus Rex Anglorum, in epistolâ ad Bonifacium: *Sicut vestra Benignitas de Missarum solennitatibus, Deo instigante, dictavit: ita quoq; nostra mediocritas devotâ mente implere conatur: memoriaq; nominis vestri, in septenis monasteriorum nostrorum synaxis, perpetuâ lege censeri debet.* Et Chutbertus, in epistolâ ad Lullum: *Mutua pro nobis, nostrisq; & hic viventibus, & huic obedientibus, interpellationes, Missarumq; remedia, ad viventem Dominum, & Judicem omnium, suppliciter aguntur.* Et Synodus Cabillonensis* mandat; *ut in omnibus Missarum solennitatibus, pro defunctorum spiritibus, loco competenti, Dominus deprecetur.* Ratio frivola additur: *Sicut enim nulla dies excipitur, quâ nō pro viventibus, & pro cujuslibet necessitatibus, Dominus deprecetur: ita nimirū nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino, in Missarū solennibus, fundantur.*

* *cap. 33.*

Cœperunt etiam pro tempestatibus Missæ celebrari: ut apparet ex epistolâ Lulli ad Denehardum, Eanbertū, Umbestum, &c. *Illas Missas,* (inquit) *quæ pro tempestatibus fieri solent, celebrare, vos Presbyteri recordamini. Misimus vobis nomina Domini Romani episcopi: pro quo unusquisq; vestrûm triginta Missas cantet. & illos psalmos, & jejunium, juxta constitutionem nostram. similiter pro duobus laicis, nomine Megefrith & Raban, decem Missas unusquisq; vestrûm cantet.*

Et pro valetudine ægrotantium. Nam pro Lullo Monachos psalmos decantâsse, & Sacerdotes quinas Missas celebrâsse, ut pristinam sanitatem reciperet: in epistolâ Wigberti ad eundem indicatur.

CASUS CIRCA CŒNAM.

Witekindus, interrogatus à Carolo, quid in templo vidisset? inquit: Vidi hodiernâ die te primùm solicitum, & ad rem attentissimum. Posteaquam verò mensam adiretas templo mediam; ita hilari mihi conspectus es vultu: ut repentinæ in te mutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat, videre, quòd, de manu purpurati Sacerdotis, singuli pulcellum puerum in os susciperent: quem quibusdam ludibundum arridere, ultrò properare; aliis verò abhorrentem, avertisse vultum; & tamen in ora demissū, nec redeuntem, adspexi. *Crantzius in Metropoli.**

* *lib. 1 cap. 9.*

2.

Duos vel tres calices, in celebratione Cœnæ, ad altare collocare, contra institutionem Christi esse; qui in singulari dixerit, *Hic calix novi Testamenti est*: Gregorius III. in epistolâ ad Bonifacium, autumat.*

* *Tomo 2. Concil.*

3.

Leprosis cum sanis communicare non licebat; sed separatim eis Cœna exhibebatur. *Gregorius III. in epistolâ ad Bonifacium.*

4.

Epileptici postremo loco sacram Cœnam accipiebant in templo: juxta Zachariæ institutionem, in epistolâ 2. ad Bonifacium.

5.

Longobardi munera sacra, id est, sacram Cœnam, in suos folles seu vascula miterunt: & cibo carnium copioso satiati, comederunt: ut queritur *Stephanus Papa, in epistolâ ad Pipinum.*

6.

Crucis Christi signationem, in Baptismo, & Confirmatione, & Cœnâ, planè necessariam *Albinus* facit: * *Nisi signum crucis Christi adhibeatur, sive frontibus credentium; sive ipsi aquæ, ex quâ regenerantur; sive oleo, quo chrismate unguntur; sive sacrificio, quo aluntur: nihil eorum ritè perficitur.*

* *in cap. 19. Johan.*

7.

Angli crustam in Cœnâ, & calices, & patenas de cornu bovis, usurpabant. Sed Adrianus, per legatos suos, in Synodo,* panem, & non crustam panis, jubet in Cœnâ administrari: & calices & patenas corneas abrogat; eò quòd sint sanguineæ.

* *cap. 10.*

8.

Franci etiam parvulos ad communionem admiserunt. Nam *Ansegisus** dicit; Carolum Magnum constituisse, ut presbyter semper habeat paratam Eucharistiam: ut parvulis, aut aliis infirmis, distribuat, ne sinè communione moriantur.

* *lib. 1. de Legib. Frā cor. c. 155.*

RITUS CIRCA ORATIONES.

Habuerunt sua certa tempora, & horas; quibus tum publicas preces, tum etiam privatas, fecerunt.

Nocturnas vigilias Christianos celebrare, Habdallas vetuit. *Paulus Diaconus.**

* *lib. 22.*

Archis Rex crebrò in templo Sophiæ, propter orationem, pernoctavit, Beneventi. *Leo Hostiensis.**

* *lib. 1. cap. 10.*

BEDA* *Aut dicendum est, eum semper orare, & non deficere, qui canonicis horis quotidie, juxta ritum ecclesiasticæ traditionis, Psalmodiis precibusque consuetis, Dominum laudare & rogare non desistit. & hoc esse, quod Psalmista dicebat:* * Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo. *Aut certè omnia, quæ justus secundum Deum gerit & dicit, ad orationem esse reputanda.*

* *in cap. 18. Lucæ.* * *Psal. 34. vers. 2.*

¶ Ac sua quædam loca habuit precatio. Nam interdum ad aras. Grimoaldus ad altare Lamberti, Leodii, orat. *Sigebertus.* Maria, ante ingressum altaris, orat in ecclesiâ magnâ. *Paulus Diaconus.**

* *lib. 22.*

Interdum ad statuas preces fuderunt. Sic muliercula dæmonio vexata, Romæ ad imaginem Anastasii orans, sanata dicitur. *Act. 4. Nicenæ 2.* Et Sabas inquit: * *Petimus & nos, ut sint in locis imagines restituantur: Christiani autem apud eas preces faciant.*

* *in Act. 5.*

Interdum ad sepulcra orâsse leguntur. Angli enim, ad corpus Benedicti se-se prosternunt, oraturi. *Hostiensis.** Et Wilhadus, grassante persecutione Witekindi, in Galliam ad sepulcrum Willebrordi rediit; ibiq; orationi institit, pro Saxoniæ salute. *Crantzius in Saxonia.**

* *lib. 2. cap. 15.* * *lib. 2. cap. 14.*

Ac ad remota loca, ex superstitione, profecti sunt oratū. Carolus, cum conjuge Hildegarde, Romam orandi gratiâ venit: anno 780. *Regino.* Et Pipinus, orationis gratiâ, ad Martinū & Dionysium venit. *Adon.* Et Theodo, Dux Bavarorū, primus ejus gentis, orationis causâ Romam adiit. *Antoninus.** Et duo Reges Saxonum, cum multis aliis, Romam oratum venerunt, sub Philippico Imperatore. *Liber Pontificalis, & Platina.*

* *Tit. 14. cap. 1.*

¶ Suos etiam gestus & ritus, alii alios, inter orandum observaverunt, ut sunt: Geniculatio. Johannicius flexi-

A genibus Deo consuetas preces reddebat. *Ignatius in vita ejus.* Fixis genibus in terram orabant; exceptis diebus dominicis, & publicis solennitatibus; quibus, ob recordationem dominicæ resurrectionis, universalis Ecclesia solebat stando orare. *Turonensis Synodus.** (* cap. 37.)

Extensio palmarum. Tarasius enim manus ad cœlum extendit; & a Deo illuminationem accepit. *Ignatius in vita ejus.*

Decubitus in terram. Nam Medo, abbas Floriacensis, solotenus prostratus, & lacrymis ora perfusus, orationi va-
B cat. *Ivo in Chronico.* Carolus super pavimentum prostratus oravit. *Erfordiensis.** (* cap. 69) Adrianus Papa, & Episcopi, & Abbates, & Carolus Magnus, & Proceres ejus, Romæ in basilica Petri, in terram prostrati, Deo agunt gratias pro victoriâ. *Liber pontificalis.*

Vultus in terram dejectus. BEDA.* (* lib. 6. cap. 24.) *Nec quenquam Sanctorum legimus, tempore dominicæ resurrectionis, vel ipso Domino, vel Angelis sibi visis, terra prostratum adorasse. Unde mox obtinuit ecclesiasticum: ut, vel in memoriam dominicæ, vel in spe nostræ re-*
C *surrectionis omnib. diebus dominicis, & toto Quinquagesimæ tempore, non flexis genibus, sed declinatis in terram vultibus oremus.*

Conversio ad Orientem. DAMASCENUS:* (* lib. 4. cap. 13.) *Non simpliciter & fortuito ad Orientem adoramus. sed quia ex visibili & invisibili, id est, intellectuali & sensibili, constati sumus naturâ, duplicem adorationem Conditori nostro offerimus: ut & mente psallimus, & corporalibus labiis; & baptizamur aquâ & spiritu; & dupliciter Domino unimur, mysteriis participantes, & gratia Spiritus. Quia igitur Deus est lux intelligibilis, & Sol justitiæ; & Oriens in Scripturis nominatur Christus: dedicandus illi Oriens est*
D *ad adorationem.* Et ALBINUS:* (* lib. 2. de Trin. c. 3.) *Cum ad orationem stamus, ad Orientem convertimur: unde cælum surgit, & lumen oritur. non tanquam ibi habitet Deus, quasi cæteras Mundi partes deseruerit: qui ubique præsens est, non locorum spatio, sed majestatis potentia: sed ut admoneatur animus, ad naturam excellentiorem se convertere, id est, ad Deum; qui est lumen verum, illuminans omnem hominem, venientem in hunc Mundum: cum homo ipsum corpus suum, quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cæleste, convertit.*

Signa tristitiæ erant; saccus, cinis, vigiliæ, jejunia. Ste-
E phanus II. suum & populi capita cinere conspergit, & cum ejulatu Dominum deprecatur, contra Aistulphi perfidiã. *Liber pontificalis.*

Pro vivis & mortuis orationes, Bonifacius, hoc seculo, passim in Germanis ecclesiis instituit; jussus a Pontificibus Romanis. Sic ad Optatum abbatem scripsit; seq; in ejus fraternitatem recipi petiit: ut pro viventibus invicem preces faciant; & pro mortuis, tum preces, tum oblationes. *ut patet ex epistola ad eundem.* Et Leobgytha Bonifacium monet: ut pro patre suo, ante 8. annos mortuo, preces fa-
F ciat: *in epistolâ ad ipsum.* Et Carolus Magnus* (* lib. 2. cap. 31.) universalis Ecclesiæ traditionem esse dicit, orare pro mortuis.

¶ Meminerunt etiam formularum orationis.

Amicus enim q[u]idam nomine, leprâ percussus, lacrymis inquit: Pientissime Deus, aut mortem mihi tribue; aut misero mihi misericordiæ subsidium porrige. *Vincentius.** (* lib. 25. cap. 163.) *Beda* moriturus orat: ô Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cœlos ascendisti; ne derelinquas orphanos: sed mitte promissum Patris in nos, Spiritum. *Wilhelmus Malmesburiensis.** (* lib. 1. cap. 47.) Et *apud Damasce-*
G *num* exstat oratio Scholarii, ad unum & trium personarum Deum. Et Damasceni, ad Dominum & Deiparam; ad Archangelum. Itèm Oratio ad Christum matutina, & meridiana, & vespertina.

Et Litaniarum. Carolus Magnus Litanias per triduum, cum exercitu, celebrat: & petit à Deo vindictam in Avares, ad fluvium Anassum. *Regino.** (* lib. 2.) Gregorius II. quotidie Litaniis Dominum precabatur. *Liber pontificalis, & Sigebertus, anno 717.* Et Leo Pontifex, dum Litaniis vacat, a Romanis capitur, ad 7. Cal. Maii. *Aventinus.** (* lib. 4.)

H Litaniæ majoris fit mentio *apud Reginonem.** (* lib. 2.) Adrianus Papa, ad petitionem Caroli Regis, pro conversione Saxonum, Litanias fieri curavit Romæ, & in omnibus partibus sub ditione Romanæ ecclesiæ existentibus, 23. 26. & 28. mensis Junii diebus: hoc est, in vigiliâ Johannis Baptistæ;

A in Natali sanctorum Johannis & Pauli; nec non & in vigiliâ B. Petri apostoli. Monet Carolum, ut iisdem diebus in omnibus suis finibus, seu transmarinis partibus, ubi Christiani morantur, Litaniam fieri curet. *In epistolâ Adriani Papæ ad Carolum.*

Circuitionum. Cives Constantinopolitani, obsessi à Saracenis, singulis diebus Martis, imaginem Mariæ per civitatem circumferebant, jejunantes & orantes. *Vincentius.** (* lib. 23. cap. 147.) Populus Romanus, a Lateranensi, in majorem ecclesiã Dei
B genitricis processit, supplicans Deo. Et Stephanus Pontifex, (quem *Blondus* Gregorium III. vocat) pacis formulã, perfidi Aistulphi chirographo exaratam, de vexillo Crucis pendentem, prætulit; cunctis Deum contra perfidiam invocantibus. *Blondus,** & *Liber pontificalis.* (* Decad. 1. lib. 10.)

Processionum. Leo cum Litaniis, equo insidens, processit de Laterano ad ecclesiam Laurentii. *Aimonius.** (* lib. 4. cap 87.) *Crãtzius in Metropoli,** (* lib. 2. c. 2.) & *Annales Francorum.* Et sic ordinavit idem; ut sextâ feriâ summus Pontifex, cum omni clero & populo, ab ecclesiâ Dei-genitricis ad Præsepe egrediens, per-
C gat cum hymnis & canticis, ad ecclesiam Salvatoris, quæ dicitur Constantiniana: feriâ tertiâ, ab ecclesiâ sanctæ Sabinæ, ad S. Paulum: feriâ quartâ, ab ecclesiâ Hierusalem, ad S. Laurentium foris muros. *Chronicon Martini.* Idem *Henricus de Erfordiâ.** (* cap. 119.) Stephanus II. instituit; ut singulis diebus sabbati Litaniæ celebrentur: semel in templo Mariæ, secũdò ad beatum Petrum, tertiò ad B. Paulum. *Platina. & Liber pontificalis.* Stephanus III. finito Concilio, congregat Sacerdotes & Populum: & nudis pedibus, cum hymnis & canticis, ad basilicam Petri prodeambulat. *Liber pontificalis.*

D ¶ Miracula precibus attribuunt passim. Sic Constantinopolitani, triennium obsessi, solis precibus a Deo impetrarunt; ut hostes in fugam ex insperato se-se conjicerent, & in mari a tẽpestate obruti perirent. *Ivo in Chronico,** (* sub Leone.) *Blondus,** (* Decad. 1. lib. 10.) *Beda.** (* de Ratione temporũ.) Gregorio Papâ crebris Litaniis Deum deprecante, post dies novẽ aquarũ inundatio repressa est. *Sigebertus, & Beda.* Carolo Magno ad S. Jacobũ orante, muri Pampilonæ corruũt. *Turpinus Remensis episcopus, apud Erfordiensẽ.** (* cap. 88.)

CASUS CIRCA ORATIONEM.

Ægidius, sagittâ vulneratus, sciens virtutem in infirmi-
E tate perfici, Dominum exoravit; ne, quamdiu viveret, sanitati pristinæ restitueretur. *Antoninus.** (* Tit. 13. c. 6 § 33.)

Alius.

Constantinopoli obsessa imago Mariæ, hoc modo à civibus adoratur: Sancta Dei genitrix, quæ toties nos liberasti, libera nos modò de inimicis filii tui: &, si vis, ut imaginem tuã non mergamus in mari; merge illos. *Vincentius.** (* lib. 23. cap. 147.)

RITUS CIRCA VOCATIONEM
& Ordinationem Ministrorum.

F IUs eligendi & vocandi Episcopos, Sacerdotes, & alios Ministros Ecclesiæ, erat penes totam Ecclesiam: scilicet penes clericos & laicos. *Zonaras.** (* Tomo 3.) Imperatores Tarasium designarunt Patriarchã; approbante omni populo. Stephanus III. à clero & populo eligitur episcopus. *Platina.* Cunctus Dei populus, intra basilicam Mariæ congregatus, invocato Dei nomine, Stephanum II. eligunt Pontificem, & humeris exceptum portant in basilicam Constantinianam; & in patriarchium collocant. *Liber pontificalis.* Atq; hic primus fuit Pontifex, qui bajulari voluit. *Francus, de Pontificib.*

G Die Dominico Walipertus presbyter, cum suâ factione, in monasterium Viti irrumpit: ut Philippum presbyterũ extrahens, acclamatione publicâ papam salutat; & in basilicam Salvatoris more solito deducit. *Liber Pontificalis.*

Carolus Magnus in edicto suo concedit; ut episcopi per electionem cleri & populi, secundùm Canonum statuta, de propriâ diœcesi, remotâ personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum, eligantur: ut exemplo, & verbo, sibi subjectis usquequaq; prodesse valeant. *Catalogus testium Veritatis.*

In Episcoporum tamen metropolitanorum & Archi-
H episcoporum, electione & vocatione, vicinorum Episcoporum & Magistratus requirebatur consensus. Sic Metenses per legatos a Pipino petunt, ut aliũ substituat episcopũ, pro Sigibaldo mortuo. *Autor vitæ Crodegãgi.** (* cap. 5) Et Imperator Constantinopoli Nicetã relegat: & in ejus locũ Eunuchũ,

qui

[Tom. 3.] qui vix legere poterat, surrogat. *Zonaras.* * Euilid, Dux Arabum, consentit in Stephani electionem Theupoli. *Paulus* [lib. 22.] *Diaconus.* * Et jus eligendi Pontificem, Adrianus, unà cum Synodo 153. episcoporum, Carolo Magno tradidit: anno ..3. *Sigebertus.*

Sacerdotes, defuncto Præsule, lituum cum annulo ad aulam mittebant: & cui ea Princeps solenni ritu tradebat, is ejusdem tam rector designatus erat. Ità observatum esse sinè controversia, ad Henrici IV. imperium, legimus. *Aventinus.* * Imperatores, & Optimates, & collegium Sacerdotum, consentit in Tatasium patriarcham. *Ignatius de vita ejus.* Accà de re sic Imperator, in epistolâ suâ ad Synodum [Tomo 2. Concil.] Nicænam II. scribit: * *In faciem præsentium sacerdotum, & clarissimorum nostrorum ducum, totiusq; Christicola nostra plebis, unum eduximus; scilicet Tarasium: & omnibus libertatem dedimus; ut, si quid adversus unum haberent, dicerent: ut purgare se posset.* Illi verò hæc audientes, libenter hominem acceperunt.

Et Paulus Papa, & postea Constantinus Papa, in epistolis suis ad Pipinum, indicant; se invitos à populo ad pontificatũ electos esse: & petunt confirmationẽ & assensũ ejus.

Romani autem Pontifices, sibi etiam supremã potestatem, in electione & ordinatione confirmandâ, vendicarũt. Ticiuẽses episcopi, a Romanâ ecclesiâ, priscis temporibus [lib. 6. 23. ... cap. 62.] consecrati sunt. *Paulus.* * Constantinus Papa ordinavit Felicem Ravennatem. *Ersfordensis.* * Et Stephanus III. rogatus, ut Michaëlem Scriniarium Ravennatibus daret episcopum, omninò recusat, prætexens, eum non esse idoneũ. *Liber pontificalis.* Sed Leonem archidiaconum, a populo, clero, & judicibus, electum, consecrat. *Ibidem.*

Archimystes communi omnium suffragio deligatur: isq; Romam cõtinuò eat; ut, si dignus fuerit, a Rom. Pontifice consecretur. *Greg. III. in epist. ad Vetulum, Aventinus.* [* lib. 3.]

¶ Per ordinem porrò graduum, solebat fieri promotio. Sic Gregorius II. per diversos ecclesiasticos ordines, ad pontificatum venit. *Antoninus.* * Et in Synodo Romanâ, sub [* Tit. 14. c. 1.] Stephano, Canon constituitur, de successione per omnes gradus ecclesiasticos.

Carolus Magnus: * *Necesse est, ut, si quisq; inculpati meritis sit, antè tamẽ, per distinctos ordines, ecclesiasticis exerceatur officiis: videat, quod imitetur; discat, quod doceat; informetur ad id, quod teneat: ut postea non debeat errare; qui eligitur viam errantibus demonstrare, &c. Ordine ergo ad ordinem accedendum est. Non gradum recte appetit, qui ad summa loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta, quærit ascensum.* [* lib. 3. c. 2.]

¶ Electi autem examinari prius solebant: ac suspecti de erroribus, priùs se-sè purgare tenebantur. Paulus Cyprius, post plurimam propter hæresin excusationem, consecratur episcopus. *Paulus Diaconus.* * [* lib. 23.]

Infames ad sacerdotium non admittebantur; juxta Adriani constitutionem. *Schedel.* * & *Acta Pontificum.* In [* Ætate 6.] Concilio, à Carolomanno in Galliis celebrato, statutũ est: ne quis presbyter ad officium ecclesiasticũ admitteretur; nisi priùs ab episcopo & communi synodo, de doctrinâ & vitâ ejus, esset inquisitum. *Mutius.* * [* lib. 7. in Chron. Germ.]

Gregorius II. in epistolâ ad Thuringos, vetat, bigamos, indoctos, aut membro aliquo corporis mutilatos, aut Afros Manichæos rebaptizatos, ordinari. *apud Hedionem.* * [* lib. 6. c. 6.]

Apud Græcos & Romanos, ab omni gradu sacerdotii prohibebatur, qui cum Deo-consecratá nonnâ concubuisset. *Bonifacius in epist. ad Ethelbaldum.*

Sacerdotes, qui oves Christi cœlesti pabulo, & non fabulis pascant; & qui imperent cupiditatibus suis; & spernant libidines; coërceant avaritiam & iram; & vetus & novum Testamentum dies noctesq; pervolvant, & in manibus terant; ecclesiis præficiendos esse, Bonifacius censuit: *teste Aventino.* * [* lib. 3.]

Ignoti presbyteri & episcopi, nisi in conventibus solennibus eruditio eorum & mores cõprobati merint; repulsã ferant. Corolomannus in edicto suo, *apud Aventinum.* * [ib. d.]

Homicidæ, adulteri, fornicatores, licet pœnitentiam egissent; tamen non admittebantur ad sacerdotium. *Zacharias, in epist. 2. ad Bonifacium.*

¶ ... ordinabantur vel ab Episcopo induto pal-

A lium, ut Gregorius ad Bonifacium inquit: *Sacri pallii tibi transmisimus: in quo, dum in episcopum consecratus, utaris tantummodò. Nauclerus.* * [* Gener. 25.]

Vel ab Archiepiscopo. Adulf enim, Rofensis episcop*, a Berecualdo archiepiscopo consecratur. *Beda.* * [* lib. 5. cap. 24.]

Gregorius II. Bonifacio concedit potestatem, ordinare episcopos. *Caus. 16. q. 1. c. Præcipimus.*

Vel a Pontifice Romano. Nam Paulus Papa ordinavit Presbyteros 12. Diaconos 2. *Liber pontificalis.*

B ¶ Romani tamen Pontifices, tantum tribus ordinari solebant episcopis: ut superiori libro diximus. Sic Stephanus III. a tribus episcopis cõsecratus est. *Platina in vita ejus.*

In præsentiâ autem vicinorum episcoporum id factum est. Tatuinus enim à Daniele Ventano, & Ingualdo Lugdunensi, & Alduino Laidteldensi, & Adulfo Rofensi, consecratur episcopus Durovernensis. *Beda.* * Et Gregorius II. [* lib. 5. cap. 24.] in epistolâ ad Bonifacium, inquit: * *Quoties episcopum consecraveris: duo vel tres episcopi conveniant tecum, ut Deo sit gratũ, quod geritur: & eis convenientibus, ipsisq; præsentibus, consecres.* [* Tomo 2. Concil.]

C Interdictum etiam Regibus præsentibus id factum est. Sic Zacharias Papa Narniæ episcopum ordinavit, præsente Luitprando Rege Longobardorum, & Judicibus eius: & orationem isthic Pontifex habuit. *Liber pontificalis.* Et Crodegangus, præsente Pipinio & multis episcopis, ordinatus est: *ut patet ex vita ejus.*

¶ Non in mense quolibet, sed tantùm in primo, quarto, septimo, & decimo, ordinationes fieri debere; Synod* Romana sub Zachariâ, in multis Conciliis statutum, asserit & decernit. * Sic in Decembri & Junio Gregorius II. ordi- [* cap. 11.]
D navit: Stephanus verò in Martio.

Itèm die dominico. Sic secundâ hebdomadâ jejuniorũ, die dominico ordinatur Paulus Cyprius. *Diaconus.* * [* lib. 23.]

¶ Præterea, ad mensam sacram ordinatio facta est: ubi ordinandus, juramento interposito, testatus est, se electionem sui non muneribus ambivisse, aut adeptum esse; neq; unquam, si alios ordinaturus sit ipse, aliquid de impositione manuum accepturum esse.

Adrianus Papa, in epistolâ ad Carolum: *Ordinandum sciscitantes obtestamur; Vide, ne aliquam promissionem cuiquam,*
E *aut dationem, fecisses, quia Simoniacum, & contra Canones est. Et, dum coram omnibus a nobis interrogatur; respondet: Absit! Et nos: Tu videris. Unde simili modo, sub jusjurandum in scriptis, respondet; Nunquam se aliquid accepturum de manùs impositione.*

Itèm promittit doctrinæ sinceritatem, & vitæ innocentiam, & obedientiam suis superioribus. Sed hanc rationem abrogat Synodus Cabillonensis: * *Dictum est præterea de quibusdam fratribus, quòd eos, quos ordinaturi sunt, cogant jurare, quòd digni sint, & contra canones non sint facturi; & obedientes sint episcopo, qui eos ordinat, & ecclesiæ in quâ ordinantur. Quod jura-* [* cap. 13.]
F *mentum, quia periculosum est, omnes una inhibendum statuimus.*

Edidit confessionem suæ doctrinæ & fidei: ut apparet ex epistolâ Adriani ad Carolum: *Enucleatiùs enim de singulis indagantes capitulis, sigillatim orthodoxa fides, atq; divinorum voluminum, interrogatus habere peritiam: & postquam nobis fidelem responsionem edixerit, &c. sciscitamur.*

¶ Insuper Romani Pontifices suas creaturas juramento adstringebant, ad ...narum ceremoniarum observationem & propagationem; & ad oppugnandos ab iis alienos & abhorrentes, ut testatur Bonifacius, in epistolâ ad Zachariã:
G *Gregorius dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit: ut canonicis & justis episcopis & presbyteris, in verbo, in facto, in consensu, adstipulator & adjutor fierem.* Idẽ in epistolâ ad Danielem: *Recolo, me ordinationis meæ tempore, juxta præceptum Gregorii Papæ, juràsse in corpore S. Petri, talium communionẽ me declinaturum; si eos ad viam canonicam convertere nequiverim.*

Formulam juramenti *Aventinus* * refert, in hunc modũ: [* lib. 3.]
In nomine Domini, Dei, & Servatoris nostri Jesu Christi, imperante Domino Leone a Deo coronato, magno Imperatore, anno 7.
H *post Consulatum ejus; sed & Constantini Magni Imperatoris, ejus filii, anno 4. Indictione 6. Bonifacius divino munere episcopus, tibi B. Petre, qui omnium Christi extitisti primarius, Gregorio, vices tuas modo gerenti, & omnibus successoribus tuis promitto, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, qui tres unum natura sim-*

A *plissimus Dom est; per hoc sacrosanctum corpus tuũ spondeo: germanam Christianæ pietatis veritatem, quoad vita & vires suppetant, sectabor, concordiam servabo; sacrificia interdictos devitabo mendaciorum sectas, errores pestiferos, contra majorum statuta, Romano Pontifici renunciabo.*

Item, jurejurando adstringebant ordinandos, ad vitam cœlibem: ut patet ex *Romanæ Synodi capite 14.*

¶ Impositæ sunt etiam eis manus. Nam Adrianus Papa, in epistolâ ad Carolum, inquit: *Absit a nobis, ut super Simoniacos, veritate compertâ, manus consecrationis imponamus.*

B Orationes, & Unctio. Tarasius, divinis & spiritualibus invocationibus suscepit unctionẽ honoris sacerdotalis; & ascendit ad altitudinẽ cathedræ pastoralis. *Ignatius in vita ejus.*

Traditio baculi. Crodegangum Pipinus Rex baculo pastorali donat. *In lib. de vita ejus.*

¶ Pontifices Romani ordinati, pacem populo dabant; & postea in Lateranense patriarchium adducebantur: & collocati in sellam pontificiam, idem factitabant. indè ad mensam ascendebant, & cum primatibus Ecclesiæ & principibus militiæ epulabantur. *Liber põtificalis in vitâ Philippi.*

C ¶ Solebant etiam interdum nomina ordinatis mutari, aut attribui a festo, quo cõsecrabantur. Sic Willebrordus nomen Clementis accepit, per Sergium papam, in festo Clementis. *Beda.* * Aut ab alio bono omine. Sic Vinofridus, a Gregorio II. consecratus, Bonifacii nomen sortitur: utpote per quem Germani jugum Romani Pontificis essent subituri. *Aventinus.* *

*[margin: * Cent. 2. cap. 5. — * lib. 3. — * cap. 16]*

¶ Ordines gratis conferre *Synodus Cabillonensis* jubet. *

RITUS ORDINANDI
Presbyteros.

D Juxta veteres Canones, non licebat Presbyterum ordinare, ante 30. annũ ætatis. sed Zacharias Papa annũ 25. præfinnit. *Sigebertus in Chronico, & Distinct. 79. c. Si triginta. & in epist. Zachariæ ad Bonif.*

De tempore ordinationis, hæc Gregorius II. sancit, in epistolâ ad Thuringos: * *Ordinationes presbyterorum, seu diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi, mensium jejunii, & in ingressu Quadragesimali, atq; mediante vespere Sabbati, noverit celebrandas.* Sed Zacharias, in epistolâ 2. ad Bonifacium, concedit; ut, urgente necessitate & paupertate ordinandorum, etiam alio tempore ordinet presbyteros & diaconos.

*[margin: * Tomo 2. Concil.]*

E De justificatione ante ordinationem, *in Arelatensi Synodo* caput 4. sic habet: *Quando presbyteri ab episcopis in parochiis ordinantur; necesse est, ut, ab ipsis episcopis diligenter instructi, ecclesias sibi deputatas accipiant: ne per ignorantiam, etiam in ipsis divinis sacramentis, offendant.*

Apud Hispanos, Presbyteri sinè examine ordinabantur. Id reprehendit Adrianus, in epistolis ad Egilam & episcopos Hispaniæ: & errorem esse indicat.

F Clerici & monachi, Romanorum more ordinandi, in coronam attondebantur: propterea quòd Petrus sic esset, ob memoriam passionis Christi, spineam coronam gestãtis, attonsus. Sed apud Pictos iidem in obliquam coronã, & in cervice acuminatam, tonderi solebant. quam consuetudinem Geolfridus, in epistolâ ad Naitanum Pictorum Regem, asserit esse Simonis magi. Quâ fabulâ ille Rex persuasus, imperat omnibus suis clericis & monachis, ut Romanorum more circulari coronâ tondeantur. *Beda.* *

G Ac multos ex Britanniâ Romam venisse, &, in signum religionis Papisticæ, tonsuram clericalem suscepisse; *Ado Viennensis* * indicat. Irene, mariti sui fratres, Cæsares, de conjuratione accusatos, radi, & in sacerdotum ordinem recipi, curat; ut res sacras populo impartiantur, in festo Nativitatis. *Zonaras.* * Tarasii coma ritu clerici abrasa est. *Ignatius in vitâ ejus.*

*[margin: * lib. 5. cap. 22. — * Ætate 6 — * Tomo 3.]*

RITUS DEPOSITIONIS.

Constantino Patriarchæ, Constantinopoli in ambonem collato, episcopi superhumerale detrahunt; eũque excommunicatum, extra ecclesiam duci curant. *Diaconus.* *

H De Constantini Papæ laici depositione, hæc *Platina* refert: * *In basilicam Salvatoris ductus, videntibus omnibus, ac sacris Canonibus perlectis, deposito pontificali habitu, magistratu abdicat; in monasterio vitam privatam agere jussus.*

*[margin: * lib. 22. — * In vita Stephani]*

CASUS CIRCA ORDINAtionem.

A Presbyteri, si incogniti illi fuerint, a quibus sunt ordinati; & dubium est, eos fuisse episcopos, an non. qui eos ordinarunt: si bonæ actionis & catholici viri sint, & in ministerio Christi, omniq; lege sanctâ, edocti & apti: ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur; & sic ministerio sacro fungantur. *Gregorius II. in Epistola 2.* *

*[margin: * Tomo 2. Concil.]*

2.

B Presbyteros ex laicis promotos, priùs causis criminalibus implicatos, postea manifestatâ eorũ impietate, a ministerio removendos, censet Zacharias, *epist. 2. ad Bonifaciũ.*

3.

Singulari privilegio Zacharias Bonifacio concedit: ut moriturus, in ultimâ horâ, sibi successorem coram aliis suis collegis designet; eumq; Romam mittat ordinandum. *Epistolâ 2. ad eundem.*

4.

C Constantinus ex laicô Romæ ordinatur Pontifex. Sed eo postea remoto, Synodus decrevit: ut illi, quos ipse ordinâsset Episcopos, ad eum gradum redirent, quem antea habuissent: & examinati denuò, si digni inveniantur, consecrentur. Presbyteri verò & Diaconi, similiter ad priorem gradum reversi, & ipsi quidem, si digni essent, denuò consecrarentur; sed ad altiorem gradum non ascendant. Laici verò, ab illo diaconi vel presbyteri ordinati, omninò degradarentur; & in religioso habitu perseverarent. Anno Domini 768. *Sigebertus in Chronico, Blondus.* * Ex plurimos ex episcopis, antea consecratis, denuò consecratos esse; testatur *Liber pontificalis, in Stephano.*

D

*[margin: * Decad. 1. lib. 2.]*

5.

Nodoaldus nobilis, ex Palatio rapitur ad ecclesiam. *Crantzius in Saxoniâ.* * Et Arnulphus, ex Majore domûs, fit episcopus. *Ibidem.* Thrasimundus, Spoletanorum Dux, victus à Luitprando, clericus ordinatur. *Diaconus.* * Anastasius Imperator, clericus factus, presbyter etiam ordinatur. Et Theodosius depositâ purpurâ, clericus designatur. *Otto Frisingensis.* *

*[margin: * lib. 2. — * lib. 6. Longob. — * lib. 5. cap. 17.]*

6.

E Carolus Magnus nobilem quendam, episcopatum ambientem, cùm tamen non esset ad id munus idoneus, in militiam secum duxit. *Mutius.* *

*[margin: * lib. 8.]*

7.

In scortatione aut adulterio deprehensos post Baptisma, ad sacerdotium non admittebant. *Tarasius in epist. ad Johannem presbyterum.* *

*[margin: * Tomo 2. Concil.]*

8.

Episcopum per pecuniam ordinatum, si pœnitentiam agat, in officio relinquendum, censet Tarasius. *Ibidem.*

EXORCIZATIO OBsessorum.

F Quosdam obsessos etiã hoc seculo curatos legimus, oratione, & crucis signatione. Nam, cùm ad Albinum, Andegavensem episcopum, mulier obsessa esset perducta: cœpit Satan supra oculum ejus vesicam sanguineam ostentare. Sed ille, signo crucis facto, increpavit eũ, dicens: Inimice, oculum, quẽ non dedisti, non potes auferre. Mox eâ disruptâ, sanguis effluit: & Satan exit; & mulier restituitur. *Vincentius.* * Johannicius, precibus ex puero & muliere ejicit cacodæmonem. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

G Et Energumenos oleo consecrato inunctos esse, colligi potest ex Bedâ, * ubi in hunc modum scribit: *Sed & nostri temporis sacerdotes, qui per exorcismi gratiam dæmones ejicere norunt, solent dicere: patientes non aliter valere curare; nisi (quantum sapere possunt) omne, quod ab immundis spiritibus, visu, auditu, gustu, tactu, & alio quolibet corporis vel animi sensu, vigilantes dormientesq; pertulerint, confitendo patenter exponant: & maximè, quando vel viros in specie fœminea, vel in virili habitu fœminas apparentes, (quos dæmones Galli Dusios vocant) infando miraculo, spiritus incorporei, corporis humani concubitum petere se, ac patrare confingunt: & nomen dæmonis, quo se censeri dixerit; & dejerandi modos, quibus amoris sui fœdus alternatim pepigerint, prodendos esse præcipiunt. Quæ mendacio simillima res; sed adeò vera, & plurimorum est attestatione notissima: ut quidam*

H

*[margin: * lib. 23. cap. 141. — * in cap. 6. Marci & in cap. 8. Lucæ.]*

illas

Vicinus mihi presbyter retulerit; se quandam sanctimonialem fœminam, a dæmonio curare cœpisse: sed, quamdiu res latebat, nihil apud eam proficere potuisse. Confesso autem, quo molestabatur phantasmate; mox & ipsum orationibus cæterisq́, quæ oportebat purificationum generibus, effugasse: & ejusdem fœminæ corpus ab ulceribus quæ dæmonis tactu contraxerat medicinali studio, adjuncto sale benedicto, curasse. Sed dum unum de ulceribus, quod altius lateri infixũ repererat, nullatenus posset, quin continuo panderetur, abducere: ab eadem ipsa, quam sanare volebat, consilium, quo sanaretur, accepisse. Si (inquit) oleum, pro infirmis consecratum, eidẽ medicamento adsperseris; sicq́, me perunxeris: statim sanitati restituar. Nam vidi quondam per spiritum, in quâdam longius positâ civitate (quam nunquam corporalibus oculis vidi) puellã quandam pari calamitate laborantem, taliter à sacerdote curatam. Fecit ut illa suggesserat: statimq́, ulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit.

RITUS CIRCA

Jejunia.

CErtis & statutis temporibus Jejunia observabant: ut in Quadragesimâ. *Autor vitæ Crodegangi;* * Quadragesimæ mos est, fidelium abstinentia. [* cap. 32.]

Et in Romanâ ecclesiâ Gregorius constituit; ut quintâ feria tempore Quadragesimæ jejunaretur: quod antea in usu non fuerat. *Sigebertus, anno 714.*

Secundæ & mediæ jejuniorum hebdomadarum, *Paulus Diaconus* * meminit. [* lib. 24.]

Secundâ, quartâ, & sextâ feriâ, parricidæ per totam vitam jejunare jubentur, in epistolâ Gregorii ad Bonifaciũ. *Nauclerus.* * Et Lullus præcipit; ut servi & ancillæ Domini, per provinciam Thuringorum, iisdem diebus jejunent, usq́, ad vesperam; & abstineant ab omni carne, & potu, in quo mel sit. *Epist. ad Denehardum.* [* Gener. 25]

Romani, feriâ sextâ, & die sabbati, jejunabant: sed Hispani non item. Quare, cùm Adrianus ad Egilam episcopum Hispaniæ eâ de re scripsisset; ac præcepisset, ut illis diebus jejunarent: Egila id molestè tulit, ut patet *ex Adriani epistolâ ad eundem.*

Jejunia verò, propter orationem, in publicis calamitatibus exercebant. Sic Carolus Magnus, expeditione in Avares susceptâ, ad Anisum fluvium, triduanum jejunium & Litanias celebrat cum exercitu. *Regino.* * Et Stephanus, seu Gregorius III. hortatur populum; ut in sacco, cinere, vigiliis, jejuniisq́, Deo supplicent. *Blondus.* Et jejunia, ob publicam necessitatem indicta, ab omnibus diligenter observari præcepit *Synodus Turonensis.* * [* lib. 2.] [* cap. 47.]

¶ Novum est, quod hoc seculo pro mortuis jejunare cœperunt. Nam pro mortuis, ut ad requiem venire valeant, septem diebus jejunatur: *Beda* dicit. * Et Cutbertus, in epistolâ ad Lullum, indicat; Virginem quandam visiones de locis pœnarum recentuisse: & jejunium, pro communibus totius familiæ reatibus, 40. dierum, ex ipsius Judicis imperio indixisse. [* lib. 4. in Sam. c. 20.]

RITUS CIRCA CIBOS.

GRaculorum, cornicularum, ciconiarum, fibrorum, & leporum, & equorum sylvaticorum esum, Zacharias *in epistolâ 2. ad Bonifacium*, Germanis prohibet.

Satis porrò gravem quæstionem Bonifacius proposuit Zachariæ Pontifici: quando nimirum lardum sit comedendum? Ad eam sic respondet sanctissim' Pontifex: * *Nobis à Patribus constitutum pro hoc non est. Tibi autem petenti consilium præbemus: quod non oporteat illud mandi, priusquam super fumo siccetur, aut igne coquatur. Si verò libet, ut incoctum manducetur: post Paschalem festivitatem erit manducandum.* * [* Epist. 2. ad Bonif.]

Episcopus, quàm-diu convivatur, potiùs sacra lectio ante mensam ejus recitetur; quàm otiosa à susurronibus resonet verba. *Synodus Turonensis.* * Et peregrinos & pauperes invitet. * [* cap. 5.] [* cap. 6.]

DE FESTIS.

DIe dominico feriabantur. Unde in Concilio Dingelfingensi sic decretum est, *teste Aventino:* * *Festo die Solis, otio divino intenti, profanis negotiis abstineto. Qui hoc die vehiculariam, aut hujusmodi operam fecerit; jumenta ejus publicata sunto. Si contumax perrexerit, in servitutem redigatur.* Et Carolus Magnus, in Constitutionibus suis, prohibet; ut mercatus, die dominico, nullo in loco habeatur. *ut Ansegisus* * *refert.* [* lib. 3.] [* lib. 1. cap. 139]

¶ Solennia festa etiam hoc seculo in usu fuerunt. ut Natalis Domini. Nam Carolus, obsidens Ticinum, Natalem Domini in castris celebrat. *Aventin'.* * Et año Domini 758. Pipinus Natalem Domini celebrat in Longolare. *Regino.* * Hymni Cosmæ & Damiani, in Natali Domini cantandi, exstant *in Damasceno.* [* lib. 4.] [* lib. 2.]

Epiphaniæ. Hujus meminit Theodomar, *in epist. ad Carolum.* Et *apud Damascenum* exstat hymnus, eo die cantari solitus; & Cosmæ Hierosolymitani episcopi.

Dominicæ Palmarum, & sanctæ Parasceves, mentio fit *à Paulo Diacono.* * Et Cosmas hymnum de eâ composuit, *apud Damascenum.* [* lib. 23.]

Paschæ. Carolus Magnus Romæ Pascha celebrat. *Hostiensis.* * Britones, circa annum Domini 731. nondum eodem tempore cum Anglis, Pictis & Scotis, & aliis vicinis populis, celebrabant Pascha. *Beda.* * Et anno 20. Constantini, Orthodoxi in Oriente, 8. Idus Aprilis: at alii Idibus Aprilis celebrant. *Paulus Diaconus.* * Et in magnô & dominico die Paschæ, coronatur Constantinus. *Idem* * Monachi in Hu insula, & Picti, Pascha Romano more celebrare incipiunt, anno Domini 716. *Beda,* * *Sigebertus* 709. annum habet. [* lib. 1. cap. 14.] [* lib. 5. cap 24.] [* lib. 22.] [* lib. 23.] [* lib. 5. cap 23.]

Ad Pascha Romano more celebrandum, Golfridus est pertractus à Romanis: ut apparet *ex Bedâ, & Balæo.* * Et Egebertus, plures Germaniæ ecclesias, ad Romanam Paschæ celebrationem adduxit: cum de iis ad annos 120. ab adventu Augustini, usque ad hoc tempus, litigatum esset. *Balæus.* * Idem Cymbertus Lindesius apud suos fecit. *Balæus.* * Et Bonifacius: ut indicat *Crantz.* * Et in Hispaniâ, nõ eodem tempore, quo Romæ, Pascha observatum esse: constat *ex epistola Adriani ad Egilam; & epistolâ ejusdem, ad omnes episcopos in Hispaniâ.* [* Cent. 1. cap 93.] [* Cent. 2. cap 92.] [* Cent. 2. cap. 6] [* lib. 2. German.]

Constantinopoli, in die Resurrectionis Christi, Tarasius archiepiscopus, in templo, finitâ communione, sacris indutus vestibus, ad basilicæ veteris locum, qui vocabatur Estia, abit; & egentibus parat convivium: eisq́; discumbentibus ministrat; & ex cratere vinum infundit, & distribuit. *Ignatius in vitâ ejus, apud Metaphrasten.*

Ascensionis. In die Ascensionis Beda est mortuus. *De vitâ Bedæ.* Et *Damascenus* hymnum de Assumtione Domini composuit, qui inter Opera ejus exstat.

Pentecostes. In die Pentecostes, Cosmas episcopus Epiphaniæ excommunicatur, lectis Euangeliis. *Paulus Diaconus.* * In ipsâ Pentecoste, Artemius designatur Imperator. *Zonaras,* * *Frisingensis.* * *Damascenus* in Pentecosten versus scripsit; & Cosmas. [* lib. 22.] [* Tomo 3.] [* lib. 5. cap. 16.]

Transfigurationis Christi idem solennem fuisse, apparet ex Damasceni & Cosmæ hymnis, *apud Damascenum.*

Itèm Annuntiationis Mariæ. Nam Theophanes & Damascenus, hymnos eo die cantandos composuerunt: qui *apud Damascenum* exstant.

Et Assumtionis: quæ 15. Augusti Citii celebrata dicitur, *in Actione 4. Nicænæ II.*

Præsentationis Mariæ, celebravit Germanus Constantinopoli, 21. Novembris: & encomiis ornavit eam; quòd tres annos nata, à suis parentibus in templum sit ducta. *Metaphrastes in Vitis Patrum.*

Ut quotannis, 5. Idus Novembris, passio dominicæ Imaginis celebretur; Adeodatus, episcopus Berytensis, obtestatus est omnes in orbe terrarum episcopos: anno Domini 765. *Sigebertus.*

Die exaltationis Crucis, crux inventa à Sergio Papâ, singulis annis, in basilicâ Salvatoris, quæ Constantiniana dicitur, ab omni Populo salutatur. *Nauclerus.* * Et hymnum, in Exaltationem crucis, Cosmas composuit, *apud Damascenum.* [Gener. 24]

Et sanctorum Apostolorum Johannis & Petri, meminit Theodomar, *in epist. ad Carolum.*

Et Martyrum. Ut. Bonifacii & sociorum ejus diem celebrant Monachi, *in epistolâ Gutberti ad Lullum.* ALBINUS. * *Dies beatorũ Martyrum, quibus de seculo transierunt, Natales vocamus: cor... solennia, non funebria, sed natalitia, dicuntur.* [* in cap 16. Johan.]

Et Ep... norum, ut Augustini meminit *Vita ejus.* Et W... chad... situs celebratur festivis gaudiis, 6. Idus Novembris. *Crantzius in Saxoniâ.** [* lib. 2. cap.]

Et dedicationis Ecclesiarum. Sic Carolus Magnus, anno 774. ... Septemb. dedicationē ecclesiæ Nazarii martyris, & translationem corporis ipsius, celebrat, in monasterio La...ersheim. *Annales Francorum.* ALBINUS: * *Dedicatio templi salubri consuetudine, in ecclesia Christi servari, mono tempore dinoscitur.* [* in cap. 10. Johan.]

B De festis tempore Caroli Magni, exstat hæc Constitutio: * *Hæ sunt festivitates in anno, quæ per omnia venerari debent: Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Johannis Euangelistæ. Innocentium. Octava Domini. Epiphania. Octava Epiphaniæ, Purificatio Mariæ, Pascha dies octo, Letania major. Ascensio Domini, Pentecoste, sancti Johannis Baptistæ. & S. Petri & Pauli, sancti Martini. S. Andreæ. De assumptione S. Mariæ, interrogandum relinquimus*. [* lib. 1. c. 158. de Leg. b. Franc.]

¶ ...ebant autem vesperas festa feriarum campanis prænuntiari. Sic diebus Sabbati, dato signo per campanas, operari ... eduntur: ut ... *Autor vitæ Crodegangi.** Et a vesperâ usq; ad vesperam diem dominicā servari debere; C Carolus Magnus juxta Laodicense Conciliū statuit, ... Aqui...ranensibus legibus. [* cap. 11.]

Neque tamen ita ferialantur dies sacros: ut non, si res postularet, aliud agerent. Sic Ragintredus & Hilpericus, cum Carolo Martello, die dominicâ Palmarum, pugnam committunt. *Ado Viennensis, & Aventinus* * [* lib. 3.]

RITUS CIRCA NUPTIAS.

Sponsalia ante nuptias celebrabant. Sic Irene Constantino despondet filiam Caroli: sed postea nuptiis sponsalibus, ei aliam tradit uxorem. *Zonaras,* * & *Urspergensis.* [* Tomo 3.] D

Sponsæ peregrè advenienti, cum magnâ pompâ occurrebant: ut patet ex *Paulo Diacono.** [* lib. 12.]

Gentilium filias non ducebant Christiani uxores; nisi priùs baptizatas. Sic Irenem, Chagani Scytharum Ducis filiā, Constantinus non priùs duxit; q̄ esset baptizata, & in fide Christi instituta. *Paulus Diaconus,* * *Sigebertus anno 732.* [* lib. 21.]

In ecclesiis Sponsus & Sponsa, per Sacerdotem, solenni ritu conjungi solebant. Sic Patriarcha, in ecclesiâ Phari, Leoni Imperatori Irenem tradit uxorem. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22.] E Ac solitum esse Sacerdotem Sponso contexere & imponere coronam; apparet ex *Metaphraste in vita Tarasii.*

APONIUS: * *Nuptiæ à Sacerdotibus Christi benedicuntur: & sine macula thorus, lege divina pudicorum conjugum, a Salomone laudatur.* [* lib. 2. in Cantic.]

Sequebātur cōvivia nuptialia. Cōstantinus cū Theodatâ celebrat nuptiarū principia, in ... dies 40. *Paulus Diaconus.* Præstò sunt amici Sponsi, amicæ vel adolescentulæ Sponsæ, contodales Sponsi, sodales etiā Sponsæ.

Mores quoq; cantantiū: qui dulci modulatione Sponsi potentiam canant, vel Sponsæ pulcritudinem laudent: quę F largitatem Sponsi est consecuta. *Aponius.** [* lib. 1. in Cantic.]

De dote. Carolus filiæ suæ Blixendæ, cùm Amelio nupsisset, urbem quandam tradidit. *Vincentius.** [* lib. 27. cap. 164]

CASUS CIRCA NUPTIAS.

Ethelreda bis nupsit: & tamen corpus virilis complexûs omninò expers servavit. Nam prior maritus statim post nuptias mortem obiit. Deinde ab Egfredi mariti sui concubitu se liberavit; asserendo, se virginitatem suam Christo vovisse: & tandem, ejus consensu, in cœnobium Virginum concessit. *Polydorus* * [* lib. 4.] G

2.

Utilo, Dux Bavariæ, Hyldrudam, filiam Caroli Martelli, rapuit; & uxorem duxit. *Aventinus.** [* lib. 3.]

3.

H...ardin Pontifex Romanus, quasi novam sponsā ... repetita benedictione. *Bruschius, de monasterio Campid...*

4.

...idam matre... filium de sacro fonte levârat, duxit uxorem. Id peccatum capitale esse, Bonifacius H judi...

5.

Stephanus Papa, in epistolâ ad Carolum & Carolomānum, ostendit, non l... e R...ibus Francorum, sine autoritate Pontificis ... gente, quam Francorum, ducere u-

A xores, & non ... dissol... impiū, & contra promissiones ... datas, initum cum Longobardis matrimonium ... Ac tue... ut ... obe... homines, qui non potuerunt Pontificum olfacere fraudes. Metuebant enim, ne Longobardi & Franci sibi invicē reconciliati, ea, quæ Pontifices moliebantur, ... d... rent.

RITUS VISITANDI AEGROTOS.

Munus visitandi, episcopis, presbyteris, diaconis, & aliis fuit commune. Crodegangus episcopus visi-B tat ægrotos: *ut patet ex vitâ ejus.*

In ... etiam aliis Christianis idem jus fuit. Nam Irene, cum filio, ad Paulum morbo affectum accessit. *Zonaras.** *Paulus Diaconus.** [* Tomo 3.] [* lib. 23.]

Edebant ægroti suas confessiones. Sic Petrus apud Majumam, Chartularius coram Arabibus, damnat Mahometum, ut pseudoprophetam, & Antichristi præcursorem: *apud Paulum.** [* lib. 23.]

Et communicabant. Sighaldus, episcopus Metensis, accepto viatico, quo cuncti salvamur, obiit. Et Carolus Ma-C gnus, perceptâ communione, decessit. *Urspergensis.* Beda, sentiens adesse finem vitæ suæ, accitis fratribus, communicat; & inungitur; & osculatur cunctos; & sui memoriam commendat singulis: nonnullis etiam xeniola, quæ in secretis habebat, largitur. *Wilhelmus.** [* lib 2. c. 47. de Gestis Angl.]

Orabant pro aliis. Sic Methodius a Johannicio moribundo ultimas preces petiit. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

DE UNCTIONE AEGROTANTIUM.

*Vincentius** fingit; Bedam, accitâ congregatione, in-D unctum esse, & communicâsse. [* lib. 23 cap. 159.]

SYNODUS Cabillonensis: * *Secundùm beati Jacobi apostoli documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo, quod ab episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait.* * Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesiæ; & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum; & alleviabit eum Dominus. &, si in peccatis sit, dimittentur ei. *Non est itaq; parvipendenda hujusmodi medicina; quæ animæ corporiq; medetur languoribus* Et BEDA * ægrotos oleo conse-E crato inungi solitos, indicat. [* cap. 48.] [* Jacob. 5. vers. 14.] [* in cap. 6. Marc.]

CAROLUS Magnus constituit, * ut presbyter in ampullâ oleum ferat, ad inungendum infirmos. [* lib. 1. c. 156. de Leg. b. Franc.]

RITUS SEPULTURAE.

Defunctos plangebant. Carolus Magnus Adrianum Pontificem, ut fratrem, aut filium planxit. *Marianus Scotus.* Et Nicephorus, procidens in pectus Tarasii, funebrem facit lamentationem. *Ignatius in vitâ Tarasii.* Gregorium III. Pontificem mortuum omnes deplorant, ut parenti orbati. *Platina.*

F Cadavera, ante sepulturam, lotione, & unctione, & aromatibus, curabantur. Corpus Caroli Magni, more solenni, lotum & curatum, maximo totius populi luctu, ecclesiæ Aquisgrani illatum est. *Urspergensis.*

Et in feretris portabantur ad sepulcra: ut patet ex *Vincentio.** [* lib. 23. cap 159.]

ALBINUS: * *Cum homo dissolutus fuerit; tunc revertetur in terram suam, ad sepulcrum. exsequiis ritè celebratis & finitis, plangentium in platea circa sepulcrum turbâ præcedente.* [* in cap 12. Eccles.]

Fiebant cantilenæ lugubres. Concentus psallentium, G corpus Albini Andegavensis ad sepulcrum prosequitur. *Vincentius.** [* lib. 24. cap 163]

¶ Locus sepulturæ, erant Cœmeteria. Sic Crodegangus inter duas lauros sepultus dicitur: *in libro de Vitâ ejus.** Haistulphus, multorum Sanctorum corpora effodiens ... circa Romam, eorum cœmeteria subvertit. *Antoninus.** Cœmeterii Cyriacæ, meminit *Liber pontificalis. in Adriano.* Item cœmeterii ecclesiæ Simplicii, Serviliani, Quarti & Quinti martyrum. *Ibidem.* [* cap. 14.] [* Tit. 14. c. ... §. ...]

Eaq; tum intra, tum extra urbes, ...erunt. Constantino-H poli urbana & suburbana monumenta sunt repleta, & ...ternæ sine aquâ, & lacus & plurimæ vineæ, & horti interiores, sepulturæ destinati sunt. *Diaconus* * [* lib 22.]

Aut Templa. Oda, uxor Regis Aquitaniæ, in parochiâ Leodiēsi sepulta est. *Sigebertus anno 7..* In basilicâ Stepha-

Annal. m, C[illegible] L[illegible], in [illegible] ecclesiâ [illegible] apud [illegible] tur. *Trithemius de Franc.* Carolus Ma[illegible] bastrino i[n] templo Dion[y]sii, ad ma[illegible] sepultus est. *Robertus Gaguinus, Marianus, cotm.* Item [illegible] eodem sepultus legitur anno [illegible]. *in Annalibus Francorum* Petronax, in porticu, juxta ec[illegible] Marti[illegible] sepelitur. *Hostiensis.* Romani Pontifices plerique, in Lateranensi ecclesiâ sepult[i] leguntur. Wilfridus, in templo Petri, ad alt[are] versus Austrum, sepultus est. *Beda.* Witekindus, in templo Padebornensi sepultus est. *Chronicon Misnia.*

Aut Monasteria. In monasterio A[l]bani, Mo[guntiae], sepulta est Fastradana, regina Car[oli]. *Regino.* & *Annal. Francia.* Et Carolomanni corpus, è [V]ienna [ad] mona[steriu]m Benedicti reductum est. *Leo Hostiensis.* *Annales Fra[ncorum].* Paulus Diaconus, in monasterio Casinen[si] [illegible], juxta capitulum, cum honore sepultus est. *Hostiensis.* [illegible] Woldeus Hersfordiæ sepelitur, in cœnobio a se exstructo. *Henricus Erfordiensis.*

C Aut alia loca. Sic Calybites in emporio Leucad[ii] sepultus est. *Diaconus.*

¶ In arcas [illegible], opulentiores condebant: ut apparet ex [hi]stor[i]a Am[i]ci & Amelii, *apud Antoninum.*

Ad sepulcra lampades & lychni adhibebantur. Mulieres [pr]ofluvio sanguinis laborantes, ex lampade [illegible] Tarasii [illegible], hausisse oleum; & sanitas esse[] nugatur *Ignatius de vita ejus.*

[illegible] epitaphia inscripserunt. Sic Wilfridi epitaphium recitat *Beda.* Zacharias, sepulcro Gregorii Magni, epitaphium Græcis literis inscripsit. *Balæus.*

D Memorias mortuorum, anniversariâ die, cãtionibus & orationibus repetebant. Defunctorum nomina, & viam universalem ingredientiũ, prout opportunitas an[n]i exc[ip]erit, ex utrãq. parte adducentur. *Aediss valdus in epistola ad Bonifacium.* Gregorius III. jussit, luminaria de patriarchio deferri, in cœmeteria singula, ad vigilias, oblationes, & Missas in Natalibus Sanctorum celebrandas. *Liber pontificalis.*

Damascenus conatur, non tantùm anniv[ers]arias; sed etiam tricesimas, & quadragesimas, in defunctorum utilitatem, comprobare, ex Gregorio, Dionysio, & aliis Patribus: & splendide mentitur de Apostolis, quòd ipsi quoq. [illegible] approbarint.

E ¶ Pro animabus m[or]tuo[ru]m Pontifici[i] orarunt. Bonifacius in epistolâ ad Alther[i]ũ [A]b[bate]m, pro dormientium fratrũ animabus or[ar]e jubet. Et Leobgytha, in [ep]istolâ ad Bonifacium, inquit: *Pro anima patris mei preces Deo afferre non cesses.* Et Carolus Magn[us] pro parentibus suis & amicis orat, & pro iis eleemosynas distribuit.

F ¶ Oblationes pro mortuis, in Germanis ecclesiis, hoc tempore receptæ sunt, per Bonifaciũ: ut apparet ex epistolâ Gregorii II. ad Bonifaciũ, *apud Nauclerum.* Nam Bonifacius prorsus ignoravit oblationem pro mortuis: quare de eâ consuluit Papam.

Offerebant autem, rem utilem ad victum & amictum, in templũ, ut Sacerdotes in publicâ precatione eorum mentionem facerent: ut apparet *ex eâdem epistola.*

CASUS CIRCA DEFUNCTORUM *sepulcra.*

G Constantinus Imperator, uxorem Bagrani Patricii, post multos annos, coegit, ossa ejus in monasterio Choras effodere, & afferre; & in [pe]lagium, q[uo] condemnati solebant, abjicere. *Zonaras,* *Diaconus.*

2.

Constantinus Copron[y]mu[s] [re]liquias Sanctorũ partim terrâ obruit; partim demersit, partim in cineres redegit. Euphemiæ corpus, al[ii] crematũ [illegible], alii in mare cum loculo demersum, dixerunt. *Zonaras,* *Diaconus.*

3.

H In Thraciâ, quidam, inter fodiendũ [i]n lapideam cistam incidit; quæ humanum cadaver contine[ba]t [cum hi]s literis: *Christus nascetur ex virgine. & credo in eum: rursum sub Irene & Constantino me rursum videbis. Zonaras.*

4.

Anno Christi 758. corpus Petronillæ, Petri apostoli filiæ,

A [Paulo] [illegible] [Pontifice] [illegible] o, ipsius [illegible] Petri manu [illegible] egebatur. *Aut Petronillæ di[lectissi]ma filiæ. Sig[ebertus]* [illegible] *Balæu.*

5.

Theodora, [seu] Irene, hortatu Theodori [illegible] cadaver Copron[y]mi [ef]fossum publicè [crem]ari jus[si]t, & cinerem in mare [eje]ctavit propterea q[uod] Imaginu[m] cultum abrogâsset. *Sabellicus.*

6.

B Impios etiã honorifice sepeliverũt. Ut Carolus Cholam Regem Ungariæ in incul[p]ate[m] [illegible]. *Bonfinius.* Et Aribertu[s] in flumine submersus cum magna pompa in templum Salvatoris [dep]ositus est. *[illegible] Bergomensis* [illegible].

DE RELIQUIIS SANCTORUM, *earumq; translatione.*

Ethnica superst[iti]o Sancto[s] mo[r]tuos, eorumque ossa colligendi, elevandi, transf[erendi], & colendi' sicut [illegible] erat in regno A[illegible] [illegible] ut patet ex historiis. Nam corpus O[illegible] post decem an-

C nos, in [illegible], in quâ obiit, incor[ruptum] inventum [illegible] a Galli[s] sepelitur. *Hermannus Contractus in Chro[nico].*

Arc[h]is, in templum Bene[ventanum] [illegible] So[p]hiæ, [c]orpora duodecim fratrum, diversis loc[i]s per Apuliam, ubi intertecti erant, condita, cum honore [co]nvexit; eaq; in singulis capsis, sub uno altari, ad patriæ decus & munimentum, honestissime collocavit. Demu[m] vero & corpus Mercurii, aliorumq. Martyrum & Confessorum corpora 31. ex plurimis Italiæ, artibus nactus illuc itidem attulit; & per di-

D versa altaria, [illegible] majori [c]onstituta, reverenter distributa, locavit. *Leo Hostiensis.*

Anno Domini 799. Monachus, Hierosolymis veniens, à Patriarchâ multas reliquias attulit Carolo. *Regino.* *Adon.*

Pipinus, à Lanfredo abbate admonitus, de Germani reliquiis una cum Antistitum multitudine, ac Procerum turbâ, assistentibus filiis suis regibus, Carolomanno & Carolo, Germani reliquias intra majorem basilicam Pari[siis] collocat; eique villam Palatiolum donat. *Aimonius.*

E Offa, rex Merciorum, reliquias Albani reverenter ele[va]ri, & scrinio componi, & gemmis & auro decorari præcepit. *Wilhelmus Malmesburiensis.*

Reliqu[ias] Bedæ, holoserico involutas esse; apparet *ex epistola Gutberti ad Lullum.*

¶ De Translatione. Carolus Magnus, propositis à Constantino pluribus scriniis, illud electurus, in quo essent reliquiæ, peccata sua confitetur Ebroino episcopo, & [illegible] triduum: ut scilicet dignus fiat tanta superstitione. *Aedituus in Chronico, & Erfordiensis.*

F Aquensi urbe à Saracenis desolatâ, corpus Mariæ Magdalenæ, à Girando, Comite Burgundiæ, ad cœnobium Viceliacum transfertur; anno Domini 746. *Sigebertus.*

Sylvestri corpus Monatulã: anno 752. Et Nazarii, Romã in Galliam, in cœnobiũ Lauresheim: anno 764. *Sigebertus.*

Walbertus, Romam orationis gratiâ profectus, corpus Alexandri secum in Wildeshusen attulit. *Erfordiensis.* *& Chronicon Misnia.*

Hubertus, Leodiensis episcopus Lamberti reliquias Leodium tran[stulit]; ibiq; sedem episcopalem instituit: anno Domini 710. *[S]igebertus.*

G Nabor, Romã à Crod[eg]ando translatus est, in cœnobiũ Hilariacum. *Autor de vita ejus* & *Sigebertus.* anno 764.

Bonifacii cor[p]u[s] ad cœno[biu]m Fuldense translatum est. *Martinus in Chronico.*

Zacharias Papa, Georgii [c]orpus in Lateranensi ec[c]lesi[a] repertum, congregato Populo Romano cum h[y]mnis & canticis, ad velum aur[eu]m, in ecclesi[a] [e]i[us] nomin[e] [c]onstructa, condidit. *Martinus in Chronico, & Liber Pont[ific]al[is].*

Carolus Magnus arcam, in quâ erat [pa]rs coronæ spineæ, & clavus Domini, & pars cru[cis] C[hrist]i & [su]d[ar]i[u]m ejus, & camisia Mariæ, & brachium [illegible], Aq[uis]gr[anu]m transtulit. *Ranulphus.* *Aedituus in Chr[onico]* [illegible].

H In cel[la] aureâ posita sunt ossa Aug[ustini] [illegible]. *Adon.* [illegible].

Caput Johannis Baptistæ, in A[illegible] [illegible] Constantini 15. *Vincentius.*

Luitprandus Augustini ossa ex Sardiniâ Ticinum transfert; ne a Saracenis fœdentur. *Beda,* Diaconus:* † anno Domini 721. *Sigebertus.*

* lib. 2. de Temp. † lib. 6. Longobard. c. 24.

Paulum Papam, congregato Clero & Populo Romano, corpus Petronillæ, una cum marmoreo sepulcro, ex viâ Appiâ in Vaticanum detulisse, canentibus sacerdotibus, & populo celebritatem agente; *Platina* nugatur, *in vita Pauli.*

¶ De veneratione & adoratione, in Vitâ Crodegangi dicitur: * quòd socii ejus, Gorgonii martyris reliquias adorarint: quas cùm Agaunenses furto Gallis abstulissent, hi ix recuperaverant. Adeò enim homines cæci flagrabant Reliquiarum studio: ut existimarent vel furto eas acquiri oportere. Et Monachi Floriacenses, Benedictum, cujus reliquias furati erant, adorant, ad sepulcrum ejus jejunantes. *Ivo, in vitâ Constantini.* Usi autem sunt hac precatione: O Benedicte, unica spes nostra post Deum, ne derelinquas nos orphanos: qui huc, non nostris meritis; sed pro multarum animarum salute, venisti. *Vincentius.**

* cap. 12. * lib. 23. c. 145

Caput Johannis Baptistæ adorari, *Paulus Diaconus* † testatur.

† lib. 22.

Sanguis, qui effluxit ex imagine Christi, à Judæis crucifixâ, Mantuam est translatus, ibique adoratus. *Cuspinianus de Imperatoribus, & Bergomensis.**

* lib 10

De ostensione solenni reliquiarum, narrat *Erfordiensis:** Carolum Magnum publicè significâsse; ut omnes corde contrito, confessi peccata sua, Aquisgranum Idibus Junii conveniant, spectatum reliquias Sanctorum de Hierosolymâ & Constantinopoli allatas. & Synodũ postea statuisse; ut quotannis, feriâ quartâ Jejuniorum quatuor temporum, in mense Junio, reliquiæ illæ monstrentur: *Rudimentum Novitiorum, & Lucensis.*

* cap. 69.

DE PEREGRINATIONE *ad loca sacra.*

BErthrada Romam adit, adoratura ad limina Apostolorum: anno 770. *Urspergensis in Chronico, & Annales Francorum.* Ac multos, amore divino inflatos, ex Angliâ Romam abiisse, & tonsuram clericalem suscepisse, religionis ergò, *Adon* annotat.

Carolus etiam, Ticinum obsidens, Romam, cum episcopis, abbatibus, judicibus, & nobilibus per Hetruriam, proficiscitur; Pascha isthic celebraturus. *Annales Francorũ, Blondus.** Et Romæ, primùm Lateranensem; deinde verò exteras ædes sacras omnes, invisit. *Blondus ibid.*

* Dec. 2. lib. 1.

Golfridus, abbas Bedæ, & presbyter, Romam orationis gratiâ profectus, in itinere moritur. *Beda.*†

† lib 2. de Temp.

Et Godegangus Romam, ad Martyrum sepulcra oratum, profectus est. *De vitâ ejus.**

* cap. 11.

Carolus Magnus, intra annos 47. quater Romam, ad vota persolvenda & orandum, profectus est. *Egnardus in vitâ ejus, Crantzius in Saxoniâ.*†

† lib. 2. c. 8.

Et ex Franciâ multi nobiles Romam, orandi gratiâ, profecti sunt. *Ivo sub Leoni Isauro.*

Wilibaldus Hierosolymam, atque terram sanctam, visitavit. *Schedel.*

¶ Sed SYNODUS Cabillonensis, de hac re sic pronuntiat: * *Nam & à quibusdam, qui Romam, Turonúmve, & alia quædam loca, sub prætextu orationis, inconsultè peragrant, plurimum erratur. Sunt Presbyteri, & Diaconi, & cæteri in Clero constituti: qui negligenter viventes, in eo purgari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere; si præfata loca attingant. Sunt nihilominus Laici, qui putant se impune, aut peccare aut peccâsse; quia hæc loca oraturi frequentant. Sunt quidam Potentum, qui acquirendi census gratiâ, sub prætextu Romani sive Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: & quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum locorum visitationis causâ se facere, videri affectant. Sunt Pauperes, qui vel ideo id faciunt; ut majorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero sunt illi, qui circumquaq; vagantes, illò se pergere mentiuntur: vel qui tantùm sunt vecordes; ut putent, se sanctorum locorum solâ visione a peccatis purgari: non attendentes, quod ait beatus Hieronymus:* Non Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. *De quibus omnibus Domini Imperatoris qualiter sint emendanda, sententia exspectetur. Qui vero peccata sua Sacerdotibus, in quorum sunt parochiis, confessi sunt; & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt: si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum, invisere desiderant, horum est devotio omnibus collaudanda.*

* cap. 45.

Bonifacius itèm, in epistolâ ad Chutbertum archiepiscopum, dicit: omnibus servis Dei secum-commorantibus consultum videri; ut per Synodum ac Principes, mulieres ac velatæ fœminæ Romam peregrinari prohibeantur propter multiplicia scandala. nam ex magnâ parte paucas remanere integras. Perpaucas etiam civitates esse in Longobardiâ, vel in Franciâ, aut in Galliâ; in quâ non sit adultera, vel meretrix, generis Anglorum.

DE MONACHATU, *ejusq; Ritibus.*

SIcut in arvis, quæ vel negligenter, vel planè non coluntur, zizania longè latèque se-se diffundunt; donec omnia occupent: ita in agro Domini, postquam humanæ traditiones, de electitiis operibus, & vitâ monasticâ, radices egerunt, & in æstimationem cultûs divini venerunt: atq; ab aratoribus & doctoribus Ecclesiæ, non modò non evulsæ; sed etiam, ut bonum semen, cumulatæ & propogatæ sunt: adeò se-se extenderunt; ut propemodum omnem agrum Domini compleverint.

Hinc est, quòd in historiis hujus seculi, non tãtùm Monasteriorum, quæ seculis superioribus exstructa sunt, mentio fiat: (ut Casinensis, *apud Leonem Hostiensem,** & *Paulum Diaconum:* † & sancti Galli apud Suevos: *Aventinus.** Dionytii Parisiensis: *Sigebertus.* & Vincentii martyris, juxta flumen Vulturni: *Paulus Diaconus.*† Constantinopoli monasterium erat Mariæ; in quo imago Mariæ, gestantis puerũ in brachio, depicta a Lucâ, fuit: *ut refert Vincentius.** Sabæ monasterium, in Palæstinâ, infestabant Arabes. *Metaphrastes in vitâ Johannicii.* Monasterii Michaëlis, in monte Gargano, *Leo Hostiensis* † meminit.) sed etiam plurima nova, tum viris, tum virginibus & mulieribus, exstructa commemorentur.

* lib. 1. c. 20. † lib. 6. Longobard. c. 40. * lib. 4. † lib. 6. Longobard. c. 1. * lib. 23. c. 147. † lib. 1. c. 13.

¶ In Asiâ. Ad montes Prusensium, Johannicius monasterium exstruxit: *ut Metaphrastes in vitâ ejus narrat.*

¶ In Europâ. Tarasius ædificavit monasterium, in sinistrâ parte Bosphori Thracii: ut patet *ex Ignatio, apud Metaphrasten.*

Hersfeldense Bonifacius, Moguntinus episcopus, exstruxit, anno Domini 736. *juxta Chronicon Quedelburgense, & Trithemium in epitome rerum Francicarum, & Schaffnaburgensem.*

Selingastadii, Carolus Magnus, Stephano monasterium ædificavit, anno Domini 781. *Chronicon Quedelburgense.*

Altahense monasterium cœpit anno Domini 741. *Schaffnaburgensis.*

Fuldense cœnobium Bonifacius in Buchoniâ sylvâ exstruxit, anno 742. *Sigebertus, & Isenacense Chronicon,* anno 745.

Wiceliacum cœnobium Girandus, Comes Burgundiæ, anno 745. *Sigebertus.*

Monantula cœnobium Anshelmus, vir illustris, anno 752.

Gorgiam, in Metensi parochiâ, Crodogangus fundat, anno 758. *Sigebertus.* Et Lorishaim, anno 764.

Ticini, monasterium Petri, & in alpibus Bardonis, & Holonense monasterium, Luitprandus ædificavit. *Paulus Diaconus.**

* lib. 6. Longobard. c. 57.

In monte Seraphim, vel Soracte, Carolomannus monasterium exstruxit. *Regino.*† Et Crodogangus, Gurgitense & Moslinense. *Libro de vitâ ejus.**

† lib. 2. * cap. 16.

Corbinianus in monte Frysingensi monasterium instituit. *Otto.*†

† lib. 5. c. 24.

Erfordiæ monasterium Petri, à Dagoberto fundatum, sub Tiberio, *Aedituus in Chronico* indicat. Sed *Trithemius in Epitome* diversum sentit.

Aquisgrani Carolus Mariæ monasterium exstruxit: ut patet ex Bullâ ejus, *apud Ptolemæum Lucensem.*

Pirminius fundavit monasterium Mauricii, in Dolegiâ

Trevirensis cœnobii [illegible] in Epitome Francorum. Et Schutturense, tribus milliaribus supra Argentinam; & Schwarzach & Gengenbach, & Mauri quod Mersmunster vocant & Neuvvilejense, & Altham superiorem, & Augiæ. *Ibidem.*

Ludgerus de patrimonio suo, in Werdenâ, super Ruram fluvium, monasterium ordinis Benedicti exstruxit. *Metropolis Crantzii.**

Carolus Magnus monasteria secundùm alphabetum distinxit; & in singulis singulas aureas literas librarum centum posuit. *Mutius:** anno Domini 794. *Ranulphus.*†

Carolus cœnobium Neoburgense ad Rhenum exstruere cœpit. *Chronographia Muntzeri.**

Eveshamense cœnobium Eguinus struxit. *Balæus ex Brithvvaldo.*†

Verdæ, Suidbertus, Caroli auxilio, cœnobium cathedrali Ecclesiæ contiguum condidit, pro Canonicis Benedicti regulam observantibus. *Balæus.**

Inas Glasconiense cœnobium exstruxit, & amplissimis prædiis ditavit: propterea quòd, in eo loco, Josephus Arimathæensis olim sacellum ædificâsse dictus sit. *Polydorus.**

Valdericus, ope Thassilonis, monasterium Schaffe, supra Monachium, ædificavit, monachis Benedictinis. *Aventinus.**

Hyldevvalda, monachis atris, ad Sylurnum lacum superioris Bavariæ, cœnobium exstruxit. *Aventinus.*†

Carolus Magnus, super ostia Isaræ, ad rivum Meretam, in Istrum influentem, cœnobium exstruxit Amelberto & Utoni. *Aventinus.**

Angelus Baduarius, Dux Venetorum, Heracleæ monasterium Zachariæ ædificavit, reliquiis ejus isthic collocatis. *Bergomensis.*†

Chrysogoni monasterium Gregorius III. fundavit. *Liber pontificalis.*

Undeviginti cœnobia & collegia monachorum & sacerdotum, tempore Utilonis Ducis Bavariæ, exstructa, narrat *Aventinus.**

Syacum monasterium Pipinus exstruxit. *Johannes de Oppido.*

Augia dives de Reichenate, circiter annum 724. exstructa est. *Bruschius de Monasteriis.*

Campidonense monasterium, Ordinis Benedicti, in Rhetiâ, fundatum est anno Christi 773. ab Hildegarde, Caroli uxore: confirmatum a Carolo, anno sequenti: dedicatum verò, anno 777. ab Adriano Pontifice; & inchoatum ab Audegario, 778. *Bruschius.*

Elephantiacum (hodie Elvvangen) in Franconiâ, ad Ragistam amnem, fundatum est à Lingoniensi episcopo Hariolpho, anno Domini 764. *Bruschius.*

Fabarium monasterium a Pirminio exstructum est, tempore Gregorii III. anno Domini 734. in Rhetiâ. *Bruschius.*

Murbachium, in Alsatiâ superiori, fundatum est anno Domini 724. ab Eberhardo Sueviæ Duce. *Bruschius.*

Favense cœnobium, ad Lycum amnem, anno Domini 720. initium cœpit, autore Pipino. *Bruschius.*

Naboris cœnobium, apud Lotharingos, à Sigeboldo Mediomatricum episcopo, anno Domini 714.

Thierhauptum, superioris Bavariæ monasteriũ, Thassilo, anno Domini 750. fundavit. *Bruschius.*

Utenbura, fundatum est sub Honorio Pontifice, anno Domini 764. *Bruschius.*

¶ Et Monialium in Europâ monasteria fuère. Nam Thesia, uxor Rachis, monasterium puellarum non procul à Casino construxit. *Hostiensis.**

Bonifacius I. monasteria monachorum, & virginum, in partibus Germaniæ instituit. *Marianus Scotus.*

Et Wolderus Comes, puellarum cœnobiũ Herovordiæ ædificavit, & patrimonio suo locupletavit; anno 9. Copronymi. *Erfordiensis.**

Kitzingense cœnobium Bonifacius fundavit; & aliud juxta Thuberam. *Trithemius de Francis.*

Ethelreda, in insulâ Elys, cœnobium exstruxit, & monachorum collegium instituit; eisque præfuit. *Polydorus.*

Inter [illegible] cœnobi[illegible] *Aventinus.*

Adrianus [illegible] basilicâ Eugeniæ, puellarum cœnobium instituit. *Liber pontificalis.*

Buchaugiam, monialium nobilium cœnobium Adelindis, Hildebrandi Suevorum Duci [illegible], exstruxit. *Bruschius.*

Quædam etiam collapsa, renovata leguntur. Sic Adrianus Honorii, Laurentii, & Stephani, Victoris, Adriani, & alia, renovavit & [illegible] pletavit. *Liber pontificalis.*

¶ De præpostero studio ædificandi monasteria, BEDA sic inquit: *[illegible] seculi andum est, qui monasteria magnifico opere construentes nequaquam in his doctores statuunt, qui ad opera Dei populum cohortentur, sed suis potius inibi voluptatibus & desideriis serviant.*

¶ Monasteria recèns exstructa consecrari solebant. Cœnobium enim [illegible], a Rege Pipino exstructum, consecratum est a Domino miraculosè, præsente Stephano Papâ, & Pipino. *Vincentius.**

Casinense cœnobium dedicavit Zacharias, cum 13. archiepiscopis, & 68. episcopis: ut dicitur in ejus epistolâ ad Petronacem, *apud Chronicon Casinense Leonis Hostiensis.*

Octo monasteria Bonifacius consecravit; & Benedicti ceremoniis initiavit. *Aventinus.*†

¶ Inter Monasteria & Abbates ordo quidam fuit. Nam Zacharias constituit, ut cœnobium Casinense, dignitate, vigore, & honorificentiâ, omnia alia monasteria in toto orbe terrarum, sive exstructa, sive exstruenda, præcellat: & Abbati ejus, in conventu Episcoporum & Principum, superiorem omnibus abbatibus sedem, & in conciliis & judiciis priorem sui ordinis omnibus sententiam, tribuit: in epistolâ privilegiali ad Petronacem, *in Chronico Casinensi.*

Et Abbas monasterii Tegernseensis, omnes Bojariæ antistites præcellit dignitate. Nam cœnobium fossâ, mœnibus, tormentis bellicis, & aliis hujuscemodi instructum, instar regiæ possidet: & more regulorum, equestris ordinis Tetrarchas perpetuos, Præfectum aulæ, Rectorem Palatinarum ædium, Archimagirum & Pincernam habet. *Aventinus.**

¶ Solebant autem confirmari Monasteria, autoritate Pontificum Romanorum: ut patet ex Zachariæ privilegio Casinensibus dato, *in Chronico Casinensi.* Et *Leo Hostiensis* † dicit, id monasterium tantùm Romano Pontifici fuisse subjectum; & ab omnium episcoporum jurisdictione liberatum: & Abbati ejus tribuit primum locum, inter omnes alios abbates ejusdem ordinis. *Zacharias in epistolâ ad Petronacem.*

Et a Regibus & Imperatoribus. Nam Carolus Magnus præceptum confirmationis, de totâ terrâ, Theodemaro abbati Casinensi dedit. *Hostiensis.** Idem Haimorani cœnobio quædam donavit: ut patet ex diplomate ejus, *apud Aventinum.*†

¶ Cœperunt autem, hoc seculo, metropolitana collegia Canonicorum institui: quæ studiis & disciplinâ non admodum à monasticis distabant. *Crantz.** Ilmi monasteriũ, collegium Sacerdotum fuit. *Aventinus.*†

CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis: *Qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus Canonicam vitam, volumus ut illi canonicè, secundum suam regulam, omnimode vivant; & Episcopus illorum regat vitam, sicut Abbas monachorum.*

Et monialium Canonissarum: quibus liberũ erat, prodire, & nubere. Tale erat Coxiense cœnobium, quod pro duodecim puellis nobilibus exstructum est, anno 760. à Victore Curiensi: ut *Bruschius* narrat *de Monasteriis.*

¶ In quibusdam locis, cœnobia Virginũ & Monachorũ, non ita procul aberant a se-se invicem. Sic Gausa, Pancrituda, & Gariperga, moniales, non procul à Casinensi monasterio, in cœnobio virginum vixerunt; consolationem à fratribus illis necessariã mutuò impendentes. *Leo Hostiensis.*

Aldevipus abbas fuit in monasterio Bemig, à quo non longè aberat cœnobium Ethilhildæ, sororis ejus. *Beda,*† *Balæus.**

¶ Quædã cœnobia & monasteria certos reditus habebant,

bant, unde victitabant. Sic Casſinenſe multa bona à Leone accepit. *Hoſtienſis.** Et a Gitulpho. *Ibidem.*† Et a Schuldao Saraceno.* Quare Carolus Magnus ad Paulum Diaconum ſcripſit:

Alma Deo-chari Benedicti tecta require:
Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc.
Hic olus hoſpitibus, piſcis, hic panis abundat
Lætus amor, cultus Chriſti, ſimul omnibus horis
Pax pia, mens humilis pulcra & concordia fratrum.

Leo Hoſtienſis.†

Vaſa ſacrata, libros, pecora, & alia bona monaſteriorum, Præfectus Conſtantini Imperatoris vendidit in themate Thraceſiorum, & libros combuſſit. *Paulus Diaconus.**

Noſſladienſi cœnobio, Gertrudis, ſoror Caroli, duos pagos, E cinfeld & Zell; & Carolus vectigal in Rheno, donavit. *Muntzer. in Chronographiâ.*

Quidam verò labore manuum ſibi victum comparabant. Ortruvii Bonifacius erexit cœnobium, in quo Monachi labore manuum ſuarum victitarunt. *Hedio,*† & *Chronicon Iſenacenſe.*

Bonifacius, in epiſtolâ ad Zachariam Papam: *Eſt locus ſylvaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ; in quo monaſterium conſtruentes, monachos conſtituimus, ſub regula ſancti patris Benedicti viventes: viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſq; carne & vino, abſq; ſicerâ & ſervis, proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc locum per viros religioſos, & Dominum-timentes, maximeq; Carolomannum, quondam Principem Francorũ, iuſto labore acquiſivi; & in honorem S. Salvatoris dedicavi.*

Ac oportebat eos, qui recipiebantur in monaſteria, ſua bona eò conferre; quæ nõ licebat poſtea repetere. Conſtat id *ex capite 7. Cabillonenſis Synodi:* ubi epiſcopi & abbates, ob turpe lucrum & avaritiam perſuadentes hominibus tonſuram, ut eâ occaſione bona eorum capiant, damnantur. Nec quenquam tamen invitum cogendum eſſe, ut promittat de ſtabilitate permanendi in cœnobio; Carolus ſancit in Conſtitutionibus ſuis.

¶ Erant autẽ monaſteria, quaſi Scholę: in quibus Artes dicendi & Philoſophia tradebantur. Plato enim, præceptor monaſterii Saccidionis appellatur a Zonarâ, & *Paulo Diacono.** Et Albinus, diſcipulus Adriani abbatis, in tantum ſtudiis Scripturarum inſtitutus fuit; ut Græcè & Latinè ſciret. *Beda.*† Et Stephanus Romæ, intra Modiceum, monaſterium cœpit ædificare: quod ſucceſſor ejus abſolvit; & Græcos in id collocavit; & locum ipſum, Ad ſanctos martyres in ſcholâ Græcorum nominari præcepit. *Ivo, in Conſtantino.*

Doctos viros ex Græciâ in Galliam veniſſe, & à Pipino & Carolo Magno in monaſteria miſſos eſſe; ut Græcam linguam docerent Monachos: atque ità Ægidium in Galliis, Apollonium Ratisbonæ in cœnobio Hemerani, Virgilium apud Saltzburgenſes, inclaruiſſe; refert *Hedio.**

Monaſticas ſodalitates, hoc ſeculo, nihil aliud, quàm Eccleſiæ ſeminaria fuiſſe; colligit *Curio.*†

In monaſticis cœtibus, probabatur literarum cultura, & diſciplina canonica. Nec fuit illis adhuc ſeculis alia Monachorum ſpecies; quàm quæ originem ſuam ad Patriarcham Benedictum refert. Literas diſcebant omnes: &, ut veteres ipſorum Bibliothecæ oſtendunt, ſoliti ſunt mathemata, & naturæ cognitionem, ſacris Scripturarum ſtudiis conjungere. Quam diſcendi rationem, animadvertimus, in Benedictinis ſodalitiis duràſſe, aliquantulùm ultra ætatem monachi Hermanni Contracti, ac Mariani Scoti.

Et Theologia tradebatur, & diſcebatur. Rachis, Longobardorum rex, monachus Caſſinenſis factus, ſe inſtituendum tradidit. *Hoſtienſis.**

Stephanus, in monaſterio ad montem Amaſtrim, pluri-mos habuit diſcipulos. *Paulus Diaconus.*†

Carolus Magnus, cum duos monachos a Scotorum Regea cepiſſet, profitentes ſe ſapientiam venales habere; interrogat: quidnam [illegible] ſapientiâ poſtularent? At illi reſponderũt: ingenia, & animos capaces Philoſophiæ, & locum aptum ad philoſophandum. Misit ergo unum ex illis [illegible] alterum [illegible] monaſterium Auguſtini, ad

erudiendũ monachos in pietate. *Erfordienſis.** *Vincentius.*† *Mutius in Chronico.*

Et ex Monachis quidam ad Eccleſiæ gubernationem eligebantur. Nam Conſtantinus quoſdam ex Monachis, in illuſtrioribus urbibus, epiſcopos fecit. *Zonaras.* Et Juſtinianus Cyrum, abbatem in Ponto, qui eum exulem aluerat, Conſtantinopoli epiſcopum creat. *Zonaras.* Quem Philippicus, epiſcopatu dejectum, ad monaſterium remiſit. *Beda,** & *Regino.*†

Eadberecht abbas, fit epiſcopus Auſtralium Saxonum. *Beda.**

Ex collegio Crucis, prope Ultrajectum, non ſolùm epiſcopi ejus regionis delecti ſunt; ſed etiam aliarum gentiũ. Nam inde Bonifacius II. & Gregorius III. Moguntí epiſcopi, prodierunt; & Albricus Colonienſis. *Lambertus.**

¶ In monaſteriis etiam Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinabantur; & altaria conſecrabantur; & chriſma conficiebatur, ſed à vicino aliquo epiſcopo, ad eam rem advocato: ut paret *ex privilegio Caſſinenſi*, à Zachariâ dato.

Benedictus Biſcopius, in Lirinenſi cœnobio tonſuram ſuſcepit. *Balæus.*†

¶ Monaſteriis præerant Abbates. Petronas, in Caſſino cœnobio, multorum monachorum mediocrium & nobilium effectus eſt pater. *Paulus Diaconus.**

Sturmius Fuldenſi monaſterio præfuit: & 400. monachos collegit, eoſque inſtituit. *Valentinus Muntzer in Chronographiâ.*†

Interdum unus Abbas præfuit duobus cœnobiis, non ità procul diſtantibus. Sic Wirmuthenſe ac Girvvicenſe, quinque milliaribus diſtantia, habuerunt unum abbatem. *Balæus.**

Habebant etiam Decanos & Præpoſitos: ut patet *ex Caroli Conſtitutionibus.* Sed Carolus Magnus in Conſtitutionibus ſuis vetat, ne abbates plurima monaſteria aut cellas habeant.

Et Abbatiſſæ fuerunt. Nam Bonifacius Liobam virginem præfecit cœnobio prope Biſchoffsheim; & Hadelogam Kitzingenſi. *Trithemius de Francis.* Et Odilia abbatiſſa ſub ſe habuit 130. virgines. *Chronicon de epiſcopis Colonienſibus, in Agilolfo.*

¶ Abbates autem à Monachis eligebantur. Sic Carolus Magnus juſſit, ut Monachi in Caſſinenſi cœnobio, juxta præceptum Regulæ, abbatem ſibi, ſinè cujuſquam præjudicio, licenter eligerent. *Leo Hoſtienſis.**

Vel à Pontificibus ordinabantur. Sic Adrianus Papa idoneum abbatem monaſterio Stephani præfecit. *Martinus in vitâ ejus.* Idem in monaſterio Honorii abbatem ordinavit: ac juſſit eum, cum Monachis, in baſilicâ Salvatoris, canere primâ, tertiâ, ſextâ, nonâ, & veſperi, in uno choro cum monachis Pancratii. *Liber pontificalis.*

Vel à Regibus & Imperatoribus. Sic Albinus abbas à Carolo conſtitutus eſt. *Martinus in Chronico.* Et Ægidius, Pipini rogatu, curam ſuſcepit monaſterii apud urbem Nemaſenſem. *Antoninus in Chronico.* Carolus Magnus Ludgerum ex Benevento evocat; & Canonicorum collegio præficit. *Metropolis Crantzii.** Idem Mailroſium cœnobio Auguſtini Ticini præfecit, anno 792. *Balæus.*† Odilo Virgilium abbatiæ Petri Saliſburgi, anno 754. præfecit. *Ibidem.**

¶ Ac munus Abbatum erat: ea, quæ contra regulam fiebant, emendare. Sic Albinus, à Carolo abbas monaſterii Martini conſtitutus, mores illos diſſolutos monachorum, ſericis veſtibus & deauratis calceis incedentium, & otio & luxu diffluentium, correxit. *Martinus in Chronico, & Gigas.* Et Hunebertus à Bonifacio mandatum accepit; ut Friteslarienſes & Ordorfienſes monachos, à regulâ degenerantes, ad avitum reformatione novâ reduceret inſtitutum. *Balæus.**

Et delinquentes caſtigare. Sic Comes Carolomanni, qui percuſſerat coquum, cuſtodiæ mancipatur: ut die ſequenti acriùs puniatur. *Regino.**

Curam etiam librorum gerere. Golfridus, Hieronymi pandectas Eccleſiæ Petri miſit. *Beda.** Et Gutbertus Lullo libros Bedæ mittit, *in epiſtolâ.*

Et

Marginal notes: * lib. I. c. 13. † lib. I. c. 5. * cap. 6. † lib. I. c. 17. * lib. 21. † lib. 6. c. 28. * lib. 23. † lib. 5. c. 23. * lib. 6. c. 9. † lib. 2. * lib. 1. c. 8. † lib. 22. — * cap. 69. † lib. 25. c. 171. * de Rat. temp. † lib. 2. lib. 5. c. 19. * lib. 2. Rerũ Moguntiacarum. † Centur. 1. cap. 82. * lib. 6. Longobard. c. 13. † Centur. 3. * Centur. 2. c. 17. * lib. 1. c. 14. * lib. 1. c. 4. † Centur. 14. cap. 32. * Cent. 14. cap. 32. * Cent. 1. c. 93. * lib. 2. * de Rat. temp.

Et eos, qui peterent recipi, probare prius, & postea aliis associare. Nam, cum Carolomannus ad montem Casinû venisset, & petiisset se ab abbate recipi: Abbas eum in cellam Novitiorum admisit, & aliquamdiu ejus patiêtiâ probatâ, cœtui reliquorum est adjunctus: post annum, professus stabilitatem, conversationem, morum obedientiam, secundùm regulam Benedicti, cœpit inter fratres irreprehensibiliter conversari. Tandem, juxta morem, ad coquinæ officium hebdomadarius factus est, ut fratribus deserviret, & cibaria administraret. *Regino.* Et Carolus Magnus, in Constitutionibus, jubet primùm advenientes in pulsatorio probari: & vetat, præmium pro cujusque susceptione accipi.

Et monachis præceptores & doctores præficere. Sic Siguinus Iglacum, virum celebrem, monachis suis præfecit lectorem. *Balæus.** Et Sabas monachus & præses studii fuit: ut patet *ex Actione 3. Nicæna II.*

Legationibus etiam interdum abbates & monachi fungebantur. Sic Carolomannus Beraldum abbatem, ad Stephanum Papam, cum literis misit: & Drodegangum & Wolfardum abbates, ad Paulum Papam, Carolus ablegavit: ut constat ex illius epistolis. Et Pipinus Heribertum abbatem, & Dodonem Comitem, ad Paulum Papam misit.

Postremò, de Abbatum officiis exstat *caput 24.* in TURONENSI synodo, in hunc modum: *Abbates monasteriorum, in quibus Canonica vita antiquitùs fuit, vel nunc videtur esse, solicitè suis provideant Canonicis: ut habeant claustra & dormitoria; in quibus simul dormiant, simulque reficiantur Horas canonicas custodiant: victum & vestimenta, juxta quod potest abbas, habeant; quò faciliùs ad Dei servitium possint constringi. Sintque abbates sibi-subditis bene-vivendo duces & pravis, viamque demonstrent, quâ rectè gradiendo, ad meliorem vitam pervenire valeant.*

¶ De Abbatissarum officio, exstat in TURONENSI Synodo cap. 26. *In monasteriis puellarum multa inveniri possunt, quæ emendatione indigent. Nam quædam Abbatissarum, negligentiùs, quàm oporteat, vivere dicuntur; & ob hoc earum vita & conversatio a multis diffamatur: sed & talium actus subditam familiam imitari velle, credendû est. Victum etiam ac vestimenta, aliaque nonnulla necessaria, quæ jure ab abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.* Et cap. 30. *Abbatissa, absque sui episcopi licentia, foras monasterium egrediendi non habeant potestatem, nisi cùm ad piissimum Imperatorem nostrum proficisci voluerint: sed tantùm in suis permaneant monasteriis; ibique & se-ipsas custodire, sibique commissas servare, quantâ potuerint vigilantiâ, decertent.* Eadem habet Canon 52. Concilii Cabillonensis. Et in cap. 54. *Abbatissa diligentem habeat curam, de congregatione sibi commissa: & provideat in lectione, & in officio, & in psalmorum modulatione, ut ipsæ sanctimoniales strenuæ sint: & in omnibus operibus bonis illis eu ducatum præbeat, utpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura: & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne forte, propter indigentiam cibi aut potûs, peccare compellantur. Studium etiam habeat in ædificando ea, quæ ad necessitatem pertinent, aut in restaurando.* Capite 58. ibid.

Abbatissæ quædam manus imponere, & ordinare sacerdotes, & velare virgines, præsumserant: sed id contra morem Ecclesiæ fieri, Carolus Magnus indicat in Constitutionibus, & monet Episcopos, ut interdicant.

¶ Erant tamen pleraque monasteria Episcopis subjecta: a quibus etiam visitari & corrigi solebant, si quid minùs piè agebant. Albinus, Andegavensis episcopus, Asiacum monasterium visitâsse dicitur, *apud Vincentium.* Bonifacium paucos monachos ad Melibocum docuisse, *Curio** annotat. Et abbatissas, sinè episcopi sui permissu, cœnobio egredi, vetat *Canon 30. Turonensis synodi.* Et Canon 65. *Cabillonensis* jubet, abbatissam ab episcopo suo, si quid desideret, petere institutionem; ejusque dictis obedientem esse. Et Monachi litigantes à Carolo ad Adrianum Pontificem ablegantur; ut examinentur, & sibi invicem reconcilientur: ut patet *ex Adriani epistola ad Carolum.* Vel etiam excommunicari; ut apparet *ex Lulli epistola ad Osuntam*: quam ideò excommunicat; quòd fœminas velatas, sinè suo consensu, peregrinationes suscipere passa sit.

Et operâ monachorum Episcopi sæpè usi leguntur. Sic Cosmam monachum Patriarcha Alexandrinus, cum literis Romam misit, ad Paulum Papam: ut patet *ex ejus epistola ad Pipinum.*

¶ Erant etiam monasteria quasi carceres, & exsiliorum loca; in quæ relegabantur facinorosi & seditiosi. Sic Carolus Magnus Pipinum, filium suum nothum, de seditione accusatum & suspectum, in monasterium sancti Galli, Prumiam apud Suevos, relegavit. *Aventinus.** Anno 792. Sigebertus. Et suos hostes, Leo in Erasmi monasterium reclusit. *Erfordiensis.*† & *Annales Francorum.* Et Thassilo, Bojorum Dux, cum filio suo Theodo, a Carolo læsæ majestatis damnatus, humi prostratus petiit; ut sibi in monasterio liceat peccata sua deplorare. quod ubi impetravit, attonsi sunt ambo; & in Laureacense monasterium relegati. *Regino.** Anno Domini 788. *Sigebertus, Ottho Frisingensis.** *Aventinus.*† Et Christophorus & Sergius, ob proditionem, à Desiderio Rege privantur oculis; & in monasteria abduntur. *Liber pontificalis.*

Aut ab Imperio remoti. Sic Artemius habitum monachi sumsit, & Theodosio se-se tradidit, & Thessalonicam relegatus est. *Zonaras.* Ubi clericus & presbyter ordinatus est, *juxta Bedam, de Ratione temporum.* Idem etiam Theodosius Imperator postea fecit. nam, acceptâ fide à Leone de securitate, una cum filio in clericum rasus est. *Zonaras.* Et Hildericus, Rex Franciæ, attonsus, & in monasterium missus est. *Regino.* Et *Ivo.* In monasterio Dalmatii, Absimarus Leontium in custodia servari curavit, anno Domini 700.

Vel dignitate suâ exuti. Sic Maria, uxor Constantini, ab ipso repudiata, in cœnobium invita abditur. *Zonaras.* Et Constantinus Papa, a munere suo remotus, in monasteriû Cellanobas deportatus est. *Liber pontificalis.*

¶ Statuta multa & varia fuerunt, quorum passim fit mentio. Nam Benedicti meminit *Leo Hostiensis.** Et Gregorium III. monachis regulam integrè sancteque vivendi tradidisse; *Bergomensis** indicat, anno Domini 739. Et Dagobertus in Dolejensi cœnobio regulam Benedicti instituit. *Trithemius in epitome Francorum.*

De regulâ Benedicti, Theodomarus abbas, ad Carolum Magnum, in hunc modum scribit: *Propagatori & defensori Christianæ religionis, Domino Carolo, per Christi potentiam, regum sapientissimo ac fortissimo, Theodomar exiguus, & universus Benedicti patris grex, vestro subditus dominatui, æternam in Domino salutem. Tam per epistolas ferventem, quamque & per sanctum virum Adalgarium episcopum, vestram famam suscipientes, magnâ sumus exsultatione gavisi! dum vestram sublimitatem, dominamque reginam, vestrosque liberos, sospites valentesque esse cognovimus. Nec minori etiam tripudio exsultavimus; dum vestram protelationem sumus, victoriarumque de hostibus triumphos agnovimus. Auxit etiam nostrum illa res gaudium: quia vestram Excellentiam, de virtute in virtutem succrescentem, Dei agnum studiosè excolere didicimus; ac monachorum religionem ad meliorem perducere statuisse. Certum est, quia vos hoc factum beatiorem efficiet: dum tale Deo nostro, tamque beneplacitum munus, offertis. Quâ de re, quia ad beati patris nostri Benedicti doctrinam, & luculenta exempla, aliquos monachorum regionis illius, vestra Clementia informari placuit, juxta præceptionem vestram: en vobis regulam ejusdem beati patris, de ipso codice, quem ipse suis sanctis manibus exaravit, transscriptam, direximus. In fine autem sacra ejusdem hymnos, qui secundùm instituta beati patris nostri, per singula officia vel festivitates, cantari debent, adnexuimus. Si quem autem movet, quare beatus Benedictus, in æstatis tempore, quotidianis diebus, ad nocturnum officium, unam tantùm de veteri Testamento lectionem legi præceperit? cognoscat, necdum eo tempore in Romanâ Ecclesiâ sicut nunc leguntur, sacras Scripturas legi solitas fuisse: sed post aliquo tempore hoc institutum esse, sive a beato Gregorio Papâ, sive (ut ab aliis affirmatur) ab Honorio. Quâ de re nostri majores instituerunt: ut hic in sacro nostro cœnobio, quod juxta sanctum illius corpus institutum est, tres quotidianis diebus, æstivo in tempore, ex veteri*

Margin notes: * *Conc. 2. cap. 10.* — * *lib. 2.* — * *lib. 4.* — † *cap. 69.* — * *lib. 2.* — * *lib. 5. c. 29* — † *lib. 3.* — * *lib. 2. c. 24* — * *lib. 10.*

Testamento lectiones in codice legantur: ne a sanctâ Romanâ ecclesia discrepare viderentur. Nec enim credendum est, hoc beato patri Benedicto displicere; sed potius gratum ei esse: si quis supra id, quod ille in Dei laudibus instituit, propter Dei amorem, adjiciendum esse curaverit. Nam & de Psalmorum canendorum, per singulos septimanæ dies, divisione; si cui melius visum fuerit, quàm ipse beatus pater instituit: ab ipso habet licentiam, ut melius æstimaverit, canere. Nec debent cogi monachi; (si tamen vestro sapientissimo cordi ita placet) qui nunc Romano more psallunt, juxta institutionem sacræ hujus Regulæ. Psalmos dividere. Sed possunt, si vobis ita videtur, solito more canentes, arctioris vitæ normam suscipere. Direximus quoque pondus libræ, ad cujus æqualitatem panis debeat fieri; quiq; in ternas, juxta sacræ textum Regulæ, possit dividi. Quod pondus sicut ab ipso patre institutum est; in hoc loco est repertum. Misimus etiam mensuram potûs, quæ prandio; & aliam, quæ cœnæ tempore, debeat fratribus præberi. Direximus etiam & mensuram unius calicis; quam obsecuturi fratres, juxta sacræ Regulæ textum, solent accipere. Beatus pater noster instituit, duo cocta pulmentaria, in quotidiana refectione, fratribus præparari; & tertium de leguminibus crudis, aqua infusis. Nos verò, ex institutione majorum nostrorum, tria cocta pulmentaria aliis diebus; quartâ & sexta feriis, duo tantum, reficiendis fratribus præparamus: excepto, quod plures ex fratribus nostris, pane tantùm his diebus, herbisq; hortensibus vescuntur; quorum plerique etiam nec vinum bibunt. Die vero dominico, & in festivitatibus præcipuis, etiam quartum addimus pulmentum: excepta secunda & quartâ & sexta feriis. Aliis diebus, prandentibus fratribus, cùm vinum nobis abundat, singulas phialas miscere facimus. In summis quoque festivitatibus, hoc est, in Nativitate Domini, in Epiphaniâ, in Pascha, & tertiâ feriâ post Pascha, quando nobis grandis festivitas est, & in Pentecoste, & in sancti Johannis, & sancti Petri, & sancti Laurentii, & in sanctæ Mariæ, & in sanctorum Martini & Benedicti; etiam his ad prandium miscere facimus. Præter hæc, etiam æstatis tempore, post nonam aliquid, si est de pomis, & singulas phialas, nostris fratribus præbemus. Cum vero tempus fœni est secationis, etiam potionem ex melle, ad horam quartam, laborantibus fratribus propinamus. Volatilia nunquam, nisi die Natalis Domini, si est unde, usque ad dies octo, comedimus: similiter etiam Paschalis festis diebus. Sed de esu volatilium, tam caute prudentissimus Pater noster in suâ regulâ posuit; ut, si velint comedere monachi, quod opportunum est; non subjaceant culpæ: sin verò eis a suo tale edulium non præbetur abbate; ut, quasi ex debito, hoc non possint requirere. Multi tamen fratrum nostrorum, neque volatilia comedunt; neque vinum unquam, nisi de sancto calice, bibunt. Sane, quia hoc percunctari dignati estis, quod vestimentum Cucullæ debeat intelligi? cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine casulam vocamus. Et inde est, quòd hyeme villosam; æstate puram ac vetustam, beatus Pater habere instituit: quia scilicet hoc genus indumenti solet cum villis intexi. Illud autem vestimentum, quod a Gallicanis monachis cuculla dicitur, & nos Cappam vocamus, quod propriè monachorum designat habitum; Melotem appellare debemus: sicut & hactenus in hac provinciâ à quibusdam vocatur. De quo, sicut beatus Gregorius scribit in libro Dialogi, ereptus ab aquâ, per Maurum monachum, puer Placidus, dixit. Ego cùm ab aquâ extraherer, melotem super me abbatis cernebam; eumq; me ab aquis educere considerabam. Quod tegumentum ideò sic appellatum est; quia solebat antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod Melos, propter rotunditatem sui corporis, appellatur. Quod genus bestiolæ à nonnullis Tax vocatur. De quo genere tegumenti, nihil beatus Benedictus, in sua textu Regulæ, locutus est: ob hoc scilicet, ut conjicere possumus; quia diverso modo hoc vidit à plerisque monachis uti tegumento. Nam Gallicarum monachi hoc laxius & prolixiùs induuntur. Itali vero monachi, sicut nostis, brevius hujuscemodi & strictius vestimentum habent. Græci verò, propter operimentum capitis, modicum quiddam, tantùm ante pectus & dorso dependens. Transmarini autem monachi, hujusmodi operimentum pelliceum habent. Ergo, quia tantam in hoc monachico indumento beatus Benedictus diversitatem vidit: unicuique monachorum, quod ex his potiùs eligere velit, pro arbitrio dereliquit. De numero autem & qualitate vestimentorum, sic beatus Pater noster in sua regula posuit: ut tamen in pro-

A videntiâ sit abbatis, quomodo debeat pro suâ unicuique distribuere necessitate. Sed & ipse Pater dixit, quia in temperatis regionibus minùs; in frigidis plus vestimenta sit opus habere. Seniores tamen nostri, & præteriti abbates, instituerunt fratribus nostris, propter diversos labores, tres tunicas habere: duas grossiores in hyeme; unam subtiliorem in æstate. Similiter & in loco cucullarum, duos, quos nos dicimus, Mantos, qui ex grossiore sago sunt: & unum in æstate subtilius operimentum. Cucullas autem ideò non habemus, quia majoris sunt pretii: & quia nobis
B Pater noster aliàs præcepit talibus vestibus uti, quales possunt in provinciâ vilius emi. Habent autem fratres nostri & duplicia femoralia. Multi tamen ex eis, Deo juvante, in tantum se continent; ut neque femoralia habeant: neque amplius, quam duplicia secundum regularem textum, indumenta. Statuit autem venerabilis Pater, ut scapulare monachi, propter opera, habeant. Quod ob hoc Scapulare dicitur; quod scapulas præcipuè & caput tegat: quo vestimento penè omnes in hac terrâ rustici utuntur. Pro quo tegumento, nos ex grossiore textu, ad melotis similitudinem, operimentum habemus: nisi quòd manica in hoc usque ad
C manus pertingentes habentur. Præter hæc addimus unicuique, sicut ei opus est. Nam senibus nostris geminas pelliceas tribuimus. Infirmos etiam in culcitris jacere permittimus: & unicuique, sicut omninò sua exposcit necessitas, præbemus. Concessum est etiam fratribus nostris habere mantergia: sive ad tonsuræ obsequium, sive ad codices, quos ad legendum suscipiunt, involvendos. Præter regularia quoque jejunia, in vigiliis præcipuarum festivitatum, usque ad vesperam jejunamus: & a vespera vigiliarum, per totam noctem, & diem festivitatis, usque ad completorii officium, genua non flectimus. Dominicis quoque diebus, & a Nati-
D vitate Domini usque ad octavum diem. A Paschâ quoque usque ad Pentecosten, similiter ad publicum officium genua non flectimus.

Textum quoq; promissionis, quo ordine solebant anteriores monachi regulam sanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc epistolam, in brevi pagiunculâ exaratam, direximus vobis.

Exemplar promissionis, sicut solebant antiqui Monachi regulam promittere.

In nomine Domini promitto, me in sacro monasterio beati mar-
E tyris sive confessoris illius, secundum instituta Benedicti, coram Deo & sanctis Angelis ejus, præsente etiam Abbate nostro, omnibus diebus meis in hoc sancto monasterio, a modò & deinceps, perseveraturum: in omni obedientiâ, quodcunque mihi præceptum fuerit, obediturum. Ego hanc promissionem, a me factam, manu propriâ coram testibus scripsi & roboravi.

Vale salus patriæ, lumenq; decusque tuorum,
Maxime regnantûm noster & altus amor. *Amen!*

Nunc autem institutum est à Synodo, sub Rege Ludovico, sive Imperatore, seu tempore traditionis regni filii sui Lothario, omni-
F bus episcopis atque abbatibus; quod istis temporibus de bono actum est consentientibus, & ità consenserunt de promissione Monachorum. Ego promitto stabilitatem meam, & conversionem morum meorum, & obedientiam, secundum regulam sancti Benedicti, coram Deo & Sanctis ejus.

¶ Et ad Theodoticum idem in hunc modum scribit: Theodorico glorioso viro, nobis maximè dilecto filio, Theodomar, exiguus abbas servorum Dei. Quæris a nobis, vir spectabilis atque Christianissime, eo studio, quo Deo nostro placere desideras, ut tibi, sicut ipse ais, ad utilitatem quorundam fratrum, apud Gallias com-
G morantium, ea, quæ per consuetudinem in nostro cœnobio geruntur, præter id, quod venerabilis patris nostri Benedicti regulâ continet, sicut à majoribus nostris utiliter instituta sunt, stylo exarata mittamus. Quâ de re hoc primùm Nobilitatem tuam nosse volumus, hactenus alicui hoc, quod expostulas a nobis, nostris decessoribus minimè concessum. Non enim ignoramus, talis nos relatione, aut de jactantia posse redargui; aut ab his, qui districtiùs se vivere æstimant, de remissiore vitâ judicari: præsertim cum res hujuscemodi convenientiùs operando disci debeat; quam legendo cognosci. Sed quia amabili Charitati tuæ, quæ nos in Christo diligit, negare ali-
H quid non possumus: breviter ea, quæ, salvâ observatione sanctæ regulæ per usum à nobis retinentur, tuæ Amplitudini scripta dirigimus: nec ambigimus, Romanum apud Gallias morem, tam per singulas Ecclesias, quamq; & monasteria, in officiis & lectionibus, sicut & nos facimus, teneri. Unde his quoq;, quæ apud vos similiter geruntur,

tur omissis, ea, ut diximus, vobis solummodo scribimus; quæ apud nos propriè, sicut arbitramur, in usu habentur: ac primum a sancto Paschali festo sumemus exordium.

Igitur, quartodecimo die ante Pascha, sublatis altarium ornamentis, operimus ea tegumentis lineis nigris, afferimus coronas; velamus iconas, non canimus in responsoriis Gloriam. *Item, post diem Palmarum, tres tantum noctes separamus matutinum a nocturno: reliquas verò tres noctes, matutinum nocturno conjungimus. In quibus noctibus, sive in medio constitutis diebus, a vespere quartæ feriæ, usque dum sabbato,* Gloria in excelsis Deo, *incipitur; neque signum secundum consuetudinem tangimus. Presbyter, juxta morem, officium complet: nec Lector benedictionem, lecturus in ecclesia seu refectorio petit: sed neque versum, neque hymnum, neque vocatorium canimus: nisi tantùm novem Psalmos, cum Antiphonis, canentes, in tres divisiones partimur; ternasque lectiones & responsoria tertiò repetentes, ita ut novem omnino expleantur, pronuntiamus. Universa autem hæc a nobis eâ ratione geruntur: ut & in Passione Domini, quodammodò simul cum ipsis etiam sacris domiciliis, compati & contristari videamur: & in ejus resurrectione nobis lætantibus, omnia quasi nova & lætiora habeamur. Reliqua verò officia, secundum morem Romanum explemus. In Cœnâ autem Domini, post Missas & vesperum, ingredientes refectorium, comedimus modicum, si est unde, de piscibus. Deinde surgentes a mensâ, lavat Parvitas mea pedes omnium fratrum: & interim, dum mandatum facimus, a cantoribus Antiphona canitur. Pòst, iterum ingressi refectorium, cœnamus. Sequente nocte ad matutinum, per singulas antiphonas, quod putamus & apud vos fieri, extinguimus singulas candelas. Serò autem in Parasceve, nihil aliud, quam panem & aquam, percipimus. Sequenti nihilominus nocte, in extinguendis candelis ita, sicut & in anteriori, facimus. Sabbato quoque post horam nonam, pulsato signo, explentes omnia ordine Romano cùm, jam adveniente nocte, ad Missas ingredimur, manibus nostris, cunctis fratribus singulos cereos damus: quos, usque ad expletam Missam, succensos manibus ferunt. At demum post vespertinum officium, cum modulato psallentio, cum cruce & cereostatis, gestantibus universis ardentibus cereis suis, refectorium ingredimur: ubi lucerna pariter & candela dependentes lumina spargunt. Item die dominico Paschali, ante Missas, pergimus cum luminaribus & aqua benedicta, canentes per singulas mansiones: & dicuntur a Sacerdote preces, unicuique convenientes. Secundâ verò feriâ, pergimus cum crucibus, & aqua benedicta seu patrocinius, per singulos labores, & agimus Missas, revertentes. Tertia quoque feriâ, quia mos nobis est, dies Quadragesima apud sanctum Benedictum peragere, descendentes de monte veniunt fratres nostri, qui ad monasterium Domini Salvatoris in planicie commanent, cantando obviam nobis. Adsunt etiam & penè de omnibus cellis nostris, & conjungimur ante basilicam beati Petri, in loco spatioso, salutantes in osculo pacis; vestitis, sicut in die Pascha, sacerdotibus nostris atque ministris; ferentibus Evangelia & sacras sanctorum reliquias. Adsunt etiam cruces & cereostati, cum flammantibus cereis, in tantum, ut vix ulla apud nos sit jucundior dies. Et celebratâ Missa in sancto Petro, imus sonoris concentibus resonando, ad Domini Salvatoris cœnobium. Facta etiam ibi missa, pergimus canendo, vestitis sacerdotibus, in refectorium. Dehinc, postquam exsuuntur sacerdotes vestibus, prandemus.*

Sex autem omninò per annum vicibus, ingredimur canentes in refectorium: hoc est, in Natalis Domini & Epiphaniorum die, die quoque Palmarum, & in Sabbato (ut diximus) sancto, nihilominus in ipso Paschali dominico, & tertia feria post Pascha, sicut præmissum est: vestitis, ut a Missa exeunt, sacerdotibus nostris, præeuntibus crucibus cereostatis, cum micantibus cereis. In his festis Paschalibus secunda & tertia feria, canentes Psalmos regulariter, facimus octo lectiones.

Deinceps, usque ad octavum Paschæ sex; inde quoque, usque ad Pentecosten, in utroque monasterio octo; post Pentecosten verò, per totam æstatem, legimus apud sanctum Benedictum, quotidianis diebus, tres lectiones. In monasterio autem Domini Salvatoris, usque ad Octobris Calendas, de Testamento veteri, unam. Quam ideo sanctus Pater noster, ut putamus, non in codice legi; sed ex corde recitari, præcepit: eò quòd needum æstatis tempore mos esset Romanis, quotidianis diebus in volumi-

A *ne legere; sed postea ab Honorio Papâ hoc institutum, quando & totam Scripturam in Ecclesia legi præcepit. Unde & nos quia & id potiùs arbitramur venerabili patri nostro esse gratum, Romanam in legendis veteris ac novi Testamenti per ordinem libris, consuetudinem sequimur.*

Psalmos verò, præter tres noctes, ut præmissum est, ante Pascha, semper regulariter psallimus. In diebus autem dominicis, secundùm sanctam Regulam, semper facimus duodecim lectiones, canentes sicut nobis præcipitur, Psalmos: excepto, quòd Paschalibus,
B *sive aliis solennibus diebus, pro quinquagesimo & centesimo septimodecimo Psalmis, nonagesimum-secundum & nonagesimum-nonum cantamus. Si quando autem novem Psalmos, secundùm Romanum morem, diebus congruentes canimus, ut in die Natalis Domini sive Epiphaniæ, in Ascensione Domini, sive beati Petri, vel etiam sanctorum Martini ac Benedicti: tres posteriores Psalmos in duas dividimus Glorias; ut omninò duodecim fiant. Festivitates autem Sanctorum, quia juxta morem Romanæ Ecclesiæ plures colimus; in his tantùm, quæ præcipuæ sunt, hoc est, Nativitate Domini, Epiphaniâ, cum octavis suis, Purificatione sanctæ*
C *Mariæ, cum octavis suis, sanctorum martyrum Faustini & Julitæ, sanctæ Scholasticæ, sancti Benedicti, Ascensione Domini, in sancti Johannis, sancti Petri, vel omnium Apostolorum, sancti Laurentii, sanctæ Mariæ, sancti Germani, sancti Martini, sancti Andreæ, jejunamus pridie usque ad vesperum; legimus lectiones duodecim; genua non flectimus; ab operibus vacamus. Reliquis autem festivitatibus; quia (ut diximus) multæ sunt, & quia propriis manibus laboramus; facimus octo lectiones: dehinc pergimus ad laborem.*

Jejunium Quadragesimæ à Quinquagesimâ inchoamus, cele-
D *brantes juxta morem Missas. Ad vesperum reficimur: sed ab ovis, piscibus, & caseo, minime abstinemus. Per totam autem Quadragesimam, exceptis diebus dominicis & festivitatibus beatorum Gregorii & Benedicti, sive cùm semel aut bis rogamur pro charitate, neque coctum comedimus, &, præter infirmitatem, neque vinum potamus. In diebus autem æstatis cum fruges per nos-ipsos colligimus, frequenter hi, qui operantur, (sicut & regulariter conceditur) quartâ & sextâ feria ad sextam se reficiunt; reliquis ad nonam jejunantibus: ex quibus etiam alii, concesso ad sextam prandio, ad nonam protendunt. In mensurâ autem ipsius cibi &*
E *potûs, modum nobis traditum custodimus. Aliquoties tamen, ut pro festivitate præcipuâ, aut pro caritate, aut pro duris operibus, prout convenit, caseum, aut aliud aliquid, augemus; juxta quod & nobis augendi licentia datur. Sed & his-ipsis pro causis, miscere etiam fratribus ad mensam supra statutam mensuram facimus. Pari etiam modo hyemis tempore, cum ad nonam reficiuntur, vespere iis tantum, quantum Pater noster cœnantibus largitus est, in potum concedimus. Grandis quoque æstu, qui labore fatigantur, singulas ante cibum phialas, similiter etiam post nonam, accipiunt. A carnibus verò abstinentes regulariter, solummodo volatilia die*
F *Natalis Domini, sive Pascha, & tribus aut quatuor diebus sequentibus, comedimus: &, nisi deesset abundantia, usque ad earundem dierum octavas comederemus: senibus, pueris & infirmis, juxta sanctam Regulam, comedendi licentia contributa.*

De vestibus autem & calceamentis, supra id, quod sacra regula loquitur scribere non audemus. Illud tamen tenendum est; quòd beatissimus Benedictus pater noster, quomodo singulis, pro uniuscujusque necessitate, distribui opus sit, in Abbatis reliquit arbitrio. Et certè sunt apud nos aliqui, quibus amplius, pro labore continuo, seu sua infirmitate, concedimus. Sunt autem alii, qui
G *ita, ut sanctis continet regula, contenti sunt. Verumtamen, cùm post sancti Martini, vestimenta fratres, reddentes vetera, nova accepturi sunt; pergunt cum psallentio & luminaribus in vestiarium; canitur ibi gradualis & legitur Evangelium:* Nolite solliciti esse, quid manducetis aut bibatis; neque corpori vestro, quid induamini. *Dehinc dictâ oratione, cunctis, prout competit, vestimenta impertiuntur. Calceamenta verò, quoties opus est, reddentes vetusta, nova accipiunt.*

Propinquantibus Quadragesimæ diebus, manè, cunctis per ordinem fratribus, cereum ad luminaria tribuimus: ut scilicet non
H *solum luce dies; sed etiam noctis, divinis lectionibus exerceantur. Præterea quod sacris Canonibus continetur, neque diebus dominicis, neque a Pascha usque ad Pentecosten, neque (ut præmisimus) præcipuis festivitatibus, ad officia genua flectimus: exceptis videlicet causis, quæ in sancta regula continentur. Sive cùm die*

sabbatorum, ante completorium, apud beati Patris confessionem, diligentiam facimus. Pari etiam modo a Nativitate Domini usq; ad octavam peragimus: in quibus etiam diebus ad sextam reficimur.

Cæterum, privatis suis fratres orationibus omni tempore, pro suo quisque arbitrio genua flectunt. Sunt & alia, quæ a majoribus instituta servamus: inclinato, excepto infirmis, capite, ad officium stamus: flectimus cervicem, quoties Gloria canitur. Bis in die mane scilicet & vesperi confessionem ad invicem facimus: mane confitentes, si quid noctu cogitatione vel illusione deliquimus: vesperi autem si quid verbo, corde vel opere, excedimus. Accedentes ad refectorium sive exeuntes summum silentium observamus. Si quis aliquem sonitum in oratorio, vel in refectorio, sive dormitorio fecerit, prostratus Senioribus pœnitentiam agit. Si quamlibet partem sui corporis vulneraverit: similiter ante Seniorem procumbens pœnitudinem gerit. Nec ad ipsa corporis necessaria, in opere sive itinere constitutus, audet quis ire, sine Majoris imperio. Quoties vel viam pergimus vel aliquid operamur, vel etiam in coquina quid præparamus, sive etiam panem facimus: unusquisque cum fratre alio psalmos canimus. Vagum, neque in monasterio constitutus, neque foras egressi, manum gestamus, præter hos qui infirmi sunt; sive qui senio gravantur. Post nocturnum nisi is qui ex aliquo infirmitate gravis est, & hoc-ipsum cum permissu Senioris, alias non permittitur somnum capere. Nisi certis & statutis diebus, & omnes pariter alta non quam radimur. Deponimus autem comam die Paschæ & [illegible] Domini & sancti Petri, Calendis Augusti & Septembris & Octobris, & sancti Martini, & Nativitate Domini & [illegible] Paschæ [illegible] est, semel ante septuagesimam, & in quinquagesima.

Ad extremum Sacerdos, cujus est [illegible] officium, unctorum viventium ad Missam relegit nomina fratrum. Jam vero infirmantes fratres nostri, dum ad tra[illegible] veniunt statuto fratrum psallentium obedeunt: quibus defunctis statim in quatuor divisionibus a tota congregatione, per singula oratoria tam ad sanctum Benedictum, quam ad majus [illegible] psalterium psallitur. Si quis a[illegible] noctu obierit, supra id quod diximus, etiam nocturnum [illegible] cum novem psalmis, tribusq; lectionibus sive responsoriis, sive matutinum, pro eis Domino canitur. Interim vero dum lavantur vestiuntur, ordinantur, dumq; ad sanctum Benedictum sursum deferuntur: pro eorum, a præordinatis fratribus, exceptione [illegible] psallitur. Qui cum illuc perducti fuerint a fratribus, qui illic sunt, cum psalmodiis & luminaribus excepti, ducunt ante sacrum Patris venerabilis corpus. & sic pro eis sacrificium offertur. Deinde, usque dum sepeliuntur, pro eis continue psallitur. Ad extremum pro unoquoque defuncto a singulis in utroque monasterio fratribus duo psalteria canuntur: & a nostris sacerdotibus, qui utique plures sunt, pro unoquoque duodecim Missæ fiunt, excepto quod ab eisdem sacerdotibus pro omnibus præsentibus fratribus quotidie fit commemoratio: quodq; pro eis per singula officia, psalmus qui quinquagesimus ab omni congregatione cantatur, & nihilominus privatis fratrum sine intermissione orationibus commemorantur. Et quidem majores nostri, pro defunctis fratribus psalmos canebant. Sed quia [illegible] & aucta est congregatio, dum frequenter tam fratres, quam pulsantes nobis obeunt; quibus etiam & morientibus hospitibus psalterium canimus, vix hoc ipsum explere valemus. Nam & de singulis [illegible] monasteriis morientibus fratribus sive sororibus nihilominus psalterium præter hæc etiam, pro singulis, qui nobis suas eleemosynas largiuntur, publice ante completorium, duodecim psalmos canimus excepto quas unusquisque, soli Deo cognitas privatim pro eis preces effundimus.

Hæc bone vir, nostro pectore satis dilecte, dum voluntati tuæ parere cupimus, ea, quæ a nobis mediocriter geruntur, non sine quodam verecundiæ rubore publicavimus. Sed quia, ut diximus, tuæ charitati negare nequivimus, suscipe jam mente libenti, quod a nobis ut fieret, pene per vim extorsisti. & pensa, quantum diligeris; quando ea tibi prodidimus, quæ nobis convenerat tacere. Quod de te omnibus, qui hæc lecturi [illegible], persuademus: ut in his, quæ ab eis melius geruntur, medio[illegible] nostram nequaquam despicientes extollantur, sed potius laudes referant, per quem talia possunt. Nos enim, qui a servis caremus per nosmet-ipsos ferendis ac colligendis [illegible] occupamur, [illegible] frequenter, [illegible] Ipsi quoque nostra fœna recidimus & ipsi vindemiam congerimus; animantia pa-

scimus; diversis artibus insudamus, dumq; amplius, quam per obedientias, distribuimur; ad hæc-ipsa, quæ prolata sunt sufficere vix valemus. Hæc autem sic per consuetudinem gerimus: ut in cæteris sanctæ regulæ seriem, superni fulti præsidio, certatim observare, conemur. Si qui sane, ista recensentes, inferius fort esse aliquid a se geri cognoscunt: nostram imitari exiguitatem non dedignentur.

¶ In Concilio Galliæ, à Carolomanno convocato, statuitur: ut monachi & moniales rigidè observent suas professiones; nec a regulis suis discedant: & belli tempore, letaniis & orationibus consuetis, addant orationes & frequentiora jejunia. *Naucleras.** & *Mutius.†*

Monachorum quisque in conclavi suo delitescat: juxta vocabuli imitationem, suam solius curam agat. *Canon Dingelfingensis. Aventinus.**

Carolus Magnus monachos vagari vetat, in Constitutionibus suis: & abbatibus suis parere jubet.

Cum impie-agentibus non communicabant. Sic Plato præceptor, & reliqui monachi, monasterii Saccidionis nō communicant cum Tarasio, episcopo Constantinopolis: quòd Imperatorem adulterum admisisset ad Cœnam. *Zonaras. & Diaconus.**

In dominicis & festivis diebus, Casinensibus licitum erat, Hymnum angelicum [illegible] Missa canere. *Zachariæ privilegium in Chronico Casinensi.* Ac oportebat eos, ex jussu Zachariæ Papa Benedicti, Mauri, & Scholasticæ festa, ut Natalem Domini, celebrare: & Tert[illegible] Patricii anniversariam commemorationem, 14. Julii persolvere: & Placido eodem die Missam facere: & Gregorio III. & Zachariæ, anniversarias mortis memorias facere *ut patet ex epistola ad Petronacem, Chronico Casinensi addita.*

Septies in die celebraban[illegible], nimirum manè, tertiâ, sextâ, nonâ ad lucernam & ad completionem. *Albinus.**

¶ De Tonsurâ Mona[illegible]orum, GEOLFRIDUS, in epistolâ ad Naitanum Regem Pictorum, tradit: alios more Petri tonderi, per circularem coronam: alios verò, more Simonis magi, in fronte quidem coronam prætenre; sed in cervice obliquum angulum facere. Et licet asserat, utramque formam esse liberam, nec damnari eos, qui illam observent, modò in fide & charitate perseverent: tamen Romanam consuetudinem alteri præfert. *apud Bedam.** Et Monachi in Huensi insulâ, anno Domini 716. suo more abjecto, ritum tonsurandi Romanum, tanquam canonicum, suscceperunt. *Beda.†* Carolomannus a Zachariâ Papâ tonsus est: anno Domini 746. *Sigebertus.*

Singuli suas distributas operas habebant: ut apparet ex epistolâ BONIFACII ad Tatvinum & Wigbertum: *Wigberem presbyter. & Megingotus diaconus, regulam vestram vobis insinuent; & spirituales horas & cursum Ecclesiæ custodiant, & cæteros admoneant; & magistri sint infantum; & prædicent verbum Dei [illegible] Hiddi sit præpositus & servos nostros admoneat & Hunfridus adjuvet illum, ubicunque opus sit. Sturme in coquina sit: Bernhardus operarius sit, & ædificet domunculas nostras ubi opus sit. Et de omnibus, ubi [illegible] vobis necesse sit, Tatvvinum abbatem interrogate: & quodcunque vobis insinuet, hoc facite. & unusquisque studeat secundum vires suas, & proprios mores in castitate conservare, & in communi vita alterum adjuvare, & in fraternâ charitate permanere, usque ad præsentiam reversionis nostræ in Dei voluntate. & tum simul laudantes Dominum, in omnibus ei gratias agamus. Valete in Christo.* Et Abbas in Casinensi cœnobio, Carolomanno primùm ovium curam; & postea culturam hortuli, commisit. *Hostiensis, & Regino**

¶ Leges & statuta Monialium virginum: quas Carolus Magnus Nunnanes vocat; à Nunnâ, germanica voce, quæ fœminam suem castratam significat. ADRIANUS puellas in cœnobio Eugeniæ misit, Deo canere laudes jugiter, horâ primâ, tertiâ, sextâ, nonâ, vesperi, & mane. *Liber pontificalis.* Et SYNODUS Cabillonensis, cap. 59. *Sanctimoniales, in monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in Psalmorum celebratione, sive oratione. Et horas canonicas, matutinam videlicet primam tertiam, sextam, nonam vespertinam, completoriam pariter celebrent. Et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant · & omnibus*

dicē [catchword]

* Gener. 25 l lib. 7.

* lib. 3.

* lib. 23.

* in Psal. 118.

* lib. 5 c. 22. hist. Angl.

† lib. eod. cap. 23

* lib. 2. c. 3.

diebus adeollat [illegible] *Et cap. 61. Non debere Sanctimoniales in propriis mansionibus* [illegible] *aliquibus masculis, clericis sive laicis, consanguineis sive extraneis, bibere sive comedere: sed si quando ad agendum* [illegible] *in auditorio agatur, & ubi auditorium deest non fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat; nisi in auditorio, & ibi coram testibus.* Et cap. 62. *Sanctimoniales nisi forte Abbatissa pro aliqua sua necessitate incumbente, illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæ verò quæ famulos aut famulas non habent, ad exercenda negotia, ad portam monasterii perveniant, & ibi coram testibus negotia sua exerceant.* Sanctimoniales ad regulam Benedicti obligat *Synodus Francua*.* [* Tomo 2 Concil.] Et CAROLUS Magnus cavet, in Constitutionibus suis Aquisgrani: ut infantulæ ætatis puellæ non velentur; antequam illæ eligere sciant, quid velint, salvâ canonica autoritate.

Ante annum 25. ætatis, virgines velari, vetat *caput 28. Turonensis Synodi.*

Etiam Sanctimonialibus licere, invicem pedes abluere, tam in Cœnâ Domini, quàm aliis diebus, ZACHARIAS asserit, *in epist. 2. ad Bonifacium*: † [† Tomo 2. Concil.] quia viri & mulieres eundem Deum habeant.

Abbatissa cum viris, clericis aut laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quicquid cum masculis, de rebus necessariis, peragere debet, à primâ horâ usque ad vesperinam peragat: & hoc non cum singulis; sed coram pluribus. *Caput 55. Cabillonensis Synodi.*

Bonifacius permisit Monialibus sermocinari, & concionari: contra doctrinam Pauli. *Balæus*.* [* Centur. 2 cap. 13] Tecla ad fluviũ [illegible]iogum Kitzingi, & Lieba in Bischoffsheim, concionatæ sunt. *Hedio* † [† Lib. 6 c. 21] *ex Wilibaldo.*

¶ Castitas Monialium & Monachorum, fuit exigua. Nam Monachis & Monialibus promiscuas libidines exercere, voluptati magis erat; quam in legitimo matrimonio œconomiæ onus sustinere. Quare, cùm Imperator Constantinus Copronymus illis conjugium imperaret; adeò molestè id tulisse scribuntur, ut passi sint potiùs martyrium. juxta illud: *Omnes qui amant, ægrè sibi uxores dari ferunt. Sigebertus in Chronico, & Paulus Diaconus.* Idque ut Constantinus indicaret, curavit Monachos per theatrum circumduci, tenentes manibus scorta publica. *Zonaras*.* [* Tomo 3.] Nonnas Anglicanas cum Regibus & aliis consuevisse, & infantes enecâsse, BONIFACIUS in epistolâ ad Ethilbaldum indicat.

¶ Habitus seu vestitus Monachorum videtur fuisse ater. Nam, cùm Lachonodraco, Præfectus Constantini, omnes monachos & monachas in campum apud Ephesum eduxisset, dixit: *Qui vult Imperatori & nobis obedire, albâ induatur veste, & uxorem accipiat hac horâ: quod qui non facit, in Cyprum deportabitur. Paulus Diaconus*.* [* Lib. 22.]

Barbas etiam nutriisse Monachos, ex eo apparet: quòd idem Præfectus, barbas cerâ & oleo perunctas incendisse dicitur. *Idem*.† [† ibid.]

Vulfranius pluribus annis sinè lecto fuit, cilicio indutus sub cucullâ. *Vincentius*.* [* lib. 22. cap. 146] Et duo Monachi, qui in Olympo monte ad Johannitium accesserunt, tunicas ex pilis habuerunt: ut refert *Metaphrastes in vitâ ejus.*

Sed tamen alicubi etiam splendido vestitu usi leguntur. Nam Monachi in monasterio Martini Turonensis, sericis induti sunt vestibus, & deauratis calceis: ut indicat *Martinus in vitâ Adriani, & Chronicon Aeditui, & Erfordiensis*.† [† cap. 69] Et Gutbertus Lullo misit tunicam de pellibus lutrarum factam; & duo pallia, alterum albi, alterum tincti coloris: *in epistolâ ad ipsum.* Et ZACHARIAS Papa in epistolâ ad Pipinum inquit: *Si qui in monasticâ vitâ velle habeant vivendi, plebi quidem sibi subjectæ, præclariori veste induti, debitum prædicationis persolvant, & in secreto propositum servent sui officii. Monachi laneis indumentis sinè intermissione utantur.*

De differentiâ vestitûs Monachorum, suprà in regulâ Benedicti annotatum est: Gallię monachos laxiori & prolixiori melote; Italos verò breviori & strictiori, Græcos, propter operimentum capitis, ante pectus & de dorso pendenti, Transmarinos pellicio usos esse.

Et Monialium vestis nigra fuit. Maria, uxor Constantini, ornatum [illegible] tum invita cum nigro monastico vestitu commutavit. *Zonaras.*

¶ Cœperunt hoc seculo Monasteria ita se-se invicem conjungere: ut non tantùm in suis observationibus; sed etiam in iis, quæ ad corporalem pertinebant vitam, mutua suffragia sibi invicem præstarent: ut patet *in epistola Bonifacii ad Opatum, & Bregorini ad Lullum.*

¶ Superstitiones monasticæ multæ recensentur. Adorabant enim imagines Sanctorum. *Paulus Diaconus*.* [* lib. 23.]

Abstinebant à carnibus. Nam Constantinus accusatur, quòd coëgerit eos carnes edere. *Honorius.*

Et à vino. Epistola monasterii Benedicti ad Carolum: *Multi fratrum nostrorum, neque volatilia comedunt; neque vinum unquam, nisi quando de sancto calice bibunt.* Sed tamen anno Domini 757. Monachi Lindisfarnenses cœperunt bibere vinum; cùm prius aquam aut lac tantùm bibissent. *Balæus*.* [* Cent. 2. cap. 15.]

In monasteria etiam episcopi, ab officio suo recedentes, quasi pœnitentiam acturi, se-se abdiderunt. Sic Paulus, Constantinopoleos episcopus, ab Ecclesiâ se subduxit, & in monasterium Flori confugit, pro ficto peccato, quòd sacras imagines damnâsset, pœnitentiam acturus. *Zonaras, Paulus Diaconus*.* [* lib. 23.] Et Vcilicarius, Viennensis episcopus, in monasterium martyrum Agaunensium secessit. *Adon Viennensis*.* [* Ætate 6.]

Orabant pro animabus defunctorum; & nomina eorum etiam ad alia monasteria mittebant, ut itidem pro iis fratres orarent: ut patet *ex epistola Bonifacii ad Aldhertum abbatem.*

Certas hymnorum, & cantionum, & festorum formas, observabant. Unde THEODOMARUS, abbas Casinensis, in epistolâ ad Carolum, inquit: *Hymnos, qui secundum instituta beati patris nostri, per singula officia vel festivitates cantari debent, annexuimus.* Et duo monasteria, ad latera ecclesiæ Petri Romæ, laudes Deo canere, Adrianus instituit. *Martinus in Chronico.*

Ritus miraculosi, seu monstrosi. Johannitius, in monasterio Eriste, monastico habitu indutus, se includit in loco, qui vocatur Crirama; & se ligat catênâ sex ulnas longâ. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

Cœnobia lacrymis pœnitentiæ rigabantur, & lacerata verberibus terga cilicio tegebantur, hoc tempore. *Paulus Aemylius*.* [* lib. 2. de Gest. Franc]

Hunebertus, cuique loco & tempori, peculiares & proprias tribuit cæremonias; quasi in illis esset consummata justitia. *Balæus*.† [† Centur. 2 cap. 95]

Nulli fœminæ in cœnobium Fuldense patebat aditus; nisi soli Liebæ Anglicæ. *Balæus*.* [* Centur. 2 cap. 13.]

Lectisterniis caprinis utebantur: ut patet *ex epistolâ Bonifacii ad Huetbertum abbatem.*

VARII CASUS CIRCA Monasticen.

In monasteria sese etiam Reges, & Principes, & Nobiles, contulerunt. Sic Leo nobilis, in Casinense cœnobium, se cum bonis suis contulit. *Hostiensis*.* [* lib. 1. c. 31.] Et Carolomannus, frater Pipini, abdicato regno, Romæ in monte Seraphin cœnobium exstruxit, ibique vixit: & postea ad Casinum montem abiit. *Ivo in Chronico.* Tandem in Viennensi relegatus. *Blondus*,* [* Dec. 2. li. 1.] *Ranulphus*.† [† lib. 5. c. 20] Et Choret & Opha, Reges Anglorum, Romam veniunt, & in monachos tondentur: anno Domini 707. *Sigebertus. Beda*.† [† lib. 5. c. 20.] Rachis, monachus Romæ efficitur, ex hoste. *Sigebertus.* Multos nobiles & privatos, depositis armis, accipere tonsuram, & monasterialibus adscribi votis, apud Nordanymbros; *Beda** [* lib. 5. c. 24.] testatur. Ethelredus, Rex Merciorum, monachus fit, abdicato regno. *Polydorus*,† [† lib. 6.] & *Wilhelmus*.* [* lib. 1. c. 6.] Idem Ædilvvaldus facit: ut constat *ex ejus epistolâ ad Bonifacium.*

2.

Ceolredus, Rex Merciorum, & Ofredus, Rex Berniciorum, monasteria effregerunt, & Nonnas stuprarunt: ideoq; prior in furorem versus; alter regnum & vitam miserè perdidit. *Bonifacius in epistolâ ad Ethilbaldum.*

3.

Quidam etiam, abjecto habitu monastico, ad Reipub.

administrationem reversi sunt. Sic Rachisius, frater Aistulphi deserens monasterium, arma contra Desiderium capit, ad regnum occupandum. *Liber pontificalis, & Mutius.** [* lib. 7.]

4.

Isaacius quidam, qui fœminæ inserviebat monachæ, cum morbus eum invaderet, monasticum induit habitum: & dolor ei è vestigio mortem attulit. *Metaphrastes in vita Johannitii.*

5.

Apud Græcos & Latinos judicatur, quasi blasphemiam Deo irrogásset, qui cum velatâ & consecratâ Deo Nonnâ concubuisset: & qui, de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, reus inventus fuerit, ab omni gradu sacerdotii Dei prohibeatur. *Bonifacius in epistola ad Ethelbaldum Regem.*

6.

Ethelbaldus à Bonifacio & aliis episcopis Germanis objurgatur, quòd Sanctimoniales & Deo sacratas virgines stuprâsset. *Ibidem.*

7.

Warneharius abbas, pro amore Petri, loricâ sese induit; & dies noctesque in muris Romanis vigilavit; & pro eorum defensione & liberatione dimicavit. *Stephanus Papa in epistola ad Pipinum.*

8.

In gente Longobardorum, semel Deo voventes, & vestem fuscam, monachicum habitum, induentes, iterum retrorsum revertuntur; &, quod dici nefas est, seculares vestes circumferentes, illicito copulari matrimonio perhibentur. *Adrianus Papa in epistola ad Carolum.*

DE EREMITIS.

Etiam Eremitarum passim fit mentio. Ægidius in eremo, à Mediomatrico sex millibus distante, in antro vixit, lacte cervæ, & radicibus. *Antoninus.* *Vincentius.*† *Liber vitæ Crodegangi.** Et Gurias vitam anachoreticam suscepit. *Metaphrastes in vitâ Johannitii.* Sebaldus, apud Nurenbergam, in solitudine nemorum vitam exegit. *Schedelius.** Carolus Magnus in Constitutionibus suis dicit: Anachoretas monendos esse, quod melius ipsis sit, si in congregatione permaneant; quàm ut in solitudines recedant.

[* Tit. 14. c. 6. § 12. † lib. 23. c. 139. * lib. 11. * Ætate 6.]

Eremitæ pecuniam accipere recusabant; & homines ad monasteria condenda hortabantur: ut patet *ex historia Aegidii apud Antoninum.* Et certum tempus & ordinem in orationibus observabant: ut patet *ex vitâ Johannitii apud Metaphrasten.* Et incedebant nudis pedibus, obsiti pannis, & toti capillati, sub dio & sinè domo vivebant. *Ibidem.*

DE INCLUSIS.

Habdallam, omnes Monachos, inclusos, & Cionitas tributarios fecit. *Paulus Diaconus.** [* lib. 21.]

DE MORIBUS CHRISTIANORUM.

Quæ hactenus diximus, ad ritus propemodum Ecclesiasticos pertinent. Jam verò de communibus Christianorum virtutibus & vitiis quid dicemus? cùm satis constet, in Ecclesiâ bonas & malas arbores esse; quarum natura est, dispares ferre fructus. Itaque exempla, tum vitiorum, tum virtutum, primæ & secundæ tabulæ Decalogi passim leguntur.

Exempla Virtutum. ut: Confessionis. GREGORIUS II. nonnullorum Thuringorum constantiam laudat: quòd mori potius elegerint, quam fidem semel acceptam violare. *in epistolâ ad eosdem.** [* ... 2.]

Orationis & gratiarum-actionis. Sic Franci Christiani apud Haresburgum, contra Saxones defensi, Deum laudant, qui salvos faciat sperantes in se. *Regino.** Carolus Magnus, manè & vesperi, & nocturnis horis, impiger Ecclesiam frequentabat; & curabat, ut omnia, quæ ibi cà referebantur, cum decoro fierent. *Ursbergensis.* Et Pipinus, bellum contra Saracenos suscipiens, precabatur, ut id feliciter [* lib. 2.]

sibi & religioni Christianæ eveniret: & partâ victoria, Deo gratias cum suis agebat. *Aemylius.** [* lib. 1.]

Synagoga credentium rogat Dominum, ne impios suos magistratus ac proceres, ante punitionem extremi judicii, usque ad internecionem deleat. *Beda.** [* lib. 4. in Sam. cap. 4.]

Studium rerum sacrarum & aliarum artium. Carolus Magnus, inter cœnandum, curabat sibi legi libros Augustini de Civitate Dei, & historias. *Saxonia Crantzii.** [* lib. 2. c. 8.]

Et sanctificationis Sabbati. Inter Leges Bojorum hanc recitat AVENTINUS: † *Festo die Solis ... profanis negotiis abstineto.* Et CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis, anno 20. regni sui Aquisgrani factis, inquit: *Statuimus quoque secundùm quod & in lege Dominus præcepit; ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut & bonæ memoriæ Genitor meus, in suis Synodalibus edictis, mandavit: id est, quod nec viri ruralia opera exerceant, nec in vineâ colendâ, nec in campo arando, vel fœnum secando, vel sepem ponendo; nec in sylvis stirpare, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domus construere, nec hortum laborent; nec ad placita conveniant; nec venationes exerceant. Et tria carratia opera licet fieri in die dominico: id est, hostalia carra, vel victualia vel, si forte necesse erit, corpus cujuslibet ducere ad sepulcrum. Item fœminæ opera textrilia non faciant, nec capulent, vestitum non consuant, vel acupictile faciant, nec lanam carpere, nec linum battere, nec publice vestimenta lavare, nec verveces tondere habeant licitum: ut omnimodis honor & requies diei dominicæ servetur. Sed ad Missarum solennia ad ecclesias undique conveniant; & laudent Dominum in omnibus bonis, quæ nobis in illâ die fecit.* [† lib. 3.]

Reverentia erga Ministros Ecclesiæ. Sic Carolus consuluit Sacerdotes de bello: & de eorum voluntate, ne episcopatus & monasteria devastentur, pacem facit. *Regino.** Metensis Ecclesiæ amorem erga Sigibaldum episcopum, & mœrorem & luctum ob ejus mortem, & curam, ne aliquem mercenarium sortiantur episcopum, celebrat prolixè *Autor vitæ Crodegangi.*† Justinianus Constantinum Papam gloriâ Apostolicâ dignâ honorat. *Sigebertus anno Domini 710.* Pipinus Stephano Papæ obviam procedit & de equo descendens frenum apprehendit, & Pontificem in palatium suum ducit. *Martinus in Chronico.* Carolus Leonem Româ expulsum restituit, & motus illos compescit anno Domini 800. *Sigebertus.* Galliæ & Franciæ populum, Bonifacio bene præcipienti sedulò obtemperâsse, Zacharias Papa testatur, in epistolâ ad eosdem: *apud Aventinum.** Thassilonus Dux Bojariæ, nihil egit sinè consilio Vergilii Saleburgensis episcopi, & Arbonis Fruxinensis. *Aventinus* † Romani & Longobardi defensionem susceperunt Gregorii II. Pontificis, contra vim ab Eutičio, Imperatoris nomine, intentatam. *Liber pontificalis.* Comitibus, Judicibus, reliquoque Populo expedit, ut suis sint episcopis consentientes & obedientes, propter Dei amorem, suique gradûs honorem: & semper ab eis utile quærant auxilium, illorumque salubria non spernant monita; sed intentâ cordis aure audiant. Similiter verò & Episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant: & sic sese mutuis studeant sublevare consolationibus. *Turonensis Synodus.*† [* lib. 2. † cap. 5. * lib. 3. † lib. eod. † cap. 33.]

Honor parentum. Carolus Magnus matrem suam summâ pietate coluit: liberos utriusque sexûs literis erudiri curavit. *Saxonia Crantzii.** [* lib. 2. c. 9.]

Parentes in liberorum educatione diligentes & solertes erant. Nam Carolus Magnus sedulò curavit; ut liberi, & nepotes sui masculi, studio disciplinarum essent occupati; & fœminæ lanificio & aliis mulieribus officiis: ac utrosque pietate & sanctimoniâ insignibus viris & fœminis, erudiendos & instruendos in religione sacrâ tradidit. *Mutius in Chronico Germaniæ* † [† lib. 8.]

Gerebant & ipsi Christiani magistratum, & munera politica obibant, etiam apud infideles. Sic apud Agarenos vectigalium codices, ob calculationis peritiam, quam Agareni ignorabant. *Zonaras* † & *Paulus Diaconus.** [† Tomo 3. * lib. 21.]

Diligentia magistratus in administratione Reipublicæ.

Asper-

Aripertus, Longobardorum Rex, vir pius, misericors & justus, aliâ veste indutus, [illegible] per regnum suum vagari, & de singulis rebus inquirere, & observare quo pacto jus suis subditis singuli [illegible] rectè administrarent. Alfredus extul literis operâ navavit, indéque doctissimus evasit. Fratre mortuo, regnum adeptus, i[illegible] astanim ab hostibus, bonis artibus & singulari studio pacis instauravit: & per annos 19. sine armorum [illegible] prudentiâ pacatum tranquillumque præstitit. *Polydorus.**

* lib. 4.

B Magistratui subjecti erant, eosque honorabant. Sic Luitprando munuscula, xenia, & benedictiones Ecclesiarum, offerebant Pentapolitani. *Paulus Diaconus* † Vexilla, & imagines Imperatorum, in civitates & provincias missas, cereis & suffimentis odoratis excipere solitos esse subditos, Theodosius narrat, *in actione 1. Nicænæ II.*

† lib. 6. Longob. c. 55.

Justitia in puniendis sceleratis. Carolus, & Carolomannus, & Pipinus, prius animadverterunt in facinorosos Sacerdotes, quàm arma contra Saracenos sumserunt. *Hedio.**

* lib. 6. c. 9.

C Se-ie contra latrones, & Christianæ fidei hostes egregiè tutabantur. Sic Bulgares, 32000. Saracenorum sternunt. *Blondus* †

† Dec. 2. li. 10

Et de bellis & victoriis Germani solebant rhythmos componere, eosque cantare. Nam Carolus Magnus hujusmodi aliquot colligi, & literis mandari curavit. *Chronicon Holsatiæ.**

* lib. 2.

Misericordia & mansuetudo. Carolus Magnus, In condonandis injuriis sibi illatis, placidus & promtus fuit: *teste Johanne Arelatensi, in præfatione Synodi.** Cenulphus Regem Egbrittum, misericordiâ motus, dimittit. D *Wilhelmus.*†

* Tomo 2. Concil.
† lib. 1. de Angliæ, cap. 77.

Concordiæ studium. Erant, qui conabantur inter Carolum Magnum, & fratrem ejus, intestina odia excitare: sed illi eâ erant præditi modestiâ; ut ab armis invicem sibi temperarent, & instigatoribus illis reluctarentur. *Crantzius in Saxonia* *

* lib. 2. c. 3.

Omnes homines, & maximè Christiani, studeant inter se pacem, unanimitatem & concordiam, habere; odium verò & discordiam longè à se propellere: neque pro terreno & caduco quæstu quis, invidiæ stimulis agitatus, felicitati E fratris invideat, sed potiùs bona, quæ sibi optat, eadem Proximis æqualiter cupiat. *Turonensis Synodus.**

* cap. 32.

Amicitia. Amicum & Amelium ita mutuo amore conjunctos fuisse, narrat *Vincentius*. † ut Amicus, pro Amelio, cum hoste ejus Harderico congressus sit, eumque interfecerit; & apud uxorem ejus dormiens, fidem servârit; &, pro eo leproso curando, liberos suos interfecerit. *Antoninus** putat fabulam esse, cùm ab aliis Historicis nō sit assignata: & parricidium, & monomachiam, contra F Dei Leges & Canones, esse, asserit.

† lib. 23. cap. 164. & 166.
* Tit. 14. c. 8 § 3.

In egenos & pauperes erant liberales & benefici. Carolus Magnus, non solùm in regno suo pauperibus prospexit; sed etiam in Ægyptum, in Syriam, in Africam, eleemosynas misit. Anno Domini 790. *Sigebertus, Crantzius in Saxonia.** Et Regibus transmarinis pauperes commendavit. *Mutius.*† In mensâ Caroli Nobiles, & Monachi, & Canonici, splendidè solebant epulari: humi verò decumbentes duodecim pauperes, vestimi sordido, tenui victu pascebantur. Aigolandus, Afrorum Dux, sciscitatus ejus G rei causam, cùm intellexisset, duodecim illos Apostolorum referre typum, qui fuissent nuntii magni Dei; respondit: Abi sis cum tuâ pietate: ita'ne Deū honoras, cum aliis lautissimè refectis, ut nuntios Dei contemtui & ludibrio habeas? Hac exprobratione effecit, ut Carolus illos bis senos pauperes honestius vestiret, & lautiùs tractaret. *Sabellicus.** *ex Turpino Remensi.* Carolus, à quodam admonitus, ne cuilibet petenti, præsertim indignis benefaceret; respondit: Quâ charitate nos [illegible] hactenus pater cœlestis; ad cujus legem nos collati, sumus ipsi imperitias & in- H justitia, latrones & fures? *Mutius.** Cùm [illegible], post orationem, lectionem, psalmorum studia completa, carnis curam reficiendo agere disposuimus; pauperibus quoque & peregrinis partem dare meminerimus. *Beda.**

* lib. 2. c. 8.
† lib. 8.
Ennead. 8 lib. 8.
* lib. 8.
* lib. 3 in [illegible]

Pu[illegible] verò [illegible] non ferebant. Unde Carolus Magnus in Constitutionibus imperat, ut pauperes, in plateis aut quadriviis jacentes, [illegible] alant. Ac in alio loco inquit. *De mendicis, qui per patrias discurrunt, volumus: ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem, de beneficio, aut de propria familia, enutriat, & non per mittat, alicubi ire mendicando: & ubi tales inventi fuerint, nisi manibus laborent, nullus eis quis quam tribuere præsumat.*

B Liberalitas erga cognatos & domesticos. *Turonensis Synodus:* † Unusquisque omni tempore suam familiam, & inopes ad se pertinentes, alat.

† cap. 36.

Liberalitas in studiosos & professores artium. Nam refert *Mutius*,* & constat ex vitâ Caroli Magni, quòd viris doctis, & liberalium artium magistris, honesta stipendia dederit, eosq; in honore habuerit.

* lib. 8.

Pudicitia. Budâ urbe expugnata a Carolo Magno, matronarum servata est pudicitia, nulla vis cuiquam illata. *Bonfinius.*† Amelius cohabitavit conjugi Amici, nec tamen contra pudorem quicquam [illegible] it: si vera sunt, quæ de C eo narrant *Vincentius.** *Antoninus* †

† Dec. 3. li. 9.
* lib. 23. c. 104.
† Tit. 14. c. 8. § 3.

Sobrietas. Carolus jejuniis, etiam cum periculo valetudinis, corpus suum exercuit. *Mutius.** In cibo & potu adeò fuit temperans; ut rarò in cœnâ plùs, quam ter, biberet. *Crantzius in Saxonia.*† Ebrietatem, crapulam, fideles sectari non debent. *Synodus Turonensis* *

* lib. 8.
† lib. 2. c. 8
* cap. 48.

Conjugium magni faciebant. Cùm Carolus Magnus vidisset, Eginardum, epistolarum magistrum, noctu a filia suâ, ex humeris pendentem, per nivem bajulari, ne manè quis alia, quam mulieris vestigia, in cubiculi gynæcei de- D prehendere posset: in Principum coronâ, dissimulato nomine, proposuit facinus; & collegit sententias de pœnis. Ac cùm audiisset, omnes supplicio illos adjudicare, Eginardum & filiam suam adduci jussit, & dixit Eginardo: Do tibi portatricem tuam in legitimam conjugem, cujus te amore video esse captum. *Jacobus Curio.*†

† lib. 2. Chronol.

Justitia in contractibus. *Synodus Turonica* * mandat, ut mensuræ & justa pondera ubique habeantur.

* cap. 45.

¶ Exempla vitiorum. Ut sunt: Defectiones à fide. Saxones aliquoties religionem & fidem Christi abjecerunt. E *Regino.*† Saxones, secundùm consuetudinem, promissionem suam, de Christianitate & fidelitate Regis tenendâ, irritam fecerunt: anno Domini 795. *Idem, & Sigebertus.*

† lib. 2.

Consuetudines ethnicæ & idololatricæ. Affirmant Bavari, se vidisse annis singulis in Romanâ urbe, & juxta ecclesiam S. Petri, in die vel nocte, quando Calendæ Januarii intrant, Paganorum consuetudine, choros ducere per plateas, & acclamationes ritu Gentilium; & cantationes sacrilegas celebrare; & mensas illâ die vel nocte dapibus onerare: & nullum de domo suâ ignem, vel fer- F ramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle. Dicunt quoque, se vidisse ibi mulieres, pagano ritu, phylacteria & ligaturas, in brachiis & in cruribus ligatas habere; & publicè ad vendendum venales, ad comparandum aliis, offerre. *Bonifacius, in epistolâ ad Zachariam.** Et SYNODUS Turonica: † *Admoneant Sacerdotes fideles populos; ut noverint, magicas artes incantationesq., quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis, quicquam mederi: non ligaturas ossium vel herbarum, cuiquam mor- G talium adhibitas, prodesse: sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.* Cocloarios, [illegible] maleficos, incantatores & incantatrices, fieri vetat *Carolus*, in Constitutionibus Aquisgrani, ex Synodo Laodiceni.

* Tomo 2. Concil.
† cap. 42.

Superstitiones in colendis & adorandis Sanctis mortuis, & reliquiis con[illegible] loco [illegible] ctum est. Corruentes & dolentes solebant dicere: Dei genitrix juva me. *Paulus Diaconus.** Et cives Constantinopolitani imaginem Mariæ circumtulerunt in obsidione, in tutelam con- H tra Saracenos. *Vincentius.** Mulier gravi[illegible] in naufragio Mariam Magdalenam invocat; eique [illegible] ovet fœtum, [illegible] vetus: quod debeat fieri monachus Vi[illegible]. *Vincentius.*† Carolus Magnus [illegible] Pannon[illegible] Martinum in- vocat; ac petit, se natale solum patri [illegible] semper bellorum

* lib. 22.
* lib. 22. cap. 147.
† lib. eod. cap. 133.

esse arcam & barbararum gentium ludibrium. *Bonfinius.* Consuetudinem colendi imagines, omnium regionum [illegible] imas urbes observare. *Germanus dicit, in epistolâ ad Thomam episcopum* † Edessæ imaginem adorari. *Leo testatur in actione 5. Nicæna II.*

In cibis. Nam GREGORIUS III. præcipit, ne quid in cibis immundum judicetur; nisi simulacris falsorum deorum immolatum: & ne auguria, somnia, incantationes, & dies observentur: *in epistolâ ad [illegible]. Aventinus.** Eadem Carolomannus prohibet in edicto suo. unde apparet, ejusmodi vitia in Galliis, & apud Francos, frequentia fuisse.

Abusus nominis divini. TURONENSIS Synodus † *Omnes homines admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suæ assertionis nomen Domini in vanum assumant.*

Perjurium. CAROLUS Magnus in Constitutionibus: *Omnes admonendi sunt, ut caveant perjurium, non solum in S. Evangelio, vel in altari, seu in Sanctorum reliquiis, sed & in communi loquela. Sunt alii, qui per charitatem & veritatem jurant, & cavent sibi à juramento nominis Dei: & nesciunt, quia idem est Deus quod est charitas & veritas.*

Contemtus & afflictio Ministrorum verbi. Paschalis, & socii ejus, Leonem, qui dissuadebat populo, ne seditiosè contra Irenem Imperatricem agerent, miserè affligunt. *Antoninus.* Ptolemæus Lucensis in Rudimento, Urspergensis in Chronico.*

Sabbati profanatio. SYNODUS Cabillonensis.† *Dies dominici observatio & veneratio plurimùm negligitur. Unde oportet, ut authentica constitutione illius diei observatio, juxta imperium Domini Imperatoris, firmetur.* BEDA. † *Descendunt & hodie nonnulli, relictâ altitudine verbi Dei, ad quod audiendum ascendere debuerant; auscultantq; fabulis secularibus, ac doctrinis dæmoniorum: & legendo Dialecticos Rhetores, Poetasq; Gentilium, ad exercendum ingenium terrestre; quasi ad fabros Philistiim, pro exacuendis sylvestris sive ruralis culturæ ferramentis, inermes, hoc est, spiritualis scientia privati, conveniunt.* Idem: * *Quid ergo, fratres mei, quid putamus faceret Dominus; si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos: qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes in templo vidit, & eliminare festinavit? Has propter illos diximus, qui Ecclesiam ingressi, non solùm intentionem orandi negligunt; verùm etiam ea, pro quibus orare debuerant, augent: insuper & arguentes se, pro hujusmodi stultitiâ, conviciis odiisq;, vel etiam detractionibus, insequuntur: addentes videlicet peccata peccatis; & quasi funem sibi longissimum incaute, eorum augmentatione, texentes; nec timentes, ex eo districti Judicis examinatione damnari. Nam hoc quidem in sancto Evangelio legimus, quod veniens in templum Dominus, hujusmodi negotiatores ejecerit: nunc videlicet, id est, tertio ante passionem suam anno, sicut ex hujus Evangelistæ sequentibus scriptis agnoscimus; & ipso, quo passus est, anno, cùm ante dies quinque Paschæ, sedens in asino, Hierosolymam venisset. Sed hoc idem eum in templo sanctæ Ecclesiæ, & examine quotidianæ visitationis, agere; omnis, qui rectè sapit, intelligit. Unde multùm tremenda sunt hæc, dilectissimi, & digno expavescenda timore: sedulâq; præcavendum industria; ne veniens improvisùm, perversum quid in nobis, unde meritò flagellari ac de Ecclesiâ ejici debeamus, inveniat: & maximè in illâ, quæ specialiter domus orationis vocatur, observandum, ne quid ineptum geramus.*

Magistratuum injustitia. Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos piè & misericorditer agant; nec eos, qualibet injustâ occasione, condemnent; non vi opprimant; non illorum substantiolas injustè tollant: nec ipsa debita, quæ à subditis reddenda sunt, impiè ac crudeliter exigantur. *Synodus Turonensis.**

Crudelitas. Constantinus Imperator in deliciis habuit, levi de causâ, excæcare suos ministros: quare & ipse postea à matre oculis privatus est. *Paulus Diaconus, & Blondus.*†

Contemtus magistratûs. Populus Francorum Hildericum ignavum Regem, floccifacere [illegible] contumeliis [illegible] temperatum est. [illegible] umbratilem [illegible] [illegible] alius puerorum regem [illegible] eum [illegible] abant.

*Aventinus.** Et constitutum [illegible] removent, & in monasterium abducunt [illegible].†

Seditiones. Si Saxones quidem contra Carolum rebellant juramentum & datam fidem violentes. *Regino.** Thrasymundus Pharoaldum patrem suum [illegible] optimit, & regnum occupat. *Paulus Diaconus* † Idem Hilderico rebellat. *Ibidem.** Nordlindi, Judices suos interficiunt. *Regino* † Itali & Romani consultant, de [illegible] colligend[illegible], & Constantinopoli occupandâ, & Leone ab imperio dejiciendo. *Antoninus.** Austrasii, autore Harderico, conjurant adversus Carolum: anno 7[illegible]8. *Sigebertus.* Populus Romanus numismata Philippici Imperatoris accipere recusavit: & Pontifex vetuit, ne quis imaginem aut nomen ejus, vel in chartis, aut figuris solidis, acciperet. *Martinus in Chronico.* Hunoldus contra Carolum seditionem meditatus est. *Annales Francorum.* Et Romani, à Pontificibus excitati, à Leonis Isauri Imperatoris fide deficiunt. *Blondus.*† & *Paulus Diaconus.* Et Constantinopoli plebs, in magnâ ecclesiâ congressa, Constantinum damnat; & Artabaldam laudat, Patriarchâ id approbante. *Zonaras,** & *Paulus Diaconus.*† Ethelbaldum, tranquillè regnantem, post annos 40. subditi perfidè interficiunt. *Polydorus.** Anastasii Duces, ad Alexandriam oppugnãdam, novo imperatore creato, omnem vim in Anastasium vertunt. *Paulus Diaconus & Sabellicus.**

Proditiones. Cajanus, Avarorum Rex, corruptus pecuniâ à Leone, Justinianum hospitem suum prodere instituebat: anno Domini 703. *Sigebertus.* Ganelo, legatus Caroli, pecuniâ corruptus, Marsilio Saraceno Francorum aciem prodidit; in quâ Rolandus, & alii illustres viri, perierunt. Quare comprehensus, Aquisgranum ducitur; & manibus & pedibus, equis quatuor alligatus, distrahitur. *Gaguinus.** *Sabellicus.*†

Ἀστοργία. Irene Constantinum filium suum capit; & imperio & oculis eum, & filios ejus, crudeliter privat: anno 789. *Sigebertus, Blondus.** Plectrudis noverca Carolo insidiatur: sed ille cùm effugisset, non est ultus injuriam; sed eam, ut genitricem, veneratus est. *Blondus.*† Luitprandus consanguineum suum, de insidiis accusatum, interfecit. *Crantzius in Daniâ, & Blondus.* Meretrices, moniales, & seculares, malè conceptas soboles in peccatis gignentes, occidere magnâ ex parte; & tumulos corporibus, & infernis animabus satiare *Bonifacius* queritur, *in epistolâ ad Ethelbaldum Angliæ Regem.* Aurelius, Hispaniæ Rex, fratrem suum Phroilam dolo necat; & solus regnum occupat. *Chronicon Phrygionis, & Rasius.** Gotfridus, Rex Daniæ, interficitur à suo filio, propter repudium matri missum, & nuptias alterius conjugis. *Mutius.*†

Amelius, ab angelo, seu potiùs diabolo, jussus, interficit filios suos; & sanguine eorum conspergit Amicum leprosum. *Vincentius,** *Antoninus autem* † fabulam esse putat.

Perfidia. Nauferus, Aquitaniæ Dux, cum Pipino in gratiam rediit, fidemque dedit, obsidione cinctus. Sed postea, cùm Pipinus copias in remotiora loca abduxisset, ille à fide datâ recedens, regnum Franciæ invasit, & igni ferroque & prædis omnia depopulatus est. *Blondus.** & *Sabellicus* † Thassilonus à fide Caroli Magni recedit, & juramentum violat, vi sibi id extortum esse dicens: & secum Hunis & Avaribus conjungit. *Aventinus.** Eudo, Dux Aquitaniæ, fidem Marcello datam violat. *Aventinus* †

Dissidia. Lytopyrga, uxor Thassiloni, exasperat mariti animum adversùs Carolum, per assentatores aulicos. *Aventinus.**

Invidentia mulierum. Mortuo Carolomanno, fratre Caroli, Bertha uxor ejus, præ nimiâ invidiâ, quâ flagrabat adversùs Hildegardam, Caroli conjugem, Andoarii consilio, unà cum liberis ad Desiderium in Italiam profugit; sperans fore, ut Longobardorum viribus, ab Adriano Pontifice filii sui Reges Galliæ constituantur: eoque modo bellum inter Francos & Longobardos conficit. *Bergomas* * *Blondus* † *Crantzius.**

Impia [illegible] hortatur Bonifacium ut doceat Germanos, ne a[illegible] pestem fugiant, quasi e manu Dei qui[illegible] effugere queant. *apud Naucler um.* *

Desertio conjugii, propter superstitionem. Thesia, uxor Rac[illegible] Regis Longobardorum, monialem [illegible] itam suscipit. *Leo Hostiensis.*

Polygamia. Pipinus, pater Caroli Martelli, Blitrude priore conjuge rejectâ, duxit Halphe[i]dam uxorem. *Marianus Scotus. Aventinus* * Gentem Anglorum, spretis legalibus [c]onnubiis, adulterando & luxuriando, instar Sodomiticæ gentis, fœdam duxisse vitam; Bonifacius, in epistolâ ad Regem Anglorum, testatur: *apud Antoninum.* *

Henricus Erfordiensis, * & *Hedio*, * Bonifacium hæc ad Ethelbaldum Regem scripsisse referunt: *Audivimus, quòd legitimum matrimonium spernis, & in adulterio, & cum sanctimonialibus voluptuaris: præterea, quod Optimates pene omnes gentis Merciorum, tuo exemplo, legitimas uxores deserant, & adulteras & sanctimoniales constuprent.* Simile exstat de Anglis præconium, *in Distinct. 56. c. Si gens Anglorum.* Et *in epistola Bonifacii, ad Egbertum archiepiscopum.* Et *in epistolâ ad Herefrithum presbyterum,* idem inquit: *Opprobrium gentis nostræ patimur, sive a Christianis, sive a Paganis, dicentibus, quòd gens Anglorum, spreto more cæterarum gentium, & despecto Apostolico præcepto, imo Dei constitutione, legitimas uxores dedignetur habere; & hinnientium equorum consuetudine, vel rudentium asinorum more, luxuriando & adulterando, omnia turpiter fœdet & confundat.* Carolus Magnus, Desiderii Regis Longobardorum filiam, uxorem duxit, & post annum repudiavit. Causam justam fuisse scribunt; sed nullam audio. Item tres concubinas habuit. *Mutius in Chronico Germaniæ*, * *Aemilius.* * Constantinus uxorem suam Mariam in monasterium recondidit, & cubicularium ejus Theodorā duxit. *Platina in Adriano, & Paulus Diaconus.* Constantinus Copronymus tres uxores habuit. *Zonaras*, * & *Paulus Diaconus.* * Apparet etiam ex epistola *Gregorii* ad Bonifacium, Saxones duas simul habere solitos uxores.

Incestus. Quidam viduam consobrini sui duxit, jactitās de Pontificis Romani dispensatione. *Bonifacius in epistola ad Zachariam, apud Nauclerum* * Grimoldus, Dux Bavariæ, fratris sui defuncti uxorem duxit. *Aventinus.* *

Libidines. BONIFACIUS, in epistolâ ad Ethelbaldum inquit: *Una mala æstimationis fama, de vita pietatis vestræ, ad auditum nostrum pervenit: quâ auditâ contristati sumus, & illam optamus non fuisse veram. Multis enim narrantibus, compertum est nobis, quod nunquam legitimam in matrimonium uxorem duxisses. Et adhuc, quod pejus est, qui nobis narrāt adjiciunt, quod hoc scelus ignominiæ, maximè cum sanctis monialibus, & sacratis Deo virginibus per monasteria commissum sit.* Et postea: *Hispaniæ provincia, & Burgundionum populi, sic a Deo recedentes fornicati sunt, donec judex omnipotens talium criminū ultrices pœnas, per ignorantiā Legis Dei, & per Saracenos, venire & sævire permisit.* Rodericus, Gothorum Rex, Juliani Legati sui filiam stuprat. Quod Julianus adeò immoderatè fert, ut Mauros contra eum concitet: cum quibus ille congressus, in acie cadit. *Rittius*, * & *Johannes Magnus.* * Vitiza nullū genus libidinis intentatum reliquit: & tam clericis, quam laicis, licentiā dedit, ut mulieres, quot vellent, ducendi. Hoc factum est, ut omnis castitas & honestas proscripta, & Gothorum fortitudo enervata, & regnum perditum sit. *Johannes Magnus* *

Immundicies in victu. Nã Germanos, caballos, tū agrestes, tū domesticos, comedere, Gregorius III. ad Bonifaciū reprehendit; & abrogare jubet. *Nauclerus.* * & *Funccius.* *

Ebrietas. Ebrietatem & crapulam, pro re nullius momenti haberi a plerisq; queritur *Synodus Turonensis.* * Nunc quidem innumeros adeò comessationi & ebrietati, emtioni & venditioni, cæterisq; Mundi rebus, inhærere videmus: ut palàm, districti Judicis iram eos provocare, non lateat. *Beda.* *

Sacrilegia. Franci, res sacras ecclesiarum, ad usus suos redegerunt. *Ado.* * Idem [illegible] L[illegible]nenses & [V]iennenses fecerunt: adeò ut non posset [illegible] alii episcopi. Nonas & decimas de rebus ecclesiasticis subtrahi, unde clericis stipendia solvi, & luminaria emi solebant, queritur *Synodus Turonensis.* *

Mendacia. [illegible] cùm [illegible] artam, ad [illegible] fin[illegible] sibi ab uxore paratum [illegible] ve[illegible] quod ipse tamen [illegible] ibo[illegible] rat. *Ignatius, in vitâ [illegible]*

Affectata ignorantia. Ille servus [illegible] voluntatem Domini [illegible], & non præparavit [illegible] secundū voluntatem ejus, vapulabit multis. [illegible] sententiam male intelligentes, no[illegible] quid faciant, & quasi minus se vapulaturos existimātes, nesciant, quod operari debuerant. Sed aliud est nescisse, [illegible] est, [illegible] no[illegible]. *Beda.* *

Fraudes. Desiderius, Rex Longobardorum, simulans orandi pietatem, Romam [illegible] multos capit & [illegible] cat: anno Domini [illegible]69. *Sig[eb]ertus*

Offa, Rex Merciorum, [illegible] generum suum, instinctu uxoris, interfici per insidias curat, ejusq; regnum occupat. *Polydorus* * Frater Car[illegible], quas promiserat copias contra Hunoldum Aquitaniæ ducem non præstat. *Aventinus.* * Quidā Tiberius in Thu[illegible] vendicat Imperatorē, & multos adigit ad juramentum [illegible] ndum de obedientia: sed Gregorius II. m[illegible] eum occidit, & caput præcisum Constantinopolim mittitur. *Liber pontificalis.*

Violatio juramenti. Populus Constantinopolitanus scriptum juramentum deponit, quòd solum Constantinum velit Imperatorē agnoscere. Sed postea jurat Irenæ, quòd non velit eum habere Imperatorem: & paulò post, iterū Irene repudiatâ, Constantino jurant: atq; ità, per reciprocam jurationem, perjuriū committunt. *Paulus Diaconus.* * Thassilo, Pipino, & filiis ejus, jusjurandum datum fallit. *Regino.* * Et Saxones, postpositis sacramentis, in Franciam irruunt. *Regino.* *

Excusatio a malis exēplis. Alemannos, Bavaros, & Frācos, suorū scelerū prætendere Romanorum exempla, Bonifacius in epistolâ ad Zachariam indicat: *apud Nauclerū.* *

RITUS INAUGURANdi Imperatores

ANno 28. imperii sui, Constantinus Imperator coronavit Eudoxiā suam; cùm esset trigamus, & hæc esset tertia conjunx; in tribunali decem & novem accubituum: Calendis Aprilis. Filios suos, ex ipsâ creatos, Christophorum scilicet & Nicephorum, posterâ die, quâ sanctum celebratum est Pascha, Cæsares ordinavit; Patriarchâ orationem faciente, & Imperatoribus chlamydes & cæsaritias imponentibus galeas. Pari modo & Nicetę, novissimo fratri eorū, nobilissimo facto, superposuit ei chlamydem, & auream coronam: & ità processerunt, jactantibus Imperatoribus hypatiam, & trimissia, & hemissia, & numismata nova, usque ad magnam ecclesiam. *Paulus Diaconus.* * Thematum Principes, commoti omnes, ingressi sunt cum multitudine populi copiosa, petentes Constantinum filium Imperatorem. At ille, ut moris est Principibus, renunciavit eis: Filius est, inquit, meus unicus mihi. & idcirco vereor hoc facere, ne fortè contingat mihi, quod humanum est; &, cùm adhuc sit parvulus, morti eum tradatis, & alium promoveatis. At illi cum juramentis se profitebantur illi satisfacturos: neminem regnaturum præter filium ejus; etiamsi mori eum Deus voluisset. Hoc autem à dominicâ die, [qu]ā Palmarum solennitas agitur, usque ad quintam feriā hebdomadæ majoris, populo in hippodromo coacervato petente, sanctâ Parasceve jussit jurare illos. Et juravit omnis populus, in honorandis & vivificis lignis, tam scilicet ex Thematibus & Senatu, quam eti[am] exterioribus ordinibus, & civibus omnibus, & [e]rgasteriacis, Imperatorem non admittendi, excepto Leone seu Constantino, ac semine ipsorum: & fecerunt [scripta] ipsi, quemadmodum juraverunt pro[illegible]. Et in crastino sabbato sancto exivit Imperator in tribunalibus decē & novem accubitum; & provexit nobilissimum Eudoxiæ fratrē suum, nam Anthimum vivens pater ejus provexerat. Et processit Imperator cum reliquis Cæsaribus, & tribus Nobilissimis ac novo Constantino, ad magnam Ecclesiam: & mutato indumento, sicut Imperatoribus moris est, ambonem ascendit, cum filio suo simul & Patriarcha: & ingressi omnis populus, posuerunt scripta sua in mensâ sanctâ. Tunc Imperator allocut[us] est populū sic. En fratres, petitiones ve-

A ſtras adimpleor, & dono vol[illegible] menni Imperato c . [illegible] ab Eccleſiâ de manu Chriſti ſuſcipite. At i[illegible] venunt voce magnâ, dicentes: Fidejuſſor noſter eſto, fili Dei, quomodo de manu Chriſti ſuſcipimus Dominum Conſtantinum Imperatorem, ad cuſtodiendum eum, & commoriendum pro eo. Et in craſtinũ, quando videlicet magnus & dominicus dies Paſchæ celebratus eſt, VIII. Calendas Maii XIV. Indictione, auroræ crepuſculo, exiente Imperatore una cum Patriarchâ in hippodromum delato altari, omni populo contemplante, Patriarcha fecit orationem & coronavit Imperatorem filium ſuum: & ità proceſſit ad magnam Eccleſiam uterq; Imperator, cum duobus Cæſaribus, & tribus Nobiliſsimis. Proceſsit autem & Imperatrix Eirene; cum præceſſiſſent Imperatores, receptis obſequentibus per ſcholas auteſatiu: & aſſcendentibus per æneæ portæ aſſcenſum in Catechumeni eccleſiam; non exiens in plateam Emboni. *Paulus Diaconus*.* *Zonaras*.* Solennibus precibus a Patriarchâ peractis, in ipſa Paſchatis dominicâ, Leo Copronymus Conſtantinum filium ſuum Imperatorem coronavit. C

* lib. 23.
* Tomo 3.

Et Imperatrices.

Octavâ Calendas Januarii, Maria, uxor Leonis coronata eſt in triclinio Auguſta: & proceſsit ſola cum ſolenni obſequi ſinè viro, ad magnam eccleſiam: & oratione ante ingreſſum altaris effusâ, tranſiit ad baptiſterium magnũ, viro ejus jã cũ paucis familiarib. ingreſſo. *Paulus Diacon*.*

* lib. 21.

Et Reges.

Pipinus, Rex Francorum, ſecundùm Romani Pontificis ſanctionem, Rex appellatus eſt: & ad hujus dignitatem honoris, unctus ſacrâ unctione, manu Bonifacii archiepiſcopi & martyris, & more Francorum elevatus in ſolium regni, Sueſſonum civitate. *Aimonius*.* Longobardi Hildebrandum in baſilicâ Mariæ creant regem, eiq; de more contum in manus tradunt: in cujus ſummitatem ſe-ſe circulus advolans collocat, principatum ejus inutilem fore portendens. *Paulus Diaconus*.* D

* lib. 4. cap. 21.
* lib. 6. cap. 16.

RITUS ADORANDI ANtichriſtum. Romanum Pontificem.

REges & Principes ſe-ſe humilitare coram Romanis Antichriſtis cœperunt; eosq; ut deos adorare, & pedes eorum exoſculari. Nam Juſtinianum Imperatorem pedes Conſtantini, Papæ Romani, Nicomediæ, populo adſpectante, oſculatum eſſe, ac utroſq; in mutuos complexus corruiſſe, *Liber Pontificalis in vitâ ejus refert.* E

RITUS CIRCA JUSJUrandum.

JUramenta, in eccleſiaſticis rebus, ad altare præſtari plerunque ſolebant, aut ad reliquias Sanctorum. Ravennæ, fideliſsimi atque ſeniores, teſtes annorum plus-minùs centum, teſtificati ſunt ſuper altari, in eccleſiâ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, in loco quidem verè-bono, coram ſancto Euangelio Chriſti, in præſentiâ miſſorum Caroli Regis; Romanam Eccleſiam nondum accepiſſe patrimonium Petri in integro, apud Ravennateneſes. *Adrianus, in epiſtolâ ad Carolum.* Thaſsilo, ſuper corpus Dionyſii, Germani, Martini & Ruſtici, Pipino jurat. *Regino*.* Proceres Romani & Franci, fidem ſibi invicem, tacta Apoſtolorum arâ, confirmabant. *Aemilius*,* *Aventinus*.* Et Bonifacius, manum ſuam Petri corpori imponens, jurat Papæ. *Aventinus*.* Et Carolus Magnus in Conſtitutionibus ſanxit; ut jejuni jurent, cum omni honeſtate & timore Dei: & parvulos vetat ad jusjurandum admitti; & ſemel pejerantes a teſtimonio dicendo excludit. Formam ſacramenti fidelitatis, CAROLUS ibidem iis verbis præſcribit: *Promitto ego ille, partibus Domini mei Caroli Regis, & filiorum ejus, quia fidelis ſum, & ero, diebus vitæ meæ, ſine fraude & malo ingenio.* Idem in Conſtitutionibus Ripuarenſium inquit: *Omne ſacramentum in eccleſia, aut ſupra reliquias jureiur. Et, quod in eccleſia jurandum eſt, vel cum 6 electis, vel 12. eſſe debent, quales potuerit invenire. Sic illum Deus adjuvet, & Sancti, quorum iſta reli[illegible]unt; ut veritatem dicit.* F G H

* lib. 2.
* lib. 2.
* lib. 3.
* lib. eod.

CAPUT VII.

DE POLITIA ET GUbernatione Eccleſiæ.

QUi hoc ſeculo ad Eccleſiarum gubernacula ſederunt, non omnes doctrinâ, pietate, zelo, conſtantia, fide & induſtriâ, pares fuerunt: ut conſtat ex vitis eorum, quas ſuo loco deſcribimus. Nam, etſi in quibuſdam monaſteriis unde ſolebant plerumq; Eccleſiarum miniſtri peti, homines eruditi erant: tamen ceremoniarum coacervatione, & Philoſophiæ ſtudio, & aliis rebus nimis onerati, in vera & purâ doctrinâ parum profecerunt: & corruptelis veteris doctrinæ, atq; fermento humanarum traditionum, dementati, ac ſplendore & pompâ illâ externâ faſcinati; propemodum tantum præcones & architectos rituum novorũ. Qui ad munus eccleſiaſticum acceſſerunt, egerunt, verâ cura animarum neglectâ: de quâ nihil, præter inania ſomnia, in monaſteriis conceperunt; ab ipsâ praxi & uſu exercitioque longè remoti.

Illum verò Antichriſti characterem pleriq; omnes, præcipuè verò in Eccleſiis ad Occidentem, præ ſe tulerunt; ut a nuptiis, tanquam à vitæ genere planè ſacerdotibus interdicto, abſtinerent: & cœlibatum quidem ore profitentes; nihilominùs re-ipsâ impuriſsimè viverẽt. ZACHARIAS, in epiſtolâ ad Bonifacium:* *Dicente Domino, Sacerdotes mei ſemel nubant. & Apoſtolo: Unius uxoris virum, &c. Et hoc ante ſuſceptum ſacerdotium licitum eſt. Nam a die ſuſcepti ſacerdotii, etiam ab ipſo proprio conjugio prohibendi ſunt. &c. Quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præſumunt; dum ſacri canones neq; puerum clericum aut ſacerdotum non eſt, ſecundum copulari nuptiis præcipiunt?* Et SYNODUS Francica ſub Carolomanno mandat, ne quis presbyter aut diaconus in domo ſuâ mulierem ſinat habitare.

* Tomo 2. Concil.

Aliquot tamen in locis, maritos Eccleſia habuit epiſcopos & miniſtros. Nã Zacharias juſsit Bonifaciũ, in Franciâ, epiſcopos adulteros, aut uxores habentes, ab officio removere. Et Bonifacius, in epiſtolâ ad eundem, queritur; in Frãciâ, maximâ ex parte, epiſcopales ſedes traditas eſſe laicis, vel adulteratis clericis, hoc eſt, conjugibus. Sic enim appellabant ſacerdotes, qui uxores habebant. *Apud Nauclerum*.* Et Gerbilonem fuiſſe filium Geroldi, archiepiſcopi Wormacienſis, & ſucceſsiſſe patri in officio; *Aedituus in Chronico* narrat. Et Floreberrum fuiſſe filium Huberti, epiſcopi Leodienſis; *Acta Tungrenſium* teſtantur. Et *Mutius** teſtatur; in Galliis, Epiſcopos, plures, quam unam, habuiſſe uxores: ſed à Bonifacio depoſitos eſſe.

* Gener. 25.
* lib. 7.

¶ Pleriq; Eccleſiarum gubernatores ex monaſteriis prodierũt. Ex Benedictinis familiis, multos Pontifices ſibi Roma elegit. Moguntia Lullum, ex vicinâ Fuldâ, ad epiſcopi munus vocavit. Nam Germania, Bonifacio autore, cœperat procreare monachos; qui docere & ornare Eccleſias poſſe, falsò putabantur. *Curio*.*

* lib. 2. Chronol.

Ex Præfectis & politicis gubernatoribus, interdum etiam epiſcopos & presbyteros elegerunt. Nicetas eunuch*, ſervili genere ortus, qui vix legere ſciebat, in muliebribus miniſteriis verſatus, à Conſtantino Patriarcha eſt creatus. *Zonaras*.* Irene, fratres ſui mariti, Cæſares & Nobiles, radi, & ſacerdotes ordinari curavit. *Zonaras*. Arno, Theodericum Regem, Hunnis ſubactis, dat epiſcopum. *Aventinus*.*

* Tomo 3.
* Lib. 4.

Sæpè etiam, vel ob munera, aut alias rationes, minùs idonei ad munus Eccleſiæ adhibiti ſunt. Eâ in re maximè *ab Aventino** commendantur quidam Francorum epiſcopi, ubi ſic ſcribit: *Gebolibus, Moguntinus archiepiſcopus, Clemens & Samſon Scoti, Albertus Gallus, & ejuſdem ſeliæ ſacerdotes atque epiſcopi nummarii, avari, ſacrilegi, libidinoſi, peculatores, temulenti erant: quorum Deus venter, & ea quæ ſunt ſub ventre: venationibus dediti atque aucupiis, canes avesq; alebant; arma deferebant, in militiam proficiſcebantur, bella ſectabantur: humano cruore, cæde, homicidio, ſe-ſe polluebant: nihiloſecius tamen ſacrificare, & Euangelium legere, nec erubeſcebant, nec metuebant.* De quibus ZACHARIAS ſcribit, in epiſtolâ ad Francos: *Fremere hactenus vobis cæleſtia ob vitia veſtra, ſacrificulis*

* lib. 3.

errabundi & e[illegible] [illegible] qui & vos & se fallere consueverunt. Et Bonifacius in epistolâ ad Zachariam hæc de clericis & episcopis Francorum [illegible] etenean[illegible] dsò. Deus nov[illegible] rele[illegible] *[illegible] ter illos d[illegible] ones, quos nominant, qui a pueritia sua, semper in libidinibus, semper in adulterio & in omnibus semper spurcitia vitam ducentes, sub tali testimonio venerunt ad diaconatum. & modò in diaconatu concubinas quatuor, vel quinq; vel plures, noctu in lecto habentes [illegible] tamen legere, & diaconos se nominare, non erubescunt, nec metuunt: & sic, in talibus incestis, ad ordinem presbyteratus per[illegible] entes, eadémque officio fungentes, dicunt se pro populo intercedere & sacras oblationes offerre, ac novissimè (quod pejus est) sub talibus testimoniis, per gradus singulos ascendentes, ordinantur & nominantur episcopi: ut habeant præceptum & conscriptum authoritatis vestræ, quid de talibus diffiniatis, & per responsum Apostolicum convincantur, & arguantur peccatores. Et inveniuntur quidam inter eos episcopi: qui licèt dicant se fornicatores vel adulteros non esse, sed sunt ebriosi, & incuriosi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati; & effundunt propriâ manu sanguinem hominum, sive Paganorũ, sive Christianorum.* In Synodo Nicænâ, monachi accusarût multos episcopos; qui sacerdotalem dignitatem pecuniis sibi comparassent. *Tarasius, in epistolâ ad Johannem* * Albinus scribit: * *Non solum in secularibus potestatibus, sed & in Ecclesia dignitate, multoties eliguntur Sacerdotes, non ex virtutũ meritis; sed ex favore Populi, & Principum voluntate: suggerente diabolica fraude, & Dei, justo judicio, permittente, ob merita populi: ut in Propheta dicitur: Sacerdotes mali peccata populi sunt cæci duces habeant cæcos, donec pariter corruant in foveam perditionis.*

DE GRADIBUS PERSONARUM.

Discrimina Ministrorum Ecclesiæ, quæ superiori seculo fuerunt, etiam in historiâ hujus passim occurrunt. Nam Episcoporum fit mentio *apud* Bedam: * *Cavendum, ne episcoporum, presbyterorum, diaconorum, sinum pacem lacerare, & attaminare, præsumamus.*

Suffraganeorum meminit *Carolus Magnus*, in Synodo Duriensi.

Et Presbyterorum mentio fit. Coactus Theberth. Anglorum presbyter, *a Sigeberto* vocatur: & Beda presbyter & monachus fuit, *juxta eundem.*

Item Protopresbyterorum. Nam Petrus protopresbyter Romæ ad S. Petrum fuit. *Liber pontificalis.*

Et Diaconorum. *Beda,* * & *Gregorius II. in Epistolis.*

Archidiaconorum. Tarvisianæ ecclesiæ archidiaconus fuit Calistus. *Paulus.* * Et exstat epistola Bonifacii ad Janinulum archidiaconum. Laicos archidiaconos esse, vetat *Carolus Magnus*, in Constitutionibus.

Subdiaconorum. *Beda,* * & *Carol. Magnus in Constitution.*

Acoluthorum mentio fit in Canonibus Adriani, traditis Ingetramno. *

Exorcistarum *ibidem* nomen exstat: *Subdiaconus, Acoluthus, Exorcista, Lector, non nisi septem testibus condemnabuntur.*

Lectorum. Paulus Cyprius, Lector & orthodoxus, Patriarcha eligitur. *Zonaras.* Petrus Lector fuit, & Notarius sacri patriarchici secreti. *Actione I. Nicæna II.*

Cantorum. Mahæ cantoris meminit *Beda.* *

Ostiariorum. Goterani ostiarii meminit *Adrianus, in epistola ad Carolum*

Capellani nomen exstat *apud Reginonem:* * ubi Floradus Capellanus Wirtzburgensis vocatur. Et Sigulphus, qui ab eodem Capellanus ap[illegible]latur. *Annales Francorum* vocant Diaconum. & *Synodus Francica, sub Carolomanno.* *

Et Archicapellani nomen est *in Annalibus Francorum.*

Primiceriorum Se[cu]ndiceriorum, Sacellariorum, Scriniariorum, *in Vitis Pont[ifica]lis* sæpè fit mentio.

Notariorum reg[ion]ariorum, meminit *Liber Pontificalis in vitâ Pauli.*

Cardinalium, meminit *Stephanus in Concilio Romano.* Et Carolus in Bullâ, *apud Ptolemæum*, de Monasterio Mariæ Aquisgrani exstructo: & Zacharias *in epistola ad Pipinum.*

Mansionariorum mentio fit in vitâ Gregorii II. *Liber Pontificalis.*

¶ Habuit hæc ætas etiam fœminas erud[itione] præstantes; quarum aliquas Bonifacius ex Angliâ in Germaniam accersivit, ad docendum Evangelium: nimirum Chunitrudam, Teclam, Liobam, Waldpyrgam, Chunildam, Beragytham. *Aventinus* *

Diaconæ, Presbyteræ, Monachæ, meminit Greg. III. *in Synodo Romana.* *

¶ Ac juxta hos gradus promoveri [sole]bant. Adrianus Notarius, & postea Subdiaconus, deinde Diaconus factus est. Porrò progressus tandem Pontifex summus evasit. *Liber Pontificalis.* Gregorius II. fuit Bibliothecæ custos, & Subdiaconus, & postea Diaconus, ac postremò Romanus Pontifex factus est. *Liber Pontificalis.* Stephanum II. per ecclesiasticos ordines [illegible] promotum esse, *Liber Pontificalis* indicat. Stephanus in Concilio Romæ indicto, statuit: nullum ad [epis]copatus dignitatem ascendere debere; nisi per distinctos gradus.

DISTINCTIO COETUS
Ecclesiastici

Cœtus Ecclesiæ distinctus fuit in Clericos, Laicos, Catechumenos, & Energumenos. *Beda.* * Catechumenorum meminit *Diaconus.* * & *Beda.* * Idem ait: * *Per has quinq; ascensiones Ecclesia ostenduntur: id est Catechumeni, Baptizati, Conjugati, Pœnitentes, Sancti.* Item: * *Tres ordines fidelium sunt, quibus Ecclesia constat: Conjugatorum, Continentiũ & Doctorum.*

Clerici vestitu fuerunt segregati ab aliis plebeiis hominibus. Albinus in epistolâ ad Ethelardum inquit: *Non solent Francorum clerici, nisi religiosis vestibus, amiciri. Vincentius.* * Et Synodus Francorum; * *Presbyteri vel Diaconi, non sagis, laicorum more; sed casulis utantur, ritu servorum Dei.*

DE OFFICIIS GRADUUM
singulorum.

Episcoporum munus erat: Docere, ut patet *ex Vitis Doctorum*, quas suo loco describemus. Et Synodus Anglica, sub Adriano, dicit, * *Episcopi munus esse fiducialiter & veraciter, absq; ullo timore vel adulatione, loqui verbum Dei, Regibus, Principibus, omnibusq; dignitatibus: nunquam veritatem subterfugere; nulli parcere, neminem injustè damnare; neminem sine causa excommunicare, omnibus viam salutis, tam verbis, quam exemplis, demonstrare.*

Ordinare presbyteros & diaconos. Tarasius, ad impositionem manuum, donis allici non potuit: & ut sacerdotum ordinationes gratis fiant, ordinavit. *Ignatius in vitâ ejus.*

Altaria & ecclesias dedicare: ut postea dicemus.

Baptizare. Vulfrannus voluit baptizare Ratholdum, Ducem Frisonum. *Sigebertus.*

Chrisma cõficere. *Nauclerus.* * *ex Synodo Francicâ; Beda.* *

Ignem renovare. Sabbato sancto pro fontis sacri baptismate sumtus ignis, per sacerdotem renovabitur. *Zacharias, in epistola ad Bonifacium.* *

Velare moniales: ut de monachatu est dictum, in Capite de Ceremoniis.

De Sanctis noviter inventis judicare, colendine sint, an secus. Nam Carolus Magnus in Constitutionibus suis inquit: *De Ecclesiis, seu Sanctis noviter sinè autoritate inventis, nisi Episcopo probante, minimè venerentur.*

¶ Chorepiscoporum munus erat: Servire episcopo; & illi mortuo, cum consensu Pontificis & Magistratûs & Ecclesiæ, succedere, ut apparet *ex epistolis Zachariæ ad Bonifacium.* Et ipse Bonifacius in epistolâ ad Volradum, petit; ut Lullus chorepiscopus suus sibi substituatur.

Ac Suffraganeos episcopis fuisse subjectos, ac de eorum voluntate emendâsse quæ jussi sunt emendare; patet ex *Caroli Magni decreto I. in Synodo Duriensi*

¶ Presbyterorum erat: Audire confessiones. Synodus Francica sub Carolomanno: * *Unusquisq; Præfectus unũ presbyterum habeat, qui bene [illegible] peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam possit.*

Celebrare Missas. Lullus jubet presbyteros Missas celebrare, pro tempestatibus: *in epistolâ ad Denehardum.*

Episcopo assistere ut testes ca[s]titatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. *Synodus Francica*

Et offerre pro mortuis, [eo]rumque memoriam facere. Greg. III. in epist. ad Bonifac.: *Presbyter faciat memoriã mortuorum Christianorum.* Et B[illegible] [illegible] Aldhert [illegible] mo-

net: [illegible]

net: ut pro animabus fratrum preces & Missarum solennia fieri curet. *in epistola ad ipsum.*

¶ Archipresbyterorum munus erat: Curare, ut incantatores, & augures, & divinatores, & tempestarii, id est, qui tempestates faciebant, & malefici, examinentur, & in carcere affligantur, donec confiteantur peccata sua, & emendationem promittant: & episcopo suo indicare, si Comites & Præfecti, acceptâ pecuniâ, eos fortè dimittant. ut patet *ex Constitutionibus Caroli Magni.*

¶ Subdiaconorum munus erat: Episcopis, & aliis, qui deponebantur, ornatum auferre. ut patet *ex historiâ Stephani III. in Libro Pontificali.* Et obedire officiis Levitarũ: *Beda.** [* lib. 1. in Ezrâ c. 2.]

¶ Scriniariorum seu Notariorum erat: Publicè recitare scripta. Sic Leontius Scriniarius, in ambone ad S. Petrũ consistens, publicam confessionem recitat: in quâ populus & clerus Romanus profitebatur, se peccâsse, quòd non restitissent ordinationi Constantini; qui ex laico pontifex erat electus. *Liber Pontificalis. in vita Stephani III.*

DE RATIONE GUBERNATIONIS.

SIngulis ecclesiis, juxta Canones, unus tantùm præerat Episcopus; qui cum Presbyteris & Diaconis, & aliis collegis, onus gubernationis subjicit. Nam in Concilio in Galliâ, a Carolomanno convocato, constituitur: ut singulæ civitates suos habeant episcopos. *Mutius.** [* lib. 7.] Et Episcopi & Presbyteri, domum Dei, seu plebem fidelium, ædificare dicuntur. *Beda.** [* lib. 1. in Ezrâ c. 4] Et unum clericum ad duas ecclesias ordinari, vetat *Synodus Nicæna II.* Et *Carolus Magnus* in Cõstitutionibus suis edicit; ne in unâ civitate sint duo episcopi: & ne liceat Clerico in duabus civitatibus ministrare.

Sed Presbyterorum, & aliorum clericorum, pro Ecclesiarum ratione diversâ, variat etiam numerus. nam alibi plures, alibi pauciores præfuerunt.

¶ Si autem in summam redigantur, quæ diffusè in historiis annotata sunt; hæc ferè Gubernatorum Ecclesiæ fuerunt opera.

Oviculas suas de capitibus doctrinę sacrę erudire. Willehadus pias conciones in Frisiâ fecit. *Balæus.** [* Cent. 13. cap 70.] Et Willericus, episcopus Bremensis, passim in multis locis docuit verbum Dei: ut patet *ex Crantzii metropoli.** [* lib. 1. cap 11.] Primi Saxonum apostoli, verbo Dei strenuè institerunt. *Saxonia Crantzii.** [* lib. 2. cap. 16.] Tarasius ascendens ambonem, parabat mensam doctrinæ, ex divinitùs inspiratis Scripturis, venans optonia ad animas alendas utilia. *Ignatius in vitâ ejus.* CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis Aquisgrani factis: *Fides catholica ab episcopis & presbyteris diligenter legatur, & omni populo prædicetur.* Itèm: *Primum omnium prædicandum est gentibus generaliter: ut credant, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum esse Deum omnipotentem, æternum, invisibilem; qui creavit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & unam esse deitatem, substantiam, & majestatem, in tribus personis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Itèm: *Prædicandum est, quomodo Dei Filius incarnatus est de Spiritu sancto, & ex Mariâ semper-virgine, pro salute & reparatione humani generis passus, sepultus, & tertiâ die resurrexit a mortuis, & ascendit in cœlos; & quomodo iterum venturus sit in majestate divinâ, judicare omnes homines, secundùm merita propria. & quomodo impii pro sceleribus suis, cum diabolo in ignem æternum mittentur; & justi cum Christo, & sanctis angelis suis, in vitam æternam.* Itèm: *Diligenter prædicandum est de resurrectione mortuorum; ut sciant & credant, in iisdem corporibus præmia meritorum accepturos.*

Falsa dogmata, eorumq; assertores, impugnare & refutare. Sic Petrus Damascenus, & Petrus Majumenus, palàm Arabum, & Manichæorum, & Mahumeti dogmata, damnarunt. *Paulus.** [* lib. 22. Roman.] Johannitius moriturus, Methodio & sacro cœtui suadet: ut in fide orthodoxâ permaneant; & sibi à profanis Hæreticorum vocibus caveant; & inter se concordiam servent. *Metaphrastes** [* Tomo 5.] *in vitâ ejus.* Bonifacius, Bavariam transiens, Ermiwulfum hęreticũ devicit. *Hedio.** [* lib. 6. cap. 21.]

Vitia & peccata graviter & liberè arguere, & singulos ad pœnitentiam vocare. Bonifacius, in epistolâ ad Ethelbaldum Regem Anglorum, satìs liberè reprehendit ejus turpitudines. Et Greg. II. hortatur Bonifacium, ut opportuno & importuno tepore instet increpando & adhortando: in epist. ad eundè, *apud Hedionem.** [* lib. 6 c 7. & Tomo 2. Concil.] Et Stephanus Romanum populum ad pœnitentiam hortatur. *Liber pontificalis.* Leo Papa fuit vitiorũ severissimus objurgator. *Antoninus in Chronico.* Vultrannus nunquam divitibus, horis aut timoris gratiâ, si qua deliquissent, parcebat; sed asperâ reprehensione corripiebat. BEDA de Sacerdotibus sui seculi inquit:* [* lib. 2. in Sam. c. 3.] *Neq; illi soli, qui in fine Mundi, Antichristo illi, contra Deũ se erigenti, adhæserint, ejus regno servire putandi sunt. sed & hodie quam-plurimi, fidei mysteriis initiati, cum diversis se facinoribus immerserint; regno ejusdem impie militate probantur.* CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis: *Prædicare necesse est quantum malum sit odium, vel invidia: quia in Lege scriptũ est: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum.* Idem, *apud Ansegisum,** [* lib. 1. cap 134.] quemlibet presbyterum jubet habere assignata capita, de majorib⁹ & minoribus vitiis; eaq; populo proponere: ut sibi cavere discat a servitio Diaboli.

A pravis consuetudinibus avocare auditores. TARASIUS eos, qui delectabantur equorum certaminibus, atque tympanis & tibiis, monuit; ut domi manerẽt, & sacris Scripturis & canticis vacarent. *Ignatius in vitâ ejus.* GREGORIUS II. in epistolâ 2. ad Bonifacium, monet eum; ut polygamiam, esumq; caballorũ, abroget: & interdicat, ne Christiani sua mancipia vendant Gentibus ad sacrificia. Et CAROL. Magnus, in Cõstitutionibus, monet episcopos & presbyteros; ut homines ab ethnicis superstitionibus abducãt.

Unumquemq; de suo officio commonefacere. CAROLUS Magnus, in Edicto suo: *Omni instantiâ admonete eos de dilectione Dei & Proximi. fide & spe in Deo, de humilitate & patientiâ, de charitate & continentiâ, de benignitate & misericordiâ, de eleemosynis, & confessione peccatorum suorum; & ut debitoribus suis, secundùm dominicam orationem, sua debita dimittãt.* GREGORIUS III. in epistolâ ad Vivilum:* [* apud Aventinum l 3] *Omnes concordiam & pacem Christianam comprobent, juxta Evangelii doctrinam; & more Christiano vivant.* BONIFACIUS Rathobodũ, Frisonum Regem, ad clementiam & fidem Christianã hortatus est. *Aventinus.** [* lib. 3.] BONIFACIUS, in epistolâ suâ, Nithardũ monet, ut dies noctesq; sacris in literis incumbat. EANVVULFUS, in epistolâ ad Carolum Magnum, monet eum de suo officio: nempe, ut fidem Christi in subditis propaget; zelum rectitudinis in eorum conversione multiplicet; idolorum cultus insequatur; fanorum ædificia evertat.

Hæreticos præfractos, & manifestè facinorosos, censurâ Ecclesiæ coërcere, & excommunicare. GREGOR. III. in Epistolâ ad Bojos:* [* apud Aventinum l 3.] *Dissidentium donaria aris & sacris ædibus arceantur: nec ea sacerdotes recipiant, nisi reconciliati fuerint.* Gregorium II. Hæreticorum fuisse validissimũ persecutorem, *Antoninus** [* Tit 14. cap. 1.] refert. BONIFACIUS, in Epistol. ad Danielem: *Cum Hæreticis, in sacris mysteriis corporis & sanguinis Domini, non communicamus, & consilium & consensum eorum devitamus. Nam cum talibus, cumq; Paganis, cumq; permixtâ plebejâ multitudine, nostri labores & pugna sorastica videntur.*

Lullus excommunicat Suuitham abbatissam; quòd passa sit suas Nonnas, contra statuta Canonum, & sanctæ regulæ disciplinam, peregrinationem suscipere.

Et rursus pœnitentiam-agentes recipere, & consolari. Pontifex Thassilonem pœnitentem absolvit, & in monasterium tradidit. *Aemilius.** [* lib 2. de Francis.] BEDA.* [* lib. 2. de Tabernac. cap 13.] *Omnes, qui catechizantur, remissionem peccatorum, & requiem sperare æternam docentur.* TARASIUS,* [* Tomo 2. Concil.] in epistolâ ad Johannem presbyterũ, cẽset, ordinatũ per pecuniã, si modò pœniteat, recipi debere. CANON Apostolorũ, repetitus in Act. 1. Nicænæ II. *Si quis presbyter eũ, qui à peccato convertitur, nõ receperit; sed rejecerit, deponitor.* Ac ibid. decernitur, juxta sententiã sex Synodorũ universaliũ, Hæreticos, ab errore discedẽtes recipiẽdos esse.

Confessiones audire. Cuiq; Tribuno unus duntaxat Sacerdos à sacris, pœnitentiâ, & confessionibus, esto. *Carolomannus in edicto suo, apud Aventinum.** [* lib 3. & Tomo 2. Concil.]

Sacramenta administrare. Germanus, patriarcha Constantinopoleos, baptizat Constantinum. *Paulus.** [* lib. 21 Roman.] Adrianus filios Caroli, & Thomas Mediolanensis filiam ejus Gislam, baptizavit. *Annales Francorum.*

Examinare & ordinare Ministros Ecclesiæ. Quisq; Sacerdos episcopo suo pareat: & in Quadragesimâ suscepti muneris rationẽ reddat. *Carolomannus in edicto, apud Avent.** [* lib. 3.] Constantinus duodecim ordinavit episc. *Liber pontificalis.*

Qui

Qui autem sunt in templo Dei hodie; qui columbas vendunt: nisi qui in ecclesiâ precium de impositione manûs accipiunt? per quam videlicet impositionem manuũ Spiritus sanctus cœlitùs datur. Sed Redemtor noster cathedras vendentium columbas evertit: quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est, quòd sacri Canones Simoniacam hæresin damnant; & eos sacerdotio privari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus precium quęrunt. *Beda.* *

* in cap. 11. M. rci.

Conjuges initiare sacrâ benedictione, & copulatione. Nicetas Leonem & Irenem, in ecclesiâ Phari, conjuges pronunciat. *Paulus.* *

* lib. 22.

Conversari cum flagitiosis, eo fine, ut in viam reducantur. GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium: * *In fine epistolæ continebas, quòd sunt quidã presbyteri seu episcopi, multis vitiis irretiti, quorum vita in se-ipsis sacerdotium maculat. Et, si tibi liceret cum eis edere aut loqui; nisi coerciti fuerint, dicimus, ut hos ex apostolicâ authoritate redarguendo admoneas, & ad mũditiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et, si quidem obedierint; salvabunt animas suas: & ipse mercedem lucraturus es. veruntamẽ collocutionem & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumq; contingit, ut, quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam: conviviorum sedulitas, & admonitio blanda, ad viam perducat justitiæ. Id-ipsum autem & in illis Proceribus, qui tibi adjutorium præstant, observare debebis.*

* Tomo 2. Concil.

Orare pro Ecclesiis & Regibus. GREGORIUS II. viso cometâ, & lunæ deliquio, & Tibris diluvio, frequentes supplicationes facit Romæ. *Platina.*

Et alios ad orandum excitare. Sic BONIFACIUS Eadburgam abbatissam, & [illegible]lherium abbatem, monet; ut pro Germanicis gentibus, idolorum culturæ deditis, intercedant: ut ad agnitionem Dei, & gremium Ecclesię convertantur. Idem ab episcopis Anglię petit, ut pro conversione Saxenũ Paganorum apud Deum instent. *in epistolâ ad ipsos.*

Libros & Commentarios in sacra Biblia scribere. APONIUS opusculum in Cantica canticorum edidit. Et BEDA multos Commentarios fecit, & alii Doctores hujus Seculi: ut constat ex *Vitis eorum.*

Eosq; judicio Ecclesiæ & Piorũ subjicere. BEDA scribit: * *Obsecro, Lector, ut si quid in his explanatiun[culis] gratum dixi, ad laudem donantis Dei referas. Sin autem aliàs, ut imperitiæ vel præsumtioni meæ veniam tribuas: ut ipse [illegible] quibuscunq; potes, crebra meditatione, continua observatione, opportuna prædicationi divinarum insistas Scripturarum: communiq; labore satagamus ut nos negotiatores dominicæ pecuniæ fideles; nos artifices & clausores spiritualium gemmarum sive muniorum; nos propugnatores sanctæ civitatis, nos cœlestium inveniamur fabri armorum: novo reversus à nuptiis summus paterfamilias dicere dignetur, Quia super pauca fuistis fideles super multa vos constituam: intrare in gaudium domini vestri. Amen.*

* Quæst. 30. in lib. Reg.

Temporum rationem, & festorum, & jejuniorum, rudi populo edicere. BONIFACIUS ad orationes frequentes, & jejunia, & eleemosynas, adhortatus est populum. *Mutius.* * Et ZACHARIAS, in epistolâ 4. ad Bonifacium inquit: * *Populo tibi commisso prædica jejunium, & supplicationes apud Dominum litaniarum: & superveniens ejus clementia adjuvabit te.* LULLUS monet Denehardũ, ut Thuringis jejunia indicat.

* lib. 6.
* Tomo 2. Concil.

Superstitiones taxare. Sic BEDA * reprehẽdit prava posterum studiũ ædificandi templa & monasteria, neglecto ministerio verbi. *Ordo poscebat, inquit, devotionis, ut post ædificatam ac dedicatam domum Domini mox Sacerdotes & Levitæ, qui in ea ministrarent ordinarentur: ne sine cantu domus erecta fulgeret; si deessent qui intùs servirent. Quod sæpius inculcandũ est, qui monasteria magnifico opere construentes, nequaquam in his statuunt doctores, qui ad opera Dei populum Dei cohortentur, sed suis potius inibi voluptatibus ac desideriis serviant.* Observantes ariolos, aruspices, incantatores, phylacteriis utentes, damnat Synodus Romana, sub Gregorio III. *

* lib. 2. in Ezrã c. 8.
* Tomo 2. Concil.

Seditiones compescere. Ortâ sed[i]tione, Constantinus Papa mittit Sacerdotes cum Evangeliis & crucibus Domini, ut partes sedarent. *Liber pontificalis.*

Dissidia inter Principes componere. Gausibertus episc. & [illegible]lebert*, & Ansued* [illegible]tes inter Carolũ & Carol[illegible] [illegible]ni [illegible]iremerunt: ut patet ex *epistolâ Stephani Papæ ad Carolũ.*

Ceremonias instituere. Quâ in re Romani Põtifices sibi nimiũ potestatis sumserũt: ut patet *ex eorũ Vitis & Decretis.*

Canticorum & hymnorum rationem, vel per se, vel per alios, præscribere: ut patet ex *Beda.* *

* lib. 5. c. 21. Historiæ

Easque in publico congressu observare. Sic Episcopus metropolitanus in ecclesiâ more solito preces facit, seu collectam recitat: Plebs tua, & ecclesia tua, supplicat tibi. *Paulus Diaconus.* *

* lib. 22.

Monasteria & Scholas ecclesiasticas inspectione & correctione regere. Ludgerus monasterium ordinis Benedicti in Werdenâ ædificavit, & instituit. *Crantzius in Metropoli.* * Crodegangus monasteria invisit, eaq; reformavit. *Liber de vitâ ejus.* Johannes Berselaci presbyterorũ collegiũ instituit. *Polydorus.* * Bonifacius, in epistolâ, Eadburgã abbatissam monet; ut pro conversione Germanorum preces fundat. Idem Bonifacius monet Chutbertum, ut Clericos & Sanctimoniales de temitate & pompâ vestium arguat. *Wilhelmus.* * Et Synodus Anglica præcipit; * ut omnes episcopi provideant: ut Canonici canonicè, & Monachi & Monachæ recte vivant.

* lib. 2.
* lib. 4.
* [illegible] Ar.
* cap. 4

Ægrotos visitare. Crodegangus episcopus Metensiũ, ægrotos visitavit. *Liber de vitâ ejus.* Paulus Papa, cum paucis fidelibus, sub noct[is] silentio, per cellas infirmorum, & pauperum, & incarceratorum, circuibat; & necessaria subministrabat. *Liber pontificalis.*

Aut per literas consol[ari]. Sic Bonifacius Buggam abbatissam per literas consolatur.

Imagines, ne colantur à rudioribus, tollere. Nicetas, Patriarcha Constantinopolis, iconas erasit, & statuas destruxit, & facies imaginum delinivit. *Paulus.* *

* lib. 22

Scriptis etiam Ecclesiæ & posteritati prodesse. ALBINUS ait: * *Vir sapiens in Lege Domini meditatur, & scripturarũ sanctarum desudat interpretatione: & libros componit multos, ut memoriam sui posteris relinquat.*

* in cap. 2 Eccles.

Bono exemplo præire gregi. Sacerdotes sanctitatem, quam habitu, calvitio, & nomine profitentur, moribus exhibeant: Evangelii Patrumque scita, exprimant vitâ. *Decretum Bojorum in Dingelfing;* & *Aventinus.* * Wiho, episcopus Osnaburgensis, pro zelo sacræ religionis, institit verbo & opere; ut creditas animas servaret & multiplicaret. *Crantzius in Metropoli.* * Corbinianus Frisingensem ecclesiam sanctissimæ vitæ documentis instituit. *Frisingensis.* * CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis: *Ministri altaris Dei, suum ministerium bonis moribus ornent.*

* lib. 3
* lib. 1
* [illegible] cap. 24

Sed tamen contraria etiam exempla reperiuntur. Nam de Sacerdotibus Francorum *Aventinus* inquit: * *Nihil superbius, nisi salacius Sacerdotibus erat: canes & scorta alebant in Francia, luxu & avaritiâ perditi. Decimas & hujusmodi donaria intercipiebant, contra instituta majorum: nihil egenis elargiebantur: ecclesiasticas opes, bona pauperum, soli abligurriebant.* Gangulphus ab adultero clerico occiditur. *Martinus in Chronico.* Polygamiâ, & adulteriis, & cædibus hominum, insignes fuisse Francorum sacerdotes, *Zacharias* in epistolâ ad Bonifacium indicat. *

* lib. 3.
* Tomo 2 Concil.

Pauperum curam & rationem habere. Adrianus, singulis diebus, centum pauperes in atrio Lateranensi pavit. *Platina.* Synodus Romana censuit, episcopos eò collocandos; ubi prædia abundent, quæ alendis pauperibus suppetant. Oportere enim episcopum penùs & alimoniæ pauperum promum-condum & procuratorẽ esse. *Aventinus.* * Leo alendis pauperibus apprimè deditus fuit. *Blondus.* * Stephanus Papa fuit pupillorum & viduarum defensor: ut *Johannes de Oppido* refert.

* lib. 3.
* Decad. 2. lib. 1.

De causis matrimonialibus tractare. BONIFACIUS, in epistolâ ad Zachariam, indicat, quendam viduam consobrini sui duxisse; & asserere, tale matrimoniũ ab Apostolicâ sede confirmatum esse. quod sibi non videatur verum: cum Synodus, & Ecclesia in Angliâ, talem copulam incestũ & damnabile piaculũ judicârit. TARASIUS, ab Imperatore interrogatus; an posset suam uxorem dimittere, quæ sibi insidiata fuisset veneno? Omninò, respondet, propter scandalum id fieri non posse. *Ignatius in vitâ ejus.* Greg. III. in Synodo Romanâ, sanxit quædam de matrimonio; ut [illegible] dicetur: & maximè raptũ Virginum & Viduarũ

* Tomo 2. Concil. damnat. * Poteſtas emendandi inceſtuoſos, epiſcopis conceditur, *in capite 6. Synodi Duriensis.*

Caſtra, ſacrificandi & comprecandi gratiâ, ſequi. CAROLOMANNUS in edicto ſuo inquit: *Unus, aut ad ſummum duo epiſcopi, delecti ſuffragio, cum ſuis ſacerdotibus, Principem comitentur ad bella, ſacrificandi comprecandiq; causâ: Aventinus.* * lib. 3. Et Arno, cum Pipino, filio Caroli, contra Hunnos & Avares in militiam proficiſcitur. *Aventinus.* * lib. 4. Et Albinus, & alii epiſcopi & abbates, caſtra Caroli, cùm moveret in Deſiderium Longobardum, ſequuti ſunt. *Vincentius.* * lib. 24 cap. 190.

PECCATA GUBERNAtorum Eccleſiæ.

Occurrunt etiam quædam, quæ præter ac contra ſui muneris rationem eccleſiarum Miniſtri egerunt.

Nam aliqui docendi officiũ neglexerunt, & oberrarunt, Willarius, relinquens Viennenſem ſedem, Romam prodeambulavit; ſeq; in amicitiam Stephani inſinuavit. *Adon.* * Ætate 6. Epiſcopus quidã in Thuringiâ fuit, qui prædicationis verbum diſſeminare neglexit: ut patet *ex epiſtola 2. Gregorii II. ad Bonifacium.* * Tomo 2. Concil.

Alii ſcriptis Ethnicorum & Philoſophicis evolvendis magis operam impenderunt, quàm ſacris. Nam hujuſmodi reprehendit BEDA. * lib. 2. in Sam. c. 9. *Nobiles ſæpè magiſtri Eccleſiæ, magnorumq; victores certaminum, ardentiore, quam decet, oblectatione libros Gentilium lectitantes, culpam, quam non prævidere, contrahebant: adeo ut quidam eorum ſe pro hoc ipſo ſcribat in viſione caſtigatum: objectumq; ſibi à Domino inter verbera ferientia, quod non Chriſtianus; ſed Ciceronianus potius eſſet habendus.*

Aut plus diligentiæ cantionibus & hymnis impenderunt, quam concionibus ſacris. Sic Accan, Haguſtaldenſis epiſcopus, cantorem Mahan ad ſe ſuosq; inſtituendos accerſivit: qui per annos 12. carmina eccleſiaſtica, vel renovavit vetera; vel docuit nova. *Beda.* * lib. 5. Hiſt. cap. 21. Et à Luitprando Sacerdotes & Clerici inſtituti ſunt, qui ei quotidie divina officia decantarunt. *Paulus.* * lib. 6. Longobar. 18.

Aut fabulis hominum veritatem corruperunt. Quod crimen Gregorius III. in epiſtolâ ad Bonifacium, Bojorũ ſacerdotibus impingit: *apud Aventinum.* * lib. 3.

Aut inter concionandum, non Dei; ſed ſuum negotium egerunt: ut refert *Aventinus* * lib. eod. de Sacerdotibus Bojorum.

Aut veras ſententias damnarunt. Sic Bonifacius, Legatus Germaniæ, Vergilium Juvavienſem damnat; quòd aſſeruerat eſſe Antipodes. *Aventinus.* * ibid.

Aut ſuperſtitiones auxerunt. Bonifacius monaſteria condidit; conjugium ſacerdotum damnavit; peregrinationes inſtituit; purgatorium docuit mortuorum eſſe; & imagines venerari juſſit. *Balæus.* * Cent. 2. cap. 13. Wilibaldus Eyſtetenſis, cum Burchardo Anglo, Herbipolenſi præſule, Romanam ſynagogam multis adauxit ſuperſtitionibus. *Balæus.* * Cent. eâd. cap. 16. Et Hieroſolymorum epiſcopus dixit, ideò monaſteria Palæſtinæ ab Arabibus occupari; quia adoratio imaginum ſit in iis abolita. Cùm verbum Dei teſtetur, propter idololatriam pœnas venire; & non propter ejus abrogationem. *Metaphraſtes, in vitâ Theodori.* Milredus epiſcopus gaudet, ſe Bonifacium apud Deum habere patronum: *in epiſtolâ ad Lullum.*

Aut viſiones, & ſomnia vana, vel ſua, vel aliorum, ad confirmandas ſuperſtitiones, invulgarunt. Nam Eguuinus, Wigornienſium epiſcopus, jurejurando coram Conſtantino, Romano Pontifice, affirmavit; ſe per viſionem juſſum eſſe, imaginem Mariæ in templo colendam vulgo exhibere. & ſcripſit librum integrum de ſuis apparitionibus; quem Pontifex, ſcriptis diplomatibus comprobatũ, Britvvaldo Anglorum primati diſtrictè præcepit: ut, collectâ ſynodo, anno Domini 710. ſuâ authoritate populis commendaret; Regibus etiam, ſub anathematis maledictione, intereſſe juſſis. *Balæus.* * Centur. 1. cap. 91. Monachi per literas ſignificarunt Pipino; ſe patris ejus, Caroli Martelli, animam vidiſſe in inferno ſepeliri: quòd cenſum ab Eccleſiaſticis vivens cepiſſet, & viros religioſos pecuniis mulctâſſet. *Balæus.* * Cent. 2. cap. 3. Et Papam Romanum habuiſſe ſomnium de Carolo Martello, quòd corpore & animâ ductus ſit ad inferos; ideoque miſiſſe nuntios ad epiſcopum Aurelianenſem; ac juſſiſſe aperiri ſepulcrum ejus; & inventum eſſe in eo ſerpentem miræ magnitudinis. *Chronicon de Ducibus Bavariæ.* Et Bonifacius, *in epiſtolâ ad Eadburgam*, viſiones cujuſdam, qui à morte revixerat, commemorat. Et Chutbertus, in *epiſtolâ ad Lullum*, viſiones commemorat, pro confirmandâ miſſificatione pro mortuis.

Itèm mendacia miracula. Sic Conſtantinus, epiſcopus Cypri, narrat, *in actione 4. Nicænâ*, quendam, qui clavum in parietem adigendo, Petri depicti in pariete frontẽ transfodiſſet; indeq; dolorem capitis ſenſiſſet; juſſum eſſe clavum eximere, & ſic ſanatum eſſe. Chutberus, *in epiſtolâ ad Lullum*, narrat, fœminam Miſſarum ſolennitatibus de puteo redemtam eſſe.

Ad fidem homines coëgerunt. Sic Bonifacium armatâ manu in Thuringiam irruiſſe, eosq; ad fidem ſuſcipiendã adegiſſe, *Iſenacenſe Chronicon* indicat.

Aut pœnitentibus ſatisfactiones imperarunt. Gregorius II. *in epiſtolâ 2. ad Bonifacium*, * Tomo 2. Concil. jubet eum pœnitentiam indicere, comedentibus agreſtem aut domeſticum caballum.

Aut rebaptizarunt: ut patet *ex epiſtolâ Zachariæ 2. ad Bonifacium.*

Aut fulmine excommunicationis contra hoſtes pugnarunt. Sic Adrianus Papa Deſiderii copias, excommunicationem minatus, repreſſit. *Bonfinius,* * Decad. 9. lib. 9. *& Antoninus.*

Aut eo ſuperſtitiones & idololatrias confirmarunt. Sic GREGORIUS II. Leonem, & Stephanus Anaſtaſium Patriarcham, excommunicavit: eò quòd damnarent imaginum cultum. *Blondus,* * Decad. 1. lib. 10. *& Martinus in Chronico.* Et SYNODUS Nicæna, in Actione 7. ait: *Qui auſi fuerint aliud ſentire aut docere; aut, more impiorum Hæreticorum, eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut novam quandam vaniloquentiam inducere; aut quicquam de conſecratis in eccleſiâ abjicere. Evangelii inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, aut reliquias martyrum, quas ſciverint eſſe germanas & veras; aut contra iſta vafre & improbe aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam; aut uti, tanquam communibus, ſacratis Deo, repoſitis precioſis, aut monaſteriis reverendis: ſi fuerint epiſcopi, aut clerici; deponantor: ſi monachi, aut laici; communione privantor.*

Aut eo pacem inter diſſidẽtes conſtituerunt. Sic Adrianus legatis Thaſſiloni, Ducis Bavariæ, excommunicationem minatus eſt; ſi in fide Caroli manerent. *Regino,* * lib. 2. *& Annales Francorum.*

Aut eo percuſſerunt innocentes; vel contra traditiones humanas agentes. Sic Taraſius eos excommunicat; qui impedimento fuerant facinoroſis, ad eccleſiam, tanquam ad aſylum, confugienti. *Ignatius in vita ejus.* Et Gregorius III. in Synodo Romanâ, clericos comam nutrientes anathemare damnat. * Tomo 2. Concil.

Aut pro mortuis obtulerunt: ut patet *ex epiſtolâ Gregorii III. ad Bonifacium,* * ibid. *& Naucleri Generatione 25. & Bonifacii epiſtolâ ad Aldherium.*

Aut templorum & monaſteriorum ædificationi, ſeu reparationi, ſeu conſecrationi, plus operæ navarunt; quàm aliis magis neceſſariis & utilibus officiis. Nam de ædificatione eccleſiarum paſſim exſtant exẽpla. Gregorius III. porticum ante baſilicam Lateranenſem exſtruxit; in cujus frontiſpicio totius Orbis deſcriptionẽ pingi curavit: fortè indicans, ſe dominum totius Orbis eſſe debere. *Liber pontificalis.* Wipertum Lunæburgi, in honorem Mariæ, ſacellum exſtruxiſſe; *Chronicon Saxonicum* annotat: anno Domini 798.

Et de Monaſteriis. Bonifacius monaſteria ædificavit: ut patet *ex ejus hiſtoriâ.*

Et de reparatione. Gregorius II. multa templa renovavit; & monaſteria exſtruxit. *Liber pontificalis.* Gregorius III. quoq; multa monaſteria renovavit. *Liber pontificalis.*

Et de conſecratione. Stephanus Papa altare, in honorem Petri & Pauli, conſecravit. *Regino, & Ivo.* Bonifacius baſilicam Fridislariæ conſecravit. *Regino.* * lib. 2. Modeſtus ædes ſacras in ſolio, & Liburniâ civitate, exſtruxit & conſecravit. *Aventinus.* * lib. 3. Padeburnenſem eccleſiã Leo Pontifex conſecrat: & à Rege poſtulat, ut eam prædiis ditet. *Crantz. in Metropoli.* * lib. 1. c. 11. Et Leonem Papam monaſterium Mariæ

A[illegible] —Pa[illegible] monach[illegible] & ep[illegible] op[illegible] fin[illegible] Hassiensis. Turpi[illegible] m novem [illegible] op[illegible] unum [illegible] um Jaco[illegible] jussu [illegible] ardum.*

Aut [illegible] nctorum prx [illegible] fui & [illegible] net[illegible] [illegible] sa, fuerunt. S. Hu[illegible] us Lamp[illegible] Leodium transfu[illegible] anno 710. Sigebertus. At [illegible] ongu nu[illegible] ntu est, [illegible] Juliani, & totorum [illegible] a cæcitate [illegible] rum esse: [illegible] Domini 746. Sigebertus. Sanctorum patroc[illegible] ia in [illegible] illo Sacerdotes ferebant: ut a[illegible] tet ex de re- [illegible] to Carolo manni.†

Cultum imaginum potiùs defenderunt [illegible] et agno ce[illegible] gent, non admodum convenire verbo Dei quā [illegible] ter [illegible] luerunt erraffe. GERMANUS, in epistolâ ad T[illegible] on[illegible] Claudiopoleos: * *Ante omnia providendum [illegible] sententi[illegible] permutare, ne ex hoc inimici nostri, [illegible] hostes crucis Chr[illegible] eleuent contra fidem nostram, dicant, Hu[illegible] Chri[illegible] errarunt, nisi enim institutum suum idololatriam cognovi[illegible] sent, non sane nunc manu facta abjicerent. Quod ipsum, quantum contumelia subversionaq, fidei in Christum conciliet, quivis agnoscere potest.* Et rursus: *Hæc non dicimus, quod arbitremur, nobis istis a et earum statuarum operositatem laborandum, sed tantum [illegible] ut admoneamus Sanctitatem tuam, veterem consuetudinem non esse rejiciendam.*

Sacra vasa exosculati sunt. *Actione 6. Nicænæ II.*

Aut Monachorum & Eremitarum opera hec[illegible] ia, quā summus Dei cultus essent, commendarunt. Bonifac[illegible] monasteria ceremoniis Benedicti imbuit. *Aventinus.* † A-PONIUS ait: * *Quæ animæ ego considerem in illis intelligi dico, qui veri Philosophi cælestes effecti, relinquentes Mundum cum delictis & fallaciis & pompis suis, & eremi habitationem aulis regalibus prætulerunt: potius eligentes cum bestiis & serpentis draconibus in desertis, quam cum nequissimis hominibus in urbibus habitare: & nimium sumptuosa illa impendia ciborum, quibus onerantur diversis languores terminando distenditur venter, ad unius pulmentarii crudarum olerum, vel exiguum panis & aquæ usum, redegerunt.* BEDA: * *Sicut templum Dei in civitate est, ita in plebe fidelis vita religiosorum.*

Et eorum fraternitatem & societatem expetiverunt. Sic Bonifacius, *in epistolâ ad Opparum abbatem*, orat: ut [illegible] in fraternitatem dilectionis & societatem spiritualem suscipiat, & pro se preces faciat.

Aut matrimonia, sub prætextu voti, pietatis & castitati[illegible] dissolverunt. Bon[illegible] ac[illegible] onjugia ministrorum damnavit. Et Gregorius III. & Synodus Romana, nuptias Adi[illegible] & Epiphaniæ diaconæ, planè damnat, [illegible] ontra Dei institutionem.

Vel ob fictitiam ecclesiasticam seu spiritualem cognationem. Nam Zacharias constituit, ne qu[illegible] ducat uxorem sororem spiritualem: quam videlicet pater le[illegible] varit de Baptismo. *Chronicon Aedituus.* Vetuit etiam inter compatres & [illegible] matres connubia. *Acta Pontificum.* Et Sacerdotes per totā Franciam & Gallias, & per Hispanias, affirmant, maximi [illegible] iminis reum esse illum qui in matrimonium accipiat viduam, cujus filiam in Baptismo adoptivam susceperit. *Bonifacius in epistolâ ad [illegible] Imum.*

Ægrotos & energumenos oleo consecrato inunxerunt. *Beda.*†

Aut civilibus negotiis, à suo officio alienis, se-se immiscuerunt. Hubertus Leodiensis episcopus, jura legalia, mensuras & pondera [illegible] ictualium, civibus instituit. *Acta Tungrensium.* Et Crodegangus [illegible] piscopum & principem Re[illegible] blicæ Metensium fec[illegible] [illegible] nus, ejusque ditioni totam G[illegible] liam subjugavit. *Acta M[illegible] ensium.* G[illegible] an[illegible] latronem, cruci & corvis adjud[illegible] [illegible] ontr[illegible] Dei just[illegible] m l bera[illegible] [illegible] iit patet ex *vita* [illegible] Leg[illegible] Ad[illegible] Anglia interdicunt, ne in Synodis secularia jud[illegible] *sodus A[illegible] ca sub Adriano.*

Legationibus perfuncti sunt. Sic Fot mo[illegible] s & D[illegible] ma[illegible] us [illegible] op[illegible] ab Adriano & Pipino, ad T[illegible] nem Bav[illegible] riæ [illegible] em, ablegantur: [illegible] ecum de perju[illegible] [illegible] moner[illegible] ciant. *Regino.* † Et Arinus episcopus, & [illegible] nricus ab[illegible]

A[illegible] [illegible] n[illegible]

Aut [illegible] [illegible] utatur eam [illegible]

Aut bonis E[illegible] a [illegible] & scorta [illegible] & ad luxum. Quod [illegible] * narrat de sacerdotibus Francorum.

Aut, more Pr[illegible] m[illegible] cum equitatu & ed tatu, & ar[illegible] n[illegible] r[illegible] offe[illegible] nt[illegible] Lullus, Mogu[illegible] ntinu[illegible] [illegible] pu[illegible] [illegible] & [illegible] Ca[illegible] [illegible] tuc indi an Ma[illegible] & [illegible] pud Bal cum [illegible] to m Herb po[illegible] Fran[illegible] Du[illegible] & [illegible] m rem d[illegible] m[illegible] [illegible] but. *Ut manus Schedel.* Carolus He[illegible] M[illegible] nden[illegible] e iscopum, ministri & præl[illegible] *Metropolis Crantzii.*† Carolus non [illegible] m dedit, quo contumaces tert[illegible] m, [illegible] *utzium in Metropoli.* Et e[illegible] qu[illegible] Fran[illegible] [illegible] navit. *Curio.*† Lu[illegible] rum, epit[illegible] lon[illegible] m, inter istig[illegible] sua gla[illegible] m & ba[illegible] [illegible] isto[illegible] em habuisse, *Chronicon Saxoniæ* indicat.

Et bella [illegible] fferunt: ut patet *ex vitis Pontificum*, contra ZACHARIAS [illegible] sti [illegible] ad Francos: *Sacerdoti pugnare non licet. [illegible] Sacer[illegible] qui pastor est, arma non ferre, nedum quemquam bello occidere licet.* CAROLOMANNI edictum: *Nemo, a [illegible] arma ferat. Aventinus.** Et Anepos episcopus du[illegible] exercitum [illegible] contra Vilianum, in Suevo[illegible] *Adon*[illegible] [illegible] enone, W[illegible] g[illegible] thos, & Saracenos, ductu Ebbonis episcopi [illegible] ennipentes fuderunt & [illegible] garunt. *Aemylius.** & *Annonius.*†

Et [illegible] alios exturbarunt, occupati[illegible] eorum bon[illegible] [illegible] Calstus Aquilejensis, Amatorem F[illegible] rojulianum epi[illegible] pum ædibus expulit, & [illegible] habitatione ejus occupavit. *Paulus.**

Aut sacra loca visitarunt ipsi, vel alios, ut facerent, hortati sunt. Bonifacius peregr[illegible] nationes instituit: & effecit, ut multi cum oblationibus Romam irent. *Mutius.*†

Romā reversi mentiebantur se a Pontifice esse absolutos de suis facinoribus. Sicut de presbytero quodam constat *ex Gregorii II. epistolâ ad Bonifacium.** qui cum Romam venisset, n[illegible] d[illegible] erat de suo peccato sed tantum literas commendatitias ad Carolum peti[illegible] rat: & nihilominus reversus domum se absolutum nu[illegible] tiaru[illegible] est.

Et muniti[illegible] [illegible] erunt. Ludgerus, Mynigard[illegible] ordensis episcopus, [illegible] olo contra W[illegible] tos pugnanti ad uit: & acceptà a R[illegible] lic[illegible] tia, Helmenstadium oppidum construxit. *Metropoli* [illegible] *antzii.**

[illegible]E DONIS.

QUidam, [illegible] m doctores, tum monachi, tum etiam la[illegible] [illegible] um præ[illegible] antur. N[illegible] trum T[illegible] cinenten[illegible] virginitatis fl[illegible] e decoratum, miraculis [illegible] larui[illegible] indicat *Paulus Diaconus.* Et A[illegible] bi[illegible] um, Guericum, Nodoaldum.

Quidam etiam funera prædixerunt. Ut Germanus Anastasio, vestem pedibus sui[illegible] conculcanti dixit: Ne festines; Dyppinum te expectat, & eventus postea ostēdit [illegible] huiss[illegible] vaticinam vocem. *Zonaras.** Baudol[illegible] num & Theo[illegible] pinum propheti[illegible] tu futura prædixisse, *Paulus** narrat. Bonifacius præ[illegible] [illegible] it, [illegible] am Frid[illegible] slariæ in[illegible] ictam fore ab [illegible] *Regino.** Johann[illegible] multa vaticin a *Metaphraste* refert, ac Tarasium prædixisse, L[illegible] nem Imperatorem a Michaele interfectum [illegible] *idem* [illegible] Bo[illegible] iu[illegible] decre[illegible] m est Va[illegible] pra[illegible] care E[illegible] this & ibi pro[illegible] sto occidar. *Sanlerus* B[illegible] ni[illegible] P[illegible] ne[illegible] ibus prædixit ei Christianæ magnam [illegible] m. *Bal*[illegible]*.**

DE SYNODI. PRIVATIS.

S[illegible] bat[illegible] copus, Pr[illegible] yte[illegible] Dia[illegible] n[illegible] C[illegible] [illegible] amet L[illegible] n[illegible] b[illegible] in [illegible] bus, [illegible] de M[illegible] rum Eccles[illegible] & [illegible] at[illegible] [illegible] Ste[illegible] han[illegible] [illegible] R[illegible] [illegible] em del[illegible] *ber*[illegible] *ificat* V[illegible] od [illegible] tradi illi, q[illegible] pie[illegible] ejudi[illegible] tum [illegible]

tem ... ani ... odi ...

A ... tione. Gregorius III. Georgio presbyter ... ab ordine sacerdotali depo... obse... nte pro eo Consilio & Optimatibus. *Lib. pontificalis.* ... Constantinus Papa lecti Canonibus ... nod... a Romæ deponitur: & Mauricius subdiaconus orariũ de collo ejus tollit, atque ad pedes proj... *Liber pontificalis in vita Stephani.*

Aut dogmata examinabanur Stephanus II hortatus est clericos ad diligentem sacræ Scripturæ lectionem. *Liber pontificalis.* Constantinus Pa... um Aposto... C... ci... pravi dogmati literas ... *Beda.*

Aut de ... is Ecclesiasticorum agebatur Carolus Magnus, in Constitutionibus ..., ex Carth... nensi Synodo Clericorum & ... lesia... corum ..., inter Ecclesiasticos, & non apud seculares, com... debere decerni.

Aut de modo & formâ pœnitentiæ. Carolus Magnus, in Constitutionibus ... Aquisgrani pr... , anno Domini 789. in Concilio Acironensi: *inventa est in eos, qui cum quadrupedibus peccant, dura & districta pœnitentia. Quapropter episcopi & presbyteri quibus judicium pœnitentiæ injunctum est, conentur omnimodis hoc malum a consuetudine prohibere, vel abscindere.*

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

Ecclesiæ singulæ sua quædam possederunt bona: quæ partim Imperatorum & Principum, & aliorum Dominorum largitione, acquisiverunt. Oda uxor Boggis Regis Aquitanorum, suâ munificentia Ecclesias Dei in Galliis ditavit: anno Domini 711. *Sigebertus.* Offa Rex, loco satisfactionis pro peccatis suis, decimam partem bonorum suorum sacerdotibus & pauperibus distribuit. *Polydorus.*†

Partim contributione & oblatione. Nam oblationum meminit Gregorius II. *in epistola ad Thuringos.*†

Partim hæreditate episcoporum. Corbinianus Frisingensem ecclesiam plurimis possessionibus locupletavit. *Frisingensis.** Ut unusquisque presbyter res, quas post diem consecrationis acquisierit, proprias Ecclesiæ relinquat. *Ansegisus.*†

Partim ex legatis & testamentis civium. Theodorus enim, ob veniam delictorum suorum, prædium, quod ex hæreditate paterna acceperant, Petro legavit. *Liber pontificalis.* Hugo senior, primus ecclesiæ Ortruviensi ad S. Michaelem legavit bona. *Chronicon Isenacense.* Leonianus Beneventi ecclesiæ Modesti omnem suam substantiam legavit. *Hostiensis.**

Partim fictitio titulo patrimonii Apostolorum. Sic Sicilia tria talenta & dimidium auri côferebat Ecclesiis Romanis. *Paulus Diaconus.*† Et Pontifices, eo prætextu dementantes Francorum Reges, domini Italiæ facti sunt: ut postea dicemus.

¶ Catalogum eorum, quæ in bonis ecclesiastici fuisse dicuntur, ferè hujusmodi suppeditant historiæ. Thesauri, vasa aurea, vasa argentea, vestes preciosæ. Ecclesiarum *ae...* Habdallas vendidit. *Paulus.**

Villæ & prædia. Galeciana Ecclesia Jacobi à Carolo Magno prædia accepit. *Turpinus apud Sabellicum.*†

Decimæ. Decimas, a profanis occupatas, Carolomannus suo edicto restitui jubet: *apud Aventinum.** Talem statum Carolus Magnus, post impositum jugum Christi, requirit in provinciis, ut liber esset populus a tributorum jugo, cæterum Ecclesiis ... Pontificibus jure decimarum obnoxius permaneret. *Metropolis Crantzii.**

Reditus. Carolus W... burgensi episcopo, a... gnavit reditu de ... unde cum suo clero viveret: ad confirmandos ... baptizatos in religione C... *Crantzius in Metropoli.** Reditum Ecclesiæ men init G... nepist... ...

... & ... Gregorius II. in e... *Aventinum.**

... us Irenes filius ... Ephe... famula ... apost... *...acium.*

Domus ... reg...

A ... B ...

... *3.*

Arces. ... Padeburne ... quæ ... *Metropolis Crantzii.*

Insulæ. Gradensis ecclesia habu... ... iam & Mu... *Sabellicum.**

Monasteria. C... Comes il... ecclesiæ Metensi Lor... hanc ... dit. Ann... 3. *Sigebertus.*

¶ Bonis Ecclesiæ præfici solebant Presbyteri seu Archiepiscopi seu Archidiaconi ... apte ... *Synodus Parisiensis* ... vel octo homines inde digni con... in acceptionem.

... m, episcopi erant. Pontifices res ec... tirent. *Leges Bojorum, apud Aventinum.* Sic ... II. *in epistola ad Thuringos,* jubet;* Bonifacio unâ ... quatuor portionibus Ecclesiæ dari, ad fabricas ecclesiasticas reficiendas: de qua Deo tantùm rationem reddere tenetur. *Ansegisus*† dicit: Carolum Magnum constituisse, ut d... epi... copi ... testate, & per presbyteros ... peretur.

¶ U... autem eorum fuerunt hi: Episcopi & al... mi... ni... Ecclesiæ, inde stipendia solvere. Zacharias ecc... vect... quo ... pro lampadibus emeretur & ... assignavit, ex quibus sacerdotes viverent. *Liber pontificalis.* Omnes decimas tribuant Sacerdotibus. *Leges Bojorum, apud Aventinum.** Bona Ecclesiæ in tres partes distribuebant: una Sacerdotibus, altera Pauperibus, tertia militibus ... batur. *Hedio.*† Decimæ, tributa, donaria, & hujusmodi templorum vectigalia, in quatuor partes dispertita: unam Bonifacius, alteram Sacerdot... sedulò pascentes ac docentes populum, accipiant. *Gregorius II. in epistola ad Thuringos apud Aventinum.**

Pauperibus, viduis, & orphanis subvenire. Tertia pars bonorum ecclesiasticorum egenis & pauperibus distribuitur. *Gregorius II. in epistola ad Germanos apud Aventinum.*† Carolus Magnus, in Constitutionibus ..., inquit: *ut decima populi dividantur in quatuor partes. id est, una pars episcopo, altera clericis, tertia pauperibus, quarta ecclesia in fabricis applicetur: sicut in decreto Gelasii Papæ continetur.*

Captivos redimere. Johannes VI. ex ærario Ecclesiæ multos redemit. *Crantzius in Metropoli,** & *Platina.*

Ecclesias ædificare, aut instaurare. Carolus jussit ædificare abbates & episcopos de bonis Ecclesiæ, ne in luxum victus conferrentur. *Mutius.** Quarta pars bonorum ecclesiasticorum, ad instaurandas & reficiendas sacras ædes, ... servetur. *Gregorius II. in epistolâ ad Germanos apud Aventinũ,** & *in epistola ad Thuringos.*†

Conferre in sumtus bellicos; si necessitas postulabat. Carolum Magnum, propter bellorum assiduitatem, res ecclesiasticas laicis tradidisse, *Ivo* indicat. Et Carolomannus, in edicto suo, inquit: *Hoc quoque consensu militarum & populi Christiani, statuimus; ut, propter crebra bella, & ferocissimarum gentium, quibus undique cingimur, assiduas in nos incursiones, pars ecclesiastica pecunia nempe duodeni denarii, quem Solidum vocamus, contribuantur nobis: quo militibus nostris præmia condigna laboribus solvantur. Aventinus.** Carolus Martellus militibus stipendiarii s decimas ecclesiarum cum contemptio episcoporum, concessit. *Erfordiensis,*† & *Martinus in Chronico.*

¶ Porrò, nô licebat bona Ecclesiæ ad hæredes transferre; nec post degradationem usurpare. Zacharias, in epistolà ad Bonifacium:* *Episcopus condemnatus, de quo in scripsisti, qui impugnator & fornicator existit, atque res Ecclesiæ post degradationem sibi vendicare nititur: hic omnino ac detestandus, & respuendus est. Quæ enim portio infidelis cum fideli? aut quæ communio Christi ad Belial? Hunc & anctorum Patrum traditiones, & sanctorum Canonum instituta condemnaverunt.*

DE BIBLIOTHECIS

Bibliothecarum plurium fit mentio. Ut Constantinopoli in bal... ca regia, in domo, u... e... egio ... codi... mi ... uma ... d... a ... e

*Zonaras** indicat. Romæ Bibliothecam Petr Zacharias restituit. *Platina in vit. ejus.* Hagulstadiæ. *Beda.* Eboraci & Turoniæ. *Albinus in epistola ad Anglos. Balæus.** Lindisfarnæ: de quâ *Lelandus* inquit: Periit mox sit Danicis piratis, Lindisfarnensis Bibliotheca depopulatoribus! *Balæus.*†

¶ In iis autem habuerunt Libros sacros. *Zonaras.*

Et Patrum. Commētarii Chrysostomi in sacras literas, Constantinopoli in Patriarchæ domicilio fuerunt. *Zonaras.* & *Diaconus* † Acca episcopus Hagulstadensis, historias passionum Apostolorum, Martyrum, una cum cæteris ecclesiasticis voluminibus summâ industriâ congregans, amplissimam bibliothecam fecit. *Beda.**

Et Philosophicos. *Zonaras.*

Acta Synodorum. Adrianus in Bibliothecam recondit Acta Synodi Nicænæ, pro cultu imaginum celebratæ. *Liber pontificalis.*

¶ Cura Bibliothecarum hominibus idoneis de clero committi solebat. Gregorius II. sub Sergio Papa, fuit custos Bibliothecæ Romanæ. *Liber pontificalis.* Bibliothecæ Eboracensi Albinus Flaccus præfuit primus. *Balæus.* Stephanus monachus, custos librorum patriarchalis. *Actione 1. Nicæna II.*

DE SCHOLIS.

SCholarum passim fit mentio, utpote Constantinopoli. *Zonaras.*† Romæ scholam condidit Offa, Merciorū rex. *Polydorus.** Et Scholarum Miliæ, unde pueri & præceptores, ramos palmarum ferentes, obviam processerunt Carolo, meminit *Liber pontificalis in Adriano.* Parisiis. Ibi enim Sebaldus artes liberales didicit. *Schedel.*† Et Lutetiis Academiam instituit Carolus Magnus, ut indicat *Polydorus*,* anno Domini 791. *Palmerius.* & *Balæus.*† Ticini. *Polydorus.** Osnaburgi. *Crantzius in Metropoli.* † Reginoburgi. Nam ibi operam literis Hydolphus cum fratre dedit. *Aventinus.**

Ac in monasteriis Scholas fuisse; constat ex iis, quæ de Monasticâ diximus, in capite de Ceremoniis. Et Theodorum, in monasterio Sabæ, a presbytero institutum esse; *Metaphrastes* indicat *in vitâ ejus.*† Bedæ discipulus fuit Mailrosius, & Albinus. *Balæus.** Carolomannus, in Concilio, cui Bonifacius interfuit, præcepit: ut monachi & sacerdotes literis operam sedulò darent, emendatè & rectè scriberent, in omnibus contuberniis monachorum, & episcoporum ædibus, pueros docerent: ut patet *ex Actis ejus Synodi.* Et CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis Aquisgrani, anno 20. regni sui factis, inquit: *Obsecramus ut monachi, præpositi, congregationes, bonam & probabilem habeant conversationem, &c. & non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios aggregent; sibiq; socient, & ut scholæ legentium puerorum fiat. Psalmos, notas, cantus, computum grammam, per singula monasteria vel episcopia, & libros catholicos, bene emendate: quia sæpe, dum bene aliqui Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros malè rogant. & pueros vestros non sinite eos, vel legendo, vel scribendo, corrumpere. Et: Si opus est, Euangelium, psalterium, & missale scribere, perfectæ ætatis homines scribant, cum omni diligentiâ.*

In iis autem, Magistri & pædagogi discipulos suos imbuerunt literis. Constantinopoli, in scholâ erat Oecumenicus doctor; & habebat duodecim collegas: quibus publicus victus dabatur. Illi autem erudiebant discipulos in sacris & philosophicis studiis: ac Imperatores ex iis viros, ad consilia rerum gerendarum, seligere solebant. *Zonaras.*†

Habdallas Christianos, sub suo principatu degentes, literas discere prohibuit. *Paulus.** Willehadus Magnatum liberos literis in Frisiâ instituit. *Balæus*†

Et in catechesi, seu doctrinâ cœlesti. *Zonaras.*

In Philosophiâ. Carolus Magnus, in Academiâ Parisiensi, Aristotelem tradi jussit: quia nemo alius inter Græcos & Latinos exstaret, inquirendi veri absolutior artifex; & nemo perinde, atque ille, magnitudinem Philosophiæ conspiciendam dedisset. *Curio.*†

Et Artibus dicendi. *Zonaras.* Johannem Mailrosium utriusque linguæ, Latinæ & Græcæ, peritissimum fuisse, Historici omnes de eo referunt. *Balæus.** Bonas artes [illegible]æ & Ticini Carolus cura[illegible] Osnaburgi Græcam & Latinam sc[illegible] utramque linguam doceri, Carolus ord[illegible] *Crantzius.**

Et Mathematis. Bedam in[illegible] cum fuisse, *Lelandus* testatur, & *Balæus.** [illegible] Juvavii mem episcopum, in mathematicis [illegible] & profanâ Philosophiâ magis, quam Christi[illegible]ores terebant, eruditū fuisse, *Aventinus* † refert.

Magistros scholæ etiam cantare in templis solitos, apparet *ex Ursspergensi.*

Cura etiam [illegible] Scholarum, ad episcopos & presbyteros pertinebat. Carolus enim Magnus, Burchardo Herbipolensi duos [illegible] adolescentes ex illustribus parentibus Saxonum nato, [illegible] obsides acceperat, servandos & erudiendos in doctrina [illegible] commisit: ut narrat *Capgravius & Lelandus teste Balæo.* † Osnaburgensi episcopo, ut Scholam aperiat, Carolus injungit. *Crantzius in Metropoli.**

In Academiis morem fuisse insignia & titulos eruditionis & bonorum [illegible] atis, subindicare videtur *Balæus*, ex Alcuino & Lelando hæc referens: † *Simeon Anglicus ita eximie doctus fuit, ut Doctoratûs etiam titulo insignitus haberetur.*

Etiam in aulis Principum, liberi pædagogos suos habuerunt. Nam Irene Imperatrix filiam suam Helisæo eunucho & notario commendavit erudiendam, in Græcis & Romanis literis, & moribus. *Paulus.**

Et Reges ipsos non puduit, præceptores alere. Nam Carolum Magnum Alcuinus docuit Dialecticam, Rhetoricā, & Astronomiam. *Author est Helinandus, ut annotat Erfordiensis.**

DE CONSOCIATIONE ECCLEsiarum, in unâ aliqua provinciâ.

IN provinciis fere ecclesiæ cæteræ, ad metropolin suam, ejusque episcopum, in generali administratione respiciebant.

Metropoleon autem harum fit mentio, in historiâ hujus seculi.

In Asiâ: Cyzicum. *Paulus Diaconus* † Damascus. Petrus enim Metropolita Damasci vocatur, *a Paulo.** Nicæa, metropolis Bithyniæ. *Acta Synodi Nicænæ.*† Tyana, Stauropolis, Mocesus. *Acta Synodi Nicænæ.* Sidæ metropolis episcopus fuit Leo Constantinopolitanus: *in Actione 2. Nicænæ Synodi.* Sinnadon metropolites fuit Johannes: ut constat ex epistolâ Germani ad Constantinum, Natoliæ episcopum: *Actione 3. Nicænæ Synodi.*

In Europa, Coloniam metropolin confirmat Zacharias, in epistolâ ad Bonifacium. *Nauclerus.*† Herbipolis. *Henricus Erfordiensis.** Eisteda, Mynda, Padelburna, Osnaburga. *Crantzius in metropoli.*† Moguntinum, metropolin Germaniæ, appellat *Marianus Scotus.*

¶ Exstat in quodam vetusto codice Catalogus metropoleon in Galliis & Germaniâ, quem adscribimus.

Provincia Lugdunensium prima, habet civitates 4. quarum metropolis est Lugdunum: cui subjectæ sunt Ecclesiæ, Augustodunensis, Lingonensis, Cabillonensis, Matisconensis.

Provincia Lugdunensis secunda, habet civitates 7. quarum metropolis est Rothomagus: cui sunt subjectæ, Baiocas, Abrincatinum, Ebroas, Saxis, Lexovium, Constantia.

Provincia Lugdunensis tertia, habet civitates 8. quarū metropolis est Turonū: cui subjectæ sunt, Cinnomanni, Redonum, Andegavis, Nannetis, Corisolitum, Vencoum, Oximensis, Diablincum.

Provincia Lugdunensis quarta, habet civitates 8. quarū metropolis Sen[illegible]: cui subjectæ sunt Carnotum, Antisiodorus, Nivernis, Tr[illegible] Aurelianis, Parisius, & Meldis.

Provincia Belgica secunda, habet civitates 12. quarum metropolis est Romis: cui subjectæ sunt. Suessio, Catalaunis, Viromandunum, Atrebacum, Cameracus, Sylvanectū, Bellovagus, Ambianus, Morinus, quæ nunc Tarvanensis dicitur, & Bononia, quam nunc Boloniam vocant.

Provinciæ Belgicæ primæ, metropolis est Treveris: cui subjectæ sunt, Mediomatricum, id est, Metis, & Leucorum, Tullo, & Virdunus.

Prov[illegible] habet civitates 4. quarum m[illegible] polis [illegible] subjectæ sunt, Argentoratū, i[illegible] est, Spira, Vangionum, id [illegible] W[illegible].

Provincia [illegible] habet civitates 2. quarum [illegible] metropolis Ag[illegible] est, Colonia: cui subjecta est Tun[illegible].

Provincia maxima Sequanorum, habet civitates 9. quarum metropolis est Vetoncionum: cui subjectę sunt. Equestrium. Nevedunus; & Helvetiorum, id est, Aventicus, & B. [illegible]lientium, id est. Basilea. & Vindonense. & Argentoriense, id est. Argentoratum, & Ebrodunense, & Rauracense, & portæ Abucini.

Provincia alpium Cocciarum & Apenninarum, habet civitates 2. quarum metropolis est Centronium. id est. Drancasia: cui subjecta est civitas Valensium, id est, Octodorus.

Provincia Viennēsium, habet civitates 14. quarum metropolis est Vienna: c[illegible] sunt subjectæ civitates, Gennabensium, Gratianopolitanorum, Albensium, quæ nunc dicitur Vivarias, Docentium, Valentinorum, Trigastinorum, Vasiensium, Arausicorum, Carpentoracentium, quæ nunc Vindeisca, Cabellicorum, Aventicorum, Arclatensium, & Massiliensium.

Provincia Aquitaniæ prima, habet civitates 8. quarum metropolis est Biturigum: cui subjectæ sunt, Arvernensis, Ricetum, Albigensis, Cadurcensis, Lemovicum, Cabalum, V[illegible].

¶ A[illegible] sedes episcopales interdum ex uno loco in alium [illegible] transla[illegible] ab episcopis, vel magistratu. Nam Hucbertus è T[illegible] Leodium sedem episcopi transposuit; reliqu[illegible] Lamberti [illegible] permissis, anno Dom. 710. *Sigebertus.* A[illegible] translatio accessit etiam Pontificum consensus: ut infra dicetur.

Tituli metropolitanorū sunt: Pontifices. Sic omnes plebes Pontificibus pareant, *Aventinus* * inquit: *ex Synodo Dingelfingensi.*

* lib. 3.

Interdum in unâ provinciâ plures Metropolitani nominantur. Heldi, occidentalium Saxonum episcopo, defuncto; episcopatus provinciæ illius in duas parochias divisus est. *Beda.* † Sed Carolus Magnus, in Constitutionibus suis, vetat, ne provincia inter duos metropolitanos dividatur.

† lib. 5. c. 18.

Ac oportebat eos in principali cathedrâ suæ parochiæ residere, & non aliam magis Ecclesiam frequentare. *Carolus Magnus in Constitutionibus suis.*

¶ Officia autem eorum fuerunt: Curare, ut vera doctrina in Ecclesiis sibi subditis doceretur, ex authenticis, & non ex apocryphis libris. Carolus Magnus, in edicto suo, inquit: *Sic & vestrum est, videre, dilectissimi & venerabiles pastores, & rectores Ecclesiarum Dei, ut presbyteros mittatis per parochias vestras, populum Deo servientem, ut recte & honeste prædicent: & non sinatis nova, vel non-canonica, aliquos ex suo sensu, & non secundum scripturas sacras, fingere & prædicare populo. Sed & vosmet-ipsi utilia, honesta & recta, & quæ ad vitam ducūt æternam, prædicate, aliosq; instruite, ut hæc eadem prædicent.* Theodoricum Arno constituit episcopum in Hunnorum regione: ut populum instituat, rerum cœlestium curam gerat, ritus colendi summum Deum, ejusque voluntatem, cōdoceat. *Aventinus.* † Carolus Magnus, ex Laodicensi Synodo, Canonem repetit, in Constitutionibus suis: ut canonici tantùm libri in Ecclesiis legantur. Et ex Carthaginensi I. ut fides sanctæ Trinitatis, & Incarnationis Christi, Passionis, & Resurrectionis, & Ascensionis in cœlos, diligenter omnibus prædicetur.

† lib. 4.

Cavere hæreticos, D[illegible] operam en[illegible], ne lupi tecti pelle ovinâ, ovile irrumpant. *Gregorius III. in epistolâ ad Bojos, apud Aventinum* *

* lib. 3.

Abolere ethnicas superstitiones & idolomanias, cum prædictis [illegible] politic. Synodus Francica: * *Decrevimus quoque, ut secundum Canones unusquisque episcopus, in sua parochia sollicitudinem habeat, adjuvante graphione, qui defensor Ecclesiæ est: ut populus Dei paganias non faciat; sed ut omnes spurcitias gentilitatis abjiciat & respuat: sive profana sacrificia*

* Tom. 2. Conc.

A *mortuorum, sive sortilegos, vel divinos, sive phylacteria & auguria, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines juxta ecclesias [illegible] ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum Martyrum vel Confessorum Domini, suos Sanctos ad iracundiam provocantes.*

Juvare excommunicationem. Nam non licebat, excommunicatum ab uno episcopo, [illegible] in communionem admittere. *Carolus Magnus in Constitutionibus Aquisgrani.*

Episcopos & presbyteros in suâ provinciâ ordinare:
B Theodoricum regem Arno facit episcopum in Hunnorū provinciâ: ut templa dedicet, & sacerdotes cooptet. *Aventinus.* * Sed non licebat alterius clericum recipere, aut ordinare (juxta caput 6. Synodi Duriensis sub Carolo Magno) sinè commendatitiis literis, & sui episcopi vel abbatis licētiâ. *Idem, in Aquisgranensi decreto.*

* lib. 4.

Aut ab aliis ordinatos examinare, tum de doctrinâ, tum de administratione Sacramentorum. Synodus Francica, sub Carolomanno: * *Statuimus etiam, ut secundum cautelam omnes undecunque supervenientes ignotos episcopos, vel presbyte-*
C *ros, ante probationem synodalem, in ecclesiasticum ministerium non admittamus.*

* Tom. 2. Conc.

Visitare Ecclesias. Canon Synodi sub Carolomanno sic habet: * *Unusquisque presbyter, in parochiâ habitans, episcopo sit subjectus*, & semper in Quadragesimâ rationem & ordinem ministerii sui sive de Baptismo, sive de Fide catholicâ, sive de precibus & ordine Missarum, episcopo reddat & ostendat: & quandocunque jure canonico episcopus circumierit parochiam, ad confirmandos populos; presbyter paratus sit ad suscipiendum episcopum, *cum collectione &*
D *adjutorio populi. Nauclerus* * G[illegible]orius III. in epistola ad Bavaros, *apud Aventinum.* * Parochos sæpius visitent episcopi; Presbyteros rectè vivere compellāt. *Synodus Anglicana.* † Carolus, in Constit[illegible] Aquisgrani, inquit: *Episcopi diligenter discutiant per suas parochias presbyteros, eorum fidem, baptisma, & Missarum celebrationes: ut & fidem rectam teneant; & Baptisma catholicum observent, & Missarum preces bene intelligant; & ut Psalmi dignè secundum divisiones versuum modulentur; & dominicam orationem ipsi intelligant, & omnibus prædicent intelligenda: ut unusquisq; sciat, quid petat à Deo,*
E *& ut* Gloria Patri *cum omni honore apud omnes cantetur: & ipse Sacerdos, cum sanctis Angelis, & populo Dei, communi voce,* Sanctus sanctus sanctus *decantet.*

* Gen. 23.
* lib. 5.
† cap. 9.

Curare, ut in Ecclesiâ omnia rectè fiant. Carolus Magnus, in Cōstitutionibus suis Aquisgrani: *Unusquisq; vestrum videat per suas parochias, ut Ecclesia Dei suum habeat honorem, simul & altaria secundum suam dignitatem venerentur, & non sit domus Dei, & altaria sacrata pervia canibus: & ut vasa sacrata Deo cum magnâ veneratione [illegible]antur, & ut sacrificia sacrificata cum magna [illegible] colligantur, quæ dignum est*
F *honore serventur: & ut secularia negotia, vel vaniloquia, in ecclesiis non agantur: quia domus Dei domus orationis debet esse; non spelunca latronum: & ut intentos habeant animos ad Deum, quādo veniunt ad Missarum solennia: & ut non exeant, ante completionem benedictionis sacerdotalis.*

Cognoscere & componere controversias & lites, inter suos episcopos [illegible]tas, cum consilio comprovincialium. Stephanus III. † *Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur: nisi tamen ad Apostolicā sedem fuerit appellatum.* Et Carolus Magnus, in Constitu-
G tionibus suis, reperit Canonem Synodi Chalcedonensis: *Clericorum negotia ab episcopis dijudicentur, & non a secularibus.*

† Compil. quæst. 6. c. Nisus.

In causis matrimonialibus decernere, quid fieri oporteat; & aliis indicare. Gregorius III. Bonifacium monet, ne concedat, ut quis ampliùs duas simul ducat uxores: *in epistola ad ipsum.* * Itèm, ne quis intra quartum gradum contrahat matrimonium. Ac concedit, ut maritus, cujus uxor propter imbecillitatem nequeat debitum reddere, alteram ducat, & ægrotam illam simul alat.

* Tom. 2. Conc.

Cavere, ne Bona ecclesiastica abalienentur. Carolus
H Magnus in Constitutionibus suis: *Ut singuli episcopi, abbates & abbatissæ diligenter considerent thesauros ecclesiasticos: ne, propter perfidiam aut negligentiam custodum, aliquid de vasis, reliquisque thesauris perditum sit. Quia dictum est nobis, quod negotiatores Judæi, nec-non & alii gloriantur, quod quic-*

A *quod eis placeat, possint ab eis emere.*

Celebrare Synodos provinciales. ZACHARIAS, in epistolâ ad Gallos & Fracos, inquit: *Quotannis conventus cogantur; in quibus de concordiâ & pace Christianâ agatur. si quid adversum fuerit, recenseatur. quo templum Dei firmius ac immobile perstare possit.* Aventinus.† [† lib. 3.] GREGORIUS III. in epistolâ ad episcopos in Bojariâ & Alemaniâ:† [† Tom. 2 Conc.] *Catholica Sanctorum jubet autoritas, ut bis in anno, pro salute populi Christiani, seu exhortatione adoptionis filiorum, Synodalia debeant celebrari.*

B Ac in iis Hæreticos & sceleratos deponere, vel excommunicare. *Quotannis Concilia celebrentur: in hisce pietatem Christianam, candoremq; germanum, a malis sacerdotibus pollutum, expiato.* Carolomannus in edicto, *apud Aventinum.** [* Lib. 3.] Carolus, anno Domini 794 ad condemnandam hæresin Felicianam, Concilium episcoporum, ex omnibus regni sui provinciis, in villâ Francofurti, congregavit. *Regino,** [* Lib. 2.] & *Annales Francorum.*

Aut se-se excusare. Sic Leo, Romanus Pontifex, omnes episcopos Italiæ congregavit; ac se excusavit: *ut Antoninus*† [† Tit. 14. cap 1 § 7.] *indicat.*

C Aut superstitiones instituere. Sic GUTHBERTUS, in epistolâ ad Lullum, dicit; in generali Synodo, de natalitio die Bonifacii & sociorum ejus celebrando, constitutum esse.

Aut decreta, ad gubernationem provincialium Ecclesiarum necessaria, facere. Bonifacius multa Concilia celebravit; quorum unum Augustæ fuit: in quibus multas ordinationes, quibus Ecclesia uteretur, instituit. *Mutius.*† [† lib 6.]

Ad Synodos archiepiscoporum aut universales ire; aut pro se alios ablegare, ac in iis pro se & suis subscribere. Ex D Franciâ duodecim episcopi ad Concilium Romanum, à Stephano III. convocatum, venerunt. *Liber pontificalis.* Jussu Imperatorum, omnes Pontifices, ex unâquâque regione & civitate, proficiscuntur in regiam civitatem, ad œcumenicam Synodum. *Ignatius in vita Tarasii.* In Actis Nicænæ II. multorum episcoporum metropolitanorum mentio fit.

Monasteria consecrare, & tueri. Ludgerus, Mymigardensis episcopus, subjecit Ecclesiam Helmenstetensem abbati Werdenti. *Metropolis Crantzii.** [* lib. 2. c. 10] Bonifacius monasterium Fuldense fundavit, & dedicavit; & regulam Benedi- E cti in eo observari præcepit. *Zacharias in epistolâ ad Bonifacium** [* Tom. 2 Conc.]

Custodes erant disciplinæ monasticæ. BONIFACIUS, in epistolâ ad presbyteros Angliç, commonefacit monachos de officio.

Magistratûs jussu, legationibus fungi. Carolus Osnaburgensi episcopo privilegia concedit: ut, si fortè contingat, ut Imperator Romanorum, & Rex Græcorum, conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant, cum F sumtu à Rege vel Imperatore adhibito, laborem simul & honorem legationis istius assumat. *Crantzius in Metropol.*† [† lib. 2. c. 2.] *ex Caroli privilegio.*

Judices probare, vel improbare. CAROLUS Magnus in Constitutionibus suis: *Probati a metropolitano judices, non spernantur.*

DE CONSOCIATIONE ECclesiarum, in pluribus Provinciis.

IN Provinciis quibusdam, Metropolitani, cum Ecclesiis suis, subesse solebant uni alicui Episcopo. Sed tamen id G non ubique fuisse; constat ex epistolâ Bonifacii ad Zachariam:† [† Tomo 2. Conc.] in quâ indicat, Francos seniores testari, amplius quàm octoginta annis Synodum nullam in eâ regione esse habitam; nec Archiepiscopum isthic fuisse; nec Jura canonica (scilicet Romanorum) fundata aut renovata esse.

¶ Sedes autem archiepiscopales, quas Thronos appellat Synodus Nicæna II. hæ ferè in historiis hujus seculi celebrantur.

Hierosolyma. Patriarchæ Hierosolymorum mentio fit *apud Reginonem.** [* lib. 2.] Et *in Actione 3. Nicænæ II.* exstat Theodori H Patriarchæ epistola.

Antiochia. Theophylacti Patriarchæ Antiochiç meminit *Paulus.*† [† lib. 22.]

Alexandria. Cosmæ, Alexandriæ Patriarchæ, meminit *Paulus.** [* ibid]

A Thessalonica. Summi Thessalonicensium sacerdotis meminit *Zonaras.*† [† Tom. 3]

Sardinia. Thomæ, archiepiscopi Sardiniæ, mentio fit *in Actis Synodi Nicænæ.*

Constantinopolis. Patriarchç Constantinopolitani meminit *Zonaras, Sigebertus & Ado.*† [† Ætate 6.] Beda episcopatum & pontificatum Constantinopolitanum vocat, quam Zonaras patriarchatû appellat. Et *Metaphrastes*† [† Tomo 5.] Tarasium archiepiscopum vocat, in vitâ ejus.

B Roma. Stephanum Papam Patriarcham vocat *Autor vitæ Crodegangi, in Actis Metensium.* Leontius, Secretarius Imperatoris, meminit Archiepiscopi Romani, *in Actione 2. Nicæna II.*

Ravenna. Johannis, Ravennæ Archiepiscopi, mentio fit *in libro pontificali.*

Gradum. Antonini, Gradensis Archiepiscopi, meminit *Liber pontificalis.*

Aquileja. Petro, Patriarchâ Aquilejensis ecclesiæ, mortuo, Serenus successit. *Paulus Diaconus.** [* lib. 6. Long. c. 10.]

C Mediolanum. Benedicti Mediolanensis Archiepiscopi, meminit *Paulus ibidem.*

Rothomagum. Ægidius Rothomagensis Archiepiscopus fuit: & Remigii meminit *Sigebertus*, anno 751.

Apud Bituriges, Ermenbertus, accepto pallio ab Adriano, constituitur Archiepiscopus: ut patet *ex epistola Adriani ad Pipinum.*

Laureacum. *Aventinus.** [* lib. 3.]

Moguntium. Nam Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum vocat *Regino.*† [† lib. 2.]

D Treviris. Nodoaldi, Trevirensium Archiepiscopi, meminit *Crantzius in Saxoniâ.*† [† lib. 2 c. 14]

Juvavia. Archiepiscopus enim ejus, Arno, pallium à Papâ Leone accepit, anno Domini 798. *Cosmographia Munsteri, & Aventinus.** [* lib. 4.]

Bathavia. Excisâ urbe Laureaco, Utilo, Dux Bavariæ, Vivilum jussit Bathaviam commigrare: eaque urbs posteà Laureacensium Archiepiscoporum domicilium mansit. *Aventinus.** [* lib 3.]

Wormacia. Archiepiscopatum Wormaciæ sub Gre- E gorio III. fuisse, *Aeditnus in Chronico* indicat: & Moguntiam translatum esse, per Bonifacium, narrat.

Colonia. Nam *Crantzius* Hildebaldum Coloniensem vocat Archiepiscopum, *in Metropoli.*† [† lib. 1. c. 5.]

Metis. Nam Stephanus Papa Crodegangum pallio archiepiscopi decoravit. *Acta Metensium.*

Brema. Nam Carolus Willehadum isthic Archiepiscopum constituit. *Crantzius in Metropoli.*

Eboracum. Egbertus, Eboracensis archiepiscopus, archipræsulatum nitori pristino, per recuperatum pallium, F restauravit. *Wilhelmus.*† [† lib. 4. de Pont.] *Balaus.** [* Cent. 2 cap. 5.]

Dorovernum. Athelardi Archiepiscopi Dorovernensis meminit Leo, in epistolâ ad Cenulphum. *Wilhelmus.*† [† lib 1 de Angl. c. 71.]

Viennæ archiepiscopatum Gregorius III. instituit. *Martinus, & Aeditnus in Chronico. Liber pontificalis, & Tom. 2. Conc.*

¶ Tituli istorum sunt: Patriarcha. Germanus appellatur Patriarcha, *in Chronico Ivonis, & a Zonara.** [* Tom 3.]

Primas veteris Romæ. Tarasius in epist. *Act. 3. Nicæna II.*

Summus sacerdos. *Zonaras.*

Præcipuus sacerdos. Sic *Paulus Diaconus*† [† lib. 6 Long. cap. 13.] appellat Za- G chariam.

Archiepiscopus. *Paulus.** [* lib 6. Long. c. 10.] Et Thomç Archiepiscopi Mediolanensis meminit *Regino.*† [† lib. 2.]

Sũmus pastor. Sic appellatur Tarasius, *in Nicæna II. Act. 1.*

Papa. Adrianum sanctissimum Papam Basilius vocat, *in Actione 1. Nicæna II.*

Archiflamen. Sic Carolomannus Bonifacium appellat, in edicto. *Aventinus.*† [† lib. 3.]

Archimystes. Vivilus archimystes Laureacẽsis. *Avent.** [* lib. eod.]

Pontifex. Sic Zacharias vocatur *apud Paulum Diaconũ.*† [† lib 6. Lon. c. 13.] H Et Orientis episcopos Leontius Pontifices vocat, *in Actione 2. Nicæna II.*

Archipontifex. *Liber de vitâ Crodegangi.** [* cap. 11.]

Novum est, quòd Bonifacius se Legatum Germanicũ Apostolicæ sedis appellat, *in epistolis suis.*

¶ Archiepiscopi autem communi omnium suffragio eligebantur: ut patet ex epistolâ Gregorii III. ad Bojos, & edicto Carolomanni, *apud Aventinum.** [* lib. 3.]

Ordinari solebant, vel à Pontifice Romano, vel ab aliis vicinis Archiepiscopis & Metropolitanis. Zacharias Papa Narviæ episcopum ordinavit. *Liber pontificalis.* Et Stephanus III. Leonem archiepiscopum Ravennatensem consecrat. *Liber pontificalis.*

Ac solebant Metropolitani episcopi, ad sedes archiepiscopales transferri. Anno 2. Imperii Artemii, translatus est à Cyzico, urbe metropoli, Germanus Constantinopolim: in quo & commonitorium translationis, quod subinfertur, pronunciatum est, continens ità: *Electione & approbatione religiosissimorum presbyterorum & diaconorum, totius venerabilis cleri, sacriq; senatus, & amici Christi populi, conservandæ hujus regiæ urbis, divina gratia, quæ semper infirma curat, & ea, quæ non sunt, adimplet, transilulis Germanum, sanctissimum præsulem Cyzicensium metropoleos, in episcopum hujus à Deo conservandæ ac imperatoriæ civitatis.* Facta est præsens translatio in præsentiâ Michaëlis, sanctissimi presbyteri, & apocrisiarii Apostolicæ sedis, & reliquorum sacerdotum ac præsulum, sub Artemio Imperatore. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22. Rom.]

Ac alii plures, alii pauciores, sub suâ diœcesi Ecclesias habebant. Bonifacius, Moguntinensis metropolites, & Coloniensis ecclesiæ præfectus fuit. *Balæus.** [* Cent. 2. cap. 13.] Et Moguntum & Coloniam in præcipuas stationes sibi reservavit: è quibus provinciales episcopos consiliis gubernavit. Hinc adeptæ sunt duæ istæ urbes quendam, in episcoporum aliquot stationes, principatum; quem honorem Bonifacio debent. *Curio.*† [* lib. 2. Chron.] Sidonius, maximus Bojorum pontifex, fuit archiepiscopus Laureacensis, & episcopus Bathaviēsis. *Aventinus.** [* lib. 3.] Sub Juvaviensi esse jubetur Theodoricus, episcopus Hunnorū. *Aventinus.*† [† lib. 4.] Et sub Gregorio III. in Wormaciâ fuit archiepiscopatus, habens sedecim episcopos suffraganeos; & vocabatur civitas Vangionum. *Aeditum in Chronico.* Ravennatium urbs, multarum exstat caput Ecclesiarum. *Gregorius III. ad Ursum, Ducem Venetum, Sabellicus.** [* Epist. 8. lib. 7.] Postquam Witekindus ad fidem venit; Saxonia subacta in provinciam est redacta: quæ diversis temporibus in octo episcopatus divisa. Moguntino & Coloniensi archiepiscopis est subjecta. *Saxonia Crantzii.*† [† lib. 2. c. 14.] Dorovernensis archiepiscopatus, 12. episcopos sub se habuit: sed Offa eum in duas parochias divisit, cum consensu Adriani Papę. Verùm Cenulphus consuluit eâ de re Leonem Papam: qui in integrum restitui jubet. *Wilhelmus.*† [† li. 1. c. 70 & 71.]

Ac erat inter illos episcopos ordo aliquis. Sic Eistettensis, Cancellarius seu Scriba sedis Moguntinæ fuit, & in cōciliis & conventionibus, à dextris archiepiscopi Moguntini, primum locum obtinuit; & à Moguntino vestem insignem, quam Rationale vocant, accepit: ut indicat *Hartmānus Schedel.** [* Ætat. 6.]

¶ Officia eorum erant: Tueri consensum in purâ & sincerâ doctrinâ. ut patet *ex historiâ Tarasii, apud Ignatium.* Idē, in epistolâ ad Johannem presbyterum, inquit: * [* Tom. 2. Conc.] *Submittimus nos, ut per omnia Evangelicæ & Apostolicæ & Patrum doctrinæ inserviamus. Ad hæc omnibus modis operā damus, ut, quicunq; in sacerdotalem sortem adoptati sunt, ita conserventur & vivant, quemadmodum decet omnes eos, qui in nomine Domini vocati sunt. Si verò aliqui recusant præceptis horum stare: ego sane cum illis nullam communionem habere velim, alienusq; sum ab illorum animo.*

Dare operam, ut sacra Scriptura, in suæ gentis linguam translata, a plebe legi possit. nam id ut faciat Egbertus, *Beda* monet *in epistolâ ad ipsum.*

Obscuriora in sacris literis dicta explicare. Sic Tarasius quosdam Psalmos Davidis obscuriores ità exposuit, ut intelligi a Lectoribus possent. *Ignatius in vitâ ejus.*

Cavere, ne quis novis opinionibus & pluralibus turbet Ecclesiam. Cutbertus, in epistolâ ad Lullū, queritur, quòd novellarum conversationū pravę ubique sectæ succrescāt: propterea quòd, postpositis antiquorum Patrum decretis & legibus ecclesiasticis relictis, multa juxta proprias adinventiones prava & nociva instituantur. CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis Aquisgrani factis: *Vestrum est, Pastores & Rectores Ecclesiarum Dei, videre, ut presbyteros, quos mittitis per parochias vestras, ad regendum per ecclesias populum Deo servientem, ut recte & honestè prædicent: & non sinatis nova, vel non-canonica, aliquos ex suo sensu & non secundum Scripturas sacras, fingere, ac prædicare populo. Sed vosmet-ipsi utilia, honesta & recta, & quæ ad vitam ducunt æternam prædicate, aliosq; instruite, ut hæc eadem prædicent.*

Magistratus commonefacere, ut defendant Sacerdotes contra Hæreticos & Paganos. Sicut facit BONIFACIUS, in epistolâ ad Griphonem, Caroli Martelli filium: *Obsecro & adjuro pietatem vestram, per Deum Patrem omnipotentem, & per JESUM CHRISTUM Filium ejus, & per Spiritum sanctum, per sanctam Trinitatem & unitatem Dei: ut, si tibi Deus potestatem donaverit, ut adjuvare studeas servos Dei, sacerdotes, presbyteros, qui sunt in Thuringiâ; & monachos & ancillas Christi defendere, contra Paganorū malitiam; & adjuvare Christianum populum, ut eos Pagani non perdant: ut ante tribunal Christi mercedem habeas perpetuam.* Idem in epistolâ ad Volredum petit: ut Pipinus dignetur suorum Sacerdotum suscipere curam, ne post obitum suum dispergantur, & populus prope Marcam legem Christi amittat.

Exstirpare hæreses, & errantes in viam reducere. BONIFACIUS, in epistolâ ad Lebeogytham. *Pietatem Domini precamini, ut Spiritu principali confirmet cor meum Deus, qui me indignum pastorem in populo vocari voluit: ut, lupo veniente, more mercenarii non fugiam, sed exemplo boni pastoris, agnos pariter cum matribus, Ecclesiam sanctam catholicam cum filiis & filiabus suis, contra Hæreticos & schismaticos, vel hypocritas, fideliter ac fiducialiter defensare studeam.*

Idololatriam abrogare: ut patet ex epistolâ Bonifacii, ad Danielem. Et GREGORIUS II. *in epistolâ 3. ad Thuringos, & in epistolâ ad Saxones,** [* Tom. 2. Conc.] monet eos; ut idola colere sacrificiis desinant. Et GREGORIUS III. *in epistolâ ad Germanos, &* ZACHARIAS, *in epistolâ ad Bonifacium*, indicat, se Romæ anguria abrogâsse: ac hortatur eum, ut idem apud suos faciat.

Juvare propagationem Ecclesiæ. Egbertus duodecim misit monachos in Frisiam, ut istic plebem verâ doctrinâ imbuerent. Non aliud Laureacensibus archiepiscopis, Sidonio, Peregrino, Uniloni, studium fuit; quàm dilatandæ religionis Christianæ. *Lazius.** [* lib. 20. c. 5 de Franc.] GREGORIUS II. hortatur Saxones, ut desistant à cultu idolorum & statuarum; & Deum verum colant: *in epistolâ ad Saxones.*

Distribuere parœcias suæ provinciæ; & Clericorum operas dispertiri. Per Dei gratiam populis Germaniæ aliquantulùm correctis, tres ordinavimus episcopos, & tres parochias in tribus urbibus. *Bonifacius ad Zachariam, Nauclerus.** [* Generat. 25.] Et ZACHARIAS, in epistolâ ad Unilonem, indicat, Bonifacium Bojorum provinciam in quatuor parochias divisisse, quæ antea unum tātùm habuerat episcopum. Unde *Aventinus* inquit: * [* lib. 3.] *Favēte Unilone, Bojaria in ecclesiasticas diœceses & parochias divisa est.* Virgilius, Salisburgensis episcopus, Modesto, episcopo Charinorum, facit potestatem consecrandi templa; sacerdotes ordinandi, juxta Patrum & Majorum consulta. *Aventinus.** [* lib. eod.] Bonifacius in Pannoniâ episcopos & diaconos constituit. *Mutius.*† [† lib. 6.] Bonifacium Germaniam in tres parochias distinxisse, seu tres sedes episcopales constituisse, Herbipolensem, Bambergensem, & Erfordiensem; *Hedio*† [† li. 6. c. 7.] refert: & constat *ex epistolâ Bonifacii ad Zachariam.** [* Tom. 2. Conc.]

Cognoscebāt causas suarum Ecclesiarum. Sic ad Theodorum, Antiochiæ patriarcham, cives Epiphanię accusant episcopum suum Cosmam, de sacrorum vasorum abalienatione: quæ cùm non posset restituere, cum Constantino se conjunxit. *Paulus.** [* lib. 22. Rom.]

Inspectores erant morum; minùs rectè se-se gerentes objurgabant, & corrigebant. Tarasius, multis ex iis, qui erant relati in numerum clericorum, qui suos lumbos zonis cingebant aureis, & ornati erant variis & preciosis vestibus sericis, aurum quidem ademit: fecit autem succingere lumbos cingulis, contextis ex pilis caprarum. iis verò, qui toti corpori ex iisdem filis purpureas vestes habebāt contextas, excogitat tunicas, remotas à curiositate nimiâ & deliciis: ut quæ essent vestitus honestus; & convenirent iis, qui

Deo servire statuerunt, & profitentur humilitatem. *Ignatius in vitâ Tarasii.* Idem constat *ex epistolâ ejus ad Johannem.*† [† Tom. 2. Conc.]

Visitare Ecclesias. Willericus Bremensis, cum Verdensi, in Transalbianam regionem, pro opportunitate penetravit. *Metropolis Crantzii.** [* l. 1. c. 13.]

Et juxta Canones emendare ea, quę non rectè fiebant: ut patet *ex Zacharia epistolâ ad Bonifacium.*† [† Tomo 2. Conc.]

Ordinare episcopos metropolitanos; eosque confirmare in suo episcopatu. Bonifacius ordinavit episcopos; & **B** confirmavit missatores. *Balæus.** [* Cent. 2. cap. 13.] Idem, Carolomanni rogatu, Trajecti ordinavit episcopum: ut apparet *ex Bonifacii epistolâ ad Stephanum. Nauclerus.** [* Gen. 28.] GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium: † *Ex vigore Apostolicæ sedis debes ordinare episcopos; piâ tamen contemplatione, ne vilescat dignitas episcopatus.* [† Caus. 16. qu. 1. cap. Præcipimus.] Bonifacius Villibaldum Eistetensem episcopum ordinavit; & summum Cancellarium suum constituit. *Balæus.** [* Cent. 2. cap. 16.]

Ac mandaret, ut illi, qui sub metropolitanis erant, obedientiam & reverentiam illis præstarent. Sic Germanus præcepit Theophilo, Natoliæ episcopo: ut suo metropolitę literas tradat, omnemque honorem illi debitum tribuat; **C** illiq; secundùm sacerdotalem ordinationem se subjiciat. *Actione 3. Nicæna II.*

Minùs idoneos ab officio deponere. Sic Bonifacius Francorum sacerdotes multos removit. *Aventinus.** [* lib. 3.]

Celebrare Synodos in suâ diœcesi. Bonifacius celebravit Synodos. *Balæus.*† [† Cent. 2. cap. 13.] Brithvvaldus primas Anglorum, Londini, jussu Romani Pontificis, synodum celebrat. *Balæus.** [* Cent. 1. cap. 91.] Stephanus III. ad Concilium Romanum, convocat Thusciæ & Campaniæ & Italię episcopos. *Liber pontificalis.* **D** In synodo sacerdotes, omnium suffragiis cooptati, pravos & criminibus designatos exautorate; Concilia, pro salute Christiani populi, bis quotannis, juxta Danubium, ubi libuerit, cogite: in hisce controversiæ & causæ omnium, secundùm Christi Servatoris legem, & placita Euangelii, Pauliq; legati Christi scita, cognoscantur. *Gregorius III. in epistolâ ad Vvilum.*

Aut etiam in aliâ, si rogabantur à magistratu. Sic Bonifacius, à Carolomanno rogatus, Synodum in Franciâ celebravit: ut patet *ex epistolâ Zachariæ ad eundem. Nauclerus.** [* Gen. 25.] **E** Et deposuit ab officio quosdam sacerdotes. *Aventinus.*† [† lib. 3.]

Et consentiebant Archiepiscopi. Sic Bonifacius, consensu archiepiscopi Cantuariensis, Londini Synodum celebravit. *Hedio.*† [† li. 8. c. 21.]

Cum consensu & authoritate Imperatorum, indicere Synodos universales. Sic Tarasius & Imperatores septimã Synodum indixerunt. *Zonaras,*† [† Tom. 3.] & *Actione 3. Nicæna II.*

Proficisci ad Synodos universales; aut per literas & legatos suam excusationem vel sententiam afferre. Sic Tarasius, Patriarcha Constantinopolis, & Imperatores, convocaturi septimam Nicænam Synodum, Romam mittunt, **F** & ad cæteros Patriarchas: ac petunt, ut vel ipsi veniant; vel legatos mittant, qui suam vicem in Synodo sustineant. *Zonaras, Paulus.*† [† lib. 23.] Gregorius III. ad Synodum Romanam vocat Antonium Gradensem, & Johannem Ravennæ, archiepiscopos. *Liber pontificalis.* Adrianus Papa legatos & literas synodicas ad Synodum Nicænam misit, quæ leguntur: *ut patet ex Actis.* Idem fecit Patriarcha Antiochenus, qui Thomam presbyterum, & Johannem monachum, ablegavit cum scriptis: quæ Imperator legi jubet in epistolâ suâ, *in Actione 1.* **G** TARASIUS, in epistolâ ad Antiochiæ & Alexandriæ episcopos, inquit: † [† Tomo 2. Conc.] *Sanctitatem vestram precamur, quò nobis simul cum epistolis vestris duo mittantur; qui vices vestras hic peragant. Si quid autem ex Dei traditione hactenus, quod ad hoc argumentum facere possit, habueritis; velim nobis declaretis: quo literæ vestræ synodicæ, & vicarii quoque à vobis missi, hi quidem cum gratiâ audiantur, illæ verò legantur: atque id solum, ne amplius schisma aliquod in Ecclesiâ Dei maneat. Idem etiam hoc à Primate veteris Romæ postulavimus. Vos autem fraternè nunc obtestamur, apostolicamq; ad vos vocem eloquimur: ut cum Deo optima investigetis, & juxta divinam vestram speculationem,* **H** *ea, quæ investigata sunt, manifestetis.* Johannes, in secundo Nicæno concilio, tenet locum trium thronorum; Alexandrię, Antiochiæ, & Hierosolymorum.

In Synodis œcumenicis, unus aliquis aut plures, ex archiepiscopis, solebant præsidere. **A** Secundam Nicænam Tarasius, Constantinopoleos Patriarcha, gubernare videtur. *Actione 1.* Ipse enim exponit, quo consilio ab Imperatoribus Patres sint convocati.† [† Tomo 2. Conc.]

In quæstionibus difficilioribus, solebant Abbatum & Monachorum eruditorum sententias cognoscere. Sic Bonifacius Winfretum abbatem rogat, ut sibi libros & tractatus super epistolas Pauli communicet; & quærat, ubi in scriptis ecclesiasticis disputatum & judicatum sit, capitale **B** peccatum esse, commatrem ducere uxorem: sicut Romani æstiment.

Curabant bibliothecas: ut *Beda** [* l. 5. c. 21.] de Accâ, Hugustaldensi episcopo, refert. Egbertus, Eboracensis archiepiscopus, nobilissimam bibliothecam, in gratiam Studiosorum, instituit; unde Albinus libros in bibliothecam Turonensem transferri curavit: ut patet ex ejus epistolâ *apud Balæum.** [* Cent. 2. cap. 14.] Eanbaldo Eboracensi, non tam fortunæ dignitatem, quàm thesauros veterum librorum, gratulari Albinum in epistolâ refert *Balæus*† [† ...t. 1. 10. 2. ?.] *ex Lelando* Benedictus Biscopius, com**C**paratis hinc-indè ex Italiâ & Galliâ exemplaribus, tum Latinis, tum Græcis, bibliothecam copiosam instruxit in suo monasterio. *Balæus.*† [† Cent. 1. in vita ejus.]

Ut Ecclesiis & monasteriis census darêtur, exigebãt. Bonifacius impetravit à Francis; ut ecclesiis & monasteriis, ab unoquoque conjugio servorum, duodecim denarii redderentur: ut patet ex epistolâ Zachariæ. *Nauclerus.** [* Gen. 25.] & *Tomo 2. Conciliorum.* Athelardus effecit, ut Egfridus privilegia ecclesiis restitueret. *Wilhelmus.*† [† li. 1. c. 76.]

Una cum aliis Sacerdotibus & Primatibus regni, eligere **D** Reges seu Duces. À Patriarchâ Populoque Veneto, & à Tribunis & Proceribus, & cunctâ Plebe, Paulus Lucius Dux Venetorum creatur, Heracleæ. *Bergomensis.*† [† lib. 10.] Ad creationem novi Principis Bavariæ, ut mos est gentis, episcopi & monachicum Proceribus conveniunt. *Aventinus.*† [† lib. 4.] In Anglicanâ synodo,* [* ca. 12.] sub Adriano, decernitur: ut Sacerdotes, cum Senioribus Populi, Reges eligant; sed non de adulterio aut incestu prognatos.

Inaugurare Imperatores & Reges. Precibus à Patriarchâ peractis, Leo Constantinum, filium suum, coronavit **E** Imperatorem. *Zonaras.** [* Tom. 3.] Et Anastasius Patriarcha Nicephorum, Artabaldi filium, coronavit. *Paulus.*† [† lib. 22.] Idem Anastasius Leonem coronavit. *Idem ibidem.* Bonifacius Moguntinus Pipinum in Regem unxit: & Childericum tyrannicè deposuit, & populum ab ejus fide absolvit, Romani Pontificis authoritate. *Regino,** [* lib. 2.] *Balæus.*† [† Cent. 2. cap. 3.] Archis, Beneventi Dux, ab episcopis unctus & coronatus est. *Leo Hostiensis.** [* li. 1. c. 10.]

Regibus munera mittere. Bonifacius Ethelbaldo, Regi Merciorum, pro signo veri amoris, mittit accipitrem unũ, **F** falcones duos, duo scuta, & duas lanceas. *in epistolâ ad ipsum.*

Jussu Imperatorum & Regum, civilia negotia tractare. Hierosolymitanus Patriarcha, jussu Constantini, ad Carolum scripsit, eumq; rogavit, ut Palæstinæ subsidium ferat contra Saracenos. *Chronicon Aeditui.*

Cura disciplinæ monasticæ, etiam ad Archiepiscopos pertinebat. Alcuinus, in epistolâ ad Athelardum, archiepiscopum Dorovernensem, monet, ne Romam ad Carolum proficiscens, secum adducat clericos vel monachos, versicoloribus & pomparicis vestibus indutos: quòd non **G** soleant Francorum clerici, nisi religiosis vestibus, amiciri. *Wilhelmus.*† [† li. 1. c. 63.]

In causis matrimonialibus, quid fieri juxta Canones & Pontificum decreta debeat, referre. Sic ZACHARIAS, in epistolâ ad Bonifacium, inquit:* [* Tom. 2. Concil.] *Admonere, & adhortari, & increpare eos frater, ne cesses; quatenus à tali scelesto recedant matrimonio: ut non in æternum pereant.*

Reliquias Sanctorum curare, & prædicare. Patriarcha Hierosolymitanus, Carolo, per monachum, misit reliquias de sepulcro Domini. *Regino,** [* lib. 2.] *Adon.*† [† Ætate 6.]

H Pugnare de jure & finibus suæ diœceseos. Benedictus Mediolanensis cum Romano Pontifice rixatur de Ticinensi ecclesiâ: sed vincitur ab illo potentiâ. *Paulus,** [* lib. 6. Longob.] & *Liber Pontificalis in Gregorio II.*

Postremò & hoc sciẽdũ est, Archiepiscopos, præsertim

Occidentis, propemodum oportuisse mancipia esse Romano um Pontificum; ac eorum jussa & decreta exequi: ut patet ex iis, quæ postea de operibus Antichristi dicemus.

DE CONSOCIATIONE, ET *mutuis officiis Archiepiscoporum.*

ARchiepiscoporum societas & conjunctio, consistebat in conservatione consensûs, in doctrinâ pacis & concordiæ, & disciplinæ ecclesiasticæ, & aliis officiis, ad Ecclesiæ communem administrationem pertinentibus.

Hinc sunt illæ appellationes, quibus se-se invicē ornant. Ut: Coëpiscopus. GREGORIUS III. Papa Bonifacium Moguntinum appellat coëpiscopum, in epistolis, *apud Aventinum.* † Et GREGORIUS II. *in epistola ad Germanos*, vocat coëpiscopos: *& in epistolâ ad Ethilbaldum* Item GUTBERTUS Lullum coëpiscopum suum appellat, *in epistolâ.*

† lib. 3.

Frater. ZACHARIAS, in epistolis suis, Bonifacium sæpè fratrem vocat.

Servuns servorum. quem titulum Gregorium Magnū primum invenisse, superioribus seculis est indicatum. Retinuerunt autem eum, etiam hac ætate, Pontifices Romani. Sic GREGORIUS II. *in epistolâ ad Germanos*, vocat se Episcopum & Servum servorum Dei. Et ZACHARIAS, *in epistola 3. ad episcopos Germaniæ.**

* Tom. 2. Concil.

Lo..nen etiam alii, præsertim Pontificii, usi sunt. Sic BONIFACIUS se Servum servorum Dei appellat, *in epistolâ ad Zachariam.**

* ibid.

Symbolum verò istius societatis, erant literæ synodicæ. GREGORIUS II. misit synodicam ad Anastasium, Constātinopoleos episcopū. *Liber pontificalis.* Et JOHANNES Constantinopoleos, misit Gregorio II. synodicam; cui rescripsit. *Liber pontificalis.* Syno..i..m Orientales Episcopi ad Constantinum Papam mi..ernnt, quam in ambone curavit populo prælegi: ut patet *ex epistola Constantini ad Pipinum.*

¶ Officia autem, quæ sibi invicem Archiepiscopi præstiterunt, hæc ferè colliguntur ex historiis.

In difficilioribus quæstionibus, sententias contulerunt. PLEGUINUS Monabrinus, ortâ quæstione, de sex ætatibus Mundi. Bedam consuluit: ut indicat *Baleus.* † ELIPANDUS, Toleti episcopus, per literas consuluit Felicem, episcopum Orgellis, quid de Humanitate Christi sentiendū sit: utrùm secundùm id, quod homo est, proprius, an adoptivus Dei Filius, credendus & dicendus sit: *Annales Francorum, anno Domini 792.* GERMANUS Constantinopoleos, cum episcopo Natoliæ, contulit de veneratione imaginum: *ut patet ex Act. 3. Nicænæ II.* BONIFACIUS, in epistolâ ad Pechelmum coëpiscopum, inquit: *De unâ quâq; re, consilium vestrum & responsum audire desideramus. Affirmant Sacerdotes per totam Franciam, & per Gallias, nec-non & per Hispaniam, maximi criminis reum esse hominem, qui in matrimoniū acceperit illam viduam cujus antea filiam in Baptismo adoptivā suscipiebat. Quod peccati genus si verum est; hactenus ignorabam: & nec in antiquis Canonibus, neque in decretis Pontificū, Patres, nec in calculo peccatorum Apostolos, usquam enumerâsse, cognovi. Quâ de re si aliquid uspiam in ecclesiasticis scriptis disputatum invenissetis, nobis indicare curate: & quid vobis videatur, nosse velimus.* DAMASCENUS, a Cosmiâ rogatus, quæstiones difficiles Hæreticorum explicavit: ut patet *ex libro de Conversatione ejus.* CAROLUS Magnus alibi. * *Debuerat Ecclesia Græcorum, ad circumjacentium provinciarum ecclesias, legationem sciscitatiram facere; utrùm imagines adorari aut non-adorari deberent? & quidquid de hac re plures secundùm Apostolicam institutionem, tenere vellent Ecclesiæ, ipsa quoq; teneret.*

† Cent. 2. cap. 8.

* Lib. 3. c. 11.

Contra corruptelas doctrinæ & errores, ediderunt communes confessiones & refutationes, subscriptis suis nominibus. CHUTBERTUS, in epistolâ ad Lullum: *Adhæc, quia multæ subinde oriuntur hæreses; quid aliud imprimis agere debemus, quàm ut indesinenter suffragia venerabilium antistitum Ecclesiarum Dei postulemus?*

De suo officio contra Hæreticos, se mutuò commonefecerunt. DANIEL instituit Bonifaciū, quomodo Paganos cōfutare debeat: ut suo loco indicabim*. Adrianus Tarasiū in epistolâ suâ monet, ut pugnet contra eos, quos ille vocat hæreticos, qui damnabant cultū imaginū. *Act. 2. Nicæna II.*

Et negligentes increpabant. Sic BEDA Egbertum, in epistolâ ad eundem, satis apertè arguit negligentiæ: & monet eum, de sacrâ Scripturâ in Saxonicam linguā vertēdâ: & jubet eum cavere, ne specie otii potiùs, quàm virtutis, monasteria à regibus & episcopis splendidè instituantur.

In errorem prolapsos, revocare in viam studuerunt. Sic ANASTASIUS Patriarcha conatus est, per literas Stephanum II. cultum & adorationem imaginum defendentem, & Imperatori resistentem, in viam revocare. sed hanc gratiam reportavit, ut ab eo sit excommunicatus. *Blōdus.* † TARASIUS eos, qui vacillabant, rectiùs instituebat. *Ignatius in vita ejus apud Metaphrastem.* ADRIANUS, in epistolâ ad episcopos Hispaniæ, Eliphandum & Velascarium, Christum Filium Dei adoptivum appellantes, & Pascha cum Judæis observantes, refutat: & nisi pœnitentiam agant excommunicari jubet. FELIX, in Synodo Bavaricâ, ad erroris sui agnitionem adductus, eūdem damnat & abdicat. *Annonius.**

† Dec. 1. lib. 10.

* Lib. 4. c. 13.

Communi consilio excommunicarunt. Sic communi sententiâ Theodorus Antiochenus, & Theodorus Hierosolymitanus, & Cosmas Alexandrinus, cum episcopis sibi subjectis, die Pentecostes, post lectionem Euangelii, singuli in suâ civitate, uno eodemq; modo, Cosmam, Epiphaniæ episcopum, ob sacrilegium anathematizarunt. *Paulus.**

* lib. 22.

De sui ordinatione, & confessione de doctrinâ, literas sibi invicem miserunt; & eam, ut legitimam, approbarunt. TARASIUS, in epistolâ ad episcopos Antiochiæ & Alexādriæ: † *Quandoquidem antiqua quædam observantia, imò verò Apostolica traditio, in Ecclesiis diu obtinuit; ut illi, qui recens assumti fuissent ad summi alicujus sacerdotii gradus, illis, qui & ante eos, & multis temporibus, summi sacerdotii gradum obtinuissent, fidē suam exponerent: visum igitur est mihi hæc sequuto, & me submittere vobis; & manifestè meæ fidei confessionem apud vos exponere: quemadmodum a Spiritus sancti tuba, quarum sonus egressus est in omnem terram, & verba eorum in fines orbis terræ, itemq; a gregibus & ovibus eorum, divinis Patribus nostris, a teneris unguiculis didici.*

† Tomo 2. Concil.

Ad Synodos suas se invicem admittebant. BONIFACIUS, in epistolâ ad Egbertum archiepiscopum inquit: *Obsecro, ut vestræ familiaritatis synodo, ut ..... servus Dei meeium laborātibus, adjunctus esse merear: & sis mihi consiliarius & adjutor, in inquirendis & investigandis regulis ecclesiasticis judiciorum Dei.*

Libros sibi invicem dedicarunt. BEDA Nothelmo triginta Quæstiones in libros Regum dedicavit. Idem Withredo Mathematico dedicavit libellum de Æquinoctio. WILIBALDUS, episcopus Eistetensis, vitam Bonifacii, à se conscriptam, offert censuræ Lulli Moguntinensis, & Megengardi Herbipolensis. *Hedio.* † APONIUS, rogatus ab Armenio presbytero, in Canticum Canticorum commentatus est, eique dedicavit.

† E. 6. c. 81.

Aut commodatò sibi invicem dederunt. BONIFACIUS Egberto mittit epistolas Gregorii; quas dicit se ex Romanâ bibliothecâ accepisse: *in epistolâ ad eundem.* Idem à Nothelmo archiepiscopo petit; ut sibi interrogationum Augustini Anglicani, & Gregorii responsionum, exemplar mittat: & simul indicet, an capitulum illud; Quòd in tertiâ generatione fidelibus liceat matrimonia copulare, &c. verè Gregorio attribuatur, an secùs. Et BUGGA abbatissa ad Bonifacium scribit, se passiones Martyrum nondum potuisse procurare. BONIFACIUS petit à Daniele, ut sibi librum Prophetarum, relictum ab abbate Winberto, mittat: *in epistolâ.* Et CYNEHARDUS, Ventanus episcopus, à Lullo petit, sibi antiquos libros ecclesiasticos & medicinales mitti: *in epistola ad eundem.*

Ministros ecclesiæ commendarunt. Sic DANIEL episcopus Bonifacium in epistolâ commendat Regibus, Ducibus, Episcopis, religiosis Abbatibus & Presbyteris.

Alii aliis eleemosynas, & reliquias Sanctorum, & alia munuscula, miserūt. BONIFACIUS Danieli episcopo mittit casulam, non holosericam; sed caprinâ lanugine mixtam, & villosam, ad tergendos pedes: *in epistolâ ad eundem.* Idem Huerberto lectisternia caprina dono mittit,

in epistolâ ad ipsum. Pet[illegible] coëpiscopo, corporale pallium, albis stigmatibus [illegible] ad tergendos pedes servorum Dei, donat. C[illegible], Venantius episcopus. Lullo mittit xeniola: ut patet ex epistolâ. & indumentum de suo vestitu, sicut solebant sui antecessores Lulli prædecessoribus dare: *in alia epistola ad eundem.* LULLUS pallam holosericam Gutberto donat. *in epistola ad ipsum.*

Consilia conferebant. BONIFACIUS, in epistolâ ad Nothelmum archiepiscopum, inquit: *Præterea, de uno peccato commisso, vestrum consilium audire desidero, quod cuidam homini, in* B *matrimonio concedendo, nesciens commisi. quod hoc modo contigit. Homo quidam, ut multi solent, alterius filium de sacri baptismatis fonte elevans, adoptabat sibi in filium; cujus matrem postea, viduatam marito, duxit uxorem. quod Romani peccatum esse asserunt, & capitale peccatum: ità ut in talibus, divortia facere præcipiant, & affirment, regnātibus Christianis Imperatoribus, illius matrimonii scelus capitali sententiâ mulctandum, vel peregrinatione perpetuâ delendum: ut, si hoc in catholicorum Patrum decretis vel canonibus, vel etiam sacro eloquio, pro tam magno peccato computatum esse, inveneritis, indicare mihi curetis: ut & ego intelligendo* C *cognoscam, cujus auctoritatis sit in illo judicio. Quia nullatenus intelligere possum, quare in uno loco spiritualis propinquitas, in conjunctione carnalis copulæ, tam grande peccatum sit: quando omnes in sacro Baptismate, Christi & Ecclesiæ filii & filiæ, fratres & sorores esse, comprobemur.* Idem, in epistolâ ad Danielem, petit consilium, de communione Sacerdotum, Paganis sese adjungentiū. BONIFACIUS, in epistolâ ad Egbertū, quærit consiliū, de Sacerdote fornicario; qui dudū, post pœnitentiā, in officiū gradûs sui à Frācis iterū restitutus erat: utrùm expediat, D oēs infantes sinè regenerationis sōte mori, propter raritatē Sacerdotū; an verò ipsum fornicariū Baptismū ministrare, & Missas celebrare; cū castiorem ministrū habere nequeat. Scribit, se audaciter præsumsisse, & patiēter cōtentūsse, illū in ministerio divino consistere: existimādo, levius esse dubium, unius hominis periculum & audaciam, quam ruinā & perditionem animarum penè totius populi.

Synodis universalibus interfuerunt; ac cōmuni cōsilio, de doctrinâ, de Hæreticorum refutatione & depositione, aut de restitutione, aut de ordinatione Episcoporū, aut de E dissensionibus cōponendis, aut de ceremoniis adæquandis, aut de jure Metropolitanorum, de disciplinâ ecclesiastica & monasteriorū, aut de aliis similibus negotiis, statuerunt: ut patet ex *Actis Synodi Nicænæ*, cui Tarasius, Patriarcha Cōstantinopolitanus, & Legati Romani, & alii, interfuerunt.

In Synodis solebant, in medio consessu, poni sacri & inviolati Euangelii Dei codices: ut apparet ex *act. 1. Nicæna II.*

Literæ synodicæ ab Episcopis, in quibus testabantur de suâ fide, in Synodos universales mittebantur: additâ petitione, de emendatione, si necesse sit. Sic Orientales episcoF pi, scilicet Hierosolymitani, Antiocheni, & Alexandrini, inquiunt, in Actione 3. Nicænæ II. in epistolâ suâ: *Has synodicas literas cùm acceperitis, Patres, si quid in illis repertum fuerit correctione dignum: petimus, ut sine invidiâ vestra nos reddatis participes: idq; literis rescriptis admonete.*

Itèm libelli confessionis offerebantur. Tres episcopi, Basilius Ancyranus, Theodosius Myron, & Theodosius Amorii, ex Concilio Ephesino, in quo damnatæ erant imagines, resipiscentes, afferunt libellos de suâ confessione. *Actione 1. Nicæna II.*

G Ad Synodos etiam Monachi sunt admissi: ut patet ex *Actis Nicænæ II.* Nam Thomas, præses monasterii S. Arsenii, quod est in Ægypto, tenuit locum trium Orietalium diœcesium. *Ibidem.*

Contentiones, quantum fieri poterat, vitabant. TARASIUS, in epistolâ ad Antiochiæ & Alexandriæ episcopos, in Actione 3. Nicænâ, inquit: *Absit contentio & seditio longissimè a nobis: & quemadmodum uno baptismo tincti, summam unamq; fidem habemus; ità quoq; in omnibus ecclesiasticis negotiis, unum animum studeamus habere.*

H Acta in Synodis promulgari solebant; & ad omnes episcopos & sacerdotes scribi. Sic SYNODUS Nicæna, in epistolâ suâ ad Sacerdotes omniū E[illegible] inquit: † *Dignum fuisset, & vestram devotam præsentiam rebus omnibus interfuisse quæ omnes à Deo electam nostram congregationem uno in loco* A *convenire: & per Dei gratiam spectatores fieretis omnium quæ acta sunt. Ita & differentiarum vim q[illegible] novissetis, quæ in confirmationem legalium ecclesiæ catholicæ traditionum, & destructionem eorum, qui insurrexerunt contra veritatem, & Apostolicas & Patrum traditiones ab Ecclesiâ catholicâ alienarunt, facta est. Sed quoniam inter nos, & vestrā Sanctitatē & humiliū iter est, & lōga terræ [illegible] viæ, duabus rebus opus suis naribus scilicet & jumentis, quibus deferri possetis. At quoniā, utrorumq; copiā non habentes, nobis corpore adesse non potuistis, certum est, vos mente & a-* B *nimo idem sentientes nobis adfuisse: quod sanè Ecclesiæ Catholicæ magnum adjumentum existit. Quandoquidem autem inter nos membra juncta, habentia unum caput, Christum Dominum nostrū: necessarium duximus omne eorum, quæ divinè apud nos acta sunt, seriem narrare.* Et TARASIUS, in epistolâ ad Adrianum Papam, exponit, quid in Concilio Nicæno sit actum.

Communes literas ad Reges & Principes scribebant, monentes eos de suis peccatis. Sic BONIFACIUS archiepiscopus, Legatus Germanicus Romanæ Ecclesiæ, & W[illegible], & Burchardt, & Werbrecht, & Abel, & Vulbach, coëpiscoC pi, scribunt ad Ethelbaldum, Angliæ Regem, ipsumque ob libidines reprehendunt [illegible] acriter & graviter. Has verò literas Here[illegible]do presbytero mittunt, eiq; injungunt, ut Regi prælegat: ut patet ex *epistola ad eundem. Nos octo episcopi, qui ad unam Synodum convenimus, quorum nomina subter annotavimus, in commonitione, frater charissime, deprecamur, ut verba admonitionis nostræ Ethbaldo Regi Merciorum, interpretando & recitando annunties: & eo modo & ordine, quo ad te scripta transmittimus, solicitè enumerando & prædicando, illi indicaveris. & notum sit Charitati tuæ, quia hæc verba admonitionis nostræ, ad* D *illum Regem propter nihil aliud direximus; nisi propter puram charitatis amicitiam: & quòd de eadem Anglorum gente nati & nutriti, hic vero bonis & laudibus gentis nostræ lætamur & gaudemus, peccatis autem ejus, & vituperationibus ejus, tribulamur & contristamur.* Itèm: *Si hoc scelus maximum verum sit,* (scilicet de Anglis, quòd more equorum ruant in promiscuos coitus) *rogamus omnes communiter supradictum Regem; ut semet-ipsum cum populo corrigat: ne tota gens, à nuis Principe, hic & in futuro pereat: sed ut, vitam propriam emendando & corrigendo, exemplis sui iterum gentem propriam ad viam salutis dirigat, &,* E *unde peccatum ante contraxit, inde mercedem mereatur æternam.*

Hortabantur alios ad scriptionem commentariorum in sacra Biblia. BEDA, in prologo super Samuelem, ab Accâ antistite dicit se excitatum esse, ut Prophetæ istius scripta literis mandet. Idem in prologo libri 1. in Marcum repetit.

Se-se invicem consolabantur. CHUTBERTUS, cum suis consacerdotibus, presbyteris & abbatibus, ad Lullum, & cooperatores ipsius, scribit epistolam: in quâ consolatur eos de obitu Bonifacii; & ad c[illegible]tanciā hortatur. Bonifaci[illegible] F consolatur Danielem, de amisso visu, *in epistola ad eundem.*

Decreta veterum & probatarum Synodorū tutati sunt. Sic TARASIUS, in oratione ad Imperatores, *apud Metaphrasten*, inquit: *Respirans sacrarum Synodorum pura decreta, quæ evangelicis servantur traditionibus; nec sustinent in æternum, ullo modo posse surripi.* In Nicænâ alterâ, confirmantur ab omnibus decreta sex Synodorum universalium; sed septima rejicitur: *ut patet ex Actis.* Quæcunque Patribus, pro tempore, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ædificare placuit recipimus: quæ verò secus habent, ut hostiG lia respuimus. *Actione 6. Nicæna II.* Et in Anglicana Synodo, sub Adriano, decernitur, † quòd omnes debeant Nicænæ Synodi fidem amplecti, atque ob eam, si necessitas postulet, mortem oppetere.

Novi si quid fuit, mutuò sibi indicarunt. BONIFACIUS Gregorio III. indicavit, ad centum millia animarum ad sinum matris Ecclesiæ a se, præsidio Caroli, aggregata esse. ut patet ex *epistolâ Gregorii III.* †

Alius pro alio oravit. BONIFACIUS rogat Nothelmū, ut pro se cum suis oret: *in epistola ad eundem.* Idē petit à DaH niele episcopo *in epistola ad ipsum.* Et ab episcopis & catholicis de stirpe Anglorum postulat; ut pro se & ecclesiâ suâ orent. Idem à Pethelmo coëpiscopo, *in epistola ad eundem,* poscit. TARASIUS, in epistolâ ad sacerdotes & episcopos Antiochiæ & Alexādriæ, petit pro se orari: *Act. 3.* [illegible]

† Tom. 2. Conc.

† cap. 2.

† Tom. 2. Conc.

¶ Novum est, quod primum hoc seculo Bonifacius invenit, & ejus discipuli imitati sunt: ut episcopi & abbates inter se-se fraternitatem, sicut vocabant, colerent; quæ consistebat in mutuis orationibus, & Missarum celebrationibus pro vivis & mortuis: quorum etiam nomina sibi invicem solebant mittere. Constant hæc *ex epistola Bonifacii ad Opparum abbatem, & Buggam abbatissam*, & ex Cynehardi Ventani episcopi *ad Lullum*: ubi inter alia indicat, se nomina presbyterorum, diaconorumque, ac monachorum vel monacharum, cæterorumque quæ miserat per monasteria & parochias diœcesis suæ direxisse, ad celebrādum pro eis Missarum solennia, & orationum suffragia: petēs, ut Lullus idem de suis, quæ miserit, faciat. Et *ex epistola Eardulphi, Rofensis episcopi, ad Lullum*. Et Alhredus Rex, *in epistolâ ad Lullū*, mitti ei nomina Proximorum & Amicorum suorum; & petit, ut in orationibus, Missarumq; celebrationibus, Dei patrociniis commendentur: ac promittit, se curaturum, ut in cunctis monasteriis sibi subjectis, pro nominibus à Lullo transmissis, idem fiat.

Hanc necessitudinem & conjunctionem, sæpè schismata & dissensiones, in doctrinâ & ceremoniis, dissolverunt. Nam omnes Anglicanas Ecclesias cū Pictis & Scotis fuisse conjunctas, exceptis Britonibus, qui alio tempore Pascha celebrabant, circiter annum Domini 731. apparet *ex Beda*.† [† lib.5.c.24] Gregorius II. missâ Synodicâ ad Anastasium, de cultu Imaginum a se dissidentem, non censuit eum fratrem aut consacerdotem. *Liber pontificalis*. Et sub Constantini & Irenes imperio, Orientis episcopi, doctores Occidentis & Cōstantinopolitanos excōmunicabāt quotidie. Ad id dissidiū tollendū, indicta est Synodus Nicæna: ut constat *ex Actis*.

DE ROMANI PONTIFICIS principatu & tyrannide, seu de operibus Antichristi, in regimine ecclesiastico.

Romanos Pontifices supra omnes, non modò metropolitanos, sed etiam archiepiscopos, caput suum extulisse; & tandem principatum super omnes ecclesias, seu episcopatum œcumenicum, consecutos esse: superiori seculo commemoravimus. Nūc autem, quomodo se-se Antichristus ille, in templo Dei sedens, pro Deo ostentaverit, & verè filium perditionis egerit, gloriamque & potentiam hujus Mundi acquisierit, se-se supra eos, qui dicuntur dii, hoc est, supra Magistratum, elevaverit; & super bestiā, hoc est, Imperiū Romanū, ascēderit: observādū est. Id verò nō aliūde rectiùs, q̃ ex operib⁹ ejus cognosci & judicari potest: quorū aliqua, ex magno cumulo histoiarū recēsebimus.

Suum principatum contra eos, qui oppugnare videbantur, nō cessavit confirmare decretis, ad eam rem in Synodis promulgatis. Adrianus, in decretis, Nigelramno episcopo Mediomatricum traditis: † [† Tom.2. Concil.] *Sedes Romana veritatis voce primatum obtinuit: nec primatu caeretur, si aliam super se haberet. Quæ etiam caput est omnium Ecclesiarum: à quo omnes sumserunt originem. Primatum enim, non Synodalibus aut aliquibus commōtis meruit institutis; sed Domino largiente, qui ait*: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: *& reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus; sed statim sui periculo subjacebit.*

Et professione suâ. Paulus Papa, ad Crodegangum episcopum Metensem, inquit: *Nobis, quámvis indignis, universalis totius Mundi Ecclesia, vice sancti Petri, est commissa.* Liber de vitâ ejus.* [* cap 15] Adrianus in epistolâ ad Tarasiū, in Actione 2. Nicænæ II. †. [† Tomo 2. Conc.] *Cujus etiam sedes, per totum Orbem primatum obtinens, lucet; omniumq; ecclesiarum Dei caput exsistit. Unde & ipse beatus Petrus Apostolus, Dei jussu Ecclesiam pascens, nihil omninò prætermisit, sed ubiq; principatum obtinuit: cui etiā & nostra beata & apostolica sedis, quæ est omnium ecclesiarum Dei caput. velim, beata vestra Sanctitas ex sincera mente & toto corde agglutinetur, utpote quæ revera sit rectè sentiens, & pietatis incorrupta cōservatrix.* Et Zacharias, in epistolâ ad Pipinum, se-se appellat episcopum Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Stephanus Papa, in epistolâ ad Pipinum, gratias agit, quòd sanctam omnium ecclesiarum Dei matrem, & caput & fundamentum fidei Christianæ, Romanam Ecclesiam, ab hostium metu liberaverit. Eadem Paulus in epistola suâ ad Pipinum habet. Adrianus in epistolâ ad Carolū: *Non omnium [illegible] habētes, divina præcepta violari non [illegible].*

Et scriptione literarum ad omnes episcopos omnium provinciarum. Qualis est Gregorii III. in quâ commendat Bonifacium: † [† Tom.2. Conc.] & altera ad omnes Germaniæ populos. Et Adrianus ad oēs episcopos Hispanos literas scripsit.

A Romanâ ecclesiâ discedentes, salvari posse, negant. Adrianus, in epistolâ ad Hispanos, Romanam ecclesiam aliarum omnium caput nominat: & qui se ab hac abscindit, hunc extorrem à Christianâ religione fieri dicit.

Et suis mandatis ac decretis ità obtemperari voluerūt; quasi à divinâ Petri voce essent prolata. Adrianus sic ait: † [† Conf.25. quæst 1 c. Generali.] *Generali decreto constituimus, ut exsecrandum anathema sit, & velut prævaricator fidei catholicæ, semper apud Deum exsistat; quicunq; regum seu episcoporum, vel potentum, deinceps Romanorum Pontificum decretorum censuram, in quoquam, crediderit vel permiserit violandam.* Chronicon Antonini. † [† Tit.14. cap 2.§.5.] Zacharias in epistolâ ad Bonifacium: *Nulli post hac liceat, ea, quæ à nobis sancita sunt aliquo modo violare: quæ autoritate B. Petri firma esse decrevimus.*

Nec à quoquam judicari voluerunt; licèt innumerabiles animas secum ad inferos deducere videantur. Sic enim Bonifacius, adulator Pontificius omnium maximus, dixisse annotatur: † [† Distinct. 40.] *Si Papa, suæ & fraternæ salutis negligens, deprehenditur inutilis & remissus in suis operibus, & insuper e bono taciturnus, (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominùs innumerabiles populos catervatim secum ducit primo mancipio gehēnæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus: hujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus. quia cunctos ipse judicaturus, a nemine est judicandus, nisi deprehēdatur a fide devius. Pro cujus perpetuo statu, universitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem, post Deum, ex illius incolumitate animadvertit propensiùs pendēre.* Adrianus, in epistolâ ad Carolum: *Quanta autoritas B. Petro, Apostolorum principi, ejusq; sacratissimæ sedi, concessa est; cuiquam non ambigimus ignorari: utpote quæ de omnibus Ecclesiis fas habeat judicandi; neq; cuiquam liceat, de ejus judicare judicio. quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum sedes B. Petri apostoli, jus habebit solvendi; per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil unquam a suo capite dissideret.*

Apparitionum, visionum, somniorum, & illusionum diaboli, ad confirmandas superstitiones extra verbum Dei, approbatores, præcones, & dictatores agebant. Sic Constantinus Britvvaldo, Anglorum primati, severè mandavit: ut collectâ Synodo Londini, apparitiones Eguuini Wiccii, de cultu imaginum, singulis cōmendaret; & mortuorum imagines adorandas, & Missas ante illas celebrandas constitueret: anno Domini 712. *Balaus*.* [* Cent.2. c. 91.in append. & c.99.]

Promulgatores librorum, in quibus opiniones fanaticę traduntur. Sic Gregorius III. Dialogos Gregorii I. pro confirmando Purgatorio, publicari mandavit. *Balæus* † [† Cent.2. cap.5.in append.]

Ecclesias Orientis & Occidentis distraxerunt. Zacharias enim Orientalem Ecclesiam ab Occidentali sejunxit, & sacerdotalem habitum invenit. *Balæus*.* [* lib.3.de Actis Rom. Pontif.]

Honorarunt deos alienos, nimirum Sanctos mortuos, argento & auro, & translatione, & ostēsione. Paulus Papa corpus Perronellæ, filiæ Petri, unà cum marmoreo sepulcro, ex viâ Appiâ in Vaticanum transtulit, solenni pompâ. *Platina*. Et Gregorius III. in basilicâ Petri oratorium fecit, in quod posuit reliquias Sanctorum: & festa iis instituit. *Liber pontificalis*. Apostolorum calvarias, cum aliis reliquiis Sanctorum, ferri & ostendi jussit Stephanus II. *Balæus in vitâ ejus, & Liber pontificalis*. Tota Italia Leoni Isauro supplicatorias literas misit, pro erigendis imaginibus Sanctorum. Idem Gregorius III. fecit. *Liber pontificalis*.

Accensione candelarum & lampadum. Zacharias viginti libras auri annuatim ad oleum conferri jussit. *Liber pontificalis*. Ut esset novum idololatriæ genus. *Balæus*.* [* lib 3.de Act. Pont.]

Et Baal[illegible]mo. Nam Gregorius III. instituit, ut ferè sine intervallo, & à presbyteris hebdomadariis, & à monachis, in Ecclesiâ Petri, divina officia celebrarentur. *Platina in vita ejus*. Et Paulus Papa, omnib⁹ requiescentib⁹ Sanctis, [illegible] laudes per [illegible] à monachi[illegible] [illegible]uit. *Liber pontificalis*.

Et ado-

[illegible] Et [illegible] *spolicetur prime [illegible] desiderio* Ste[illegible] [illegible] peccatorum pro [illegible]

D[illegible] ad Imperatore Constantinopolitano, & legitimo suo magistratu. Nam [illegible] Philippicum, Leonem Constantinum [illegible] damnarunt hæreticos, ac [illegible] dentem avulserunt, & dignitatem Imperialem ad Franco transf[illegible] Pontifices: ut imaginum venerationem & [illegible] defenderent. *Fasciculus temporum.* Idem constat ex *Diacono, Sigeberto, Reginone*, & aliis.

Canones suos strictè observari voluerunt. Zacharias, in epistolâ ad Bonifacium [illegible] *Non aliud te agere volumus, quam quod præcipiunt Canones, vel etiam ab hac Apostolica sede instructus esse dinosceris.* Et Gr[illegible] III. in [illegible] ad Bojos, inquit: *Cum ecclesiastica opibus ita fieri [illegible] ut Gregorius antecessor meus statuit.* Aventinus.* Zacharias, in epistolâ ad Bonifacium [illegible] *omnibus prædica [illegible] doce; sicut à sanctâ Romana accepisti Ecclesia.* Ad[illegible] in Synodo Anglicâ,* per Legatos præcepit ut [illegible] sex universalium Synodorum, cum decretis Pontificum Romanorum sæpius lectitent; & juxta exemplar commune Ecclesiæ status corrigant. Ibi [illegible] privilegia [illegible] Romanâ sede in Anglicanas Ecclesias collata, servar[illegible] perat.

[illegible] principanti resistentes, muneribus & [illegible] pugnabant, & sibi devinciebant. Sic Paulus Papa monet P[illegible] Marinum presbyterum, qui [illegible] Legatus Imperialis consilia Romanæ sedi contraria machinatus erat, episcopum consecrari curet: & in unâ aliquâ [illegible] suarum constituat: quatenus perpetrati sceleris [illegible] dans, se iniquè egisse peni[illegible].

At episcopos & archiepiscopos, sibi repugnantes [illegible] cusabant ad Reges; eorumque brachio eos opprimebant. Adrianus, in epistolis suis, Longobardos ep[illegible] in partibus Thusciæ & Italiæ, de finibus episcopatûs litigantes, item Leonem Ravennatem, gravissimè accusat.

Archiepiscopis leges dictabant; & quid faciendum esset, præscribebant. Si Bonifacius, in epistolâ ad Zachariam, dicit sibi Pontificem [illegible] cum [illegible] populorum, quotcunque vi[illegible] conversationem & mores sedis Apostolicæ [illegible] Pontifici [illegible] caret. Et [illegible] Zacharias, in epistolâ ad Bonifacium, quæ [illegible] *apud Nauclerum* pr[illegible] scribit ei quomodo [illegible] debet [illegible] manno. Zacharias in epistolâ ad Bonifacium, inquit: *Virgilium Philosophum à templo Dei & ecclesia depellito, sacerdotio in Concilio abdicato; si illam perversam doctrinam fuerit confessus.* Aventinus.†

Ac eos, si quid præter voluntatem eorum fecissent [illegible] prehendebant. Sic Gregorius III. reprehendit Serenum episcopum Massiliensem, quòd imagines confregisset.

Ac in iis excommunicandis, celeres & præcipites erant. Gregorius II. cùm intellexisset, Anastasium successorem Germani Constantinopoli damnare cultum imaginum, non censuit eum fratrem: & interminatus est [illegible] depositionem & excommunicationem. *Liber pontificalis*, & *Platina*. Stephanus [illegible] minatur excommunicationem [illegible] chaeli Ravennatum [illegible] sedem relinquat. *Platina.*

Archiepiscopos or[illegible] & [illegible] confirmandi potestatem sibi solis [illegible] rogabant. Bene[illegible] Mediolanensis [illegible] episcopos, Romam ve[illegible] & [illegible] ecclesiâ Ticinensi victus est, [illegible] Ticinensis episcopi à Romanâ [illegible] consecrati. *Paulus.* Et Gregorius Bonifacium ar[illegible] de[illegible] claravit. *Aventinus.** Ac qui[illegible] eum [illegible] regem [illegible] Wormatiæ [illegible] Boni[illegible] & Moguntiæ archiepiscopum, & secundum à Pontifice Romano [illegible] indicat *Hartmannus.*† Et *Balam* [illegible] Boni[illegible] testari, se à Papâ secundum esse. *Marianus Scotus.* Bonifacius [illegible] Germaniæ, & M[illegible] caput metropo[illegible] & Ducibus Franciæ designatum, indicat *Aven-*

[illegible] qui po[illegible] Gre[illegible] epi[illegible] *ex alio* [illegible] *de his* [illegible] *illa parti* [illegible]

Sed [illegible] & archi[illegible] oporum [illegible] bant privilegi[illegible] alia [illegible] Bo[illegible] Witburch [illegible] Athalongo cœco [illegible] episco[illegible] dem [illegible] onstitu[illegible] privi[illegible] 746. [illegible] Epistolâ Zach[illegible] ad Bon[illegible] *apud Naucl[illegible]*, & Tomo 2 Conc[illegible] *[illegible] Apo[illegible] auctoritatem, episcopales illas sedes, quæ per nos [illegible] creantur, & populis præsint, ut in Merse[illegible] Erfurd.* Item: *De tribus episcopis singulis confirmationem [illegible] quos per Sanctitatem tuam manus [illegible] De civitate illa, quæ nuper Agrippina [illegible] Colonia, juxta Francorum petitionem, per nostræ autoritatis præceptum nomini tuo metropolin confirma[illegible] & [illegible] auctitat. [illegible] profuturis temporibus, ejusdem metr[illegible] ecclesiæ stabilitatem.* Leo Papa, archiepi[illegible] B[illegible] seniorem & Laureacensem, Juvav[illegible] transtulit. *Aventinus.** Bonifacius, jussu Papæ, at[illegible] W[illegible] transtulit M[illegible] B[illegible] C[illegible] lonis [illegible] patris sui. *Chronicon Aedituu[illegible]* [illegible] Papa, Cr[illegible] Metr[illegible] episcopum pal[illegible] ornat [illegible] potestatem per totam [illegible] eundem [illegible] ante [illegible] Zacharias [illegible] [illegible] & Bonifac[illegible] *epistola ad ipsum.*

Sinè [illegible] teris omnium [illegible] sacerdotio [illegible] Zacharias ad [illegible] Pippi[illegible] pe[illegible] sicut indicat in *epistola ad Bonif[illegible]*.

Archiepiscopos & Episcopos [illegible] jurejurando ad obedientiam & [illegible] in[illegible] iebant. Unde Bonifacius inquit in epistolâ: *Gregorius Papa, dum me indignum ordinaret, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus misit, [illegible] ramento me [illegible] ut [illegible] & [illegible] verbo, [illegible] consensu adstipulator & adjutor fierent.*

Et Regibus comm[illegible] it majori in [illegible] haberent [illegible] Ad Carolum *Petrum, ut [illegible] à nobis ordinatum [illegible] Sic [illegible] decet, ut qui ab Apostolica sede ordinati [illegible] omnibus in honore canonice [illegible] partibus illis præcellat.*

Præ se ferebant, quasi a[illegible] archiepiscopi pot[illegible] statem solvendi & [illegible] conferrent, autoritate P[illegible] ut ita paulatim [illegible] ad se se traherent. Sic Leo Papa in epistolâ ad [illegible] *Athelardo.* *Doroverensis archiepiscopo ex autoritate beati Petri cujus vicem gerimus, talem præbuimus potestatem ut si quisquam ex [illegible] tam [illegible] Principibus quàm ex universo populo, transgressus fuerit [illegible] mandata [illegible] communi [illegible] poenitentiæ [illegible] fuerit, sit [illegible] anime.* Ma[illegible]†

Arc[illegible] quod [illegible] Pontifices, [illegible] Ravennatensem [illegible] ationem, integram dare decrevisset, ut [illegible] refert *Blondus.** Ac Bonifacius, in [illegible] indicat; † [illegible] obed[illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible]

Ad generis [illegible] pontificio subjectas, [illegible] characte[illegible] & suo do[illegible] erent, & hos Servos & Le[illegible] A[illegible] Sic Bonifacius [illegible] charitatis [illegible] juramentum [illegible]

... Fadere *Balæus* † inquit: *Gregorius II. Romanus Pontifex, Bonifacium suum longe ante designaverat apostolum: ut omnia ad Romanam synagogam formam commutaret, & Germanos ad ipsum potius quam ad Christum converteret: sicut in Angliâ Augustinum, Romanum monachum, similis apostolatus fecisse olim legimus. Et valde solicitus erat Bonifacius ille, in ea functione, super Papa; non Christi regno promovendo: & nihil Christianum tunc credebatur, quod non è Româ venisset. Fidem meam (in præstito Papa juramento inquit) atque concursum, tibi & utilitatibus tuæ Ecclesiæ exhibebo.* Et ad Zachariam Papam, in suæ legationis epistola: *Quantoscunque audientes vel discipulos, in hac legatione, mihi Deus donaverit, ad obedientiam Apostolicæ sedis inclinare non cesso. Unde ad Papæ utilitatem Reliquias venerandas exposuit, Purgatorium prædicavit, Oblationes pro mortuis, in Missis offerri jussit.* Centum-millia hominum Bonifacius charactere pontificio in Bavariâ signavit: atque terrore magis, quam piâ doctrinâ, Antichristi regno agglutinavit. *Idem Balæus.**

Ac, quasi dictatores & imperatores, postularunt suos legatos suscipi, eisque obediri. Sic GREGORIUS II. in epistolâ ad populos Germaniæ, quæ extat *apud Aventinum*,† inquit: *Flagito, atque jure nostro postulo, ut Bonifacium, tanquam legatum & nuntium Christi Dei & Imperatoris nostri, benigne excipiatis.* Et minatur excommunicationem omnibus, qui se-se ipsius conatib' aut successorum ejus, opponant: *apud Naucleum*.* Eundem etiam Carolo Martello commendat, *apud Aventinum*.† Et ZACHARIAS Gallos & Francos jubet Bonifacio parêre. *Aventinus.** Idem Sidonio & Vergilio minaces scribit literas; eosque jubet Bonifacio, Legato suo, obtemperare. *Aventinus.** Et BONIFACIUS ipse, in epistola ad Stephanum II. inquit: *Gregorii duo, & Zacharias, me semper hortatione & autoritate literarum suarum muniebant, & adjuvabant.* Naucleus.† Et GREGORIUS II. in epistolâ ad Germanos, inquit: *Si quis famulo huic, ad illuminationem gentium, ab hac Apostolicâ sede destinato, assensum vel concursum præbuerit, exorantibus Apostolorum Principibus, consortia mereatur sanctorum.*

Eisque potestatem dederunt, Apostolicâ autoritate, episcopos & presbyteros, quos velint, ordinandi, &, qui non placeant, deponendi: ut patet *ex epistolâ Gregorii III. ad populos Germaniæ.**

Et quovis terrarum loco docendi, & vice Apostolicâ episcopos constituendi. GREGORIUS III. in epistolâ 2. ad Bonifacium: *Nec enim habebis licentiam, frater, pro jure cœpti laboris in uno loco morari: sed confirmatis cordibus fratrum, & omnium fidelium, qui rudes sunt in illis Hesperiis partibus, ubi tibi Dominus aperuerit viâ, salutis verbũ prædicare non desistas. Non pigeat itinera capere aspera & diversa: ut Christiana fides longe latèq; tuo conamine accedatur.* Hac Apostolicâ potestate fretus Bonifacius, scripsit epistolam ad Ethelbaldum, Regem Merciorum: ut indicat *in epistolâ ad Ecbertum. Wilhelmus.*†

Distribuerunt suis mancipiis regna hujus Mundi, & gloriam ejus. Sic ZACHARIAS Buchoniam regionem, Romano Imperio subditam, Bonifacio donavit; contentiente Pipino & Carolomanno, & aliis Principibus: ut refert *Valentinus Müntzer in Chronographiâ.** Et GREGORIUM II. in Moguntinâ sede, Bonifacium, metropolitico jure, totius Galliç Principem ac episcopum constituisse, *Hartmannus*† narrat, & *Aventinus.** GREGORIUS II. in epistolâ ad Thuringos, ex quatuor portionibus bonorum ecclesiasticorum, Bonifacio unâ attribuit: † Et GREGORIUS III. in epistolâ ad Bojos:* *Opportunum est, inquit, vos nosse fratrem ac episcopum præsentem, Bonifacium, nostram vicem agentem, cum digno & debito honore pro Christi nomine suscipere.*

Et privilegia quædam concesserunt. Sic ZACHARIAS Bonifacio seni permisit assumere coadjutorem eumque in extremâ hora vitæ suæ, cum cõsentu aliorum, designare successorem: quod alias de jure nulli conceditur episcopo aut prælato. *Caus. 7. q. 1. c. Petisti. Antoninus*, † & *tomo 2. Conciliorum.*

Ac eos afflictos cõsolati sunt. Sic ADRIANUS Willehadum & Ludgerum, a Witekindo pulsos, consolatus est, cùm Romam venissent. *Saxonia Crantzii.**

Ac eos defenderunt strenuè contra oppugnatores. Sic ZACHARIAS Albertum ... damnat, in epistola ... ADRIANUS in epistolâ ad Carolum rogat, ut Mauricium, Histriensem episcopum, restituat in integrum.

Et Ecclesiasticos a ... dicendâ causâ in civili foro judicio, liberarunt. Nam ADRIANUS sancivit, ne clericus extra suum forum in judicium traheretur. *Balæus.* Et ZACHARIAS in Synodo Romanâ,† prohibet, ne clerici contendentes litem ad politicos viros ... sed ad Episcopum, aut ad Papam.

Fornicationum & libidinum Romani cleri agebant patronos. ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, excusat & defendit Sacerdotes Romanos, qui ad Carolum accusati erant de libidinibus & fornicationibus.

Benedictiones ... ut rem maximi momenti impertiebantur Regibus & Ducibus, pro acceptis beneficiis. PAULUS, in epistola ad Carolum & Carolomannum, suas benedictiones eis impertit largissime. Idem, in epistola ad exercitum Francorum, benedictiones distribuit iis, qui pro se strenuè pugnaverant.

In pallio consecrando, eoque alios episcopos irretiendo, mirâ astutia & vafricie usi sunt. LEO Papa Arnoni, archiepiscopo Juvaviensi, misit pallium: anno Domini 798. De Palliis & Archiepiscopis a Romana ecclesia petendis, BONIFACIUS Francos monuit, Pontificis jussu: ut patet *ex epistola ejus ad Zachariam. Jure tibi sacri pallii direximus munus quod beati Petri apostoli autoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus, Deo autore, præcipimus, ut censearis.* GREGORIUS II. in epistolâ 2. ad Bonifacium. *Aventinus*,† & *Tomo 2. Conciliorum.*

Idem in reliquiis Sanctorum, & aliis rebus donandis & communicandis egerunt. GREGORIUS II. tres spongias benedictas misit Eudoni, Aquitaniæ episcopo. *Liber pontificalis.* ZACHARIAS Papa, Alberto & Occario, Comitibus limitis Pannonici, quos Franci Margravios vocabant, reliquias mittit Quirini & Hippolyti. *Lazius.** LEO ... Padeburnensi ecclesiæ, reliquias Stephani contulit in dedicatione; & indulgentias multas, de largitate primæ sedis, in diem anniversarium, VIII. Idus Decembris ... *Crãtzius in Metropoli.** GREGORIUS, in epistolâ ... lum adjurat, per claves confessionis Petri, quas ei ... regnum direxisse dicit. PAULUS, benedictionis causa, Pipino mittit appallaream unam, spatam ligatam in gemmis cum baltheo suo, annulum unum habentem hyacinthum storacin, pallium unum habentem paones. *Antoninus* † narrat, Gregorium Carolo misisse claves sepulcri, & vincula Petri, & alia munera, eâ conditione: ut Romanam ecclesiam à Longobardorum tyrannide liberaret. Idem postea Leonem fecisse, indicat:* qui claves Petri, & vexillum Romanæ urbis, & alia munera, Carolo misit; & rogavit, ut Populum Romanum, ad suam fidem & subjectionem, per sacramenta firmaret.

Ad se appellãtes, suscipiebant benigne: & plerumque unâ tantùm parte auditâ, muneribus sancto Petro oblatis, sententiam pronuntiabant pro sceleratissimis. Ad Zachariam, Romanum Pontificem, provocant, Sidonius Laureacensis archiepiscopus, & Vergilius Juvaviensis; cùm dissentirent a Bonifacio. *Aventinus.** Et BONIFACIUS, in epistolâ ad Zachariam Papam, inquit: *Episcopi & presbyteri generis Francorum, qui fuerunt adulteri, vel fornicatores acerrimi, quos filii fornicationum arguunt, revertentes ab Apostolica sede, dicunt sibi Romanum Pontificem licentiam dedisse, ut antea, ministrare ... verum nos contra contendimus, quia Apostolicam sedem contra decreta Canonum nequaquam audivimus judicasse.* apud Nauclerum,* & Tomo 2. Conciliorum. Et GREGORIUS II. in epistolâ 2. ad Bonifacium, negat presbyterum illum, qui dixerat se à Pontifice absolutum esse, vera dixisse: ac jubet eum vitari.*

Et politicis viris mandabant executionem suæ sententiæ. GREGORIUS II. Carolum monet, ut in Thuringiâ sacerdotem ab officio removeat, qui negligenter suum munus curabat: ut apparet *ex ejusdem Gregorii II. epistola 2. ad Bonifacium.**

Ecclesias ... jure pontificio liberas, oppresserunt, & sibi subje-

subjecerunt penitùs. Nam sub annum 700. Ravennatensem, Aquilejensem, & Mediolanensem, quæ antea nunquam sub ipsorum potestate fuerant, subegerunt: ut patet ex Papæ epistolâ ad Ursum, Ducem Venetum, *apud Sabellicum.* Nec obstat, quòd Platina, & alii adulatores pontificii, negantur istas ecclesias antea fuisse Romanæ subditas, sed postea se ab ejus obedientiâ subtraxisse. *Catalogus testium veritatis.* STEPHANUS III. Papa, ecclesiam Mediolanensem, quæ huculsque extiterat libera, suæ tyrannidi subjecit. *Balæus,** *& Liber pontificalis.* Et Felix, Ravennatis archiepiscopus, solita, quæ ab universis in scrinio episcoporum fiunt, indicula, & fidei expositiones, confessus est: sicque a Constantino Papâ reconciliationis promeruit absolutionem. *Liber pontificalis.* Ticinensem ecclesiam GREGORIUS II. eripuit Benedicto, Mediolanensi episcopo; eamque sibi subjecit. *Liber pontificalis, & Paulus.*† Hinc BALÆUS inquit:* Ticinensem episcopum, metropolitano suo, Mediolanensi archiepiscopo, rebellem, Constantinus Papa non ei reconciliavit, sed Romanæ sedi furtivè subjecit.

* *l. 3. de Act. Pont.*
† *lib. 6. Long. c. 10.*
* *lib. 3. de Act. Pont.*

Ad se jubebant difficiles controversias & quæstiones referri. Sic ZACHARIAS, in epistolâ ad Bonifacium, inquit:* *Tua fraternitas, si quid de cætero evenerit; ut sacri docent Canones, studeat emendare in plebibus sibi commissis. Si verò novi aliquid acciderit, quod tua fraternitas per Canonum statuta minimè discernere possit, hoc non pigeat nunciare: ut, quæ ad emendationem novæ plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus.* Nauclerus.† Sic BONIFACIUS, inter alias quæstiones, etiam illam, quando lardum sit comedendum, Gregorium seu Zachariam interrogavit. qui respondet:* tunc esse edendum, cùm vel fumo siccatum, vel alioqui coctum fuerit. Et GREGORIUS II. in epistolâ ad Bonifacium, inquit: *Si quæ graviora, quam ut a te rite beneque perfici queant, inciderint, ad me deferto.* Item: *Docendi Francos, & a malis falsisque sacerdotibus purgandi provinciam, nostro jure tibi demando.* apud Aventinum.* ZACHARIAS, in Synodo Romanâ,† episcoporum lites ad sedem Romanam jubet deferri, & secùs-facientes damnat.

* *Tom. 2. Conc.*
† *Gen. 25.*
* *Tom. 2. Conc.*
* *lib. 3.*
† *cap. 12.*

Ad quæstiones sibi oblatas, respondebant. Sic ZACHARIAS, in epistolâ ad Pipinum, respondet ei, & episcopis ipsius, ad quæstiones viginti-septem. ADRIANUS, ad quæstiones Egilæ, episcopi Hispanorum, respondit: ut patet *ex epistola ad ipsum.*

Ut sibi gratiam conciliarent apud exteras nationes, quibusdam Romæ locum habitationis concesserunt. Sic, cùm Saxones & Longobardi Romam, religionis ergò, confluerent, vicum eis Pontifex concessit. *Liber pontificalis, & Blondus.*†

† *Dec. 2. lib. 1.*

Monachorum ordinem altiùs evexerunt: quò in regno Antichristi promovendo essent expeditiores. ZACHARIAS Papa Cassinensi cœnobio privilegia & ornamenta dedit; & abbatem confirmavit & consecravit. *Leo Hostiensis, de Cassinensi cœnobio.* Et nullius juri, nisi Pontificis Romani, id cœnobium voluit esse subjectum. Et Abbati ejus primum locum, præ omnibus aliis, in synodis episcoporum, tribuit. *Ibidem.*

Ac plerunque eorum operâ in legationibus usi sunt. ADRIANUS Abbatem Sabinensem, cum aliis decem senioribus monachis, ad Desiderium misit; precatum, ut ab armis discedat, & ablata restituat. *Antoninus,** *Blondus,*† & *Liber pontificalis.*

* *Tit. 14. cap. 1 § 6.*
† *Dec. 2. lib. 1.*

Ac monasteriis libros & privilegia, & alia contulerunt. Sic ZACHARIAS Petronaci, Cassinensi abbati, libros sacros, & regulam Benedicti, & alia quædam necessaria & utilia, donavit. *Paulus.** Idem Zacharias, monasterium à Bonifacio fundatum, Fuldense nimirum, privilegio sedis Apostolicæ munit: *in epistola ad Bonifacium.*†

* *li. 6. Lög. cap. 15.*
† *Tomo 2. Concil.*

Reges & Principes in monachorum ordinē legerunt. ZACHARIAS Carolomannum monachum totondit. *Leo Hostiensis,** & *Frisingensis.*† Idem Rachin, Longobardorum regem, monachum fecit. *Hostiensis.**

* *li. 1. c. 7.*
† *lib. 5. c. 20.*
* *lib. 1. c. 8.*

Synodos convocabant. Anno Domini 714. Sedulius Britannorum, & Fergustus Scotorum episcopi, in generali Synodo Romæ fuerunt, Gregorio II. ad S. Petrum sedente: ubi constitutum fuit, Missarum celebritates publicè **A** in ecclesiis fieri; quod antea non erat visum: ut *Sigebertus* habet. BALÆUS.* STEPHANUS III. à Pipino petiit, ut Romam mittat episcopos ad Synodum. *Blondus.*† GREGORIUS III. episcopos Hesperiæ Romam, ad Synodum Romanam, vocat. *Liber pontificalis.*

* *Cent. 2. cap. 9.*
† *Dec. 2. lib. 1.*

Aut aliis convocandi potestatem se conferre dicebant. Sic GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium, ei potestatem facit, Augustæ celebrandi Synodum. *Nauclerus.** Et ZACHARIAS & Bonifacius, Cuthbertum Mageleshum **B** Synodum convocare jusserunt, anno Domini 744. *Balæus.*† ADRIANUS misit Cleophylacium & Stephanum, ad Carolum Magnum; & jussit, ut Germanorum & Francorum synodum colligeret. *Blondus.** Et GREGORIUS II. episcopis Bavariæ, Juggo, Ridolto, Philiphilo, mandat, ut bis quotannis celebrent Synodos. *Hedio.** GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium: Ne labor noster frustrà sit, juxta Danubium conventus conciliaque more Christiano celebrari jubeo. *Aventinus.** Et ZACHARIAS, in epistolâ ad Bonifacium,† jubet eum vice suâ quotannis **C** in Franciâ celebrare synodum.

* *Gen. 25.*
† *Cent. 2. cap. 14.*
* *Dec. 2. lib. 1.*
* *li. 6. c. 9.*
* *lib. 3.*
† *Tom. 2. Conc.*

Et acta in iis, suâ authoritate confirmabant, & promulgabant. Sic STEPHANUS ea, quæ in Synodo Romanâ acta erant, & voce Apocrisiarii, & scripto, promulgavit; pœnâ anathematis constituta in violatorem. *Platina.*

Et in Synodos, in aliis locis indictas, suos Legatos mittebant: eisque, ut principem caperent locum, mandabant. In septimâ synodo Nicææ celebratâ, Petrus archipresbyter, & Petrus monachus, nomine Romani Pōtificis, interfuunt: *ut patet ex Actis.*

D Nec tamen assentiebantur, ut alii Synodos convocarent; quos sciebant a suâ sententiâ abhorrere. ADRIANUS enim loquit, in epistolâ ad Tarasium:* *Quòd si non perspecta mihi esset, & probè cognita, erga sacras synodicas sex constitutiones, & venerandas imagines, vestra sinceritas & orthodoxa fides: nequaquam ad Synodum cōvocandam assentiremur.*

* *Act. 2 Nicæn. II*

Synodos, sinè consensu & præsentiâ suâ convocatas & celebratas, damnabant: ut patet ex ADRIANI epistolâ ad Tarasium:* *In-primis autem vestra Sanctitas, piissimis & triumphatoribus nostris Imperatoribus, sine trepidatione inducat* **E** *in animum: ut falsam congregationem illam, sinè consensu ac præsentiâ Apostolicæ sedis, contra omnem Patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines, sine ordine & debitâ convocatione factam, exsecretur; & anathematizatam præsentibus Apocrisiariis nostris cognoscat: quo omne zizanium ab ecclesia eradicetur, & JESU Christi Domini nostri verbum impleatur; cum ait:* Et portæ inferorum non prævalebunt adversùs eam. *Et alibi:* Tu es Petrus, &c.

* *ibid.*

Acta in Synodis, ubi ipsi nō interfuerant, rescindebant, & damnabant. Sic ecclesia Romana condemnavit episco**F**pos, qui interfuerant Synodo, à Constantino Copronymo Imperatore indictæ, contra cultum imaginum. *Martinus in Chronico.*

Ex scriniis suæ ecclesiæ, communicarunt Historicis libros; quos pro suo arbitrio facilè potuerunt corrumpere, ad potestatis suæ ampliationem & confirmationem. Sic Nothelmus Londinensis, permissu Gregorii II. perlustravit scrinia ecclesiæ Romanæ: ac de Ecclesiæ Anglorum origine, regulis & decretis, & epistolis ad Augustinum apostolum missis, scripta invenit; & ordine digesta, ad **G** Bedam, ut Chronico suo insereret, misit. *Balæus.**

* *Cent. 2. cap. 6.*

Et constat ex Bonifacii epistolâ ad Nothelmum; scriniarios Romanæ ecclesiæ negasse, in Gregorii responsionibus ad quæstiones Augustini, capitulum illud esse, quod apud Anglos habebatur, de permisso matrimonio in tertio gradu cognationis. Et PAULUS Pipino misit Antiphonale, & Responsale; Artem grammaticam Aristotelis; Dionysii Areopagitæ Geometriam, Orthographiā, Grammaticam, omnes Græco sermone: ut patet *ex epistolâ Pauli ad Pipinum.*

H Suas ceremonias aliis Ecclesiis obtruserunt. Sic Romana Missa, autoritate Imperiali, & decreto Synodi Romanæ, aliis populis est obtrusa: ut constat *ex Actis, & cap. Adrianus. Dist. actione 63.* ut *Bibliander* annotat ex Durandi Chronologiâ. STEPHANUS II. Gallorum Ecclesias an-

stlenis oneravit. *Liber pontificalis, & Balæus.* PAULUS Papa, novas ceremonias, ad dedicationes ecclesiarum, invenit. *Balæus in vita ejus.* ADRIANUS Papa monet Egilam, Hispaniæ episcopum, de jejunio in sextâ feriâ & sabbato celebrando. Et inter alia inquit: *Si doctrinam sanctæ Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ Romanæ secutus fueris, non timebis mala: quia fortissimus autor, ac ejus fundator, beatus Petrus, claviger regni cælorum, tecum est usque ad finem; Domino pollicente: Ecce ego vobiscum sum, &c.* Idem in epistolâ ad Hispanos monet, ut eodem tempore, quo Romana ecclesia, quæ omnium Ecclesiarum sit caput, Pascha celebrent.

Magnâ diligentiâ & curâ prospexerunt sibi; ne quis a suis ceremoniis & doctrinâ recederet. GREGORIUS III. in epistolâ ad Sacerdotes Bavariæ: *In omnibus, quemadmodum a Bonifacio edocti estis, agite: oves sedulò pascite.* Et GREGORIUS II. in epistolâ ad episcopos Germanos, dicit,† Bonifacio se mandâsse, ut Apostolicæ sedis doctrinâ imbuat eos, quos fortè aberrare repererit. Et ZACHARIAS præcipit Bonifacio ut suâ vice quotannis, in Provinciâ Francorum, concilium celebret: ut unitas & disciplina ecclesiastica & apostolica, ubique in illis partibus dilatetur; & veri Catholici fiant; & caveatur, ne quid adversùm Pontificios moveatur.

[† Tomo 2. Conc.]

Exstruendis, instaurandis, & ornandis templis, omnes Pontifices hujus seculi operam dederunt: ut patet *ex Vitis eorum, & Crantzio Metropoli.*†

[† lib. 2. c. 1.]

De suis precibus, pro Regibus sibi addictis, magnificè gloriabantur. ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, inquit: *In aulâ Apostolica, ob vestrorum delictorum veniam, sedulò a nobis, & cunctis Dei sacerdotibus, orationum opera divinæ proferuntur majestati.*

Auxerunt opes ecclesiæ Romanæ. Omnia opera Pontificum sunt, aut in lapidibus, aut in templis, aut in tectis ædificandis; aut in imaginibus elaborandis; aut in augendis opibus Ecclesiæ; aut in excommunicandis Imperatoribus, & similibus nugis: sed in proprio ministerio Episcopi, nunquam, aut rarò versantur. *Robertus Barns, in Adriano I.* GREGORIUS II. coëgit Luitprandum, Italiæ Regem, primò renitentem, donationes injustas Ariperti, ad cleri lusum, ratas habere. *Balæus in vitâ ejus.* Cùm Magnus in Italiam venisset: Longobardi a Desiderio deficiunt; & Romano Pontifici amplissimus eorum Ducatus subjicitur. *Blondus.** ZACHARIAS, in scripto suo, & per Legatos, à Constantino petiit, sibi donari duo oppida, quæ erant publici juris; nimirum Nurtas & Normas: & impetravit. *Antoninus,*† *& Liber pontificalis.*

[* Dec. 2. lib. 1.] [† Tit. 14. c. 1. § 2.]

Et sibi donata, aut raptu acquisita bona, ut possessores malæ fidei, subindè confirmari a Regibus curarunt. Sic ADRIANUS, à Pipino & Carolomanno ecclesiæ Romanæ donata, & a Carolo Magno aucta, sedulò sibi a Carolo confirmari, scripto manu ipsius exarato, & ab Episcopis, Abbatibus, & Ducibus & Præfectis subscripto, & super altare beati Petri posito, postulavit, & impetravit. *Leo Hostiensis.** Ac Adrianus toties in epistolis ad Carolum monet eundem, ut promissis suis satisfaciat.

[* Blondus]

Formulas fidei Imperatoribus præscribere conabantur, etiam non admodū bonas. Sic Zacharias, binos ex Romano clero presbyteros, ad Constantinum Copronymū ablegat: ut ei offerrēt formulam catholicæ fidei; ac postulent assensum. Fuit autem in eâ formulâ, ut colligitur ex historiis, etiam de cultu & adoratione imaginum. *Blondus.*†

[† lib. 10. Dec. 1.]

Magistratus removebant à jure confirmandorum episcoporum; ut sibi eam potestatem solis acquirerent. Sic ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, negat, legatos ejus electioni Ravennatis episcopi unquam interfuisse; & asserit, Ravennates semper ab Apostolicâ sede archiepiscopos petere: & rogat eum, ne credat linguis, adversùs sanctam Romanam catholicam Ecclesiam garrientibus.

Nullam cuiquam fidem servare; sed simulando & dissimulando decipere etiam Reges solebant. Sic PAULUS Desiderio recepit; quòd vellet agere cum Pipino, ut ipsi obsides restituat. Verùm ille contrarium facit: & Pipinum orat, ut Desiderium constringat; & vel coactus pollicitationi suæ satisfaciat, sanctoque Petro omnia restituat: ut constat *ex epistolâ ad Pipinum.*

Equitare in benè-saginatis equis. Nam, cùm Carolus Adriano misisset duos equos; & alter in itinere mortuus esset: rescripsit ei, rogans, ut ossibus & plenitudine carnis decoratos sibi equos mitteret in-posterum; ac mercedem à beato Petro acciperet: ut videre est *in epistolâ ejus ad Carolum.*

Leges civiles dictitarunt. ADRIANUS:† *Omnis, qui alteri falsa intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam. Qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere: quam, si probâsset, reus utique sustineret.* Idem:* *Delatori lingua capulatur, aut convicto caput amputetur.* Idem:† *Qui in alterius famam publicè scripturam, aut verba contumeliosa, confinxerit; & repertus scripta non probaverit; flagelletur. Et qui eam prius invenerit, rumpat: si non vult autoris facti causam incurrere.* Idem:* *In criminalibus causis nec accusator aliquem, nisi per se, accusare potest: nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.*

[† Caus. 5. qu. 6. c. Omnis.] [* Caus. & qu. ead. c. Delatori.] [† Caus. 5. q. 1. c. Qui in alterius.] [* Caus. 5. qu. 3. c. In criminalibus.]

Ut episcopus jure-jurando se purget in crimine, quod non potest liquidò per testes probari: GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium tradit.† ZACHARIAS jubet* de Sclavis exigi censum, ne sibi aliquando propriam vindicent terram: & ut, dantes tributum, norint, terram dominatorem habere.

[† Tomo 2. Conc.] [* Ibid.]

Tractare de Regum & Imperatorum connubiis. Irene mittit, ad Pontificem Romanum, Legatum suum: qui ageret cum Pontifice, ut, suam autoritatem interponendo, efficeret apud Carolum Magnum Francum, ut se uxorem duceret: Dotem fore Romanum Imperium; sicque Carolum fore dominum Occidentis & Orientis. Pontifex, intelligens è re suâ fore, Carolum, suum mancipium, quàm-potentissimum etiam esse, agit diligentissimum internuntium; nihil omittens, quod ad rem perficiendam putavit idoneum. *Martinus.*† STEPHANUS II. in epistolâ ad Carolum & Carolomannum, multis rationibus ipsis dissuadet, ne de Longobardorum gente uxores accipiant: quia sit gens perfida, & fœtida, & lepræ obnoxia.

[† Ibid.]

Reges, peregrè adventantes, ad convivium invitabant. ZACHARIAS Luitprandum Longobardum ad prandium vocat; ut Apostolicam benedictionem suscipiat. *Liber pontificalis.*

Et honorum nudos titulos, pro magnis muneribus, illis reddebant. Sic Pipinus, propter munera ecclesiæ Romanæ oblata, & defensionem contra Aistulphum, Patricius Romanus constituitur. *Leo Hostiensis,*† *Martinus in Chronico.*

[† lib. 1. c. 9.]

Federa cum potentioribus Regibus inibant. ADRIANUS cū Carolo Magno fedus facit, de perpetuâ amicitiâ, & sociis armis contra hostes. *Blondus.** Meminit ejus Adrianus in epistolâ ad Carolum: ubi rogat, ut in sponsione, ante sacram Petri confessionem sibi factâ, permaneat.

[* Dec. 2. lib. 1.]

Aut aliâs sese in eorum amicitiam insinuabāt. Sic STEPHANUS, in epistolâ ad Carolomannum, petit, ut sibi liceat filium ejus ex Baptismate suscipere. Idem PAULUS in epistolâ ad Pipinum, petit: in quâ eum compatrem vocat; & uxorem ejus commatrem.

Si qua nova accepissent, eis cōmunicabant. Sic PAULUS Pipino misit literas, quas acceperat ex Alexādriâ: ut patet *ex epistola ad ipsum.* Et CONSTANTINUS Papa eidem Synodicam Orientalium episcoporum mittit: *ex epistolâ suâ.* ADRIANUS Carolo nuntiat de morte Imperatoris Constantinopolitani. Idem in aliâ epistolâ indicat, Persas & Græcos esse discordes.

Dissidia inter Reges sibi profutura excitabant. Sic STEPHANUS II. ut Exarchatum Ravennatensem acciperet, inter Aistulphum & Pipinum dissidium excitat. *Blondus,** & *Annales Francorum, & Frisingensis.*†

[* Dec. 1. lib 10.] [† lib. 5. c. 22.]

Et ea acceptis muneribus componebant. Sic GREGORIUS II. Longobardum & Spoletinum & Beneventinum Duces reconciliat: ut illi armillas, baltheum, ensem, & reliqua arma, templo Principis Apostolorum offerāt. *Platina.* Thrasimundus, Dux Spoletinus, rogatu Zachariæ, in gratiā a Luitprando recipitur, & in clericum ordinatur. *Platina.*

Imperatores & Reges levi occasione excōmunicarunt.

Nam

Nam eò, quòd Imperator Philippicus picturas, continentes gesta & decreta sex Synodorum universalium, deleri, & Sanctorum statuas & imagines ex omnibus templis eradi jussisset; CONSTANTINUS Papa vetuit: ne nomen Imperatoris, aut chartas, aut figuram solidi numismatis, susciperent, nec ejus effigiem in Ecclesiam introducerent; nec nomen ejus in Missis usurparent. *Paulus*.† GREGORIUS III. pacem nactus, congregatâ Synodo, Imperatorem non modò communione; sed etiam Imperiali dignitate, privat: anno Domini 731. & 733. *Sigebertus*. Pontifex igni & aquâ Thassiloni interdixit; eò quòd Hunnos in Bavariam attraxisset. *Aemylius*.*

† Lib. 6. Long. c. 11.
** Lib. 2.*

Jus inaugurandi, & deponendi Reges, ad se traxerunt: &, quos voluère, deposuerunt; & alios unxerũt, non sinè obligationib*, Romanæ sedi fructuosissimis. Sic STEPHANUS Papa, cùm Proceres regni Franciæ petiissent ab eo, ut Childerico ob ignaviam regnum abrogaret; & Pipino, & successoribus ejus conferret; (*Crantzius in Saxoniâ*,* & *Aventinus* †) Pipinum, Mareicalcum Franciæ, creat Regem, & filios ejus: priori rege Childerico attonso, & in monasteriũ incluso; ac juramẽto, quo Pipinus ipsi obstrictus erat, dissoluto. *Paulus* *. Anno Domini 752. *Sigebertus*, & *Hostiensis*.† Et Proceres Francos, autoritate à Petro sibi traditâ, adstrinxit: ut nunquam de alterâ stirpe, quàm de Pipini posteritate, & de consensu Romani Pontificis, Regem sibi designarent. *Regino*.† ADRIANUS, duos filios Caroli, Reges coronavit; anno Domini 781. *Annales Francorum*, & *Regino*. Et quàmvis, in eâ consecratione, usus est operâ Bonifacii, Moguntini episcopi: tamẽ, ut sibi jus illud raperet; ad se omnia retulit. quasi suâ autoritate mancipium illud egisset. *Schedelius*.* GREGORIUS III. Pontifex, misit Stephanum presbyterum ad Rachisinm, Longobardosq; sua sequutos arma: admonens eos, ne Desiderio, quem appellâsset Regem, adversarentur. *Blondus*.* Et jubet Rachisium regno cedere, ac monasterium ingredi: ni velit fulmine excommunicationis feriri. *Mutius*.†

** Lib. 14. 34.*
† Lib. 3.
** Lib. 22.*
† Li. 1. c. 9.
† Lib. 2.
** Ætate 6.*
** Dec. 2. lib. 1.*
† Lib. 7.

Imperatores & magistratus incitarunt ad defensionem & propagationẽ cultùs imaginum. Nam ADRIANUS, in epistolâ ad Constãtinum, scribit:† *Nostra exiguitas. Imperatorum vestram majestatem, cum omni humilitate, obsecrat; sinat aliquando, recordationis causa, erigi in ecclesiis, sacram JESU Christi, juxta incarnationem humanitatis, imaginem: ponatur in aula Dei, similitudo ejus sanctæ Matris; sanctorum quoque & beatorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum & Confessorum: & ex animi desiderio eas veneremur; quẽadmodũ a sanctissimis Patribus, majoribus nostris, probatissimisq; Pontificibus, nobis à multis seculis traditum est. Reliquum est, ut mansuetudo Imperatoria, in partibus illis Græcia hoc idem imperet; & orthodoxam fidem confirmet.* Et postea: *Obsecramus, ex animi fervore vestram Mansuetudinem obtestando; & veluti præsentes genibus advoluti, & coràm vestigia pedum volutando, ego cum fratribus meis coram Deo supplicio, obtestor, adjuro: quò sacras imagines, in ipsâ Deum-colente & regiâ urbe, & in utrisq; Græcia partibus, in pristinum statum restitui & firmari jubeatis; custodientes traditionem hujus sanctissima & beatissima vestra Ecclesiæ: abjiciendo etiam & exsecrando impiorum Hæreticorum improbam vehementiam; quo sacram hanc vestram catholicam, & apostolicam Romanam ecclesiam, indissolutam complecti positis.*

† Act. 2. Nicæn. II. Tom. 2. Conc.

Ab obedientiâ Imperatorum Orientis recesserunt. Solebant Romani Põtifices, si quid mali ab externo hoste imminebat, auxilia ab Imperatore Constantinopoleos petere. Id verò GREGORIUS facere noluit; prætendens, quòd Leo urbem regiam ægrè à Saracenis tutaretur. Accidit itaque, ut tunc primùm tutela Ecclesiæ ad alios translata sit. *Platina in Gregorio III. & Nauclerus*.*

** Gen. 25.*

Subditos ab obedientiâ debitâ magistratui liberarunt; & prohibuerunt, ne Cæsari, quod ejus est, detur. Nam cùm Leo, anno nono Imperii sui, cultum imaginum prohibuisset: GREGORIUS Papa, ut sedulous Antichristus, tributa urbis Romæ & Italiæ Cæsari dari prohibuit. *Paulus Diaconus*.† Et Romam atque Italiam, nec-non & omnia, tam Reipublicæ, quàm Ecclesiastica jura, in Hesperiis, ab obedientiâ Leonis, & Imperii sub ipso constituti, removit. *Idem*,† & *Otto Frisingensis*.* Anno Domini 731. *Sigebertus*.

† Lib. 21. Rom.
† Ibid. Li. 5. c. 18.

GREGORIUS II. (qui à Blondo Stephanus vocatur) per universum orbem Christianum scripsit: ne impiis profanisque Imperatoris Leonis Isauri jussionibus obedirent. Tãtamq; autoritatem tunc habuerunt Romani Pontificis decreta: ut Ravennates primi, exinde Venetiæ populi atque milites, apertam in Imperatorem Exarchumq; rebelliõẽ præ se tulerint; impulerintq; Pontificem, & cæteros Italiæ populos: ut, abrogatâ Constantinopolitani Imperii majestate, alter ex Italiâ Româve Imperator deligeretur. Eòque processit ipsa rebellio: ut, depositis Exarchi magistratibus, singulæ civitates, singula oppida, tunc primùm, postquam Romanum Imperiũ inclinavit, proprios magistratus, quos appellarunt Duces, sibi creare & præficere inchoaverint. Compescuit verò Stephanus Pontifex eam, deligendi Imperatorem novi, Italicensium voluntatem: quòd Leonem speraverit, saniori posthac cõsilio, flagitiis temperaturum. *Blondus*.* Romanos voluisse sibi ea, quæ Imperialis erant potestatis, vendicare; sed prohibitos esse a Leone Põtifice: *Urspergensis* refert. Verùm Leo ideò videtur prohibuisse, ut sibi illa raperet; Senatu Romano & Duce ejus suppresso. STEPHANUS Papa Pipinum à juramento sui Regis absolvit. *Paulus*.*

** Dec. 1. lib. 10.*
** Lib. 22.*

Bona Imperii sibi rapuerunt, auxilio Regum Francorum. Nam Campaniæ urbes, quæ Imperatori Constantinopolitano erant subditæ, Romanus Pontifex sibi adscripsit. *Bonfinius*.† Et ADRIANUS, Romanæ urbis & Italiæ Princeps à Carolo, constitutus est. *Leo Hostiensis*.* *Blondus* enumerat *ex Bibliothecario*, quæ regiones & urbes ereptæ sint Longobardis; & redditæ Pontifici Romano: à Lunâ scilicet, urbe pridem eversâ. quicquid Liguria ad Italiæ fines habet: quo in tractu Corsicam ponit insulam, illi Ligurum littori, quam cæteris Italiæ littotibus, proximiorem. Deinde Surianum, montem Bardonis, & Bercetum; loca Lucam inter & Parmam, ad mõtem Tremulum, pertinentia. Parmam postea nominat, atque Rhegium: quæ licèt Exarchatûs essent; semper antea in Longobardorum duraverant potestate. Mutinæ autem ideò non meminit Bibliothecarius, quòd ea urbs tunc etiam, sicut multos ante annos, destructa, nondum eas, quæ nunc exstant, habebat munitiones. Dehinc in Transpadanis, solas nominans Mantuam, & Montem silicis, urbes, Exarchatum subintulit: quo verbo cætera sunt comprehensa, quæ à Mantuâ pertinent ad Ravennam. Ponit postea Venetiam atq; Histriam: quarum regionum appellatione omnia fuit complexus, quæ Longobardi in Ducatu Forojuliensi, atq; Histriâ illi conterminâ, consueverant obtinere. Et ab urbis Romæ regione teversus, Spoletinum Beneventanumq; Ducatûs, eâ in concessione, nominat asscriptos. *Blondus*,† & *Liber pontificalis, in vitâ Adriani.* Cùm Pipinus Aistulphum expugnaret; Constantinus Copronymus per Oratorem ab eo petiit: ut Eaarchatum Ravennatem, aliasq; civitates & oppida, quæ Longobardi de Romano Imperio occupassent, Imperiali jurisdictioni restitueret; & pro eâ se munera acciperet. Sed Pipinus respondit; se Romani Pontificis servum esse: ideoque beato Petro omnia acquiri, quæ armis capiat. *Liber pontificalis*, *Blondus*,* *Antoninus*.†

† Doc. 1. lib. 9.
** Lib. 1. cap. 14.*
† Dec. 2. lib. 1.

Observatu autem dignum est, quomodo duo isti prædones, nimirum Pontifex & Pipinus, mutuas operas tradiderint. Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi Regis; quasi is sit, per quem Reges regnant: qui pridem in urbe consistere vix potuit; quò minùs, arbitrio Constantinopolitanorum Imperatorum, aut captus, aut relegatus, abiret. Vicissim Romana sedes hoc præstitit beneficium domui Pipini; ut regium nomen haberet: & deinde Carolum ad Imperiale culmen provexit. *Saxonia Crantzii*.†

** Dec. 2. lib. 1.*
† Tit. 14. cap. 1. § 3.
† Lib. 2. 3.

Bella gerebant. Sic GREGORIUS II. ob castrum Cumanum recuperandum, armis usus est Neapolitani Ducis: illique, sicut promiserat, septuaginta auri libras dedit; & exercitum, cum Ecclesiæ proceribus, contra Tiberium misit. *Liber pontificalis*. Et Desiderio Ravennam obsidente, Archiepiscopus & tres Tribuni eam urbem pro viribus tuebantur; subsidium quotidie à Romano Pontifice postulantes. *Bonfinius*.* Gregorius II. suos hoste a Leone missos, qui captum venerant, capit. & mult.

** Dec. 1. lib. 9.*

† lib 6. ex iis occisi sunt. *Liber Pontificalis, & Mutius.* †

Ex aliis bella suadebant, ad suorum Adversariorum deletionem. Sic Heregiso, Duce Beneventorum, deditionem offerente; Carolus rogat sententias suorum Consiliariorum. Pontifex ADRIANUS bellum persequendum censet: sed Sacerdotes cæteri, & amici Regis, ne pauperes & agri vastentur, & sacri profanique ad egestatem redigantur, suadent pacem, obsidibus acceptis. *Aventinus.** (* lib. 4.)

Munitiones faciebant. GREGORIUS III. ad urbis Romanæ instaurationẽ sumtus fecit. *Liber pontificalis.* ADRIANUS, cùm cognovisset, Desiderium minitari obsidionem Romæ; portas urbis claudi, & muros instaurari, & alia necessaria parari curat. *Blondus.** SISINNIUS Papa calcem, pro murorum instauratione, jussit coqui. *Liber pontificalis.* (* Dec. 2. lib. 1.)

Fulmine excõmunicationis hostes territabant. ADRIANUS ad Desiderium episcopos mittit, qui ei, si Romanorum fines hostili manu ingrediatur, sub anathemate ignem & aquam interdicant. quod ubi factum est; pudore quodam Rex confusus, Ticinum se recepit. *Blondus.** (* Dec. 2. lib. 9.)

Et eodem sua privilegia corroborabant. Sic ZACHARIAS Casinense privilegium firmat his verbis: *Si quis (quod absit) ea, quæ ad laudem Dei, pro stabilitate, ac Casinensis cœnobii conservandi dignitate, & possessionum ejus tutelâ, a nobis statuta sunt, nefario ausu corrumpere, violare, aut refragari præsumserit: nisi resipuerit; sciat se anathematis vinculo innodatum, & a regno Dei alienatum; & cum Diabolo, & ejusdem pompis, & Judâ, Jesu Christi Domini nostri traditore, æterno supplicio æternaque maledictioni deputandum.*

Copias auxiliares, & defensionem, à Regibus Francorum subinde petebant. ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, indicat ei, de Hildebrandi & Raginaldi Ducum conspiratione cum Græcis, contra Romam & Italiam: ac petit ab eo præsidium.

Diris adjurationibus Reges Francorum adegerunt, ad suscipiendum patrocinium commentitiorum bonorum Petri, contra Longobardos. Sic enim GREGORIUS, in epistolâ ad Carolum Martellum: *Hortamur tuam Bonitatem, coram Domino, & terribili ejus judicio: ut propter Deum, & animæ tuæ salutem, subvenias ecclesiæ sancti Petri, & ejus peculiari populo; eosdemque Reges sub nimia celeritate refutes, & a nobis repellas, & jubeas eos ad propria reverti. Non despicias deprecationem meam, neque claudas aures tuas a postulatione meâ. Sic non tibi ipsi claudet Princeps Apostolorum cœlestia regna. Conjuro te in Deum vivum & verum, & ipsas sacratissimas claves confessionis beati Petri, quas vobis ad regnum direximus: ut non præponas amicitiam Regum Longobardorum, amori principis Apostolorum; sed velociter, & sub nimia festinatione, sentiamus, post Deum, tuam consolationem, ad nostram defensionem: ut in omnibus gentibus declaretur vestra fides, & bonum nomen.* Et STEPHANUS, in epistolâ ad Carolum & Carolomannum, sibi indicatum scribit: *quòd pro justitiis sancti Petri, summis viribus essent decertaturi; sicut & Pipinus pater eorum fecerat. Quare illos monet ut hæc promissa, & quidem citò præstent. Conjurat illos coram Deo vivo, extremo ejus judicio, & Petro Apostolorum principe: ut nimiâ velocitate Petro justitias reddere Longobardos jubeant: hoc est, ut Longobardis vi eripiant, quæ ipsi obtinuerant a patrimonio sancti Petri. Hoc nisi fecerint; in extremo judicio rationem Deo & Petro reddituros ipsos, comminatur. Hortamur quoque, ne credant dicentibus, Papam Petri justitias recepisse.* Idem STEPHANUS, in epistolâ ad Pipinum, Carolum & Carolomannum, cùm implorat eorum opem contra Aistulphum, *objurgat eos: quod plus Aistulphi mendaciis, quam veritati, crediderint: monet ut pro isto peccato doleant: & quæ beato Petro offerenda promiserunt, citò possidenda reddant: quòd fortis exactor Petrus exsistat: item, quòd ipsi ex promissione, & proprio chirographo, explere cogantur, ne a beato Petro, in extremo judicio, ostenso chirographo damnentur. Obedientibus ipsis scribit vitam æternam a beato Petro promissam. Deinde conjurat illos, per Deum omnipotentem, sanctam Mariam matrem ejus, per virtutes cœlorum, beatos Apostolos Petrum & Paulum, per tremendum judicii diem, ut Petri justitias faciant quod ipsis ex toto commendata sint.* Exstat etiam epistola Stephani, nomine Petri ad Francos scripta: in quâ sanctus Petrus Pipinum, Carolum & Carolomannum, omnes Sacerdotes, Episcopos, Abbates, Presbyteros, vel universos religiosos Monachos, cunctos Judices, Duces, Comites, & cunctum Francorum regni Populum, conjurat: ut suum populum & ecclesiam, ubi corpus suum requiescit, à Longobardis liberent: quòd Francos peculiariter diligat inter omnes gentes, secundùm promissionem, quam à Servatore suo accepit. Et indicat, divam Virginem, thronos omnes atque dominationes, ac cunctos cœlestis militiæ exercitus, martyres, confessores, ac omnes Deo-placentes, pro hoc officio vicissim promittere, in hac & futurâ vitâ, patrocinia, præparationem tabernaculorum, præmia æternæ retributionis, & infinita paradisi gaudia. Vocat Ecclesiam Romanam fontem vivum; unde Franci satiati & renati sint; flagrantissimam flammam; unde ipsi lucem acceperint: matrem spiritualem, sanctam Dei Ecclesiam; in quam sperantes vitam æternam accipiant: fundamentum fidei. Hortatur, ne se à Populo suo Romano separent: id enim si fecerint, separatum eos iri à regno Dei, & vitâ æternâ. Promittit subsidium & patrocinium in omnibus, quæ à se poposcerint: dummodò ipsi Populo Romano subveniant. Conjurat eos per Deum vivum crebrò; ne civitatem suam Romanam à Longobardorum gente laniari permittant: ne ipsi igne tartareo, cum Diabolo & angelis ejus, puniatur. ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, petit: ut sibi curat reddi loca, quæ olim à Constantino, & Pipino, & Carolo, & aliis, beato Petro sint concessa; nunc verò à Longobardis occupatata.

Item mendaciis crassis de beato Petro. Nam PAULUS, in epistolâ ad Carolum & Carolomannum, nugatur; beatum Petrum, misso oleo, hos Reges in utero sanctificâsse, ad ecclesiam Romanam exaltandam. Idem in epistolâ ad Pipinum fingit; à beato Petro eum electum & consecratum esse, propugnatorem Romanæ ecclesiæ. Et in eâdem epistolâ fingit, se à Græcis propter orthodoxam fidem impugnari: cùm esset propter raptum Imperium certamen.

Postularunt à Regibus Francorum; ut Romanam ecclesiam exaltarent: eisque pro eâ re mercedem animæ suæ pollicebantur. Nam, cùm Gregorius, Stephanus & Paulus, petiissent, Romanã ecclesiam ab hostibus liberari: tandem ADRIANUS à Carolo poscit auxilium, pro exaltatione, spiritualis matris, Romanæ ecclesiæ. Cui Carolus respondet: Se nihil pro deminoratione, sed omnia, pro exaltatione & honore sanctæ Eclesiæ, facturum. *ut patet ex epistola.* Adrianus, in epistolâ ad Carolum, rogat: ut, sicut cœperat, pro mercede animæ suæ, territorium Savinense beato Petro, regni cœlorum clavigero, tradi jubeat. Et in aliâ epistola ad eundem indicat; se preces pro Carolo facere: ut Deus ei tribuat victorias, ac regnum dilatet, ad exaltationem spiritualis matris, sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ. Idem petit in aliâ epistolâ. ut Ducatum Spoletinum ecclesiæ Romanæ celeriter reddi curet; quem olim ei obtulisset. Itèm, ut cogerent barbaras gentes, à se subjectas, vestigia pedum, ad ecclesiæ Romanæ exaltationem, osculari: ut patet ex *epistolâ Adriani ad Carolum.*

Ac sibi Archiepiscopos reluctantes subjicerent. Sic ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, accusat Leonem, Ravennatensem episcopum; quòd ab ipso falsò accusatus sit. Itèm, quòd sibi & sancto Petro inobediens sit; & multa bona, quasi ex mandato Caroli, Romanæ ecclesiæ abstulerit. Itèm, quòd Pentapolin, à Pipino Romanæ ecclesiæ datam, etiam auferre nisus sit. Queritur, Romanam ecclesiam in magnam humilitatem & deminorationem venisse. Indicat, Sergium, Archiepiscopum Ravennatensem, a Stephano Papâ, propter inobedientiam, depositum esse: & in locum ejus, Philippum, presbyterum quendam, missum, cum Eustachio Duce; eosque Papæ nomine omnia administrâsse: Carolum ex Philippo illo rei veritatem agnoscere posse. Orat Carolum, ne patiatur, Romanam ecclesiam, quæ omnium aliarum caput est, in tantum contemtum venire: sed ut subjiciat sibi Leonem, Ravennatensem episcopum, & Exarchatum.

Regibus Francorum omnia, quæ contra ipsos suscipi intelligebant, ab Imperatore & aliis, prodere soliti sunt. Sic ADRIANUS, per Legatos & literas, indicat Carolo;

quòd Legati Græcorum, cum viduâ Archisi Ducis, contulerint consilia, de Beneventano Ducatu è manibus Caroli extorquendo: & quòd Neapolitani cum signis & imaginibus Græcos excepissent. Quare rogat eum, ut sic omnia pertractet: ut suæ & ecclesiæ Romanæ securitati prospiciat.

Idem Carolo indicat, Adal- [illegible] tum, Desiderii filium, in fines Calabriæ venisse: & exponit consilium, de Beneventanis cogendis, in aliâ epistola.

Carnifices eorum agebant, qui contra Reges sibi confœderatos aliquid dicerent. Sic ADRIANUS Paulinum, cōtra Carolum quædam mussitantem, in vinculâ conjecit; eiq; misit: ut constat *ex epistola ejus ad Carolum.*

Expostulabant cum Regibus; si quid præter suam voluntatem egissent. Sic ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, expostulat cum eo, quòd Anastasium missum suum in Franciâ, propter verba quædam importabilia, quæ Carolo dixerat, detineret. Scribit, id nunquam ab exordio Mundi factum esse: jubet ipsum remitti Romam: se pœnam impositurum; si meritus sit. Indicat se nunquam ullo argumento cognovisse, Anastasium infidelem Caroli esse: obliquè Carolum tali sævitiâ uti jubet in hostes Romanæ ecclesiæ; scilicet in Gaufridum Longobardum: qui cum Anastasio profectus sit, & fraudem in Caroli palatio commiserit, persuadendo Notario, falsas facere literas, ut inter se & Carolum scandalum immitteret. Itèm Paschalem & Saracinum: qui talia in urbe Romanâ ausi sint; qualia nunquam ab exordio Mundi facta sunt. sed ipsos ad Carolum confugientes, receptos esse; haberi in maximâ æstimatione; vacare distractionibus: mirari se, quòd illos apud se Carolus vivere patiatur. Se vindictam dignam in eos, qui Carolo detrahant, exercere, scribit: Paulinum exemplo esse. quem victum Carolo miserit. Orat, ut idem faciat, magisque Ecclesiam exaltet.

Eos, qui se-se dominatui suo submittebant, ad fidem & jus-jurandum adstringebant. Sic Spoletini, Picentes, Firmani, Auximani, Anconitani, capillum detonsi, & sacramento adacti, se-se Romano Pontifici subdiderunt. *Blondus,* Bonfinius,† & Liber pontificalis in vita Adriani.*

* Dec. 2. lib. 1.
† Dec. 1. lib. 8.

Alius Pontifex, alterius decreta & constitutiones mutavit, & abrogavit. ADRIANUS Pontifex Offæ, Merciorum Regi, concessit; ut sedem archiepiscopalem, contra suorum majorum decreta, Lichefeldiam transferret. LEO verò, successor ejus effecit; ut Cantuariis restitueretur eadem dignitas. *Wilhelmus.*† STEPHANUS III. Synodo collectâ, omnia retractat à Constantino decreta. *Ranulphus in Polychronico.**

† li. 1. c. 6. 9
* li. 5. c. 26

Huc etiam pertinent decreta impia. Qualia sunt: Prohibitio nuptiarum. GREGORIUS III. presbyteram, diaconam, monacham, aut commatrem spiritualem, jungi matrimonio vetuit. *Liber pontificalis.* Hinc Sacerdotes Franci, Galli, & Hispani, maximum peccatum esse censuerunt; ducere viduam in uxorem, cujus filiam de Baptismo quis susceperit. quod tamen genus peccati, BONIFACIUS negat se hactenus agnovisse: *in epistola ad Pethelmum, & ad Nothelmum.* GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium:* *Addidisti adhuc, quod-si pater vel mater, filium filiamq; intra septa monasterii, in infantiæ annis, sub regulari traddiderint disciplinæ: utrùm liceat eis, postquam pubertatis impleverint annos, egredi, & matrimonio copulari? Hoc omnino devitamus: quia nefas est, ut oblatis, à parentibus, Deo filiis, voluptatis frena laxentur.* ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, damnat nuptias monachorū.

* Tom. 2. Conc.

Aut permissio & dispensatio, contra jus Dei. Nam GREGORIUS III. uxorem avunculi ducere permisit: & BONIFACIUS, in epistolâ ad Zachariam, *apud Nauclerum.** & Tomo 2. Conciliorum. Sententiâ Pontificum, Carolus Magnus, post annum, Armogerdam uxorem suam repudiavit: quòd infœcunda vitio corporis, & clinica esset. AVENTINUS.† GREGORIUS III. in epistolâ ad Bonifacium, scribit.* *Quod posuisti; quod si mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere. quid ejus faciat jugalis? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum est: ille qui se non poterit continere, nubat magis: nō tamen subsidii opem subtrahat ab illâ, cuius infirmitas præpedit; & non detestabilis culpa excludat.*

* Generat. 25.
† lib. 3.
* Tom. 2. Conc.

Missificatio. GREGORIUS III. constituit, ut Monachi & Presbyteri, in oratorio omnium Sanctorum, Missarum solemnia celebrent. *Liber pontificalis.*

Laicorum ab electione Pontificum exclusio. ADRIANUS enim sanxit, ne ulli Laici electioni Pontificis interessent. *Liber pontificalis.*

Decretum de venerandis, & adorandis, & colendis imaginibus. *Paulus.*† GREGORIUS III. imagines & ossa Sanctorum venerari, & orationes pro mortuis fieri jussit: ut patet ex *epistolâ ejus ad Bonifacium. Balæus.** *Sigebertus, anno Domini 738.* ac *Liber pontificalis in vitâ ejus.* SYNODUS Romana à Stephano, item Gregorio III. convocata, venerationem imaginum approbat, & contrarium-sentientes damnat. *Sigebertus.*

† lib. 6. Long. c. 11.
* Cent. 2. cap. 5.

Et Decreta frivola. Qualia sunt, de tempore, quando lardum sit comedendum: quòd equi, morbo regio infecti, ab aliis separandi; &, si curari nequeant, in puteum projiciendi, aut in foveam: quòd animalia, à rabidis lupis & canibus lacerata, debeant ab aliis sejungi, ne mordeant alia. *Zacharias, in epistola ad Bonifacium.** Itèm, de equorum naribus non-findendis, neque auribus colligandis, neque caudis eorum truncandis: qualia Legati Adriani, *in Anglicâ synodo,** præ nimiâ stultitiâ, proposuerunt.

* Tom. 2. Concil.
* cap. 20.

Imperium Mundi à Græcis, eò quòd cultum imaginum abolerent, cœperunt transferre ad Francos, sub finem hujus seculi: *ut patet ex Sigeberto.* STEPHANUS Papa Romanum Imperium à Græcis transtulit ad Germanos, in personam magnifici viri Regis Caroli, tunc juvenili ætate constituti. *Martinus in Chronico.*

¶ Confirmarunt autem dominatum Romani Pontificis, subindè magis magisque, Synodi universales, primum locum, & summam potestatem, ipsi & Legatis ejus deferentes: ut factum est *in Synodo Nicena II.*

Et alias Synodos, sine Romani Pontificis consensu & præsentiâ factas, damnantes. Nam Patres, *in Nicæna Synodo, Actione 6.* hoc argumento rejiciunt septimam Nicænam: *Septima synodus Nicæna, falso sic dicta, non habuit cooperatorem, ut hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Papam; neq; illum sacerdotes, neque per vicarios, neque per provinciales literas: quemadmodum fieri in Synodo debet. Quinetiam neque concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum inquam, Antiochenum, & urbis sanctæ summos Pontifices, neque cum illis etiam mystas & sacerdotes.*

Et Episcopi, se-se illi ultrò subjicientes. Sic BONIFACIUS, in epistolâ ad Stephanum II. vocat se exiguum discipulum Romanæ ecclesiæ. *apud Nauclerum.** Ac inter alia inquit: *Si minus peritè aliquid, aut injustè à me factum aut dictum reperitur, judicio Romanæ ecclesiæ, promtâ voluntate & humilitate emendaturum me spondeo.* THEODORUS, Ravennatum episcopus, Romano se submisit tandem; cùm prius se dignitate ei parem contumaciter perseveraret. Quod subjectionis exemplum, quoniam in omnes Occidentis & Aquilonis partes dimanavit: non ausi sunt Britannicis illis Ecclesiæ renovatoribus se opponere; qui, in Rheni & Danubii regionibus, veterem tenebant ecclesiastici ministerii formam. *Curio.*†

* Gen. 25
† lib. 2. Chron.

Et jure-jurando se obligantes, ad decretorum ejus obedientiam: ut *Bonifacius* fecit, & alii.

At pallium ab eo petentes. Sic EGBERTUS Eboracensis, pro pallio, epistolam ad Zachariam Papam scripsit. *Balæus.**

* Cent. 2. cap. 15.

Aut assentatoriè de ejus principatu docentes, & loquentes. Sic enim BURCHARDUS Wirtzburgensis episcopus, inquit, *apud Aemylium,** de Zachariâ Pontifice: *Nulla orbis terrarū pia regio est, cujus pater sanctissimus nō sit, cuiq; magnitudo & felicitas tua charior suâ esse non debeat; & pericula hujus sacrosanctæ Sedis solicitudinem non injiciant.* Itèm: *Te in hac arce ac præsidio, tanquam in terrarum speculâ, Deus collocavit.* Et, cùm Leo esset ab Adversariis suis Romæ accusatus, omnes assessores, in basilicâ Petri, unâ voce responderunt: Sedem Apostolicam, omnium ecclesiarum caput, à nemine judicari debere. *Nauclerus.**

* lib. 2.
* Gen. 26.

Et Formosus & Damianus episcopi, Legati Papæ, in oratione ad Thassilonem, Ducem Bavariæ, vocant Adrianum

Papam, vivum supremęque majestatis oraculum; cui refragari, scelus inexpiabile sit. *Aventinus.** Christus, princeps pastorum, Mundo vicarium dereliquit Petrum. *Aponius.*† Et Scriptores librorum Caroli Magni, de cultu Imaginum:* *Sicut cæteris discipulis Apostolis, & Apostolis omnibus eminet Petrus: ita nimirum cæteris sedibus. Apostolicæ, & Apostolicæ. Romana eminere dinoscitur. Hæc enim, nullis Synodicis constitutis, cæteris ecclesiis prælata est, sed ipsius Domini autoritate, primatum tenet, dicentis:* Tu es Petrus; & super hanc Petram, &c. *Cui non incongruè B. Pauli, doctoris gentium, est attributa societas, ut illius sancta Ecclesia firmaretur autoritas.*

Eique titulos facientes nimis magnificos, ut sunt: Beatissimus & Sanctissimus Pater; Summi sacerdotii jure ac sanctitate quam-proximè superos accedēs. Sic enim *Burchardus*, Wirtzburgensis episcopus, in oratione sua ad Zachariam, locutus esse indicatur, *ab Aemylio.** *Bonifacius*, in epistolâ ad Zachariam, hos titulos ei attribuit: *Reverendissimo Patri, & dilectissimo Domino, cum timore & honore venerando magistro, apostolici honoris privilegio prædito, Pontificatus, Apostolicæ sedis insula sublimato, Zachariæ, Bonifacius, exiguus servus vester.* Apostolicus pontifex: *Bonifacius, in epistola ad Zachariam.* Summus pontifex, & Papa universalis, Adrianus vocatur *à Carolo Magno*, in privilegio ecclesiæ Bremensis. *Crantzius in Saxonia.**Sic scilicet decuit Antichristum honorare & adorare!

Et omnia arcana Pontifici revelantes. Sic *Bonifacius* dicit, se promisisse Gregorio, quòd omnium populorum mores, ad quoscunque accessurus sit, indicare velit: *in epistola ad Zachariam.* Et Campolus, Cajetanus episcopus, Adriano indicavit, Adalchisum, Desiderii filium, in fines Calabriæ venisse. *Adrianus in epistola ad Carolum.*

Aut confirmationem sui episcopatûs ab eo petentes. Sic *Bonifacius, in epistolâ ad Zachariam*, petit, ut tres illas urbes, quas sedes episcopales esse volebat, suis scriptis & privilegiis confirmet: *apud Naucleruum,** & *Tomo 2. Conciliorum.* Et Zacharias, tres illas sedes, nimirum in Mertēnburg, & Bāberg, & Erfurd, confirmat. *Tomo 2. Conciliorum.*

Et Legatos Apostolicæ ecclesiæ se appellantes. *Bonifacius, in epistolâ ad Leobgytbam*, se omnium ultimum & pessimum Legatorum esse ait, quos Romana ecclesia ad prædicandum destinârit.

Aut alios ad obedientiam Romanæ sedis invitantes. Ut *Bonifacius* fecisse se indicat, in epistolâ ad Zachariam:* *Sicut prædecessorum vestrorum, pro autoritate S. Petri, servi devoti, & subditi discipuli fuimus: sic & vestræ pietatis servi obedientes, subditi, sub jure canonico fieri mereamur; optantes catholicam fidem, & unitatem Romanæ Ecclesiæ servando, dilatare: & quantoscunque audientes vel discipulos in istâ legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam Apostolicæ sedis invitare & inclinare non cesso.* Idem, in epistolâ ad Gudbertum, indicat, se effecisse, ut quidam in Synodo promiserint, se ecclesiæ Romanæ subjectos esse velle.

Aut apud eos accusantes alios. Sic Sidonius & Virgilius, Bonifacium ad Zachariā accusant, quòd Neophytos rebaptizârit: & efficiunt, ut illi interdicatur, ne id ampliùs tentet. *Balæus.** Epistola eorum exstat *in tomo 2. Conciliorum.*

Ac eos, qui se-se Romanæ meretrici non subjicerent, insectantes. *Adrianus* Egilæ, episcopo Hispaniæ, præcipit, ut excommunicet omnes, qui se non purgaverint, & Papæ esse probaverint: *in epistolâ ad ipsum.*

Et pensiones pro iis exigentes. Sic Mauricius, apud Histrienses, pensiones pro beato Petro exegit. Sed eam ob rem à Græcis privatur oculis: ut patet *ex epistola Adriani ad Carolum.*

¶ Et Reges & Principes; asserentes, Papam esse caput Ecclesiarum Dei, & Sacerdotum in omni Mundo. Ut Luitprandus facit in Legibus suis. Itèm, qui ex diversis terris Romam miserunt eos, quos elegerant, episcopos: ut ab illo consecrarentur, vel à legatis ejus. Unde *Crantzius in proœmio Metropolis* dicit, episcopos Germaniæ, quos Carolus corporali gladio armavit, à summo Pontifice, & Legatis ejus, consecratos esse. Carolus petiit ab Adriano, ut Ermenbertum Bituricum ordinet archiepiscopum; quod & facit: ut patet ex epistolâ ejus. Sic Petrum episcopum, rogatu Caroli, ordinavit. *Adrianus in alia epistolâ.*

Aut errantes episcopos ad ipsos miserunt. Sic Carolus Felicem, in Synodo Bavaricâ, de errore convictum, Romam misit, ut isthic errorem retractaret. *Annonius.*†

Aut privilegia eorum commentitia renovarunt & confirmarunt. Sic Justinianus Constantino, Pontifici Romano, cuncta Ecclesiæ privilegia renovavit. *Beda,** & *Regino.*† Et Carolus Magnus, anno Domini 774. donationem illam, quam pater ejus Pipinus fecerat, novis scriptis confirmavit. *Leo Hostiensis.*†

Aut armis ejus potentiam muniverunt. Sic *Curio** refert, Carolum Magnum, armis & imperio, communisse ambitiosam summi juris vendicationem Romani Pontificis. Et *Mutius* † refert, Carolum coēgisse Romanos, qui nondum obediebant Pontifici: ut jurejurando confirmarint, se facturos, quidquid Papæ constituissent & mandarent, aut in posterū constituturi essent. Anno Domini 796.

Aut Senatum & Populum Romanum Pontifici parère & subesse jusserunt. Sic Pipinus hortatus est, ut Romani fidem servarēt Paulo Pontifici: ut patet ex Senatûs & Populi Romani literis ad Pipinum.

Aut ejus arbitrio res etiam politicas subjecerunt. Sic Carolus, bellum Thasilono, Duci Bavariæ, illaturus; cùm esset objurgatus ab Adriano: eam ob rem totam causam illius arbitrio permisit. Idem etiam Thasilonus fecit: qui ab eo, tanquam à communi orbis Christiani parente, petit, ut fautor atque consultor adsit. *Aventinus.**

Aut donationibus, regnorum & urbium, potentiam ejus auxerunt. Luitprandus, Rex Longobardorum, admonitus a Gregorio, donationem patrimonii Alpium Coccia-rum, quam Herebrechtus Rex fecerat, & ille repetierat, denuò confirmavit. *Beda,* † *Paulus Diaconus.** *Adon* † *Blondus.** De hac re tamen *Platina* sic scribit, in Johanne VII. *Sunt, qui scribant, (sinè authore tamen) Arithpertum, Longobardorum Regem, religione motum, condonasse Alpes Coccias beato Petro, & quicquid a Taurinis & Medullis Genuam usque, Ligusticoque protenditur. Alii autem affirmant, donationem ipsam ab Arithperto confirmatam fuisse. Verùm, cum de donatione nil certi habeatur, Paleamque, Pontificii juris periti appellent; quod sinè frumento sit, nihilque Constantiniana elegantiæ ac dignitatis habeat: quomodo de confirmatione constabit?* Pipinus Ravennam & Pentapolin, & omnem Exarchatum, occupavit; & Pontifici tradidit. *Regino.*† & *Adon.** Redditus est Romanis Exarchatus, quicquid Padum & Appenninum interjacet, à Placentinis usque ad stagna Venetorum; & quicquid inter Isaurum flumen, Apenninum, & Hadriaticum, continetur: addo etiam, quæ de Hetruscis & Sabinis ceperat. *Platina.* *Antoninus* verò has urbes recenset:* Ravennam, Cesenas, Arminum, Sinigalliam, Pisaurum, Hesium, Fanum fortunæ, Foris-populum, Forum-livii cum castro, Sassibium, montem Feltri, Serram, Accevagium, castrum Martini, Montem-locati, Urbinum, Callis, Levooculis, Egubium, Chomachium, civitatem Narniensem. *Blondus.*† & *Sabellicus.**

Ex eo tempore, quo Gregorius II. Papa restitit Leoni Isauro, Papæ, in Italiâ domini, subindè quæsiverunt, quomodo potentiam suam stabilirent: donec tandem à Pipino, omni Orientalium metu liberati, maximam Italiæ partem, quam vi ille subegerat, dono acceperint. Et *Balæus* inquit:* *urbes, ac plures per Italiam ditiones, capiebat Romuleum Petri rete; quod furtum specioso Petrini patrimonii titulo obtegunt.* Faventiam, & Ducatum Ferrariæ seu Comadum, cum Exarchatu Ravennatis, Pipinus, & filii ejus, Carolus, & Carolus Magnus, beato Petro concedentes, offerebant; cū ex Desiderii manibus vi extorsissent. *Bonfinius,** & *Liber pontificalis.* Hinc eorum opes, fastus, & tyrannis radices sumserunt. Hinc Papa, omnium Christianorum Principum Deus terrestris esse cœpit, & Mundi monarchas sibi subditos fecit. *Balæus.* Ex his rectè *Crantzius in Metropoli,** & *in Saxoniâ,* † infert; donationem Constantini Magni esse commentitiam: cùm constet, Pipinum, & Carolum Magnum, Romanam ditâsse ecclesiam, ex Longobardorum oppressione.

Aut eum, ab aliis justè oppugnatum defenderunt. Sic

Pipinus Rex, invitatus à P... e, in Italiam ingressus est, & repressit Aistulphum; & Ravennam & totam Pentapolim, sancto Petro tradidit. *Regino.* * Et Ursus, Dux Venetorum, Gregorio III. ... Ravennâ, à Longobardis occupatâ ... * Et Carolus, ab Adriano accersitus, Desiderium expugnat: anno Domini 773. *Annales Francorum Regino.* *Aventinus.* *

Aut nimis religiose ... illius exosculati sunt. Sic Carolus Magnus, Adriani Pontificis pedes osculatus scribitur *a Blondo.* † *Cratzius in Metropoli ait:* * *Adrianus vidit Roma Carolum Magnum, exosculari item vestigia ejus.* Et Justinianus Imperator, Constantini Papæ: *ut Platina in vita ejus* indicat. Et Luitprandus, Rex Longobardorum, prostratus humi, pedes Stephani II. osculatur: *ut narrat Blondus.* *

Aut è regnis suis vectigalia & tributa dederunt. Sic Inas Occidentalium Saxonum, & Offa Merciorum Rex, Papæ annuum reditum, e singulis domibus regni sui, tecerunt, (*Raynulphus* in Polychronico, † & *Polydorus* * delusi a pseudomonachis. *Balæus.* †

Et equos regios illis donarunt. Carolus Adriano duos equos misit: quorum alter in itinere mortuus est. Quare Papa petit, ut sibi equos ad suam sessionem idoneos mittat; nimirum ossibus & plenitudine carnis decoratos: ut diximus.

***Q**UI SE-SE OPPOSUERINT DOMINATUI & tyrannidi Romanorum Pontificum, ac contra Antichristum reclamarint.*

NOn defuerunt, qui Romani Pontificis dominationi improbarunt, &, quantum in ipsis fuit, temorarunt. Nam Archiepiscopi in Franciâ, per Bonifacium jussi petere pallium è Romanâ ecclesiâ, licèt promiserint se facturos, tamen postea rem in deliberationem & moram rejecerunt: *ut patet ex epistola Bonifacii ad Zachariam.* Et Felix, Ravennas archiepiscopus, non potuit Romani Pontificis suasione aut precibus adduci, ut vim pecuniæ integram Romanis Pontificibus quotannis redderet: quantam illi postulabant, juxta formulam obligationis. *Blondus.* *

Huc etiam illi pertinent, qui se-se Pontificis legatis opposuerunt: inter quos sunt, Clemens Scotus, cum Adalberto Gallo, ac sociis, Samsone. Sidonio Bojorum archiepiscopo, & Virgilio Hiberno, & similibus: qui in multis restiterunt Bonifacio, improbantes cœlibatum Clericorum, reliquiarum & statuarum venerationes, & primatum Pontificis, depositiones Regum, juramentorum violationes, Missas pro mortuis, terrores Purgatorii: ac Clemens contra Bonifacium scripsit librum. *Balæus.* † Idem & Samson fecit. * Et Johannes Mailrosius, Græcis adhærens, Romanę synagogæ impura dogmata non probavit. †

Et excommunicationem Pontificum contempserunt. Ejusmodi aliquot fuisse, colligi potest *ex epistola Zacharia ad Bonifacium*, * ubi inquit: *Et hoc inquisisti, quid faciendum sit de excommunicato episcopo, & Apostolicam autoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo & hominibus: cui condemnato incondemnatus non communicabit.*

Et jugum pontificium excusserunt. Sic Leo, Ravennas episcopus, multa bona, quasi ex mandato Caroli, subtraxit Adriano, & nullos ex sibi subjectis Romam appellare concedere voluit: & Judices à Pôtifice ordinatos rejecit, aliusque constituit: & literas, ad Pontificem ab aliis scriptas, aperuit: *ut patet ex Adriani epistola ad Carolum.*

Et impia ejus decreta, de Cœlibatu & Monasticâ, aspernati sunt. Nam Ragimbaldus, & alii Longobardorum episcopi, contra Adriani decretum, permiserunt Monachis ut uxores ducerent: *ut patet ex epistola Adriani ad Carolum.*

Et titulos primatui Romano contrarios usurparunt. Tarasius vocatur universalis seu generalis Patriarcha, *in Actione 2. Nicæna II.*

Et Pontificiorum Legati nô omnia, quæ subinde ab illis constituebantur, capiebant & approbabant. Sic Bonifacius multum disputat, in epistola ad Nothelmum & Pethelmum, de opinione Romanorum; quòd non liceat commatrem ducere uxorem: ut paulò antè assignavimus.

Et quidam Abbates & Monachi. Nam, cùm Pipinus à Stephano Papâ esset inflammatus contra Aistulphum: Carolomannus, ab Abbate suo instructus, venit ad Pipinum, eique dissuadere conatus est societatem cum Pôtifice Romano. & Licètnon indicetur apertè, quibus usus sit argumentis: tamen colligi potest *ex libro Pontificali, in vitâ Stephani*, quòd non probârit Pontificis audaciam, quâ affectabat mundanum principatum. Anno Domini 752. *Sigebertus, Blondus.* † *Aventinus.* * ADRIANUS, in epistolâ ad Carolum, valde queritur, se a Rabigando abbate, & Possessore episcopo, neglectum & contemptum esse. Eos enim apostolicas syllabas nô curasse, quibus Romā invitati fuissent.

Et Synodi, decreta im... Pontificum rescindentes & refutantes. Sic Francofordiana Synodus, ex Galliæ, Italiæ, & Germaniæ Pontificibus, a Carolo collecta, acta Græcorum, de adorandis imaginibus, quæ Adrianus Papa approbaverat, & per suos Legatos tecerat, rescidit. *Regino.* † *Aventinus.* * *Hincmarus.* † *Annonius.* * Synodus, quæ ante paucos annos Constantinopoli, sub Helenâ & Constantino filio ejus, congregata, & ab ipsis non solum septima, verùm etiam universalis appellata, ut nec septima, nec universalis diceretur, habereturque ab omnibus quasi supervacua, in totum ab omnibus abdicata est. Et Synodus quædam Ephesina, cultum imaginum damnavit: *ut patet ex Actione 1. Nicæna II.* Synodales Canones, præcipientes, ut unusquisque in eo loco, ubi constitutus fuerit, & ubi votum suum voverit, ibi maneat, & ibi Deo vota sua reddat; damnare peregrinationes, quæ a multis Romam, & ad alia loca sancta institutebant: *Ecgytha indicat, in epistola ad Bonifacium.*

Et Ecclesiæ Græcorum, quæ, ob translationem Imperii ad Francos, Romanis postulantibus, ut ad Ecclesiæ unitatem redirent, rescripserunt: Quia vos a nobis subtraxistis, ideo & nos a vobis nos subtraximus. *Raynulphus* †

Et civitates, Pontifici tributa negantes. Nam Histrienses & Græci episcopo suo Mauricio oculos eruerunt, eò quòd ... pensiones beati Petri protheeretur, ejusq... exigeret. Græcis contendentibus, terrorum illis esse Caroli Regis; & non Pontificis. *ut constat ex epistola Adriani ad Carolum.*

Et Imperatores; penes quos erat jus confirmandi Romanos Pontifices. Nam Adrianus Papa, in Synodo 153. episcoporum & abbatum, dedit Carolo jus, eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque Principatus, scilicet Romani: insuper archiepiscopos, & episcopos, per singulas provincias, ab eo investituram accipere, definivit: & ut, nisi a Rege laudetur & investiatur episcopus, a nemine consecretur: omnesque huic decreto rebelles anathematizavit. Anno Domini 773. *Sigebertus & Blondus.* † Et data Carolo Magno potestate creandi & ordinandi sacerdotes, clarissimi viri ad se ejus ... frequentabant, spe dignitatis augendæ, & sacerdotii acquirendi. *Aventinus.* †

Nec omnia ad ejus nutum gerentes. Sic Carolus, cùm Adrianus censeret, Heregisum Beneventanum Ducem persequendum bello non illi, sed suis sacerdotibus, pacem suadentibus, obtemperat. *Aventinus.* *

Et erroneas eorum opiniones & sententias improbantes. Sic Carolus Magnus Adriani sententiam, de colendis & adorandis imaginibus & statuis, haud obscurè damnavit, per Francofordianam Synodum, & per libros suos de cultu Imaginum: ... quibus refutat duas epistolas Adriani, ad Constantinum & Tarasium: *ut patet ex Collatione libri 1. cap. 17. & 18. & libro 2. cap. 13. usque ad 26. & lib. 4. cap. 15. & 16.* Exagitat item Carolus satis acerbè Johannem Antiochenum, quod adulatione præd... Ter concordiam Tarasii & Adriani, de imaginum adoratione. Idem, in Constitutionibus suis, anno ... regni sui, Aquisgrani promulgatis, ex Laodicensis Concilii Canone constituit: ne ignota Angelorum nomina fingantur, aut nominentur, præter illa, quæ in sacris extant; ut Michael, Gabriel, Raphael. & ex Concilio Africano, cap. 50. talia nomina Martyrum, & incertas Sanctorum memorias, venerari vetat. Idem vetat clocarum seu campanarum baptizationes.

Et Imperatores Græci, defensionem eis denegantes. Sic, cùm Romani auxilium contra Desiderium peterent, Græ-

Marginal notes (left): * Ibid. 2. lib. ... — * Naucl. lib. 7 — * Ibid. 2. — † lib. 34. 20. — * Dec. 2. lib. 1. — * Ibid. 2. c. 1. — * Dec. 1. lib. 10. — † lib. 9. c. 25 * lib. 4. — † Cent. 2. cap. 91. — * Dec. 1. lib. 10. — † Cent. 14. cap. 30 * cap. 21 † cap. 32 — * Tom. 2. Concil.

Marginal notes (right): * Dec. 2. lib. 1 — † lib. 4. 5. 36. — * lib. 2. * lib. 4. † Contra Epist. Joan. ... cap. 20. * lib. 4. c. 85. — † lib. 4. c. 28 — * Dec. 2. lib. 1. — † lib. 4. — * lib. eod.

respôderunt: Habetis temporalia; defendite vosmet-ipsos: vel restituite nobis temporalia; & defendemus vos, ut tenemur. *Chronicon de Ducibus Bavariæ.*

Ac arma in eos ferentes. Sic Græci, tempore Pipini, in Romanos & Ravennates irruptionem fecerunt: ut constat *ex epistolâ ad Pipinum.* Et Desiderius exercitum Imperatoris Constantinopolis invitavit. *Epistola eadem Pauli ad Pipinum.*

Et superstitiosa ejus decreta contemnentes. Sic Constantinus mandatum Pauli III. de Imaginum sacrarum restitutione & cultu, aspernatus est. *Platina in vita Pauli.*

Ac Longobardos, & postea Francos, ab amicitiâ & fœdere Pontificum avertere machinantes, muneribus & pollicitationibus. Nam Leo Isaurus, Eutychium eunuchum, eam ob causam ad Longobardos misit: *Bergomensis.** Et Constantinus Copronymus a Pipino postulat: ut bona, Longobardis erepta, Imperiali juridictioni restituat, & non Pontifici. *Blondus,** & *Aemylius.*†

[* lib. 10] [* Dec. 2. lib. 1.] [† lib. 2.]

Et Reges, qui episcopos suos, Romani Pontificis autoritati innitentes, bonis suis privarunt. Cùm Offa, Merciorum Rex, sedem episcopatûs a Cantua Lichefeldam transtulisset; & Janibrithus archiepiscopus, multis sudoribus fatigatus, crebra sedis apostolicæ, & vetera, & nova edicta, proferret: privabat eum omnibus prædiis, quę intra terminos suos erant. *VVilhelmus.*†

[† lib. 1. cap. 69.]

Et depositionem Pontificum suadentes. Offa, Rex Angliæ, Carolo suasi, ut Adrianum removeret, & alium substitueret: ut colligitur *ex epistolâ Adriani ad Carolum.*

Et Longobardi, Romæ dominantes, & judicia exercentes. ut patet *ex Continuatore Eutropii*, qui sic scribit: *Invadentibus Longobardis Italiam, & conversis ad Christi fidem, fugati sunt Græci: & cessavit Imperium ab urbe Româ, usq; ad Francos. Per Reges enim principabantur Longobardi. Divisis quippe Italiæ finibus, Spoletanorum Dux Romæ constitutus est Vice-regis, tali pacto: ut, quando Apostolicus obiret, interesset Dux præfatus electioni futuri Pontificis, accipiens plurima dona in partem regiam. Si autem lites inter Romanos surgebant: ex primatibus Regis adveniebat missus cum eodem Duce, ad deliberandas causas, & legalium judicia. Et qui in culpam criminis incurrebant, regali puniebantur potestate, aut in exsilium mittebantur, etiam inconsulto Apostolico, usq; ad Zachariam Præsulem: qui subdole quasi profamiliaritate quâdam, profectus est ad Carolum, Regem Francorum: eò quòd idem Carolus habebat filiam Desiderii Regis Italici, uxorem: invitavitq; eundem Carolum in Italiam: seminans inter Reges discordias; laudans & proferens illi Imperialia sceptra: accepitq; ab eo securitatem, quo tempore ingredi deberet Italiam, jurantes mutuò, reversus est. Transeunte autem eo per fines regni Desiderii; separavit ab eo quosdam de suis dans quibusdam plurima dona; quibusdam jurâs dari similia. Accipiente autê Carolo hoc regnû, profectus est Româ: deditq; ibi donaria multa; quæ usq; hodie Romanû tenet dominiû, de regni hujus côfinibus. Fecitq; pactû cû Romanis, eorumq; Pontifice, & de ordinatione Pontificu: ut interesset ejus legatus; & ut côtentiosas lites ipse deliberaret. Côstituebât autê annualia dona, in Papiæ palatiû perducêda; auri libras decê, argenti centum, pallia optima decem: exceptis privatis donis. Et quando Imperator adveniebat Romam, vel suus Legatus, mittebantur Judices a palatio singulis annis; qui, per cuncta Romanorum confinia, legalia vendicabant placita, compellentes habitatores locorum illorum, venire ad placitum; judicantibus eorum Judicibus rectam legem, in præsentiâ Imperialium judicum. Et si alterius gentis invenirentur habitatores, regali judicio judicabantur. Erant denique monasteria in Sabinis, Domini Salvatoris & sanctæ Dei-genitricis Mariæ, nec-non & monasterium beati Andreæ apostoli, juxta montem Soractis, seu cætera fiscalia patrimonia, intra Romanos fines, ad usum Imperialem. Non solùm autem in Italico regno; verùm etiam in Franciâ proficiscebantur monachi, ferentes vectigalia, vina, & alia donaria, juxta virium posse. Igitur Romanis in suâ securitate gloriantibus, levatum est cor illorum, juxta illorum consuetudinem: volueruntq; Imperialem potestatem vendicare sibi. Resistente autem Leone Papa, comprehenderunt eum: volueruntq; ejus eruere oculos. Eruerunt autem unum, & alterum non potuerunt. quia liberavit eum divina miseratio. & ejectus est ab illis extra urbem, quasi perditis ambobus luminibus: qui fugiens in Franciam, pervenit ad Carolum. Unde accidit, eundem Carolum venire pro vindictâ Apostolici: comprehenditq; Romanos, de majoribus eorum, uno die, in campo Lateranensi, fecit trecentos decollari. Propterea inventum est, ut omnes majores Romæ essent Imperiales homines, tam episcopi, quam laici: & omne vulgus pariter cum his faceret fidelitatem Imperatori: & ut suus missus omni tempore moraretur Romæ, ad deliberandas litigiosas contentiones. Morabatur quippe in palatio sancti Petri: & erat constitutum, quanta & qualia stipendia de palatio ei darentur quotidie. Quod autem reliquum erat, de supradictis monasteriis vel patrimoniis, deferebatur affluenter. Tanta nempe Imperialis virtus ibi vigebat: ut, si in legali judicio minoris vel infirmi causa postponeretur, & ille alicujus consilio pedes teneret Legati Imperatoris, petens ab eo justam legem, & missus adjuraret Principes Romanorum, dicens: Per eam fidem, quam Domino Imperatori debetis, facite huic homini justam legem: nemo erat ausus declinare, neque ad dexteram, neque ad sinistram; etiamsi a propinquis Pontificis illata esset injuria. Multotiens verò, non ante Apostolicum, sed in judiciali loco ad lateratum, ubi quidam locus dicitur Ad lupam, quæ mater vocabatur Romanorum, ibi judiciariam legem finiebant. Compositiones quoque, quæ solebant, a malefactoribus æqualiter dividebantur missis Imperatoris & Apostolici. Si autem talis culpa erat, ut res scelerata fisco publico subderetur: non ad Ecclesiasticam transibat subjectionem, nisi per donativû Imperiale præceptis. Si enim aliquis irâ incurrebat Imperatoris Episcopus, aut Judex Romanus; & licitum esset Cæsari venire Romam: veniebat. Sin autem mittebatur Dux Spoletanus: comprehendebatur offensor; & ducebatur in exsilium. domus vero signabatur annulo Regis. usque ad ejus consultum. ut, si quando reverteretur ad gratiam, haberet propria salva. Sin alias; per Imperialia præcepta distribuebatur militibus. Quod-si ad Judicis potestatem ejiciebatur quisquam, & Cæsaris adhæret clementiæ, mittebatur pro tali negotio Legatus ab Imperatore, qui diligenter examinaret rei veritatem. Et, si ejectus propriam haberet culpam, sustineret injuriam.* Catalogus testium veritatis.

Et Exarchi, Romæ jus dicentes. Sic Johannes Rizocopos Patricius, à Justiniano Exarchus Italiæ factus, clerum Romæ oppressit; & quatuor presbyteros interfecit. *Blondus.**

[* Dec. 1. lib. 10.]

Et postea conantes, animos Romanorum, à Carolo, ad Imperatorem Constantinopolitanum reducere. Nam hoc Desiderium & Paulum Aphiartâ molitos esse, *Platina refert in Stephano III.* Idem apparet *ex epistola Pauli ad Pipinû.*

Et Reges Francorum, jus Romæ dicentes, & administrantes. Nam cùm Leo III. Carolo claves sacras, insigne pontificiæ dignitatis, & aquilam, signum Romani Imperii, misisset; & se, & Romam, in ejus fidem commendâsset; ac postulâsset, ut Legatos Romam amandaret, qui Populi Romani fidem sacramento, Carolo devincirent: misit Carolus duodecim Proceres, divini juris prudentes, in Italiâ & Romam; ut controversias cognoscerent, supplices audirent, causas absolverent, lites dirimerent, & jus dicerent. *Aventinus.** Et Leonem pulsum restituit: & hostes ejus, partim exsilio, partim morte, mulctavit. *Annales Francorum. Frisingensis.*†

[* lib. 4.] [† lib. 5. c. 30]

Et Legati Francorum, Pontificibus vim inferentes. Nam Stephanus Papa queritur, Christophorum, & Sergiû, & Dodonem, Legatum Carolomanni, cum armis in Lateranense patriarchium, ad se interficiendum, irruisse, *in epistolâ ad Carolum.*

Et Reges, qui oppidis, & castris, & agris, & aliis bonis, eos spoliarunt. Sic Aistulphus Ecclesiæ Romanæ eripuit ea, quæ a majoribus suis dicebantur collata. *Adon,*† *Ivo in Chronico, sub Constantino.* Eaque dixit, à Pontifice, diabolico ingenio, esse à Republicâ ablata. *Liber pontificalis, in vitâ Stephani II.* Et postea, factâ pace, tributum Romanis indixit, in singula capita aureos singulos. *Blondus.** Et postea Desiderius similiter multa suberaxit: quæ tamen restituere coactus est à Carolo. *Liber pontificalis.*

[† Ætate 6.] [* Dec. 1. lib. 10.]

Et Romanus Senatus, & cives, Pontifici obedientiam præstare detrectâtes. Nâ, etsi anno 796. Caroli authoritate inducti Romani, juraverât, se in-posterû in Pontificis potestate & obsequio futuros; tamen, post bienniû, conati sunt

se in

A se in libertatem asserere; & Reipublicæ ac Senatui asscribere ea, quæ Cæsaris, nimirum Constantinopolitani, essent. Id molestè tulit Leo III. Pontifex: nam ipse sperabat se potiturum illis bonis. *Mutius.*† [† lib. 9.]

DE OFFICIIS POLITICI MAGIstratûs, in juvandâ gubernatione, & conservandâ disciplinâ ecclesiasticâ.

IMperatores & Reges, ac alii politici gubernatores, interdum nonnihil ædificationem & disciplinam Ecclesiæ juverunt.

B Nam, ut idonei & salutares in Ecclesiis, præsertim amplioribus, doctores constituerentur, curam egerunt. Sic Callistus, vir egregius, annuente Luitprando, Aquilejensem Ecclesiam suscepit regendam. *Paulus.** [* l. 6. Lōg. cap. 13.] Carolus contulerat episcopatum nobili adolescenti: sed cùm vidisset, eum gestientem in sellam equi insilire, revocato dixit: Video ex moribus & gestibus tuis, te bello aptiorem, quàm episcopatui; ubi oportet esse viros pietatis & bonorum morum exemplaria. Tu igitur mecum ibis, contra hostes C militatum: alii magis idoneo munus episcopi imponemus. *Nauclerus.** [* Gen. 25.] Et *Mutius* † [† lib. 8.] testatur, Carolum etiam alios, ob mores pastore indignos, non modò reprehendisse, sed etiam ab officio dejecisse. Carolum Magnum ab Achaio, Scotorum Rege, viros eruditos petiisse; & Johãnem Mailrosium inter alios missum esse, Polydorus, Hector, Major, & alii testantur. *Balæus.** [* Cent. 14. cap. 22.] Odilo, Dux Bavariæ, Virgilium præfecit abbatiæ Petri, intra muros Salisburg. *Balæus.*† [† Cent. eād. cap. 82.] Et Constantinus & Irene, Tarasium Constantinopoli episcopum fieri, consentiunt. *Metaphrastes in vita ejus.* Jussu Thas-D silonis Ducis, Modestus consecratur Charinorum episcopus. *Aventinus.** [* lib. 3.] Carolus Ludgerum ex monasterio Beneventano vocat; & episcopum Mimingrodensem constituit. *Crantzius in Metropoli.*† [† lib. 1. c. 3.] Potestatem eligendi Pontificem, & investiendi (ut vocant) episcopos, Adrianus Carolo attribuit: anno Domini 773. *Sigebertus in Chronico.* Jussu Carolomãni, Bonifacius Burckhardum consecrat episcopum Wirtzburgensem: & consensu Ucilonis, Ducis Bavariæ, & Suitogerionis Præfecti, Wilibaldum Aichstadii. *Aventinus.** [* lib. 3.]

E Et minùs idoneos ab officio removerunt. Zacharias Pipino scripsit, ut episcopos adulteros & homicidas amoveret, & in laicorũ ordinẽ redigeret. *Aventinus in libro, Cur Deus Turcæ victoriã largiatur contra Christianos; & Illyrio.*† [† Ē. 8. c. 9.] Et Carolomãnus, in decreto Synodi suæ, ait:* [* Tom. 2. Conc.] *Falsos presbyteros, & adulteros vel fornicatores, diaconos & clericos, de pecuniis Ecclesiarũ abstulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiã coegimus*.

F Ad veræ doctrinæ susceptionem & propagationẽ interdum, sive Gẽtes, sive Judæos, hortati sunt, verbis & edictis. Carolus Magnus, expugnatâ Sicambriâ (quæ nunc Boda vocatur) populum hortatur; ut fidem Christi suscipiat. *Bonfinius.** [* Dec. 1. lib. 9.] Idem Witekindo persuasit, ut Christianus fieret. *Crantzius.* Lex pacis non alia fuit Carolo; quam ut Saxones, & aliæ gentes, abjectis idolis, Christi fidem amplecterentur. *Metropolis Crantzii.*† [† in Proœm. & l. 1. c. 1.]

G Aut episcoporum ablegatione promoverunt. Sic Beitrichus, Westsaxonum Rex, cum consilio episcoporum Angliæ, Willehadum in Frisiam misit post Bonifacium; ut isthic colligeret Ecclesiam. *Crantzius in Metropoli, & Balæus.*† [† Cent. 13. cap. 60.] Et Carolus Magnus, Hunnis victis, præfectos & sacerdotes dedit; qui in eã gente Christianam fidem plantarent. *Bonfinius.*† [† Dec. 1. lib. 9.] Carolus Witekindo pontificem promisit se daturum; modò illi de habitatione prospiciat. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 9.]

Aut episcopatuũ institutione. Sic Carolus Magnus Bremensem, Mindensem, Padeburnensem, Werdensem, & alios episcopatus, instituit; ad propagationem veræ religionis: ut suprà diximus.

H Tuebantur consensum in sincerâ doctrinâ. Anastasius Imperator, de suo consensu in sanâ doctrinâ, ad Romanum Pontificem scripsit. *Blondus.** [* Dec. 1. lib. 20.] Et Imperatores, in Nicænæ Actione 1. *Sanctarum Dei nostri Ecclesiarum statum quã possumus curâ & consilio conservare contendimus: sacerdotumque concordiam per omnia firmam & stabilem esse desideramus; Orientis videlicet in partibus, Septentrionis Occidentis, & Meridiei.*

A Idololatrias abrogarunt. Sic Leo cultum Imaginum abrogare studuit, interdictis & suppliciis. *Paulus.*† [† lib. 21 Rom.] Et Carolus Magnus in Ungariâ, Hunnis cæsis, templa & idola demoliri jubet. *Bonfinius.** [* Dec. 1. lib. 9.] Pelagius, Rex Hispaniarum, cœlesti auxilio fretus, finitimos ad Christi religionem compulit. *Phrygio.* Carolus idolum Crodo in Hartzburg, & fanum Veneris Magdeburgi, subvertit. *Crantzius in Saxonia.** [* lib. 2. c. 9.] Et alia Saxonum idola. *Crantzius in Metropoli.*† [† lib. 1. c. 3.] Et idolum Irmensul. *Annonius.** [* l. 4. c. 69.] Et Constantinus Copronymus adoB rationem imaginum abrogavit; monachos jussit ducere monachas, & edere carnes; reliquias Sanctorum & lipsana combussit; Sanctorum intercessionem ficulneum præsidium vocavit. *Zonaras.* † [† Tom. 3] & *Paulus.** [* lib. 22. Rom.] Idem Aistulphus fecit.

A verâ religione recedentes, vi reducebant. Thassilonus, Dux Bavariæ, cùm cognovisset, Venedorum proceres jugum religionis Christianæ excutere; in Chariorum regionem copias duxit: & Valdungum Ducem Venedis designat, qui eos in fide contineat. *Aventinus.*† [† lib. 3.]

C Blasphemos coërcebant. Præfectus summo studio annitatur; ut incantationes, auguria, sortilegia, & hujusmodi præstigiæ, non abeant impunè: quæ etiam auspicio Dei Optimi-Maximi, Divorumq; ejus, fiunt, quos hujusmodi contaminationibus magis ad iracundiam provocari, certum est. *Carolomannus in edicto apud Aventinum.*† [† lib. 3.]

D De publicâ pœnitentiâ, aut gratiarum-actione pro beneficiis indicendâ, episcopos monebant. Sic Pipinus, *in epistolâ ad Lullum*, mandat: ut unusquisque episcopus in suâ parochiâ absque jejunio indicto, letanias faciat. Deum laudando; qui, post maximam tribulationem, magnam abundantiam dedisset. Et Carolus, victis Saxonibus, eisque ad fidem Christi adductis, petiit ab Adriano, ut curaret litanias & gratiarum-actiones celebrari. quod & fecit: ut patet *ex epistola ejus ad Carolum.* Et Carolus in Constitutionibus suis: *De hoc, si famis evenit clades, aut inæqualitas aeris, vel alia qualiscunq; tribulatio: non expectetur edictum nostrum; sed tamen deprecetur misericordia Dei.*

E Leges de rebus sacris & ecclesiasticis, juxta episcoporum ex verbo Dei propositas sententias, sanciebant. Sic Constantinus, celebrato Concilio cum 28. episcopis, decretum promulgat, de non-adorandis imaginibus. *Paulus.** [* lib. 22. Rom.] Et Carolomannus, in Synodo suâ, cum episcopis & populo decernit: ut, paganas observans superstitiones, mulctetur undecim solidis. *Nauclerus.** [* Gen. 25.] Et sacerdos scortator, in carcere pane & aquâ pastus, pœnas luat: & ut de bonis Ecclesiæ, duodeni denarii contribuantur, in sumtus belli. *Aventinus.*† [† lib. 3.] Ubi inter alia Carolomannus sic inquit: *Juxta religiosorum sacerdotum & procerum meorum consilium, rogavimus, jussimus, decrevimus, voluimus, hacq; placita præscripsimus.* Ethelbaldus cum Chutberto archiepiscopo consiF lium capit, de emendandis vitiis, quæ Bonifacius increpaverat. *Wilhelmus.*† [† lib. 1. c. 66. de Angl.] Et Carolus Magnus constitutiones suas, quas in palatio Aquis fecit, anno 20. regni sui, episcoporum judicio subjicit.

Abusum excommunicationis præcavebant. Carolus Magnus in Constitutionibus suis edicit, ne excommunicatio fiat sinè causâ.

G Hæreticos, damnatos à Synodis, & factiones, legibus & suo nervo reprimebant. Alphonsus, Rex Hispaniarum, Arianum dogma funditus exstirpavit: unde Catholicus est appellatus. *Rasus*, & *Phrygio*: anno Domini 736.

Et alios sacerdotes seditiosos, & contumeliosos in magistratum. Sic Carolomannus & Pipinus, quosdam ex iis, qui adversùs Bonifacium concitabant populum, in vincula conjecerunt. *Aventinus.** [* lib. 3.] Et Carolus Anastasium, legatum Adriani, contumeliosa quædam dicentem in ipsum, conjecit in vincula: ut patet *ex Adriani epistolâ ad Carolum.*

H Ad visitandas & instaurãdas Ecclesias, ab Hæreticis turbatas, utebantur operâ doctorum, & zelo Dei ferventium, & in pietate exercitatorum virorum. Gratiæ actæ Carolomanno & Pipino, Ducibus Francorum; quòd Bonifacio, in errones animadvertendi, impios exaugurandi, pios inaugurandi, data potestas. *Aventinus.*† [† lib. 3.] Et Carolus, ad Feliciani hæresin exstirpandam, Francofurti episcopos omnes ex suo regno collegit. *Regino*, * [* lib. 2.] & *Annales Francorũ.*

A Episcopos & presbyteros sui officii commonefaciebāt: ut patet ex cōstitutionib⁹ Caroli Magni, Aquisgrani factis.

Scelera & peccata prohibebant, & puniebant. Adulteria, incesta, matrimonia, severiùs cohibeto. *Carolomannus in edicto, apud Aventinum.* [* lib. 3.] Usuras prohibet Carolus Magnus, in decretis Aquisgrani, anno regni sui 20. Itèm: *Ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causâ ultionis, nec avaritiæ, nec latrocinandi, fiant: & ubicunque inventa fuerint, a Judicibus nostris, secundum legem, ex nostro mandato, vindicentur: & non occidatur homo, nisi lege jubente.* B Itèm: *Et incesta, & injusta connubia, nec-non & falsa testimonia, sicut sæpè rogavimus, prohibete diligenter: sicut & lex Domini prohibet.* Idē prohibet ebrietatem; & conjurationes, quas faciebant per sanctum Stephanum, aut per nomen Regis. Itèm edicit, ut nullus præsumat alium cogere ad bibendum, nisi quod ei necesse fuerit.

Consuetudines & leges, pietati & honestati & justitiæ contrarias, abrogabant. Justinianus legē apud Amalgos, de castrandis filiis abolevit. *Paulus Diaconus in vitâ ejus, & Cuspinianus.* C Carolus Magnus, in Synodo Duriensi, [* cap. 8.] homicidas, & alios facinorosos, qui juxta leges capitali supplicio afficiendi sunt; si ad Ecclesiam confugiant; vetat excusari, aut victu foveri.

Et superstitiones. Carolus Magnus, in Cōstitutionibus: *Præcipimus, ut cauculatores, & incantatores, & tempestarii, & obligatores non fiant: & ubicunque sunt, emendentur, aut damnentur. Itèm de arboribus, vel petris, vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria, vel alias observationes faciunt, omninò mandamus, ut iste pessimus usus tollatur. Itèm de tabulis vel codicibus requirendis: & ut nullus in Psalterio vel Euangelio, vel aliis rebus, sortiri præsumat; nec divinationes aliquas observare.* D Itèm prohibet, ne Ecclesiæ, vel Sancti noviter inventi, venerentur, sinè episcopi autoritate.

Pios doctores defendebant. Carolus Martellus bellum suscepit contra Ratbodum, Frisonum Regem: eò quòd Christianos ejecisset, & Ecclesias destruxisset; atque idololatriam instaurâsset. *Hedio.* [† li. 6. c. 12.] † Idem, victo Landofrido, Pirminium, ab eo in exsilium pulsum, restituit. *Aventinus.* [* lib. 3.] Et Luitprandus Pennoni, Forijulianorum Duci, qui in vincula conjecerat Callistum, episcopum Aquilejentem, irascitur. E BONIFACIUS, in epistolâ ad Danielem: *Sinè patrocinio Principis Francorum, nec populum Ecclesiæ regere, nec presbyteros, vel clericos, monachos, vel ancillas Dei, defendere possumus; nec ipsos Paganorum ritus, & sacrilegia idolorum in Germaniâ, sinè illius mandato & timore prohibere valeo.* Carolus Magnus, in Constitutionibus suis: *Qui Subdiaconum occiderit, trecentis solidis componat: qui Diaconum, quadringentis: qui Presbyterum, sexingentis: qui Episcopum, noningentis: qui Monachum, quadringentis solidis culpabilis judicetur.*

F Rectè-agentes laudabant, & muneribus ornabant. Sic Carolus Magnus Willehadum, bene & de omni maritimâ regione promeritum, laudat; & archiepiscopum Bremensem constituit. *Crantzius in Metropoli.*

Ægrotantes consolabantur. Pipinus Bonifacium ægrè habentem consolatur: ut patet ex *Bonifacii literis.*

Ministris Ecclesiæ immunitatem ab oneribus publicis concedebant. CAROLUS, in diplomate Osnaburgensis Ecclesiæ, inquit: *Episcopo, & successoribus ejus, perpetuam concedimus libertatem, & ab omni regali imperio absolutionem. Crantzius in Metropoli.* G [† lib. 2. c. 2.] † Et Carolus, in Galliâ, omnes servos clericorum libertate donavit, pro se & pro posteris suis omnibus. *Erfordiensis.* [* cap. 68.] *Ethelbaldus, in privilegio, inquit: *Donatione meiuniente concedo, ut omnia monasteria & ecclesiæ regni mei, a publicis vectigalibus, in operibus & oneribus, absolvantur; nisi instructionibus arcium & pontium, quæ nulli unquam relaxari possunt. Præterea habeant famuli propriam libertatem in fructibus sylvarum & agrorum, & in captura piscium: nec munuscula præbeant, vel Regi, vel Principibus; nisi voluntaria: sed liberi Deo serviant. Wilhelmus* [† li. 2. c. 67.] †

H Ecclesias dissidentes ad concordiam hortabantur. Carolus Magnus, Romam veniens, monet populum, à Leone dissidentem; ut pastorem animarum divinitùs datum, ut nuntium supremæ majestatis, veneretur & observet. *Aventinus.* [* lib. 4.]

A Pacem inter Episcopos, Abbates, Comites, & Judices, ut conservarent, operā dabant. Sic CAROLUS Magnus, in Constitutionibus suis, inquit: *Ut pax sit, & concordia, & unanimitas, cum omni populo Christiano, inter Episcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique, seu majores, seu minores personas: quia nil Deo sinè pace placet; nec munus sanctæ oblationis ad altare, sicut in Euangelio, ipso Domino præcipiente, legimus. quia & illud secundum mandatum est in Lege:* † Diligēs proximum [† Levit. 19. v. 18] tuum, sicut te-ipsum. *Itèm in Euangelio:* [* Matth. 5. v. 9.] * Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. B *Et iterum:* [† Joh. 13. v. 35.] † In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis; si dilectionē habueritis ad invicem. *In hoc enim præcepto, discernuntur filii Dei & filii Diaboli: quia filii Diaboli semper dissensiones & discordias movere satagunt; filii autem Dei, semper paci & dilectioni student.*

Libros apocryphos legi & haberi, interdicebāt. Carolus Magnus, in Constitutionibus suis, inquit: *Pseudographia, & dubiæ narrationes, vel omninò quæ contra fidem catholicam sunt, (ut epistola pessima & fallacissima, quam transacto anno dicebant aliqui errātes, & in errorem alios mittentes, quòd de cælo cecidisset)* C *nec credantur, nec legantur, sed comburantur. nec in errorem per talia scripta populus mittatur: sed soli Canonici libri, & Catholici tractatus, & sanctorum authorum dicta legantur & tradantur.*

Bonis ecclesiasticis conservandis & augendis studebāt. Pipinus Vaipharum, Aquitanorum Ducem, bona ecclesiarum Francicarum obtinentem, armis cogit restituere. *Regino.* [† lib. 2.] † Carolus Magnus, ubique in regno suo Abbatibus & Episcopis, & aliis Ecclesiarum præsidibus præcepit, ut honestè ædificarent: ne pecunia in luxum victûs consumeretur. *Mutius.* [* lib. 8.] * Pręcipimus omnibus ditioni nostrę subjectis, D ut nullus privilegia Ecclesiarum, aut monasteriorum, aut Ecclesias, diripere pertentet. *Carolus Magnus in edicto suo.* Decimas, bona ecclesiastica, occupata à profanis, restituimus. *Carolomannus in edicto, apud Aventinum.* [* lib. 3.] †

Scholas, & Artium studia, liberaliter fovebant. Carolus Magnus ab Achaio, Scotorum Rege, viros eruditos petiit; & Clementem & Johannem accepit: ac per eos Lutetiæ & Ticini bonas artes docere curavit. *Polydorus.* [† lib. 4.] † Osnaburgi Græcas & Latinas scholas Carolus jubet aperiri; & Clericos utranque linguam docere: quò possit eorum operâ uti E in legationibus. *Crantzius in Metropoli.* [* li. 2. c. 2.] * Academia, olim ab Athenis Romam attracta, per Carolum Magnum Parisios transfertur. *Wernerus in Fasciculo.* Anno Domini 791. *juxta Palmerium & Balaum.* [* Cent. 2. cap. 17.] * Idq; operâ quatuor monachorum, discipulorum Bedæ; Rabani, Albini, Claudii, Johānis Scoti. *Erfordiensis.* [* cap. 69.] * Ac tantâ illam proventuum & possessionū amplitudine locupletavit; quantam vix omnes Galliæ & Germaniæ, quæ indè postea natæ sunt, Academiæ possent æquare. *Curio.* [* libr. 2.] * Et tribus aut quatuor seculis extinctum literariæ sapientiæ lumen, in Mundo rursus accendit. F *Idem ibidem.*

Custodes erant Ecclesiasticæ disciplinæ. Carolus, contra Simoniam Pręlatorum & Canonicorum Argentinensium, edicta promulgavit. *Hedio.* [* li. 6. c. 25.] * Carolomannus, in edicto suo, fallos diaconos, presbyteros, adulteros & scortatores, vetat ali bonis Ecclesiæ, & exauthorat: &, ne quis ex Clericis arma ferat, aut canes & accipitres & aves ad venandum alat; *Apud Aventinum* [* lib. 3.] * prohibet. Pipinus in Galliis cantum ecclesiasticum reformavit. *Sigebertus in Chronico*: anno 751. Et Inas, Rex Occidentalium Saxonum, religiosis leges cō- G didit. *Polydorus.* [† lib. 4.] † & *Balaus.* Carolus Magnus edixit, ne janitoribus Ecclesiæ liceret communi vestitu uti in Ecclesiâ: anno Domini 795. *Sigebertus.*

Lites de Bonis ecclesiasticis, delegabant cognoscendas & dirimendas episcopis. Ato, Fraxinensis episcopus, Meginhardum, Tigurinorum monachorum pręsulem, ob 14. decimas interceptas, in jus trahit ad Regem. Dictus utriq; dies, in contuberniū Tigurini lacûs. Arno, Salisburgēsis episcopus, & Elenandus, primarius sacerdos, Judices à Carolo dati, cognitâ causâ, jussère monachos, templa deci- H masq; suo Pontifici reddere. *Aventinus.* [* lib. 4.]

Episcopis Ecclesias commendabant. Sic Carolus, Herbipolensi episcopo, Ecclesiā Padeburnētem in initio commendavit; donec isthic episcopum constitueret. *Crantzius in Metr.* [† li. 1. cap. 4. & 11.] † Carolus Magn⁹ Arnoni, archiepiscopo Juvaviesi,

Injun-

injugit,ut Sclavorum regionem de vera religione erudiat.

Aliis episcopis imperabant,ut obedirent archiepiscopis suis. Carolomannus, in edicto suo, inquit: *Episcopi omnes, quos per civitates designavimus. Bonifacio archiflamini, nuntio Christi,& legato divi Petri,dicto audientes sunto.Aventinus.** [* lib. 3.]

Comitibus,Ducibus,& Præfectis suis,etiam seriò mandabant,ut Episcopis juxta Canones & leges obedirent, & juvarent eos suo nervo, in bonorum ecclesiasticorum exactione & disciplinâ:ut patet *ex Constitutionibus Caroli Magni.*

Synodos convocabant Sic Constantinus Copronymus Synodum convocavit, ad judicandum & statuendum de imaginum cultu. *Paulus.*† [† lib. 22.] In convocatione istâ,Tarasium Patriarcham Constantinopoleos, & Adrianum Papam consensisse, *Erfordiensis* † [† cap. 69.] refert. Utilonem, Ducem vestrum, à vobis adiri volo; ut illius edicto conventus sacerdotum, antistitum, procerum, gentisque, indicatur. *Gregorius III. in epistolâ ad Utilonem.* Ortâ quæstione de Trinitate, & Imaginibus sanctorum, inter Orientis & Occidentis Ecclesias,Pipinus in Gentiliaco villâ Synodum cogit.*Annonius.** [* lib. 4. cap. 67.]

Aut episcopis potestatem convocandi,& assensum præbebant. Justinianus Johannem VII. monet, ut Synodum convocet. *Platina.* Vitiza sanctis episcopis se in convocandis Synodis,cooperatorem præbuit.*Gotthus.*†

Ac in iis aderant,& præstabant,ut omnia ordine & tranquillè fierent.Carolomannus,in Synodo Francicâ:† [† Tom. 2. Concil.] *Statuimus, per annos singulos Synodum congregare:ut,nobis præsentibus,Canonum decreta & Ecclesiæ jura restaurentur; & religio Christiana emendetur.* In Nicænâ Synodo, Theophylactus, Comes imperialis obsequii, & alii politici,interfuerunt:ut patet *ex Actis.*

Et unicuique dabant libertatem, sinè omni formidine ea loqui, quæ animo concepisset; quò veritas magis magisque elucesceret. ut patet *ex epistolâ Imperatoris & Irenes,in actione 1.Nicænæ II.*

Communes preces ab episcopis expetebant, pro fœlici gubernatione, & rerum salutarium successu. Ethelbertus, Cantiorum Rex, mittit Bonifacio caucum argenteum,intus deauratum,pensantem libras tres & semis,& duo repte; eâ intentione: ut Bonifacius suarum precum suffragia sibi impertiat: ut constat *ex epistolâ ad eundem.* Idem petit Cenulphus à Leone Pontifice in literis.*Wilhelmus.*† [† lib. 1. cap. 70.]

Sedes episcopales & archiepiscopales, quò volebant, collocabant,aut transferebant. Inas Welliæ sedem episcopalem collocat: & a Cantiis archiepiscopalem sedem, Lichefeldiam, ab Offâ Merciorum Rege,translatam, (*Wilhelmus.*† [† lib. 1. c. 69.]) Cenulphus successor restituit. *Polydorus.** [* lib. 4.] Carolus Magnus quatuor episcopatus super Wiseram fundavit: Mindensem,Bremensem, Herstallensem, (qui ad fontem Poduli seu Padelbornum translatus est) & Werdensem: itèm Ostrovici,Schydiæ,& in Aulicâ, & Hamburchi. *Erfordiensis.** [* cap. 68.& 69.] Omnes Francorum Principes sedem metropolitanam Bonifacio elegerunt. Moguntinam nimirum.quod approbat Zacharias in epistolâ 4.ad Bonifacium.* [* Tom. 2. Conc.]

Ad Bibliothecas instruendas,sumtus conterebant. Carolus Magnus Sermones Patrum, Homilias Sanctorum, & Martyrologia,diligenter inquiri & conscribi jussit. *Saxonia Crantzii.*† [† li. 2. c. 9.] Ex omnium nationum,quę sub ipso erant, memorabilia gesta, quæ in literas nondum erant relata, scribi mandavit.*Crantzius.** [* lib. eod. cap. 4.]

Templorum, monasteriorum, xenodochiorum ædificationem, exornationem, & renovationem,suis sumtibus, reditibus,& privilegiis, promovebant. Carolus Magnus, spoliis & thesauris in Ungariâ repertis, multas ecclesias & monasteria ædificavit. *Aventinus.** [* lib. 4.] Luitprandus Papiæ templa plurima exstruxit, additis multis prædiis. *Bergomensis.** [* lib. 10.] idem sacras ædes,ubicunque in toto regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus & abbatibus, ad quorum curam pertinebant,ut restaurarentur, imperavit: adhibens curâ per Legatos,ut imperata illi perficerét. *Eginhardus in vitâ Caroli.& Urspergensis in Chronico.* Carolus mille libras stanni,ad tectum ecclesiæ Petri, Romam misit. *Adrianus in epistolâ ad eundem.* Et xenodochia, quibus volebant conferebant:ut patet *ex Constitutionibus Caroli.*

QUAE A POLITICIS VIRIS, contra suum officium,& Ecclesiæ utilitatem gesta sint.

ABusi tamen nonnunquam Magistratus & Aulici cõsiliarii sunt suâ potentiâ,contra Ecclesię utilitatem. Nam quidam hæreticis opinionibus dediti,pro iis propagandis,edicta fecerunt impia & injusta. Philippicus imperavit, ut de Homousio Romanus & Constantinopolitanus clerus consentirent.*Paulus.*† [† lib. 6. Long. c. 14.]

Aut idololatricos cultus confirmarunt,& promoverũt. Sic Constantinus & Irene, cultum & adorationem imaginum strenuè defenderunt & propagarũt; & cives rectè sentientes,spoliatos armis, urbe ejecerunt: ut *Paulus Diaconus & Ignatius in vitâ Tarasii* indicant;& suprà de Persecutione retulimus. Et Artabasdus Imperator imagines, quas Leo & Copronymus abstulerant, propter venerationem impiam,restituit.*Paulus Diaconus, & Honorius in Chronico.*

Quidam planè ineptos & impios Ecclesiis obtruserunt ministros & episcopos. Defuncto Sergio, Mauricius Ravennam cum copiis ingressus, Michaëlem vi ordinat episcopum.*Platina, Liber pontif. alii.*

Quidam Hæreticos restituerunt,cùm nondum egissent pœnitentiam. Sic Philippicus Cyrum,ad monasterium suum redire jussit.*Paulus.** [* li. 6. c. 31.]

Quidam sinceros & constantes doctores afflixerunt. Vitiza Rex Gotthorum,cùm ex ephebis excessisset,episcopos,sacerdotes,& alios ministros Ecclesiæ persequitur: & Patrum constitutiones, & Ecclesiæ autoritatem, quæ ejus flagitiis adversabatur,abrogat. *Gotthus.*† Carolus Martellus Eucherium Aurelianensem, & Robertum Remensem, episcopos,in exsilium ejecit. *Hedio.** Dicitur, quòd Præfecti & Comites sui, majorem violentiam & servitutem monachis & sacerdotibus ingerent; quàm cæteri Antichristiani reges fecissent. *Bonifacius, in epistola ad Ethelbaldũ.*

Quidam Baalitinum instituerunt, aut confirmarunt. Luitprandus, intra palatium suum, oratorium construxit: ubi & sacerdotes & clericos multos instituit, qui die noctuq; exsolverent divina officia.*Bergomensis.** Carolus Magnus psallendi legendiq; officia in Ecclesiâ discrevit; ipse se choris psallentium immiscuit; coram se, ubicunq; esset, divinum peragi religiosè curavit officium ac ministerium.*Crantzius in Saxoniâ.** Et Carolus,in Constitutionibus suis, inquit: *Cantum Romanum pleniter discant,ordinaliter,per nocturnale,vel graduale officium peragatur: secũdum quod beatæ memoriæ genitor noster, Pipinus rex, decertavit, ut fieret; quando Gallicanum tulit, & ob unanimitatem Apostolicæ sedis,& sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.*

Aut bona Ecclesiæ suo fisco & ærario, sine aliquâ necessitate Reip.vendicarunt.Sic Leonem fecisse,*Paulus Diaconus* † [† lib. 22. Rom.] narrat: eò quòd tria & dimidium talenta auri, quæ Ecclesiis solvi solebant,suo ærario adscripsit. Et Thracensium Prætorem, omnes sacros libros, & vasa ecclesiarum & monasteriorum, vendidisse; *Ivo* narrat, *sub Constantino.* Bonifacius Ethelbaldum,regem Merciorũ, accusat: quòd multa privilegia ecclesiarum & monasteriorum fregerit, & facultates indè abstulerit. *Wilhelmus.*†

Ex superstitione verò magistratu sese abdicarunt,& clerici aut monachi facti sunt. Rachis, Longobardorum rex, cum uxore & filiis Romam veniens, à Zachariâ monachus creatur:anno Domini 740. *Sigebertus.* Sic postea,anno 750. Hildericus, Francorum rex,monachus factus est. *Idem.* Carolomannus,Romam profectus, dimissâ seculari gloriâ, habitum mutavit: & in monte Soracte monasteriũ Sylvestri ædificavit; ibiq; monachum egit: paulo pòst ad Casinum montem commigravit.*Annonius.**

Alii impias consuetudines tolerarunt. Sic Luitprandus consuetudinem de monomachiâ, impiam quidem fatetur *in Titulo 91. Legum Longobardicarum:* sed tamen se eam abolere non posse,ait.

Alii ex superstitione, in Martyrum & Mortuorum honorem,magnas impensas fecerunt. Carolus Magnus Galecianam Jacobi ædẽ invisit, ditatq; prædiis amplissimis,& instruit donariis.*Sabellicus* * *ex Turpino.* Inas, ob Josephi Arimathæensis memoriâ, Glasconiensẽ templũ exstruxit,cũ

cœnobio Benedictinorũ, & præsidiis locupletavit. *Polydorus Vergilius,** & *Balæus.* Offa, reliquias Albani, gemmis & auro, & templo & monasterio, honorat, magnis impensis. *Wilhelmus.*† Carolus Parisiis basilicam Dionysii multis muneribus ditavit. *Annonius.**

Et superstitionem de reliquiis Sanctorum venerandis, suis edictis confirmarunt. Carolus Magnus indixit per totum Orbem, ut Idibus Junii venirent Aquisgranum, ad contemplandum reliquias de Hierosolymis allatas. *Erfordiensis.**

Itèm de spirituali cognatione. Sic Luitprandus, rex Lõgobardorum, in Legibus suis,* sancit: *Ne quis commatrem suam ducat uxorem, nec filiam, quam de fonte levârit.*

Alii erga episcopos & monachos profusè largi fuerunt. Carolus Magnus Arnoni, pontifici Juvavienti, ejusq; successoribus, subjecit ea loca, quæ Hunni & Avares tenuerant. *Aventinus.*† Et monachos, à Patriarchâ Hierosolymitano missos, muneribus amplissimis onustos à se dimisit. *Adon,*† *Aventinus.** Carolus prædam, in Pãnoniâ repertam, per episcopatus & monasteria largissimè distribuit. *Saxonia Crantzii.*†

Alii, in suscipiendis pontificiis ceremoniis, nimis faciles fuerunt. Sic Naitanus, rex Pictorum, Ceolfridi abbatis literis permotus, Romanas ceremonias Paschatis, & tõsuræ, & similes, suscipit, & suis imperat. *Beda.** Et Pipino autore, ritus Romanæ ecclesiæ, primum in Franciam translati, & suscepti sunt. *Gaguinus.*† Anno 751. *Sigebertus.* Et Carolus Magnus, in Constitutionibus suis Aquisgrani factis, imperat: ut secundùm morem Romanum baptizetur in Franciâ.

Ac in iisdem propagandis, nimis fuerunt severi. Nã Missa, & Officium Romanum à Gregorio compositum, & in Synodo Romanâ approbatum, divulgatum est authoritate Imperiali: *ut Durandus ait.* Nam Carolo executio mandata est: qui minis & tormentis Romanã Missam aliis populis obtrusit. *Can. Adrianus 22. Dist. 63. Bibliander in Chronologiâ, & Carolus Magnus.*†

Superstitiosum est, quòd monasteria virorum & virginum erexerunt; ac in eâ filios & filias suas abdiderunt. Aistulphus monasteria virginum ædificavit, & filias suas Deo dicavit. *Platina in Paulo. Bergomensis.** Utilo, Bojorum regulus, septem ædes monachis construxit. *Aventinus.*†

Et de iis instituendis, & reformandis, supra modum soliciti fuerunt: ut patet *ex Caroli Magni Constitutionibus.*

Ac ignavum & ociosum illud genus vitæ, largitionibus & privilegiis confirmarunt. Carolus Magnus secundùm numerum alphabeti monasteria condidit; & in singulis literam auream centum librarum Turonensium collocavit. *Mutius.*† Idem Carolus, cùm ad Cassinum montẽ venisset, omnia monasterii dona, ab aliis Principibus Benedicto data, confirmavit. *Platina in Adriano.* Offa Albano cœnobium exstruxit; & Benedicti regulam in eo valere jussit. *Polydorus.*† Cenulphus itidem fecit. *Ibidem.* Carolus Roberto abbati, & ecclesiæ Vincentii, immunitatem dedit ab omnibus vectigalibus. *Annonius.*†

Et propagarunt. Carolus, per Adilgariũ, à Theodemaro abbate Cassinẽsi petiit: ut sibi monachos mitteret, q̃ disciplinã Benedicti in Frãciæ monasteriis instituerẽt. *Hostiens.**

Romanos Legatos, ecclesias charactere põtificio signãtes, nimis studiosè promoverunt. Carolomãnus Bonifacio literas dedit, ad omnes Galliæ & Germaniæ Principes & Magistratus: ut eum exciperent, & securum præstarent, & omnibus, quibus opus esset, juvarent. *Mutius.** Ac eos, qui se se illi reformatori opponebant, ut impios & seditiosos, vel oppressit: ut patet *ex Aventino.** Pipinus Ratobodũ, Frisonum Ducem, coëgit audire, Clementem à Sergio Pontifice illi genti episcopum datum. *Aemylius.**

Alii ecclesiasticis viris nimium potestatis concesserunt, in negotiis civilibus; eosq; seculari brachio armarunt. Sic Pipinus, rex Francorũ coronatus, Burchardo & successoribus ej*. Ducatũ Ostrofrãciæ donavit: ut *Valentinus Müntzer in Chronographiâ** indicat. Et Pipinus & Carolomãnus, Bonifacio Moguntiam sedẽ metropoliticã dederũt: ut cõstat *ex epistolis Bonifacii, apud Nauclerum.** Artemius Imperator, ex assensu Pontificum, ingentẽ classem in Arabes, Alexandriam misit. *Ignatius.** Et Carolus, in judicio Franciæ, sex episcopos, & sex politicos viros constituit. *Gaguinus*†. Carolus Herimberto, episcopo Mindensi, ministros non paucos, nec parvos, adjecit: ut haberet Ecclesia defensores suos. *Metropolis Crantzii.*† Omnẽ provinciã à Dravo flumine Anassum versùs, unde Hunni & Avares exacti sunt, Arnoni. Juvaviensi Põtifici, ejusq; successoribus, perpetuò addixit Carolus. *Aventinus.** Abbatẽ Fuldẽsem mille milites Imperatori alere, *Vincentius*† indicat. Quæ bona ecclesiæ Bremensi Carolus largitus sit; ex ejus privilegio liquet, quod extat *in Saxoniâ Crantzii,** & *in Metropoli.*† Carolus adjecit episcopis suum gladium: ut haberent, quo & contumaces terrerent, & distringerent. *Crantzius, in proœmio Metropoleos.* Carolus, anno Domini 781. Româ in Franciam reversus, terram Saxonum inter episcopos divisit, & singulis suos fines assignavit. *Chronicon Quedlinburgense.* Pipinus Crodegango adjungit copias Francorum: ac potestatem ei facit, Agaunensibus Gorgonii reliquias auferendi. *Liber de vitâ Crodegangi.**

Alii nimis liberales fuerunt in episcopos Romanos; eisque ecclesias subjecerunt. Luitprandus rex, non solùm quatuor civitates; sed insuper Sabinense patrimonium, & Narniam & Anconam & Cumanam civitates, & vallẽ Sutrini agri, Pontifici Zachariæ dono dedit. *Blondus,** *Crantzius in Daniâ.*† Et postea, cùm idem rex Ravennam obsedisset, ab Eutychio Exarcho rogatus Zacharias, ad eum accessit: & effecit, ut cuncta, quæ de Æmyliâ aut Ravẽnatibus cepisset, sibi redderet; exceptâ Cesenatis oppidi parte. *Blondus.*† Carolus partem thesauri, quam ab Heinrico Duce Forojulianorum acceperat, Romano Pontifici misit. *Adon,** *Egenhardus in vitâ Caroli.* Adrianus in epistolâ ad Carolum indicat, se die noctuq; pro eo preces facere, ut Deus ipsi cũctas barbaras nationes subjiciat: ut vestigia pedum ejus, ad sanctæ Dei Ecclesiæ exaltationem, osculari cogantur.

Et regna sua vectigalia fecerunt. Id quod de Inâ, Occidentalium Saxonum, circa annum Dom. 740. & de Merciorum rege Offâ, circa annum 775. *Polydorus** refert: qui sua regna Romano Pontifici tributaria fecerunt.

CAPUT IIX.

DE SCHISMATIBUS.

DISSENSIO INTER JUSTINIANUM & Johannem Papam VII.

JUSTINIANUS Imperator, qui, ob Synodũ Constãtinopolitanam alteram, offenderat Romanos Põtifices, (ut in superiori Centuriâ exposuimus) reversus ad Imperium, cogitavit de illis sibi recõciliandis: duosq; episcopos metropolitanos Romam, ad Johannem VII. ablegavit; atq; obtulit libellum suæ cõfessionis: ac postulavit, ut is collectâ synodo eum approbaret; atque ita consensus inter Orientis & Occidentis ecclesias constitueretur. Sed Johannes, pro suâ ambitione, id planè facere recusat: ac legatos & libellos re infectâ dimittit. Imperator verò aliquantò pòst, Constantinum Papam ad se evocat Constantinopolin; eique pedes osculatur, ab eoque petit remissionem Peccatorum: & confirmat privilegia Romanæ ecclesiæ; ac Felicem Ravennatem episcopum, & ecclesiam ejus, Romano Pontifici armis subjicit: atque hoc modo iratorum istorum deorum iram placat. *Platina, in vitâ Johannis VII. & Constantini I. & Nauclerus.**

SISINNII, DIOSCORI, ET Bonifacii, dissidium.

Inter Sisinnium & Dioscorum fuit contentio de pontificatu. Sed Dioscoro superato, Sisinnius eam dignitatem arripuit: quam tamen per dies 20. tantùm obtinuit. Defuncto autem eo, Dioscorus vi pontificatum occupat: quem rursus Bonifacius pellit. Horum nomina inter Pontifices non recenset, *Wernerus in Fasciculo temporum** putat: eò quod dubitatum sit, an essent veri successores.

SUB PHILIPPICO.

Dissidium inter Philippicum & Romanos Pontifices, de sextâ Synodo, & Picturis.

CAusam dissidii inter Constātinum & Philippicum, Historici non satis clarè exponunt: simultatem tamen quandam inter ipsos fuisse oportet. Nam, quia meruit eum; dissuasit Justiniano, ne armis ipsum lacesseret. Narrant autem pleriq;, eum Sextam synodū improbâsse; adeò ut picturam, acta illarum rerum continentem, à parietibus S.Sophiæ abraserit: & Cyro patriarchâ, cum Romanis sentiente, deposito, Johannem monachum substituerit. Eam verò rem adeò displicuisse Constantino, Populoque Romano: ut, habitâ synodo, Philippicum & Johannem damnârit hæreseos Constantinus; & decreverit, imagines Patrū, qui sex illis Synodis interfuissent, in porticu Petri pingendas esse: ac interdixerit publicè, ne quis Imperatoris hæretici nomen vel imaginē, sive in scriptis, sive in nummis, reciperet: anno Domini 712. *juxta Sigebertum.* *li.10.Rom.* *Paulus Diaconus,** *Platina, in vitâ Constantini.* Dum autem Petrus Præfectus autoritatē Imperatoris tueri conatur; à Christophoro, & aliis Pontificiis, gravis seditio excitatur: ut in viâ sacrâ, ante Palatium, res armis tractaretur; & utrinque fieret cædes: *ut habet Liber pontificalis.* Postea verò Anastasius & Theodosius, se cum Romanis sentire, & imagines atq; picturas venerari & colere, testati sunt. *Paulus Diaconus, in Vitis eorum, & Beda.** *li. … temp.*

SUB THEODOSIO.

Dissidium inter Archiepiscopum Mediolanensem, & Papam Romanum.

TIcinensis episcopus, contra Mediolanensem elatus, nolebat ampliùs esse sub ejus jurisdictione. Romani autem, more milvorum, ut utrumq; bellatorem raperent, in occasiones intenti erant. Ticinensis Mediolanensem ad Pontificem accusat. Venit Benedictus Mediolanensis Romam; ut causam suæ ecclesiæ agat. Sed Constantinus Pontifex, seu (ut alii volunt) Gregorius II. Ticinensem ecclesiam sibi adjudicat: eò quòd olim Ticinenses episcopi à Romanis fuissent consecrati. Atq; ità Ticinensis ecclesia, vitans fumum, in insatiabilem ignem se-ipsam præcipitem egit. *Paulus,** *& Platina in vitâ Constantini I.* *li.6.Longob.c.10.* Et non multò pòst Stephanus III. etiam Mediolanensem ecclesiam in suam potestatem redegit. *Liber pontificalis, & Balaus in Actis Pontificum.*

SUB LEONE.

Dissensio ob Imaginum cultum.

IDololatricus Imaginum cultus, multas turbas in Ecclesiis dedit. Nam Mahumetani nihil habebant splendidius, quod in Christianis reprehenderēt; quàm imaginum & ossium mortuorū venerationem superstitiosam & impiam. Id verò malum cùm Leo Isaurus, & quidā alii rectè sentientes vereq; pii episcopi, conantur amoliri; à forti armato oppressi sunt. Leo enim colligit Synodum; & re in disceptationem deductâ, veritatē agnoscit: non rectè Sanctos, eorumq; imagines & reliquias, adeò superstitiosè coli & adorari: ac, ne id ampliùs fiat, edicto cavet: insuper argenteas, aureas, & ligneas statuas, igne purgat, atq; è medio tollit; ne occasionē peccandi, vel Saracenis materiam blasphemandi Ecclesiam Dei, ulteriùs præbeant. Hac de re etiam ad Romanum Pontificem diligenter scribit; monens, ut idem in Italiâ fieri curet. Huic bono & pio conatui Imperatoris, se-se opponis Germanus; falsò asserens, Antichristum fore imaginū eversorem. Cui adhærent & Professores in collegio œcumenico, aliique nonnulli superstitiosi & seditiosi cives: quos Imperator coërcet. Pontifex verò Romanus, Gregorius II. Imperatorem, frustrà rogatum, ut parceret imaginibus, collectâ Synodo, excommunicat: atq; Romam, & universam Italiam, imò insuper omnia, tam Reipub. quam Ecclesiastica jura, in Hesperiis, ab obedientiâ & imperio Leonis removet; Cæsariq; censum & vectigalia dari, manifestè prohibet: nimirū ut seditiosissimi Antichristi notas ostentet. Anno Domini 728. Idem paulò pòst Gregorius III. quoque designat: anno Domini 731. *Sigebertus.* Præterea cum Francis fœdera nova init:

A ut adversùs Leonem præsidium haberet. Johannes etiam Damascenus, cum episcopis Orientis, se-se strenuum *εἰκόνων … ?* exhibet propugnatorē: atq; Imperatorem eam ob causam anathemate ferit. *Paulus Diaconus,** *Zonaras,** & *Platina in Gregorio II.* *lib.6 Longob c.14 & lib 21. … Tomo 3.*

Dissidium inter Callistum & Pemnonem.

Amator, episcopus Forojulianus, à Callisto, Patriarchâ Aquilejensi, vi de domo suâ deturbatur. Id Pemno Dux, & Nobiles Longobardi, indignè ferentes, Callistum appre- B hensum in Potium castellum ducunt; ibique in carcerem conjiciunt. Sed Luitprandus in Pemnonem eam ob causam animadvertit. *Paulus Diaconus.** *li.6 Longob.c.14.*

Dissensio Britannorum de Paschate, & aliis ceremoniis Pontificiis.

Pictos, & Scotos, & Britones, etiam post Synodum in Streneshalch, suam sententiam de Paschate, atq; aliis ceremoniis, retinuisse, diximus suprà. Sed sub initium hujus seculi, Naitanus, Pictorū rex, à Pontificiis instructus, in eorum concessit sententiam; atque ad Ceolfridum abbatem C scribens, rationes petiit; cur oporteret Romano more Pascha celebrari atq; tonderi, & non alio? Ceolfridus autem satis prolixâ epistolâ respondet: in Lege præceptum esse, ut Pascha primo mense anni, & tertiâ ejusdem mensis septimanâ, id est, à quintâ-decimâ die usque ad vicesimam-primam, fiat: & additum esse per institutionem Apostolicam ex Euangelio; ut in ipsâ tertiâ septimanâ dies dominicus teligatur; ac in eo Paschatis initiū statuatur. Deinde, de tonsurâ quidem ait, non nocere ejus variationem illis, quibus pura fides est in Deum, & sincera charitas erga Pro- D ximum: sed tamen ideò in coronā attonderi oportere Catholicos; quia Petrus fuerit attonsus: quodque eo modo, quo Britones tondeantur, olim Simon magus fuerit rasus. Hac epistulâ lectâ, rex Naitanus, in consessu Doctorum & Procerum, Deo gratias agit; & decretum facit, de Paschate, & tonsurâ in eum modū observandâ. *Beda.** *li.5.c.22.* Non multò pòst etiam Huenses monachi, ab Ecgberto instituti, sub abbate Duumchado, anno nimirum Domini 728. Romano more Pascha celebrare incipiunt. *Beda.** *lib eod. cap.23* Britones verò totius Ecclesiæ catholicæ statutum, Pascha, & alias cere- E monias pontificias, respuerunt & impugnarunt. *Beda.** *cap.24.*

SUB CONSTANTINO COpronymo.

INter Bonifacium & Episcopum Coloniæ Agrippinæ, lis quędam orta est, de Trajectensi ecclesiâ. Coloniensis enim, eam ad suam jurisdictionem pertinere, affirmat: Bonifacius verò, sibi & Romano Pontifici eam adscribere parat. Coloniensis pro suo jure allegat donationem Dagoberti, Regis Francorum. Sed Bonifacius respondet, eo fine donationem esse factam; ut Coloniensis, ex illo loco, ad F Frisonum gentem, verā religionem propagaret. id autem cùm non sit factum; jus ejus Ecclesiæ esse amissum. Deinde, cùm Willibrordus à Sergio Romano sit eò missus; ac is destructam illam Ecclesiam rursus ædificârit; Frisonesq; ad fidem Christi, prædicando verbum Dei, adduxerit: jure eam Ecclesiam deberi Romano Pontifici; ut qui Willibrordum ordinârit, atq; eò miserit, & per ipsum in istis locis collegerit Ecclesiam. Re ad Pontificem relata, pro se potiùs, quàm pro alio, sententiam tulit; ac Colonientem insuper Bonifacio addixit: ut patet *ex epistolis Za-* G *chariæ & Stephani ad Bonifacium.** *Tomo … Concil.*

Dissensio ob imagines.

Constantinus Copronymus, veram sententiam, de abolendo superstitioso Imaginū cultu, amplexus, eam quoq; conatur conservare & propagare: atque Synodo collectâ, errorem de Imaginum cultu, intercessionem Sanctorum, & venerationem reliquiarum, damnat: & Johannem Damascenum, aliosq; episcopos, excōmunicat; ac monachos ducere uxores cogit: viq; coërcet eos; qui contra Dei, & Synodi, & suum decretū, imagines venerabantur, earumq; H cultum curabantur. ut patet *ex Paulo Diacono,** & *Zonarâ.** *li.22 Rom.* *Tomo 3*

Alia dissensio propter imagines.

Gandavi excitatur, anno Domini 752. civilis motus, propter Sanctorum imagines: quas alii, ceu idololatriæ instrumenta, execrabantur, alii verò colendas, atq; in tem-

pla ponendas esse, censebant. In eâ autem discordiâ, interfectus est Hildebertus abbas Blandiniensis: qui contra fautores Cæsaris, decretis Pontificum, de habendis statuis, adhæsit. *Jacobus Meyer. in Chronico Flandriæ.*

Dissensio circa Pascha.

Anno Constantini 20. quidam in Oriente, Pascha, IIX. Idus Aprilis celebrat: quidam verò Idibus Aprilis. *Paulus Diaconus.** (* lib. 22.)

Dissensio de Baptismo iterando, inter Bonifacium & Sacerdotes Bojariæ.

Sacerdos quidam Bavarus, Latinæ linguæ ignarus, inter baptizandum dixerat: *Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu sancta.* Bonifacius, Pontificis legatus, & reformator Germaniæ, baptizatum censet rebaptizandum esse: quia non sit Latini sermonis proprietas observata. Sed Sidonius & Vergilius episcopi, doctiores Romano illo asino, dissentiebant ab eo; & rebaptizationem impediebant. Res ad Pontificem tandem refertur ab utrisque. Ille pronuntiat; linguæ erratum, absque omni dolo & fraude admissum, non impedire vim Baptismi. Constant hæc ex *epistolâ Zachariæ.* Aventino,* † & Balæo.* (* Tomo 2. Concil. † lib. 3. * Cent. 14. cap. 82.)

Dissensio de Antipodibus.

Virgilius pro concione dixerat, esse Antipodes. Id cum Bonifacius, Geographiæ ignarus, audivisset; statim, pro suâ libidine infectandi viros bonos, reprehendit, & in calumniam trahit: quasi alium mũdum, alios sub terrâ homines, alium deniq; solem, atq; aliam lunam esse, assereret: & jubet eum publicè errorem fateri, atq; retractare. Sed Virgilius eum refutat; & ad Regem Utilonem accusat. Bonifacius continuò efficit; ut Zacharias Papa, quem velut numen quoddam Bavari suspiciebant & venerabantur, ad Utilonem scribat: ut Virgilium deponat, si non ab errore discedat; Romamq; ad examen mittat. Idem etiam Pontifex ad Sidonium & Virgilium scribit; eosque Bonifacio subesse atq; parere præcipit. *Aventinus.** (* lib. 3.)

Dissensio inter Bonifacium & Albertum & Clementem, & Samsonem.

Albertus, & Clemens, & Samson, & complures alii à Bonifacio dissenserunt; atque contra eum voce & scriptis pugnarunt: quòd Ecclesias Romano Pontifici subjiceret, ac potestatem regiam apud Francos, a legitimâ stirpe Merovei, ad adulterinam progeniem Pipini, transtulisset: quòd reliquiarum Sanctorum venerationem, Purgatorium, oblationes pro mortuis, prædicaret, & Sacerdotum conjugium abrogaret; atque exores suis uterentur; fœminasq; non sinè suspicione secum ducere. Sed eam ob rem à Pontificibus hæreseos damnati, atq; oppressi sunt: ut apparet *ex Aventino** & Balæo.* (* lib. 3. * Centur. 14. ca. 30. 31. 32.)

Lutzelburgicus eos inter Hæreticos recenset: sed non exprimit, quâ in re errarint.

Dissensio Romana, circa electionem Pontificis.

Stephano II. defuncto, alii Theophylactũ, alii Paulum eligunt: sed tandem unâ parte dispersa, in Paulum Diaconum consentiunt. *Platina, Liber pontificalis.*

Alia Romana seditio.

Paulo defuncto, Desiderius Totonem Nepensinũ Ducem excitat, ut Romam cũ exercitu eat; & Constantinum fratrem suum, sive largitionibus, sive vi, Pontificem constituat. Id ille dat effectum; atq; Philippum competitorem armis reprimit. Cùm autem Constantinus annum unum Ecclesiam gubernâsset, & in sententiam Constantini Imp. de Imaginum cultu abrogando, propensius esset: Populus Romanus seditionem movet; ac illum de pontificatu dejicit; & Stephanum III. eligit. *Platina, Liber pontificalis.*

SUB LEONE, COPRONYMI FILIO.

Monachi quidã in cœnobio Vincentii, abbates suos, Ambertum & Pothonem, detulerant ad Carolum Magnũ, quòd contra eum conspirassent. Carolus eos Romam ad Adrianum ablegat; & jubet eum inquisitionẽ facere. Ambertus in itinere obit mortem. Cùm aũt alii Romam venissent, & res in consessu coram Pontifice & aliis tractaretur: monachus accusat Pothonẽ; quòd, cùm pro incolumitate Regis fuisset psalmus, *Salvum me fac Domine,* cantandus, ille surrexisset: & quòd in privato sermone contra Regis majestatem quædam dixisset. Itèm alii tres monachi eum accusant; quòd se, ad Regem ire cupientes, in carcerem conjecerit. Potho respondet, se ob alia negotia monasterii surrexisse: & negat, quicquam contra honorem Regis dictum à se esse: &, se absente, incarceratos illos esse affirmat; quia visi fuissent fugam adornare, atq; vitam monasticam deserere. Pontifex, accepto jurejurando à Pothone, quòd nihil contra Regem dixisset, & quòd in ejus fide permanere velit; eum dimittit: scriptis ad Carolum literis, in quibus, quid & quomodo cum eo egerit, indicat.

SUB CONSTANTINO ET IRENE.

Dissensio Platonis & Tarasii.

Tarasius permiserat Imperatori Constãtino, ut suam uxorem Mariam in monasteriũ abderet, aliamq; duceret: ac Josepho monacho & abbati præceperat, ut coronaret Theodaten. Id cùm Plato, abbas Saccidionis monasterii, cognovisset: non modò improbabat; sed etiã ab ejus abstinebat communione. Verùm Imperator Platonem capit; monachos ejus in exilium pellit; atq; hac persecutione inter eos egregiam scilicet pacem facit, suamq; causam (ut opinabatur) meliorem reddit. *Paulus,* Zonaras.** (* lib. 23. * Tomo 3.)

Dissidium ob Imaginum cultum.

De cultu Imaginũ, consensus erat inter Orientis & Occidentis Ecclesias: sed Constantinopolitani & Græci inter se dissentiebant. Alii enim Imagines damnabant; alii verò propugnabant. Quare Tarasius ab Imperatore Constantino & Irene postulat; ut universalis cõgregetur Synodus: in quâ de eâ re statuatur, ac dissidium tollatur. Indicta itaq; Nicææ Synodus, Imaginũ venerationem approbat & restituit: atq; ita in errore hic consensu; veritate ejusq; assertoribus damnatis & oppressis: ut patet *ex Actis Tomi 2 Conciliorum.* Sed tamen Carolus Magnus, & Synodus Francofordiensis, acta istius Pseudosynodi rescidit: atq; Imagines quidem haberi permisit, sed adorari & coli vetuit: ut colligitur *ex Regmone.* Aventino.* & ex libris Caroli Magni contra venerationem Imaginum.* (* lib 2. * lib 3.)

CAPUT IX.

DE SYNODIS.

SUB JUSTINIANO.

SYNODUS BRITANNICA.

Circa annum Domini 705. Daniele & Adhelmo episcopis Occidentalium Saxonum existentibus, in Synodo statutũ est: ut Provincia Australium Saxonũ, quæ hactenus ad civitatis Ventanæ, cui præerat Dãniel, parochiam pertinebat, & ipsa sedem episcopalem, ac proprium haberet episcopum: consecratusque est eis primus episcopus Eadberecht. *Beda.** (* lib 5 c. 19)

SYNODUS NIDDENSIS.

Wilfridus, ex episcopatu suo apud Nordanhumbros excussus, post longas peregrinationes in Angliam reversus, per Synodum Niddensem, & Osredum regem, restituitur in integrum. *Beda.** (* li. 5 c. 20)

SYNODUS LONDINENSIS.

Cùm mota esset controversia de cultu Imaginum: Diabolus, ad idololatriæ confirmationem, omnẽ lapidem movit; utens operâ suorum mancipiorum, nimirum Pontificum Romanorum, & Monachorum. Inter alios autem Eguuinum, monachum Benedictinum, nuper Wicciis designatum episcopum, hominem ex superstitionum colluvie compactum, excitat: eiq; in somnis instillat, per illusiones & præstigias suas; quasi a Mariâ virgine jubeatur, in ecclesiâ suâ collocare imaginem ejus, & populo venerationem atq; adorationem istius idoli persuadere. Is verò quiescere non potest: sed rem in actum deducere instituit; librumq; de suis visionibus conscribit. Res defertur ad Pontificem Romanum Constantinũ. quâ verò id factũ sit occasione, non est annotatum: fortè quia aliqui boni se-se impietati illi & vanitati opposuerunt; quos Satan Apostolicâ autoritate refringẽdos censebat. Pontifex priùs hominẽ accersit; & jurejurando obtestatur, ut veritatem dicat. Videbat

A enim ipse, Scripturam sacram Imaginum cultui refragaris; & opus esse novis revelationibus, ad eam idolomaniã stabiliendum. Ille verò in suâ sententiã constãter persevetat; atq; Pontifici fidem facit. Ergo Apostolicâ suâ autoritate approbat visiones Eguuini: ac Bonifacio Legato suo imperat; ut in Britanniam abeat, atq; Londini, cum consensu Brithuualdi archiepiscopi Anglorum, Synodum celebret. Isti autem, Pontifici obsequentes, Episcopos & Reges, sub anathematis pœnâ, convenire Londinũ jubent. In eo congressu, non datur locus disputationi & collationi; ut par
B erat: sed visiones Wiecii proponuntur, de cultu Imaginum; & indicatur, eas à Pontifice Maximo esse comprobatas. Deniq; promulgatur decretum, de Imaginibus in templa collocandis; Missarumq; celebratione & adoratione honorandis; ac deniq; de abdicandis Sacerdotum uxoribus. Tali modo cultus Imaginum Anglicanis ecclesiis, autoritate Antichristi, & illusionibus diabolicis, atque approbatione superstitiosæ vanitatis, est obtrusus; paucis piis frustra gementibus, & contradicentibus: circiter annum Domini 712. aut 714. *Nauclerus, & Balaus.**

* Cent. 1. c. 91 94. et 99.

C ¶ In Londinensi Synodo, damnatũ esse matrimoniũ cujusdã, qui duxerat viduam, quę voverat votũ castitatis, & uxor consobrini sui fuerat; Bonifacius narrat, *in epist. ad Zachariam.* Sed an hæc vel alia Synodus fuerit, nõ satis cõstat.

SUB PHILIPPICO.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA.

Monachus vates & hæreticus, Philippico prædicens Imperium, jure-jurando eũ devinxerat, ut Sextam
D synodũ, quam malè factam esse asserebat, abrogaret. Ejus promissi memor Philippicus, cùm ad Imperium venisset; Synodum cogit ex episcopis pluribus: quorũ nomina non sunt annotata. Johannis Patriarchæ Constantinopolis, Nicolai Diaconi, Algepidi Diaconi, Antiochi Chartophylacis meminit *Paulus Diaconus.** sed incertũ est, an ei Synodo interfuerint. Patres aũt illi, juxta Imperatoris voluntatem, sextam Synodũ universalem, in quâ duæ voluntates & operationes in Christo, contra Monothelitas, assertæ erant, damnant: & Cyrum Patriarcham ab officio removẽt, atq;
E Johannem ordinant. Imperator decretorum exsecutorem strenuum se præbet: & imagines Patrũ, qui in sex Synodis universalibus interfuissent, in Sophiæ templo depictas, abradi jubet: ac scribit ad Rom. Pontificem, eiq; imperat; ut & ipse decreta suæ Synodi approbet, clerumque suum cogat, ut de Homousio cum Ecclesiâ Constantinopolitanâ consentiat. Narrant hæc, *Beda,** *Paulus Diaconus,** *Adon Viennensis,*† *Frisingensis,** *Zonaras,** *Platina in Constantino I.* & alii: circiter annum Domini 712. *Sigebertus:* anno primo Philippici. *Erfordiensis.**

* lib. 20.

* li. 2. de Rat. temp. * li. 6. Long. c. 31. et li. 20. Roman. † Aetate 6. * lib 5. c. 15. * Tomo 3. * cap 63.

SYNODUS ROMANA, TEMPORE Constantini Papæ.

F Constantinus Papa, acceptis literis Philippici, convocat Synodum; &, quid faciendum sit, deliberat; ac tandem omnium consensu decernit: I. Quia Imperatoriæ literæ percipiant hæreseos & erroris approbationem; ideò iis non esse præstandam obedientiam: juxta Regulam; *Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.*

II. Quia Imperator picturam sex Synodorum universalium abrasione damnârit: ideò debere omnium Patrum
G imagines, qui in sex Synodis fuissent, Romæ in portâ Petri depingi; confessionis loco, quòd Romana ecclesia decreta Synodorum amplectatur.

III. Quia Imperator hæreticas opiniones propugnet, & veram sententiam damnet: ideò eum esse pro excommunicato habendum.

IV. Cùm Imperator sit hæreticus; & imagines Patrum rejiciat: ideò nec ejus effigiem esse in Ecclesiam pro more recipiendam; nec nomen, nec literas, nec figuram, sive in scripto, sive in monetâ, recipiendam. [Quod sanè nimium
H fuit. Nam excommunicatio hanc vim à Deo & verbo ejus non habet, ut subditos ab Imperatoris excõmunicati justâ & debitâ obedientiâ & reverentiâ liberet.] Actum anno Domini 712. *Sigebertus: Beda,** *Paulus,*† *Adon.** *Platina.*

* lib. 2. de Temp. † li. 6 Longob. c 11. * Aetate 6.

V. Contra manifestum Dei verbum, Imagines non
A modò habendas in templis; sed etiam summâ veneratione colendas, Constantinus decrevit. *Balaus in vitâ ejus.*

SYNODUS ROMANA ALIA, tempore Gregorii II.

Gregorius II. Romæ Synodum generalem celebrat, anno Domini 714. In eâ etiam interfuerunt, Sedulius Britannorum, & Fergustus Scotorum, episcopi. Statutum autem est: ut Missarum celebritates publicè in templis peragerentur. Quod quidem antea non solebat fieri. *Sigebertus*
B *in Chronico. Balaus.**

* Cent. 1. c. 91. & Cen 14. c. 28 c 29.

¶ *In Tomo 2. Conciliorum*, Gregorio III. adscribitur ista Synodus, ac annotatur celebrata anno 6. Leonis: ac referuntur ejus decreta.

1. *Si quis Presbyteram duxerit in conjugium; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

2. *Si quis Diaconam in conjugium duxerit, anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò, *Anathema sit.*

3. *Si quis Monacham, quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò;
C *Anathema sit.*

4. *Si quis commatrem spiritualem duxerit in conjugium; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

5. *Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

6. *Si quis neptem duxerit in conjugium; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

7. *Si quis novercam aut nurum suam duxerit in conjugium; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

8. *Si quis consobrinam duxerit in conjugium; anathema sit.*
D Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

9. *Si quis de propriâ cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorẽ; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

10. *Si quis viduam furatus fuerit in uxorẽ, vel consentiens ei; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

11. *Si quis virginem, nisi desponsaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, vel consentiens ei; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

12. *Si quis ariolos, aruspices, incantatores observaverit, aut*
E *phylacteriis usus fuerit; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

13. *Si quis in aliquam partem nostra præcepta, antè emissa, apostolica Ecclesia, de olivetis & locis diversis temeraverit, & non in omnibus observaverit; anthema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

14. *Adrianus, filius Exhilarati, qui, post præstitum sacramentum in Apostolicâ confessione, Epiphaniam diaconam illicito ausu in uxorem habet; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

F 15. *Epiphania diacona, quæ, post prædictum sacramentum, cum Adriano Exhilarati filio fuga lapsa est in uxorem; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

16. *Si quis ei in tam crudeli actu consensum præbuit; anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

17. *Si quis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit.* Et responderunt omnes tertiò; *Anathema sit.*

SYNODUS GERMANICA, à Bonifacio celebrata.

Bonifacius, Wera, Burchardus, Werbrechtus, Abel, &
G Vulbach, in Synodo quâdam conveniunt, de literis ad Ethilbaldum Regem scribendis; quibus eum moneant de suis flagitiis: ut patet ea epistolâ, quam subjicimus.

Domino charissimo, & in Christi amore cæteris Regibus præferendo, inclyta Anglorum imperii sceptra gubernanti, Ethilbaldo Regi Bonifacius archiepiscopus, legatus Germanicus Romana ecclesiæ, & Wera, & Burchardt, & Werbrecht, & Abel, & Vulbach, coëpiscopi, perennem in Christo charitatis salutem.

Confitemur coram Deo & sanctis Angelis, quia, quandocunq; prosperitatem vestram, & fidem in Deo, & opera bona coram
H *Deo & hominibus, per nuntios fideles audivimus: quod indè gaudentes, & pro vobis orantes, læti gratias agimus Deo; postulantes & obsecrantes Salvatorem Mundi; ut vos sospites, & in fide stabiles, & in operibus coram Deo rectos, in principatu Christiani populi longo tempore custodiat. Quando autem aliqua dilectionis*

A *vestra injuria, de statu regni vestri, vel eventu bellorum, facta; aut (quod majus est) de salute animæ periculosum damnum perpetratum, per auditum ad nos usq; pervenerit: mœrore & tristitia nos cruciat. quia gaudio vestro in Dei voluntate congaudemus, & adversitate contristamur. Audivimus enim, quòd eleemosynas plurimas facias: & in hoc congratulamur. quia qui eleemosynas minimis fratribus indigentibus tribuunt, juxta veritatem euangelicam, & in die judicii clementem sententiam à Domino audituri sunt; dicente:* * Quantum fecistis uni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis. Venite benedicti Patris mei; possidete regnum, paratum vobis ab exordio Mundi. *Audivimus quoque, quòd furta & iniquitates, perjuria & rapinas, fortiter prohibeas: & defensor viduarum & pauperum esse dignoscaris, & pacis stabilitatem in regno tuo habeas. & in hoc quoque laudantes Deum, gavisi sumus: quia ipsa veritas & pax nostra, qui est Christus, dicebat:* * Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. *Sed inter hæc, una mala æstimationis fama, de vita pietatis vestræ, ad auditum nostrum pervenit: quâ auditâ, contristati sumus, & illam optamus non fuisse veram. Multis enim narrantibus compertum est nobis, quòd nunquam legitimam in matrimonium uxorem duxisses: quod à Domino Deo, ab ipso Mundi primordio, constitutum est. & per Apostolum Dei, Paulum, præceptum est iteratum, illo docente:* * Propter fornicationem autem, unusquisque suam uxorem habeat; & unaquæque virum suum. *Nam si hoc causâ castitatis & abstinentiæ facere voluisti; ut ab uxoris conjunctione, pro timore & amore Dei, abstinuisses: & hoc verum & impletum pro Deo comprobaveris: & in hoc gaudemus. quia non est reprehensibile, sed magis laudabile. Si autem (quod absit! ut multi dicunt) nec legitimam accepisti uxorem, nec castitatis abstinentiam pro Deo servasti; sed libidine dominante, in scelere luxuriæ & adulterii, famam gloriæ tuæ coram Deo & hominibus confuderis: in hoc valde contristamur. quia & in conspectu Dei flagitium, & coram hominibus famæ vestræ confusio esse dinoscitur. Et adhuc, quod pejus est, qui nobis narrant, adjiciunt: quod hoc scelus ignominiæ, maximè cum sanctis monialibus, & sacratis Deo virginibus, per monasteria commissum sit. Nam hoc peccatum duplex esse, non dubium est: ut verbi gratiâ dicamus. Cum vindicta reus sit puer apud dominum suum, qui uxorem domini sui adulterio violaverit: quantò magis ille, qui sponsam Christi, creatoris cœli & terræ, putredine suæ libidinis commaculaverit. dicente B. Paulo Apostolo:* * An nescitis, quia corpora vestra templa sunt Spiritus sancti? *Et alibi:* * Nescitis, quia templum Dei estis; & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit; disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est; quod estis vos. *Et iterum, idololatriæ servituti adulteros & fornicatores in sermone & numero peccatorum, jungit dicens:* * An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neq; fornicarii, neq; idolis servientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum Dei possidebunt. *Apud Græcos enim & Romanos judicatur, quasi blasphemiam Deo irrogâsse qui hujus reus sit: ut propriè de hoc peccato ante ordinationem interrogatus si reus inventus fuerit, ut cum velatâ vel consecrata Deo Nonna concubuisset; ab omni gradu Dei sacerdotii prohibeatur. Propter hoc, fili charissime, solicitè considerandum est, quanti ponderis hoc peccatum esse judicetur ante oculos æterni Judicis: quod facientem inter idololatriæ servos constituit & a divino ministerio altaris abjicit; licet ante peractâ pœnitentia reconciliatus sit Deo. Corpora enim, per votum propriæ sponsionis, & per verba Sacerdotis cõsecrata, templa Dei esse, per sanctam Scripturam dicuntur: & ideo violatores illorũ, juxta Apostolos, filii perditionis esse dinoscuntur. Princeps autem Apostolorum Petrus, luxuriosos libidine prohibens, dixit:* * Sufficit enim præteritum tempus, &c. *Et Salomon:* * Precium scorti, vix unius est panis: mulier autem viri, preciosam animam capit. *Et alibi:* * Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim, ut esurientem impleat animam; deprehensus quoq; reddet septuplum. Qui autem adulter est; propter cordis inopiam, perdet animam suam. *Longum est enim, enumerare, quanti spirituales Medici hujus peccati venenum, horrendum vituperabant, & terribiliter prohibebant: quia pene omnibus peccatis gravior & deterior est fornicatio, & veraciter dici potest laqueus mortis, & puteus inferni, vorago perditionis. Propterea obsecramus & contestamur, fili charissime, Clementiam tuam, per Christum Filium Dei, & per adventum ejus, & regnum ipsius. ut, si hoc verum sit, quòd in isto scelere verseris; & vitam tuam pœnitendo corrigas, purificando emendes: & memor sis, quia indecens esse comprobatur, ut imaginem Dei, quæ in te creata est, per luxuriam, ad imaginem & similitudinem maligni Diaboli convertas: & tu, quem non propria merita, sed larga pietas Dei, regem ac principem multorum constituit, te-ipsum, per luxuriam servum maligno spiritui constituas. quia juxta dictum Apostoli,* * Quodcunq; peccatum fecerit homo, hujus servus est. *Non solùm a Christianis, sed etiam ab ipsis Paganis, in opprobrium & verecundiam deputatur. quia ipsi Pagani, verum Deum ignorantes, naturaliter, quæ legis sunt, & quod ab initio Deus constituit, custodiunt in hac re: quia propriis uxoribus matrimonii fœdera servantes, fornicatores & adulteros puniunt. Nam in antiquâ Saxoniâ, si virgo paternam domum cum adulterio maculaverit; vel si mulier maritata, perdito fœdere matrimonii, adulterium perpetraverit: aliquando cogunt eam, propriâ manu per laqueum suspensam, vitã finire; & super bustum illius incensæ & concrematæ, corruptorem ejus suspendunt. aliquando, congregato exercitu fœmineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaq; ducunt, virgis cædentes, & vestimenta ejus abscindentes juxta cingulum, & cultellis suis totum corpus ejus secantes & pungentes, minutis vulneribus cruentatam & laceratam de villâ ad villam mittunt: & occurrunt semper novæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ, eamq; aut mortuam, aut vix vivam derelinquunt: ut cæteri timorẽ adulterandi & luxuriandi habeant. Et Winedi, quod est fœdissimum & deterrimũ genus hominum, tam magno zelo matrimonii amorẽ mutuum observant, ut mulier, viro proprio mortuo, vivere recuset: & laudabilis mulier inter illos esse judicatur, quæ propriâ manu sibi mortem intulit: ut in una strue pariter ardeat cum viro suo. Cùm ergo Gentiles, qui Deum nesciunt, & legem non habent, (juxta dictum Apostoli*) naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; & ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: præterea, fili charissime, cùm tu Christianus & verus Dei cultor esse cognominaris, si in juventute adolescentiæ tuæ, putredine luxuriæ inquinatus, & fœtore adulterii involutus, & voragine libidinis, quasi puteo inferni, demersus fueras: jam tempus est, ut, memor Domini tui, a Diaboli laqueis resipiscas; & fœtore luxuriæ sordidatam animam laves. Jam tempus est, ut, pro timore Creatoris tui, tale piaculum iterare, & maculare ultra non præsumas. Tempus est, ut multitudini pereuntis populi parcas: qui, sequendo exempla peccantis Principis, cadebat in puteum mortis. quia quantoscunque, vel per bona exempla, ad vitam cœlestis patriæ contrahimus, vel per mala exempla, ad perditionem sequentes præimus: de tantis procul dubio, ab æterno Judice, vel pœnas vel præmia accepturi sumus. Sic enim gens Anglorum, sicut per istas provincias divulgatũ est, & nobis in Franciâ & in Italiâ improperat, & ab ipsis Paganis improperium est: quòd, spretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando, adinstar Sodomitanæ gentis, fœdam vitam vixerit. De tali commixtione meretricum æstimandũ est, degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos; & ad extremum universam plebem, ad deteriora & ignobiliora vergentem, & novissimè nec in bello secularem fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem, esse venturam. sicut aliis gentibus Hispanica provincia, & Burgundionũ populis contigit: quæ sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec Judex omnipotens, talium criminum ultrices pœnas, per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, venire & sævire permisit. Et notandum, quòd in illo scelere aliud immane flagitiũ subterlatet; id est, homicidium. quia, dum illæ meretrices, sive monasteriales, sive seculares, malè conceptas soboles in peccatis genuerint; & sæpè maximâ ex parte occidunt: non implentes Christi ecclesias filiis adoptivis, sed tumulos corporibus, & inferos miseris animabus satiantes.*

Præterea, nuntiatum est nobis; quod multa privilegia ecclesiarum & monasteriorum fregisses; & abstulisses inde quasdam facultates. Et hoc, si verum est, peccatum grande esse dinoscitur: testante sacrâ Scriptura, quæ ait: * Qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit, Hoc non est peccatum; homicidæ particeps est. *Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater nostra Ecclesia, quæ nos in Baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo, qui Christi pecunias & Ecclesiæ fraudavit vel rapuit, homicida ante conspectum justi Judicis esse deputabitur. De quo*

quidam

Marginal notes (left column): * Matth. 25. v. 40. & 34. — * Matth. 5. vers. 9. — * 1 Cor. 7. vers. 2. — * 1 Cor. 6. vers. 19. — * 1 Cor. 3. v. 16. 17. — * 1 Cor. 6. v. 9. 10. — 1 Petr. 4. — Prov. 6. 26. — Prov. 6. 30.

Marginal notes (right column): * 2 Petri 2. vers. 19. — * Roman. 2. v. 14. 15. — * Prov. 28. vers. 24.

Section letters: A, B, C, D, E, F, G, H (both columns).

quidam sapientum dixit: Qui rapit pecuniam Proximi sui, iniquitatem facit: Qui autem pecuniam Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. *Et dicitur, quòd Præfecti & Comites tui, majorem violentiam & servitutem monachis & sacerdotibus irrogent, quàm cæteri antè Christiani reges fecissent. Igitur, postquam Apostolicus Pontifex, sanctus Gregorius, ab Apostolica sede missis prædicatoribus catholicæ fidei, gentem Anglorum ad Deum verum convertit: privilegia ecclesiarum, in regno Anglorum, intemerata & inviolata permanserunt, usq; ad tempora Ceolredi Regis Merciorum, & Ofredi Regis Deirorum & Berniciorum. Hi duo Reges, hæc duo peccata maxima, in provinciis Anglorum, diabolico instinctu, suis exemplis sceleratis, contra præcepta Evangelica & Apostolica Salvatoris nostri, publicè facienda monstraverunt: & in istis peccatis commorantes, id est, in superstitione & adulterio Nonnarum, & fracturâ monasteriorũ, justo judicio Dei damnati, de culmine regali hujus vitæ abjecti, & immaturâ & terribili morte præventi, à luce perpetuâ extranei, in profundum inferni, & tartarum abyssi, demersi sunt. Nam Ceolredum, prædecessorem venerandæ Celsitudinis tuæ, (ut testati sunt, qui præsentes fuerant) apud Comites suos splendide epulantẽ, malignus spiritus, qui eum ad fiduciam damnandæ legis Dei suadendo pellexit peccantem, subitò in insaniam mentis convertit: ut sine pœnitentiâ & confessione, furibundus & amens, & cum diabolis sermocinans, & Dei sacerdotes abominans, ab hac luce, sine dubio ad tormenta inferni, migrârit. Ofredum quoq;, spiritus luxuriæ, fornicantem, & per monasteria Nonnarum sacratas virgines stuprantem & furentem, agitavit: usq;-quò ipse gloriosum regnum, & juvenilem vitam, & ipsam luxuriosam animam, contemtibili & despectâ morte perdidit. Quapropter, fili charissime, cave tibi foveam, in quam vidisti coram te alios cecidisse: cave tibi jacula antiqui hostis; per quæ propinquos proprios coram te vulneratos cadere vidisti. Attende tibi à laqueo insidiatoris; in quo notos & commilitones tuos videbas strangulatos, & præsentem vitam, & futuram perdere. Noli alium ad perditionem exempla sequi. Tales enim, juxta prophetiam sanctæ Scripturæ, qui angustiaverunt justos, & qui abstulerunt labores eorũ, in die judicii dicturi sunt:* [* Sapient. 5. vers. 6. &c.] Erravimus à viâ veritatis; & justitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus in nobis; & viam Domini ignoravimus. & quid nobis profuit superbia? aut quid divitiarum jactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam umbra; & tanquam nuntius præcurrẽs; & tanquam navis, quæ pertransiit, cujus non est vestigium invenire; aut tanquam avis transvolans in aëre. *Et post pauca:* [* v. 13. 14.] Sic & nos nati continuò desivimus esse in malignitate: nam consumti sumus. *Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. Quomodo species impii, tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur; & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis? Et aliàs, numerus dierum vitæ hominis, centum anni, quasi parvula gutta de magno mari, deputatus est. Hæc enim omnia, secundum authoritatem sanctæ Scripturæ, rerum collatione similima sunt. Sic & Jacob, frater Domini, & apostolus, de impio divite disputans, dixit:* [* c. 1. v. 10. 11] Sicut flos fœni transibit. exortus est enim sol cum ardore; & arefecit fœnum: & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperit: ità & dives in itineribus suis marcescit. *Et ità ipsa Veritas, in Evangelio proponens, dixit:* [* Matth. 16. vers. 26.] Quid enim proderit homini, si lucretur totum Mundum, &c.

SUB LEONE.

SYNODUS ORIENTIS.

Cùm Leo Imperator, anno 9. imperii sui, Imagines tolli jussisset, ne Saraceni haberent, ob quod Christianos idololatriæ accusarent: cumque Gregorius Pontifex, eam ob causam, Imperatorem damnâsset, tributaque ei dare vetuisset: Johannes Damascenus in Syriâ, cum episcopis & monachis, Imaginum venerationem in Synodo defendit; & Leonẽ anathemate ferit. *Paulus Diaconus.* [* lib. 21. Rom.]

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA.

Cùm Leo, non modò Constantinopoleos cives, & Orientis quosdam episcopos; sed etiam Rom. Pontificem, videret Imaginum cultum defendere: indicit Synodum. Conveniunt Patres ad VII. Idus Januarii, 3. feriâ, 13. Indictionis; anno Imperii ejus 13. Domini verò, 730. *(juxta Sigebertum)* in tribunali novendecim cubitorum: ac interest ei cœtui Germanus etiam Patriarcha. Cæterorum verò nomina in literas non sunt relata; hauddubiè propter Historicorum invidiam, aut negligentiam. Controversia autem de Imaginum cultu atq; veneratione, deque intercessione Mariæ virginis & Sanctorum, ac de Reliquiis mortuorum, proponitur discutienda. Disputatur in utramque partem acriter; & conferuntur sententiæ: tandemque ex mutuâ collatione manifestum fit, Sanctorum intercessionem, fabulam; Imaginumq; & Reliquiarum cultum atq; adorationem, esse meram idololatriam, verbo Dei contrariam. Germanus Patriarcha ità in angustias redigitur; ut nihil amplius habeat, quo suam sententiam plausibiliter saltèm tueatur. Damnatur igitur à Patribus, ex regula verbi divini, cultus & veneratio Imaginum. Huic decreto omnes subscribunt. Germanus verò, se id facere posse, negat, hoc universalis Synodi sententiâ: & spontè episcopato se-se abdicat. Synodus ergo in locum ejus surrogat Anastasium, discipulum & syncellum Germani. *Paulus Diaconus.* [* lib. 21] Imperator postea imagines & statuas in foro comburit: & edicto cavet, ne quis eas adoret aut veneretur: & Gregorio pontifici per literas imperat; ut, nisi gratiâ suâ excidere velit, idem faciat. *Regino.* [* lib. 1. chron]

SYNODUS ROMANA.

Gregorius III. acceptis edictis Leonis, de Imaginibus damnandis & tollendis, indicit Romę, seu (ut quidam volunt) Ravennæ, Synodum. Conveniunt nongenti & tres episcopi, *juxta Sigebertum*; seu mille, *juxta Bonfinium.* [* Decad. 1. lib. 8.] Inter eos autem fuerunt Pontifex ipse Gregorius, ut præses; & Antoninus Gradensis archiepiscopus, Johannes Ravennas archiepiscopus, & alii Hesperiæ partis episcopi. *Liber pontificalis.* Adstat, pro more, omnis clerus Romanus, & Nobiles, Consules, & Populus, anno Imperii Leonis 16. Domini verò 733. *Sigebertus.*

Tractatur autem de Imaginum veneratione, deq; Leonis decreto, & Anastasii ordinatione: ac, juxta Antichristi nutum, cultus Maosim & deorum alienorum approbatur. ac tandem communi decreto sancitur, quod in hunc modum referunt: *Si quis deinceps catholicam consuetudinem, & usum fidelem, contemserit, ac venerabilium & sanctarum imaginum, Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, beatæ Mariæ, Apostolorumq;, & aliorum Sanctorum, depositor, destructor, & profanator exstiterit, aut blasphemus: ipse communione sanctæ Ecclesiæ sit privatus. Antoninus,* [* Tit. 14. c. 4. § 1.] *& Distinct. 3. cap. Perlatum est.*

Deinde damnatur Leonis decretum; atque ipse simul communione fidelium & imperio privatur: (Nota hîc Antichristi tyrannidem & ferocitatem! Quis hoc potestatis Romano flamini dedit; ut Monarchas de solio suo exturbet?) eò quòd imagines sacras ex templis abrasisset; statuasq; demolitus esset, & de Homousio malè sentiret. *Platina, sub Gregorio III. & Bergomensis.* [* lib. 10.]

Tertiò, Anastasius Patriarcha Constãtinopolis damnatur, atque ab officio suo removetur: ut colligitur *ex Paulo Diacono,* [* lib. 21.] *Blondo,* [† Decad. 1. lib. 10] *& Sabellico.* [* Enn. 8. lib. 8.] Ob hujus igitur Synodi & Pontificis autoritatem, Roma, cum totâ Italiâ & Occidente, ab obedientiâ Leonis recessit; tributaq; & vectigalia ei amplius reddere detrectavit. Ecce talem seditionem Præsul Romanus, more & ductu istius, qui author est homicidii, excitat!

SYNODUS AUGUSTANA.

Bonifacius, acceptâ veniâ à Gregorio III. Augustæ Vindelicorum Synodum celebrat, cum Periochio ejus urbis episcopo, & aliis Germaniæ Principibus, pro fide Romanâ confirmandâ: ac multa decreta fecit, de rebus ecclesiasticis. *Epistola Gregorii III. ad Bonifaciũ. apud Nauclerum,* [* Gener. 25] *Mutius.* [* lib. 6] De hujus vel in alio loco habiti Concilii decretis, BONIFACIUS, in epistolâ suâ ad Cuthbertum, scribit inter alia in hunc modum: *Præterea charissime, non quia vestra prudentia opus sit, rusticitatis nostræ statuta audire vel legere; sed propter bonam & humilem & sanctam voluntatem nostram, putamus, vos libentius scire velle, quam nescire; quæ hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt; vobis emendanda & corrigenda designamus. Decrevimus quoque in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam, unitatemq; & subjectionem*

Romana ecclesia, fine tenus vita nostra servare velle; sancto Petro & vicario ejus velle subjici; Synodum per omnes annos congregare, Metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta sancti Petri canonice sequi desiderare: ut inter oves sibi commendatas numeremur. & isti confessioni consensimus, & subscripsimus, & ad corpus S. Petri principis Apostolorum, direximus, quod gratulando Romanus Pontifex suscepit. Statuimus, ut per annos singulos Canonum decreta, & Ecclesiæ jura, & norma regularis vitæ, in Synodo legantur & repetantur. Decrevimus, ut Metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur cæteros, & admoneat, & investiget, quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei. Nam venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones habeant, prohibuimus. Statuimus ut per annos singulos unusquisq; presbyter, Episcopo suo, in Quadragesimâ, rationem ministerii sui reddat: sive de fide catholica, sive de Baptismo, sive de omni ordine ministerii sui. Statuimus, ut singulis annis unusquisq; episcopus parochiam suam solicitè circumeat, populum confirmet; & plebes doceat; & investiget ac prohibeat paganas observationes, vel omnes spurcitias Gentilium. Interdiximus servis Dei, ne pompato habitu, vel sago, vel armis, clerici utantur. Statuimus, quod proprium sit Metropolitani, juxta Canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores; & solicitudinem habere circa populum, qualis sit: & moneat, ut episcopi, a Synodo venientes, in propriâ parochia, cum presbyteris & abbatibus conventum habentes, præcepta Synodi servare insinuando præcipiant: & unusquisq; episcopus, si quid in suâ diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, id idem in Synodo coram archiepiscopo, & palam omnibus, ad corrigendum insinuet: eodem modo, quo Romana ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit; ut, si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviâsse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper Sedi apostolicæ, & vicario sancti Petri, ad emendandum indicaverim. Sic enim, nisi fallor, omnes episcopi debent Metropolitano, & ipse Romano Pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere: ut sic alieni fiant a sanguine animarum perditarum.

SUB CONSTANTINO Copronymo.

SYNODUS ROMANA.

Anno Luitprandi 32. qui fuit Domini 742. Zacharias Romæ synodum cogit. Convenerunt Episcopi 34. Presbyteri 14. Diaconi 4. Occasionem præbuerunt, Bonifacius & Germani Archiepiscopi & Principes, qui à Gregorio Papâ asserebant nuptias, in quarto gradu, Germanis esse concessas: & nunc a Zachariâ petebant rationes, cur eas damnaret. Pontifex negat, in archivo ecclesiæ tale Gregorii statutum reperiri: & damnat illas nuptias, ut illicitas. Decreta hæc esse dicuntur, cum Patrum assensu, quæ adscribimus.

Zacharias, sanctissimus ac ter-beatissimus episcopus sedis Apostolicæ, cum omnibus Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, Domino volente & auxiliante, ita decrevit, qualiter singulis capitibus nunc subter declaratur.

I. Ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent: ne ab antiqui hostis fraude decipiantur. ut, juxta Apostolicam vocem, non vituperetur ministerium nostrum: quia scriptum est: * Si quis templum Domini violaverit; disperdet illum Deus. Cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis: ut mundas ad Dominum valeamus levare manus. Scriptum est enim: * Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus.

* 1 Cor. 3. vers. 17.
* Levit. 19 vers. 2.

II. Ut presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habere, nisi forsitan commatrem suam, aut proximitatem generationis sibi habentes, quæ suspiciones effugiunt: sicut in Synodo Nicænâ continetur. Si quis verò præsumpserit contra statuta agere, sacerdotii sui privetur honore.

III. Ut episcopi presbyteri, diaconi, secularibus indumentis minime utantur; nisi, ut condecet, tunicâ sacerdotali: sed neq; dum ambulaverit in civitate, aut in viâ aut in platea, sine operimentis præsumat ambulare; præter si in itinere longo ambulaverit. Quia sicut Mulier orans in ecclesiâ non-velato capite, deturpat caput suum, juxta Apostoli vocem: ita Sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam, si temerè præsumpserit contra statuta agere, communione privetur: donec, quæ statuta sunt, implere maturet.

IV. Ut, juxta sanctorum Patrum & Canonum statuta, omnes episcopi hujus Apostolicæ sedis ordinationi subjaceant. Qui propinqui sunt, annue Idibus Maii mensis, sanctorum principum apostolorum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita: qui verò de longius sunt, juxta chirographū suum impleant. Nam, qui hujus constitutionis contemtor extiterit, præter si ægritudine validâ fuerit detentus: sciat se Canonibus subjacere.

V. Ut presbyteram, diaconam, nonnam, monachā, vel etiam spiritalem commatrem, nullus præsumat nefario conjugio copulare. Nam, qui hujusmodi opus perpetraverit; sciat se anathematis vinculo esse obligatum, & Dei judicio condemnatur, atq; a sacro corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi alienum, flatuente Apostolica censurâ. ut, quicunq; Sacerdotum eis communicare præsumserit, eorum consortio condemnatus, sacerdotii sui privetur honore. Si autem hi, qui conjuncti sunt, admoniti declinaverint, & ab alterutrùm fuerint divisi: pœnitentiæ submittantur, ut sacerdos loci providerit.

VI. Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propriâ cognatione, nullus præsumat conjugio sibi copulare. Quia scriptum est in lege Domini: * Turpitudinem uxoris patris, turpitudinem uxoris fratris, atq; sororis tuæ non revelabis: turpitudo enim tua est. Et, si Deus Hebraico populo ante incarnationem unigeniti Filii sui, hæc servare mandavit: quantò amplius nos, qui Christianæ religionis documēta tenemus, ab illicitis connubiis nos conservare debemus. ne, demersi in voragine ignis, & æterno concrememur incendio? Si quis verò in hoc nefario conjugio convenerit, & in eo permanserit: sciat, se, auctoritate Apostolicâ, anathematis vinculo esse innodatum; & nullus sacerdos illis tribuat cōmunionem: ut in superiore Capitulo continetur. Et, si inclinatus divisusq; fuerit ab illicitâ copula; pœnitentiæ submittatur, ut sacerdos loci consideraverit.

* Levit. 18. v. 7 & c.

VII. Ut virginem aut viduam, nisi desponsatam habuerit, nullus audeat furari in uxorem. Si quis temerario ausu præsumserit, virginem aut viduam furari in uxorem, præter quam desponsatam habuerit; anathema sit.

IIX. Ut nullus clericus aut monachus comam laxare præsumat. Si quis monachus aut clericus comam laxare præsumserit, anathema sit.

IX. Ut nullus Calend. Januarii & Brumas ritu Paganorū colere præsumat; aut mensam cū dapibus in domibus præparare, & per vicos & plateas cantationes & choros ducere: quod maxima iniquitas est. Si quis aūt id fecerit; anathema sit coram Domino.

X. Ut Christianus filiam suam in conjugio, Judæo nullo modo audeat copulare: ne secta illius coinquinata pereat in æternum. Si quis Christianus filiam suam Judæo in conjugio copulare præsumserit; nisi perfectè crediderit Christo, & baptizatus fuerit; vel servum aut ancillam eidem Judæo Christianus venundare præsumserit; & si vidua Christiana Judæum duxerit virum, vel consenserit ducenti: anathema sit.

XI. Ut ordinationes presbyterorum ab episcopis, non nisi certis temporibus, fiant; à multis conciliis hoc statutum est: & jam nunc confirmatum est a vestrâ prudentiâ, sanctissimi fratres; ut primi, quarti, & septimi, & decimi, mensium, horum Sacerdotum debeant fieri ordinationes. Aliqui enim ex nostris per incuriam, ignorantes Canonum seriem, illicitam fecerunt ordinationem: sed, dum nostris insonuisset auribus, Canonicam susceperunt disciplinam. Pro quo omnibus Apostolicâ autoritate interdicimus: ut, qui norunt Canonum seriem, observent; &, qui nesciunt, meditentur: ne, dum fuerint lapsi, canonicæ succumbant sententiæ. Sed & hoc interdicimus, ut nullus episcoporum audeat, juxta sanctorum Canonum statuta, quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad sacros ordines promovere; aut alterius civitatis clericos, sine dimissoria sui episcopi, suscipere vel ordinare. Neq; eum usurpet, nisi ejus episcopus precibus exoratus concedere voluerit: quia hoc & sancti Patres statuerunt. Si quis verò præsumserit, Canonicâ damnetur sententiâ.

XII. Diaconi seu clerici, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant, publicis actoribus interpellationem facere, nisi suo episcopo: &, si forsitan episcopus contra eum habuerit; ad vicinum episcopum confugium faciat, juxta Canonum statuta: &, si minime convenerit, ut decidatur inter eos intentio; ad Apostolicam veniat sedem. Si quis vero præter statuta agere præsumserit: gradûs sui honore privetur; aut ab Ecclesia pellatur, usq; dum causa susceperit finem.

XIII. Ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus, ad celebrandum Missarum solennia, audeat cum baculo intrare, aut velato capite ad altarium Domini assistere. quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in Ecclesiâ. Et, si temere præsumserit; communione privetur.

XIV. Ut episcopus aut presbyter, dum ingressus fuerit ad Missarum solennia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere; aut ab alio episcopo aut presbytero suppleantur Missarum solennia: sed, qui initium ponit, suppleat usque in finem. quia scriptum est: * Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Si quis verò præsumserit, præter quod positum, agere: à sacro corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi sit suspensus.* * Matt. 24. v. 13.

SYNODUS BRITANNICA
in Clovesho.

Cùm clerus Anglicanus, ob otium & cibum alienum, Sodomiticas exerceret libidines: Zacharias papa & Bonifacius, per literas, Chutbertum Magetetum compellunt; ut, anno Domini 744. Synodo in Clovesho habitâ, decreta ad institutionem melioris vitæ promulgeat. *Balæus* * *ex Lalando & aliis.* * Cent. 2. cap. 14.

SEPTIMA CONSTANTINOPOLITANA.

Constantinus Copronymus Cõstantinopoli synodum convocat, anno imperii sui 13. *juxta Paulum*; aut 14. *juxta Sigebertum*: Domini verò, 755.

Occasionem præbuit controversia de Imaginum & reliquiarum Sanctorum cultu & veneratione, deq; intercessione Sanctorum, & similibus superstitionibus; quas cognoverat a Romano Pontifice approbari & defendi.

Convenerunt episcopi trecenti & triginta octo: ut patet ex definitione ejus Synodi, quæ recitatur in Actione 6. Nicænę II. *Sigebertus in Chronico* tantùm trecentos & triginta habet. *In Paulo Diacono* * tantùm 38. numerantur: sed, scriptorum vitio, fortè treceenti sunt omissi. * lib. 22.

In illos præcipui fuerunt, Theodosius Ephesinus, Pastilas Pergamenus, Constantinus Patriarcha Constantinopolitanus, Gregorius Neocæsareensis, (qui & definitionem Synodi conscripsit) Basilius Pisidiæ. Romanus Pontifex invitatus, neq; Legatos eò misit, neq; literas provinciales: eò quòd jampridem ab obedientiâ Imperatorum Orientis deficere cœperat; & quòd intelligebat, cõtra suos deos, eorumq; cultum, deliberatum iri in eo Concilio.

In Palatio Hieriæ, IV. Idus Februarii, agi cœptum est; & duravit Synodus usq; ad VI. Idus Augusti.

Controversiâ autem de Imaginum cultu, ut par erat, discussâ, imagines damnãtur, & fieri prohibentur: & Germanus patriarcha, & Gregorius Cyprius, & Johannes Damascenus, nepos Mansur, imaginum patroni, anathematizantur: & Constantinus, Sylæi episcopus, patriarcha Constantinopolitanus designatur. Gregorius Neocæsareensis, Synodi sententiam libro complectitur; qui in foro, in præsentiâ Imperatoris & Patriarchæ universalis, & reliquorum episcoporum, coram populo recitatur & promulgatur. Is verò in hunc modum, in Actione 6. Nicæni Concilii II. assignatus legitur: licet videatur esse corruptus in 15 & 17. Canone, ubi intercessio à Sanctis peti & postulari jubetur. Constat enim ex historiâ Constantini Copronymi; eo tempore etiam Sanctorum intercessiones, pro ficulneo præsidio habitas, & damnatas esse.

Sancta magna & universalis Synodus, quæ juxta gratiã Dei, & per pium devotorum & orthodoxorum nostrorum Imperatorum, Constantini & Leonis, decretum, in hac divinorum studiosa & regiâ civitate congregata est, in basilicâ intemeratæ & sanctæ sempervirginis Deiparæ Mariæ, quæ cognominatur Blachernis, hæc subscripta determinavit.

Deitas, omnium causa, & perfectè cuncta conficiens, quæ omnia suâ bonitate, ab eo in quo non erant, ad esse produxit, hæc universa, ut ornatè & compositè ferrentur definivit: ut bonum, juxta gratiam illius, traditum habentia habitum, indeclinatam permansionem, & minime labilem ad ambigua nutum statumq; veritatis conservent.

Postea quam Lucifer, ob claritudinem, sedem suã apud Deum firmatã habere volens, & contra Creatorem suum in superbiam

A *mentis elatus, illinc cum desertorum exercitu, ex superillustri Dei principatu, per se esset delapsus; cunctorum malorum opifex, autor, inventor, & magister declaratus, defecit: hominem a Deo creatum, in loco, a quo ipse dejectus erat, videre non sustinens, omnem adversus eum improbitatem exhausit, & per fraudem illum a gloriâ & splendore Dei alienavit, & ut creaturam, relicto Creatore, adoraret, compulit.*

Unde opus manûs propriæ, Deus plasmator in perniciem abire conspicatus, ferre ipsum nõ potuit. Videns enim, quod neq; per B *Legis studium, neq; per Prophetarum sanctorum salutiferam admonitionem, genus humanum in pristinam nobilitatem redire posset: Filium suum proprium, in extremis & definitis temporibus, in terram misit: qui Patris placito, & Spiritus sancti vivificantis & æquipollentis cooperatione, in utero Virginis habitans, & ex sancta & intemerata illius carne, in sua propria substantia sive existentia, carnem accipiens nobis cõsubstantialem, eamq; hanc, mediante animâ rationali & intellectuali, compingens & configurãs; naturamq; ex ea supra omnem rationem & intellectum, volensq; crucem subiens, mortemq; eligens, & tertio die a mor-* C *tuis resurgens, omnem salutarem suam dispensationem implevit. Reduxit nos a corruptrice dæmonum doctrinâ, nempe ab idolorum cultu & errore; & in Spiritu & veritate adorationem nobis dedit. Et sic in cœlos assumtus, sanctos illius discipulos & Apostolos, doctores ejuscemodi salutaris fidei reliquit: qui nostrã sanctam Ecclesiam veluti sponsam suam, variis pietatis & lucidis dogmatibus exornantes, undeq; ornatam & venustam, veluti aureis tegmentis ornatam, indicarunt: cujus speciositatem inclyti nostri Patres & Doctores, item sex sacræ priores Synodi, assumentes, incontaminatam conservaverunt.*

D

Tomus secundus.

Rursus hujus decorem videre recusans prædictus ille improbitatis architectus, non dubitavit, per diversa tempora & modos varios, pravâ quadam persuasione, humanum genus sibi subjicere. Quo modo, sub prætextu Christianismi idololatriam latenter induxit; propriis suis sophismatibus eos, qui illum respicerent, eò adducens: ut non putarent sibi a creaturis abstinendum; verùm has adorandas & colendas; Deumq; ipsum factitium aliquid esse, Christi nomine appellatum.

E *Quamobrem sane, quemadmodum olim dux auterq; nostræ salutis Jesus, suos absolutè doctos discipulos Apostolosq;, infusâ illis Spiritûs sancti potestate, ad ejuscemodi rerum extirpationem misit: ita sane & nunc suos famulos, & qui cum Apostolis certant, fideles nostros Reges, suscitavit, peritos & sufficientes ad componendam, quæ inter nos est, contentionem, & ad disciplinam diabolicæ munitionis subvertendam, quæ erecta est adversus cognitionem Dei: idq; in redargutionem diabolici erroris & insidiarum. Qui excellenti & divino zelo commoti, fidelium Ecclesiam, dæmonum fraude deprædatam, videre non sustinentes; univer-* F *sum devotorum Episcoporum sacrum conventum convocaverũt: quò synodicè in unum convenientes, ex sacrâ Scripturâ disquisitionem, de erroneâ similitudinum picturâ, faciant, quæ ab excelsâ & Deo-decente latriâ, ad humilem, terrestrem, & materialem creaturarum latriam, hominum mentes detrahit: hæc (inquam) disquirant; & quid sibi hac de re videatur, exclament, cognoscentes id, quod à Propheta dictum est:* * Labia sacerdotum cognitionem custodient, & legem exquirent ex ore eorum. Nuntii enim Dei sunt omnipotentis. * Malach. 2. v. 7.

Et ideò congregata sacra hæc nostra Synodus, quam numero G *338. constituimus, juxta ritum legulationis synodicæ, voluntariè amplectimur & prædicamus decreta & scita; traditionesq;, quas illi firmiter approbaverunt, servare jusserunt.*

Et primùm quidem, juxta quod sancta Synodus magna universalis, quæ temporibus piæ recordationis Constantini Magni Imperatoris in Nicæâ congregata est; quæ impiissimum Arium sacerdotali abdicavit dignitate, propterea quòd increatum Filium Dei creaturam esse dixit; cùm sit consubstantialis Patri & Spiritui sancto, necnon ejusdem gloriæ & dignationis: quæ quoque a Deo-electum nobis pronuntiavit fidei symbolum.

H *Ita quoque deinceps centum-quinquaginta Patres, congregati in imperatoria civitate, temporibus magni Imperatoris Theodosii, Macedonium, Spiritûs sancti hostem, condemnarunt; utpote quem constabat in sanctum & increatum Spiritum blasphemias profudisse. Dicebat enim, illum Patri & Filio non esse consubstan-*

tialem: illa autem Synodus, salutaris nostræ symbolon fidei latius extendit, ter-sanctum Spiritum & omnipotentem esse prædicans.

Post has, ducentorum sanctorum Patrum in Epheso prior congregatio, Theodosii junioris imperio, judaizantem, & hominis adoratorem, Nestorium condemnavit: quia decernebat, ipsum Christum propriè ex Deo Verbum, & particulatim alium Christum ex muliere; & propriè quidem creatum Deum Verbum, & particulatim hominem. Hinc duas hypostases in uno Christo constituebat; unionemq́ue juxta hypostasin negabat: secundum quam non alius atq; alius adoratur; sed unus intelligitur Christus Jesus unigenitus, unâ adoratione in propriâ carne adoratus.

Congregata deinde est & in Chalcedone, magna & universalis Synodus, imperante Marciano Dei-amantissimo Imperatore. Hæc Dioscorum & infelicem Eutychen anathematizavit, docentes, in duabus naturis, post exactam juxta hypostasin Verbi Dei unionem, non esse eundem & unum Christum & Dominum cum carne, sed ex duabus naturis unitionem factam, unam autem mixtam & confusam perfectam fuisse.

Ultra has, Constantinopoli congregata, Justiniani Imperatoris imperio, qui nunc in Dei pace quiescit, Synodus est, quæ Origenem, (qui & Adamantius) Evagrium, & Didymum, cum gentilibus illorum commentariis anathemate devovit. Præterea Theodorum Mopsuestiæ episcopum, & Diodorum Nestorii præceptorem, Severum, Petrum, Zoaram, cum impiis eorum dogmatibus, damnavit; & epistolam Ibæ appellatam, quæ ad Marim Persam exstat: decreta autem & statuta quartæ Synodi universalis approbavit.

Deinde, temporibus Constantini Pii Imperatoris, in hac devotâ civitate, centum-septuaginta episcoporum Concilium coactum est: in quo Theodorus, quem Pharan vocant, & Cyrus Alexandriæ præsul, & Honorius Romanus episcopus, Sergius item & Paulus, Pyrrhus & Petrus, qui illic præsidebant, item Macarius Antiochenus, cum Stephano illius discipulo, anathemate percussus est, & extra catholicam Ecclesiam ejectus: quod unam voluntatem & operationem, in duabus unius Dei nostri Christi naturis, statuerent.

Sex igitur istæ sacræ & universales, & piæ & Deo-placentes Synodi, dogmata nostra inculpata fidei, ex sanctis Evangeliis initiata, tradiderunt: unam scilicet esse hypostasin in duabus naturis, & voluntatibus & operationibus unius Christi Domini Dei nostri; illiusq́ue, unum esse & miracula & passiones. Quæ & nos cum omni diligentia & discussione, consilio ter-sancti Spiritus, exquirentes & cognoscentes, contra ipsum illud salutis nostræ dogma, hoc est, contra Christi œconomiam, nefandam Pictorum artem blasphemantem, & sex sanctas Synodos subvertentem invenimus. Nestorium autem, dividentem in filiorum dualitatem unicum Filium, & Verbum Dei pro nobis incarnatum finguut: Nec minùs Arium, Dioscorum, Eutychen, Severum, qui confusionem & commixtionem duarum naturarum unius Christi statuunt.

Tomus tertius.

Quamobrem justum censemus, breviter, per præsentem hanc nostram definitionem, eorum, qui hæc faciunt & venerantur, errorem demonstrare. Igitur sanctorum Patrum, & universalium Synodorum puram & inviolatam, & a Deo traditam fidem nostram & confessionem, sic observantes, dicimus: non debere unquam divisionem aut confusionem, ultra verum sensum & voluntatem, inexprimibilem & incognoscibilem illam unionem duarum, secundum hypostasin unam expressa persona, naturarum, comminisci. Quænam est hæc insana opinio Pictorum, ut lucri turpis & miserè causâ, ea, quæ effici nequeant, studeant conficere: ut & ea, quæ ore & corde sunt tantummodo confessa, impiis manibus figurare intendant?

Arbitrati sunt etiam sic est, ipsam imaginem Christum vocando. Est autem Christus hoc nomine Deus & Homo: sequitur, ut & imago Dei sit & Hominis. Et consequens est, ut aut, juxta opinionem vanitatis suæ, deitatem, quæ circumscriptione creatæ carnis circumscribi non potest, circumscripserit; aut inconfusam illam unitionem, impietatis confusione, confuderit: & geminas blasphemias in deitatem, & per descriptionem, & confusionem, intulerit. Iisdem ergo blasphemiis earum adorator involvitur. Væ illud utrisque præmium; quod scilicet & cum Ario, Dioscoro, Eutyche, & Acephalorum hæresi, erraverint.

Damnati autem à cordatis viris, in eo, quòd incomprehensibilem & incircumscriptibilem divinam Christi naturam ipsi depingere studuerunt, ad aliam aliquam pravâ inventione apologiam confugiunt: quòd solius carnis, quam vidimus & palpavimus, & cum quâ versati sumus, illius inquam imaginem exhibeamus. Quod sanè impium est, & Nestorianæ diabolicæ inventio.

Considerandum est & hoc: Quòd-si, juxta orthodoxos Patres, simul Caro, simul Dei-Verbi caro, nunquam partitionis notitiam suscepisset; sed totaliter tota à naturâ divinâ assumta, & totaliter & perfectè deitate arrepta fuisset: quomodo in duas diducetur, & ab impiis illis, qui illud facere conantur, privatim separabitur? Consimiliter verò & de sacrâ ejus animâ se habet. Postquam enim assumsisset deitas Filii, in propriâ hypostasi, carnis naturam, inter deitatem & carnis crassitudinem, anima mediam se interposuit: &, quemadmodum simul Caro, simul Verbi-Dei caro; sic simul Anima, simul Verbi-Dei anima. Et ambabus simul conspectis, videlicet animâ & corpore, inseparabilis ab ipsis deitas exstitit, & in ipsâ etiam disjunctione animæ à corpore, in voluntariâ passione. Ubi enim anima Christi, illic etiam deitas: & ubi corpus Christi, & illic quoque deitas consistit.

Siquidem igitur in passione inseparabilis ab his mansit deitas: quomodo insanissimi, & quavis imprudentiâ irrationaliores, carnem deitate conjunctam & deificatam dividunt? & hanc, ut nudi hominis imaginem, pingere conantur? Et ex hoc in aliud impietatis barathrum labuntur. Nam carnem à deitate separantes, & per se subsistentem eam inducentes, aliamq́ue personam in carne constituentes, quam in imagine repræsentari dicunt; quartam personam Trinitati adjiciunt, & divinam assertionem prædicant impiam. Itaq; fiet illis, qui Christum depingere nituntur; ut aut dignitatem circumscriptibilem, & cum carne confusam, dicant: aut corpus Christi expers deitatis & divisum, præterea personam per se subsistentem in carne, asserant. & ità Nestorianæ Deo-repugnanti hæresi similes exsistunt. In talem igitur blasphemiam & impietatem cadentes, pudore suffundantur, aversentur se-ipsos, & talia facere desinant: nec hi solùm, qui faciunt; verumetiam qui falso nomine factam & dictam ab ipsis Christi imaginem venerantur. Absit à nobis ex æquo, & Nestorii divisio, & Arii, Dioscori, Eutychis & Severi, confusio, malè sibi ipsa repugnantia, & quæ utraq; ex æquo impietatem procurant.

Exsultent & lætentur, & libertate linguæ fruantur; quicunque, veram Christi imaginem sincerissimâ mente facientes, desiderant & venerãtur, & ad salutem animi corporisq́ue, adferunt: quam ipse Dominus noster Deus, summus sacerdos, ex nobis integre massam assumens, circa passionis tempus, in typum & recordationem efficacissimam, suis sacerdotibus & mystis tradidit. Nam, cùm se sponte morti objiceret, gloriosâ inquam illâ & vivificantî, sumens panem, benedixit, postquam gratias egisset, & fregit, tradensq́ue Discipulis, dixit: * Accipite, manducate in remissionem peccatorum; Hoc est meum corpus. *Similiter & calicem tradens, dixit:* Hic est meus sanguis, hoc facite in mei memoriam. (* Luc. 22. v. 19. 20.) Veluti, ne esset ulla alia species electa ab illo: aut quasi non posset ullo alio typo eorum, quæ sub cœlo sunt, incarnatio illius repræsentari. Ecce igitur vivificantis corporis illius imaginem, quæ honorificè & gloriosè exhibita est! Quid enim aliud in his egit Christus Deus? Non sanè aliud; quam ut ostenderet & exhiberet nobis hominibus apertè mysterium illud, in dispensatione secundum illum operatum. Quia, quemadmodum id, quod è nobis assumsit, materia sola est substantia humana, juxta omnia non perfectè expressa, quæ per se exsistit persona; ne adjectio in divinitate accidat: ita & imaginem totam electam, videlicet panis substantiam, mandavit apponi; ne scilicet, humanâ effigie figuratâ, idolatria induceretur. Quemadmodum igitur secundum naturam Christi corpus (utpote quod à Deo esset) sanctum est: sic & positione, videlicet imago ejus sancta; ut quæ, per quandam sanctificationem, ipsa Dei gratia manet. Hoc enim, ut diximus, Dominus Christus tractavit: ut, sicuti carnem, quam assumsit, propriâ secundum naturam sanctificatione, ex suâ unitione, deificavit: similiter etiam panem Eucharistiæ, veluti veram imaginẽ naturalis carnis, per sancti Spiritûs aggressionem, sanctificatam, divinum corpus esse voluit; illiq́ue sic placuit. Medius autẽ venit Sacerdos, qui ex communi sanctum id facit, sacrâ illâ suâ anaphora. Cæterum, juxta naturã animata

& in-

& intelligibilis caro Domini, per Spiritum sanctum divinitati juncta est. Eodem modo & à Deo-tradita imago carnis ejus, panis scilicet divinus, impletus est Spiritu sancto, cum poculo quoq; sanguinis lateris illius vivificantis. Hæc igitur vera incarnata dispensationis Christi Dei nostri imago, quemadmodum prædictum est; quam ipse nobis verus naturæ vividus creator, propriâ voce, tradidit.

Tomus quartus.

Imaginũ autem falsi-nominis parva appellatio, neq; ex Christi, neq; Apostolorum, neq; Patrum traditione, cœpit: neq; precationem sacram ullam, quâ sanctificari possit, habet; sed manet communis, & inhonorata, quemadmodum ab artifice Pictore absoluta est.

Quòd-si autem quidam, ex eo errore existentes, dixerint; rectè & piè à nobis dictum esse in subversione imaginis Christi à nobis factâ, propter indisseparatam & inconfusam essentiam duarum naturarum, in unâ hypostasi convenientium: tamen iterum dubitare oportet, propter imagines ter-insculptæ & superglorio sæ dominæ Deiparæ, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum: cùm sint meri undiq; homines; neq; ex duabus naturis, divinâ scilicet & humanâ, in unâ hypostasi, consistant: quemadmodum in solius Christi imaginibus fieri renuntiavimus. Dubitare autem oportet, propter imagines ter-insculptæ & supergloriosæ Deiparæ dominæ, Prophetarum, Apostolorum & Martyrum: cum fuerint nudi homines; & non ex duabus naturis constituti: quid-nam conveniens aut commodum ad has dicere potuerint, subverso priore argumento. Profectò nihil est, quod hic habent.

Sed quid dicimus de subversione? Quandoquidem catholica nostra Ecclesia, media existens inter Judaismum & Gentilitatem, neutram illis consuetam sacrificationem accepit: verùm novam pietatis, & mysticæ constitutionis à Deo datæ, formam & viam ingreditur. Nam cruenta Judæorum sacrificia & holocaustomata non admittit; & Gentilitatis in sacrificando omnem idololatriam, & statuarum copiam, aversatur. Hæc enim caput & inventrix abominabilis illius artis fuit. Nam, cum spem resurrectionis non haberet; dignum sibi ludicrum excogitavit: ut per eum lusum absentes, tanquam adhuc præsentes, exhiberet. Siquidem igitur nihil novi sapit hæc res: profectò, tanquam alienum dæmoniacorum hominum inventum, ab Ecclesiâ Christi longissimè abjiciatur.

Cessent itaq; ora omnium quæ loquuntur impia, & contumeliosa contra hanc nostram Deo-gratam sententiam & decretum. Sancti enim, qui Deo placuerunt, & qui ab eo dignitate sanctitatis honorati sunt, etiamsi hinc transmigraverint, non tamen eos odiosa mortua ars unquam faciet redivivos. Sed quicunque, ex Gentilium errore, illis statuas aut imagines erigere fuerit conatus; blasphemus judicabitur.

Quomodo autem & valde-laudatam Dei matrem, quam obumbravit plenitudo deitatis, per quam nobis eluxit lumen quod adiri nequit, matrem inquam ipsis cœlis altiorem, sanctiorem Cherubim, vulgaris Gentiliũ ars pingere audet? Rursus, quomodo eos, qui cum Christo regnaturi sunt, & in sedibus cum eo sedebunt, judicaturi orbem terrarum, cõformes ejus gloriæ, quibus non erat dignus Mundus, ut divina miracula asserunt: quomodo, inquam, eos non timent per artem Gentium exhibere? Profectò, non fas est Christianis, qui spem resurrectionis habent, dæmonum cultura consuetudinibus uti; & eos, qui in tanta & tali gloriâ resplendebunt, non decebat, ignominiosa & mortua materiâ, ignominiâ afficere. Nos autem ab alienis, nostræ fidei demonstrationes non recipimus; & in dæmonibus testimonia nõ requirimus.

Ad hæc, exquisitâ & exputatâ nostrâ sententiâ, tum ex Scripturâ divinitus afflatâ, tum ex Patrum electorum testimoniis efficacibus, convenientibus nobis, & asserentibus piam nostram intentionẽ, exhibebimus nostram definitionem: quibus non contradixerit is, qui conatur hæc in dubium vocare: qui verò ignorat, discat is, & erudiatur, quod scilicet à Deo sint. Principiò, verbum divinæ vocis, sic dicentis, præmittimus: [a] Deus est Spiritus: & quicunque Deum adoraverit, in Spiritu & veritate adoret. Et iterum: [b] Deum nemo vidit unquam. Et: [c] Beati sunt, qui non viderunt; & crediderunt. Et in veteri Testamento ait ad Mosen & populum: [d] Non facies tibi idolum, neq; omnẽ similitudinem, quæcunque sunt in cœlo suprà, & in terrâ infra. [e] Quum ob causam in monte, in medio ignis, vocem verborum vos audivistis: similitudinem autem non vidistis; sed tantummodò vocem. Et [f] Mutaverunt gloriam immortalis Dei, per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem effictam: & venerati sunt, & coluerunt ea, quæ condita sunt, supra eum qui condidit. Et rursum: [g] Si enim cognovimus Christum secundùm carnem; jam non cognoscimus. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Et hoc, quod ab Apostolo apertè dictum est: [h] Igitur fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei.

[a] Joh. 4. v. 24.
[b] Joh. 1. v. 18.
[c] Joh. 20 v. 29.
[d] Exod. 20. v. 4.
[e] Deut. 4. v. 12.
[f] Rom. 1. v. 23.
[g] 2 Cor. 5. v. 16. & 17
[h] Rom. 10 v. 17.

Tomus quintus.

Eadem etiam & Apostolorum discipuli & successores, divini patres nostri, tradunt. Epiphanius enim Cyprius, inter antesignanos præclarus, sic inquit: Attendite vobis, ut servetis traditiones, quas accepistis. Ne declineris, neque ad dextram, neque ad sinistram. Quibus infert hæc: Estote memores, dilecti filii, ne in Ecclesiam imagines inferatis; neque in Sanctorum cœmeteriis eas statuatis: sed perpetuò circumferte Deum in cordibus vestris. Quin etiam neque in domo communi tolerentur. Non enim fas est, Christianum per oculos suspensum teneri; sed per occupationem mentis. Idem in aliis quoque Sermonibus suis, de imaginum subversione, multa dixit: quæ studiosi quærentes facile invenient.

Similiter & Gregorius Theologus in versibus suis dicit: Flagitium est, fidem habere in coloribus; & non in corde. Ea enim, quæ in coloribus ea sistit, faciliter eluitur: quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica.

Johannes autem Chrysostomus sic docet: Nos per scripta Sanctorum fruimur præsentiâ: non tanè corporum ipsorum; sed animarum imagines, habentes. Nam, quæ ab ipsis dicta sunt, animarum illorum imagines sunt. Maxima verò ad recti investigationem, (inquit Magnus Basilius) meditatio Scripturarum, divino afflatu nobis datarum. In his enim, & rerum argumenta inveniuntur: & vitæ beatorum virorum perscriptæ, veluti imagines quædam animatæ, secundùm Deum, politicâ imitatione operum, exhibentur.

Et Alexandriæ lumen Athanasius, dixit: Quomodo non miseratione prosequẽdi sunt, qui creaturas adorant? quòd illi, qui vident, non-videntibus cultum exhibent: & audientes, non-audientes orant, precanturq;? Creatura enim à creaturâ nunquam servabitur.

Similiter Amphilochius, Iconii episcopus, sic inquit: Non enim nobis, Sanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare, curæ est; quoniam his opus non habemus: sed politiæ illorum virtutum memores esse debemus.

Consentanea his etiam Theodotus, Ancyræ episcopus, sic docet: Sanctorũ formas & species ex materialibus coloribus formari, minimè decorũ putamus: horum aũt virtutes, quæ per scripta traditæ sunt, veluti vivas quasdam imagines, reficere subindè oportet. Ex his enim, ad similiũ imitationẽ & zelum pervenire possumus. Dicant enim nobis, qui illas erigũt statuas; quæ nam utilitas ex illis ad se redit? an, quòd qualiscunq; recordatio eos habet, ex tali speciali contemplatione? Sed manifestum est, quòd vana sit ejuscemodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inventum.

Similiter & Eusebius Pamphili, ad Cõstantiam Augustam, petentem, Christi imaginem ad se ab illo mitti, talia dicit: Quoniam autem de Christi imagine ad me scripsisti, ut tibi mitterem: velim mihi significes, quám-nam putes Christi imaginem? Utrùm illam veram & incommutabilem, naturâ illius characteres ferentem: aut hanc, quam propter nos assumsit, servilem formam pro nobis induens? Sed sanè de divinâ formâ, non arbitror etiam ipse ego, te esse solicitam: cùm fueris ab illo edocta, neminẽ Patrem cognovisse, præter Filium; neq; ipsum Filium cõdignè quempiam cognovisse, nisi qui illum genuit Pater. Et post alia: Sed omninò servi requiris imaginem formæ, & carnem, quam propter nos induit. sed & hanc gloriâ deitatis suæ commixtam esse didicimus, & passam, mortuamque. Et post pauca: Quis igitur gloriæ ejuscemodi & dignitatis splendores lucentes & fulgurantes, effigiare mortuis & inanimatis coloribus, & umbratili picturâ, posset? cùm neq; divini illius discipuli in monte illum contemplari quiverint: qui cadentes in faciẽ suam, nõ posse se ejuscemodi spectaculum inspicere, cõfessi sunt. Igitur, si carnis illius figura,

tantam

tantam ab inhabitante in eâ divinitate accepit potentiam: quid oportet dicere tunc, cùm mortalitatem exiuit, & corruptionem abluens, formam servi in Domini & Dei gloriam transtulit? post mortis scilicet victoriam; post ascensum in cælos; post cum Patre regio in throno à dextris consessum; post requiem in ineffabilibus & innominandis finibus Patris: in quam ascendenti & desidenti cœlestes potestates illi benedictis vocibus acclamabant, dicentes: * *Principes tollite portas vestras; aperiamini portæ cœlestes: introibit rex gloriæ.*

* Psal. 24. 7.

Hæc igitur ex multis pauca Scripturæ Patrumq́; testimonia, in hac definitione nostrâ, parcentes sanè copiæ, ne in longum res protraheretur, collocavimus. reliquis enim, quæ infinita sunt, volentes supersedimus: ut, qui velint, ipsi requirant. Ex his igitur à Deo inspiratis Scripturis, & beatorum Patrum sententiis stabiliti, & super petrã cultûs divini in Spiritu pedes confirmantes, in nomine sanctæ & supersubstantialis vivificantis Trinitatis, unanimes, & ejusdem sententiæ nos, qui sacerdotii dignitate succincti sumus, simul existentes, unâ voce definimus: omnem imaginem, ex quacunq; materia improbâ, Pictorum arte factam, ab Ecclesiâ Christianorum rejiciendam, veluti alienam & abominabilem.

Tomus sextus.

Nemo hominum, qualiscunq; tandem fuerit, tale institutum, & impium, & impurũ, posthac sectetur. Qui verò ab hoc die imaginem ausus fuerit sibi parare, aut adorare, aut in Ecclesiâ, aut in privatâ domo constituere, aut clàm habere: si episcopus fuerit, aut diaconus, deponitor: si verò solitarius aut laicus, anathemate percellitor, Imperialibusq; constitutionibus subjicitor; ut qui divinis decretis repugnet, & dogmata non observet.

Determinamus & hoc: ne quis hominum ex iis, qui præsunt Ecclesiæ, aut sacratis ædibus, sub prætextu exterminationis aut elevationis, talis imaginum erroris, manum in ea, quæ sunt Deo sacrata, injiciat: quia possunt transferri in alios usus ejusmodi idola. Neq; etiam in sacras vestes, aut alia vela, aut quicquid consecratum est in sacrum Dei ministerium: ne quâ ratione in abusum convertantur.

Si quis autem à Deo potestatem nactus, hæc ipsa vasa aut vestes in meliores usus convertere voluerit: non ausit hoc sine sententiâ & voluntate sanctissimi & beatissimi universalis Patriarchæ, & Imperatorum nostrorum piorum jussu: ne Diabolus, sub eo prætextu, Ecclesias Dei humiliet. Neque aliquis Ducum, aut Magistratus, aut Laicorum cohortes sub illis constitutæ, in divinas ædes manum injiciant, easq́; veluti captivas profanent: quemadmodum à quibusdam indecenter antehac factum est.

His itaq; se probè habentibus, & Dei gratiâ confirmatis, justum esse decrevimus, hoc nostro catholico & Deo-grato scripto, definitiones breves veluti in summam edere: quandoquidem & nos videmur apostolicè docere. Quinetiam credimus nos Spiritum Christi habere: & quemadmodum, qui antea in illum crediderunt, & Synodos congregaverunt, decretaq́; & definitiones ediderunt; ita & nos quoq; id-ipsum credimus. Quamobrem post sacras aliquot præmissas Patrum definitiones, consequenter & convenienter nostra determinabimus.

I. Si quis, secundùm Apostolicas & Patrum traditiones, de Patre, Filio, & Spiritu sancto, non confessus fuerit unam & eandem deitatem, naturam & substantiam, voluntatem & actionem, virtutem & dominatum, regnum & potestatem, in tribus subsistentiis sive hypostasibus, nempe personis, glorificatam: anathema.

II. Si quis non confessus fuerit, ejusdem sanctæ Trinitatis unum, videlicet Filium & Verbum Dei & Patris, Dominum nostrum Jesum Christum, ante secula quidem ex Patre secundum deitatem, in extremis autem temporibus ipsum, propter salutem nostram, e cælis descendisse, & incarnatum ex Spiritu sancto & Mariâ virgine, & ex eâdem natum, supra omnem humani intellectûs comprehensionem: anathema.

III. Si quis non confitetur, Deum esse secundùm veritatem Emanuel; & ob id Virginem sacram Deiparam, quæ, secundum carnem, Carnem factum ex Deo Verbum genuit: anathema.

IV. Si quis, Verbum ex Deo Patre, carni secundùm hypostasin non unitum, & unum esse cum propriâ carne Christum, eundem videlicet Deum & Hominem, non confessus fuerit: anathema.

V. Si quis non confessus fuerit, Dei carnem vivificantem esse, & propriam ipsius ex Deo Patre Verbi; sed veluti alterius, præter ipsum, unitam secundùm dignitatem; videlicet quasi tantummodò in eâ divinam habitationem habuerit; minimè verò vivificantem, ut diximus, quod facta sit in proprietate Verbi, omnia vivificare potentis: anathema.

VI. Si quis non confessus fuerit, in uno Christo, vero Deo nostro, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales actiones, communicanter, indistinctim, incommutabiliter, impartibiliter, inconfusè, secundum Patrum sanctorum eruditionem: anathema.

VII. Si quis non confessus fuerit, Dominum nostrum Jesum Christum, post assumtionem animatæ rationalis & intellectualis carnis, simul sedere cum Deo & Patre; atq; ita quoq; rursum venturum cum paternâ majestate, judicaturum vivos & mortuos: non ampliùs quidem carnem; neq; incorporeum tamen, ut videatur ab iis, à quibus compunctus est, & maneat Deus extra crassitudinem carnis: anathema.

VIII. Si quis divinam Dei-Verbi, secundùm incarnationem, figuram, materialibus coloribus studuerit effigiare; & non ex toto corde oculis intellectualibus, ipsum, sedentem à dextris Patris, super Solis splendorem lucentem, in throno gloriæ adorare: anathema.

IX. Si quis incircumscriptibilem Verbi Dei essentiam, & hypostasin, propterea quòd incarnatus est, naturalibus coloribus in imaginibus, ad formam hominis, depinxerit; & qui non theologicè sensit, eam, post carnem, non minùs incircumscriptibilem remansisse: anathema.

X. Si quis indivisam Dei Verbi naturæ & Carnis secundùm hypostasin unitionem, videlicet ex utroq; unam inconfusam & impartibilem perfectionem factam, in imagine depingere conatur; vocatq́; eam Christum, (Christus enim, nomine uno, & Deũ & Hominem significat) & ex id re confusionem duarum naturarum monstrosè asserit: anathema.

XI. Si quis Carnem hypostasi Verbi Dei unitam diviserit; & in nudâ excogitatione mentis eam habens, ex eo conatus fuerit illam in imagine depingere: anathema.

XII. Si quis unicum Christum in duas hypostases diviserit, ab unâ parte Dei Filium, & ab alterâ parte Mariæ Filium collocans, neq; continuam unitionem factam confitens; & ob id in imagine, tanquam per se subsistentem, Mariæ filium depinxerit: anathema.

XIII. Si quis, ex unitione ad divinum Verbum, deificatam Carnem in imagine pinxerit, veluti dividens eam ex assumente & deificante deitate; & indeificatam ex hoc eam conficiens: anathema.

XIV. Si quis in formâ Dei existentem Deum-Verbum, servi formam in propriâ hypostasi assumentem, & per omnia nobis similem factum, sine peccato, conatus fuerit materialibus coloribus figurare, veluti si nudus homo fuisset; & hoc modo ab inseparabili & incommutabili deitate sejungere, veluti quaternitatem inducturus in sanctam & vivificantem Trinitatem: anathema.

XV. Si quis non confitetur sanctam semper-virginem Mariam propriè & verè Deiparam, quâ vis visibili & invisibili creatura superiorem; & cũ sincerâ fide ejus intercessiones, tanquam quæ libertatem apud eum, qui ex se genitus est, Deum habeat, non postulaverit: anathema.

XVI. Si quis Sanctorum omnium ideas, in imaginibus inanimatis, & mutis materialibus coloribus, depingere studeat; cum nullum omninò usum afferant picturæ: anathema. Vana enim est excogitatio, & diabolicæ insidiationis inventio. Nonne enim satius fuerit, illorum virtutes & verè ita facta, quæ nobis per scriptas historias tradita sunt, veluti vivas quasdam imagines, in se-ipso depingere, & ad eadem ista se-ipsum zelo ejusmodi excitare, quemadmodum sancti Patres nos docuerunt?

XVII. Si quis non confitetur, omnes, qui à seculo hucusq;, & ante legem, & in lege, & in gratiâ à Deo datâ, fuerunt, Sanctos venerandos esse coram Deo, & animâ & corpore; & horum intercessiones non petierit, utpote qui libertatem apud Deum habeant, pro Mundo, secundum ecclesiasticam traditionem, intervenire: anathema.

XVIII. Si quis non confitetur resurrectionem mortuorum, judicium, & pro merito cujusq;, secundum justam Dei libram retributionem, neque finem esse punitionis, neque regni cœlorum, quæ est in Deo voluptas & delectatio: (non enim est regnum

Dei

Dei esca & potus, sed, secundum divinum Apostolum, justitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto) anathema.

XIX Si quis hanc nostram sacram universalem septimam Synodum non receperit, sed eam quocunque modo calumniatus fuerit; & cum satisfactione omnia, quæ in eâ definita sunt doctrinâ à Deo afflatâ, non amplexus fuerit: anathema illi sit à Patre & Filio & Spiritu sancto, & à septem sanctis universalibus Synodis.

His à nobis cum omni diligentiâ & industriâ decretis, definimus; nullam aliam fidem præter hanc, asserendam, aut conscribendam, aut componendam aut docendam. Qui secùs facere ausint, docendo scilicet aliam fidem, aut asserendo, aut tradendo illis, qui ex quacunq; hæresi ad cognitionem veritatis redeunt; aut quicunq; novam aliquam vanitatem, aut verborum inventionem, ad destructionem eorum, quæ à nobis determinata sunt, adferunt: si episcopi fuerint aut clerici; ab episcopatu aut clericatu deponuntor: si verò monachi aut laici extiterint, anathemate devoventor.

Divinissimi Imperatores Constantinus & Leo dixerūt: *Dicat nunc sacra & universalis Synodus, num ea, quæ nunc lecta est, definitio, ab omnibus sanctissimis episcopis collaudetur.*

Sancta Synodus exclamavit: *Omnes sic credimus, omnes idem sapimus; omnes approbando volentes subscripsimus; omnes orthodoxè credimus; omnes intellectualiter intellectualem divinitatem colimus, adoramus. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrum. Hæc est fides Orthodoxorum, sic omnes latriam exhibentes adorant. Multi anni Imperatorum! Illuminatores pacis, Domine, custodi: piam vitam, Domine, da eis. Leoni & Constantino perpetua memoria. Vos estis pax orbis terrarum. Custodiat vos fides vestra. Christum honorate: ipse vos servabit. Orthodoxam fidem vos stabilivistis. Piam vitam, Domine, da eis. Absit invidia à regno ipsorum! Deus custodiat robur eorum! Dominus imperium illorum pacificabit. Vestra vita, vita Orthodoxorum. Rex cœlestis, Reges terrenos custodi. Per vos universalis Ecclesia pacificabitur. Vos estis faces orthodoxæ fidei. Faces orthodoxæ fidei, Domine, custodi. Perpetua memoria Costantino & Leoni. Constantino, novo piissimo Imperatori, multi anni! Orthodoxum ab ipsis majoribus, Domine, custodi. Vitam piam, Domine, da illis. Absit ab imperio illius invidia. Multi anni piissimæ Augustæ! Piam orthodoxam, Domine, custodi. Absit ab imperio vestro invidia! Vos inconfusam Christi dispensationem probè dijudicastis. Vos indivisum duarum Christi naturarum stabilimentum prædicastis: sacrarum sex Synodorum universalium dogmata confirmastis; omnem idololatriam obscurastis. Doctores ejusmodi erroris vos triumphastis. Vos eos, qui contraria statuunt, notastis. Germani, Georgii, & Manzuris, sententiam minùs-rectam vos dispulistis. Germano bilingui, & animo duplici adoratori lignorum, anathema! Georgio, consentienti illi, et falsatio paternorum dogmatū, anathema! Manzuri ignominioso, & Saracenico, anathema! Iconolatræ & falsigrapho Manzuri anathema! Doctori impietatis, & perverso interpreti divinæ Scripturæ Manzuri, anathema! Trinitas hos tres abstulit.*

Hanc Synodum pro septimâ universali habere, & sententiæ ejus omnes subscribere, jussit Imperator: ac episcopos & proceres & monachos, id facere recusantes, afflixit. *Zonaras.** Scripsit etiam ad Pontificem Romanum, ac mandavit ei, ut imagines aboleret. Sed hanc Synodum plures aliæ sequentes damnarunt: ut suo loco dicetur.

* Tom. 3.

SYNODUS IN GALLIA SEU Franciâ, sub Carolomanno.

De Synodo à Carolomanno convocatâ, in Galliâ, seu in Francorum provinciâ, (ut epistola Zachariæ habet ad Bonifacium) hæc in edicto ejus referuntur, *apud Aventinum.**

* Lib. 3.

In nomine Domini Dei nostri JESU Christi. Carolomannus, Dux & Princeps Francorum, anno à nato Christo, servatore & autore nostro, 742. XI. Calendas Maii, suasu & consilio Sacerdotum Dei Opt. Max. & amicorum meorum, pontifices regni mei, maximos, minores, cum presbyteris, nimirum Bonifacium archimysten, Burckardum, Regenofridum, Vitanum, Wilevaldum, Dadanum & Addanum, cum collegis eorum & sacrificulis, ritu Christiano convocavi: uti mihi consulant, quo pacto justitia & Christiana devotio instauretur; quæ negligentiâ & ignaviâ superiorum Principum labefactata, collapsa, terris de- A *pulsa, corruit: quâ denique industriâ populus Christi, à falsis & pravis sacerdotibus hactenus deceptus, & per anfractus confragosos & devios seductus ad veritatis semitam reducatur. Juxta igitur religiosorum Sacerdotum, & Procerum meorum consilium, rogavimus, jussimus, decrevimus, voluimus; hæcq; placita præscripsimus.*

Episcopi omnes, quos per civitates designavimus, Bonifacio archiflamini, nuntio Christi & legato D. Petri, dicto audientes sunto. Quotannis concilia celebrentur. In his fe pietatem Chri- B *stianam, candoremq; germanum, à malis sacerdotibus pollutum, expianto. Decimas bona ecclesiastica, occupata à profanis, restituimus. Falsi diaconi, presbyteri, sacrificuli, adulteri, scortatores, sacris opibus nequaquam alantur: quos omnes in ordinem redegimus atque exauguravimus, ad pœnasq; pro criminibus luendas compulimus. Nemo sacris initiatus, divinoq; ministerio mancipatus, arma omninò ferat, aut in bellum, aut in hostem pergat. Unus, aut ad summum duo episcopi delecti suffragio, cum suis sacerdotulis, Principem comitentur ad bella, sacrificandi comprecandiq; caussa. Cuique Tribuno unus duntaxat* C *à sacris, pœnitentiæ & confessionibus, esto. Initiati, canes, accipitres, & hujusmodi aves ad venandum, nequaquam alunto. Aris & templo destinatus, venatus si fuerit: diis devotus esto. Quivis sacerdos episcopo suo pareat: in Quadragesimâ rationem suscepti muneris reddat. Ignoti presbyteri, episcopi (nisi, in conventibus solennibus eruditio eorum & mores comprobati fuerint) repulsam ferant. Quisque Pontifex det operam; Præfectus (quem Franci Graphionem vocant) summo studio adnitatur: ne incantationes, auguria, sortilegia, & hujusmodi præstigia, impunè non abeant, quæ etiam auspicio Dei Opt. Max.* D *Divorumq; qui sunt: quos hujuscemodi contaminationibus magis ad iracundiam provocari, certum est. Sacerdos scortator, libidinumq; mancipium, in carcere pane & aquâ pastus, pœnas luat. Hoc quoque consensu mystarum & populi Christiani scivimus: ut, propter crebra bella, & ferocissimarum gentium, quibus undique cingimur, assiduas in nos incursationes, pars ecclesiasticæ pecuniæ, nempe duodeni denarii, quem Solidum vocamus, contribuantur mihi: quò militibus nostris præmia condigna laboribus solvantur. Adulteria, incesta matrimonia, severiùs cohibento.*

E Eadem, & paulò plura, sed aliis verbis, exstant *in 2. tomo Conciliorum.*

Fornicarios sacerdotes depositos, & schismaticos sacerdotes, Romanæ reformationi reluctantes, oppressos esse in hac Synodo; gratias agit Deo Zacharias, in epistolâ ad Bonifacium, *apud Naucierum.* Mutius.**

* Generat. 26
* Lib. 7

SYNODUS LIFTINENSIS, sub Carolomanno.

In synodali conventu, qui congregatus est ad Calendas F Martias, in loco, qui dicitur Liftinas, omnes venerabiles Sacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris synodi decreta consentientes firmaverunt; se implere velle & observare promiserunt: & omnis ecclesiastici ordinis clerus, episcopi & presbyteri, & diaconi cum clericis, suscipientes antiquorum Patrum canones, promiserunt, se velle ecclesiastica jura, moribus, & doctrinis, & ministerio, recuperare.

Abbates, & monachi, receperunt sancti patris Benedicti normam regularis vitæ.

G Fornicatores & adulteros Clericos, qui sancta loca vel monasteria antè tenentes coinquinaverunt, præcipimus indè tollere; ad pœnitentiam redigere: &, si, post hanc definitionem, in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint; prioris synodi judicium sustineant. similiter & Monachi & Nonnæ.

Statuimus quoq; cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminētia bella, & persecutiones cæterarum gentium, qui in circuitu nostro sunt: ut sub precario censu aliquam partem ecclesialis pecuniæ, ad adjuto- H riū exercitûs nostri, cum indulgētiâ Dei, aliquanto tempore retineamus; eâ cōditione, ut annis singulis, de unâquâq; casatâ, Solidus, id est, duodecim denarii, ad ecclesiam vel monasteriū reddatur: eo modo, ut, si moriatur ille, cui pecunia cōmodata fuit, ecclesia cum propriâ pecuniâ rever-

catur.

tatur. Et iterum, si necessitas cogat, ut Princeps jubeat precarium ren ovetur & rescribatur novum: & omninò observetur, ut ecclesiæ vel monasteria penuriam & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præstita sit. Sed, si paupertas cogat; ecclesiæ & domui Dei reddatur integra possessio.

Similiter præcipimus, ut, juxta decreta canonum, adulteria & incesta matrimonia, quæ non sunt legitima, prohibeantur, & emendentur, episcoporum judicio. Et ut mancipia Christiana Paganis non tradantur.

Decrevimus quoque, quod & pater meus antè præcipiebat: ut, qui paganas observationes in aliquâ re fecerit, mulctetur, & damnetur quindecim Solidis.

Pars de hoc edicto Carolomanni exstat *apud Nauclerũ.**

* *Generat. 25.*

SYNODUS ASCHAEmensis.

Circiter annum Domini 765. cùm Thassilonus, mortuo parente, Bojariam accepisset, Proceres Bojorum, episcopi, & monachorum præsules, Aschaemis, quæ est vicus superioris Bavariæ intra Oenum & Isaram, conveniunt; &, veteri consuetudine, novo Principi hujusmodi leges administrandi præscribunt.

Templa sacrosancta sunto.

Uti Pontifices res ecclesiasticas procurent.

Monachi rectè vivant.

Omnes decimas tribuant Sacerdotibus.

Princeps juri suo operam dato: pupillos, viduas, inopes, ab calumniâ potentum defendito: pauperum & inopum querimonias ipse audito, & cognoscito.

Magistratibus, Præsidibus, Præfectis, Prætoribus, ne cives, colonos, pauperes, servitute opprimant, demandato: neq; illorum avaritiæ inopes prædæ esse sinito. Nec enim æquum est, ut illi de visceribus Reipub. cùm antea pauperes & mendici fuerint, collocupletentur; & fortunis miserorum ditentur. Creditæ sunt illis provinciæ, ut tanquam parentes consulant pauperibus, non ut divites fiant & luxurientur.

Leges Bojorum ubiq; observato: ne qua fraus ipsis fiat, caveto.

Incesta conjugia, adulteria, cohibeto. Culpam supplicio recidito.

Primùm jus legesq; exerceantur: deinde eas clementiâ lenire tas esto, & temperare.

Quemádmodum Imperator cœlestis per Mosen Regi præcipit, omnibus cognitionibus, conviviis, sacerdotem legis Christianæ peritum adhibeto: quò omnis sententia, omnis sermo Principis, divino sale conditus sit.

Ne quid temerè Christianæ justitiæ adversum fiat, aut committatur; quo Deus Opt. Max. ad iracundiam provocetur. Neve Judices munera accipiant; ut noxii (ita mores sunt) insontibus præferantur. *Aventinus.**

* *Lib. 3. Annal.*

SYNODUS DINGULOFINENSIS.

Dingulofini, quod oppidum est in inferiore Bavariâ ad Isaram, paulò pòst conveniunt sex episcopi & pontifices, tredecim monasteriorum abbates. Atq; hi fuère episcopi: Mannus Neoburgensis, (ea provincia & diœcesis, postea divo Udalrico condonata, Augustam Rhetiç translata est) Alimus Sabonensis, D. Vergilius Salzburgensis, Bitericus Laureacensis archiflamen, pontifex Bathavensis, Synebertus Reginoburgensis, Aribo Frusinensis. Nomina antistitum, qui cœnobiis ac contuberniis præfuerunt, hæc sunt: Opportunus Menensis, Wolfprechtus Altaichii interioris pater, Albertus Tigurinus, Ato Schirarius, (qui jam ad Schlechdorf, & in templum ibi divo Dionysio dedicatum commigrârat, relicto saltu Schirario) Uto (qui & Ato) Ilmensis, Laudofridus Burensis, Albuinus Sandunensis, Ruthardus Wessobrunæ prætul, Ariovistus superioris Altaichii, Reginohertus Pfatumunasterii, Volcardus Austraviæ, Berchtoldus Cnimensis, Segido Weltenburgensis rector. Vice Reginoburgensium, Bathavensium, & monachorum Juvavensium, functi sunt eorum pontifices.

In isto Concilio, leges Bojorum veteres correctę emendatæq; sunt; sicut in Bibliothecis adhuc exstant. Consultum quoq; Patrum hujusmodi factum est.

Sacerdotes sanctitatem, quam habitu, calvitie, & nomine profitentur, moribus exhibeant, Euangelii, Patrumque scita, vitâ exprimant.

Omnis plebs populusq; Pontificibus pareat.

Monachorum quisq; in conclavi suo delitescat: juxta vocabuli sui rationem, suam solius curam agat.

Parochus contra Majorum placita nequaquam administret.

Fœminas sacratas nemo ducat. Nobilis tamdiu equestris ordinis censeatur: quamdiu beneficia & prædia Principis regniq; possideat; quamdiu fidem Principi suo servârit, & utilis Reipub. fuerit.

Festo die Solis, otio divino intentus, profanis negotiis abstineto. Qui hoc die vehiculariam, aut hujusmodi operam fecerit; jumenta ejus publica sunto. Si contumax perseverit, Deum ad iracundiam, polluendo festum, irritare; in servitutem redigatur. *Aventinus.**

* *lib. 3.*

SYNODUS IN GENTILIACO VILLA.

In villâ Gentiliaco, apud Parisios, celebratur Synodus, anno Domini 766. *juxta Sigebertum*; aut 767. *juxta Adonem & Reginonem*, * & *Annales Francorum. Urspergensis* locum vocat, Salmoniacum villam.

* *lib. 2.*

Occasionem fortè præbuit Constantinus Imperator: qui Legatos suos ad Pipinum misit, cum decretis suæ Synodi, contra Imaginum cultum.

Quot & qui episcopi convenerint, non indicatur: nisi quòd inter Græcos & Romanos, seu inter Orientalem & Occidentalem ecclesiam, istlûc disputatum esse, narrat *Sigebertus & Urspergensis*. Unde colligi potest, & Græcos & Latinos, fortè etiã Gallos & Germanos episcopos, adfuisse.

Contulerunt autem inter se, de Trinitate; & de processione Spiritûs sancti, utrùm à Filio itá procedat, sicut à Patre; & de Imaginibus Sanctorum, utrùm igne cremandæ, an in ecclesiis ferẽdæ essent. *Adon Viennensis*,* & *Annonius*.*

* *Anno 6.*
* *lib. 4. c. 67*

Quid constitutum tandem sit, non est satis manifestè indicatum. Græcos tamen Oratores jussos esse, Cæsarem suum admonere, ut cum aliis piis sentiat; *Aemulius** refert. Et *Johannes Tolosanus* dicit, post longam altercationem, circa Imaginum venerationem, constitutum esse; Christi & Sanctorum imagines esse colendas: sed alios non acquievisse.

* *lib. 2.*

SYNODUS ROMANA.

Anno Domini 768. *juxta Sigebertum*, (*Sabellicus* unum annum addit) Romæ celebratur Synodus; cui præsedit Stephanus III. Occasio autem ejus fuit, quòd Romanus clerus & populus Constantinum Papam, eò quòd visus fuisset vero magistratui, Imperatori Constantinopolitano, favere, & cultum Imaginum improbare, à pontificatu dejecerat; & Stephanum substituerat. Et restabat illud, ut acta ejus abolerentur, & cultus Imaginum confirmaretur; & seditiosæ defectionis & perfidiæ prætextus, & plures occasiones, quærerentur.

Convocati sunt autem à Stephano illi, qui ejus parti addictissimi erant; nimirum Thusciæ, Campaniæ, & Italiæ episcopi. Carolus etiam & Carolomannus, per legatos & literas admoniti, miserunt duodecim episcopos ad eam synodum, ex Galliis & Germaniâ.

Conventus habetur in Lateranensi basilicâ, in mense Aprili, Indict. 7. *Liber pontif. & Platina.*

Primùm autem tractatur de Constantino Papâ: ac is coràm interrogatur, cur, laicus existens, Apostolicam sedem invasisset. Respondet ille: Se à populo, à Paulo Papâ offenso, vi arreptum, & in Lateranense patriarchium ductum, & coactum esse suscipere pontificatum. ac procidens in terram, petiit à Synodo veniam. Patres eum erigunt; & deliberationes eâ de re instituunt.

Altero die iterum accusatur Cõstantinus, quòd novum & inauditum facinus perpetrârit. Verùm ille respondet, se nihil novi fecisse. & commemorat exempla Sergii Ravennatis, & Stephani Neapolitani, & aliorum; qui ex laicis ordinati sint episcopi. Hoc responso, Patres illi admodum irritantur, spiritu nimirum malo pleni; ac in eum irruunt, & alapis cædunt; & in ecclesiâ facto igne, eum

com-

comburunt: ut *Marianus Scotus* assignat. *Liber Pontificalis, & Platina*, & recentiores Historici, non meminerunt ejus combustionis: sed, libros actionum ejus, & acta Concilii, in quo judicatum fuerat, cum legitime ad pontificatum venisse, exustos esse, in medio presbyterii ejus ecclesiæ, acclamante Stephano & [illegible], tradunt.

Secundo loco, pœnitentiam indicunt omnibus, qui ab eo communionem acceperant: ac omnes testantur fletu & confessione, se eâ in re gravissimè peccâsse. Nota autem hypocrytas, camelum deglutientes; & muscam colantes.

Tertiò, in quæstionē deducunt, quid de iis sentiendum, qui à pseudopapâ, ut eū habent, ordinati, consecrati, & chrismate initiati, & baptizati essent? Ac re examinatâ, baptismum & chrisma ab eo datum non posse improbari, sed ordinationes & consecrationes ejus irritas pronuntiant: ideoq; edicunt, ut Laici, qui ab illo diaconi aut presbyteri sint ordinati, prorsus degradentur; Presbyteri verò & diaconi ab eo consecrati, ad priorem statum revertantur. &, si digni reperiantur, denuò consecrentur: sed tamen ità, ne liceat illis ad alium altiorem gradum ascendere. Episcopi autem ab eo consecrati, denuò examinentur; & digni inventi, eligantur & consecrentur. *Sigebertus in Chronico.*

Quartò, decreta alia constituunt, de electione Pontificis Romani: quæ exstant *in Distinctione 79.* Oportebat, ut hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, juxta quód à beato Petro & ejus successoribus institutum est, ritè ordinaretur; & in Apostolatûs culmen unus de Cardinalibus, presbyteris aut diaconibus, consecraretur.

Nullus unquam Laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus aut presbyter factus fuerit Cardinalis, ad sacrum pontificatûs ordinem promoveri.

Si quis ex episcopis, vel monachis, vel laicis, contra Canonum & sanctorum Patrum instituta, prorumpens, in gradum filiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est, presbyterorum, cardinalium & diaconorum, ire præsumserit; & hanc Apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum pontificalem honorem ascendere voluerit: ipsi & sibi faventibus fiat perpetuum anathema. *Et infra:* Si quis resistere præsumserit sacerdotibus atque primatibus Ecclesiæ, vel cuncto clero, ad eligendum sibi Romanum Pontificem, secundùm canonicam traditionem: anathema sit. *Antoninus.** (* *Tit. 14. cap. 1 § 5*)

Quintò, examinant acta Synodi Constantinopolitanæ, & sententiam ejus damnant, & contrariam asserunt: Magno honoris affectu ab omnibus Christianis sacras Imagines coli debere. Et Græcis edicunt; ut, nisi velint impii declarari, Sanctorum statuas templis restituant: usi hoc Achilleo argumento: Quòd, si liceat Imperatorum & aliorum hominum statuas in civitatibus ponere, ac Dei & sanctorum non liceat habere; conditionem Dei pejorem hominum fieri. *Platina in vitâ Stephani, Sabellicus,* * *Liber pont.* (* *Enn. 8. lib. 8.*)

¶ Hæc decreta Stephanus Pontifex, & reliqua assclarum ejus turba, nudis pedibus prodeambulans à Lateranēsi basilicâ, cum hymnis & canticis, in ædem S. Petri deportat: quæ ex ambone, à Leontio Scriniario, clarâ voce recitantur. Quibus finitis, tres episcopi, Gregorius de Candidâ sylvâ, Eutracius Albanus, Theodosius Tiburtinus, ex eodem suggestu, anathema promulgant, in omnes transgressores & violatores decretorum hujus Synodi. *Platina, Liber pontificalis, & Ranulphus in Polychronico.** (* *lib. 5. cap. 26.*)

ALIA ROMANA SYNODUS.

Stephanus III. (quem *Blondus* Gregorium III. vocat) cùm ab Aistulpho premeretur, Romanos in concilium adhibet: ac decernit per legatum Germanum; Constantino Copronymo esse indicandum: quòd, nisi afflictis Romæ & Italiæ rebus suâ præsentia, & cum Romani imperii viribus, subveniret; aliam viam, unde salus & defensio haberi posset, scilicet apud Francos, quærendam fore. *Blondus.** (* *Dec. 1. lib. 10.*)

SYNODI WORMACIENSES.

Anno Domini 768. in urbe Suessonum, Carolus in Synodo coronatur à Bonifacio, Moguntino episcopo. *Regino.** (* *lib. 2.*)

Anno Domini 770. iterum Wormaciæ Carolus synodum, seu potiùs conventum, habuit. Idem fecit anno Domini 772. *Regino.** Et anno 787. in consessu Sacerdotum & Optimatum, exponit causas, cur Romam abierit: & quomodo coram Pontifice Thassilonis versutia sit deprehensa. *Regino.* (* *ibid.*)

SYNODUS ROMANA À CAROLO
& Adriano celebrata.

Cùm Carolus, ab Adriano Pōtifice excitatus, in Italiam venisset, & Desiderium Ticini obsedisset, Romam adiit. Adrianus autem, ne videatur solus agere cum Carolo, convocat Synodum. Conveniunt Episcopi & Abbates circiter 153. *juxta Sigebertum*; & Judices, & Doctores legis, & universus Clerus Romanus, in patriarchio Laterani, in ecclesiâ Salvatoris: anno Domini [illegible].

Occasionem autem præbuerunt, inter alia, hæc. *Primum*, quòd Pontifex Carolo promiserat pro Longobardorum oppressione, & fictitii patrimonii Petri traditione, summam dignitatem, quam Imperatores solebant habere. *Deinde*, quòd Romani ipsi non poterant inter se-se Pontifices eligere, sinè tumultibus: ideò opus habebant autoritate alicujus potentioris domini; penes quem esset illa potestas, Pontificem & alios episcopos confirmandi. *Tertiò*, quòd ipse Carolus postulaverat, sibi jus suum indicari, & mercedem reddi, pro Longobardis expugnatis. *Raynulphus in Polychronico.** (* *lib 5. cap. 26.*)

Patres ergo inquirunt diligenter, de usu, legibus & moribus, ecclesiæ Romanæ & Imperii: & deliberant, quo pacto seditiones, quæ solebant oriri, ob sedem Apostolicam & dignitatem Patriciatûs, possent præcaveri. Ac tandem communi consensu hæc decernunt.

Primum, Populus Romanus, qui aliâs leges condere solebat, omne suum jus & potestatem in Carolum transfert. *ut Theodoricus Niemus refert.*

Deinde, Pontifex & Synodus dignitatem Patriciatûs seu Principatus ei confert.

Tertiò, tradunt ei jus & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem.

Quartò, archiepiscopos & episcopos, per singulas provincias, ab eo investituram accipere definiunt: ut, nisi à Rege laudetur & investiatur episcopus, à nemine consecretur.

Quintò, refragantes (cujuscunque sint ordinis homines) huic decreto, anathematizant; &, nisi resipiscant, exilio irrevocabili & supplicio capitali subjiciunt. *Dist. 63. cap. Adrianus & cap. In synodo. Sigebertus & Antoninus.** (* *Tit. 14. cap. 1 § 6*)

¶ Hujus Synodi sententiam Leo postea Othoni repetit, & confirmat: *Distinct. 63. cap. In synodo.* Et factum indè est, ut, defuncto præsule quopiam, Sacerdotes baculum cum annulo ad aulam Imperatorum Germanorum mitterent: quæ Princeps illi tradebat solenni ritu, quem volebat esse episcopum. Atque id sanè sinè controversiâ, usque ad imperium Heinrici IV. observatum esse, *Aventinus** affirmat. At *Mutius** narrat, hujus Synodi constitutiones peperisse multas contentiones, inter Pontifices & Imperatores: donec ea potestas vi Imperatoribus sit extorta. (* *lib. 4.* * *lib. 7*)

SYNODI DURIENSES.

Carolus in villâ Duriâ conventum celebravit, anno 775. & postea añ. 779 (*Regino**) qui fuit Caroli 11. In hac posteriori Synodo, Episcopi, Abbates, Viri illustres & Comites, præstò fuerunt, in mense Majo; & 24. decreta fecerunt: quorum quædam ad Ecclesiasticam, quædam ad Politicam gubernationem, pertinent. Nos ecclesiastica tantum adscribimus. (* *lib. 2.*)

1. *Ut Suffraganei episcopi secundum canones subjecti sint; & ea, quæ erga ministerium illorum emendenda cognoscant, libenti animo emendent, atq; corrigant.*

2. *Ubi præsentes episcopi ordinati non sunt, sinè tardidate ordinentur.*

3. *Ut, ubi regulares fuerunt, secundum regulam vivant. Necnon & monasteria puellarū ordinem sanctum custodiant: & unaquaq; Abbatissa, in suo monasterio, sine intermissione residat.*

4. *Ut episcopi de presbyteris & clericis, infra illorum parochia, potestatem habeant secundùm canones.*

5. Ut episcopi de incestuosis hominibus emendandi licentiam habeant: sed & de viduis, infra sua parochia, potestatem habeant corrigendi.

6. Ut nulli liceat alterius clericum recipere, aut ordinare in aliquo gradu.

7. Ut unusquisque suam decimam donet: atque per jussionem Pontificis dispensentur.

8. Item de decimis, ut dentur; & dare nolentes, secundùm quod anno præterito denuntiatum est, a ministris Reipub. exigantur: id est, eligantur quatuor, sive octo, optimi homines vel prout opus fuerit, de singulis plebibus, juxta qualitatem uniuscujusque plebis, ut ipsi inter sacerdotem & plebem testes existant, vel data vel non data fuerint. Hoc [illegible], ut ibi juramentum aliquod faciendi necessitas contingat. Non tamen id [illegible] tantos testes mittendos dicimus: ut ipsi semper omnes, in dandis decimis, præsentes esse pariter necesse sit, sed ut, dum pluribus [illegible] committitur, minus gravetur. In duobus autem si adfuerint, sufficere credimus. Negligentes autem amoveantur a presbyteris ecclesiarum usque ad tertiam vicem, ut ipsam decimam dent. quod si contempserint, ab introitu ecclesiæ prohibeantur: &, si hoc non emendaverint, a ministris Reipub. districti, singuli per caput sex Solidos Ecclesiæ componant. & insuper decimam dare cogantur. Nam, si iterum contemptores exstiterint, tunc per publicam autoritatem domus vel casa eorum wiffentur, quo-usque propria decimâ, sicut supra dictum est satisfaciant. Quod-si deinde rebelles vel contradictores esse voluerint, & super ipsam wifsam sua autoritate intrare præsumserint: tunc a ministris Reipub. in custodiâ mittantur; usque-dum ad judicium publicum producantur, & ibi secundum legem contra Comitem vel partem publicam componant. Reliqua autem, ut supra dictum est, de decimis, & 6. Solidis contra Ecclesiam, satisfaciant.

9. Ut homicidæ, aut cæteri rei, qui legibus mori debent, si ad Ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur. Constitutiones Caroli Magni.

SYNODUS GENUENSIS.

Carolus, Romà revertens, Genuæ synodum habet. Cætera desiderantur. *Regino* * * lib. 2.

SYNODUS ANGLICANA.

In generali quâdam Synodo, Cuthbertus, & alii sacerdotes, presbyteri & abbates, inter alia decreverunt: ut Natalitius Bonifacii, & eorum qui cum ipso interfecti sunt, anniversario die solenniter celebretur: ob [illegible] Deum patrocinium & intercessionem. *Epistola Cuthberti ad Lullum.*

Alia Synodus Anglicana.

Anno Domini 786. Caroli verò 18. quo Britones scribitur subegisse *apud Sigebertum* A[illegible] [illegible] Legatos suos in Angliam misit, Gregorium Ostiensem, & [illegible] phylactum, Tudertinæ ecclesiæ episcopum: ut eam insulam peragrarent & visitarent; atque ita jus Romani Pontificis, olim, per Augustinum illuc missum, acquisitum confirmarent, & ecclesias illas pontificio charactere deformarent. Instruxit autem eos literis ad Offam, Merciorum regem & ad Æliwoldum, Northanhumbrorum regem, & ad archiepiscopos Cantuariensem & Eboracensem. Quid autem [illegible] egerint & effecerint, in hunc [illegible] modum [illegible] exponunt.

Nos, faventibus sanctis orationibus vestris, hilari vultu vestris jussionibus obtemperantes porreximus: sed impetus maris nos [illegible] tenuit, vento contrario. Ille vero, qui [illegible] fluctus, exaudita vestrâ deprecatione, mitigavit [illegible] tempestatem, & transvexit nos ad portum salutis: ac licet multis periculis afflictos, tamen illæsos Anglorum appulit oris. Igitur suscepti primum ab archiepiscopo Iaenbercho sanctæ Doroverniensis ecclesiæ, quæ alio vocabulo Cantuarorum civitas, ubi sanctus Augustinus in corpore requiescit, ibi residentes admonuimus ea quæ necessaria erant. Inde peragrantes pervenimus ad aulam [illegible] Regis Merciorum. At ille cum ingenti gaudio, ob reverentiam [illegible] Petri [illegible] vestri Apostolatus [illegible] honore suscepit. [illegible] [illegible] Tunc [illegible] [illegible] in unum [illegible]. Offa Rex Merciorum. Chunwulphus Rex [illegible] [illegible]: cui etiam [illegible] adidimus [illegible] syngrammata sancta. Ac ille continuo promisit ut se de his [illegible] corrigere. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] in terra. [illegible] [illegible] quæ [illegible] illa longè latèque protenditur [illegible] Theophylactum, venerabilem episcopum Regem Merciorum & Britanniæ partes adire. Ego autem assumto mecum adjutore, quem filius vester, excellentissimus Rex Carolus, ob reverentiam vestri Apostolatûs, nobiscum misit, virum probatæ fidei, Wighodum abbatem presbyterum, perrexi in regionem Northanhumbrorum, ad Ælfwaldum regem, & archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Eboracæ civitatis, Eanbaldum. Sed, quia præfatus Rex longe in Borealibus commorabatur, misit jam dictus archiepiscopus missos suos ad Regem. qui continuò omni gaudio statuit diem concilii, ad quem convenerunt omnes Principes regionis, tam ecclesiastici, quam seculares. Sed audientibus nobis relatum est, quod & alia vitia non-minima ibi necessaria erant ad corrigendum. Quia, ut scitis, a tempore sancti Augustini pontificis, sacerdos Romanus nullus illuc missus est, nisi nos. Scripsimus namque capitulare de singulis rebus: & per ordinem cuncta disserentes auribus illorum pertulimus. qui cum omni humilitatis subjectione, et clarâ voluntate tam admonitionem vestram, quam parvitatem nostram, amplexantes, spoponderunt se in omnibus obedire. Tunc nos epistolas vestras eis tradidimus perlegendas contestantes, eos tam in se, quam in subditis, sacrata decreta custodire. Hæc namque sunt capitula, quæ illis pertulimus conservanda esse.

Primò omnium admonentes, ut sancta & inviolata fides Nicæni Concilii ab omnibus, qui sacris cultus mancipantur, fideliter firmiter teneatur, & omni anno, in synodalibus conventibus, ab episcopis singularum ecclesiarum presbyteri, qui populum erudire debent, de ipsâ fide diligentissime examinentur [illegible] ut Apostolicam fidem, & universalium sex Synodorum, per Spiritum sanctum probatam, sicut tradita est nobis a sanctâ Romanâ ecclesiâ, per omnia constitutam teneant, & prædicent, &, si opportunum venerit, pro eâ mori non pertimescant &, quæcunque sancta universalia Concilia susceperunt, suscipiant, & quos illa damnaverunt, eos & corde rejiciant, & condemnent.

Secundo capitulo docuimus: ut Baptismus secundum canonica statuta exerceatur, & non alio tempore, nisi pro magnâ necessitate: & ut omnes generaliter Symbolum & Orationem dominicam sciant. Et illi, qui parvulos de sacro fonte suscipiunt, & pro non-loquentibus respondent, abrenuntiationem Satanæ, & operum ac pomparum ejus, seu fidei credulitatem sciant, se fidejussores ipsorum esse ad Dominum, pro ipsâ sponsione ut, dum ad perfectionem ætatis pervenerint, doceant eos prædictam Orationem dominicam, & Symbolum. quia, nisi fecerint [illegible] ab eis exigetur, quod pro non-loquentibus Deo promittitur. Ideò generaliter omnes vulgo præcipimus, hoc memoriæ mandari.

Tertio sermone perstrinximus, omni anno, secundum canonicas institutiones, duo Concilia. ut, sicut boni agricolæ surculos, nascentes spinas, de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant & unusquisque episcopus parochiam suam omni anno semel, circumeat, diligenter conventicula per loca congrua constituendo, quò cuncti convenire possint ad audiendum verbum Dei; ne aliquis, per incuriam pastoris, per devia cujuslibet ignorantiæ errans rugientis leonis morsibus tradatur: & vigilanti cura gregem sibi commissum [illegible] radices, conjuges [illegible], incestuosos separet, augures, aruspices, incantatores [illegible], veneficos, sacrilegos, sortileges: & cuncta [illegible] [illegible]. Et, ne quis, turpis lucri gratiâ, [illegible] spe mercedis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quærat: quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] præstare studeat. ut Apostolus protestatur dicens: * Testificor coram Domino & Christo [illegible] qui judicaturus est vivos & mortuos, & per adventum ipsius & regnum ejus: prædica verbum, insta, opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrinâ. *Sicut Propheta dicit:* * Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: *scilicet ut ita præemineat merito; sicut & gradu. &, ne forte debeat a docendi timore restringi, audiat:* * Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere. *Hieremias quoque, dicit:* * Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos: ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. *Heu proh dolor, & nimis flenda tepiditas, quod multi æstimantes dicunt. quid vel amore rerum secularium implicemini, vel aliquo facinore [illegible] verbum veritatis aperire confundamini? Si Præsules ecclesiarum silent, propter timorem, aut amicitiam secularem, & peccantes non arguunt. ut pravi pastores, non-habentes curam de ovibus, & videntes lupum, fugiunt. cur magis non pertimescunt Principem*

* 2 Tim. 4. v. 1. 2.
* Esa. 40. v. 9.
* Ibid.
* cap. 1. v. 17.

pr-

principum Regem regum, Dominum dominantium? qui per Prophetam pastores increpat: [a] Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum; ut staretis in prælio in die Domini. *Denique, sicut pervigil pastor contra bestiam oves custodire solet: ita Dei sacerdos super gregem Christi sollicitus esse debet: ne inimicus vastet; ne persecutor infestet; ne potentiorum cupiditas vitam pauperum inquietet. dicente Propheta:* [b] Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tuâ requiram. Si autem annuntiaveris, & non egerit pœnitentiam: tuam animam liberasti, ipse in peccato suo morietur. *Pastor namque bonus, animam suam dat pro ovibus suis. Hæc namque, recolentes, patres mei & fratres, operā date, ne de vobis dicatur;* [c] Væ pastoribus Israël, qui pascunt semet-ipsos, &c. *Sed audire mereamini:* [d] Euge bone serve & fidelis; intra in gaudium Domini.

Quartus sermo: *ut episcopi diligenti curâ provideant, quo omnes Canonici sui canonicè vivant; & monachi seu monachæ regulariter conversentur, tam in cibis, quam in vestibus: ut discretio sit inter Canonicum, & Monachum vel secularem: & illo habitu vivant quo Orientales monachi degunt & Canonici, exemplo Orientalium, & non tinctis Indiæ coloribus, aut veste pretiosa: sed Episcopi, Abbates & Abbatissæ, subjectis sibi in omnibus exemplum bonum præbeant: ut Petrus ait:* [e] Estote forma facti gregis, secundùm Dominum, &c. *Quâ de re suademus, ut synodalia edicta universalium sex Conciliorum, cum decretis Pontificum Romanorum, sæpius lectitentur, observentur, & juxta eorum exemplar ecclesiæ status corrigatur: ut ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur; ne sit schisma in Ecclesiâ Dei.*

Quintum caput admonet: *ut, si (quod sæpe evenire solet) Abbas aut Abbatissa de hoc sæculo migraverint; in eo cum consilio episcopi, cujus in parochiâ ipsum monasterium situm est, probatæ vitæ, & religiosi secundum Dominum, ex ipsis eligantur pastores, qui sollicitè animarum sibi commissarum curam gerant. Si autem in cœnobio illo talis vir minimè reperitur; ex alio in cœnobio talis mittatur, qui eos secundum Dominum gubernare queat: ut votum, quod Deo voverunt, in omni humilitate & obedientiâ die noctuque implere satagant; parati semper, præcinctis lumbis, ardentibusque lucernis, patremfamilias exspectantes: ut, dum vigilantes invenerit, faciat eos æterni convivii esse participes.*

Sextum decretum: *ut nullus episcoporum presbyterum aut diaconum ordinare præsumat; nisi probatæ vitæ fuerint, & officium suum ritè implere possint: & in illo titulo perseverent, ad quem consecrati sunt: ita ut nullus de alterius titulo presbyterum aut diaconum suscipere præsumat, absque causâ rationabili, & literis commendatitiis.*

Septimo capitulo: *ut omnes ecclesiæ publicè, canonicis horis, cursum suum cum reverentia habeant.*

Octavo statuto: *ut privilegia antiqua, a sanctâ Romanâ sede delata Ecclesiis, omnimodis conserventur. Si qua autem propter assensum pravorum hominum, contra canonica instituta conscripta sunt, avellantur.*

Nono capite: *ut nullus ex Ecclesiasticis cibum in secreto sumere audeat, nisi præ nimiâ infirmitate: quia hypocrysis & Saracenorum est. Ideo hortamur, ut non simus forinsecùs sepulcra dealbata; intùs autem pleni cadaveribus mortuorum: maximè cùm Salvator dicat:* [f] Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus; ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. *Unde intueri libet, si bona opera in absconditu fieri jubentur; ut, pro cujus nomine hoc facimus, ab ipso remuneremur: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus jejunantes aut abstinentes simulemus: in secretis verò nostris bovem aut equum glutiamus?*

Decimo capitulo, *ut ne quilibet ex ministris altaris, nudis cruribus, ad Missam celebrandam accedere audeat; ne turpitudo sua appareat & offendatur Deus: scientes, quod, si hoc in lege prohibitum est; nunc in sacramento Christi diligentius observari debet. Oblationes quoque fidelium tales fiant, ut panis sit, non crusta. Vetuimus etiam, ne de cornu bovis calix aut patena fieret, ad sacrificandum Deo: quia sanguinea sunt. Vidimus etiam ibi episcopos in conciliis suis secularia judicare; prohibuimusque eos voce Apostolicâ:* [g] Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus, ut ei militet, cui se probavit. *Observavimus etiam, ut assiduè preces fierent pro Ecclesiâ Dei: ut Deus & Dominus noster Jesus Christus exaltet, corroboret, protegat & defendat, conservet immaculatam, ad laudem & gloriam nominis sui, in omnia secula seculorum. Amen.*

Undecimus sermo fuit *ad Reges & Principes: ut regimen suum cum magnâ cautelâ & disciplinâ peragant & cum justitia judicent, ut scriptum est:* [h] Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis, &c. *Denique, sicut superiùs Episcopis intimavimus, autoritate divina fiducialiter ac veraciter absque ullo timore vel adulatione, loqui verbum Dei Regibus, Principibus, omnibusque dignitatibus, nunquam veritatem subterfugere, nulli parcere, neminem injustè damnare, neminem sine causa excommunicare, omnibus viam salutis, tam verbis, quam exemplis, demonstrare: ita quoque Reges & Principes admonuimus, ut obediant ex corde, cum magna humilitate, suis episcopis: quia illis claves cœli datæ sunt, & habent potestatem ligandi atque solvendi, ut scriptum est:* [i] Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: presbyteros tuos; & dicent tibi. *Et alibi Apostolus:* [k] Obedite præpositis vestris, tanquam Domino; ipsi enim vigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris rationem reddituri. *Dominus ipse dicebat:* [l] Qui vos audit, me audit: qui autem vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, non spernit vos; sed eum, qui misit vos. *Item per Prophetam:* [m] Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus: quia angelus Domini exercituum est. *Itaque, si angeli sacerdotes appellantur, a secularibus judicari non possunt, ut Apostolus ait:* [n] Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die: qui autem judicat me, Dominus est. *Item per Psalmistam [illegible]* eis Reges, ita dicens: [o] Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. *Item Apostolus:* [p] Nescitis, quoniam angelos judicabimus? quantò magis secularia? *Quia, sicut Reges omnibus dignitatibus præsunt, ita & episcopi, in his quæ ad Deum attinent. Ideo unusquisque [illegible], ut ecclesiam Dei, quæ est sponsa Christi, omnes honorent in [illegible]: nec injustum servitutis jugum ei imponant; nec superbiant in seculari potentiâ, nec alios vi opprimant, ut scriptum est:* [q] Et honor Regis judicium diligit. *Perpendat unusquisque, qualiter a suis subjectis sponsam suā honorari velit: & in hoc terreno exemplo consideret, quantum cœlestis Regis sponsam oporteat venerari. Ne (quod absit) de eis dicatur:* [r] Ipsi regnaverunt, & non ex me: Principes exstiterunt; & non cognovi. *Sed audire mereantur:* [s] Inveni virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. ideo posui adjutorium super potentem, & odientes eum in fugam convertam; ut longævitatem felicitatemque regni sibi tutisque temporibus tribuat, & æternam futuri regni gloriam concedat. *Habeantque Reges consiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honestos: ut populus, bonis exemplis Regum & Principum eruditus & confortatus, proficiat in laudem & gloriam omnipotentis Dei.*

Duodecimo sermone sanximus: *ut in ordinatione Regum, nullus permittat pravorum prævalere assensum: sed legitimè Reges a sacerdotibus & senioribus populi eligantur; & non de adulterio vel incestu procreati. Quia sicut nostris temporibus ad sacerdotium, secundum Canones, adulter pervenire non potest: sic nec Christus Domini esse valet & Rex totius regni, & heres patriæ, qui ex legitimo non fuerit connubio generatus, dicente Propheta:* [t] Scitote, quia Dominus dominator est in regno hominum; & ipsius est regnum; & cuicumque voluerit, dabit illud. *Ideò omnes generaliter admonuimus, ut consona voce & corde Dominum rogent, ut, qui elegit eum in regnum ipse tribuat regimen disciplinæ sanctæ suæ ad regendam plebem suam. Honor quoque ei ab omnibus impendatur, dicente Apostolo:* [u] Regem honorificate. *& alibi:* [x] Sive Regi, quasi præcellenti; sive Ducibus, tanquam ab eo missis: ad vindictam malefactorum; laudem verò bonorum. *Item Apostolus:* [y] Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit; quia non est potestas data, nisi à Deo. Quæ autem a Deo sunt, ordinata sunt. Igitur qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. *[illegible] Regi detrahat; dicente Salomone:* [z] In ore tuo ne detrahas Regi; & in corde tuo ne maledixeris Principi: quia aves cœli portant illud; & qui habet pennas, annuntiabit [illegible]. *In necem Regis nemo communicare audeat: quia [illegible]*

Domini est. Et, si quis tali sceleri adhæserit: si episcopus est, aut ullus ex sacerdotali gradu: ex ipso detrudatur, & a sanctâ hæreditate dejiciatur; sicut Judas ab Apostolico gradu ejectus est. Et omnis, quisquis tali sacrilegio assenserit, æterno anathematis vinculo interibit, & Judæ traditori sociatus, sempiterni cremabitur incendiis. ut scriptum est: [a Rom. 1. v. 32.] [a] Non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, judicium Dei non effugiunt. Duo namque eunuchi, Assuerum Regem interficere cupientes, in patibulum suspensi sunt. Animadvertite, quid fecerit David Prafecto: cùm ei Dominus dixerit; [b 1 Sam. 24 v. 5 & 7.] [b] Ego tradam Saul in manus tuas: dum invenit dormientem; & hortaretur a milite, ut occideret eum, dixit: Absit à me hoc peccatum, ut extendam manum meam in Christum Domini. Illum autem militem qui post mortem ejus venit ad eum protestans, quòd ipse occiderit Saul, capite truncavit: & reputatum est illi ad justitiam, & semini ejus post eum. Exemplum namque apud vos sæpe probatum est. quod, quicunque, internecionis dominorum causa fuêre, in spatio vitam finierunt; & utraque jure caruerunt.

Decima-tertia admonitio fuit. ut potentes & divites justa judicia statuant; nec personam divitis accipiant; nec pauperes contemnant, neque a rectitudine judiciorum deveniant; nec munera super innocentes accipiant: sed in veritate & justitiâ. dicente Prophetâ: [c Psal. 58 v. 2.] [c] Justè judicate, filii hominum. Item alibi: [d] [d Levit. 19. v. 15. 16.] Non facies, quod iniquum est; nec injustè judicabis: non stabis contra sanguinem Proximi tui. Item ait Esajas: [e] [e cap. 1. v. 17. 18.] Quærite judicium; subvenite oppresso; judicate pupillo; defendite viduam: & venite, & arguite me; dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra, ut coccinum; quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, ut lana alba erunt. Item alibi: [f cap. 58. v. 6. 8.] [f] Solve omnem nodum iniquitatis; solve fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui contracti sunt, liberos; & omne onus dirumpe. Tunc erumpet, quasi manè, lumen tuum; & sanitas tua citiùs orietur. dicente Domino in Evangelio: [g Matt. 7. v. 2.] [g] In quo enim judicio judicaveritis; judicabimini: mensurâ, quâ mensi fueritis, metietur vobis. Nec vralicui capere, quod suum est, ut dictum est: [h Exod. 20. v. 17.] [h] Non concupisces rem Proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus; non villam; non bovem; non ovem; non agrum, nec omnia, quæ illius sunt. Propheta namque comminatur, dicens: [i Esai. 5 v. 8. 9.] Væ, qui conjungitis domum ad domum, & agrum ad agrum copulatis, usque ad terminum loci: numquid soli vos habitabitis in medio terræ? in auribus meis sunt hæc; dicit Dominus exercituum. Rursum clamat Propheta dicens: [k Psal. 82. v. 4.] Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Mementote, quid mereantur, qui scandalizaverit unum de pusillis: qui autem susceperit unum de his, Christum suscipit. a quo in judicio mereamini audire: [l Matt. 25. v. 34.] [l] Venite benedicti, possidete paratum vobis regnum ab origine Mundi.

Decimum-quartum caput. Fraus, violentia, & rapina vetatur: & ne injusta, vel majora tributa, Ecclesiis Dei imponantur; quam lex Romana, & antiqua consuetudo priorum Imperatorum, Regum & Principum, habeat. omnis, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & beato Petro, principi Apostolorum, communicare cupit, ab hoc vitio violentiæ immunem se servare studeat. Sit concordia ubique & unanimitas inter Reges & Episcopos Ecclesiasticos & Laicos, omnemque Populum Christianum: ut sit unitas ubique ecclesiarum Dei, & pax in una Ecclesiâ. in una fide, spe, & charitate, permanens, unum caput habens, quod est Christus: cujus membra se invicem adjuvare, mutuâque charitate diligere debeant. sicut ipse dixit: [m Joh. 13. v. 35.] [m] In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis; si dilectionem habueritis ad invicem.

Decimum-quintum caput. Interdicuntur omnibus injusta connubia. & incestuosa, tam cum ancillis Dei, vel aliis illicitis personis; quam cum propinquis & consanguineis, vel alienigenis uxoribus: & omnino anathematis mucrone perfoditur, qui talia agit; nisi correctus resipiscat a tam nefandâ præsumtione, & suo episcopo obtemperans, se ipsum ad æquitatis normam corrigat & revocet.

Decimum-sextum caput. Decreto abdicitur filiis meretricum legitima hæreditas. Adulterinos namque filios, ac sanctimonialium, autoritate apostolicâ spurios & adulteros judicamus. Virginem namque, quæ se Deo voverit, & ad instar sanctæ Mariæ vestem induerit, sponsam Christi vocitare non dubitamus. Ideò manifestum est, sive in cælestibus rebus, sive terrestribus: quia, qui potentiorem se sponsam tulerit, & suo sibi eam matrimonio copulaverit, nunquam impunitus evadat. unde & Apostolus ait: [n 1 Cor. 3. v. 17.] [n] Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Dominus. Templum enim Dei sanctum est; &c. Item Apostolus: [o Ephes. 5. v. 5.] [o] Hoc namque scitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut adulter, aut avarus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Perpendite namque, si ab Apostolo hæreditas seculi secluditur; dicente Scriptura: [p Gal. 4. v. 30.] [p] Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Sed dicet aliquis adulterorum: Meretrix mea non est serva, sed libera. Huic autoritate apostolicâ respondemus. [q Rom. 6. v. 16.] Nescitis, quia, cui vos servos exhibuistis ad obediendum, servi estis ejus, cui obedistis? sive peccati ad mortem; sive justitiæ ad sanctificationem. Idcircò imperavimus apostolicum verbum; ut, propter fornicationem fugiendam, unusquisque Laicus suam uxorem legitimam habeat, & unaquæque suum virum habeat: ut, secundum Dominum, inde hæredes legitimos habeat, fiantque hæredes Dei; cohæredes autem Christi. Cæterùm, sicut in Canone, vel in Evangelicâ doctrinâ, & decretis Apostolicorum dogmatum, de legitimis matrimoniis, vel statuto tempore nubendi, vel abstinendi, scriptum est: his decretis nihil addere præsumimus, aut demere. Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus; neque Ecclesia Dei. [r 1 Cor. 11. v. 16.]

Decimum-septimum caput. De decimis dandis; sicut in lege scriptum est: [s Deut. 26 v. 2.] [s] Decimam partem ex omnibus frugibus tuis, seu primitiis, deferas in domum Domini Dei tui. Rursum per Prophetam: [t Mal. 3. v. 10. 11.] [t] Adferte, inquit, omnem decimam in horreum meum; ut sit cibus in domo meâ: & probate me super hoc, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero benedictionem, usque ad abundantiam: & increpabo pro vobis devorantem, qui comedit & corrumpit fructum terræ vestræ: & non erit ultra vinea sterilis in agro; dicit Dominus. Sicut Sapiens ait: Nemo ullam eleemosynam de his, quæ possidet, facere valet; nisi priùs separaverit Domino, quod à primordio ipse sibi reddere delegavit. Ac per hoc plerumque contingit; ut, qui decimam non tribuit, ad decimam revertatur. unde etiam cum obtestatione præcipimus: ut omnes studeant, de omnibus quæ possident, decimas dare; quia speciale Domini Dei est: & de novem partibus sibi vivat, & eleemosynas tribuat. Et magis eas in absconditu facere suasimus; quia scriptum est: [u Matt. 6. v. 2.] [u] Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Usuras quoque prohibuimus, dicente Domino ad David: [x Psal. 15. v.] [x] Dignum fore habitatorem tabernaculi tui, qui pecuniam suam non dederit ad usuram. Augustinus quoque ait: Quia habet injustum lucrum, habet justo damno. Ubi lucrum, ibi damnum: lucrum in arcâ; damnum in conscientiâ. Statuimus etiam, ut mensuras æquas, & pondera æqualia, statuant omnibus; dicente Salomone: [y Prov. 20 v. 10.] [y] Pondus & pondus, mensuram & mensuram odit Deus. id est, ne aliquis vendat pondere vel mensurâ: aliâ emat: quia ubique Deus justitiam diligit; & æquitatem videt vultus ejus.

Decimum-octavum caput. De voto Christianorum, ut impleant illud. Antiqui namque Patriarchæ & Prophetæ, per hoc placuerunt Domino. Abel namque justus, votum fidelis animo obtulit de adipibus suis, & grata magis erant Domino, quàm illius parricidæ. Hic ergo divino igne Deus assumsit holocausta accepta, non bono autem animo oblata contemsit: & idcirco cum maledictione damnatus, iram meruit. Junior autem fidei martyrio coronatus est. Recordamini Enoch, qui votum vovit, & reddidit: & vivens in corpore translatus est. Noe quoque justus votum vovit, & reddidit: & solus omnium hominum, cum septem sibi conjunctis, de diluvio Mundi liberatus est. Quid loquar de Abraham, qui certa vota vovit, & reddidit, & decimas sacerdoti Melchisedech dedit? De hostibus namque triumphavit. Ideò meruit Dominum in Trinitate, non solùm adorare; verùm etiam in hospitium suscipere, & promissionis filium de nonagenariâ habere. & quem promissionis filium suscipere meruit, (maximè dicente Domino, [z Gen. 21. v. 12.] [z] In Isaac vocabitur tibi semen: &, [* Gen. 22. v. 18.] [*] In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ) ipsum promissionis filium mactare non cunctatus. quem procul dubiò tamen victurum non diffidebat. Ideo fides cooperabatur operibus illius: & reputatum est illi ad justitiam, & amicus Dei appellatus est. Jacob quoque votum vovit, & reddidit. Recordamini Manoe de

filio suo: & memoria illius in sempiternum erit. David Propheta, implens votum, nobis præcipit, dicens: [a] Vovete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus sunt: afferte munera terribili, & ei qui aufert spiritum Principum, terribili apud omnes Reges terræ. *Salomon quoque ait:* [b] Cùm feceris votum; festina reddere illud: ne fortè Dominus irascatur tibi. *Item Scriptura:* [c] Melius est, non-vovere; quàm post votum non reddere. *Unde obsecramus, ut unusquisque ad mentem suam revocet, quicquid in prosperitate & angustiâ Deo vovit; ne tardet reddere illud, ne fortè, iterum in angustiis implicati, audire mereamini:* Quod dudum pollicitus es mihi, mentitus es. At secundùm duritiem tuam, & cor impœnitens, thesaurizasti tibi iram, in die iræ, & revelationis justi judicii Dei.[d] Ideo in interitu vestro ridebo, & subsannabo; cùm vobis, quod timebatis, advenerit.[e] *Nihil namque damus, aut promittimus, nisi quod priùs nobis dedit. Unde Propheta compunctus ait:* [f] Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? *Si quis autem voverit; & reddere distulerit: veremur, ne unquam illæsus evadat, ut dictum est:* [g] Horrendum est, incidere in manus Dei viventis, &c.

[a] Psal. 76. v. 12. 13. [b] Eccles. 5. v. 3. [c] ibid. v. 4. [d] Rom. 2. v. 5. [e] Prov. 5. v. 16. [f] Ps. 116. v. 12. [g] Hebr. 10 v. 31.

Decimum-nonum caput. *Annexuimus, ut unus-quisque fidelis Christianus à Catholicis viris exemplum accipiat: &, si quid ex ritu Paganorum remansit; avellatur, contemnatur, abjiciatur. Deus enim formavit hominem pulcrum in decore & specie: Pagani verò diabolico instinctu cicatrices teterrimas superinduxerunt; dicente Prudentio:*

Tinxit & innocuum maculis sordentibus humum.

Domino enim videtur facere injuriam, qui creaturam suam fœdat & deturpat. Certè, si pro Deo aliquis hanc tincturæ injuriam sustineret, magnam indè remunerationem acciperet. Sed quisquis ex superstitione Gentilium id agit; non ei proficit ad salutem: sicut nec Judæis circumcisio corporis, sinè credulitate cordis. Vestimenta etiam vestra, more Gentilium, quos, Deo opitulante, patres vestri de Orbe armis expulerunt, induitis, miranda res, & nimis stupenda: ut, quorum vitam semper odistis, exempla imitemini. Equos etiam vestros turpi consuetudine detruncatis: & non solùm nares finditis, aures copulatis; veriùm etiam & surdas redditis, caudas amputatis. & quia illos illæsos habere potestis; hoc nolentes cunctis odibiles redditis. Audivimus etiam, quòd, dum inter vos litigium versatur, sortes more Gentilium mittitis: quod omninò sacrilegium istis temporibus reputatur. Equos etiam plerique in vobis comedunt; quod nullus Christianorum in Orientalibus facit. quod etiam evitate: contendite, ut omnia vestra honesta, & secundùm Dominum fiant.

Vigesimum caput. *Omnibus generaliter intimavimus; ut juxta propheticam vocem agere decertent, quæ ait:* [h] Nolite tardare converti ad Dominũ, nec differatis de die in diem. *Et alibi:* [i] Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio & fletu & planctu. *Item:* [k] Convertimini ad me; & ego convertar ad vos. *Et juxta Apostolum:* [l] Confitemini alter alteri peccata vestra; & orate pro invicem, ut salvemini. *Ne ullum (quod absit) subitanea mors imparatum inveniat. & juxta judicium Sacerdotum, & modum culpæ, Eucharistiam sumite, & fructus dignos pœnitentiâ facite. Fructuosa namque pœnitentia est, admissa deflere; & fleta iterum postmodum non admittere. Si quis autem, (quod absit) sinè pœnitentiâ aut confessione, de hac luce discessit, pro eo minimè orandum est. Nullus enim nostrum absque peccato est; nec infans unius diei. dicente Apostolo:* [m] Si dixerimus, quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus; & veritas in nobis non est. *Pœnitemini igitur, & convertimini; quia mors non tardat: ut deleantur vestra peccata; & illâ vitâ sinè fine mansurâ cum Angelis sanctis perfrui mereamini. per eum, qui vivit & regnat in secula seculorum.*

[h] Syr. 5. v. 8. [i] Joel. 2. v. 12. [k] Zach. 1. v. 3. [l] Jac. 5. v. 16. [m] 1 Joh. 1. v. 8.

¶ Hæc decreta, beatissime Papa Hadriane, in concilio publico, coram Rege Aelfvvaldo, & Archiepiscopo Eanbaldo, & omnibus Episcopis & Abbatibus regionis, seu Senatoribus, Ducibus, & Populo terræ proposuimus: & illi, ut superius fati sumus, cum omni devotione mentis, juxta possibilitatem virium suarum, adjuvante supernâ clementia, se in omnibus custodire devoverunt; & signo sanctæ crucis, in vice vestrâ, in manu nostrâ confirmaverũt; & postea stylo diligenti in chartâ hujus paginæ exaraverunt, signum sanctæ crucis infigentes.

Ego Ælfvvaldus, Transhumbranæ gentis Rex, consentiens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Dilberchus, Augustadensis ecclesiæ præsul, gaudens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Eanbaldus, gratiâ Dei archiepiscopus sanctæ Eboracensis Ecclesiæ, hujus chartulæ piæ & catholicæ taxationi, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Hygvvaldus, Lindisfarnensis ecclesiæ episcopus, obediens, signo S. crucis subscripsi.

Ego Ædilberchus, Candensis casæ episcopus, supplex, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Aldulfus, Myiensis ecclesiæ episcopus, devotâ voluntate subscripsi.

Ego Æthilvvinus episcopus, per legatos subscripsi.

Gosipha Patricius, signo sanctæ crucis placido animo subscripsi.

His quoq; saluberrimis admonitionibus, Presbyteri, Diaconi Ecclesiarum, & Abbates monasteriorum, Judices, Optimates & Nobiles, uno opere, uno ore, consentimus & subscripsimus.

Ego Alrich Dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Siguulfus Dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Aldberich Abbas, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Erhart Abbas, signo sanctæ crucis subscripsi.

¶ His peractis, & data benedictione, perreximus, assumtis nobiscum Viris illustribus, legatis Regis & Archiepiscopi, Malvinum videlicet & Pyttel Lectores: unà nobiscum pergentes. & ipsa decreta secum deferentes in Concilium Merciorum; ubi gloriosus Rex Offa, cum Senatoribus terræ, unà cum Archiepiscopo Jaenberchto, sanctæ Ecclesiæ Dorovernensis, & cæteris episcopis regionum, convenerat: & in conspectu Concilii, clara voce singula capitula perlecta sunt; & tam Latinè, quam Teutonicè, quo omnes intelligere possent, dilucidè reserata sunt. Qui omnes consonâ voce, alacri animo gratias referentes, Apostolatûs vestri admonitionibus promiserunt, se, divino adminiculante favore, juxta qualitatem virium, promtissimâ voluntate, in omnibus hæc statuta custodire. Quin-etiam, ut suprà taxavimus, tam Rex, quam Principes sui, Archiepiscopus cum sociis suis, in manu nostrâ, in vice Domini vestri, signum sanctæ crucis firmaverunt; & rursum præsentem chartulam sacrato signo roboraverunt.

Ego Jeanbrechtus, Archiepiscopus sanctæ Dorovernensis Ecclesiæ, supplex, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Offa, Rex Merciorum, consentiens his statutis, prompta voluntate signo crucis subscripsi.

Hugibrechtus, episcopus Lichtenfeliæ ecclesiæ, signo sanctæ crucis subscripsi.

Edeulfus Lindensis, Faronensis episcopus, subscripsi.

Unuuona, Legorensium episcopus, subscripsi.

Alchardus episcopus subscripsi.

Fadberchus episcopus subscripsi.

Chumbrecbus episcopus subscripsi.

Harchelus episcopus subscripsi.

Æine episcopus subscripsi.

Tora episcopus subscripsi.

Waremundus episcopus subscripsi.

Adalmundus episcopus subscripsi.

Adoredus episcopus subscripsi.

Edrabordus, abbas, Alemundus abbas,

Boduuinus, abbas, Uitel abbas:

Brorda Dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Facuualdus Dux subscripsi.

Bercoaldus Dux subscripsi.

Othbaldus Comes subscripsi.

SUB LEONE COPRONYMO.

SYNODUS AD LIPPAM.

REGINO annotat, * Carolum in Saxoniâ, ad fluvium Lippam, celebrâsse Synodum, anno Domini 780. & postea anno 782. Sed tractatum esse de rebus tantùm Politicis videtur. * lib. 2.

SUB IRENE.

SYNODUS PADEbrunensis.

PAdebrunæ Carolus synodum seu conventum habuit, anno Domini 785. *Regino.*

SYNODUS INGELHEIMENSIS.

Anno Domini 788. *juxta Regmonem*. Carolus Ingelheymiæ cogit Synodum. Conveniunt Pontifices majores, minores, Sacerdotes, Reguli, Duces, Tetrarchæ, Præfecti, Cives, Oppidani. Carolus accusat Thassilonum perfidiæ, & testibus crimen probat. Pronunciatur sententia, juxta legem Salicam, de capitali supplicio. Sed Thassilonus petit veniam; & cum filio in monastariū relegatur: & qui cum eo senserant, in exsilium abiguntur; & tota Bavaria Carolo subjicitur. *Aventinus.** Videntur illæ Constitutiones, quę anno 20. regni Caroli Magni, in Aquisgrani palatio, factæ sunt, etiam in hac Synodo esse repetitæ & confirmatæ.

* lib. 3.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA.

Cùm Paulus Patriarcha in monasterium se abdidisset: interrogatur ab Irene, cur id fecisset? Respondet ille: propter dissidium, quod propter Imagines sit ortum; ob quod ea ecclesia esset anathematizata ab aliis. Ac planè asserit, nisi Synodus universalis fiat, & error ille corrigatur; non posse Constantinopolitanos salvari. Mortuo illo, eligitur Tarasius. Is negat se consensurum in vocationem, nisi Imperatrix & Imperatores promittant Synodi universalis convocationem. Factâ promissione, res in actum deducitur. Anno 6. imperii Irenes, Domini 787. omnes convocantur antistites. Adrianus Româ mittit Petrum Vicedonum, & Petrum Hegumenum. Antiochiâ venit Johannes, & Alexandriâ Thomas, qui postea Thessaloniceæ factus est archiepiscopus.

VII. Idus Augusti, Indictione 9. in templo Apostolorum, Archiepiscopi & Episcopi & Sacerdotes cōgrediuntur: adsunt etiam Imperatores, & Catechumeni. Instituitur collatio & disputatio de Imaginum cultu, ex Sacris literis: & in utramque sententiam disceptatur. Summus sacerdos & episcopi, & abbates quidam & monachi, Imaginum venerationem conantur tueri. Magna pars episcoporum (inter quos fuerunt, Basilius Ancyræ, Theodotus Myrorum, Theodosius Amorii, & alii, qui in Nicænâ II. ad pœnitentiam adiguntur; & populus Scholariorum, & Excubitorum, atque cæterorum ordinum, qui sub Imperatore Constantino fundamenta ex Verbo Dei & Patribus perceperant, de impietate & idololatria, quæ esset cum Imaginum veneratione conjuncta contrariam sententiam defendunt. Pontificii, & alii, videntes se parum posse promovere, alteram partem conantur excludere ex congressu & disputatione. Ea res præbet occasionem tumultui: qui tamen statim compescitur. Nam populus molestè ferebat, eos, qui pro alterâ sententiâ pugnabant, excludi ex disputatione. Sed cùm iterum admissi essent; turba quiescebat. Redeunt itaque ad disputationem: & illa pars episcoporum, quæ Imaginum cultum oppugnat, alteram ità verbo Dei retundit: ut illa, victoriam desperans, Synodum dissolvat; excogitatis insidiis, quibus veritatis assertores opprimantur priùs: quò postea errori locus esse possit. *Paulus Diaconus.**

*Ignatius monachus, in vitâ Tarasii apud Metaphrasten,** pauló aliter rem narrat, pro suo affectu erga illam partem, quæ Imagines colit: quasi altera illa pars prorsus seditiosè turbaverit; asserendo, se pati non posse, nec velle, ut res in disceptationem deducatur. Quod verum non est. Nam & ipsi, ut in libero concilio, voluerunt episcopos suæ sententiæ admitti & audiri: ut facile est colligere *ex Paulo Diacono*, qui tamen nec ipse satis verè & plenè rem exponere videtur.

* lib. 23. Rom.
* Tom. 3.

SYNODUS NICAENA
secunda, quæ Septima universalis à Græcis dicta est.

Cùm Irene eos, qui εἰκονομάχοι dicebantur, fraude armis privâsset, in exsilium expulisset: & se munivisset exercitu, ad omnia parato & obedienti, juxta consilia Legatorum Romani Pontificis, quos apud se retinuerat: mense Majo, anno 7. imperii sui, legatis & literis indicit Nicæę Synodum. *Paulus.**

* lib. 23.

Ad eam ergo urbem, anno 9. Irenes, Domini verò 788. confluit illa prior multitudo episcoporum, abbatum & monachorum, circiter 350. *ut Sigebertus annotat.*

Synodus ista incipit celebrari VIII. Calend. Octobris, Indictione 11. in templo Sophiæ; & durat usque ad Novembrem: ut patet ex *Actis*. Adeò facile fuit, remotis contradicentibus, consensionem in errore & superstitione institui.

In primâ actione, cùm Petrus archipresbyter, & Petrus monachus, monasterii Sabæ legati, & vicarii Apostolicæ sedis, & Tarasius archiepiscopus Constantinopolis, & Johannes legatus Antiocheni archiepiscopi, & Thomas legatus Alexandrini, & Johannes monachus & presbyter Hierosolymitani, & alii episcopi, (quorum nomina extant in Actis*) consedissent, unà cum Petronio glorioso Proconsule & Patricio, Theophylacto Comite Imperialis obsequii, Johanne Regio Ostiario & Quæstore ærarii militaris, & Nicephoro, qui erat Imperatori à Secretis; præsentibus etiam abbatibus & monachis: ac propositi essent, pro more, sacri codices: Patres rogant, ut Tarasius, summus rector & præses, velit præfari; & indicare, quæ & quo ordine sint tractanda. Is ergo narrat, quomodo anno superiori Synodus Constantinopoli sit per quosdam turbata; ac Deo & Imperatoribus gratias agit, quòd nunc denuò sit convocata: & hortatur Patres, ut ad veritatis inquisitionem animos adjiciant. ac censet, eos, qui anno præterito contra Imaginum venerationem disputarint, primo loco esse admittendos & audiendos: ut agnoscatur, an adhuc in illâ sententiâ perstent; an verò ab eâ recesserint. Interea autem Senatores offerunt scriptum Constantini & Irenes: in quo occasionem, & causam ac finem Synodi convocatæ, commemorant; ac potestatem faciunt cuique, liberè suam sententiam exponendi; & hortantur patres: ut Adriani Pontificis, & postea Orientalis diœcesis, nimirum Alexandrinæ & Antiochenæ ecclesiæ, scripta synodica, à Legatis eorum exhibita, publicè legant; ac indè sententia ac judicium catholicæ ecclesiæ cognoscant. Hoc scripto recitato, in medium procedunt, Basilius Ancyræ, Theodorus Myrorum, & Theodosius Amorii: qui singuli seorsim suos afferunt libellos, in quibus damnant septimam Synodum, sub Constantino celebratam; & approbant Imaginum venerationem & adorationem: & statim à Synodo recipiuntur; & in cathedras suas sedere jubentur.

* Tomo 2. Concil.

Deinde Hypatius Nicææ episcopus, & Leo Rhodi, Gregorius Pisidiæ, Gregorius Pessinuntis, Leo Iconii, Nicolaus Hierapoleos, Leo Carpathi, errorem suum fatētur, & veniam petunt.

Synodus, admonita à Johanne, vicario Antiocheni archiepiscopi, codices Canonum legit; & inquirit, quo pacto ex hæresi revertentes recipi debeant. Ac primùm statuit; ab hæresi recedentes, & veram pœnitentiam agentes, ac cum execratione sui promittentes perseverantiam in verâ sententiâ, recipiendos esse. Deinde de iis, qui ab Hæreticis ordinati sint, inquirit: & decernit, etiam eos, pœnitentiam agentes, & libellos confessionis offerentes, recipi debere. Offerunt ergo libellos suos illi episcopi: quos Patres recipiunt; ac se lecturos, & in altero consessu de receptione sententiam prolaturos, promittunt.

¶ Post biduum, *secundò* coit Synodus: ac Gregorius Neocæsareēsis productus asserit, se cum Synodo velle sentire: ac profitetur, se errâsse, & veniam precatur. Patres causæ ejus cognitionem rejiciunt in alium conventum.

Deinde, literæ Adriani, Pontificis Romani, ad Constantinum & Irenem, leguntur. quarum exemplum subjicimus: ut pius Lector videat, quàm impudenter fabulas fingant, de Constantini somniis, ad Imaginum originem indicandum.

DOMINIS PIISSIMIS, ET SERENISSIMIS Victoribus, Triumphatoribus, filiis in Deo & Domino nostro Jesu Christo dilectis, Constantino & Irenæ Augustis, Adrianus Servus servorum Dei.

Deus, qui jussit è tenebris lucem splendere, quiq; nos à pote-

A state tenebrarum, per Filium sui, vera scilicet lucis, incarnationem, liberavit; in quo cuncta divinitatis suæ specimina jussit conversari; per quem etiam universa renovavit: simul in illo, per sanguinem crucis illius, cum ea quæ in cœlis, tum in terra existentia, pacificans; per divitiarum bonitatis suæ plenitudinem, in Ecclesiam suam faciem respiciens, Pietatem vestram, & prædestinatam Serenitatem Imperatoriæ mansuetudinis, ad perfectionem fidei vocare nõ dedignatus est: quo omnem mendacii improbitatem per vos contegat; veritatemq; in lucem producat. Posteaquam enim, quæ à vestra Serenitate & Pietate nobis missa sunt, B cognovimus: dici non potest, quantoperè cor nostrum gavisum sit. Tanto enim gaudio & lætitiâ repleti sumus, ut ne humana quidem lingua explicare ea sufficiat. Quemadmodum enim a superioribus hæreseos schismatibus eramus conterrefacti: ita nunc rursum, per vestram jussionem, exsultatione sumus perfusi. Nam in regia vestra civitate, venerandarum Imaginum causâ, jussistis retractari; quæ a retro Imperatoribus turpiter in eas commissa sunt. Hi enim non solum eas subverterunt; sed & contumelia affecerunt, ridiculas eas existimantes. Atque utinam non comC putet illis peccatum hoc Altissimus! Satius enim fuisset, ne injecisse quidem manus in Ecclesiam. Unde factum, ut totus Orientalium partium populus in errorem sit inductus, & in propriâ existimatione & voluntate, rebus Ecclesiæ abusi sint: donec in regni solium vos erexit; quos sciebat in veritate illius gloriam inquisituros; & quæ a sanctis Apostolis, cunctisq; Doctoribus, tradita erant, conservaturos; honoremq; debitum venerandis Imaginibus, quæ per amentiam Hæreticorum subversæ fuerant, reddituros. Nuper verò, per piam vestram jussionem, de voluntate vestra instructi, omnipotentem Deum pro vestro imperio precibus solicitantes, gratiarum-actione gloriam illius prædicavimus. D Illud autem instabilimentũ & confirmationem regni vestri maxime fit: quòd magnum opus hoc aggressi estis; quod sine mediatione vestra in hoc Mundo vix fieri potest. Redditur enim jam fidei vetus & antiqua orthodoxa fides: restituentur veneranda imagines in eam faciem, quâ in primâ Ecclesiâ conspecta sunt. Vos autem partem habebitis cum eo, qui nunc in divinâ requie quiescit, Constantino Imperatore, & Helenâ ejus matre: qui orthodoxam fidem illustrarunt & confirmarunt; adeoq; sanctam matrem vestram, catholicam & spiritualem, Romanam ecclesiam, exaltarunt: ut planè spes sit, eorum piam appellationem, E in vestra cognomenta pijssima, & à Deo-data, transituram: ut per omnem terrarum orbem novus Constantinus, & nova Helena, prædicetur; per quos sancta catholica & apostolica Ecclesia renovabitur. Vos autem maxime, in traditione orthodoxa fidei Ecclesiæ B. Petri & Pauli, principum Apostolorum, acquiescentes, eamq; amplectemini: quemadmodum a superioribus Imperatoribus factum est; qui vicarium ejus ex toto corde dilexerunt. Quapropter vestra quoque à Deo-data Majestas, sanctissimam Romanam ecclesiam, principum Apostolorum, quibus a Deo ipso data F est potestas solvendi & ligandi peccata, cùm in cœlo, tum in terra, honorabit. Ipsi scilicet regni vestri propugnatores erunt; cunctasq; barbaras nationes pedibus vestris subjicient: ut, quòcunque vos pervexeritis, victores vos declarent. Hi siquidem principes Apostolorum sunt; qui catholicam & orthodoxam fidem auspicati, per scripta quidem, veluti legibus latis, fidem suam servandam præceperunt, omnibus scilicet, qui in sede illorum successuri erant, & in fide eorum usque ad consummationem seculi permansuri. Atque ita nostra servat Ecclesia; & sanctas eorum figuras veneratur. Unde in hunc usque diem, venerandis horum G imaginibus, ecclesiæ nostræ ornatæ ac conspicuæ sunt: quemadmodum sanctissimus & beatissimus Papa Sylvester, in principio Christianorum nostrorum, orthodoxâ fide testatur.

Cum aliquando felicis recordationis Constantinus Imperator, per noctem, somnum caperet: ecce, beati apostoli, Petrus & Paulus, dormienti adstiterunt, dicentes: Quandoquidem sanguinis infantium effusionem, morbi tui gratiâ, fieri jussisti; en à Christo missi sumus, quo sanitatem tibi afferamus. Audi igitur nostrum consilium; & ea, quæ tibi præcipimus, fac impleas. Principio Sylvestrum episcopum, qui persecutionis tuæ gratiâ Româ H exsulat, & in Soractino monte clam in spelunca cum clero latitat, cura ad te vocari. Is tibi lavacrum pietatis, in quo lavaberis, præparabit: dabiturq; tibi, non modo lepræ; verum omnium morborum, sanitas. Cumq; præclara ista bona fueris recreatus: confestim jubeto, per omnia loca Romanorum, ecclesias restaurari: te verò ipsum purum, abjecto idolorum cultu, declares; cultumq; debitum soli Deo vero adorando exhibeas, juxta illius voluntatem omnia tua consilia disponens. Imperator itaque, e somno excitatus, omnes suos Aulicos, qui unquam in palatio erant, convocavit: quodq; per insomnium illi ostensum fuerat, exposuit. nec mora aliqua; sed confestim ministros suos ad Soractenum montem, in quo beatus pater Sylvester, cum clero, vacans lectionibus sacrorum librorum, latitabat, misit. Is, cum undiq; videret milites circumcingentes montem, inquirendi causâ, existimans quod ad martyrium raperetur, clerum ita affatus est: Ecce nunc tempus exspectatum! ecce nunc dies salutis! Egresso autem de spelunca narrarunt milites, quâ de causâ quæreretur. cum quibus ad Imperatorem, trahens secum comites tres presbyteros, cum duobus diaconis, profectus, cum Imperatorem vidisset: Pax tibi, inquit, ô Imperator, sursum de cœlo, & victoria. Imperator itaque, hilari oculo & tranquillo animo, illius verba exaudiens, quæcunq; sibi per insomnia fuerant revelata, beato Sylvestro exposuit. Postquam autem finem narrationis fecisset: quæsivit Imperator, qualesnam arbitraretur esse deos, Petrum & Paulum, quos viderat? Respondit Pater: Nequaquam esse deos, sed servos & discipulos Domini nostri Jesu Christi: quos in hoc elegisset, ut omnes gentes converterent, ut crederent in eum. Hæc cum audivisset Imperator: percontatus est, num alicubi essent historiæ illorum? M x B Sylvester, per diaconos adferri, quas habebat, Apostolorum imagines jussit. Quas cùm Imperator adspexisset; clarâ voce proclamavit: Hi sunt, quos per visum conspexeram, neque amplius incredulus sum. Paretur lavacrum in meam salutem. Constructo autem lavacro, cum facto tere tinctus esset: confestim est sanitati pristinæ restitutus. Deinde, non immemor accepti beneficii, ecclesias Dei exædificare cœpit: columnas earum passim sacris imaginibus, in memoriam incarnationis Domini nostri Jesu Christi, omniumq; Sanctorum reverentiam, exornavit. nec aliâ de causâ, quam ut Christianismum in lucem & veritatem, Deiq; cultum proveheret; & omnes gentes a cultu idolorum, & diabolicâ deceptione, converteret.

Qemadmodum etiam divus pater Gregorius, Apostolorum successor, prædicavit, ob id depingi in templis Evangelicas historias: ut homines illiterati, & qui sacros libros legere nequeunt, (quorum sane maxima pars est) conspectu illis, redderent Deo gloriam; & reducerent in mentem, quæ in carne conversatio Domini nostri Jesu Christi fuisset. ut taceam interim orthodoxos alios & Christianissimos Imperatores, cum sacerdotibus omnibus & honestis viris Deum-colentibus, simul etiam cum universo Christiano populo: qui omnes, juxta antiquam sanctorum Patrum traditionem, venerandas Imagines & receperunt, & tenent; & in memoriam & compunctionem cordis conservant; & in hunc usque diem venerantur. Neque aliter fiebat in partibus & regionibus istis: donec proavus vester, ex impiorum quorundam instructione, venerandas imagines abstulit. Ex quo tempore magnus error Græciam istam invasit: unde non contemnendum scandalum in Mundo factum est. Sed væ illis, per quos scandala in mundum irrepserunt! ut ipsa Veritas mentiri-nescia testatur.

Qua de causâ in magnam tribulationem uterque Gregorius, Romani Pontifices per ea tempora sanctissimi, conjecti sunt. Sæpius etiam proavum vestræ Serenitatis admonuerunt; ne sineret venerandas Imagines de statu suo dejici. Verùm illorum salutifera preces nequicquam fusa sunt; animumq; illius haudquaquam commoverunt.

Post id & Zacharias, Stephanus, Paulus, & alter Stephanus, qui nobis in episcopatu hujus almæ urbis præcesserunt, avum patremq; vestræ Serenitatis, pro restitutione sanctarum Imaginum, sæpe interpellarunt. Eâdem ratione & nostra exiguitas, Imperatoriam vestram Majestatem, cum omni humilitate obsecrat, sinat aliquando, recordationis causâ, erigi in ecclesiis sacram Jesu Christi, juxta incarnationem humanitatis, imaginem: ponatur in aulâ Dei similitudo ejus sanctæ Matris; Sanctorum quoque & beatorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & Confessorum: & ex animi desiderio eas veneremur: quemadmodum à sanctissimis Patribus, majoribus nostris, probatissimisq; Pontificibus, nobis a multis seculis traditum est.

Reliquum est, ut mansuetudo Imperatoria, in partibus illis, Græcia hoc-idem imperet, & orthodoxam fidem confirmet: quò, juxta Scripturam, unum sit ovile, & pastor unus. cùm videat,

A *in universo terrarum orbe, ubi Christianismus pollet, ab omnibus Fidelibus venerandas Imagines honorari: nimirum, ut, per visibilem figuram, ad invisibilem magnitudinis ejus divinitatem, spirituali dispositione, mentes nostræ rapiantur: secundùm carnem, quam Dei Filius propter salutem nostram suscipere dignatus est, Redemtorem nostrum, in cœlis exsistentem, adoremus; & in Patre glorificantes, laudemus: quemadmodum scriptum est;* Deus spiritus est: *& illud comprobando, secundùm spiritum, deitatem illius adoramus. Nequaquam autem sic statuamus,* B *quemadmodum quidam nugantur, ut imagines, tanquam deos, conficiamus. Labor enim, & fatigatio nostra, quam exhibemus, in desiderium Dei Sanctorumq; ejus perficitur. Et, quemadmodum sacra Scriptura imagines, in memoriam venerationis, habet; sic & nos eas habeamus: servantes tamen perpetuò fidei nostræ puritatem. Quinetiam factor noster & artifex, Dominus Deus, juxta propriam imaginem & similitudinem, Hominem de luto terræ finxit, illuminavitq; ; in liberâ potestate sui ipsum constituens. Præterea, primus ille homo, liberi arbitrii exsistens, cuncta animantia terræ, & volatilia cœli, annuente Deo, nominibus propriis vocavit. Abel autem, ex primitiis ovilis sui, pro-* C *priâ voluntate dona Domino Deo obtulit: de quo legimus,** Respexit Dominus ad Abel, & ad munera illius. *Deinde Noe, [illegible] cataclysmum, hoc est, diluvium, altare propriâ voluntate Domino construxit; & ex omnibus animalibus, & volatilibus, pura dona in altare hoc attulit. Similiter etiam Abraham, quemadmodum testatur Scriptura, propriâ voluntate aram exstruxit, in honorem & gloriam Dei; quemadmodum apparuerat. Jacob etiam, cùm fugisset à facie fratris sui, vidit per visum Angelos Dei, per scalam ascendentes & descendentes; & Dominum innixum scalæ, ad se loquentem. Postquam autem surrexisset, ex suâ voluntate lapidem, in quo caput declinârat, sustulit:* D *& ubi erexisset eum, infudissetq; oleum super eum, vocavit locum Bethel, dicens:** Non est hic aliud, quàm domus Dei. *Ob quam sanè causam non legimus illi iratum Deum. non enim illi exprobravit, quod suâ voluntate lapidem erexisset. Etenim, ô serenissimi filii Principes, & rectè-sentientes Imperatores, quæcunque in admonitionem hominum ad gloriam Dei spectantia fiunt, Deo displicere nequeunt. Rursus idem Jacob ille, in summitate virgæ suæ adoravit; fide dilectionis id agens: de quâ beatus Paulus apostolus, in epistolâ ad Hebræos, dicit. Non quòd* E *virgam illam, sed tenentem eam, in signum dilectionis, adoravit. Quid hoc sibi vult? nimirum quòd & nos, juxta desiderium & amorem, quo erga Deum Sanctosq; illius affecti sumus, figuras in imaginibus repræsentemus: non, inquam, in coloribus & tabulis honorem constituentes; sed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem imagines referunt.*

*Accedamus iterum ad Scripturam; videamusq;, quid Mosi à Domino mandatum fuerit:** *cùm illum juberet propitiatorium de auro mundissimo conficere; quod duos cubitos & dimidium in longitudine, & cubitum & semissem in latitudine conficie-* F *bat: duos quoque Cherubim aureos, & productiles ex utrâque parte oraculi. Et paulò pòst:** Impones testimonium, quod dabo tibi, quo operienda est arca: & loquar ad te supra propitiatorium. *Ac de medio duorum Cherubim, opus textile & diversicolorium fieri jussit. Ex his animadvertendum est, serenissimi Domini & filii Principes, Deum omnipotentem, Dominum nostrum, de medio Cherubim, manu hominum factorum, pro salute populi non dedignatum loqui. Quamobrem non est dubitandum; omnia, quæ in ecclesiis Dei, ad laudem &* G *decorem domûs illius constituuntur, sancta & colenda esse.*

*Sed & hoc, ô serenissimi Imperatores, ad incredulorum certiorem fidem, & errantium castigationem, adjiciendum est: non frustra Mosi, famulo suo, (quemadmodum in libro Numerorum legitur) propter pestem in populum grassantem præcepisse:** Fac serpentem, & pone illum in signum: &, qui tactus fuerit, illumque inspexerit; vivet. *Fecit igitur Moses serpentem æneum; & posuit illum: & servati sunt. O insaniam infrementium adversùs fidem, & cultum sacrum Christianorum! ô stultitiam vetantium venerandas imagines honorari! in quibus Servatoris nostri, cujus potentiâ genus humanum & constat* H *adhuc, & servatur; & præterea genitricis ejus, omniumq; Sanctorum, historia continentur. Nam, si Israeliticum populum, per inspectionem ænei Serpentis, servatum à suâ peste credimus: Christi verò, Dei & Servatoris nostri, omniumq; Sanctorum,*

A *figuras contemplantes & venerantes, dubitamus nos servari? Absit, ut amplius dubitemus! Absit, ut à Patrum sanctorum traditione diversa sentiamus! Hæreamus in doctrinâ illorum, nec ab illâ declinemus. Et Salomon in eo templo, quod Domino ædificavit, Cherubim in gloriam Dei fecit; & diversis coloribus illud adornavit. Quare ergo non & nos quoque, sentientes rectè, confessionem fidei nostræ, & speciositatem domûs Dei, ex diversis coloribus & picturis exornabimus? Cùm & Esajas Propheta dicat:** In diebus illis erit altare Domini in medio B terræ Ægypti, & columna continens fines ejus; & erit in signum & testimonium Domino, in terrâ Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum, à facie tribulantium: & mittet eis salvatorem & propugnatorem, qui liberet eos. *Quinetiam Psalmorum cantor David, hymnum canens, dicit:** Confessio & pulcritudo coram eo. *Iterum:** Domine, dilexi decorem domûs tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. *Rursus idem, adventum & incarnationem Filii Dei, Servatoris nostri, prædicans; magnificè faciem illius, juxta dispensationem incarnationis illius, adorandam censet, dicens:** Exquisivit te facies mea: faciem tuam, Domine, requi- C ram. *Iterum:* Faciem tuam supplicabunt divites populi. *Rursus:** Signatum est super nos lumen vultûs tui, Domine.

Quâ de causâ divus AUGUSTINUS, *magnus ille doctor, in Sermonibus adhortatoriis suis, inquit:* Quid est imago Dei aliud; nisi vultus Dei, in quo signatus est populus Dei? *In cujus consensum & divus* GREGORIUS, *Nyssæ episcopus, de Patriarchâ Abraham sermonem faciens, dixit:* Vidi non infrequenter passionis figuram; neque sinè lacrymis ejus- D cemodi picturam transii: cùm scilicet opus artificii in personâ significatâ demonstratum esse viderem. *& reliqua, quæ ex interpretatione in Cantica canticorum adfert. Nec aliter deinceps subsequens ex eâdem doctrinâ sonat. Numquid materia diversorum colorum, animæ imitationem non repræsentat? Nam, qui imaginem adspicit, quæ ex arte per diversos colores in tabulâ est expressa, non ex picturâ & colorum tincturâ similitudinem accipit; sed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit. Quinetiam in Epistolâ divi* BASILII, *quâ in Julianum desertorem invehitur:* Quemad- E modum à Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem, veluti hæreditario jure, accepimus: sic confiteor, & in eo maneo. Credo autem in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum: unum Deum hæc tria adoro & glorifico. Confiteor etiam Filii incarnatam *[illegible]* deinde sanctam Mariam, quæ secundùm carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suscipio etiam sanctos Apostolos, Prophetas & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant: quò, per illorum mediationem, propitius F mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palàm adoro. Hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendum: sed in omnibus ecclesiis nostris eorum historias erigimus. *Idem in Sermone in XL. Martyres:* Quinetiam bellorum trophæa, & victorias, & Historici scriptores & Pictores demonstrant: hi quidem oratione rem exornantes; hi verò in tabulis depingentes, multos ad virtutem & virilitatem excitarunt. Siquidem, quæ histo- G ria oratione exprimit; hæc tacens pictura per imitationem ostendit. JOHANNES *quoque Chrysostomus, episcopus Constantinopolitanus, in Sermone in Parabolam de semente:* Non'ne injuriâ afficit Regem, qui regiam vestem violat? Non novisti, quòd is, qui injuriâ afficit Imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipsum, veluti exemplar imaginis, ejusque dignitatem, injurius est? Nescis, quòd, quicunque ex ligno & coloribus imagini convitia dicit, illum non damnari, veluti in rem inanimatam; sed contra Regem ipsum dixerit? Judicatur enim occultè Re- H gi injuriam intulisse. *Et rursus ex eodem, in Sermone in [illegible]ctam quintam diem Paschæ:* Omnia facta sunt in gloriam Dei, & ad nostram doctrinam. Quare ad pluviæ mini[illegible]rium dictum est: Impleatur terra fructuum copiâ, mare [illegible] tantibus. Omnia Deo serviunt; imò potiùs imagini Dei.

Nam,

* Genes. 4. vers. 4.
* Gen. 28. vers. 17.
* Exod. 25 vers. 17.
* v. 21. 22.
* Num. 21. vers. 8.
* Esai. 19. v. 19. 20.
* Psal. 111 vers. 9.
* Psal. 26 vers. 8.
* Psal. 27. vers. 8.
* Psalm. 4 vers. 7.

Nam, cum regiæ figuræ & imagines in civitates introeuntur: populus non ipsam tabulam, aut ex cerâ factam imaginem, honore prosequitur: cumq; magistratu illic obviam procedit: sed potiùs regiam historiam, & veluti præsentiam, suscipiunt. Eodem sanè modo, & ipsa creatio, non terrenam istam speciem, sed cœlestem historiam, admiratur. *Similiter beati* CYRILLI *verba, ex interpretatione ejus in sanctum Matthæi Euangelium, adferimus. Sic enim inquit:* Fides enim depingit Verbum, quod in forma Dei existit: quod liberatâ nostrâ vitâ adjunxit se Deo, similitudine nostrâ assumtâ, factum est Homo. *Idem paulò post:* Imaginum usum nobis supplent parabolæ, quæ signorum virtutem nobis subjiciunt: nimirum per oculorum appositionem, manuum tactum, & quæ in nudo intellectu contemplationem obscurè habent. *Adducamus etiã & divi* ATHANASII, *Alexandrini episcopi, verba, de eo, quod Dominus carnem humanam assumsit: quorum ex multis commodè pauca summentes, descripsimus.* Quandoquidem ea, quæ in tabulis picta sunt, cùm figura per sordes & situm deleta fuerit; necessarium est, ut denuò pingatur & reficiatur: modo talis sit, ut adhuc renovari in eâdem materiâ & tabulis possit. Nam per eandem formam & materiam, in quâ depingitur, non destruitur: verùm potiùs in eo, quod antè fuit, consensit. *Dicamus & aliud ex divi* AMBROSII *ad Gratianum Imperatorem, libro 3. capite 9.* Quid ergo? numquid, cùm divinitatem & carnem adoramus, Christum dividimus? num, quando in eo & divinam imaginem & crucem adoramus, ipsum partimur? Absit! *Iisdem audiamus, quid nobis beatus* STEPHANUS, *episcopus Bostrorum, prædicet:* Quicunque imagines Divorum confitentur, non errant: siquidem omne opus, factum in nomine Dei, bonum & sanctum est. Aliud enim, imago; aliud ἄγαλμα hoc est, animalis abjecti statua. Quando namque Deus Adam plasmavit, hoc est, creavit, dixit: Faciamus hominem secundùm imaginem & similitudinem nostram. & fecit hominem in imagine Dei. Ergo, quòd imago Dei sit homo; ob id statua deorum est idololatria & impietas? haudquaquam. Etenim, si Adam imago dæmonum fuisset; utique reprobandus fuisset, & receptu indignus: quando verò Dei imago est; honore prosequendus est, & admitti dignus. Omnis enim imago, sive Angelorum, sive Prophetarum, aut Apostolorum, aut Martyrum, aut alioqui justorum virorum, in nomine Dei facta, sancta est. Non enim ipsum lignum honoratur; sed ipsum illud, quod in ligno datur contemplandum: atque ità per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim Principes, etiam si pessimi sint peccatores; adoramus, & reverenter salutamus. Quid vetat igitur, quò minùs non liceat & sanctos Dei ministros venerari; & in memoriam eorum imagines statuere & erigere: ne in oblivionem perpetuam veniant? Verùm, inquis, Deus ipse manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi, ô Judæe, quid est, quod super terram exstet, quod non sit manu hominum factum, postquam a Deo fuerat creatum? Quid Arca Dei, quæ ex lignis Sethim constructa est, & ædificata; non ne opus est hominum? Quid Altare? quid Propitiatorium? quid Urceus, in quo manna recondebatur? quid Mensa & Candelabra? quid interiores & exteriores cortinæ? Suntne opera manuum hominum, quæ Solomon fieri mandavit? Quamobrem ea, quæ Sancta sanctorum dicuntur, cùm sint manufacta; præterea Cherubim, & sex alata illa, quæ circa altare Domini fuerunt, cùm sint animalia, & imagines Angelorum, opera manuum hominum, non fuerunt ejecta, & a Judæis proculcata? Non aliam sanè ob causam, quàm quòd Dei mandato, imagines fuerunt angelorum sacratæ. Gentium autem idola, quia imagines fuerunt dæmonum, Deus ejecit & condemnavit. Nos verò in memoriam Sanctorum imagines facimus. Quorum, ais? Abrahæ, Mosis, Eliæ, Esaiæ, Zachariæ, reliquorumque Prophetarum, Apostolorum, & sanctorum Martyrum, qui propter Christum tribulati sunt: quò omnis, qui eos in imagine contemplatur, illorum & meminerit; & glorificet Deum, qui illos quoque magni fecit. Decet siquidem eos honor & veneratio, propter justitiam eorum: ut omnis, qui videt eos, in imitationem suorum operum ducatur. Qualis verò iste est adorationis honor? Profectò non alius, quam is, quo nos peccatores quoque invicem prosequimur, salutantes nos inter nos per honorationem & dilectionem. Quid aliud apud Dominum Deum nostrum sentamus, quam adorantes, glorificantes, & trementes eum? Imago enim nihil aliud est, quam figura illius, in quâ perfectiorâ expressus est. Impii verò qui olim nihil boni faciunt, neque Sanctorum recordantur, caveant bona operantes impedire, neque scandalo sint his qui sanctos Dei servos honore afficiunt. Boni enim ... bonam mercedem adipiscentur. Impii verò, quemadmodum animo suo voluerunt; ità infidelitatis suæ mansionem invenient: quando justitiam negligentes, a Deo defecerunt. Ex his liquidò constat, ob recordationem Sanctorum, imagines tantum pingi, venerari & coli: quos clarè constat servos esse Dei, & pro nobis apud deitatem obsecrantes & intercedentes. Dignum namque est, ut ducum nostrorum memores simus, & Deo gratias agamus. *Accedat his, quæ beatus* HIERONYMUS *presbyter Hierosolymitanus, in quodam Sermone scripta reliquit:* Et ... ut concessit omnibus gentibus, adorare quæ manu facta sunt; Judæis quidem crustas illas, quas fabricavit Moses, præterea duo Cherubim aurea: ita nobis Christianis crucem largitus est, & bonorum operum imagines, pingere & venerari atque ita nostrum opus apud ... probare.

Hæc sunt, serenissimi & potissimi Imperatores, & dilectissimi filii, quæ ex sacrâ Scriptura novi & veteris Testamenti, item piis sanctorum Patrum sententiis, de sacris Imaginibus Dei, Sanctorumq. virorum, item de divina pictura in ecclesiis, ad laudem Dei, & memoriam Sanctorum suscipiendâ breviter descripsimus. Quæ per Apostolicam relationem Serenitati vestræ potentiæ cum omni humilitate & sincero corde, studiosè defendenda, offerimus. Nos enim perfunctoriè, ex diversis probatissimis Patribus, testimonia de venerandis imaginibus desumsimus: quæ profectò, quod in libris eorum non adulterinis sed germanis, inventa sunt, servanda existimamus: & ob id mitissimo vestro Imperio legenda tradidimus: obsecrãtes interim ex animi fervore, vestram Mansuetudinem obtestando, & veluti præsentes genibus advoluti, & coram vestigia pedum volutando, ego cum fratribus meis, coram Deo supplico, obtestor, adjuro, quo sacras imagines, in ipsa Deum colente & regia urbe & in uni... que Græciæ partibus, in pristinum statum restitui & firmari judicatis: custodientes traditionem hujus sanctissimæ & beatissimæ vestræ Ecclesiæ, abjiciendo etiam & exsecrando impiorum Hæreticorum improbam vehementiam: quò sacram hinc vestram catholicam & apostolicam Romanam Ecclesiam indissolutam complecti possitis. Amen.

Tertiò, recitantur literæ Adriani Papæ ad Tarasium: in quibus commendat Tarasii sententiam de Imaginibus; & hortatur eum, ut deinceps etiam venerandas imagines, (hæc sunt verba ejus) primùm juxta humanam figurationem Christi Dei nostri, secundùm nos & pro nobis & per nos incarnati; deinde inviolatæ & veræ Deiparæ; postremò omnium Sanctorum suorum, colere & adorare pergat. Deinde commendat etiam ejus studium, in promovendâ Synodi convocatione: ac omninò præcipit ei, ut efficiat, quò synodus illa, sub Constantino congregata, sine autoritate, consensu, & præsentia Pontificis Romani, contra Imaginum cultum, damnetur.

Quartò, Patres ex ordine testantur singuli, se probare sententiam Adriani; & Imaginum picturas recipere; & desiderio suo adorare, ut in nomine Christi, & Mariæ virginis, & sanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum, factas: sed in unum Deum verum, ... & fidem suam se referre & reponere, simul asserant. Ac inter eos, Johannes, Legatus Orientalis diœcesis, ad istum Tarasii & Adriani & Synodi consensum, detorquet dictũ Psalmi 85.* *Misericordia & veritas obviat unà sibi; justitia & pax se-se exosculatæ sunt.* Quod Carolus Magnus * egregiè postea refutavit: ut suo loco dicetur.

¶ *In tertiâ actione*, quæ sub 6. Calendas Octobris, Indictione 11. facta scribitur. Gregorius Neocæsareensis libellum offert: in quo damnat suam priorem sententiam; & approbat alteram, de cultu & adoratione Imaginum. Patres

eum

* Vers. 11.

* Lib. 2. c. 9. de Imag.

eum examinant, an verè, & non simulatè, agat pœnitentiam: inquirunt etiam, an aliquem ex episcopis verberârit. Verum ille negat, se quenquam verberâsse. Disputant etiam, [illegible] ipse fuerit antesignanus pseudosynodi; an non [illegible], si tandem ad pœnitentiam admittatur, & nô ad gradum suum pristinum, ac proferuntur in utramque sententiam dicta & exempla. Sed tandem consentiunt omnes, ut in sedes suas ascendant, Nicæensis, Neocæsareensis, Rhodi, [illegible]eapoleos, & Carpathi, episcopi.

Secundo loco recitantur quædam scripta, ut Tarasii, ad Antiochiæ & Alexandriæ & sanctæ Urbis summos sacerdotes: in quibus exponit quomodo invitus ad archiepiscopatum sit pertractus: & petit, se pro fratre agnosci; & [illegible] & preces communicari. Deinde edit confessionem de fide sua: in quâ inter alia indicat, se probare sex universalium Synodorum decreta, & maximè illud sextæ depi[illegible] à Præcursori Christi, agnum digito monstrantem: & asserit, picturas non alium in usum se admittere; nisi ut per easdem omnium conspectui oculis ante exhibeantur res illæ, quæ verè factæ sunt. Postea ad Synodum eos invitat & rogat, ut [illegible] & literas, & si qua alia habeant, quæ prosunt ad veritatis inquisitionem & confirmationem, mittant. Postremò, ad studium pacis & concordiæ omnes hortatur: ac precatur Deum, ut, intercedente Mariâ virgine, diuturnum ulcus curet, & in sincera fide omnes confirmet, & sanctam Ecclesiam custodiat, & scandala imminentia avertat.

Tertio leguntur literæ Orientalium pontificum & sacerdotum ad Tarasium: [illegible] asserunt, se amplecti Tarasii confessionem & sententiam: ac indicant, se Johannem & Thomam ad [illegible] mittere; ut fallam accusationem, quâ Ecclesiæ Ægypti & Syriæ sint deformatæ, refutent, & [illegible] consentire [illegible] sex synodis universalibus demonstrent, & septimam det[illegible] Deinde, pro fidei suæ declaratione, Theodori Patriarchæ Hierosolymorum symbolum, & suam sententiam de sex Synodis universalibus subjiciunt. Ac postremò [illegible] sententiam, de Imaginum adoratione, in [illegible] odum exponunt.

A[illegible] Ecclesiæ traditiones, quibus veneratio cultusq[illegible] [illegible] & veneramur: eos autem, ut mi[illegible] [illegible] entes honoramus. Honor enim, [illegible] exhibetur, individuum [illegible] Dominum. Sunt enim promissaria Dei, & [illegible] Christi ha[illegible] tacula, Spiritusq; sancti immaculata specula. Quinetiam animæ eorum in manu Dei exsistunt, ut [illegible] est. Deus enim vita exsistit, [illegible] Sancti in Dei manu sunt, ut vita & lumine ne effusi [illegible] exsistant. Et ob id pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Hi viventes in libertate, Deo ad[illegible] servator noster Christus, fontes salutares. Sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, unguentum redolentis suavitatis scaturientes. Et, ut inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen est Martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum [illegible] partiunt, lepras emundant; tentationes & mœrores [illegible] tunt: atque id per Christum, qui in ipsis habitat. *Bene [illegible] Psalmographus cecinit:* * Mirabilis Deus in Sanctis suis. [* Psal. 68. v. 36.] *Et iterum.* * Sanctis in terrâ i[illegible] mirificas fecit omnes voluntates [illegible] jus in ipsis. [* Psal. 16. v. 3.] *Cum etiam sanctas imagines reveremur: principio adorantes Dei Verbi, propter nos incarnati, Domini nostri & Servatoris Jesu [illegible] qui formam servi assumsit, imaginem. quanquam sciamus, ipsam imaginem & typum deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconvulsim unita est minime posse figuram præstare. Invisibilis enim est divina natura; nec depingi, nec figurare se permittit.* Deum enim, *ut ipse inquit,* nemo vidit unquam. [Johan. 1 vers. 18.] *Sed Humanitatis illius imagines coloribus ducentes, adoramus. Visus enim est Deus, & cum homin[illegible] versatus est, nost[illegible] more & naturâ laboravit, [illegible] Ad [illegible] Christi imaginem, quemadmodum [illegible] ejus [illegible] non tamen a deitate separata. absit ut ita [illegible] abs[illegible] conceptione, cum deitate unita [illegible] Quamvis enim dicat ad Judæos.* * Quia vultis me occidere [illegible] hominem qui veritatem locutus sum [illegible]: *non tamen [illegible] duntaxat Homo fuit sed & Deus. Et cum inquit,* * [illegible] & Pater unum sumus. *hic non abnegat nostram naturam. Humano enim ore & linguâ instrumentariâ, hæc loquitur. Veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparæ & dominæ nostræ irreprehensibilis, immaculatæ & inexplicitæ castitatis Matris, quæ illum peperit. Quinetiam sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & victorum Martyrum, Sanctorumq; & Beatorum, velut amicorum Dei, imagines colimus: non in materiâ aut coloribus honorem constituentes; sed per hoc officium nostrum, quod ipsis adeò, quorum typum imagines gestant, debemus, impartientes. cum sciamus, juxta Basilii Magni sententiam; quod imaginis honor exhibitus, ad ipsum prototypum refertur. Ad eos verò, qui, contentiosius nobiscum agentes, negant fas esse, imagines Sanctorum adorare; cùm sint manu facta: ob id etiam Idola impii illi eas vocant. sciant hi, quòd & Cherubim, & Propitiatorium, & Arca, & Mensa, quæ admirandus Moses ex Dei mandato præparavit, manu hominum facta sunt, & adorata. Divina enim Scriptura reprehendit eos, qui sculptilia adorant, & qui dæmonibus immolant. Gentium enim sacrificia abominanda erant; Justorum verò probanda. Cùm igitur satis crasse Scriptura venerandas imagines recipiat: adorare eas licitum est, sed prototypi causa. Has igitur synodicas literas cùm acceperitis, Patres sanctissimi, si quid in illis repertum fuerit correctione dignum, petimus, ut sine invidiâ, vestrâ doctrinâ, nos reddatis participes: idq; literis rescriptis admonete. Sic enim fiet, ut concordes vos & nos in fide inventi, glorificetur Pater & Filius & Spiritus sanctus, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.*

Quartò, Legatorum Romanorum instinctu, isti trecenti & octodecim episcopi, qui aderant, singuli testantur, se in adorationem imaginum consentire: & anathema pronuntiant in eos, qui diversum sentiant & affirment.

¶ *In confessu quarto*, Synodus de confirmandâ imaginum adoratione laborat: & *primùm* ex sacrâ Scripturâ testimonia citat, ut Exodi 25. * *Dixit Dominus ad Mosen; Facies propitiatorium ex auro puro, &c.* Et Numerorum 7. * *Ipsa est dedicatio altaris, post unctionem manuum, & unctionem ejus, ut ingrediatur Moses ad tabernaculum testimonii, &c.* Ezechielis 41. * *Introduxit me in templum, &c.* Et ex epistolâ ad Hebræos 9. * *Igitur habebat, & quidem etiam prius tabernaculum, justificationes cultus, ac Sanctum mundanum.* Ex his sic colligunt: Si vetus Scriptura habuit Cherubim, obumbrantia propitiatorium: & nos quoque imagines Jesu Christi, & sanctæ Deiparæ, Sanctorumque, habebimus obumbrantes: & per consequens, Imagines sunt adorandæ. *Constantinus*, episcopus Constantiæ in Cypro; mentionem quidem facit, Exodi 20. * prohibitum esse, ne fiat similitudo aliqua Dei: sed id dictum sicco pede transitur. [* vers. 17.] [* vers. 84.] [* vers. 2.] [* vers. 2.] [* vers. 4]

Deinde ex Patribus testimonia allegant: ut ex Chrysostomo, Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino, Gregorio Nazianzeno, Antipatro Bostrorum episcopo, Asterio; ex Anastasii Persæ vitâ, & libello de miraculis ejus; ex Sermone Athanasii de Imagine Christi, & de miraculo in Berytho civitate prodito; ex epistolâ Nili ad Heliodorum, ex Maximo abbate, ex Canone sextæ Synodi, ex Leontii apologiâ contra Judæos, ex Anastasii Theopoleos episcopi libro, ex Sophronii libro de Cyro, & de vitis Sanctorum; ex libro miraculorum Cosmæ & Damiani; ex Basilii ad Amphilochium cap. 17. & 30. & epist. ad Julianum Imperatorem, & Theodoreti, in vitâ Simeonis, cap. 118. ex libro de vitâ Mariæ Ægyptiacæ, ex libro de martyrio Procopii martyris, ex vitâ Theodori archimandritæ, ex epistolâ Gregorii Magni ad Johannem Synnadôn episcopum, & ad Constantinum Natoliæ episcopum, & ex ejusdem ad Thomam Claudiopolis.

Postea Synodus sic concludit: *Divinitus loquentium Patrum doctrina nos correxerunt. Ex iis veritatem haurientes, admoniti sumus, ipsis adhærentes, mendacium persecuti sumus: ab iis eruditi, venerandas Imagines salutamus Patribus, annuntiantibus bona filii, obedientes sumus: gloriamur autem in facie matris, sanctæq; traditionis Ecclesiæ, credentes unum Deum in Trinitate laudatum.*

Venerandas imagines veneramur. Qui sic non credunt; anathema. Qui aliter sentiunt, longè ab Ecclesiâ abjiciantur. Nos veteri Ecclesiæ legislationi insistamus: nos statuta Patrum conservemus: nos, qui addunt aut auferunt aliquid de Ecclesiâ, anathematizamus.

tizamus. Nos nuperam Christianorum accusatorū inventionem anathematizamus. Nos venerādas imagines salutamus. Nos qui sic nolunt, anathemati subjicimus. Christianorum accusatoribus, videlicet iconoclastis, anathema. Qui ex Scriptura sententias contra idola dictas in sanctas imagines torquent, anathema. Qui sacras imagines idola vocant, anathema. Qui dicunt, Christianos, tanquam deos, imagines amplecti, anathema. Qui communionem habent cum iis, qui sanctas imagines [illegible], aut contemnunt, anathema. Qui dicunt, præter Christum, aliquem nos a cultu idolorum liberasse, anathema. Qui [illegible] audent, sanctam catholicam Ecclesiam idola unquam accepisse, anathema.

Et postea: *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium unigenitum, Verbum ejus per quod omnia creata sunt: in sanctum Spiritum, vivificantem Dominum, &c. Salutamus etiam sanctas dominicas Apostolicas & propheticas, item Sanctorum, præcipue autem dominæ nostræ Deiparæ, imagines: quæ nobis veluti exemplaria sunt & instructiones bonorum operum imitationis & fidei erga Christum: omnem idololatriam exsecrantes, & latriam solam Christo tribuentes, & Deo Patri, & Spiritui sancto, tanquam uni Deo: cui honor & laus in secula.*

Hanc sententiam omnes subscriptione confirmant.

¶ *In quinto congressu*, qui habitus est 4. Nonas Octobris eodem anno, iterum ex Patribus proferuntur dicta, quibus imaginum cultum stabilire conantur. Ut ex *Cyrilli*, archiepiscopi Hierosolymorum, Catechesi, ubi Nabuchodonosor, propter Cherubim ex templo ejectum, dicitur punitus: & inde colligitur, omnes esse damnandos, qui aliquod sacrum ex templo ejiciant. Et ex epist. 5. *Simeonis Stylitæ*, ad Justinum juniorem; ubi indicatur, eos, qui statuas & imagines Imperatorū subvertunt, peccare: multo ergo atrocius eos delinquere, qui Christi & matris ejus Mariæ statuas evellant. Et ex libro *Johannis* episcopi Thessalonicensis; unde probant, etiam Angelos esse pingendos in eā formâ, quâ hominibus apparuerunt. Item ex libro *Leontii*.

Deinde, librum falsò inscriptum, *Itinerarium Apostolorum*, ex quo adducta fuerant testimonia contra Imaginum cultum: ac eum damnant, sententiâ *Amphilochii* adductâ, & comburunt: propterea quòd incarnationem Christi dicat esse opinionem.

Tertio, *Eusebii Pamphili* epistolam ad Euphrationem, unde imaginum oppugnatores citaverant quædam, legunt: &, ut Arianam, respuunt & damnant.

Quartò, ex *Theodori* & *Johannis Diacrinomeni* historiis ecclesiasticis, de Pl[illegible] hæretico legunt, quod is imagines abjecerit: & postea ipse, & Severus ejus asseclæ, in Synodo Constantinopolitanâ damnatus sit.

Quintò, codices quosdam afferunt ex Bibliothecâ, qui ob imaginum cultum, quem defendebant, ab aliis erant mutilati: cujus rei autores damnant.

Sextò, sacra Biblia proferunt; in quibus exstabat Scholium super locum Exodi 2[illegible]. Deuteronomii 5. * *Non facies tibi idolum, neque aliquam similitudinem, &c. Et si facimus hominum piorum similitudines, non tamen ex fimus ut adorentur, ut dii; sed ut, eas videntes, ad imitationem sanctorum illorum incitemur. Si vero similitudines Christi facimus, sane non propter similitudinem adoramus, sed quo mens per ea, quæ conspexit, sursum volet. Non enim venerationem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutatè dignatus est fieri, facimus illius imaginem, velut hominis; quamvis sciamus eum natura Deum existentem. Non idem igitur Deum & Imaginem dicimus, sed Deum cognoscentes, similitudinem in imagine dispensationis illius [illegible] humana figuramus. Gentiles autem errantes, similitudines deos esse arbitrantur.* Ac quia Scholion illud expunctum erat, pronuntiatur anathema in Anastasium, Constantinum & Victorem, hæreticos, qui putantur ejus rei autores.

* vers. 4.
* vers. 8.

Septimo, profertur alius codex, & ostenditur mutilatus ab adversariis: & ex alio exemplari indicatur, omissam esse historiam, quomodo Hierosolymitani, portantes imaginem Christi, machinas Chosrois, obsidentis urbem, dissolverint: ac narrat Leo Lector Constantinopolis, se vidisse, Edessæ imaginem adorari à populo.

Octavo mir[illegible] quædam magnorum recitant. Ut, quòd Dæmon dixerat ad quendam Monachum, se eum missum facturum, si non amplius [illegible] imaginem Mariæ. Unde [illegible] oportere [illegible] im[illegible] ut [illegible] contr[illegible] Satanam [illegible] consequent[illegible] Diabol[illegible] oto. [illegible] simulacrum A[illegible] ad puteum a [illegible] e Apa[illegible] centis [illegible] [illegible] effecerit, ut a [illegible] en[illegible] et. [illegible] quòd etenim quidam [illegible] Mariæ accenderet candelam, & peregre abiens man[illegible], [illegible] eam [illegible] tinctam, donec rediret, & [illegible] [illegible] ctum sit, [illegible] post duos vel plures menses [illegible] reversus.

Nono Johannes monachus hanc recitat sive [illegible], sive fabulam, unde impugnatio imaginum originem duxerit. Cum di[illegible] m e[illegible] impiorum Arabum tyr[illegible] [illegible] man[illegible] inabant, c[illegible] ut illet, subsecutus illum est U[illegible]: qui [illegible] posteaquam regnū adiisset; Ana caphon Ma[illegible] [illegible]em sane at[illegible]ocem, per gratiam Domini nostri Jesu Christi Servatoris, ejusq; Deiparæ matris, cum magnâ exercitus sui clade & [illegible] miniâ, a terrâ illâ expu[illegible] [illegible] iamque fugavit: neque de tec[illegible] ndo spem illi ul[illegible] lam reliquit U[illegible] autem fato [illegible] functo, Ezidus quispiam, homo levis & inconstans, regnum accepit. Per ea tempora [illegible] Tiberiade dua[illegible] qui[illegible] iam [illegible] at Hebræorum [illegible] [illegible]iorum cui nomen Sarantapec[illegible]s, officina Diabolorum, quibus [illegible] tiare animas lusus est & iocus, homo præstigiator & veneficus, & Ecclesiæ D[illegible] stis [illegible] plicabilis. Hic animadversâ Ezidi Regis levitate, hominem aggreditur, pol[illegible]ceturque Hebræorum ingeniâ malitiâ, se Regi quædam prædicturum: & vatem acturum, in maximè necessariis rebus, se offert. Ea res [illegible] essent insinuata tyranno. V[illegible] lo, inquit, o Princeps, modò me audias, rationem quandam indicare tibi, quâ poteris facillimè, & vitam commodam degere: & triginta annos regnū æquabili in potestate conservare. Stultus autem tyrannus, spe & desiderio longioris vitæ, animi levitate elatus, (erat enim homo voluptatibus deditus & præditus) respondit: Quæcunque me jusseris facere; modò possim, agam: teque, si modò consecutus fuero, quod prædixisti, beneficiis infinitis afficiam. Veneficus autem Hebræus confestim inquit: Sine ulla dilatione jube, universum per regnum, epistolam, quæ passim circumferatur, scribi & mitti, quâ omnem imaginem & [illegible] in tabul[illegible] sive in opere musaico, in parietibus, sive in vasis sacris, aut indumentis, & altaribus sit, & quæcunque in Christianorum ecclesiis reperitur, deleri, expungi [illegible], & ex foro [illegible] mandes. Neque illas solum; verum omnes plane sim[illegible]dines: & earum etiam, quæ in foro, ornatûs & honestatis gratiâ, collocantur. Nullâ igitur ratione aliâ, quam ut odium & furorem adversum Christianos exerceret, præstigiator id tentavit. Tyrannus autem nefandus, præstigiatoris levitate suâ auscultans, missis nuntiis, omnes sanctas imagines & similitudines, per universam provinciam, abstulit. Hoc itaque modo primùm Ecclesiæ ornamenta, procurante id Hebræo venefico, ablata sunt. Christiani autem, cum id suis manibus facere detrectarent: missi sunt Hebræi & Arabes, homines in Deum impii, qui, imaginibus exustis, Ecclesiarum quasdam calce, quasdam aliis coloribus dealbarunt & incrustarunt. Hæc autem cum pervenissent ad aures pseudoëpiscopi Natoliæ & qui ejusdem erant cum [illegible]o opinionis: [illegible] Hebræos & Arabes imitati, Ecclesias Dei, velut [illegible] C[illegible] verecundantes reddiderunt. Arbitror autem relatu dignum, ut & Sanctitas vestra audiat, quem finem ign[illegible] [illegible] & veneficus Hebræus habuerit. Ezidus enim, qui facinus perpetraverat, ultra annum cum dimidiato non vixit, in ignemque æternum descendit. Postquam autem mortuus fuit, in pristinum [illegible] ndinem [illegible] imagin[illegible] [illegible]. Filius autem illius, U[illegible] dus nomine, indignatus Hebræo, tanquam interfectori [illegible] turpi [illegible] morte hominem mori coegit. Ita is [illegible] [illegible] gnum [illegible] mium accepit.

Decimò, Legati Romani [illegible] onunt[illegible]nt, venerandam imaginem esse sequenti die in consessum adducendam, & ab omnibus salutandam, & quid de eâ fieri debeat, statuendum.

Postremò,

Postremo Synodus repetit confessionē, de imaginibus adorandis, & anathemata pronuntiat in diversum sentientes.

¶ *In sexto congressu*, qui fuit pridie Nonas Octobris, leguntur sex tomi Gregorii Neocæsareensis, & decreta Synodi Constantinopoleos, sub Constantino Copronymo, cum refutatione Epiphanii: quæ non verbi Dei; sed consuetudinis & Patrum, nititur fundamentis. Deinde, sub finem, subjiciunt hanc suæ sententiæ declarationem.

QUANTOPERE IN ECCLESIA UTILES SINT IMAGINES, quæ historias Veteris & Novi Testamenti repræsentant, brevis demonstratio.

Sancta Dei catholica Ecclesia, ad pœnitentiam, & cognitionem observationis mandatorum Dei, omnes nostros sensus trahit: & ad gloriam Dei cognoscendam studet nos deducere, non modo per auditum, sed & per visum, morum correctionem moliri cupiens: quare ea, quæ acta sunt, omnium oculis optat etiam esse conspicua. Cum enim ex avaritia & habendi studio aliquem rapit; Matthæum ex telone apostolum illi indicat: qui, relicta avaritiæ insania, Christum secutus est. Eodem modo Zachæum, ascendentem in sycomorum arborem, & Christum desiderantem videre, & comparantem se-se, ut dimidietatem bonorum suorum det pauperibus; &, si quem defraudârit, ut reddat illi quadruplum. Ita imaginum pictarum jugis contemplatio continuo memoriam exercet, ne iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretricio detentum rapere cupit; casti Joseph imaginem proponit: qui adulterium execratus, & temperantiâ illam vincent. Atque hoc ipsum factum, in imagine repræsentatum, amatores hujus virtutis multum confirmat. Rursus alibi beatam Susannam, continentiâ exornatam, exhibet, extensis manibus auxilium ex alto invocantem: Danielemq́; præsidentem judicem, eruentem eam e manibus impiorum sacerdotum. Ipsa autem pictura, ad recordationem temperantiæ & continentiæ vita facit. Rapere vult aliquem luxuriosum, mollibusq́; vestimentis indutum, & non erogantem in pauperes quæ posset ab illis preciosis vestibus sumere, & a sua delicata vita: Johannem huic, pilis camelorum indutum, edentem sylvestre mel, & digito Christum, qui sufferet peccata Mundi, indicantem, exhibet. His adjungit Basilium Magnum, & cum eo solitariorum jejunantiumq́;, corporibus in terram stratis, multitudinem. Sed satis sit, horum paucorum mentionem fecisse: reliqua auditoribus investiganda relinquo. Habemus etenim totam evangelicam narrationē depictam, & in recordationem divinorum nos ducentem, gaudioq́; nos implentem. Hæc enim cùm nobis ob oculos fuerint posita: corda illorum, qui timent Dominum, exsultant; florent vultus, anima contristata in voluptatem transformatur, & cum divino patre David psallit: Recordatus sum Dei, & exultavi. *Itaq́; semper per eam Dei recordari possumus. Nam est, cum lectio in sacratis templis non pronuntiatur: imaginum autem apparatus, & manè, & meridie, & vespere, in his fixus, actorū veritatem nobis narrat & annunciat. Traditionem itaq́; Ecclesiæ recipiamus, legislationem ejusdem veneramur: ne flocci pendamus priscam & divinam consuetudinem: in vetera & prisca judicia ne simus curiosi. Omne enim, quod in recordationem Dei erigitur, acceptum illi esse constat. Qui autem se excludunt ab ista traditione, quam acceptarunt, quicunq́; germani in Ecclesia catholicâ filii fuerant; an non sunt nothi, & minimè legitimi? An nondum sentimus, probam & laudabilem esse imaginum erectionem? An non sentimus, spiritualiter nos per eas referri ad prototyporum recordationem? Sane sentimus. Quapropter non indignas habebimus eas honore, salutatione, & veneratione: debitamq́; adorationem illis dare debemus. Sive igitur placebit salutationem, sive adorationem appellare, idem profecto erit: modò sciamus excludi latriam. hæc enim est alia a simplici adoratione: ut alibi sæpe est ostensum. Qui autem est adoraturus venerandam imaginum picturam: si dignus est, accedat: si indignus sit, purgetur, deinde accedat. Nec autem in seditione sitanica, aut timiditate suspicionis occasionem malignam habeat; quod, ... et latriam sit illis exhibiturus. Absit ista suspicio! Dei enim impugnatores & vaniloqui serpentem imitantes, hæc linguâ impudicâ ... Serpens enim, ad mulierē veniens, fingens mendacia loquebatur:* * Quid est, quod dixit Deus? Ab omni ligno paradisi ... comederis: à ligno autem, quod est in medio paradisi, ne comedatis ab illo? *Sic & hi mentes muliebres decipiunt, dicentes. Quid si*

* Gen. 3. v. 1.

quis adoraverit imaginem Domini, aut intemerata Deipara dominæ nostræ, aut sanctorum Angelorum, aut alicujus è Sanctis; is in spiritu latriam illi exhibet. Cavete, ne decipiamini oratione istorum: cavete, ne dolosa labia vos seducant. Admonitio & transgressio Diaboli hæc est. Gregorius *ille Theologus, ejuscemodi cogitata subvertit; adhortatus nos omnes ad Bethlehem venerationem, & ad Præsepis adorationem. Cum illo gloriosus* Maximus, *cujus laus in omnibus Ecclesiis, quando cum quibusdam de ecclesiasticis negotiis agebat, divinam figuram venerabilis crucis, item sacrum Euangelium & venerandam imaginem, jussit in medium adduci: voluitq́;, ut, in confirmationem dictorum, osculareentur ab omnibus. Qui verò ab immortalitate nomen habet,* Athanasius, *clarissime nobis in epistolâ ad Marcellinum, quam proposuit libro interpretationum Psalmorum, disserit, sic dicens:* Librum Psalmorum aliquis assumēs, prophetias de Salvatore continuò, ut in aliis Scripturis, admiratus & adorans, enarrat. *Vides, quomodo admirandus pater noster prophetias adorandas esse jubet? Quòd si autem pium est, eas adorare: quantò magis, exitus propheticarum declarationum in imagine videntes, necessario adorabimus? Habet enim prophetia:* * Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium. *Hanc igitur prophetiam nos in imagine videntes, nempe Virginem in ulnis habentem, quem peperit; quomodo non poterimus adorare & salutare? Quis tam indoctus, qui audebit differre salutationem? Dignos igitur nos faciamus adoratione: ne indignè aggressi, pœnam Ozan incurramus. Hic enim arcam Domini nutantem attingens, eâdem horâ interiit, cum indignè ad eam appropinquaret: quanquam & ipsa ex diversis figuris esset variata, & ex lignis constructa, quemadmodum imaginum materia est. Qui verò dicunt, sufficere usum imaginum ad memoriam solùm; non verò ad salutationē eas habendas: illud quidem recipientes; hoc verò recusantes: semiprobi quadam tenus & falsoveri (ut ita dicam) deprehenduntur: alterâ quidem parte veritatem confitentes, ex alterâ verò perversè agentes. O insignem quoq́; horum insaniam! Igitur, quia accusatores sunt veritatis & orthodoxæ fidei, nunc consonos nos habituri sunt? & in reprobatione ecclesiasticarum traditionum accusabimur, veniamq́; postulabimus? In omnibus his, præcepta servemus in mandatis, Propheticam vocem auribus percipientes, ambulemus. Hæc ita dicit:* * Si annunciatum fuerit tibi, ò homo, bonum aliud, quàm Dominus à te requirit; aut quàm facere judicium, & diligere misericordiam, & paratum esse ambulare cum Domino Deo tuo: huic non aquiescas. *His itaq́; animum applicemus: linguam refrenemus; quò a mendacio, convitio & turpiloquentiâ, discedat. Oculum contineamus, ventrem disciplinemus: in psalmodiis & precationibus fortes simus. In omnibus, quæ a Deo nobis largita sunt, gratias agamus: juramento non insistamus, sed vocem Domini audiamus, dicentis:* * Ego dico vobis, ne jurate: *inanem gloriam sub pedibus calcemus. Maximum bonorum omnium, misericordiam & dilectionem, amplectamur, & hanc timori Dei conjunctam. Nam dilectio, quæ est sine timore Dei, reproba est. Quia & Josaphat amabatur ab Achab; sed audivit:* * Si cum peccatore amicitiam inieris, si exoso à Deo suppetias tuleris. *Igitur cum timore Dei omnia agamus; postulātes intercessiones incontaminata Deipara & semper-virginis dominæ nostræ Mariæ, item sanctorū Angelorum, omniumq́; Sanctorum: salutantes & venerandas illorum reliquias; ut nos sanctitudinis eorum simus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum, in Christo Jesu Domino nostro; quem decet gloria, potentia, & superadoratio sive latria, cum Patre & sancto Spiritu, nunc & in seculorum secula.*

* Esai. 7. vers. 14.

* Mich. 6 vers. 8.

* Matth. 5. vers. 34.

2 Paral. 19 vers. 2.

¶ *In septimo & ultimo consessu*, qui fuit 3. Idus Octobris, Patres promulgant decretum Synodi: idque corroborant subscriptionibus & acclamatione publicâ: quæ subjiciemus ordine.

SANCTA MAGNA ET UNIVERSALIS SYNODUS, QUÆ gratiâ Dei, & juxta pium Christi-amantium Imperatorum nostrorum, Constantini, & Irenes illius matris, decretum, secundò in splendidâ Niceæ metropoli, quæ est in Bithyniâ, in sacrâ Dei ecclesiâ Sophiæ, congregata, traditionem Catholicæ ecclesiæ secuta, hæc definivit subjecta.

Qui nobis cognitionis suæ lumen gratis dedit, & tenebras caliginemq́; idolorū insaniæ discussit, nosq́; ab eâ liberavit, Christus Jesus Deus noster; qui suam Ecclesiam, non-habentem maculam

aut ru-

aut rugas sibi desponsavit: eam diligenter custodiendam esse praecepit, & Discipulis suis sanctis confirmavit, dicens; * Vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. *Hanc verò promissionem, non solùm illis; sed & nobis fecit, qui per illos credidimus in nomen illius. Hanc igitur donationem quidam contemnentes, ab impostore & defraudatore inimico elati fallis, a rectâ ratione desciscentes, catholicaeque Ecclesiae opponentes sese, circa veritatis intelligentiam peccarunt; & (ut dicit proverbialis sermo) axes propria agricolationis errare fecerunt; & manibus congregaverunt sterilitatem. Quandoquidem sacrarum dedicationum, & oblationum Deo-decentem ornatum calumniari non dubitarunt: appellantes se sacerdotes; cùm reverà non sint. De his Deus per Prophetam clamat:** Multi pastores destruxerũt vineam meam; contaminaverunt portionem meam. *Minimè enim sanctè viros, qui sibi ipsi multa tribuunt, secuti, sanctam nostram Ecclesiam, quam sibi Deus adoptavit, accusarunt; neque inter sacrum & profanum ullum discrimen posuerunt. Nam imagines Dei & Sanctorum suorum, similiter cum statuis Satanicis, idolorum nomine appellarunt. Igitur, obedientiam suam ab insaniâ istorum corrumpi ampliùs non ferens Dominus noster Christus, nos undique sacerdotalis dignitatis praefectos, secundùm suum beneplacitum convocavit: accedente huc divino zelo & nutu Constantini & Irenes, fidelissimorum nostrorum Imperatorum. quò divina traditio Ecclesiae catholicae communi suffragio autoritatem accipiat. Igitur cum omni diligentiâ perscrutantes & investigantes, juxta scopum veritatis nobis propositum, nihil adjicimus; nihil deminuimus: sed cuncta Ecclesiae catholicae dogmata conservamus; & sex universalibus Conciliis inhaerentes, eorum acta comprobamus.*

Principiò, secundùm Synodum, in splendidâ Nicaea congregatam, deinde in Regiâ urbe; Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terrae, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: genitum; non factum: consubstantialem Patri ante omnia secula, per quem cuncta facta sunt. qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus. crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus; & resurrexit tertiâ die, secundùm Scripturas; & ascendit in cœlos, sedens ad dextram Patris, & iterum venturus est cum gloriâ, judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum vivificantem: qui ex Patre Filióque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. In unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum: & exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen. Exsecramur & anathematizamus Arium, & asseclas ejus, & qui communicant cum illius improbis opinionibus: Macedoniumq́ue, & sodales illius, qui rectè appellantur Pneumatomachi, id est, impugnatores Spiritûs. Confitemur etiam dominam nostram, sanctam Mariam, propriè & verè Deiparam; ut quae peperit unum sanctae Trinitatis, Christum Deum nostrum: quemadmodum prior Ephesina Synodus constituit; & impium Nestorium, sociósque illius, tanquam dualitatem personarum inducentes, ab Ecclesiâ depulit. Ad haec, duas naturas incarnati propter nos, ex immaculatâ virgine Mariâ, confitemur; perfectum Deum & perfectum Hominem cognoscentes: quemadmodum Synodus in Chalcedone habita declaravit; Eutychemque & Dioscorum, blasphemantes in illius divinitatem, exterminavit: adjicientes his Petrum, Severum, & catenam istorum blasphemiam, non-concorditer connexam. Praeterea Origenis, Evagrii & Didymi, fabulositates anathematizamus: quemadmodum Synodus Constantinopoli conflata, quinta numero, docuit. Deinde, duas voluntates & actus, secundùm naturarum proprietatem, in Christo, praedicamus: quemadmodum sexta Constantinopolitana Synodus definivit. detestamúrque cum eâ Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium, impios istos pietatis impugnatores: omnésque illis consentientes anathematizamus.

*Fatemur autem unanimiter, nos ecclesiasticas traditiones, sive scripto, sive consuetudine valentes & decretas, retinere velle. quarum de numero est Imaginum effiguratio: ut quae historiae evangelicae promissionis concinat, ad credulitatem vera, & non-phantastica, incarnationis Dei; & ad utilitatem similitudinis, quam nobis exhibet, utiliter inventam. His sic se habentibus, regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum & divinorum Patrum doctrinae insistentes, & catholicae Ecclesiae, in quâ sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes, definimus: cum omni diligentiâ & curâ, venerandas & sanctas imagines, ad modum & formam venerandae & vivificantis Crucis, e coloribus & tessellis, aut aliâ quâvis materiâ commode paratas, dedicandas: & in templis sanctis Dei collocandas; habendásque, tum in sacris vasis & vestibus, tum in parietibus & tabulis, in aedibus privatis, in viis publicis: maximè autem imaginem Domini & Dei Servatoris nostri Jesu Christi; deinde intemeratae dominae nostrae Deiparae; venerandorum Angelorum; & omnium deinde Sanctorum virorum. quò scilicet, per hanc imaginum pictarum inspectionem, omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium, veniant; illisque salutationem, & honorariam adorationem, exhibeant: non, secundùm fidem nostram, veram latriam; quae soli divinae naturae competit: sed, quemadmodum typo venerandae & vivificantis Crucis, & sanctis Evangeliis, & reliquis sacris oblationibus suffitum & luminarium, reverentes accedimus: quemadmodum veteribus piè in consuetudinem hoc adductum est. Imaginis enim honor, in prototypum resultat: & qui adorat imaginem, in eâ adorat quoque descriptum argumentum. Sic enim sanctorum nostrorum Patrum obtinet disciplina, vel traditio catholicae Ecclesiae; quae a finibus usque ad fines Evangelium suscepit. Paulo ergo sic in Christo loquenti, omnique Apostolico coetui, & Patribus sanctis idem-sentientibus inhaerentes, servamus traditiones, quas suscepimus. Quare & Victoriae carmina ad Ecclesiam cum Propheta accinimus:** Gaude valde, filia Sion; praedica filia Hierusalem; exsulta & laetare ex toto corde tuo: a te Deus abstulit iniquitates adversantium tibi: liberata es de manu inimici tui. Dominus rex tuus in medio tui; & pax tibi in sempiterna secula.

Igitur, qui ausi fuerint aliud sentire aut docere, aut more impiorum Haereticorum Ecclesiasticas traditiones contaminare, aut novam quandam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de consecratis in Ecclesiâ abjicere; Evangelii inquam depictum codicem aut figuram Crucis, aut Imaginis alicujus picturam, aut reliquias Martyrum, quas sciverint esse germanas & veras; aut contra ista vafre & improbè aliquid excogitare, quod sit contra constitutionem ecclesiasticam, aut uti tanquam communibus, sacratis Deo, repositis pretiosis, aut monasteriis reverendis: si fuerint Episcopi aut Clerici, deponuntor: si Monachi aut Laici, communione privantor.

Petrus, miseratione divinâ, protopresbyter sanctissimae ecclesiae Romanae beati Petri, & locum retinens Adriani Papae veteris Romae, definiens subscripsi.

Petrus, indignus presbyter & praeses sancti patris nostri Sabae, & vices agens Adriani Papae veteris Romae, definiens subscripsi.

Tarasius, miseratione divinâ, episcopus Constantinopolitanus novae Romae, Patrum dogmatibus insistens, & catholicae Ecclesiae adhaerens, definiendo subscripsi.

Johannes, miseratione divinâ, presbyter, & assessor patriarchicus, & vices agens trium Apostolicorum thronorum Orientis, Alexandriae, Antiochiae, & Hierosolymorum, Patrum dogmatibus insistens, & catholicae Ecclesiae inhaerens, definiendo subscripsi.

Agapius, indignus episcopus Caesareae Cappadociae, Patrum dogmatibus insistens, &c. subscripsi.

Sequuntur nomina aliorum episcoporum, quae extant *in 2. tomo Conciliorum.*

Sancta Synodus exclamavit: *Omnes sic credimus: omnes idem sapimus: omnes approbantes subscripsimus. Haec est fides Apostolorum: haec est fides Patrum: haec est fides Orthodoxorum: haec fides orbem terrarum confirmavit. Credentes in unum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Qui secùs agunt, anathemate percelluntor: qui sic non sentiunt, ab Ecclesia depelluntor. Nos antiquae Ecclesiae legislationi insistimus: nos decreta Patrum custodimus: nos adjicientes aliquid, aut auferentes Ecclesiae, anathematizamus. Nos venerandas imagines suscipimus: nos, qui secus faxint, anathemate percellimus. Quicunque sententias sacrae Scripturae, de idolis, contra*

Marginal notes: * Matth. 28. v. 20. — * Hierem. 12. v. 10. — * Zach. 9. v. 9.

venerandas imagines addicunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant; anathema. Qui dicunt, quòd imagines Christiani ut deos adorent; anathema. Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant; anathema. Qui, præter Christum, Dominum Deum nostrum, dixerit alium nos à cultu idolorum liberâsse; anathema. Qui audent Ecclesiam catholicam dicere idola aliquando suscepisse; anathema. Multi anni Imperatorum! Constantini, & Irenes ejus matris, multi anni! Victorum Imperatorum multi anni! Novo Constantino & novæ Helenæ perpetua memoria! Deus imperium Augustorum conservet! Imperator cœlestis, terrenos Reges custodi! Cunctis Hæreticis anathema. Rugienti conciliabulo contra venerandas imagines, anathema. Impiæ hæreseon verbula æstimantibus, anathema. Theodosio, falsi nominis episcopo Ephesi, anathema. Sisinnio, cognomento Pastillæ, anathema. Basilio maledico Tricacabo, anathema. Trinitas enim horum dogma sustulit. Anastasio, Constantino & Nicetæ, qui successivè thronum Constantinopolitanæ Ecclesiæ ascenderunt, non aliter ac novo Ario, Nestorio, Dioscoro, anathema. Sancta Trinitas horum trium dogma sustulit. Johanni Nicomediæ, & Constantino Natoliæ hæresiarchis, anathema. In nihilum redegerunt imaginem Domini & Sanctorum ejus. Dominus eos ad nihilum deduxit. Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit; anathema. Si quis Deum secundum humanitatem non circumscriptibilem confessus fuerit; anathema. Si quis evangelicas narrationes per picturam repræsentatas, non acceptaverit; anathema. Si quis has non salutaverit in nomine Domini & Sanctorum ejus; anathema. Si quis traditionem Ecclesiæ sive scripto, sive consuetudine valentem, non curaverit; anathema. Germani orthodoxi perpetua memoria! Johannis & Georgii perpetua memoria! Præconum veritatis perpetua memoria! Trinitas hos tres approbavit. Horum disputationibus inhærentes, digni reddamur misericordiis & gratia primi & magni supremi sacerdotis Jesu Christi Dei nostri; intercedente simul inviolatâ dominâ nostra sancta Deiparâ, & omnibus Sanctis. Fiat, fiat! Amen.

¶ Deinde literas ad Imperatorem scribunt, in hunc modum:

PIISSIMIS ET SERENISSIMIS Imperatoribus nostris, Constantino & Irenæ matri, Tarasius, indignus episcopus Dei servantis, & Imperatricis nostræ urbis novæ Romæ, & universa sancta Synodus, quæ secundùm divinam voluntatem, & jussu Imperatoris, in hac splendidâ Nicæensium metropoli secundò convenit.

Christus Deus noster, fortissimi Imperatores, caput Ecclesiæ prædicatur: quoniam cor nostrum, in manu ejus existens, verbum bonum scaturiit. Suo enim decreto & mandato, vos in nomine suo convocavit: ut dogmatum ecclesiasticorum oracula fixa firmáque conservetis. Etenim, quemadmodum caput vestrum auro & lapidibus pretiosis exornatum est: ità & mentes vestræ evangelicis & Patrum doctrinis sunt exculta. Nam quorum sonus in universum terrarum orbem est egressus, cùm sitis veluti discipuli & consodales, utriusque Christiani populi duces & principes: ad pietatem veritatis sermonem côntulistis; & orthodoxæ fidei pietatísque figuram descripsistis ut de fidelibus, tanquam faces ardentes, reluceatis; & periclitanti Ecclesiæ manum porrexistis. Nam & sanas doctrinas conservatis; & dissidentium unanimem concordiam gubernatis. (absit verbo invidia.) Dei beneplacito, pietatis officia & honesta actiones per vos sunt stabilita. Quamobrem os nostrum impletum est gaudio, & lingua nostra exsultatione. Nā per scriptam nostram vocem res ipsas lingua loquuntur. Quid enim splendidius magnificentiúsque esse possit Principi, quam ecclesiasticarum constitutionum firmitatem, & stabilimentum integrum, cōservavisse? Quandoquidem autem quidam, imaginem quidem pietatis circumferentes, sacerdotii dignitate conspicuos se exhibent; verùm ipsum robur sacerdotii denegantes, consurrexerunt, Babyloniorumque sacerdotum accusationem arripuerūt (quos & Propheta triumphat, dicens:* Egressa est ex Babylone iniquitas) Cajaphæicumque conciliabulum coëgerunt; facti parentes impiorum dogmatum exsecrationis & amaritudinis: quorum os non aliò, quam ad maledicendum, spectat; & hinc gloriam famamque venatur: linguam habentes blasphemam, & calamum benè huic

* Dan. 13 v.5.

inservientem; pugnantes verbis Dei; Imperatorum majestatem monstrosis verbis corrumpentes; gentem sacram, quæ semel Christum induit, & ex illius gratiâ servata est, quasi in idolorum errore existentem, idololatras vocātes: & improbitatis animo proditi, illis bacteum manum injecerunt; arbitrantes, se posse obscurare venerandarum imaginum picturam: atque eas partim veluti communi suffragio exterminarunt, partim verò, quæ ex ærá fusæ erant in singularem ornatum, in turpes usus converterunt: quæ verò ex tabulis & asserculis depicta erant, tum Christi, tum etiam Sanctorum illius, igni tradiderunt: & (ut uno verbo dicam) omnes nostras Ecclesias contaminantes disturbarūt; & hierarchæ, id est sacrarum rerum præsides, antea existentes, hæresiarchæ facti sunt: & pro pace rixas ad populum locuti sunt; pro frumento zizaniam ecclesiasticis agris inseruerunt; vinum cum aquâ miscuerunt, & Proximo potaverunt subversionem noxiam. Præterea, cùm essent lupi Arabici, pellem ovinam egregiè simularunt se gestare: defraudantes quoque veritatem, mendaciorum vires cupiverunt acquirere posse. Sed aspidum ova fregerunt; & secundum Prophetam,* telam araneæ filarunt. Qui autem de ovis istis edere debebat, postquam confregisset ea, ventum inanem reperiens, simul & basiliscum accepit, veneno & lethali afflatu plenum. Quoniam autem hæc ita se habent, & veritatem ad tempus incrudacium addidit: ô vos mitissimi & fortissimi Imperatores, non ferentes ejuscemodi pestilentem, & animis lethalem errorem, diutiùs in terris hærere: sed hunc Spiritûs divini, qui in vobis inhabitat, afflatu obscurare contendistis: quò scilicet firma maneat Ecclesiæ constitutio, & totum populi coagmentum, ac Imperium vestrum pacificè, secundùm nominis appellationem, gubernetur. Neque putastis ferendum aut tolerabile: quòd in reliquis omnibus rebus bene inter nos conveniret, de vita autem nostra summa & præcipua, nimirum pace Ecclesiæ, inter nos essent dissidia: maximè, cùm nostrum caput unicum sit Christus, nos autem deinceps illius unius corporis membra, propter eam, quæ inter nos, communem fidem & sententiam. Quapropter vos sacrum hunc nostrum Episcoporum, in hac Nicæensium metropoli, convenire jussistis: certum quò Ecclesiarum dissensionem auferremus, & male disjuncta ad unionem commodam reduceremus: & ut eam quæ in portex spinosis consuta est sententiis, pallam, hoc est falsam doctrinam, convelleremus & disrumperemus; & vestem orthodoxæ fidei conservatam illæsam. Quare Apostolicis & Patrum adhærentes traditionibus ex afflatu Spiritûs sancti in unum convenientes hunc animis iterum Ecclesiæ catholicæ, & sacrarum sex universalium, dogmata habentes nobis concordantia; audemus anathematizare nostri insaniā Macedonii rabiem, Apollinaris dementiam, Nestorii idololatriam in homine, Eutychis & Dioscori conspirantem vanitatem: & horum multorum capitum hydram, Origenis, Didymi & Evagrii, nugas, fabulásque Sergii, Honorii, Cyri & Pyrrhi, eorumque asseclarum, unam voluntatem, imò malam & improbam voluntatem. Deinde & qui post hos, vana & nova excogitarunt nugamenta, contra venerandas imagines, eodem suffragio, & convenienter accepto sancto Spiritus verbo, & pura fonte illius aquâ spongia divinorum dogmatum abstersimus & expunximus; inventoresque nuper vaniloquentiæ, longè extra ecclesiasticos muros ejecimus. Et, quemadmodum pedes & manum competenter animæ consilio moventur: ita & vos, à Spiritu accepta gratia, & robur habentes fortitudinis vestræ coadjutante, & pietatem reconciliavimus; & veritatem deprædicavimus. Quamobrem omnibus modis recipiēda sunt veneranda imagines, Domini nostri Jesu Christi, quatenus scilicet perfectus homo fuit: & hæ quoque omnes, quæ historicè è sacrâ Evangeliorum narratione depinguntur; nempe intemeratæ dominæ nostræ Deiparæ, sanctorum quoque Angelorum, (nam hominibus ipsi quoque in formâ hominum visi sunt) item Sanctorum omnium, quorum prælia & certamina, tabulis & parietibus sacris, item vestibus & vasis, insculpta, amari debent; quemadmodum catholica Ecclesia, multis retrò seculis, in hisce est instructa. Sic enim ea accepit: sic à sanctis nostræ disciplinæ ducibus, & eorum successoribus, patribus nostris, statutum est. Sunt autem hæ adoranda quoque, hoc est, exosculanda & amanda: idem enim significant hæc, juxta antiquam Græciæ dialectum. Nam προσκυνεῖν, adorare, & ἀσπάζεσθαι, amplecti; & φιλεῖν, amare significat. Præpositio autem πρὸς, intentionem significat desiderii: quemadmodum in προσχαίρω à χαίρω, & προσφιλῶ, κυνῶ & προσκυνῶ; quòd significat & amplexū & vehementem amorem. Nam quod quis φιλεῖ, (hoc est, amat)

* Esai. 59 v.5.

id etiam ... (hoc est, amplectitur) & quod adorat sive amplectitur, nempe ..., hoc etiam omnino ... id est, amat. Testatur id sane humana natura & affectio, quæ erga amicos fama affecti. Sic enim inter duos res agitur: & hoc modo sibi occursantes agunt. Non solum autem apud Græcos hæc loquendi ratio in usu est sed in divinâ quoque Scripturâ, idem annotare licet. In libris enim Regum scriptum est * David surrexit, & cecidit in faciem suam, & adoravit ter Jonathan, & osculatus est eum. Rursus, nónne Dominus de Pharisæis dicit in Evangelio * Amãt primos accubitus in conviviis, & salutationes in foro? Certum est, ... id est salutationem, hoc loco a Domino appellari ..., id est, adorationem. Pharisæi enim, glorioso animo præditi, & se-ipsos iustos existimantes, ab omnibus adorari studebant. Non enim ore osculari petebant: fuisset etenim hoc humilitatis signum, & haudquaquam Pharisaici supercilii. Iterum Paulus Apostolus, divinus sané, quemadmodum in Actibus scribit Lucas: * Nam cùm (inquit) essemus nos Hierosolymis, libenter & alacriter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die, Paulus nobiscum ad Jacobum ingreditur. aderant autem omnes presbyteri. Salutatis autem illis, singula, quæ in gentibus per illum fecisset Dominus, exposuit. Hic enim salutationem, honorificam adorationem mutuò factam, apostolicâ sententia significat. Quemadmodum etiam de Jacob legitur. * Adoravit in summitate virgæ suæ. Cum his convenit Gregorius cognomento Theologus, dicens: Bethlehem venerare; præsepe adora. Quis autem, modo rectè & sincerè Scripturas intelligat, ea, quæ ità in Scripturis occurrunt, non viderit, inde latriam, quasi per Spiritum, non dici: nisi omnino expers sit intelligentiæ, & planè in sententiis Scripturæ & Patrum rudis? Non enim in summo virgæ Jacob latriam fecit: neque etiam Gregorius præsepi latriæ vocabulum addit, nequaquam. Rursus, cum crucem vivificam salutamus, convenienter canimus: Crucem tuam adoramus Domine: Lanceam, quæ vivificans latus sanctitatis tuæ aperuit, adoramus. Quæ sane adoratio, nihil aliud est quam salutatio, sive amplexum malis dicere. Quod indicat hoc quòd labiis quoque nostris propter ea contingimus. Si verò sæpius in Scripturâ, & elegantibus nostris Patribus adorationem quis dixerit, pro cultu, hoc latriâ quæ in Spiritu fit sumi; non negamus. Nam cùm vox sit multæ significationis, non potest non aliquando, pro cultu adorationis in spiritu, sumi. Adoratio enim est, quæ venerationem, desiderium, & timorem significet. Ita nos vestrum victoriosum & placidissimum imperium adoramus. Est adoratio, quæ tantummodò timorem significat: quemadmodum Jacob adoravit Esau. Est quæ gratiam notat quomodo Abraham pro agro, quem accepit a filiis Chet, in sepulcrum Saræ uxoris suæ, adoravit illos. Rursus, qui sperant beneficium se accepturos a potentioribus, eos adorant quemadmodum Jacob adoravit Pharaonem. Hinc divina Scriptura, dicens, * Deum tuum adorabis, & illi soli cultum exhibebis: Adorabis, absolute posuit; neque adjecit, Soli: ut significetur vox diversæ notionis, & æquivoca. Cultum autem exhibebis, sive Servies soli, dixit. Quamobcausam latriam uni Deo tribuimus, ad quem illum referimus. Hinc ita se habentibus, in confesso, & sine ulla dubitatione credimus, acceptam & placitam coram Deo esse venerandarum imaginum depictionem: & earum, quæ dispensationem Domini nostri Jesu Christi exprimunt; & virginis quoque Mariæ Deiparæ intemeratæ; quin etiam gloriosorum Angelorum & omnium Sanctorum, has quoque adorandas & salutandas. Qui verò ita non est animatus, sed circa venerandarum imaginum adorationem laborat & dubitat: eum anathematizat sancta & veneranda nostra Synodus, quæ efficaciâ divini Spiritus, & ecclesiasticis Patrum traditionibus, munita est, & cincta. Anathema autem istud nihil aliud est, quam separatio a Christo. Si verò aliqui repugnaverint adversùm ea, quæ statuta sunt, his non adhibentes fidem: sane contra stimulum calcitrant, & propriis animis injurii sunt. nam & Christo adversantur; & sycophantiis, quæ adversus Ecclesiam Dei exercentur gaudent, ipsamque pietatem subvertere conantur: quare hæreticorum veterum asseclæ, socii & contribules, propter impietatem, verè dicendi sunt. Nos autem fratres & comministros nostros, Dei-amantes episcopos, & cum his præsides & clericos, misimus: ut omnia, quæ inter nos acta sunt, ad divinas aures vestras renuntient.

Ad consignationem autem & majorem certificationem eorum, quæ a nobis decreta sunt, & Majestati quoque vestræ placita sunt, & Majestati quoque vestræ pussima satisfiat; auctoritates quasdam Patrum ex multis paucas, subnexuimus quarum splendore veritatis stabilimentum elucidari magis possit. Salvator autem omnium ... in quo ... regnat, Ecclesiæ suæ pacem pro prauitate tribuat vestrum ... imperium, cum Senatu & Ducibus, & fidelissimo Militum exercitu, in multos annos conservet, & victoriam vobis concedat. Ipse enim dixit: Vivo ego, dicit Dominus: Et glorificantes me, glorifico. Ipse est, qui accingens vos patientia ... hostilem impressionem a vobis auferet, obedientiam autem apud omnes conciliabit. Gaude igitur civitas, exulta vera ... in toto terrarum orbe veluti alta specula. Tenuavit enim * hic David, & Davidice illam allocutus est. * Dominus in medio tui. cujus nomen sit benedictum in secula seculorum. Amen.

Tertiò ad Adrianum Pontificem, in hunc modum:

IN OMNIBUS SANCTISSIMO ET beatissimo fratri & comministro Domino Adriano, Papæ veteris Romæ, Tarasius ... divinâ miseratione episcopus Constantinopoleos, novæ Romæ, in Domino gaudere.

Sufficit quidem salutaris dispensatio Agni Dei, & Servatoris nostri Jesu Christi, ad pacem & concordiam omnibus Christianis. Ipse enim, post resurrectionem a mortuis, Apostolos ... confirmando dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ de cantico, qui raptus fuit in cœlum & in paradisum ingressus, audivit verba quæ non oportebat dici Paulus, inquam, Apostolus divinus, omnibus nobis declaratum est dicens: * Christus est pax nostra, qui unum fecit ex duobus, ... medium parietem obstaculi dissolvens, inimicitias ... in carne suâ. Et iterum ad Thessalonicenses scribens ait: * Igitur fratres state, & tenete traditiones, quas edocti estis sive per verbum, sive per epistolas nostras. Sed postea invidia ... hostis Diabolus, Ecclesiam, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, per diversa tempora juxta beneplacitum Dei, ædificatam, non studuit non convellere & ... zizania ipsi ... licet ut inserens, per quosdam asseclas suos, viros improbos: per quos etiam zizania seminavit in hac elegenti terrâ, ab Apostolis exculta. His siquidem, acceptâ à superna potestate insulcis divina efficacia seminatum frumentum reliquere: quorum divinam doctrinam arripientes Patres nostri admirandi ... zizania quidem exstirparunt, nimirum hæreses, & nuperas vaniloquentias, radicitus usque evellentes, & dimisere messem puram Ecclesiæ. Vestra igitur Deo-decens Sanctitas harum adhærens doctrinis & ab ipsis veritatis sermonem accipiens, ... spinosas, nunc pullulantes, adjungente sese sibi Imperatorum fidelissimorum concertatione, exstirpare machærâ Spiritus sancti satagit. Misistis enim, nobis postulantibus, viros concordes & dignos Apostolica sede sancti Petri, quos, ad se missos Imperatores nostri sincerissimi humaniter susciperunt, ad nos jusserunt proficisci: a quibus postquam literas Sanctitatis tuæ accepissemus, easque legissemus, adduximus ad sanctos & reverendos viros ... & ... verbo & cognitione vobiscum sentientes ... temporibus, una cum variis episcopis zelo Dei & voluntate ... ad ... Synodum, jubentibus & volentibus etiam ... Imperatoribus, contulerunt. Verum nos ... in ... synodi statueramus: cum impii aliquot homines, ... insaniâ tumultuabantur ... in nobis ..., ... prohibuerunt. Quamobrem coacti fuimus integrum ... proposito nostro desistere, nihilque, quod ad eam rem attinebat, tentare. Tempore deinde succedente ... episcopi, in splendida metropoli Nicææ provinciæ Bithyniæ, Imperatorum nostrorum mandato, congregati sunt: nos autem, accipientes comites itineris, & venerandos viros, Legatos vestros, & ... quoque Orientis, ad ipsam metropolim venimus: & omnibus nobis sedentibus, eligere caput, nempe ipsum Christum, visum est. Jacebat autem in sacro throno Evangelium sanctum, quod omnibus nobis, qui convenerant, Justum judicium judicate; justitiam pro sanctâ Dei Ecclesiâ administrate, proclamabat. Itaque prærogativâ quadam, literas Sanctitatis tuæ primo loco legi jussimus. & eramus quidem tum omnes, veluti in regio convivio, tripudiis Spiritûs intenti: quod tali convivio animi nostri recrea-

* 1. Sam. 20 v. 41.
* Matth. 23. v. 6 7.
* Act. 21. v. 17 18. 19.
* Gen. 47 v. 31.
* Matth. 4. v. 10.
* Psal. 46 v. 5.
* Eph. 2. v. 14.
* 2. Epist. 2 v. 15.

tentur; pedésque nostri in viam rectam veritatis per te ducebantur. Sic confracta membra in unum corpus componebantur: sic vera concordia revaluit: sic catholica Ecclesia in unionem est collecta. Post illas autem literas legimus quoque eas, quæ ex orientalibus diœcesibus nobis missæ fuerant. atque ita Patrum traditionis lumen acriùs exactiùsque resplenduit; & vis veritatis clarior fortiórque evasit. His se ita habentibus, ab omnibus nobis, qui divinâ voluntate conveneramus, confessa est vera & calumniæ expers confessio: quæ & à nobis ad vos missa est. Per relationem itaque nostram, piis Imperatoribus nostris, omnes hæreticæ pravitatis principes, quíque eos insequuntur, profanatione & exsecratione condemnati sunt: propterea quòd sanctam catholicam Ecclesiam injuriâ affecerunt. nec verò illi tantùm, qui in hac vitâ in eâdem opinione manent, sed etiam, qui vitam turpiter & perversè projecerunt. Sed quidam eorum, adhuc præsentes, salutem suam per scriptos libellos confessi sunt. Neque Christus Deus noster, petra scilicet, in qua fixi sumus, vestem illam desuper contextam, ipsam nimirum catholicam, à se & super se ædificatam, Ecclesiam suam, divisam & disruptam dentibus pati potuit; neque membra, huc illucque dispersa diutiùs diffundi sustinuit: sed simul, cum veteribus hæresibus, errorem novæ pravitatis Iconoclastarum, qui contra venerandas imagines rabiem suam exercuerunt verbi gratia, funditus subvertit, & machærâ Spiritûs exsecuit. Abunde autem instructi sumus, & experientiâ cognovimus, veritatem super omnia posse & valere. Quicquid illi repugnat, id tandem semper cedit, & aciem relinquere cogitur. Ipsa est omnium fortissima: ità ut facilè quosvis inimicos superet, & repugnantium phalangas dissipet. Ecce enim, & falsiloquorum & mendacium labia compressit: tenebræ absurdarum blasphemiarum cessarunt, pulcritudo veritatis dogmatum resplenduit. Jam omnis hæretica blasphemia ejecta est, & propulsata: Ecclesia proprium ornatum recepit; requiem ex immensis laboribus invenit. Veritas est inconcussa & inexpugnabilis: adversùs quam portæ inferorum & infidelitatis non prævalebunt; quemadmodum ex ore Dominico audivimus: & gaudio repletum est os nostrum, & lingua nostra exsultatione. Gavisi autem sumus in Ecclesiâ, cui præsedimus, juxta Dei voluntatem. Hæc igitur facta sunt, Christo Deo nostro, qui super omnes est, rem procurante: auxiliantibus etiam orthodoxis & fortissimis nostris Imperatoribus. Ipsi enim omnibus in locis venerandas imagines restituerunt, cùm in sacris templis, tum etiam in portis regiarum: quibus Deus donet præmium, exaltando cornu imperii illorum, ad pacem Ecclesiæ suæ, & salutem omnium Christianorum, cujus nomen sit benedictum in secula seculorum. Amen.

¶ Quartò, componunt literas Synodicas: quarum exemplum sic habet.

DEI-AMANTISSIMIS SACERDOtibus & clericis, sanctissimæ magnæ Dei Ecclesiæ, & omnium Ecclesiarum Dei-colentis & imperialis urbis, sancta Synodus, quæ in Nicæâ secundò congregata est.

Christus Deus noster, vera veritas, Patris lumen & splendor, qui è tenebris nos in mirandam suam lucem vocans, ex idololatricâ insaniâ nos liberavit & nomina idolorum de terrâ delevit, ne nulla planè eorum sit posthac memoria: placitum sibi existimavit pios & in omnibus orthodoxos nostros fideles Imperatores excitare; qui nos in splendidam metropolim Nicæam convocarent, ut novissimè quæ dissidentia in unum per nos convenirent; & medium parietem inimicitiæ sustolleretur, & vetusta Ecclesiæ catholicæ legislationis autoritatem obtineret. Igitur Spiritus S. inspiratione in hoc ipsum convenientes, ejusdem cooperatione omnes in idem consensimus: Oriens inquam, Occidens, Septentrio & Meridies, in unam unionem (ut ità dicam) convenimus. sanctarum Ecclesiarum pacificus status, propter consentientem fidem & sententias, constitutus est. Pedes enim nostros in rectam viam dirigens Dominus, truncum, qui ex zizaniis veteris & improbæ hæreseos excreverat, funditùs eradicavit. Ecce evangelizamus vobis, in monte excelso stantes, ecclesiasticæ pacis gaudium & celebrem festivitatem. Quid enim gratiosius est confidentiis illius Esaiæ verbis: * Quàm speciosi sunt pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Dignum autem fuisset, & vestram devotam præsentiam rebus omnibus interfuisse: quò omnem à Deo e-

* c. 52. v. 7.

A lectam nostram congregationem uno in loco inveniretis; & per Dei gratiam spectatores fieretis omnium, quæ acta sunt ita & dissertationis vim quoque cognovissetis: quam confirmatione legalium Ecclesiæ catholicæ traditionum, & destructione eorum, qui insurrexerunt contra veritatem, & apostolicas & Patrum traditiones ab Ecclesiâ catholicâ alienarunt, factum est. Sed quoniam inter nos, & vestram Sanctitatem, & humidum iter est, & longa terrestris via: duabus rebus fuit; navibus scilicet, & jumentis, quibus deferri possetis. At quoniam utrorumque copiam non-haben-

B tes, nobis corpore adesse non potuistis: certum est, vos mente & animo idem-sentiente nobis adfuisse. quod sanè Ecclesiæ catholicæ magnum adjumentum exstitit. Quandoquidem autem inter nos membra sumus, habentia unum caput, Christum Dominum nostrum: necessarium duximus, omnem eorum, quæ divinè apud nos acta sunt, seriem narrare. Nam & lingua res per literas effari possunt: eaque ita subinde repræsentant omnia, quasi coram visa fuissent. Postquam igitur ex præscripto Patrum & doctrinâ convenimus; omnes idem sentire cœpimus. Recordatique sumus carminis, quod à Mose factum est, & dictum: * Interroga

C patrem tuum, & renunciabit tibi: quære seniores tuos, & dicent tibi. Ita quoque & nos, ecclesiasticæ ordinationi insistentes neque quicquam illi adjecimus, neque etiam dempsimus: sed apostolicè instructi, traditiones, quas accepimus, servamus, omnia scilicet suscipientes, quæ sancta catholica Ecclesia, & scripto, & consuetudine, admisit. Quorum de numero cùm & venerandarum Imaginum essent figurationes, de his peculiariter egimus. Rursus omnia, quæ divini nostri Patres rejecerunt, ea quoque & nobis indigna, & catholicæ Ecclesiæ adversa & hostica arbitramur: in quibus sanè recensentur, & continuata vaniloquentia Iconocla-

D starum, & eorum, qui falsò Christianos accusant, gangræna, hactenus Ecclesiam depascens. Sed Deus Dominus noster eam in finem non sustinuit. nam, postquam veritas detecta est, orthodoxa & sincera fides omnibus resplenduit; mendacium cum tenebris sibi congeneris evanuit. Nam si, ut ipsi asserunt, Imaginum pictura idolis comparabilis exsistit: nostræ liberationis mysterium, quod Dei Filius per suam in carne sine peccato præsentiam operatus est, vanum reputatur. Quin-etiam vanæ sunt propheticæ promissiones: quarum quædam jubet nos eum adorare & colere, in sanctitate & justitia, omnibus diebus vitæ nostræ. Alia verò dicit: *

* Deut. 32. v. 7.

E Surrexit tanquam ex somno Deus, tanquam potens à crapulâ vini: percussit inimicos suos, & dedit eis in-posterum improperium sempiternũ. Si improperium sempiternum datum est inimicis nostris, hoc est, improbis potentiis, per resurrectionem: quomodo rursus Christiani idolis servient? Vah eorum impietatem & ruditatem! Utinam cogitassent illud: * Qui scandalizat unum ex pusillis credentium in Christum, indignationem intolerabilem Dei incurrit. Sed verbum Domini nihili fecerunt; Ecclesiasticas traditiones cassaverunt. quam ob

* Psal. 78 v. 65. 66.

* Matth. 18. v. 6.

F causam in nihilum rediget eos Dominus: & cum Ario, Eunomio, Macedonio, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Dioscoro, Sergio, Honorio, & reliquis istis improbe-sentientibus, conspiratio istorum connumerata est. Nam horum stultitiam abstergentes, ipsi quoque stulta locuti sunt. Jam tamen fundâ veræ confessionis cum ipsis prostrati sunt, & acies eorum est dispersa. Non enim Deus in seculum dimisit virgam eorum in sortem justorum, hoc est, Ecclesiæ. Judæi cum viana, & alteris in conciliabulo Judæ sederunt: quare conciliabulum eorum Caiaphaicum inventum est. Hoc enim contra Dominum conflatum est. Sed Iconoclastarum adversùs ejus imaginem illud conciliabulum, liberationem no-

G stram per Christum factam sibi & aliis inscripsit. Hoc autem consilium profundum non per Christum cœpit: confœderationes iniit; sed non per spiritum illius: quia ornatum venerandorum templorum sustulit. In hoc conciliabulo nullus invenietur, qui imaginem ad similitudinem Dei ferat: quia imaginem Domini, & Sanctorum illius, ignominiosè confringentes, igni tradiderunt. Hoc conciliabulum insaniâ & dementiæ occasionem dedit multarum & Satanicarum cædium. Hoc conciliabulum falsò sibi nomen assumsit, sacerdotale & sacrum concilium: improbâ enim & profanâ mente conflatum est. Hoc conciliabulum os habet in-

H temperans: spiritu autem falso Christum & veritatem simulavit, mendacii verò in totum est confusum. Hoc conciliabulum catholica Ecclesia, tanquam zizania ex areâ dominicâ, hoc est, Ecclesiâ catholicâ, exstirpavit; & sputo divini judicii ejecit. Itaque ex Ecclesiâ catholicâ ablatum est; & vasa ejus consti-

redar-

redargutionem incurrere. Verum enim & rectissimum Ecclesia judicium, innovationi in se nihil patitur; neque ullam semel-probata res ablationem ferre potest. Nos igitur, Patrum legibus insistentes, ab uno eodémque Spiritu gratiâ acceptâ, sine ulla novitiâ machinatione, & incontaminate cuncta Ecclesiæ dogmata custodivimus: quemadmodum sacra sex universales Synodi constituerunt. Et quæcunque in Ecclesia honore affici jusserunt, sine omni controversia recipimus: e quibus est, ut antea diximus, Imaginum quoque apparatus. Quare eas honorabiliter adoramus, & salutamus: idem enim significant hæc duo verba. Quiq; eadem confitetur, hic catholicæ Ecclesiæ verus & germanus filius, & particeps illius, existit. Cuncta itaq; scandala abierunt, cuncta obscurata sunt. Veritas gubernat omnia: mendacium exterminatum est: seminator zizaniorum omninò defecit: frumentum, hoc est, devotus Christi populus, in unum horreum, nempe Christi Ecclesiam, comportatum est. Orthodoxa fides lumen resplenduit: errorum tenebræ succubuerunt: mæror in gaudium versus est: luctus in exsultationem commutatus est. Conversus est dolor noster in lætitiam: omnia in meliorem partem respexerunt. Quapropter & nos Apostolicè vos alloquimur: Gaudete in Christo, gaudete. *Terna gaudia Trinitas nobis peperit: quam decet omnis gloria, honor & potentia, in secula seculorum. Amen.*

¶Canones viginti-duos esse in hoc Concilio compositos, in Actis indicatur. Declaratam etiam & affirmatam esse in hac Synodo sententiam, de Spiritûs sancti processione à Patre & Filio, *Erfordiensis* * indicat, & *Raynulphus*, † & *Johannes de Oppido*, & *Martinus in Chronico*, & alii. Quod fortè collegerunt ex eo; quòd symbolum Nicænum est in conclusione repetitum: ubi scribitur, Spiritum sanctum à patre filióque procedere. Nam aliàs in Actis, eam rem in disceptationem venisse, non annotatur.

[* cap. 69. † li. 5 c 23.]

Omnibus peractis, mense Novembri, tota Synodus, Nicæâ discedens, Constantinopolim ingreditur. & in Magnaurâ, præsente Imperatore & cunctis episcopis, & clero & populo universo, decreta Synodi publicè proponuntur: quæ Constantinus & Irene approbant & subsignant: & Adriano Pontifici exemplum mittũt Græco sermone, quod Latinè factum in Bibliothecam Romanam est reconditũ. *Liber Pontificalis*. Et statim sacræ Imagines templis restituũtur, & Ecclesiæ in errore non-nihil coalescunt: verùm nõ sinè contradictione plurimorum. *Paulus Diaconus*, * & *Zonaras*. * Nam Constantinus ipse decreta hujus Synodi, non ità multò pòst, abrogavit: ut *Platina & Bergomensis* * indicant. Et in Synodo Francofordianâ, acta hujus planè rescissa & damnata sunt. *Regino*, * *Aventinus*, † *Hincmarus contra Jandunensem episcopum*. * *Ado Viennensis*. † Eginardus, & Carolus Magnus, & filius ejus Ludovicus, disertis & nervosis scriptis ea refutarunt.

[* lib. 23. * Tomo 3. * lib. 10. * lib. 2. † lib 4. * cap 20. † Ætate 6.]

DE SYNODIS, SUB CONSTANTINO solo regnante.

SYNODUS RATISPONENSIS.

ANno Domini 742. Carolus Magnus Reginoburgi Synodum celebrat, *juxta Annales Francorum*. Occasionem præbuit ei nova opinio Felicis, Orgellorum episcopi: qui voce & stylo asserebat, Jesum Christum in divinâ naturâ esse verum Deum; in humanâ verò, nuncupativum. Itèm, in divinâ naturâ esse eum verum Filium Dei; in humanâ verò, adoptivum: unã personam Dei & Hominis dividẽs in duas personas; scilicet veri Filii, & adoptivi. *Sigebertus in Chronico*, & *Aventinus*. *

[* lib. 4.]

Conveniunt episcopi ex omni Germaniâ, Italiâ, & Galliâ: sed nomina eorum in historiis non sunt assignata. Tractatur de propositâ controversiâ; & deprehensus error refutatur: ac expressè confirmatur, Christum non rectè dici adoptivum filium, quia adoptivus filius sit, qui aliquando non fuerit filius: at Christum semper fuisse Filium Dei. ac quia Christus, secundùm humanitatem, non propter adoptionem; sed ob unitatem personæ in duabus naturis, Filius Dei dicatur.

Felix autem, errorem agnoscens, palinodiam canit; & libri ejus exuruntur: Romamque ipse ad Adrianum, cum Engelberto abbate, mittitur. *Aventinus*, * *Antonius*. †

[* lib. 4. † ti. 4 c 83.]

SYNODUS ROMANA.

Cùm Felix Romam venisset: Adrianus, collectâ Synodo, anno Domini 793. de ejus hæresi disceptationem instituit: & Acta Synodi Reginoburgensis examinat, & approbat; & hæresin Felicianam damnat; Felicemque ad pœnitentiam & revocationem adigit. *Sigebertus*.

SYNODUS FRANCOFORDIANA.

Anno Domini 794. *juxta Reginonem* * & *Lupoldum apud Irenicum*, * Synodus Francofurti à Carolo cõvocatur. Occasionem præbuit, tum Felix, qui ad hæresin suam fuerat reversus; ut *Ado* * indicat: tum Adrianus Pontifex, qui Acta Nicænæ II. Synodi, de Imaginum adoratione, miserat approbanda. Convenerunt episcopi, sacerdotes, abbates & monachi, ex omnibus provinciis Caroli; nimirum ex Galliis, Italiâ, & Germaniâ. Adrianus misit etiam eò suos Legatos, Theophylactum & Stephanum. Interest cœtui Patrum etiam ipse Carolus.

[* lib. 2. * lib 11. * Ætate 6]

Ac primùm tractatur de Felicis & Elipandi opinione; num Christus rectè dicatur filius Dei adoptivus, secũdùm humanam naturam. Et communi Patrum sententiâ ea hæresis, scripto libro, refutatur; & damnatur, subscriptione omnium Patrum.

Quia autem prolixum foret, refutationis scriptum adscribere: ideò argumenta & responsiones nudè assignamus.

Hypothesis Hispanorum.

Confitemur & credimus, Deũ Dei Filium, ante omnia tempora, sinè initio ex Patre genitum, coæternum & consubstantialem, non adoptione; sed genere: & confitemur & credimus, eum factum ex muliere, factum sub lege, non genere esse filium Dei, sed adoptione: non naturâ; sed gratiâ.

Rationes autem illorum hæ fuerunt.

I.

Pater major me est. * Itèm: *Puer crescebat, & confortabatur.* † Et: *Vidimus gloriam ejus, tanquam Unigeniti à Patre.* * Ergo Christus juxta carnẽ est adoptivus; & non verus Dei Filius.

Respondet Synodus: Non valet consequẽtia; quia est ignoratio elenchi. Nam non propter adoptionem; sed propter formam servi, dixit; *Pater major me est.* in quâ formâ servi minor est Patre. Simili modo & propter formam servi illud dictum est: *Puer hic crescebat. & cõfortabatur spiritu.* Hoc verò, quod Johannes dixit; *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritate:* contra adoptionem carnis facit. Si unigenitus: quomodo tunc adoptivus? Vel, si non est proprius Filius; quomodo tunc est plenus gratiâ & veritate?

[* Joh 14. v 28. † Luc. 2. v 40. * Joh. 1. v 14.]

II.

HILARIUS dixit: *Adoptivum filium non dicimus naturâ esse, qui verus est filius.* Ergo.

Respondet Synodus: Videtis, quomodo cæca mens contra suam testimonia ponit sententiam. Quis est, qui audeat dicere, Christum non esse verè Filium Dei? Johanne Baptistâ attestante; dum vidit Spiritum Dei descendentem, & manentem super eum: * *Et ego vidi, & testimonium perhibui, quòd hic est Filius Dei* De quo & Apostolus testatur: * *Quorum patres; ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Et, si verus Deus; etiam & verus Filius. Et, si verus Filius; nequaquam tunc adoptivus: quia adoptivus, sicut in testimonio S. Hilarii positum est, non verè naturâ est filius.

[* Joh 1. v 34. * Rõ 9. v. 5.]

III.

HIERONYMUS in tractatu in Apocalypsin dixit: *Calculum candidum, id est, gemma alba, adoptio carnis in filio Dei.* Ergo.

Respondet Synodus: Non valet à textu mendoso, & corrupto. Sic enim exemplaria authentica habent: *Calculum candidum, id est, adoptionem filiorum Dei.*

IV.

HIERONYMUS in Homiliis inquit: *Homo adoptatus, cujus gloriam quæsivit, qui est ab illo unico natus.* Ecce, quem Augustinus dicit adoptatum, hunc (Johannes dicit) advocatum habemus apud Deum.

Respondet Synodus: In hoc loco ignorantia, an pravitas repellenda, sive imperitia deridenda. Nam est fallacia compositionis, & divisionis. De nobis enim dixit, *Homo adoptatus*: de Christo verò, *unicum natum.*

V.

Nostri majores, Eugenius, Hildefonsus, Julianus, in suis dogmatibus ità dixerunt, in Missâ de Cœnâ Domini: *Qui per adoptivi hominis passionem, dum suo non indulsit corpori.* Item in Missâ de Ascensione Domini: *Hodie Salvator noster, post adoptionem carnis, sedem repetivit deitatis.* Ergo nobis etiam liceat sic docere.

Respondet Synodus: Non valet consequentia, ab autoritate hominis, contra Dei verbum. Non vultis illius Christi testimonio credere, de se-ipso dicentis: * *Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Dum dixit, Tuus, proprietatem ostendit. velut & Pater, in Baptismo, testimonio comprobavit; * *Hic est filius meus dilectus.* Meus, dixit: addidit quoque Dilectus; ut intelligeretur proprius esse filius. sicut Apostolus dixit: * *Proprio suo Filio non pepercit.* Et melius est, testimonio Dei Patris credere de suo Filio; quàm Hildefonsi vestri: qui tales vobis composuit preces in Missarum solenniis; quales universalis & sancta Dei non habet Ecclesia: nec vos in illis exaudiri putamus.

* Joh. 17 v. 1. * Matth. 3. v. 7. * Rom. 8 v. 32.

Deinde opponunt Hildefonso Gregorium Pontificem, qui in Collectis scripserit: *ut qui in tot adversis ex nostrâ infirmitate deficimus, intercedente unigeniti Filii tui passione respiremus.*

VI.

Christus est ex Patre unigenitus, sinè adoptione; primogenitus verò, in fine temporis, verum hominem assumendo de Virgine, in carnis adoptione: Unigenitus in naturâ; primogenitus in adoptione. Ergo.

Respondet Synodus: Scimus, Deum, Dei Filium, ex utrâque naturâ, & unigenitum, & primogenitum esse. Unigenitus: quia solus sinè initio ex Deo Patre genitus; & solus ex initio temporis ex Matre virgine genitus. Ideoque est in utrâque naturâ unigenitus etiam, & primogenitus: quia omnis unigenitus, primogenitus etiam est. Hanc sententiam firmant testimonio, Col. 1. * *Primogenitus ex mortuis.* & Salomonis: * *Dominus possedit me initio viarum suarum.* & Sapientiæ: * *Ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* & Hieronymi, in epistolam ad Titum.

* vers. 18. * Prov. 8 v. 22. * Syr. 24. v. 5.

VII.

Similes erimus Christo, in adoptione carnis; & non in divinitate. Ergo Christus est filius adoptivus.

Respondet Synodus: Patres exponunt dictum Johannis, non de similitudine externi hominis; sed interni: qui renovatur, dum externus corrumpitur.

VIII.

David inquit: * *Unxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.* Sed consortes ejus sunt adoptivi filii. Ergo & ipse est talis.

* Psal. 45. v. 8.

Respondet Synodus: Hieronymus, & alii Patres sancti, interpretes Scripturæ, participationem unctionis, non de adoptivis fratribus; sed de regibus, qui Christi vocantur, intellexerunt.

IX.

In Michæâ dicitur: * *Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo? fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* Quòd dicat, Primogenitum, secundùm humanitatem: quòd dixit, Fructum ventris mei, secundùm divinitatem. Ergo.

* c. 6. v. 7

Respondet Synodus: Planè absurda est hæc sententiæ istius expositio. Hieronymus autem longè aliter exponit.

X.

Epistola ad Hebræos, etiam facit pro nostrâ sententia, Christum esse adoptivum. Ergo.

Respondet Synodus: Antecedens falsum est. nam possunt proferri testimonia ex illâ epistolâ, in quibus Christus filius Dei vocatur.

XI.

Nostra sententia congruit cum Symbolo Nicæno, & aliis Patrum assertionibus. Ergo.

Respondet Synodus: Antecedens est falsum. Nam in symbolo Nicæno non invenimus, quod vos asseritis: in Christo duas naturas; & tres substantias; & Homo deificus; & Deus humanatus.

Deinde inquiunt: Quid est natura hominis; nisi anima & corpus? vel quid est inter naturam & substantiam; ut tres substantias necesse sit vobis dicere? & non magis simpliciter (sicut & S. Patres dixerunt) cōfiteri Dominum nostrum Jesum Christū, Deum verum, & verū Hominē, in unâ personâ? Mansit verò persona Filii in sanctâ Trinitate: cui personæ humana accessit natura; ut esset una persona Deus & Homo: nō Homo deificus, & humanatus Deus: sed Deus-homo, & Homo-Deus, propter unitatē personæ: unus Dei filius, & idē Hominis filius: perfectus Deus, perfectus Homo. Perfectus homo nō est, nisi animâ & corpore. Sicut & sanctus Papa Leo, in Homiliâ 4. de Natali Domini, eandem nuncupat naturam, quam & substantiam; ità dicens: *Tanto fœdere utramq; naturam conseruit: ut nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumtio.* Salvâ igitur proprietate utriusq; substantiæ, & in unam coëunte personam. Nec negamus & nos, Christo hæc tria veraciter inesse; divinitatem scilicet, animam, & corpus. sed quia verè Deus, & Homo Deus: in Dei nomine, totum, quod Dei est, designatur: in Hominis verò, totum, quicquid hominis est, intelligitur. Ideò sufficit, in eo unam perfectam divinitatis, & alterā perfectam humanitatis, cōfiteri substantiam.

Deinde ex Cassiodoro, & Augustino, & Isidoro, & Paschasio, probant; non rectè in Christo duas substantias nominari, neque duas personas: sed duas naturas, & unam personam. quia persona personam consumere possit; substantia verò substantiam non possit.

Tertiò, Testimoniis Scripturæ probant, in Christo esse unam personam; & duas naturas.

XII.

Christus dicitur servus: Ergo est adoptivus filius juxta humanam naturam.

Respondet Synodus: Ex humilitate obedientiæ appellatur. Et AUGUSTINUS inquit: *Dominus noster, etiam in forma servi, non servus, sed in formâ servi, etiam dominus fuit.*

Deinde probant, eum, sinè conditione servili, formam servi tantùm sustinuisse.

I. Quia ex Mariâ, quæ libera fuerit, sit natus, non servus; sed ingenuus, & liber.

II. Quia primus Adam non fuerit servili conditione factus: non posse id de secundo Adam, Jesu Christo, asseri.

III. Quia peccatores tantùm sint servi peccati: at Christum esse sinè peccato.

IV. Quia sit dominus omnium hominum & angelorū.

V. Quia Deus Pater in Baptismo, * & in monte, † non servum; sed filium appellârit: & Paulus * proprium Dei filium dicat; & non adoptivum.

* Matth. 3. v. 17. * Matth. 17. v 5. * Rom. 8. v. 32.

XIII.

Christus appellatur Leprosus; itèm Lupus, & Vulsor, in Sacris Literis. Ergo parum obest, si adoptivus dicatur.

Respondet Synodus: Non meminimus ista in sacris legi.

Rationes generales, quibus Synodus probat, non rectè Christum dici filium Dei adoptivum.

I.

Quia neque Patriarchæ, neque Prophetæ, neque Apostoli, neque Patres, sic docuerunt: sed omnes uno ore fatentur, Jesum Christum hominem, etiam Filium Dei esse.

II.

Quia vox ista, *Adoptivus*, reverâ nihil aliud potest denotare; quàm, Jesum Christum non esse proprium Dei Filium, ex Virgine genitum; sed ex servo adoptatum.

III.

Quia adoptatio est plurium filiorum: sed Dei filius unicus tantùm est.

IV.

Quia ad Nestorii hæresin damnata res tandem venit; quòd Deus pater habeat duos filios: alterum proprium; alterum adoptatum.

V.

Quia asserere, Virginem adoptivum vel servum genuisse, idem est, quod negare, illam Deum genuisse.

VI. Si

V I.

Si Deus generatus est: nequaquam adoptivus est; sed filius. Quia alia persona est proprii filii; alia adoptivi vel servi: contra sententiam Ecclesiæ, quòd una sit persona in Christo.

V I I.

Adoptio nihil aliud est, quam charitatis copulatio: quâ pater adoptione sibi copulat filiũ, quẽ proprium nõ habet.

V I I I.

Quia Christus ipse de se testatur, quòd sit verus Dei filius: * *Pater, clarifica filium tuum; ut filius tuus clarificet te.* Et Pater de ipso de cœlo clamat; * *Hic est filius meus dilectus.* Et Centurio inquit: † *Vere filius Dei fuit iste.* Et dæmones * *eum filium Dei* confessi sunt. Et Apostoli, interrogati, quis esset, responderunt: † *Tu es Christus, filius Dei vivi.* Et Paulus, * eum, qui crucifixus est, *Dei virtutem & sapientiam* prædicat. Et Esajas inquit: * *Filius datus est nobis.*

* Joh. 17. v. 1. * Matth. 3. v. 17. † Luc. 23. v. 47. * Matth. 8. v. 29. † Matth. 16. v. 16. * 1 Cor. 1. v. 24. * c. 9. v. 6.

I X.

Quia omnia testimonia Patrum, quæ pro eâ sententiâ adduxerunt, corruptè & truncatè, & contra eorum animum, citarunt.

X.

Quia ista doctrina affert magnum scandalum Gentibus: si asseritur, Deum Christianorũ, servum, vel adoptivũ esse.

¶ De hac sententiâ Synodi, Carolus Magnus in hunc modum ad Hispanos rescripsit.

CAROLUS, GRATIA DEI REX FRANcorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, filius & defensor sanctæ Dei Ecclesiæ, Elepando, Toletanæ civitatis metropolitano, & cæteris in partibus Hispaniæ consacerdotibus Orthodoxæ fidei, & fraternæ charitatis, in Christo Deo, Dei filio proprio & vero, optamus Salutem.

Gaudet pietas Christiana, divina scilicet atq; fraterna per lata terrarum spatia duplices charitatis alas extendere: ut materno foveat affectu, quos sacro genuerat Baptismate: & maxima est sanctæ matris Ecclesiæ exsultatio, suorum adunatio filiorũ, ut sint consummati in unum, qui redemti sunt ab uno, dicente eodem Redemtore, Domino nostro Jesu Christo: * Pater sancte, serva eos *in* nomine tuo; quos dedisti mihi: ut omnes unũ sint; sicut & nos unus sumus. *Unde & in Cantico canticorum dicitur de sanctâ Ecclesia:* * Terribilis, ut castrorum acies ordinata. *Constipata exercitûs ordinatio, & unanimis bellatorũ fortitudo, magno solet hostibus esse terrori. Sic filiorum sancta mater Ecclesia, intra murũ catholicæ fidei, pacifica adunatae, sereu potestatibus nimiũ cõstat terribilis, & ignitis maligna perfidiæ spiculis omnino impenetrabilis exstat. Sicut & verissimus gentiũ prædicator, & fortissimus Ecclesiæ præliator, præcipit, dicens:* * In omnibus assumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere, & hoc seculũ nequã libero ad cœlestia volatu evadere. *Sine fide enim impossibile est, placere Deo. impossibile est, quod omnino ab homine fieri non potest. Principium est salutis nostræ fides: quâ intemerata & integrâ sanitate confirmatâ, totius vitæ cursus, per bonorum vestigia operum, feliciter fine-tenus currit. Per fidem enim (sicut idem præfatus doctor in epistola ad Hebræos testatur) omnes Sancti placuerunt Deo. Hanc igitur fidem orthodoxam, & ab Apostolicis traditam doctoribus, & ab universali servatam Ecclesiâ, nos, pro virium nostrarum portione, ubiq; in omnibus servare & prædicare profitemur: quia non est in aliquâ aliâ salus, nisi in illâ; quã pacifica ab initio salutis nostræ unanimitate semper servabat Ecclesia. pro qua etiam, viri fratres, & vestra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus fidei vestræ literas dirigere curastis utrinq; & generales, ad sacerdotales sanctissimas aures, ad nos quoq; speciales. In quarum itaq; serie literarum non satis nobis elucebat: an, quasi ex autoritate magisterii, nos vestra docere disposuistis, an ex humilitatis discipulatu, nostra discere desideratis. Tamen, sive hoc sive illud, vestris inesset animis: petitionem vestrã, charitate Christianæ religionis cogente, nõ spernendã esse censuimus, idem desiderantes. Denuq; ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in vera fidei soliditate firmiter utrinq; permaneamus, & inter fluctivagos hujus seculi æstus, Spiritu S. navigiũ nostri cursus regente, ad portũ perpetuæ trãquillitatis pervenire mereamur. Ad hanc autem tranquillitatem ca-*

* Joh. 17. v. 11. * Cant. 6. v. 3. * Eph. 6. v. 16.

A *piendam, oculus cordis fide purificandus est, & assiduis sanctarum orationum precibus mentis acies illustranda: ut pura veritatis lumen, omni errorum nube expulsâ, contemplari valeat, ne in opiniones noxias falsitatis temeritas inordinata incautius gradientes præcipitet. nec pigeat Christianum, ubi hæsitet, quærere, nec pudeat, ubi nesciat, discere: quòd pia humilitas discendi, sapientiæ intrat secreta. Et melius est discipulum esse veritatis, quã doctorẽ exsistere falsitatis. Ille ad altiora semper provehitur; iste ad inferiora semper delabitur: & indè magister efficitur errorum, unde auditor contemsit esse veritatis.* B *Hanc igitur fratres, perniciosam devitantes elatione sanctorum Patrũ & catholicorum Doctorum sacris inhæreamus sensibus: dicamus, quæ scripserunt, credamus, quæ docuerunt: & non declinemus ad dexterã, neq; ad sinistrã, sed per viam regiam, ad regem & redemtorem Deum Dominum nostrum Jesum Christum, concordi fidei & veritatis curramus professione.* * Corde enim creditur ad justitiã, ore autem fit confessio in salutem. *eodem attestante Apostolo.* * Justus autẽ ex fide vivit. *Si justus ex fide vivit. quomodo, qui fidem non habet rectã, se vivere æstimat? Nos nempe non sumus infidelitatis filii, in* C *perditionem: sed fidei, in acquisitionem animæ. Sequamur sanctorum Patrũ venerabilia in charitate præcepta. Decet enim, ut omnium Christianorũ una sit fides, & unus animus: sicut unũ est ovile, & unus pastor. Qui vero extra ecclesiastici ovilis septa inveniuntur, lupinâ rabie devorabuntur: quia boni Pastoris vocem non audiunt, qui ante suas oves ingreditur, & egreditur, ut eas ad pascua vitæ perducat æternæ. Nobis itaq; dictũ intelligamus, quod egregius prædicator suis charissimis præcipiebat filiis, dicẽs:* * Obsecro vos, per nomẽ Domini nostri Jesu Christi, ut unũ dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autẽ perfecti in uno sensu, & in eâdem scientia. D *Hæc habentes Apostolicæ autoritatis præcepta, concordate nobiscũ. Diligimus vos: hoc volumus vobis in Domino, quod & nobis. quia perfecta, quam habemus in Christo, charitas congregare gaudet, non spargere. adunare, non scindere: & inconsutilem Salvatoris nostri tunicã integram servare, non dividere. providentes hoc idem in pace Christi custodire, quod milites in passione ejus observabant.*

* Rom. 10. v. 10. * Rom. 1. v. 17. * 1. Cor. 1. v. 10.

His ita prælibatis vestris in Domino valdè congaudemus profectibus: ita & in cordibus nostris fraterno vulnerati amore, vestrã, quã patimini inter Gentes, lacrymabili gemitu condolemus E *oppressionem. Sed majore multò tristitiâ lugemus. si aliquid diabolica fraude interim, oppressionis. per infidelitate. vel cujuslibet schismatici erroris patiamini in cordibus. Iste est continuus dolor pectoribus nostris, & penè irremediabile vulnus: nisi per ejus misericordiam, qui sanat contritos corde, & vult omnes homines salvos fieri, ad agnitionẽq; veritatis pervenire. Illi nos lætificent, qui cõtristaverũt. Vestra igitur correctio, nostra est lætificatio: desiderãtes vos socios habere in fide catholica & cooperatores in prædicatione veritatis: ut gaudiũ, q Christus suis promisit discipulis, habitet in nobis, & gaudiũ nostrũ impleatur in vobis. Ad impletionem* F *verò hujus gaudii, fraternâ cogente charitate, jussimus sanctorũ Patrũ synodale, ex omnibus undiq; nostræ ditionis Ecclesiis, congregare Conciliũ: quatenus sancta omniũ unanimitas firmiter decerneret, quid credendum sit de adoptione carnis Christi, quam nuper novis assertoribus, & sancta Dei universalis Ecclesiæ antiquis temporibus inauditis, vos ex scriptis vestris intulisse, cognovimus imò & ad beatissimũ Apostolicæ sedis Pontificem, de hac novâ inventione, nostræ devotionis ter quaterq; direximus missos, scire cupiẽtes, quid sancta Romana ecclesia, apostolicis edocta traditionibus de hac respondere voluisset inquisitione. Nec-non & de Britanniæ partibus aliquos ecclesiasticæ disciplinæ viros convocavi-* G *mus: ut ex multorum diligenti cõsideratione, veritas catholicæ fidei investigaretur, & probatissimis sanctorum Patrum bene-inde roborata testimoniis, absq; ullâ dubitatione teneatur. Idcirco vobis per singulos libellos dirigere curavimus, quid prædictorũ Patrum pia unanimitas, & pacifica perscrutatio, autoritate ecclesiasticâ invenisset, statuisset, cõfirmaret. Primò, quid Dominus Apostolicus, cum sanctâ Romanâ ecclesiâ & episcopis illis in partibus quaquaversum cõmorantibus, & catholicis doctoribus sentiret, sub uno libello eorum statuimus. Deinde secũdo loco, quid Ecclesiastici doctores,* H *& sacerdotes Ecclesiarũ Christi, de propinquioribus Italiæ partibus, cũ Petro Mediolanensi archiepiscopo, & Paulino Forojuliensi, vel Aquilejensi patriarchâ, viris in Domino valde venerabilibus, intelligi, vel firmiter credi voluisset, suis propriis responsionibus exaratũ posuimus libellũ: qui ipsi quoq; præsentes nostri*

synodalis conventus adjecerunt. Præterea, tertius tenet libellus orthodoxam sanctorum Patrum, episcoporum & virorum venerabilium fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, & Britanniæ partibus, dignis Deo deserviunt officiis: vestrisque objectionibus sanctarum Scripturarum roboratas obtinet responsiones. Dein quarto loco, meæ propriæ unanimitatis, cum his sanctissimis prædictorum sanctorum Patrum decretis, & catholicis statutis, consensum subnexui, sicut vosmet-ipsi in vestrâ epistolâ, quam meo specialiter assignastis nomini, rogare curastis: id est, ne paucorum subdolis affectationibus consentirem, sed plurimorum testimoniis roboratam fidem firmiter tenerem: facio certissimè, Deo Domino meo Jesu Christo donante. Horum me sanctissimæ multitudinis & probatissimæ autoritatis, in vera fidei professione, firmiter associans, nec vestræ me paucitatis, in consensione hujus novæ assertionis, socium admitto: sed Apostolicæ sedis, & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ, & catholicis traditionibus, tota me mentis intentione, totâ me cordis alacritate conjungo. Quicquid in illorum legitur libris, qui divino spiritu afflati, toti Orbi a Deo Christo dati sunt doctores, indubitanter teneo: hoc ad salutem animæ meæ sufficere credens, quod sacratissima euangelicæ veritatis pandit historia; quod apostolica in suis epistolis confirmat autoritas; quod eximii sacræ Scripturæ tractatores, & præcipui Christianæ fidei doctores, ad perpetuam posterorum sceptum reliquerunt memoriam. Cum his quoque doctoribus, & sanctæ Ecclesiæ pastoribus, veram prædico fidem, quos in præsenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Hi sunt propugnatores fidei nostræ: hi sunt rectores per diversas sedes civitatis Christi; cujus antemurale est fides catholica, & charitas firmissimus murus, & propugnacula Scripturarum divinarum testimonia: & divitiæ salutis in eâ sunt sapientia, & scientia; & spes portarum custodia, quæ quatuor clavibus, id est, prudentia, justitia, fortitudine, & temperantiâ, piis aperiuntur animis. Huic verò civitati, ipse Dei verus & proprius Filius, Deus verus, Homo verus, Jesus Christus, Dominus noster, regali præsidet potentiâ: & cujus gratia totam illius civitatis structuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc civitatem, rectâ sibi præviante fide, manus bonorum operum plenissimas habens, pervenire festinat; apertas inveniet portas, & Regem ejus, cum millibus sanctorum agminum, obviare gaudebit.*

e Matth. 28 v 20.

Sed & gratias vobis agimus, de instantia orationum vestrarum, quibus memoriam nostri assiduè vos habere dixistis optime: ut preces vestræ acceptabiles sint Domino Deo Salvatori nostro: & ut ipse per suam misericordiam, dignos vos faciat exaudire; & ad unitatem sanctæ suæ Ecclesiæ revocare dignetur: & ejusdem pietatis humeris, in sanctæ matris Ecclesiæ reportet ovile, qui de cælis veniens, ovem requirere perditam, inventamque, cum triumpho gloriæ, ad sedem paternæ majestatis revexit.

Illud quoque, quod vobis nostram Pietatem flagitare placuit, quatenus in præsentiâ nostrâ libelli vestri legeretur textus; & perscrutante plurimorum consilio, quid in eo rectæ fidei sanctionibus consentiens inveniretur: fecimus sicut petistis. collectis undique (velut præfati sumus) ecclesiasticis doctoribus, & populi Christiani rectoribus: nobisque omnibus in pacifico unanimitatis choro considentibus eundem libellum a capite ad calcem, per distinctiones uniuscujusque sententiæ, & per interrogationes, vel responsiones prout cuique libuit, perlegere jussimus. Quid verò de eo libello præsules Ecclesiarum Christi, fideique catholicæ doctores, intellexerint, non est opus mihi in hac mea iterare epistolâ: dum illorum libellus propemodum hoc vobis evidenter ostendit. Scriptam etiam in epistola vestra hujusmodi obsecrationem invenimus poscentes nos per eum, qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te sanguinem preciosum effudit, & pro te mortem pertulit & sepulturam, ad liberandos electos ad infernum descendit, & pro te surgens tibi viam ad cælum revertendi, scilicet ad cælestem patriam, demonstravit, ut per te-ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationis Sacerdotum auditor & arbiter assedi. Discernimus, & Deo donante discrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum.

Sed modo per eandem obsecrationem vos iterum iterumque obtestor: ut in pacificâ unanimitate, & catholicæ fidei professione, nobiscum firmiter maneatis, ne vos doctiores æstimetis universali sanctâ Dei Ecclesiâ. Eam fidem tenete, quam orthodoxi Patres in suis nobis Symbolis scriptam reliquerunt: & nolite plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: nec ratiocinando, humano ingenio vos divina mysteria investigare, arbitremini; sed magis credendo honorate, quæ humana fragilitas tenere, perscrutando invenire non potest.

Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cujus initium beatum Isidorum laudasse dicitis, & finem doluisse: quod ne mihi accidat, per quendam Beatum, quem per antiphrasin cognominastis, benignè suadetis. Hoc etiam, divina miserante gratiâ, præcavere satago non ab illo tantummodo, sed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ fidei contrarium docere videntur. assiduâque devotione Deum deposco, & quoscunque ex filiis sanctæ matris Ecclesiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco: ne me alicujus verbosi adulatio, vel fraudulenta laudatio, decipiens, a viâ veritatis avertat, sæpiùs cum Propheta decantans: Corripiet me justus in misericordiâ, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

* Psal. 141. v 5.

Vos verò vobismet-ipsis cavete, quòd nos fraterno admonuistis amore, procurantes diligentissimè, omnipotentisque Dei vobis assiduis precibus clementissimam convocate gratiam: ne callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliquâ parte corrumpat, & pejus fiat interius Diaboli servitium, quàm exterius gentis inimicæ: eumque exspectate redemtorem; quem salutis vestræ habuistis autorem: illum glorificate in corde, & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem, in fide quæ per dilectionem operatur; quatenus vos illius gloriosa potentia & ineffabilis misericordia, ab utriusque servitutis molestiâ, exteriore scilicet & interiore, liberet & custodiat: & in die magno, ante conspectum gloriæ suæ, cum multiplicibus laboris vestri divitiis, gloriosos stare concedat, & vocem optabilem, cum cooperatoribus Apostolicæ fidei, audire faciat: Venite benedicti Patris mei; percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi. *Paratum igitur vobis regnum ab origine Mundi, indubitatâ veritatis promissione sperate; si catholicæ fidei unanimitate vosmet-ipsos adjungere curetis exteriores servitutis molestias, internâ fidelitatis spe consolamini: oculos mentis vestræ ad Deum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum; & transtulit in regnum filii dilectionis suæ.*

* Matth. 25 v 34.

Hactenus, antequam hujus adoptionis in Christo nomen, à vobis exortum, nostros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus: etsi nos vestrum corporale servitium contristaret, rectitudo tamen fidei catholicæ lætificavit in vobis. Nunc vero duplici pro vobis affligimur mœrore, diabolicâ fraude deceptis in corde; & inimicâ servitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem sanctæ matris Ecclesiæ, ut vos eruat de angustia servitutis terrenæ, qui vos per Baptismi gratiam a vinculo liberavit originalis peccati. Exspoliastis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti malignâ, induamini illo? Adoptionis Filii Deo Patri facti estis per eum, qui non est adoptivus; sed proprius. State, per fidei inviolabilem confessionem, in libertate filiorum Dei; & nolite infidelitatis jugum subire. Expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus: quatenus Deus Christus, qui solvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus vestris.

Habetis nos, divinâ auxiliante gratiâ, cooperatores gaudii vestri: si vos nobiscum catholicæ fidei vultis esse prædicatores. Certissimum itaque erit ibi divinæ miserationis auxilium: ubi una est totius Ecclesiæ charitas, & una vera fidei confessio. Ad multitudinem populi Christiani, & ad sacerdotalis concilii unanimitatem revertimini. Si omnis duorum vel trium sancto pioque consensu, secundùm suam promissionem, Dominum esse præsentem, non dubitamus: quantò magis ubi tot sanctissimi Patres, tot venerabiles Fratres, tot filii piæ matris Ecclesiæ, in nomine illius, pacificâ conveniunt unanimitate, eum adesse medium, non est dubitandum; & illorum regere consilia, qui sui nominis laudem quærere dinoscuntur? Ad confirmanda igitur corda vestra in fide & veritate, hanc nostri nominis fraternâ instigante charitate, epistolam scribere curavimus: optantes, ut nostra, quam habemus pro fide catholicâ, proficiat devotio, & vos divina clementia ad fidem reducat catholicam.

Antè igitur, quàm hujus sæpè-dicti scandali à vobis oriretur offensio, duplici charitate (sicut prædiximus) dileximus vos: id est, in orationibus nostris, per omnes regni nostri Ecclesias, habuimus socios, & vestri memoriam quotidie facientes, itidem quoque, & Deo auxiliante, voluntatem habuimus, vos liberare a servitio secularis necessitatis, secundùm temporis

opportu-

opportunitatem, & vestri consilii adhortationem. Nunc verò hac duplici charitate (quod sine dolore non dicimus) fraudastis vosmet-ipsos, non intelligentes vos fraude diabolicâ esse deceptos, ut utroq; juvamine vos denudaret: id est, participatione fidei & orationum nostrarum, & solatio auxilii nostri. Videte, videte, quàm grande malum adversus vosmet-ipsos habetis factum: quod nequaquam ausi sumus orare pro vobis, sicut pro fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis; nec vos adjuvare, quomodo fratres, in vestris maximis necessitatibus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem consolationem, & abjicite a vobis hanc malignam diabolicæ fraudis versutiam: ut possitis nobiscum consortium habere, in omni charitate, & auxilio opportuno.

Post hanc verò correptionem, vel admonitionem apostolicæ autoritatis, & synodalis unanimitatis, si non resipiscitis ab errore vestro; scitote omninò vos pro hæreticis haberi: nec ullam vobiscum communionem pro Deo audemus habere. Currite, dum lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis comprehendant: unde non potestis vos explicare; sed æterna damnatione irretitos esse, lugebitis. Adhuc enim pia est mater Ecclesia catholica; quæ revocat vos ad gremium suæ misericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios: tantum ipsi etiam nolite vos abstrahere a pietate ejus; qui vos vocavit in regnum filii dilectionis suæ.

¶ De eventu verò Synodi, dissimiles autorũ sunt sententiæ. Nam alii existimant, Felicem & Elipandum errorem agnovisse, & abjecisse, & suas dignitates recuperâsse. Alii verò (*ut Ado Viennensis*) narrant, Felicem, in errore persistentem Lugdunum esse deportatum, ibique in errore mortuũ. Falsum est, quod *Platina* & quidam alii somniant, Felicem de Imaginibus errorem fovisse.

¶ Deinde offeruntur Acta Synodi Nicænæ II. quam Adrianus per suos vicarios rexerat, & postea etiam approbaverat; ut diximus suprà: ac Pontificii Legati postulant subscriptionem, & comprobationem. Patres non statim assentiuntur: sed disceptationem de iis (*ut par erat*) instituunt; & sententiam illam, de Imaginibus adorandis, examinant; veritatemq; deprehẽdunt, ex collatione utriusque Synodi, nimirum illius, quæ sub Constantino Copronymo prorsus damnaverat & abjecerat imagines, quasi nec eas liceat pingere aut habere, sive in templis, sive in aliis locis, & hujus, quæ sub Irene, non modò habendas, sed etiam adorandas & colendas, vestitu, suffitu, candelis, geniculatione, &c. asseveraverat. Mediam autem sententiam amplectuntur: quòd imagines habere in templis, & aliis locis, impium per se quidem non sit: sed eas adorare & venerari, prorsus stalienum à fide Christianâ, & cum superstitione Gentilium congruere. Quare, contra Adriani Pontificis, & legatorum ejus, sententiam, decernunt, Imaginum cultũ & adorationem esse impiam. Synodum porrò Nicænam II. quam Septimam universalem appellaverat Pontifex, damnant: & nec septimam, nec universalem dici debere, pronunciant: & aliquot libris Græcam illam Synodum refutãt, qui Carolo Magno adscribuntur. *Eginardus, in vitâ Caroli Magni, apud Esfordiensem.*[a] *Regino.*[b] *Ado.*[c] *Annales Francorum, Antonius,*[d] *Blondus.*[e] *Aventinus,*[f] *Mutius.*[g]

De hac Synodo, HINCMARUS, Remorum episcopus, contra Jandunensem episcopum, hæc refert: * *Septima autem apud Græcos vocata universalis pseudosynodus, de Imaginibus quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant; neutra vero pars intellectu sano diffiniens, sine autoritate Apostolicæ sedis: non longe ante nostra tempora, Nicææ est a quamplurimis episcopis habita, & Romam missa: quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Unde tempore Caroli Magni Imperatoris, jussione Apostolicæ sedis, generalis Synodus in Franciâ, convocante præfato imperatore, celebrata, & secundum Scripturarum tramitem, traditionemq; Majorum, ipsa Græcorum Pseudosynodus destructa, & penitus abdicata. De cujus destructione nõ modicum volumen, quod in Palatio adolescentulus legi, ab eodem Imperatore Romam est, per quosdam episcopos, missum. In cujus voluminis quarto libro, hæc de universali nomine scripta sunt: UNIVERSITAS ab uno cognominatur; quòd uno multoties verso propagatur. Nam multitudo unitatum, vertendo in unum collecta, universitas efficitur. Sicut enim Ecclesia universalis est, quæ Græco eloquio catholica dicitur: ità unitrum omne, quicquid ab ejus unitate non discessit, catholicum nuncupari potest. Omnis enim doctrina Christiana, vel qualibet constitutio sive traditio, talis esse debet, ut universalis conveniat Ecclesia. Quod nequaquam hæretici observavère: qui, per diversas Mundi partes, aliquibus regionum partibus coarctati, conventicula quadam statuère, quibus & se, & quam-plurimos, ab ecclesiasticæ unitatis consortio segregaverunt. Cum ergo duarum vel trium provinciarum præsules in unum conveniunt: si, antiquorum Canonum institutione muniti, aliquid prædicationis aut dogmatis instituunt, quod tamen ab antiquorum Patrum dogmatibus non discrepat; catholicum est, quod faciunt, & fortasse dici potest universale. quoniam, quamvis non sit ab universi Orbis præsulibus actum tamen ab universorum fide & traditione non discrepat. Quod crebrò factum in plerisq; Mundi partibus, quibusdam necessitatibus incumbentibus, scimus. Multa enim Concilia gesta sunt; quorũ institutionibus sancta munitur & roboratur Ecclesia. Si vero duarum aut trium provinciarum præsules, in unum convenientes, nova quadam statuere cupientes, conventicula quadã faciũt; quæ non cum universi Orbis Ecclesiâ sentiunt, sed ab ea quadam ex parte, dissentiunt: non est catholicum, quod faciunt; & ideò universale nuncupari non potest. Omne, quod ecclesiasticum est, catholicum est: & omne, quod catholicum est, universale est. Omne autem, quod universale est, profanis vocum novitatibus caret. Omne igitur, quod ecclesiasticum est, profanis vocum novitatibus caret. Et, si hæc Synodus vocum novitatibus careret, ac antiquorum Patrum dogmatibus contenta esset; universalis dici poterat. Non autem antiquorum Patrum dogmatibus contenta est. Non igitur universalis dici potest. universalem planè eandem Synodum non cunctaremur profiteri, nisi eam universalis Ecclesiæ dogmatibus sentiremus refragari.* Catalogus testium veritatis.

Autoritate itaque hujus Synodi, nonnihil repressa est Imaginum veneratio: sed tamen Adrianus, & alii Pontifices, in suâ opinione perseverarunt, & mortuo Carolo, suarum puppar ũ cultum vehementiùs promoverunt: adeò ut Ludovicus, Caroli filius, libro longè acriori insectatus sit Imaginũ cultum, quàm Carolus. *Catalogus testium veritatis.*

¶ Quia verò ad veritatis inquisitionem utile est, nervos utriusque partis disceptantiũ cõsiderare: ideò subjiciemus rationes, quibus Imaginum cultum asseruerunt Iconolatræ, & refutationes Patrum Synodi Francofurdiensis.

I.

Imagines Christi, Mariæ, & aliorum Divorum, sunt sacræ & sanctæ. Ergo sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Antecedens falsum est. Nam imagines neque sunt sanctæ propter materiam, neque propter colores, neque per manûs impositionem, neque per canonicam aliquam consecrationem. Ergo non sunt sanctæ: multò minùs adorandæ. *Carolus Magnus, contra Synodum de Imaginibus.* *

II.

Deus creavit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Non valet consequentia: quia est ignoratio Elenchi. Dictum enim illud, nihil facit ad imaginum adorationem. *Deinde*, ex Ambrosio & Augustino demonstrat, Hominem dici imaginem Dei, non propter externã formam, quam repræsentare statuæ possunt; sed propter internum hominem, mentem, voluntatem, & memoriam; & propter virtutes, cum normâ legis divinæ congruentes. *Tertio*, absurdam opinionem inde gigni indicat, de Deo corporeo: si asseratur, hominem ita ad imaginem Dei factum esse, ut imago & statua ad effigiem hominis à pictore & artifice effingitur. *

III.

Jacob, suscipiens à filiis suis vestem talarẽ Joseph, osculatus est eam, & eam lacrymis in posuit oculis suis. Ergo.

Respondet Synodus: Non valet, quia nec in Hebræis, neque in Latinis codicibus reperitur, quòd tunica Joseph à Patre osculata, vel oculis imposita sit. Quod quidem etsi factum esse narraretur: nullo modo, in hoc facto, vel tenuiter imaginum adoratio innueretur: cùm aliud sit, adorare; aliud, osculari. *

IV.

Jacob summitatem virgæ Joseph adoravit. Ergo.

[a] cap. 69. [b] lib. 2. [c] ad an. 6 [d] lib. 4. c. 85. [e] Dec. 2. lib. 1 [f] lib. 4. [g] lib. 9. * cap. 20.

* lib. 1. c. * lib. 2. c. * lib. 3. c. 13.

A *Respondet Synodus*: Non valet. nam neque in Hebraico, neque in Latino textu, ista verba leguntur: & Augustinus testatur, eum non virgam; sed Deum adorâsse.*

* lib. 2. c. 13.

V.

Jacob Pharaoni benedixit; sed non ut Deo. Ergo & nos adoramus imaginem; sed non ut Deum.

Respondet Synodus: Benedixit Jacob Pharaonem, non ut Deum, neque ut picturam; sed ut hominem, cui, propter sublimitatem concessæ a Deo potestatis, honor est exhibendus. B Non itaque hujuscemodi benedictio, imaginum adorationi congruit: quæ neque se adorantibus, neque adorare spernentibus, quandam, pro qualitate meritorum, possunt inferre retributionem.*

* Lib. 2. c. 14

V I.

Propitiatorium, & duos Cherubim aureos, & arcam Testamenti, *jussu* Dei, Moses fecit. Ergo licet facere & adorare imagines.

Respondet Synodus: Non valet consequentia. Quia plus attexitur in conclusione; quàm fuit in præmissis. Non enim adorare jussisse: nec ea, ob præteritarum quarundam C rerum memoriam; sed ob futurorum mysteriorum sacratissimam præfigurationem, creditur condidisse. Quis tam demens, ut imaginum adorationem hoc exemplo conetur adstruere? Nam istæ nihil aliud innuunt; nisi interdum rerum gestarum ordinem: interdum non gestarum, sed fictarum, mentiontur errorem.*

* lib. 2. c. 15.

V I I.

Deus inquit:* *Ecce vocavi ex nomine Bezaleel, filii Ur, filii Hor, de tribu Juda, & replevi eum spiritu sapientia & intelligentia, ad perficiendum opus ex auro & argento: & dedi ei* D *Ooliab Achisama.* Ergo licet adorare imagines.

* Exo 31. v 2 3.

Respondet Synodus: Non valet; quia est ignoratio Elenchi. Nam illa, quæ allegoricis plena sunt sensibus, & tropicis per legislatorem prælata figuris: non solùm dementissimum; sed etiam insanissimum est, ea imaginibus, (quas unusquisque opifex, pro captu ingenii sui, quales voluerit; imò quales potuerit, efficit) assimilare conari.

* lib. 2. c. 16.

V I I I.

Sicut Israëliticus populus Serpentis ænei inspectione servatus est: sic nos Sãctorũ effigies adspiciẽtes salvabimur. E

Respondet Synodus: Spes eorum, qui salutem suam in imaginibus ponunt, ab Apostolo reprehenditur; qui spem non in his, quæ videntur, esse, disserit. Ait enim:* *Spes, quæ videtur, non est spes. quod enim videt quis, quomodo sperat?* Æneus enim Serpens non est a Mose conditus ut adoraretur: sed ut, ad tempus, ignitorum Serpentium morsibus obsisteret morsibus. Ille Serpens ut fieret, Mosi a Domino imperatum est: hæ verò imagines ut fiant, nullius Scripturæ textu est institutum.*

* Rom. 8, v. 24.

* lib. 2. c. 18

F I X.

Si, secundùm Mosis traditionem, præcipitur populo purpura hyacinthina, in fimbriis, in extremis vestimentis poni, ad memoriam & custodiam præceptorum: multò magis nobis est, per assimulatam picturam sanctorum virorum, videre exitum conversationis eorum, & eorum imitari fidem; secundùm Apostolicam traditionem.

Respondet Synodus: Non valet consequentia, ab exemplo dissimili. Nam nusquam in Scripturâ, veteris aut novi Testamenti, adoratio fimbriarum aut imaginum præcipitur. G *Deinde* negat, in imaginibus & picturis Sanctorum, virtute conversationis eorum videri: quia fides, spes, & charitas, & cæteræ virtutes sunt invisibiles, & res vivæ: at imagines & statuæ sunt res visibiles, & mortuæ. *Tertiò* demonstrat, quomodo Sanctos imitari debeamus. Sic enim inquit: *Quid debeamus imitari, evidentissime idem Apostolus demonstrat, cum dicit:** Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi. *Et in alio loco dicit*: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *unde liquidò patet, hanc esse Apostolicam traditionem: ut non in picturis, sed in virtutibus, videri possit Sanctorum exitus conversationis: & eorum imitari fides, non imaginum fucis, sed in operibus* H *bonis.**

* Ephes. 5. v. 1.

* lib. 2. c. 18.

X.

*Dilexi decorem domûs tuæ.** Sed imagines pertinent ad decorem templorum. Ergo imagines sunt adorandæ.

* Psal. 26. v 8.

A *Respondet Synodus*: Non valet consequentia, quia est fallacia phrasis. Nã Domus Dei, non est de materiali domo; sed de Ecclesiâ Dei, intelligenda: neque decor, in imaginibus materialibus; sed in virtutibus spiritualibus, refulget. *Item* Paulus, Antonius, Hilarion, & alii pii, imagines non habuerunt; & tamen decorem domûs Domini dilexerunt: Ergo decor domûs Dei non sunt imagines.*

* lib 2. c 29.

X I.

*Sicut audivimus; ita vidimus.** Ergo imagines sunt adorandæ. B

* Psal. 48 v 9

Respondet Synodus: Est ignoratio elenchi. Nos hoc dictũ spiritualiter intelligimus: nec de manufactis imaginibus; sed de insignioribus & eminentioribus mysteriis prophetarum fuisse, sentimus: qui videlicet, sicut in Lege de Christi adventu audivimus, in Euangelio vidimus.*

* lib 2 c 30.

X I I.

In Psalmo damnantur inimici, malignantes in Sanctis Dei. Ergo adorationẽ imaginũ contemnentes damnantur.

Respondet Synodus: Loquitur Psalmus de illis, qui templum Hierosolymis incenderunt, & vastarunt. C Sed longè aliud est, tollere de templo mare æneum, Cherubim, & vasa, quàm manufactas imagines non adorare. Quare nihil ad rem facit illud dictum.*

* lib. 2 c. 31.

X I I I.

*Domine, in civitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges.** Ergo imagines sunt adorandæ.

* Psal. 73 v 20.

Respondet Synodus: Est fallacia phrasis. Civitas Dei, in sacris literis, interdum Anima hominis, quæ à Deo inhabitatur; interdum præsentis temporis Ecclesia; plerunque D cœlestis Hierusalem, intelligitur. In hac civitate, cœlestis scilicet Hierusalem, imagines impiorum ad nihilum redigentur: quia illorum adspectus divinis non poterit apparere conspectibus: sed, sicut polluerunt in se imaginem Domini, in præsentis vitæ curriculo; ità in cœlesti Hierusalem non apparebit imago eorum, qui æterno mancipabuntur incendio.*

* lib. 2 c 3.

X I V.

*Ecce, Virgo concipiet in utero, & pariet filium.** Hanc autem prophetiam in imagine nos videntes, videlicet Virginem in ulnis ferentem, quem genuit; quomodo sustinebimus non adorare & osculari? E

* Esai. 7. v 14.

Respondet Synodus. Prophetia, quæ Virginem concepturam, & filium parituram, intonat, non jam in inceris & ambiguis est quærenda; sed in pectore retinenda: nec ejus arcana mysteria sunt in picturis; sed in divinis literis, earumque explanatoribus, Apostolis videlicet, eorumque successoribus, investiganda, & fide potiùs, quàm oculis, intuenda. Quomodo præsumemus rem insensatam adorare? quis tale facinus perpetrare audebit.*

* lib. 4. c. 21.

X V. F

Osculari & Adorare idem est. Sed filius est osculandus. Ergo etiam imago ejus adoranda.

Respondet Synodus: Hęc duo nomina tantò inter se distãt, quantò & hæ res, quarum hæc nomina sunt, inter se discrepant. Nam interdum, quod adoratur, non osculatur; &, quod osculatur, non adoratur. Adoratur enim Deus; sed non osculatur. Osculantur conjuges, liberi, &c. nec tamen adorantur. Manifestum namque est, osculum & adorationem duarum rerum nomina esse.*

* lib. 4. c. 23

X V I. G

Qui Deum timet, adorat imagines; ut Filium Dei. Ergo non-adorantes, Deum non timent.

Respondet Synodus: Numquidnam omnes Patriarchæ & Prophetæ, quia imaginum adorationem sprevère; ideò Deum credendi sunt non timuisse? *Deinde* affirmat, timorem Domini, non in adoratione imaginum; sed in voluntate & instantiâ mandatorum Dei, esse. Nam, si initium timoris Domini, imagines adorare est; ut illi garriunt: constat, omnes Sanctos, qui utique Deum timuisse H creduntur, & imagines non adoravère, creatoris monitis contraiisse; qui creaturas adorare inhibuit. Non autem creatoris monitis, in adorando creaturas, contraiisse credendi sunt. Non igitur initium timoris Domini, imagines adorare est.*

* lib. 3. c. 26

XVII.

Johannes presbyter inquit: Imago Imperatoris est adoranda. Ergo etiam Christi & Sanctorum.

Respondet Synodus: Quasi, Imperatoria modo, Deus localis sit; &, dum uno loco est, alio esse nequeat: idcirco ejus imaginem, sicut imaginem Imperatoris, adorandam, adstruere affectat. Quod penitus omnis ratio vetat. Deus enim nusquam abiens est.* *Item:* In tabulis ergo Deum, qui inlocalis est & omnipotens, adorare velle; sicut Gentiles, suos Reges locales, sive mortales, adorabãt; profanum est, & incredulitati vicinum. Quid necesse est, Deum in imagine adorare; qui incircũscriptus est? qui ubique totus est? ubique mirabilis? qui loco nõ continetur? situ non circũscribitur? quem cœlum & cœli cœlorum non capiunt? Cùm enim tanta sit ejus gloria, tanta potentia, &c. non est quærendus in imaginibus; sed in mundis & sanctis pectoribus. Non est adorandus in depictâ tabulâ; sed in aulâ sanctâ: qui non invenitur per picturam statutis locis; sed per opera à mentibus piis.* — * lib.3.c.29. * lib.3.c.15.

XVIII.

Qui adorat imaginem, & dicit, Hoc est Christus; non peccat. Ergo.

Respondet Synodus: Procul dubio mentiri, mendaciumq; sequi, vitium est. Unde, cùm dicit quis, picturam Christum esse, Dei Filium, mẽtitur: & cùm mentitur, perperam agit: & cùm perperam agit, peccat. Cùm igitur picturam dicit esse Christum Dei Filium, peccat. Non solùm peccat; sed etiam insaniens scelestè agit.* — * lib.4.c 5

XIX.

Per imaginem, quæ per colores apparet, adoratur Domini fortitudo. Ergo.

Respondet Synodus: Quasi Dominus alicujus rei sit indigus; & per aliquam rem suam fortitudinem, quæ nullam indigentiam habet, faciat adorari! Num quidnam? Cùm Cœli, sive Lucis nomine, primam omnium creaturam, angelicam condiderit naturam; quæ, ab ipso creationis suæ exordio, Dei fortitudinem & adorâsse creditur, & laudâsse. quia nec-dum homines erant, qui de quibusque materiis; nec quædam materiæ erant, in quibus imagines pingi possent. ait enim Scriptura: *Quando creata sunt omnia sidera, simul laudaverunt me omnes angeli mei.* Ergo non per imaginem; sed per suam ineffabilem potentiam, Dei fortitudinem semper fuisse laudatam & adoratam.* — * lib.4 c. 2.

XX.

In templo & basilicis licet luminaria accendere, & thymiamata adolere. Ergo etiam ad imagines & statuas Sanctorum.

Respondet Synodus: Aliud est, luce divinis cultibus mancipatâ, luminaribus perlustrari; & in eisdem locis orationum & thymiamatum Deo fumum offerri: & aliud, imagini oculos habenti, & nihil cernenti, lumen offerre.* — * lib 4.c.3.

XXI.

Nabuchodonosor, ossa Regum Juda proferens è sepulcris; & Judaici Regis oculos, occisis filiis, eruens; & Cherubim tollens, peccat. Ergo etiã illi, qui imagines nõ adorãt.

Respondet Synodus: Non valet; quia est dissimile exẽplum.

XXII.

Arca testamenti & imagines æquiparantur. Ergo sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Arca condita est, Domino imperante: Imagines conduntur, artis industriâ juvante: illa, à tanto viro Mose; istæ, à quolibet opifice. Quare, si imagines arcæ Domini testamenti æquiparari debent: inveniant (si queunt) opificem, qui Mosis meritis æquiparari queat.* — * lib.2.c.26.

XXIII.

Sicut corpus dominicum, & sanguis, à fructibus terræ, ad insigne mysterium transit: itâ & imagines, artificum industriâ cõpaginatæ, ad earũ personarum, in quarum similitudinem compaginantur, transeunt veritatem.

Respondet Synodus: Non valet. Cùm scilicet corporis & sanguinis dominici sacramentum, ad commemorationem suç passionis, & nostrç salutis, nobis concessum, ab eodem mediatore Dei & Hominum, per manum Sacerdotis, & invocationem divini nominis, conficiatur: Imagines verò, nullius manûs impositionis vel consecrationis mysterio indigentes, non ab aliis, nisi ab his, qui pictoriæ artis experientiâ imbuti sunt, formari & cõpaginari noscãtur.* — * lib.2.c.27

XXIV.

Imagines mysterio Crucis dominicæ æquiparantur. Ergo licet eas adorare.

Respondet Synodus: Ingens est differentia, inter crucem Christi, & imagines. Hoc enim vexillo antiquus hostis victus est; non imaginibus. His armis; non colorum fucis, expugnatus est Diabolus.

Deinde exponit, per Crucem, non lignum illud significari; sed totum opus Christi, & afflictiones piorum. Ac concludit: *Non sunt imagines cruci æquiparandæ, non adorandæ, nõ colendæ: sed huic Mundo, cũ cæteris, quæ Mundi sunt, relinquendæ. & tu solus adorãdus, tu solus sequendus, tu solus colẽdus es, qui in unitate substãtia, cũ Patre & Spiritu S. perpetim regnas.** — * lib.2.c 28

XXV.

Tarasius sic arguit: Imagines sacris vasis æquiparantur. Ergo sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Antecedens non est verum; quia vasa sacra, divino cultui mancipata, excellunt imaginibus. *Deinde*, non sunt vasa ad adorandum condita & destinata.* — * lib 2.c 29.

XXVI.

Imagines æquiparantur libris divinæ Scripturæ. Ergo sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Antecedens est falsum. Divinæ scripturæ libri, solius Dei altissimo, arcanoque ac præsago judicio, sunt ante secula prædestinatæ; & per momenta seculorum, ad humanæ salutis emolumenta, clementi exhibitione concessæ, &c. Imagines verò, & Gentilium autorum vanitate sunt prolatæ; & nullam salutis exhibitionem adducunt: sed oculis tantummodò favent; per quos, quasi per quosdam legatos, gestarum rerum memoriam cordibus mandant.* — * lib.2 c.30.

XXVII.

Salomon in templo fecit boves & leones. Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Hæc nihil ad rem. Salomon fecit boves & leones, non ut adorari deberent, sed ut quædam mystica significarent: nõ ut errori faverent; sed ut mysteriorũ arcana monstrarent. *Et paulo post:* Non igitur nos effigies, ob memoriam rerum gestarum, & venustatem conditas basilicarum, quodammodò abdicamus: cùm per Mosen & Salomonem, quanquam in typicis figuris, eas factas fuisse, sciamus. Sed earum insolentissimam, vel potiùs superstitiosissimã adorationem, cohibemus: quã neque per Patriarchas, neque per Prophetas, neque per Apostolos, neque per Apostolicos viros, uspiã institutã esse, reperimus.* — * lib.2.c. 9

XXVIII.

In Cantico canticorum dicitur; *Ostẽde mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam.* Ergo.

Respondet Synodus: Facies Ecclesiæ, non corporalis; sed spiritualis est: quia & cætera, quç de ea in iisdẽ Canticis cãticorum scribuntur, non carnaliter; sed spiritualiter, intelligenda sunt. Hortatur ergo Christus Ecclesiam, ut faciem suam ei ostendat: id est, ut semper eum contempletur fide & operibus. Hortatur etiam, ut vox ejus sonet in auribus illius: quia paratus est ad exaudiendum Sanctos suos. Quare hoc, nec de imaginum faciei visione, neque de earum voce, quâ prorsus carent, rectè dici possunt.* — * ibid

XXIX.

Esajas inquit:* *Erit altare in medio Aegypti.* Ergo imagines adorandæ. — * c.19. v. 19

Respondet Synodus: Hanc prophetiam nos per Christum Dominum, Dei & Hominum mediatorem, completam esse, scimus; qui fidem in hoc Mundo constituit.* — * lib.2.c.31.

XXX.

Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio. * Ergo imagines sunt adorandæ, & colendæ luminibus. — * Matth.5 v.15.

Respondet Synodus: Hæc dixit Dominus discipulis, cùm eos ad prædicandum mitteret: ut magnam haberent fiduciam prædicandi; & ne persequentium terrore exterriti delitescerent; & similes essent lucernæ sub modio: sed, omni metu postposito, totis libertatis insignibus se

prode-

prodederent;&,quod audierant in cubiculis, in tectis prædicarent.* [*lib.2.c.12]

X X X I.

Sicut Judæis Tabulæ,& duo Cherubim: sic nobis Christianis donata est Crux, Sanctorum imagines, ad scribeodum,& adorandum.

Respondet Synodus: Neque Tabulæ, neque duo Cherubim, nec cætera hujuscemodi, ad adorandum in veteri Testamento facta fuisse credantur. Quid igitur aliud faciunt, nisi ut imagines exaltent; Christianorum res extenuent? Cùm videlicet Tabulæ,& duo Cherubim, exemplaria fuerint futurorum:& cùm Judæi habuerint carnaliter; resque typicis opertæ figuris, præfigurationes fuerint futurorum: nos habemus in veritate spiritualiter.* [*li. 1.c.19.]

X X X I I.

Tarasius dixit: Sicut veteres habuerunt Cherubim, obumbrantes propitiatorium: & nos imagines Domini nostri Jesu Christi, & sanctæ Dei-genitricis, & Sanctorum ejus habeamus, obumbrantes altare.

Respondet Synodus: Tarasius non rectè sacerdotii culmen conscendit: ideò non mirum est, eum non rectè docere. *Deinde*, allegoricè exponit Cherubim; quòd angelos & duo testamenta designent.* [*lib.1.c.26.]

X X X I I I.

Johannes presbyter, & legatus Orientalium, dixit: Jesus Nave duodecim lapides statuit, in Dei memoriam. Ergo licet adorare statuas.

Respondet Synodus: Non ad adorandas imagines, instruendam fore Israëlitarum posteritatem, edocuit: sed memorem stupendo miraculo arefacti fluminis esse debere, præmonuit; qui ad posteros hanc sinè voce legationem proclamantes deferrent.* [*lib 1.c.2.]

X X X I V.

Nathan adoravit Davidem. Ergo.

Respondet Synodus: Est exemplum disimile. Nam adoravit Nathan Propheta David Regem: non ut colorum fucis compaginatam imaginem; sed ut à Deo in regni apice sublimatam potestatem. Adoravit itaque Propheta Regē, Spiritu sancto repletus, Spiritu sancto repletum. Non enim in eo quādam insensatam rem, superstitiosæ vanitatis cultu, adoravit; sed virum inventum secundùm cor Domini. Cum igitur tot indiciis, tantisque Apostolorum prædicationibus, Reges honorificandi sint: absurdissimum est, adorationem imaginum, adorationi, quæ sanctissimo Regi per Prophetam fiebat, æquiparare velle.* [*lib 1.c.21.]

X X X V.

Signatum est super nos lumē vultûs tui. [*Psal 4. v.7.] *Item, *Vultum tuum requiram.** [*Psal 27. v 8.] Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Nihil ad manufactarum imaginum vultus pertinet, quod Psalmographus dicit: *Signatum est super nos lumen vultûs tui.* Nec illud: *Vultum tuum, Domine, requiram.* Nam, si hic vultus, cujus super nos lumen signatum esse Propheta decantat, & quem se requisiturum esse denuntiat, in manufactarum imaginum vultibus intelligendus est: quærendum est, quale lumen habeant; aut quomodo id lumen super nos signatum sit. Vultus autem Dei, est cognitio Dei, id est, Filius. Ad hujus cognitionem, per Legem, non per imagines, pervenire anhelabat, cùm ajebat:* [*Psal 119. v 18.] *Revela oculos meos, &c.* Lumen ergo vultûs Domini, quod super nos signatum est, non in materialibus imaginibus est accipiendum: quæ utique, sicut & cæteris dignitatibus; ità etiam lumine carent. Qui vult vitam, & cupit videre dies bonos: non imagines adorare, nec picturam colere debet; sed declinare à malo.* [*lib.1.c.23.]

X X X V I.

*Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.** [*Psal. 45 v 13.] Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Non de manufacto vultu intelligendum est: præsertim cùm manufacti vultus ideò nō deprecandi sint; quia nec exaudire queunt. Omne, quod deprecatur, ideò deprecatur, ut exaudiat: & omne, quod exaudit, irrationale esse non debet. Quòd-si deprecari non debet, multò minùs adorari: cùm videlicet adoratio deprecationi emineat.* [*lib.1.c.24]

X X X V I I.

Abraham filios Heth; Moses Jethro, sacerdotem Madian, adoravit. Ergo.

Respondet Synodus: Istorum adoratio tantum distat à pictæ imaginis adoratione; quantum pictus ipse homo, à veri hominis ratione. Quātum enim verus homo à picto, rationalis ab irrationali: tantum procul dubio & hujus adoratio ab illius adoratione discernitur. *Item:* Aliud est, hominem salutationis officio, & humanitatis obsequio, adorando salutare: aliud, picturam adorare. *Item:* Fraternitatem, dilectionem erga Proximos adhibendam, Scripturarum docemur exemplis: imagines verò adorare, vel salutare, inhibemur. Et probat, Sanctos viros imagines nusquam adorâsse.* [*li.1.c.9.]

X X X V I I I.

Jacob Pharaonem; Daniel Nabuchodonosor, adoravit. Ergo.

Respondet Synodus: Ista verba non haberi in Hebraicis, nec Latinis textibus. Jacob benedixisse: sed indè non posse adorationem imaginum probari.* [*ibid.]

X X X I X.

Johannes, legatus Orientalium, dixit: Jacob erexit lapidem in titulum. Ergo licet adorare imagines.

Respondet Synodus: Exemplum disimile est; nec imaginum adorationem probat.* [*lib.1.c.1.]

X L.

*Exaltate Dominum Deum nostrum; & adorate scabellum pedum ejus: quoniam sanctus est:** [*Psal.99. v.5.] Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Non ex usu hominum æstimare debemus scabellum. Neque enim corporalis Deus, aut non immensus; ut, tanquam fulcrum, pedibus ejus scabellū subjectum putemus: neque adorandum quicquam, præter Deum, legimus. Quia scriptum est:* [*Matth.4. v 10.] *Dominum Deum tuum adorabis.* Ubi idem dicit, quid sit scabellum:* [*Esai.66. v. 1.] *Cælum mihi thronus; terra autem, scabellum.* Per scabellum, terra intelligitur; per terram autem, caro Christi: quam hodieque in mysteriis adoramus; & quam Apostoli in Domino Jesu adorarunt.* [*lib.2.c.5.]

X L I.

*Adorate in monte Sancto ejus.** [*Ps.99.v 9.] Ergo.

Respondet Synodus: Non montem; sed in monte sancto, adorandum Dominum, idem sanctus vir decantat. Qui etsi montem adorandum præciperet: non idcirco imaginū adoratio; sed Domini Jesu Christi, à sanis mentibus intelligeretur. *Item:* Quod ad montem Sion, qui est Ecclesia, referri potest: cujus ipse habitator est Christus. Adoramus igitur in monte sancto ejus, non imagines, vel quasdam superstitiosas res: sed eundem Dominum, qui illius montis caput est; &, ut eundem montem acquireret, non solùm nasci, sed mori dignatus est.* [*lib.2 c.6]

X L I I.

Imagines æquiparantur reliquiis Sanctorum. Sed illæ sunt adorandæ. Ergo.

Respondet Synodus: Imagines non sunt coæquandæ reliquiis Sanctorum Martyrum & Confessorum: eò quòd reliquiæ, aut de corpore sunt; aut de his, quæ circa corpus cujusdam Sancti fuerunt. Imagines verò, nec in corpore, nec circa corpus fuisse, vel fore, creduntur illis, quibus adscribuntur.* [*lib.3.c.24.]

X L I I I.

Jesus ad Abgarum epistolam & imaginem suam misit; & ab Abgaro responsum recepit. Ergo imagines sunt adorandæ.

Respondet Synodus: Nulla Euangelii lectio tradit, Jesum ad Abgarum imaginem misisse. Quæ duæ epistolæ etiam à sancti Euangelii lectione sunt extraneæ; & à beato Gelasio, Romanæ urbis antistite, inter Apocryphas scripturas

prorsus

prorsus deputatæ, non sunt in testimonium quodammodò producendæ: quia ad ea, quæ in quæstionem veniunt, approbanda vel improbanda, sicut & cæteræ apocryphæ scripturæ, minùs sunt idoneæ.* *lib.4.c.10.

X L I V.

Imagines ediderunt miracula. Ergo sunt adorandæ. Et æquiparantur fimbriæ vestis Domini, quam mulier attingens, sanata est.

Respondet Synodus in genere: Antecedens falsum est. nam id nec veteris, nec novi Testamenti paginam demonstrat. Nec omnes res adorandæ sunt, per quas, vel in quibus, miracula appareant.* *lib.4.c.25.

Antecedens probāt. 1. Quia imago cujusdam Polemonis, quandam ab adulterii scelere absterruit.

Respondet Synodus: Hoc gestum esse, in nullo, vel veteris vel novi Testamenti, authenticorum codicum, est repertū. Quod quidem si (ut illi asseverant) gestum est: salutaribus dominicis gestibus nec debet, nec potest coæquari. Nam, quanta est distantia inter Polemonem & Christum, tanta est inter gesta Polemonis, ejusque imaginis, & sanctissima miracula Christi.* *lib.3.c.52

2. Quia Theodorus, Myrensis archidiaconus, somniavit de imagine, &c.

Respondet Synodus: Quis unquam somnio suo rem dubiā valeat affirmare: cùm, utrùm ità, ut se vidisse profatur, viderit, nullius testis testimonia valeant approbare?* *lib.4.c.22.

3. Quia Dionysius, presbyter ecclesiæ Ascalonitanæ, in eâdem Synodo retulisse fertur; quendam Monachū, coram imagine sanctæ Mariæ lucernam concinnâsse; & post quartum, vel quintum, seu etiam sextum mensem, inextinctam reperisse.

Respondet Synodus: Nec de eo, sicut nec de cæteris, eadem adoratio imaginum quendam poterit obtinere vigorem: quippe cùm & de ejus fide, qui id retulerit; & de facto, utrū factum sit; & de tempore, quando factum sit; & de loco, ubi factum sit; & de modo, quemadmodum factum sit, penitùs dubitetur. Quòd-si factū esset: tamen nec ex eo quidā rei cujusdam irrationalis adoratio poterit inolescere.* *lib.4.c.12.

4. Epiphanius diaconus adorationem imaginum adstruit. Quòd mulier à profluvio sanguinis, dominicæ vestis fimbriæ tactu, sanata, titulum sive imaginem, in ejusdē Domini honorem, erexerit; ejusdemq; imaginis fimbrias denuò tetigerit: subter quam imaginem herba quædā orta fuerit; quæ si, paulatim succrescens, summitate suâ pedem cōtigisset erectæ imaginis, cūctis ægritudinibus medeatur.

Respondet Synodus: Hic nulla imaginum adoratio commendatur. Si ergo illa quâdam levitate imaginem erexit: quis tam vecors, perceptis sacræ fidei charismatibus, eūq; ubique esse non nesciens, idcirco imaginem erigit; eamq; adorabit? Quis Catholicus, ex ejus actibus, in hac parte, exempla sumet? Miraculo de herbâ (si factum sit) haudquaquam poterit illorum assertio quodammodò fulciri.* *lib.4.c.25.

X L V.

Patres, & sancti Doctores, imaginum adorationem probant. Ergo sunt adorandæ.

Antecedens probāt. 1. Autoritate sextæ Synodi: *In quibusdā venerabilium imaginum picturis, agnus, digito Præcursoris monstratus, designatur: quod in signum relictus est gratiæ, verùm nobis per Legem præmonstrans agnum, Christum Dominum nostrum.*

Respondet Synodus: Iste nullum eorum errori adminiculum præbet: cùm penè nullum habeat Latinæ integritatis vigorem; sensuque sit tepidus, verbisque illepidus, & quâdam ex parte ratione nudatus.* *lib.2.c.31

2. Augustini: *Quid est imago Dei, nisi vultus Dei, in quo signatus est populus Dei?*

Respondet Synodus: Paulus docet, imaginem Dei esse Christum, & opponit veram Augustini sententiam, & Ambrosii.* *lib.2.c.16

3. Gregorii Nysseni dicto.

Respondet Synodus: Istius vita & prædicatio est nobis ignota. ideò testimonia, quæ de ejus opusculis proferuntur, ad res dubias cōfirmādas, minùs cernūtur esse idonea.* *lib.2.c.17.

4. Johannis Constantinopolitani: *Nescis, quia, si quis imaginem Imperatoris injuriat, ad eum-ipsum Imperatorē principaliter dignitati ejus affert injuriam. Nescis, quia, si quis imaginem ex ligno, aut ex colore, detrahit: non, sicut ad elementum sine anima ausus judicatur; sed sicut adversùs Imperatorem, desegregatam imaginem Imperatoris gestans ei, injuriam ad Imperatorem deducit.*

Respondet Synodus: Non illarum imaginum mentio fit, quæ in basilicis esse consueverunt: sed illarum, quas gentili & superstitioso ritu, Romanorum Imperatores ostensabiliter, ob sui favoris arrogantiam, adorare censuerunt.

5. Sententiā Cyrilli, in expositione Euangelii secundùm Matthæum.

Respondet Synodus: Non hic imaginum adoratio innuitur; sed hoc hujus Capituli textus significat: quòd, dñ Christus, in formâ Dei existens Verbum, nostræ carnis similitudine indutus, & factus est homo, & pro nostræ vitæ redemtione oblatus Deo, in se, verâ Patris imagine, ejusdem Patris visionem nobis ostendit juxta illud: * *Qui videt me, videt & Patrem.** *Joh.14.v.9 *lib.2.c.20

6. Johannis Chrysostomi: *Vidi Angelum in imagine, persequentem multitudinem Barbarorum.*

Respondet Synodus: Non est verisimile, Johannem ista dixisse: cùm Angeli sint invisibiles.* lib.3.c.20.

7. Epiphanii: qui non pro Hæreticis habeat eos, qui adorant imagines?

Respondet Synodus, per inversionem: Si idem Epiphanius, eos, qui imaginum adorationem spernunt, hæreticos sciret: in suâ generali de hæresibus disputatione, eos inter Hęreticos procul dubio computaret. Non autem inter hæreticos cōputavit. Nō igitur, eos Hęreticos credidisse, credendus est. Quòd autem idem Epiphanius, non solùm imaginum adorationem spreverit; verùm etiam eas in Ecclesiis haberi noluerit: his indiciis declaratur. In epistolâ namque, quæ ab illo ad Johannem episcopū missa est, & a Hieronymo de Græco in Latinum translata, ita habetur: *Audivi quosdam murmurare contra me, quando simul pergebamus ad locum sanctum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem: & venissem ad villam, quæ dicitur Anablata, vidissemq; ibi præteriens lucernam ardentem; & interrogâssem, Quis locus esset? didicissemq;, esse Ecclesiam; & intrâssem, ut orarem: inveni ibi velum, pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ, tinctum atq; depictum; & habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cujusdam. non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cùm ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi, contra autoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud; & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent, & efferrent. illiq;, contrà murmurantes, dicerēt: Si scindere voluerat; justum erat, ut aliud daret velum, atq; mutaret. Quod cùm audissem: me daturum esse pollicitus sum, & illicò esse missurum. Paululum autem moratus fui in medio; dum quæro optimum velum pro eo mittere. arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. nunc autem misi, quod potui reperire: & precor, ut jubeas Presbytero illius loci, suscipere velum a latore, quod à nobis missum est: & deinceps præcipere, in Ecclesiâ Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam, hanc magis habere solicitudinem & scrupulositatem, quæ digna est Ecclesia Christi, & populis, qui tibi crediti sunt.* Carolus Magnus.* Postea probat, Augustinum etiam inter hæreticos Simonianos, Carpocratitas, numerare imaginum adoratores. *lib.6.c.25

8. Exemplo cujusdam Abbatis: qui juravit Diabolo, quòd non velit adorare imaginem Domini, aut Genitricis ejus. & postea jusjurandum irritum fecit, dicens: sibi cōmodius esse, omnia in civitate lupanaria ingredi, quam abstinere ab imaginum adoratione.

Respondet Synodus: A rebus noxiis non debent sumi exempla. Sed hoc est tale. Ergo nihil valet. *Deinde*, confert adorationem imaginum cum scortatione: & indicat, scortari esse verum peccatum; sed non adorare imagines, esse nullum peccatum. Ideò illum non rectè dixisse, commodius sibi esse scortari; quàm non adorare imagines.* *lib.3.c.31

9. Exemplo Sylvestri: quem dicunt imagines Apostolorum Constantino obtulisse.

Respondet Synodus: Detulit eas illi ad videndum; non ad adorandum.* *lib.2.c.25

Q

A Athanaſii dicto, cum inquit: *Sicut ea, quæ ſcribunt in lignis, formâ abolitâ exterioribus ſordibus, iterum neceſſe eſt in idipſum recuperari, atq; uniri hîs, cujus eſt forma, ut innovari poſſit imago, in eâdem materiâ atq; elemento. Per ejus enim formam, & ipſa materia, ubi & conſcribitur, non dejicitur; ſed in eâ ipſâ configuratur.*

Reſpondet Synodus: Non in eo quædam cujuslibet imaginum adorationis vel tenuiter mentio fit: ſed ad comparationē rei, de quâ ſermo fiebat, taſſus ſit, imagines in eâdem materiâ atque elemento recuperari poſſe.* (* lib. 2. c. 14)

B 11. Ambroſii, cùm inquit: *Numquid, cùm & divinitatem ejus adoramus, & carnem, Chriſtum dividimus? Nūquid, cum in eo imaginem Dei, crucemq; veneramur, dividimus eum?*

Reſpondet Synodus: Hanc ſententiam ordine, ſenſu, verbisque turbarunt.* (* lib. 2. c. 15)

REGULAE GENERALES, AD REFUtandas rationes Iconolatrarum.

1. Omnes rationes Iconolatrarum nihil aliud probant, quàm quòd liceat imagines habere. Sed indè non ſequitur, C quòd adorandæ ſint. Nam Habere, & Adorare, non ſunt idem: ſed à ſe invicem diſtant, & diverſitate rei, & ſocietate prædicamenti: quippe cùm unum illorum ſit habitus; alterum agere. nec poſſunt ſibi jungi: cùm & adorari poſsint, quæ non habeantur; & haberi, quæ non adorantur. *Synodus, in Præfatione librorū Caroli Magni, de Imaginū adoratione.*

2. Non poteſt probari, ullam vim ſanctitatis ineſſe imaginibus. Ergo non rectè tribuitur illis adoratio.* (* lib. 1. c. 2.)

3. Non eſt contra religionem Chriſtianā, non-colere, D & non-adorare imagines. Quia ſolum Dominum colere, & ipſum adorare & glorificare, tota Scriptura clamat.* (* lib. 2. c. 21)

4. Aliud eſt, hominem charitatis & ſalutationis officio adorare; & aliud eſt, manufactas imagines adorare. Nā homines Deus, non imagines, diligere juſsit. Propter homines Filium ſuū in Mundū miſit; nō propter imagines.* (* lib. 2. c. 24)

5. Non poteſt demonſtrari, imaginis honorem in eandem formam poſſe tranſire, cujus imago eſt. Nam Chriſtus non dicit; *Quæcunq; feciſtis imaginibus:* ſed, *uni ex minimis.* Itèm non ait, *Qui imagines:* ſed, *Qui vos recipit &c.** (* lib. 3. c. 16)

E 6. Imagines ſunt inſenſatæ, & rationis expertes: Ergo non adorandæ.* (* lib. 2. c. 2.)

7. Adoratio imaginum, nullo dicto, aut exemplo Apoſtolorum, probari poteſt. Nam omni omnium rerū adoratione inhibitâ, ſolius Dei adoratio inſtituitur ab ipſis.* (* lib. 2. c. 22)

8. Imaginum adorationem Patres ignorant, ſi rectè eorum libri inſpiciantur.

9. Si imaginū adoratio & cultus adeò eſt neceſſarius, ut eum-negligentes damnandi ſint: ſoli divites ſalvabūtur, qui poſſunt alere artifices, qui imagines faciant; pauperes F verò peribunt omnes.* (* lib. 4. c. 27)

10. In imaginū adoratione, ubi nullus profectus, nullū emolumentum, nulla utilitas eſt; ſumma vanitas eſſe credenda eſt. Ob quam ſtatuendam & muniendam, quicunque conventus faciunt, & Concilia aggregant, & eas prorſus adorare inſtituunt; procul dubio vana loquūtur, unuſquiſque ad Proximum ſuum. Nam neque in eo à vanitate ſejunguntur: quòd divinorum apicum teſtimonia, ad ſuos ſenſus, violenter inflectere nituntur.* (* lib. 1. c. 26)

De Iconomachis.

G Refutat etiam argumentum eorum, qui planè negabant, Imagines licere facere, aut habere. quod erat hujuſmodi:

Scriptura prohibet facere, aut habere idola. Sed imagines Sanctorum ſunt idola. Ergo ſcriptura prohibet eas facere, aut habere.

Reſpondet Synodus: Non valet conſequentia, à ſpecie ad genus negative. Nam neſciunt, imaginem eſſe genus; idolum verò, ſpeciem: & ſpeciem ad genus; genus ad ſpeciē referri non poſſe. Nam, cùm pene omne idolum imago ſit; non omnis imago idolū. Alterius, & longè alterius deH ſtinationis eſt idolum; alterius, imago. cùm videlicet iſtæ ad ornamentum, vel ad res geſtas monſtrandas, fiant; illud autem nunquam, niſi ad miſerorum animas, ſacrilego ritu, & vanâ ſuperſtitione, illiciendas: & imago ad aliquid; idolum, ad ſe-ipſum dicatur.* (* Præfat. lib. 1.)

A *SINODUS AQUISGRANA.*

Circiter ann. Domini 797. Carolus Aquisgrani Cōciliū habuit: cui interfuerūt 365. epiſcopi, *juxta Ptolemaū Lucenſe, in Rudimento.* Inter eos autē numerantur, Leo Papa, Turpinus archiepiſcopus Remenſis, Achilleus Alexandrinus, Theophilus Antiochenus, & alii epiſcopi & abbates.

Occaſionem præbuit baſilica exſtructa; & reliquiæ, ſive ab ipſo Carolo Hieroſolymis allatæ, ſive a Patriarchâ per monachum miſſæ, ſive a Conſtantino ipſi daB tæ. nam variant ſententiæ Autorum. In eo autem conventu, baſilica eſt dedicata; & reliquiæ ſunt exhibitæ populo ſpectandæ: & decretum factum eſt, ut quartâ feriâ Jejuniorum quatuor temporum, in menſe Junio, quotannis ſpectaculum illud celebretur. *Erfordienſis.* * *Regino*, & alii vetuſtiores, non meminerunt. Commentitia & ſuperſtitioſa ſunt, quæ *Novitiorum rudimentum*, de indulgentiis, à Leone Pontifice ad hanc rem conceſsis, nugatur. (* cap. 69.)

CAPUT X.

C DE EPISCOPORUM ET DOctorum Eccleſiæ vitis.

DE ASIATICIS.

I. HIEROSOLYMITANI DOCTORES.

SUB CONSTANTINO COPRONYMO.

THEODORUS.

THEODORUS Hieroſolymitanus, errore de Imaginibus venerandis infectus, Coſmam, D Epiphaniæ epiſcopum, vaſa ſacra & imagines tollentem, excommunicare juvat: anno 23. Conſtantini Copronymi. *Paulus Diaconus.** Et per Conſtantinum presbyterum, Synodicam, de cultu Imaginum, tranſmiſit ad Paulum Papam: ut patet *ex epiſtola Pauli ad Pipinum.* & ad Synodum Nicænam II. miſit epiſtolam; in quâ venerationem imaginum, & reliquiarum Sanctorum, probat, malè-detortis Scripturæ teſtimoniis: ut patet *ex Actis Nicænæ Synodi II.* (* lib. 22. Rom.)

SUB CONSTANTINO ET Irene.

E *ELIAS.*

ELias, epiſcopus Hieroſolymitanus, Nicænæ II. non interfuit: ſed Legatum ſuum, Johannem monachū, miſit; quem Taraſius ſecum Nicæam adduxit. *Metaphraſtes in vitâ Taraſii, & Acta Synodi.*

JOHANNES.

Hieroſolymorum Patriarcha, a Paganis expulſus, Cōſtantinopolim venit ad Conſtantinum, & petebat auxiliū. quē Imperator cum literis miſit ad Carolum Magnū: qui, F collecto exercitu, eū Hieroſolymā reduxit; ac reliquias loco mercedis reportavit: ſi vera ſūt, quæ *ex Turpino Erfordienſis* refert.* Hoc certum eſt, à Patriarchâ, Carolo, per monachū, eſſe munuſcula de reliquiis Sanctorū miſſa; anno Domini 799 & ſequēti: *ex Reginone.** Sed de expeditione Caroli Hieroſolymam verſùs, Francici ſcriptores nihil ſciunt, præter Turpinum: qui, ut multa alia; ita etiam hæc, finxiſſe videtur: aut ab alio corruptore libri ejus inſerta ſunt. (* lib. 2. c.) (* lib. 2.)

ADEODATUS.

Epiſcopus Beryti, Judæos, territos ſanguine, ex imagiG ne laceratâ & tranſpunctâ profluente, & ad pœnitentiam converſos, baptizavit: & ſanguinem ab eis (videntur illuſores Chriſtianorum fuiſſe) accepit; & in ampullas diſtribuit; & ad plurimos epiſcopos in diverſa loca miſit: ac, ut magiſter ſuperſtitionis, obteſtatus eſt omnes, ut ſinguli annis, die 5. Novēbris, in iſtius rei memoriam, diem feſtum agant. Anno Domini 765. *Sigebertus.*

DIONYSIUS.

Presbyter Aſcalonitanæ Eccleſiæ, intereſt Synodo Nicænæ II. Narrat, monachum accendiſſe lucernam imagiH ni Mariæ; eamq; poſt tertium, vel quintū, vel ſextū mēſem, reperiſſe flagrantem. Sed *Carolus Magnus** eum refutat. (* lib. 4. c. 5)

COSMAS MAJUMENUS.

Filius cujuſdam opulenti viri, Hieroſolymis pulſus, apud Johannis Damaſceni parentem educatus; & a mona-

cho Cosmâ institutus, in artibus liberalibus, & monasticis traditionibus, multum profecit: secũ Johãne Damasceno in cœnobium Sabæ concessit. Inde evocatus a Patriarchâ Hierosolymitano, episcopus Majumenus consecratur. Cõposuit Cantus aliquot ecclesiasticos: ut testatur *Johannes patriarcha Hierosolymitanus, in vitâ Damasceni.* Damascenus dedicavit ei suam Logicen. Extant inter opera Damasceni, Hymni quidam Cosmæ Hierosolymitani: sed an hujus an alterius Cosmæ sint, incertum est.

II. ANTIOCHENI DOCTORES.

SUB CONSTANTINO COPRONYMO.

STEPHANUS.

ANtiocheni, episcopo per annos quadraginta carentes, propter Arabum tyrannidem, Evelid Arabum ducem rogant, ut sibi liceat episcopum constituere. Homo ille barbarus, illam Christianorum petitionẽ approbat: & Stephanũ monachũ, agrestem quidem; sed tamen religiosum, permittit illhic consecrari episcopũ. *Paulus Diaconus.** [* lib. 20.]

THEOPHYLACTUS.

Stephano defuncto, Christiani iterũ supplicant Meruæ Duci Arabum, pro episcopo. Etsi autẽ ille homo barbarus, & Mahometanæ religionis erat: tamen istã piorũ petitionem, non calumniosè seditionẽ interpretabatur, sed ut justam & piam approbabat: & Theophylactum, hominẽ pietate & pudicitiâ insignem, presbyterum Edessenũ, Antiochenis concessit episcopum: & vetuit Arabibus ne quâ contumeliâ ipsum afficerent. Anno 4. Cõstantini Copronymi, qui fuit Domini 745. *Paulus Diaconus.* * *Sigebertus.* Præfuit annis 6. *teste Paulo Diacono.** [* lib. 22. * lib. eod.]

MOYSES.

Diaconus Antiochenæ ecclesiæ, Medicus, Habdallæ consilio, parat pharmacum narcoticum Hytehin Muzæ: quo ille accepto vocem amittit: & Proceres ejus gentis Habdallam constituunt Regem. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22.]

THEODORUS.

Filius Bigarii, succedit Theophylacto: anno Cõstantini Copronymi 11. Accusatus ad Halin Arabẽ, quòd Constantino Imperatori per literas proderet sua consilia & machinationes, deportatur in exilium, in Moabitidem regionẽ: ac ei interdicitur, ne novas Ecclesias construat; neq; crucẽ Christi videat seu adoret; neque de fide Christi cum Arabibus loquatur. Anno 16. Constantini. Errorem de Imaginũ adoratione adeò propugnavit ut Cosmam, Epiphaniæ episcopum, eas damnantem excommunicaverit: Anno Constantini 23. *Paulus Diaconus.** [* ibid.]

SUB CONSTANTINO, ET IRENE.

THEODORETUS.

PAtriarcha Antiochenus, Imaginum sacrarum cultor & patronus, Johannem monachum ad Synodum Nicænam II. misit. *Ignatius in vitâ Tarasii, apud Metaphrasten.** [* Tomo 3.]

JOHANNES PRESBYTER

Antiochenus.

ANtiochenus Syncellus, patriarchæ Antiocheni in Nicenâ II. sedis Orientalis vicem agit: & cultũ imaginũ, & adorationẽ, ineptis & frivolis rationibus probat. Ut: Quia Jacob erexit lapidem Deo, & benedixit ei: & quia luctatus est cũ Angelo in hominis formâ: & quia Jesus Nave duodecim lapides statuit, in memoriam Dei. Et plenè asserit, eũ, qui adorat imaginẽ, & dicit; Quoniã hoc est Filius Dei: non peccat. *Item* Per imaginem, quæ per colores apparet, adoratur fortitudo ejus, & glorificatur; & ad memoriam veniemus de ejus in terrâ præsentiâ. Ut patet *ex Actis, & libro Caroli Magni contra Imagines.*

*Paulus Diaconus,** verbo & opere eum sanctum, magnũ & celebrem, vocat. Et *in literis Orientalium ad Synodum,* cõmendatur à zelo & amore orthodoxæ fidei. Sed hominem vanum, audacem, loquacem, superstitiosum, & adulatorem fuisse, res ipsa ostendit: & *Carolus Magnus** ejus erronea dicta graviter refutat. [* lib. 23. * lib. 1. c. 10 ... 20 & lib. 4.]

COSMAS APAMEAE.

Episcopus Epiphaniæ, quæ est civitas Apameæ Syriæ, accusatus ad suũ archiepiscopum, Theodorum Antiochenũ, de vasorum sacrorum abalienatione, facinus suũ defendit, sententiam illã Imperatoris C[...] de im[...]m abolitione. Sed Theodorus jubet ea restituere. Quod cùm non posset, nec vellet: excommunicatur a[b] Antiocheno, Hierosolymitano, & Alexandrino, Patriarchis. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22.]

JOHANNES LAODICEAE.

Johannes Damascenus, suam Isagogen de Dignitate elementari, dedicatur Johanni, Laodiceno episcopo.

GILFREDUS.

Laodicensium (sic non menda in scriptione commissa est) episcopus, Desiderium, cum uxore, & filiâ, & cunctis Principibus, captum, & ad [...] as perpetuo [...] minatum, deportavit: ac fortè apud ipsum, ut ex im[...] suâ à Sarracenis pulsus, vixit: anno Domini 774. *Sigebertus.*

ANASTASIUS.

Cùm Anastasius, metropolitanus episcopus, ad arã constitutus, celebraturus Cœnam dominicam, more solito exclamaret, dicens; *Plebs tua & Ecclesia tua supplicat tibi:* Salimus, Arabum Mahometanorum Dux, ad seditionem eum cohortari populum opinans, comprehendi & in carcerem concludi jussit. Ac crudelitatem in plebẽ exercuisset Barbarus iste: nisi ab episcopo verbis placidissimis esset mitigatus. Anno [...] Constantini Copronymi. *Paulus Diaconus.** [* lib. 22.]

III. ARMENI DOCTORES.

GREGORIUS SINOPENSIS.

GRegorius, Sinopes episcopus, in Synodo Nicæna II imaginum cultum approbat. Sed postea cum Armenis Constantino Imperatori rebellat: & cõprehensus ab eodem interficitur. *Acta Synodi, & Paulus Diaconus.** [* lib. 23.]

IV. DOCTORES IN PISIDIA

GREGORIUS ANTIOCHIAE.

GRegorius, Antiochiæ Pisidiæ episcopus, in Synodo quãdam Imaginum cultum damnârat. Sed eam sententiam recantat, & in gratiam recipitur ab Iconolatris, *in Actione 3. Nicæna II.*

BASILIUS PISIDIAE.

Tricacabus cognomine, in Synodo Ephesinâ damnavit imaginum cultum. Quare in Actione 7. Nicænæ II. anathematizatur.

GREGORIUS PESSINUNTIS, LEO

Iconii, & Nicolaus Hierapolis.

Palinodiam canunt in Nicænâ Synodo; & Imaginum cultum approbant, & recipiuntur.

BASILIUS ANCYRAE THEODOSIUS

Myrôn, Theodosius Amorii.

Hi tres in Synodo damnaverãt cultum Imaginum. Sed cùm viderẽt, Romanum Pontificẽ, & alios omnes, in Synodo Nicænâ II. probare, mutarunt & ipsi sententiam: & oblatis libellis, errorem suum confitentur, & pœnitentiam agunt, ac recipi petunt, ac sunt Iconolatræ: *ut patet ex Actis.*

JOHANNES SYNNADON.

Johannes, episcopus Synnadon metropolites, Iconolatra, accusavit, ad Germanum, Constantinum Nacoliæ episcopũ, damnantẽ Imaginum cultum; quòd literas Germani suppressisset: ut patet ex *Epistola Germani ad Constãtinum.** [* Tomo 2. Concil.]

THOMAS.

Episcopus Claudiopoleos, Germano familiaris, sæpè cum eo consuluit & disputavit, ac cùm visus esset improbare Imaginum cultum; Germanus ad eum scripsit epistolam; quæ exstat *tomo 2. Conciliorum.*

THEODORUS MIRENSIS.

Interfuit Synodo Nicenæ II ac [...] & ridiculosè egit; quòd, ut Imaginum adorationem adstrueret, somnia Archidiaconi sui retulit. *Carolus Magnus* [* lib. 3. c. 26.]

THEODOSIUS.

Filius Absimari, Ephesinus episcopus, sensit cum Constantino Imperatore; non licere in templis statuas & imagines habere, neque adorare: ac in Synodo Ephesinâ, & Constantinopolitanâ, eã sententiam defendit, cum Pastila, & aliis. *Paulus Diaconus.** Acta ejus Synodi, in *Actione 7. Nicæna* II. referuntur. Dãnatur in Synodo Nicæna II. Actione eâdẽ. [* lib. 22.]

PASTILAS.

Sisinnius Pastilas, Pergamensis episcopus, etiam inter-

A ... opolitanæ, sub Constantino Copronymo; & damnavit imagines: *Paulus Diaconus*,* & *Zonaras*.* Quare vicissim damnatur *in Actione 7. Nicænæ II.*

INGERUS.

Episcopus Nicęnus, à Johannicio per Basilium monachum admonetur, paulò ante mortem: ut, mēdacio & umbrâ abjectâ, veritati tandem assentiatur. *Metaphrastes, de vitâ Johannicii.** (* Tomo 3.)

HIPATIUS.

B Nicęæ episcopus, sententiam suam, de non-adorandis imaginibus retractat in Actione 1. Nicænæ II. ac petit se absolvi ab errore, & recipi: ac edit confessionem suam, inquiens: *Veneror sacras imagines, & easdem adoro & amplector.* Et recipitur in Actione 3.

JOHANNES NICOMEDIAE.

Vixit tempore Germani, Constantinopolis episcopi; & imaginum venerationem damnavit: ideoque in Actione 7. Nicænæ II anathematizatur ab Iconolatris.

C GEORGIUS.

Nicomedię archiepiscopus, alienorum deorum cultor, homo vanus & nugigerulus, scripsit Orationem de Mariæ præsentatione, seu deductione ad templum, quam ex Protevangelio Jacobi & aliis Apocryphia hausit; & Mariam adorari jubet: quem honorem neque Scriptura ipsi ascribit; neque illa unquam sibi arrogavit. *Metaphrastes de Vitis patrum, in Novembri.** (* Tomo 5.)

GREGORIUS NEOCAESAREENSIS.

D In Synodo, à Constantino Copronymo, Constantinopoli, in Blachernia celebratâ, inter præcipuos fuit, ac definitionem ejus conscripsit: in quâ venerationem & adorationem Imaginum damnat, ut appatet ex *Actione 7. Nicæna II.* Sed postea sub Irene, in Synodo Nicænâ II. cùm intelliget omnes approbare Imaginum cultum: & ipse à suâ sententiâ priori discessit, & palinodiam cecinit; ac petiit à Synodo absolutionem & receptionem, quã etiam impetravit: ut patet *ex Actione 2. & 3. Nicæna II.* Sed *Carolus Magnus* *ejus confessionem, ut perplexam & impiam, damnat. (* lib. 4. c. 14.)

E CONSTANTINUS.

Natoliæ episcopus, oppugnavit Imaginum venerationem; ac docuit, Scripturâ nihil illis divini honoris adscribere. ac nisus est Mosis dicto:* *Nullū facies similitudinē ad adorandū, neq; in cœlo desuper, neq; super terrā.* Itē: *Nō sunt manufacta adoranda.* Eam ob causam ad Germanū patriarchā accusatus; metu, ne episcopatu suo dejiceretur, consensit in impiam sententiam: nihilominus venerationē licere Imaginibus exhibere. Sed postea domum reversus, mutavit sententiam. Quare a Germano graviter objurgatur, per epistolam, *in tomo 2. Conciliarum*: ac in Actione 7. Nicænæ II anathemate percutitur. (* Exod. 20 v. 4.)

F

DE AFRICANIS.

I. ALEXANDRINI DOCTORES, sub Constantino Copronymo

COSMAS

Episcopus Alexandriæ, errorem Monothelitarū, quo ipse & Ecclesia illa, multos annos, a tempore Heraclii, fuerant districti, abjicit; & orthodoxam sententiam G amplectitur, & publicè profitetur: anno 2. Constãtini; Domini 743. Errorem de Imaginum cultu, & adoratione Sanctorum mortuorum, defendit: & contra Cosmam, Epiphaniæ episcopum, diversum sentientem, in Ecclesiis excommunicationem promulgavit, in die Pentecostes, post lectionem Evangelii: societatem hac in re præstās Theodoro, patriarchæ Antiocheno, & Theodoro Hierosolymitano: anno Constantini Copronymi 23. Domini 764. *Paulus Diaconus*,* *Sigebertus*. (* lib. 22.)

H POLITIANUS.

Alexandrinus episcopus, ad Synodum II. Nicænam, misit Thomam ... & presbyterum, ut suas vices ... neret. *Ignatius monachus in vita Tarasii, apud Metaphrasten.** (* Tomo 5.)

A

II. IN INSULIS MARIS MEDITERRANEI.

GEORGIUS.

Georgius, seu Gregorius, patriâ Cyprius, ac fortè ibidem episcopus. Nam quod *Zonaras** eum Patriarcham Constantinopoleos scribit, id ab historiâ dissonat: (tùm enim Germanus erat Patriarcha) nisi fingamus duos simul fuisse. Præterea, *Paulus Diaconus** non meminit ejus, ut Patriarchæ. Is autem, non modò imagines in tēplis B ferendas; sed etiam venerandas, censuit: & se Imperatori Constantino, & Synodo, opposuit. Sed, cùm non posset suam sententiam ex verbo Dei confirmare; damnatus est a Synodo, unà cum Germano & Johanne Damasceno: anno Constantini 13. *Paulus Diaconus.** Ac publicè proclamatur falsarius paternorum dogmatum, & idololatra, in Actis ejus Synodi, quæ inserta sunt Actioni 6. Nicænæ II. Sed Patres Nicænæ Synodi eum valdè celebrant, a pietate & sinceritate; & beatum pronuntiant ob imaginum cultum. (* Tomo 3. * lib. 22. * lib. eod.)

C LEO RHODI, & LEO CIRPATHI.

Adversarii imaginum sacratum, mollescūt, & animum mutant; ac easdem venerantur & adorant: & recipiuntur à Synodo Nicænâ, in Actione 3.

THEODORUS & EPIPHANIUS.

Theodorus episcopus, & Epiphanius diaconus Caranensis Ecclesiæ, locum tenent Thomæ, archiepiscopi Sardiniæ, in Actione 2. Nicænæ II. Et Romam ab Imperatoribus sunt ablegati, ut indicarent de fide eorum.

D

DE EVROPÆIS.

I. DOCTORES IN GRÆCIA.

Leo, Phociæ episcopus, in Synodo Nicænâ II. pœnitentiam agit, quòd imagines sacras spreverit: ac recitatur de suâ lætitiâ, quòd jam ad earum adorationem conversus sit. Quem *Carolus Magnus* refutat inquiens:* *Habuit sine damno tristitiam, & sine profectu lætitiam.* (* lib. 2. c. 29.)

II. IN MACEDONIA.

Nicephorus, Dyrrachii episcopus, in Actione 4. Nicænæ II. præposteram pœnitentiam agit: ... & pec- E catum esse fingit, quòd Imaginū cultū priùs damnaverat.

III. DOCTORES THRACIÆ.

CONSTANTINOPOLITANI.

SUB JUSTINIANO.

CYRUS.

Abbas in Ponto, *juxta Bedam*, in insulâ Amastridis, in monasterio Choras. *Paulus Diaconus.** Justinianū, ab Imperio remotum & exulem, hospitio excepit, & fovit: eique prædixit, fore, ut recuperaret dignitatē amissam. F *Beda*,* *Regino*,* & *Adon.* † Quod cùm evenisset: Justinianus eum Constantinopoli patriarcham fecit; Callinico in exsilium misso. Addictus fuit Pontifici Romano, & Imperatorem excitavit, ut cum Constantino Papâ in gratiam rediret: quem etiam, Constantinopolim advenientem, honorificè solenni processione excepit. *Platina in vitâ ejus.* Præfuit Ecclesiæ annos 6. quibus absolutis, cùm Philippicus ad Imperium venit: eò quòd cum Romano Pontifice faceret, removetur; & in suum monasterium reverti jubetur. *Paulus Diaconus*,* *Beda*,* *Zonaras*.* (* lib. 20. * lib. 2. de Temp. * lib. 2. † Ætate 6. * lib. 20. * lib. 2. de temp. * Tomo 3.)

G SUB PHILIPPICO.

JOHANNES.

In monasterio Callistrati egit monachū: & errore Monothelitarum imbutus, sextam universalem Synodum improbavit. Philippico prædicit Imperii dignitatem: eumq; monet, ut sextam Synodū, quæ malè facta sit, aboleat. Et autem aliquot annos ea, quæ vaticinatus erat, differebātur: tamen tandem eveniunt. Philippicus ergo, memor Promissi, Johannem monachum, & hæreticum, (ut eum nominant plerique) designat Patriarcham, Cyro relegato: ejusque consilio Synodum cogit, & Sextam universalē abji- H cit. *Paulus Diaconus.** Et imagines Patrū, qui Actis ejus interfuerant, in templo Sophiæ depictas, deleri jubet. *Paulus Diaconus.** (* lib. * lib. 6. Longob. c.)

Scripsit Johannes libellum de suâ fide: quem Philippi-

eius ad Constantinum Pontificem misit, & postulavit approbationem, & subscriptionem. *Liber Pontificalis. & Platina.* Scripsit etiam epistolam Synodicam, ad Gregorium II. ad quam ille respondit. *Liber Pontificalis.*

Artemius Imperator eum, cum triennio præfuisset, ut hæreticum ab officio removit. *Zonaras.** * Tomo 3.

SUB ARTEMIO. ET LEONE Isauro.

GERMANUS.

EX Justiniano Patricio natus, à Constantino Pogonato, post annos pubertatis, castratur: propterea quòd parens ejus cum Mizizio, per seditionem in Imperatorem electo, fecisset. *Zonaras.* A puero sanctis Patribus adhæsit, Deoque dicatus fuit, ut Samuel: multúmque in sacris literis profecit: ut testantur Patres, in Actione 6. Nicænæ II. ac Cyzicensiũ factus est episcopus. Inde verò, anno 2. Artemii, communi consilio Sacerdotum, Imperatoris, & Senatûs, Constantinopolim transfertur, & archiepiscopus ejus Ecclesiæ constituitur. *Paulus Diaconus.** & *Zonaras.** Anno Domini 716. *juxta Sigebertum.* * lib.2. * Tomo 3.

In eo munere, non solùm docendo, & administrando claves & sacramenta, operas boni Pastoris fecit: sed etiam inspectorem aliarum Ecclesiarum egit, & Scholas gubernavit. Constantinum Copronymum baptizavit. *Paulus Diaconus.** Et Anastasii, sui successoris præceptor fuit. *Urspergensis.* Et in Constantini coronatione, orationes pro more facit. *Paulus Diaconus.** * lib 21. * Eb rod.

Extat quædam concio ejus, quam habuit in festo Præsentationis Mariæ, in laudem ejusdem; *apud Metaphrasten de vitis Patrum, in Novembri.** Epistola ejus ad Johannem episcopum Synnadôn. Item alia Epistola ad Constantinum Natoliæ episcopum; & alia ad Thomam Claudiopoleos episcopum, exstant in Actis Synodi Nicænæ II.* Dialogus etiam edidit: ut Patres indicant, Actione 6. * Tomo 3. * Tomo 2. Concil.

¶ De Deo rectè sentit: unum esse Deum; & tres in divinitate personas, Patrem, Filium, & Spiritum: ac nos ita credere debere, sicut baptizati simus. *In epistola ad Johannem.*

Jesum Christum, non umbraticè nostram naturam sibi uniisse; sed re-ipsà vereque hominem perfectum, absque peccato, factum esse. *Epistolâ eadem.*

Sanctorum Angelorum præstantes ordines, neque intelligi, neque investigari omninò posse, ait *epistolâ eadem.*

De Justificatione & salute dicit: *Neq; aliunde nos salutis spem, sive in hoc Mundo, sive in futuro seculo, exspectamus, nisi ab unigenito Filio Dei qui simul una cum Patre & Spiritu S. divina dona largitur.* Et in epistolâ ad Thomam inquit: *Certè scimus, non aliunde nobis spem salutis accedere; nisi ex piâ fidei confessione, quæ fit erga Deum verum & unum, in Trinitate adoratũ. Fidei dico confessionẽ, quæ partim in corde cõsistit, partim per os profertur. Corde enim creditur ad justitiam: ore autem fit confessio ad salutem.* Actione 4. Nicænæ II. * Tom. 2. Conc.

Imaginem Christi, dicit rectè pingi, contra Hæreticos, qui eum in phantastico; & non in vero corpore venisse, delirant. Et quidem probat, licere imagines in Ecclesiis habere: sed venerationem & cultum earum malè defendit, quibusdam sophismatibus: ut postea ostendemus.

De natu ejus.

De Mariâ virgine fabulatur; quòd ea, ex matre suâ Annâ sterili nata, post annos tres in templum adducta, & novo & inaudito exemplo Deo dicata, & à Zachariâ Prophetâ in Sanctum sanctorum abducta sit; ibique manserit usq; ad secundam ætatem: ac tùm, sorte à Sacerdotibus missâ, commendata sit Josepho. Quæ omnia nusquam in authenticis libris exstant.

Deinde Mariam invocat: *Exaudi meas precationes, miserere meorum luctuum, excipe meos fletus. Te moveat mei misericordia, ut matrem benigni Dei: adspice & annue meæ supplicationi. Rogo te præterea, ut in gaudio illo & perpetuis deliciis, & in regno ejus, quod caret vespera, & nunquam terminatur, colloces eos, qui fide & desiderio hoc venerandum tuum festum peragunt.* Item ab eâ petit vitam æternam: ac planè asserit, *eam habere cum concurrente voluntate potentiam, quia sit mater Altissimi.* Idem, in epistolâ ad Johannem, *Mariam quàvis visibili aut invisibili creaturâ superiorem esse,* statuit: *& eam pro nobis intercedere. & salutem poscere, quam Christus dispenset,* docet.

De Sanctis omninò asserit: *quòd pro nobis intercedant: & quòd nobis à Deo data beneficia meritis eorum, non tantùm ab illis, nec morborum, & periculorum liberationes quando per memoriam ipsorum invocatio Dei fiat. ac propter ab eis petenda auxilium & interpellationem.* In epistola ad Johannem.* * Tomo 2. Concil.

De Imaginibus Sanctorum etiam sensit, *eas & splendida accensione candelarum & suffitu, & adorandas esse sed tamen non eâ ratione, ut Deum & Filium Dei adoramus, verum ut Deum per illas glorificemus.* Epistolâ ad Johannem, & ad Constantinum Natoliæ episcopum.

De Consuetudine ait, *Longi temporis consuetudinem in Ecclesia tenendam esse & ea quæ non à Patribus in Synodis universalibus sint dãnata, abrogari non debere.* In epist. ad Thomam.

Certamina

Cum Theophilo, Natoliæ episcopo, contentio ei fuit de Imaginibus, earumq; adoratione. Nam Johannes, Synnadôn metropolitanus, eum accusaverat ad Germanũ: qui illum ad se vocat, & cũ eo disputat. Theophilus, imagines neque fieri, neq; adorari debere asserebat: propterea quòd scriptum esset, *Nullam facies similitudinem, ad adorandu illam neq; in cælo desuper, neq; super terram.* Item, *manufacta non esse adoranda.* Sed Germanus respondet per distinctionem, duplicem esse adorationem: aliam, quæ Deo præstetur in spiritu & veritate, cum eâ fide, quòd Deus nos exaudiat, & beneficia conferat: aliam verò esse, quæ etiam hominibus & sanctis præstetur; sicut Nathan Davidem adorâsse legatur, & hanc definit esse salutationem. Atque ita statuas & imagines, non adorari cultu, sed salutari, in memoriam eorum, per quos Deus nobis dispensat beneficia, curationes morborum, & liberationes ex periculis. His cùm non acquiesceret Theophilus: minis compescitur, & episcopatu amittendo: ac eò tandem adigitur: ut promittat, ei polliceatur nihil ampliùs contradicturũ: sed tantùm ex Scripturis probaturum: nihil divini honoris in creaturis consistere; sed licere tamen eis venerationem exhibere. Remittit ergo eum Germanus, cũ literis ad metropolitanũ suum. Illas verò cũ non statim reddidisset: denuo admonetur & quidem gravissimâ cũ obtestatione, ut eas reddat, & caveat, ne quid ampliùs offendiculi præbeat. quod dicitur secum tacitum nihil certiùs sibi persuadeat, quàm depositionem. Patent hæc *ex epistola Germani ad Johannem, & ad Theophilum, in Actione 4. Nicænæ II.*

De eâdem cõtroversiâ, etiam *in epistolâ ad Thomã Claudiopolis episcopum,* agit: ubi etiam conatur objectiones diluere Adversariorum suorũ. Nam ad dictũ Exodi 20.* *Non facies tibi idolũ, neq; similitudinẽ ullam eorũ qui aut in cælo, &c.* respondet: naturam Dei formâ repræsentare, prohibitum esse; sed imaginẽ Christi, & Sanctorũ, humanas formas esse. * verse 4.

Deinde ad dictum, *Non assumes nomen Dei tui in vanum,* hoc est, Non vocabis aut nominabis Deum, in quo nihil divinitatis existit, respõdet: Ecclesiam, non statuis nomen Dei, sed soli Deo, id tribuere.

Tertiò ad dictum Esajæ 41. *Confundantur omnes, qui sculptilem Deum faciunt;* respondet: magnum discrimen esse, inter idola Gentium, & imagines in Ecclesiâ. Illas enim esse paleas; has verò triticum. Præterea, tantùm imagines Sanctorum, in recordationem virtutis eorum haberi.

Quartò ad objectionem, quòd ad Imagines lumina, & suaveolentia thymiamata accendantur, respondet: symbolos ista fieri in honorem eorum, quorum cum Christo requies; & quorum honor ad ipsum recurrat. *In epistola ad Thomam.*

¶ Ac vicissim, cur retinendæ & adorandæ sint Imagines, suas rationes opponit.

1. Quia imagines Sanctorum nihil aliud sint, quàm fortitudinis eorum delineatio, sanctæque dispensationis & virtutis figuratio; & ad glorificandum Deum, cui toto hac vita servierunt, admonitio & instructio.

2. Quia imago Christi prosit, ad refutandos Hæreticos, de phantastico ejus corpore.

3. Quia longâ Ecclesiæ consuetudine sint receptæ & habitæ; & adhuc a nullâ Synodo universali abrogatæ.

4. Q adn nos ad recordationem Dei, & op tum divinorum.

5. Quia honor, ipsis exhibitus, in Deum redundet; juxta Basilium.

. Quia abrogatio non possit fieri sinè scandalo. Nam confirmari hostes rucis Christi, ut dicāt *Huc usq, Christiani erraverunt. Nisi enim institutum suum idololatriam agnovissent; non sane nunc manufacta abjicerent.*

7. Quia imagines Sanctorum fecerunt miracula: qualia quædam recenset epistola eâdem.

¶ Fuit etiam gravi cum Imperatore Leone, de Imaginibus, quem ut ab earum abr gat one averteret: fingebat quoddam fa um vatisinium, Ant hristi præcursorem, & divinæ incarnationis evers em, b Imperio Co noni magines abolitutum esse. Cùm potiùs ex *Daniele* debuisset contrarium novisse; illum fore Antichristū, qui auro & argento & gemmis deos alienos, (scilicet Mariam & Sanctos, eorumque statuas) honoraturus esset. Sed Imperator non movetur isto commentitio vaticinio: enim convocat Synodum, in quâ Patres cultum Imaginum damnant, easque abolere jubent. Cùm Germanus se-se frustra opposuisset, maximè illâ innixus ratione, quòd non esset vetus Ecclesiæ consuetudo, sinè univer nodi consensu, abroganda: se-se sacerdotio abdicat, & pallium deponit; Platanium abit, as in domo patris sui quietem capit: cùm annos 14. & menses 5. & dies 7. illam Ecclesiā gubernâsset: anno Leonis 13. *Paulus Diaconus.* * Domini verò, 730. *Sigebertus.*

¶ Familiaritatem habuit cum Johanne Synnadôn, & Thomâ Claudiopolis episcopo; cum quo sæpè de gravioibus quæstionibus contulit & disputavit: ut *in epistolâ ad ipsum* fatetur, *in Actione 4. Nicæna* II. Gregorio etiam, Romano Pontifici, sive secundo, sive tertio, (nam sub utroq; vixit) charus fuit: ut patet *ex epistolâ Gregorii ad ipsum*, in quâ eum commendat, ob certamen contra eos, qui imagines damnabant, ac gratulatur ei victoriam. Exstat in Actione 4. Nicænæ II.*

¶ Homo placidus & quietus fuit; & nōnisi verbis imagines defendit. Observabat enim illum Leo, per Anastasiū & alios, si quid aliud moveret; quo posset illū seditionis arguere: verùm nihil potuit deprehendi. *Paulus Diaconus* *

Præsagus futurorum videtur fuisse. Nam Anastasio, vestem suam calcanti, dixit: *Ne festines; Dippium te exspectat.* Quod dictum, anno 15. pòst, eventus comprobavit: ut posteà dicemus. *Paulus.* *

Vixit sub Constantino Pogonato, Justiniano, Artemio, Theodosio, & Leone, ad annos circiter 70.

De eo diversa judicia apud posteros fuerunt. Nam post annos 25. Synodus à Constantino congregata, ipsum, ut idololatram, anathemate damnat. *Paulus Diaconus.* * Posteà verò in Nicænâ II. Patres eum laudant.

MICHAEL.

Michael presbyter, & apocrisiarius Apostolicæ sedis, sive Constantinopolis, sive Romanæ interest deliberationi, de Germano ex Cyzico Constantinopolim transferendo, ac in eum consentit. *Paulus Diaconus* *

ANASTASIUS.

Discipulus & syncellus, sed presbyter Germani: eò quòd cum Leone sentiebat de Imaginibus abrogandis, ab Imperatore & Synodo constituitur episcopus Constantinopolis, anno Domini 73 .

Homo incon s & atundo fuit; in eam partem se-se inclinans, quò favor hominum. Mortuo Leone, cum Artabaid s cnos Constantin nflixisset; & fama in urbē esset perlata, illum in acie cecidisse, & mortuū esse: Anastasius, permatu ab an is Artabasdi, statim populum convocat; & onstantinū ac usat, quòd ad e dixerit: *Ne existimes Filiū Dei esse, quē peperit Maria qui d tur Christus, sed purū hominē. Maria enim eum peperit, sicut me peperit mater mea.* Hoc dicto ilus eam, ut adversarium Dei, & arrogantem, damnat: & Ar basdum laudat, ut orthodoxum, & divinorum dogmatum p n rei. Deinde, cognovisset, Constantinum adh eretam, jussu Artabasdi, Nicephorū oronat. C rbe Imperas r eum publicè ver berari, & p ea asin situ cie ver ca conversâ, circum Dippium, quasi triumpho agi jussit. Atq; ità Germani vati nium completum est. Neque tamē à sacer otio eum removit; sed per eum filium suum Leonem inaugurar curat. *Paulus Diaconus* * *Zonaras.* * *Bergomēsis.* *

Gregorio II. Romano Ponti ipsit literas Synodicas: eisq; conatus est persuader gines non esse ferendas. Verùm ille, coactâ Synod, eum excommunicasum, & ab officio remotum, pronunt at, d catholicam fidem revertatur *Blondus.* * & *Platina.*

Gregorius II. etiam eum de pœnitentiâ monuit, sed frustra. *Liber Pontificalis.*

Incidit in morbum, quē chordapsum vocat *Paulus Diaconus* quo, obstipatis intestinis, stercus per os egerit, & simul animā exhalat: cū annos 24. fuisset. *Zonaras.* * Cūstantini 13. *Paulus Diaconus.* * Domini 754. *Sigebertus.*

SUB CONSTANTINO COPRONYMO.

CONSTANTINUS.

Constantinus monachus, ex cœnobio ad episcopatū Silei vocatus, cum aliis 38. episcopis, in palatio Hieriæ, damnat imagines. Quare Constantinopolin vocatus ab Imperatore, publicè denuntiatur universalis patriarcha. Ac posteà in forum cū Imperatore, & aliis episcopis, progressus, decreta Synodi corā plebe promulgat: & Germanum, & Gregorium Cyprium, sive Romanum Pontificē, & Johannem Damascenum excommunicat: anno 13. Constantini, Domini verò 754. *Sigebertus.*

Posteà, à Constantino interrogatus; si Maria Christipara vocaretur, num-quid in eo esset incommodi? cōplexus eum, inquit: Ne aliàs, neque apud alios, Imperator, istud protuleris, est enim Nestorii sententia. Numquid ignoras, ut ille ab omni Ecclesiâ fidelium sit proscriptus, & anathemate notatus? Qui respondit: Ego discendi studio interrogavi: sed vide, ne cui dixeris. *Zonaras,* * & *Paulus Diaconus.* *

Deinde, cùm Patriarcha visus esset cum illis facere, qui colebant imagines: Imperator non modò ab aliis suis Aulicis jusjurandum accepit; sed etiam ab ipso: quòd nō esset ex eorum numero, qui iconas adorarent. ac persuasit ei, ut vestem monachi exueret, & carnibus vesceretur; & citharœdos ad regiam mensam admitti probaret.

Non ita multò pòst, sive falsò, sive verè, accusatus de conjuratione & maledictis contra Imperatorem, in exsiliū mittitur in Iberiam; anno Constantini 25. & rursus in Principem insulam, ut *Paulus Diaconus* * dicit.

Cum autem, in exsilio etiam, contumeliosis dictis Imperatorem & Synodum ejus, de Imaginibus damnatis, incessisset: reducitur in urbē; atque ità excarnificatur, ut pedibus insedere non posset: & instar sarcinæ in magnam Ecclesiam deportatur: ac coram episcopis & plebe, de scripto crimina ejus recitantur; & ad singula alapis cæditur: ac dein in Nicetâ deponitur & anathematizatur: ac evulsis capillis, barbâ & superciliis, asino imponitur; ludis Circensibus in theatrum introducitur ignominiosoq; triumpho conspuitur, & pulvere conspergitur: deque asino dejectus, pedibus conculcatur.

Post hæc, Patri ios ad eum Imperator ablegat, interrogatum, quid de fide suâ, & de Concilio, nūc dicas & sentias. Ille, metu fractus, respondet: Illum & rectè credere & decreta Synodi accurata esse. Ob hanc confessionē, sententia cōtra eū fertur, ac ad claustra ferarum deducitur & capite trūcatur: q dieb in mil o suspensū, spectaculo plebi fuit. Corpus verò ejus, resti al gatū, per plateas usque ad pelagus tractū, abjicitur in foveā facinorosorū. Anno Cūstantini 27. *Paulus Diaconus.* * *Zonaras.* * Mortuus, in Nicæna II. damnatur. *Zonaras,* & *Acta ejus Synodi.*

SUB LEONE COPRONYMO.

NICETAS.

Nicetas, seu Victor, natione Slavus, ex servili genere ortus, eunuchus, in muliebribus ministeriis à puero versatus, profanarum & sacrarum literarum adeò rudis, ut vix legere nosset: jussu Constantini Copronymi, anno ejus 26. Calendis Decembris, designatus Constantinopoleos episcopus, Imaginum strenuū exturbatorē se præbuit. Na in Patriarchio, & Abrami locis Ecclesiæ secretis, omnes

imagines

imagines pictas erasit aut delevit: in [illegible] dit & statuas [illegible] neas Vulcano [illegible] *Paulus Diaconus* * & *Ivo in Chronico*.

Constantinum, suum antecessorem, [illegible] deposuit, & excommunicavit. Constantini [illegible], Christophorum & Nicephorum, Imperatores [illegible] ecravit. Leonis [illegible] onymi & Irenes nuptias benedixit. *Paulus Diaconus.** Et postea Constantinum, Leonis filium etiam Cæsarem designavit. *Idem.**

Præfuit Ecclesiæ annos 14. Mortuus Leonis Copronymi 5. circa annum Domini [illegible] *Sigebertus* Et post mortem, in Nicænâ II. da[illegible]atur. *Zonaras & Paulus Diaconus ibidem.*

lib. 22. / *Ibidem.* / *lib. 23.*

SUB IRENE ET CONSTANTINO.

PAULUS.

PAulus Cyprius seu Almiricus, ut a *Paulo Diacono* appellatur, Salamine natus, a Leone Copronymo, anno ejus ultimo, post longam deliberationem, cùm & ipse simulate professus esset, non esse adorandas imagines, episcopus constituitur, in locum Nicetæ. Fuit homo placido ingenio prædi[t]us, animo abjecto, & propemodum ser[vili] & desperabundo, judicio intricato, & superstitionibus fascinato. Cùm, mortuo Leone, Irene imperaret; eaq; Imaginibus magis propitia videretur: cœpit suam sententiam, de Imaginum adoratione, apertius indicare; & cum aliis consilia tractare, quo pacto possint Ecclesiæ, eam ob rem dissidentes, denuò ad concordiam reduci. Interea verò in morbum incidit; qui animū ejus ægrum ita exercet: ut opinionem [illegible] concipiat; se non posse bonâ conscientiâ in suo ministerio defungi: propterea quòd non rectè, in Synodo Constantinopoli, damnatæ essent imagines; & quòd propterea tota illa Ecclesia, sit ex[c]ommunicata à quatuor præcipuis sedibus, nimirū ab Hierosolymitanâ, Antiochenâ, Alexādrinâ, & Romanâ; & quòd ipse quoq; ex metu assentisset, in Imaginū damnationem. Vitam ergo monasticā eligit, ex superstitione, quasi eâ suas sordes eluere possit: & desertâ suâ Ecclesiâ, clàm sese subducit in monasterium Flori, & amictu mutato, in album eorum recipitur.

Irene & Constantinus, re cognitâ, ad eum accedunt; & quærunt, cur id fecisset? Ille lamentans respondet: Utinam nunquam in sacerdotii throno sedissem. Ecclesiâ Dei tyrannidem patiente, præ[sertim] cùm sci[ss]a sit à reliquis universalibus sedibus & anathematizata. Nā, si ego in eâ mortuus essem, [f]actus fuissem, in extremo die, extra Ecclesiā catholicā resurgere. Mulier [ist]a, superstitiosa aliàs, hac oratione cōmota, post aliquot dies, ad eum Patricios & Primores Senatus mittit, ut ex eo [id]em cognoscant: quòd faciliores essent ad ea, quæ postea forent agenda. Coram [ill]is verò ait: Nisi Synodus universalis fiat, & error, qui est in medio vestrûm, corrigatur: salutem non habetis. Cùm autem illi quærerent: Cur damnâsset adorationē Imaginum, cùm ordinaretur? respondit: Hæc est res ipsa, quæ animū meum afficit mœrore: ob quam in monasterium recessi, pœnitentiam acturus; & Deum deprecaturus, ne me, sicut sacerdotē judicet & cruciet: quòd hactenus tacuerim; & pro timore [t]errori[s v]estri non prædicaverim vobis veritatem. *Paulus Diaconus.** & *Item in epistola ad Synodum Nicænam. Actione 1.*

lib. 23.

A[d] hortatum eum esse Imperatricem & Proceres; ut, collectâ Synodo, Imaginum venerationem comprobarent, & Tarasium Secretar[i]um episcopum crearent: *Metaphrastes, in vita Tarasii.**

Tomo 5.

Hac suâ præposterâ pœnitentiâ, occasionem præbuit ad disputationes, de Imaginū cultu: qui paulò pòst, in Synodo Nicænâ II asse[r]tus & stabilitus est; contra verbum Dei. Erat enim in magnâ autoritate apud omnes & in existimatione pietatis & sanctitatis. Nonaut[em] multò pòst, vitam cum morte commutavit, anno Irenes 4. Domini 785. cùm nondum quinquennium præfuisset. *Zonaras.**

Tomo 3

Orthodoxus & catholicus in [Sy]nodo Nicæna II pronun[ciatus] est ob pœnitentiam quam egisset: verum in Francofordiana Synodo, ubi Acta Nicænæ sunt rescissa, & cultus Imaginum damnatus, & ipse declaratus est, non secundum [sen]tentiam; sed secundùm superstitionem, pœnitentiam e[gisse] [illegible] peccatum, ubi [illegible] erat, finxisse ex [illegible] ore.

TARASIUS.

TArasius e Georgio & Encratia natus, in aulâ Constantini & Irenes [illegible] & [illegible]lam agebat, homo facundus & audax: sed tamen vitæ non planè illaudatæ. Mortuo Paulo, [ab] Imperatoribus & [illegible] in [P]opulo patriarcha designatus. Verum [illegible] in vocationem non prius consensit; quam extorsit ab Imperatore promissionem de convocandâ Synodo universali, & de instaurand[â] concordiâ, quæ erat turbata per controversiam, de Imaginum adoratione. *Epistola Constantini & Irenes, ad Synodum Nicænam II. Actione* [illegible] *& ipse in epistolâ ad episcopos Orientis, in actione 3.* Anno Irenes 5. *Paulus Diaconus.** Domini [7]86. *Sigebertus Zonaras,** *Ignatius.*

lib. 23. / *Tomo 3.*

In eo munere constitutus, Sacras literas diligenter legit, ac Patrū scripta evolvit: ut apparet ex Epistolis ejus, in quibus Gregorium Nazianzenū, & Gregor. Magnum, & alios, interdum citat. Ad conciliandam amicitiam, & concordiam cum aliis archiepiscopis, epistolas synodicas ad Romanum Pontificem, & ad Orientis archiepiscopos, dedit: in quibus historiam de suâ vocatione, & confessionem de suâ fide proposuit; petens admonitionem, & emendationem, si nimis rectè sentire videatur. Populum ipse docuit: ac narrat *Ignatius*, eum Psalmos Davidis solitum enarrare. Vitia & peccata, tam superiorum, quàm inferiorum hominum, graviter reprehendit, & impœnitentes excommunicavit. A' ludis & spectaculis ethnicis pios dehortatus est: *ut patet ex eodem*

De Synodo convocandâ, apud Imperatores institit: ac impetratâ potestate, per literas Constantinopoli Synodum indixit; invitatis, pro more, Romano Pontifice, & aliis Patriarchis Orientis. Cùm autem Constantinopoli minùs ex sententiâ res successisset, propter turbas: suasor fuit, ut Adversarii arma per insidias adimerentur, & Nicæam Patres irent, & Synodum perficerent, ac die præfinito eò venit, cum Legatis Romani Pontificis: &, jussu Patrum, proponit, quæ in Synodo sint tractanda: ac interest omnibus actionibus, & suâ autoritate & subscriptione decreta confirmat: *ut patet ex Actis Nicænæ II.*

Scholarum etiam curam ad se pertinere existimavit; & ipse, de bonis paternis, in Bosphoro Thraciæ, monasterium condidit: in quo curavit multos erudiri in sacris literis: quos ad Ecclesiarum gubernationem, ubi opus fuit, collocavit.

Ordinavit episcopos gratis: ac decreto cavit, ne quis, propter ordinationem, mercedem cogeretur solvere.

Coronavit Imperatores: Nicephorum, *Paulus Diaconus:** & Stauratium filium ejus.†

lib. 23 / † *lib. 24.*

¶ Extant ejus Epistolæ aliquot, inter Acta Nicænæ II. ut sunt, Epistola ad Johannem presbyterum præsidem, & anachoretam: item alia Epistola, ad Sacerdotes & Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & Hierosolymorum: item alia ad Imperatores, de Actis Synodi Nicænæ: & alia, ad Adrianum Pontificem.

¶ De Scripturâ rectè sentit, eam non negligenter legendam, neque ad [pr]opriam voluntatem trahendam; sed inde [illegible] sententi[as] hau[r]iendas. *In epistola ad Johannem anachoretam*

De Verbo Dei [&] veritate dicit: *Experientia cognovimus, veritatem super omnia posse & valere. Quicquid illi repugnat, ad tandem semper [illegible] & [illegible] relinquere cogitur. Ipsa est omniū fortissima ita ut facile quosvis inimicos [su]peret, & repugnantium phalangas [rum]pet.* In epistola ad Adrianum Papam, Actione 7. Nicæna II.

De Deo, & Trinitate & singulis Personis, rectè sentit; & Hæreticorum opiniones [illegible] ione suæ [illegible] *Actione 3. Nicænæ 1*

De Pœnitentia benedicit: *Sane & ego dico, quod omnem pœnitentem Deus suscipit, & commissa peccata per pœnitentiam condonat. Novimus enim & David, in adulterio & cæde deprehensum, sed post pœnitentiam receptum.* Item *Novatum & ejus impiæ hæresis asseclas, anathematizo: utpote qui inimicus sit*

adversis parente etiam, & mansuetudinem Dei elevat. In epistolâ ad Johannem Anachoretam.

De Ecclesiâ inquit: *Nostrum caput unicum est Christus: Nos autem deinceps illius unius corporis membra, propter eam, quæ inter nos est, communem fidem & sententiam.* In epistolâ ad Cōstantinum, Actione 7. Nicænæ II. Et *Ecclesiam super Christum, & non super Pontificem, esse ædificatam*, scribit in epistolâ ad Adrianum.

De Concilio eleganter dicit, quòd *omnibus sedentibus visum sit eligere caput, nempe ipsum Jesum Christum.*

De piis Magistratibus dicit, quod debeant sanas doctrinas conservare, & dissidentium unanimem concordiā gubernare, & tanquam faces ardentes relucere; & periclitanti Ecclesiæ succurrere. *Epistolâ ad Constantinum, in Actione 7. Nicæna II.*

De nævis illius.

Doctrinam de verâ Dei invocatione non integram & sinceram novit. Nam, præter verum Mediatorem, Dominū nostrum Jesum Christum, etiam Mariæ, & Angelorum, & Sanctorum mortuorum, intercessionem constituit, eamq; poscere jubet. Sic enim inquit, in epistolâ ad Anachoretā:* *Nos omnes credentes in Deum in Trinitate laudatum, eique soli latriam exhibentes, poscimus intercessionem intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ, sanctorum item Angelorum, omniumque Divorum & Patrum nostrorum.* [* Tomo 2. Concil.]

Doctrinam de Justificatione etiam corrumpit. Asserit enim *Deum homines salvos facere intercessione & precibus Dominæ nostræ sanctæ Deiparæ, & omnium Sanctorum:* in epistolâ ad Johannem. Contra illud Pauli:* *Unus est mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus.* Et Act. 4.* *Non est aliud nomen datum hominibus, &c.* [* 1. Tim. 2. v. 5.] [* vers. 12.]

Doctrinam de Scandalis depravat. Dicit enim, ea, intercedente Mariâ & aliis Sanctis, averti. *In epistola ad episcopos Orientis.*

De Imaginibus & Picturis sacris, rectè quidem dicit, *in Confessione suâ ad episcopos Orientis:* quòd in nullum alium usum admittendæ sint, nisi ut symbola & notæ oculis propositæ, ad memoriam & recordationem historiarum. Sed postea in Synodo, & in epistolâ de decretis Synodi ad Cōstantinum, *in Actione 7. Nicæna II.* non modò asserit Imagines habendas, sed etiam adorandas & salutandas. Et quamvis distinguat inter adorationē, quæ fit in spiritu erga Deū; & inter eam, quę fit honoris ergò: tamen illa distinctio malè accommodatur ad Imaginum cultum. Nam, licèt Scriptura ostendat, honoris ergo Davidem & alios Reges esse honoratos: tamen nihil hujusmodi de statuis asserit. Imò socii Danielis potiùs fornacem igneam intrant, quàm ut statuam adorent. Et Prophetę Gentes damnant, corā ligno in genua procumbentes. Deinde, verbis quidem negat, Sāctis [illegible] exhiberi: cùm tamen re-ipsâ id præstet; dū ab eis intercessionem postulare jubet. An verò hæc non est latria; tribuere Angelis, Mariæ, & aliis Sanctis, quòd sint inspectores cordium? & quòd pro nobis apud Deum intercedant? Cùm unus tantùm sit mediator inter Deum & homines, homo Jesus Christus: & non Angeli, aut Sancti.

Certamina.

Contra eos, qui Imagines ex ecclesiis tollendas esse contendebant, tum solus, tum etiam cum aliis, acriter dimicavit: & non tantùm asseruit eas habendas; sed etiam adorandas & colendas esse: iisdem propemodum rationibus usus, quas ex Germani epistolis annotavimus paulò ante. Neq; id tantùm verbis egit, sed etiam re-ipsâ imagines & statuas in ecclesiam suam collocavit, & coluit: ut patet *ex Ignatii oratione de vita ejus, apud Metaphrastem.*

Deinde, cum Imperatore Constantino acris ei fuit conflictus: cùm is Mariam, suam cōjugem, repudiaret, falso crimine objecto, de parato veneno, & aliam duceret. ac in eâ re satis graviter se-se gessit, si credimus Ignatio. Nā unà cū Johanne monacho & presbytero, Orientalis diœcesis Legato, ad I[illegible]erat[illegible]rem accessit, eum[illegible]onuit: falsò ista in conjugē de veneficio dici, neq. verisimilia esse: cùm nullus [illegible] quem[illegible]pia unquā vi[illegible]it amar[illegible], ob cujus nuptias ei potuisset insidias struere. Cum autē Imperator vitrum, in quo venenum esse ajebat, protulisset, eumq; jussisset divortiū approbare, respondet: Nos legitima jura vestrę conjugalis unionis non audemus dissolvere; Dei legislatoris timentes sententiam: neq, verbis, quæ spectāt ad accusandā tuā conjugem, credere sustinemus, etiamsi mille mortibus & tormentis subjecti fuerimus: ut qui sciamus, diuturnâ inflammatione teneri tuam affectionē, in mulierculam illam fornicatricem. Quinetiam hoc quoq; notum facimus coram Deo in-primis honorandæ tuæ Purpuræ; quòd intra cancellos incruentæ mensæ, in quâ sacrificium magnæ hostiæ Christi venerabiliter peragitur, non sinemus amplius ingredi vestram Potentiam: ne nos quoque audiamus, quod in execrationibus jam olim dicitur [illegible] sacerdotes, *Calcare atrium meum non adjicietis. Metaphrastes in vita Tarasii.* His dictis, ab Imperatore expellitur, cum ignominiâ & minis. Sed postea iterum cum eo Imperator egit: ut sibi, nuptias cum alterâ celebranti, pro more coronam necteret. Verùm adduci nō potuit, ut id faceret: *sicut Ignatius narrat.* Sed *Paulus Diaconus** videtur diversum ostendere. Nam commemorat, Tarasium permisisse Imperatori, ut Mariam in monasterium reconderet: & Josepho, monacho & abbati cœnobii Cancaratæ, præcepisse, ut Theodaten coronaret: & ipsum Imperatorē ad communione admisisse. ideoq; Platonē, Saccidionis abbatem, à cōmunione Tarasii recessisse: ac eâ re ad Imperatorem delatâ, Platonem in carcerem cōjectum, & monachos ejus Thessalonicā deportatos esse. [* lib. 23.]

Reprehensus est à quibusdam, quòd episcopos, qui pecuniâ erant adepti suum munus, removeret ab officio: quasi eo modo Novati opinionem confirmaret; quòd lapsis non pateat aditus ad pœnitentiam. Quare ille, *in epistolâ ad Johannem anachoretam*, se-se declarat: quòd non pœnitentiam neget illis episcopis; sed sacerdotium: quo canones interdicant omnibus, qui per pecuniam sunt ordinati.

¶Plurimorum notitiam & familiaritatem habuit: ut patet *ex Actis Nicæna II.* Adrianus Pōtifex Romanus eum magnifecit: ut patet *ex epistola ad ipsum.* Fratrem ejus, in Italiâ captum, Carolus, ad petitionem Irenes, dimisit: anno 798. *Annales Francorum, & Aventinus.** [* lib. 8.]

¶A multis eum virtutibus commendat *Ignatius*, ut sunt: Misericordia in calamitosos. Nam Præfectum quendam, ad ecclesiam confugientem, diu protexit: & vi abstractum, fulmine excommunicationis in Aulicos misso; sicuti perderent, qui supplex ad Ecclesiam confugisset; liberavit.

Beneficētia in pauperes. Frumēta enim & pecunias quotidie distribuit: & pro peregrinātibus diversoria exstruxit.

Humilitas in vestitu; & Sobrietas in victu. Paucissimis enim contentus fuit.

Toleramia laborum.

Annis 22. præfuit: & sub Nicephoro mortuus est.

Multa de miraculis, ad sepulcrum ejus factis, nugatur *Ignatius apud Metaphrasten:* quæ superstitionum magistris illibata relinquimus.

THEOPHILUS.

Presbyter de Blachernis, cum Michaële Patricio, literas Irenes Imperatricis ad Carolum attulit: ac pacem & amicitiam ejus, & ut Sisinnium, Tarasii fratrem, in prælio captum, dimittat, petiit. *Regino*,* & *Annales Francorum*, & *Aventinus.** [* lib. 2.] [* lib. 4.]

NICEPHORUS.

A' secretis Imperatoris, vir sanctus & facundus, successit Tarasio in episcopatu. *Ignatius in vitâ Tarasii, apud Metaphrasten.** [* Tomo 5.]

HELIAS.

Protopresbyter ecclesiæ Mariæ in Blachernis, legit in Actione 4. Nicęnæ II. Canonem sextę universalis: ac apertè fatetur, se eo solo in rectâ sententiâ conservatum: & à Patriarchâ confirmatum esse.

Sed videas vanitatem. Canonistę, tātùm imaginis Christi, & Johannis Baptistæ, usum in templis concedit, ornatûs & commonefactionis gratiâ. Hic verò, & alii Iconolatræ, indè probant adorationem. Quasi verò idem sit, imagines habere, & imagines adorare! Illud quidem licitum est: sed adoratio prohibita est in illo dicto;* *Dominum Deum tuum adorabis.* [* Matth. 4. v. 10.]

MAN-

MANZON.

Episcopus Bracarensis, in Actione 4. Nicænæ II. inquit: * *Postquam ego, e regiâ urbe profectus, in civitatem meam pervenissem, subito morbo adeo correptus sui: ut amicorum jussu testamentum condere cogerer. Sed jussi, ut inferrant ad me sanctam Servatoris nostri Christi imaginem: quam cùm vidissem, dixissemq;: Domine, qui das Sanctis gratiam, respice me: imposuissemque loco dolenti: morbus ab eo repulsus est, & sanitatem recuperavi.* Unde colligi potest, fuisse hominem superstitiosum; qui somniavit, in imagine Christi esse vim contra morbos: cùm ea res nullo sacræ Scripturæ nitatur fundamento.

* Tomo 2. Concil.

IV. EPISCOPI ITALIÆ.

Et primò

ROMANI.

Sub Justiniano.

LEO.

CUm Sergio Pontifici ex adulterâ natus esset filius: quidam ex clero, de ejus depositione spem concipientes, Leonem eligunt Romanum Pontificem. Sed Sacerdotum cohorte Sergium defendente, Leo rejicitur: & Sergius, Babylonicæ meretricis charactere insignis, Pontificiam obtinet dignitatem. Dignum patellâ operculum! *Balæus in Actis Pontificum, & Præmonstratensis.*

JOHANNES VI.

Natione Græcus, ex Paterno seu Petronio natus, homo rerum inanium amans & studiosus, Pontifex factus est anno Domini 702 *juxta Sigebertum.* Theophylactum, ab Absimaro Imperatore Exarchû in Italiam missum, se contra militum impetum defendere, simulabat: nam reverà exercitû Pontifex corruperat largitionibus; ut suis magis, quàm Imperatoris faverent partibus & Ravennam profi[illegible]itur, ad captanda consilia, de Exarchatu sibi adscribendo. Gisulphus, Beneventanus Dux, fretus dissidio exercitûs & Exarchi, in spem venit occupandi Exarchatûs: & armis arreptis Campaniam invadit, Soram & Arpinum occupat, & prædam facit. Pontifex, missis legatis, Gisulpho iram Dei minatur; ni discedat ab armis & bolum istum suis faucibus relinquat: & simul largitionibus eum mitiorem reddit: & ad aucupandum popularem auram, captivos ab eo redimit. Ille, Pontificis fraudem non intelligens, acceptis muneribus, discedit ab armis, & occupata restituit.

Beneficus in pauperes fuit, de bonis ærarii, tempore famis. Basilicam Andreæ in Vaticano restituit, & sarcit tectum Marci; & ornavit altare Petri, ductis columnis dextrâ lævâque. Creavit Presbyteros 9. Diaconos 2. Episcopos 15. *Liber pontificalis, & Marianus Scotus.* Præfuit annos 3. & menses 3. Alii duos tantum assignant. Interfectum volunt: sed autorem cædis non assignant. *Johannes Tolosanus,* a Beneventano aut Spoletino, Ducibus Longobardis, putat id factum esse.

JOHANNES VII.

Natione Græcus, patre Platone, *juxta plerosque Scriptores;* seu Romanus, *juxta Tolosanum,* patre Gregorio: vir eruditus & eloquens, pontificatum adiit anno Domini 704. *juxta Sigebertum.*

In functione suâ, ea, quæ erât veri pastoris officia, neglexit, & Antichristi opera pleraq; fecit. Nam, cùm Justinianus, ad imperiû reversus, Legatos & scriptum ad eum misisset, & petiisset, ut suam operam quoq; adjungeret, ad instituendum consensum inter Ecclesias Orientis & Occidentis, quæ dissidebât propter Canones, in repetitâ 6. universali Synodo factos, contra Romanæ Ecclesiæ principatû & superstitiosos ritus (ut libro superiori diximus) Pontifex, existimans istam ecclesiarum divulsione sibi profuturam, re infectâ Legatos dimittit; neque (ut decuerat bonû pastorem) errores illorû demonstrat & refutat. Quod *liber Pontificalis* eum metu fecisse dicit: sed magis ex superb[illegible]iâ profectum esse videtur. Molestè enim ferebat Pontifex, [illegible] præscribi formam compositionis: cùm ipse eam potestatem, al[illegible]ictandi canones, sibi arrogaret.

Deinde, nô in id incubuit, ut pura doctrina propagaretur: sed deos alienos, hoc est, Sanctos, têplorum & [illegible] cœmeteriorû exstructione, renovatione, exornatione, picturis & do-

A nariis, hono[illegible]it. Nam in [illegible] P[illegible] oratoriû Mariæ ex[illegible]it, ejus parietes [illegible] oper[illegible] intecti, dextrâ lævâq; quorundam [illegible] vultus ostendebat. Bas[illegible]can [illegible] Eugeniæ instaura[illegible] cœmeteria martyrum, Mar[illegible] Marcelliani, e[illegible] it: & plerasque basilicas imaginibus & statuis replevit: & purpuratas simias creavit 19.

Moritur anno 2. sui pontificatûs, mense [illegible] die [illegible], sepultus ad altare Mariæ, in basilicâ Petri. *Liber pontificalis, Marianus*

B *Scotus, Platina, Blondus, Sabellicus, Balæus, & similes.*

SISINNIUS I.

Sisinnius, vel So[illegible]imus, au[illegible]ne Syrus, ex patre Johanne, *juxta librum Pôtificalê, & Platinam,* seu Romanus, e[illegible] T[illegible] simundo, *ut Antoninus* * *& Tolosanus* · post magnam c[illegible] sensu contêtionem, Pôtificiam dignitatem adipiscitur: ut *Nauclerus & Balæus* indicât. Episcopû in Corsicâ ordinavit.

* Tit. 13. c. 4. § 6.

Neglecta curâ animarum, ad muros urbis instaurandos, & ad defensionem contra Longobardos, animum adjecit. Sed chiragrâ & podagrâ, sive ex Venere, sive ex vino, seu

C veneno, [illegible] quidam opinantur, correptu[illegible] diem [illegible] tantumdies [illegible] præfuisset. *Liber Pontificalis, Platina, Crantzii Metropolis.* *

* lib. 2. c. 1.

CONSTANTINUS I.

NAtione Syrus patre Johanne natus; Latinè & Græcè eruditus. *Bergomensis* * vir mitis & benignus ut *Antoninus in Chronico* indicat. Pontifex creatus, anno Domini 707. *juxta Sigebertû.* In eo verò munere se-se na, ut decebat Antichristi mancipium, gessit. Nam errorum, de principatu Romanæ ecclesiæ, & de cultu Sanctorum mortuorum,

* lib. 10.

D & de imaginibus eorum & statuis, & de vitâ monasti[illegible] & de visionibus & somniis fanaticorum hominum, plenus fuit: ut ex sequentibus patebit.

A Justiniano evocatus Pontificali amictu Constantinopolim ingreditur: ac indè Nicomediam ad Imperatorem accedit, qui in terr[illegible]m [illegible] eo prostratus, veniam peccatorum suorum postulat, & sacrâ synaxim ab eo accipit, & Ecclesiæ privilegia ei condonat, *ut Paulus Diaconus* * *loquitur,* seu renovat, *ut Beda* † *& Ado.* *

* lib. 6. Longob. c. 1. † lib. de Temp. * Æt. 6.

Platina, Blondus, Liber Pontificalis, & alii, de pedum exosculatione garriunt; sed sinè veterum testimonio. Imperatori

E ille dissuadet, ne côtra Philippicum arma capiat. Cu[illegible] consilio cum ille non obtêperâsset, sibi accersivit malû. Rediit autem Constantinus Romam, onustus muneribus, anno Domini 71[illegible]. *juxta Sigebertum & Reginonem.*

Certamen ei erat cum Felice, Ravennatû episcopo: qui certam pecuniæ summam, quam coactus fuerat in ordinatione promittere annuatim solvere Pôtifici, recusabat dare. Eum autem ad Imperatorem accusat: qui ut Pontifi[illegible] gratificetur, absque causæ cognitione, Theod[illegible]rum Patricium,

F classis præfectû in Ravennates movere jubet. Ravennates, se-se defendentes, expugnantur: & Felix captivus Constantinopolim ducitur, & oculis privatus, in Pontum relegatur. [Hoc erat Antichristi opus, si contradicentes, & Romanæ sedi subesse recusantes, opprimer[illegible]] *Platina.*

Aliâ ratione Ticinensem ecclesiam sibi subjugavit. Ejus episcopum, contra Mediolanens[illegible]m, sub q[illegible]o hactenus erat illa ecclesia, inflammat. Ille verò, ignarus fraudium pontificiarum, ad Constantinum eum accusat, qui pronuntiat sententiâ pro sua voluntate: Ticinensem ecclesia, non sub Me-

G diolanensis; sed sub Romani Pontific[illegible] juri[illegible]ctione esse debere: quia olim [illegible]icinenses à Romanis essent ordinati. *Paulus Diaconus.* * *Platina & Balæus.*

* lib. 6 Longob. c. 10.

Contr[illegible] [illegible]p[illegible]um Imperatorem protervè, & contumeliose, & seditiose eg[illegible]; & suis su[illegible]cessoribus, ad simil[illegible]a & majora [illegible] grad[illegible] [illegible]. Na[illegible] [illegible] Philippicus [illegible]ictu[illegible]as, quæ erant in urbe regiâ, delevisset, & Sâctorum statuas & imagines ex omnib[illegible] [illegible]rasisset, & extam universalem Synodum reprobâsset, & Syrum patriarcham, cû Romano Pontifice sententem remo[illegible]isset; & Johannem mo-

H narchum substituisset, & Romano Pôtifici libellum de suâ fide misisset, atque imperâsset, ut subscriberet, & Romanû clerum idem sentire & facere juberet: bonus ille vir in suorum asseclarum cœtu, non modò improbat ea qu[illegible] erant ab Imperatore facta & mâdata; sed extra metas [illegible]i muneris

progressus,

ogressu edicit: *Ne quis Imperatoris heretici nomen, publicè scriptu, aut privatim, in ære, argento, plumbove recipiat, nec in Missarum solennitate usurpet, nec statuam ejus in ecclesiam collocet.* Ac insuper sancit, ut non modò imagines in templis habeantur; sed etiam summâ veneratione colantur. *Paulus Diaconus.* & *Balæus.* Anno Domini 712. *juxta Sigebertũ.* Hac proterviâ effecit: ut Anastasius ei scriberet, seque fautorem catholicæ fidei, & sexti Concilii prædicatorem fore, promitteret: & ut Theodosius, hunc secutus, imagines à Philippico ablatas restitueret. *Paulus Diaconus,* & Beda.†

*lib. 20. Rom. & lib. 6. Lág. c. 31.

*lib. 20. Rom. † lib. 2. de Temp.

Portentosas Eguuini Viccii, hominis fanatici, visiones; quibus cõfirmabatur opinio, cultum Imaginum Deo placere; scriptis diplomatibus cõprobavit. & Britvvaldo. Anglorum primati, præcepit; ut, collectâ Synodo Londini, anno Domini 710. suâ auctoritate eas Regibus & Populis commendaret. *Balæus.**

*Cent. 1.

Seditionem, missis sacerdotibus cum euangeliis & crucibus Domini, composuit. *Liber pontificalis.*

Duodecim episcopos, in itinere versùs Constantinopolin, ordinavit: & dominnâ vice presbyteros 10. diaconos 2. & episcopos 64. creavit. *Liber Pontificalis.*

Coenredum & Offam, Orientalium Saxonum Reges, Romam religionis seu superstitionis ergò venisse, & monachos ibi factos esse, hortatu Constantini, *Beda** tradit, & *Balæus. Paulus* verò *Diaconus** tantùm eos ibi mortuos dicit. *Platina* putat, eos peste extinctos esse.

*lib. 5. c. 20. *li. 6. Lóg. cap. 10.

Liberalis in pauperes fuit: & in fame, quæ triennium grassabatur, Romæ plurimos aluit.

Obiit anno 7. sui pontificatûs, die 2. Sepultus 3. Idus Februarii, anno Domini 714. *juxta Sigebertum.*

SUB LEONE ISAURO.

GREGORIUS II.

BLondus Constantino subjungit Stephanum: & Petrum Gulielmum Bibliothecarium arguit, quòd occasionem errandi aliis præbuerit. Sed *Platina, Nauclerus, Sabellicus,* & alii Pontificum descriptores, non adstipulantur Blondo. Et eruditè *Nauclerus** *ex Caus. 11. q. 3. c. Antecessor.* colligit, ordine sibi successisse Gregorios duos, & Zachariam, & Stephanum. Hanc sententiam, non modò *Paulus Diaconus, Beda, Regino, Ado, Sigebertus;* sed tota historia Bonifacii, & epistola Adriani ad Constantinum & Irenen, in Actione 1 Nicænæ II. comprobant.

*Generatio 24.

Gregorius II. igitur, natione Syrus, ex patre Johanne (*juxta Chronicõ Martini, & Erfordiensem*) aut Marcello (*juxta librum Pontificalem, Platinam, & alios*) natus, ab ineunte ætate literis operam dedit, Græca & Latina didicit, & rebus sacris præcipuè studuit: animo magno, & linguæ volubilitate excelluit.

Sergius Pontifex Subdiaconum eum creavit; & curam Bibliothecę ei commisit. In eo munere cùm fidem & probitatem suam demonstrâsset; Diaconus factus est à Constantino Papâ: ac cum eo ad Imperatorẽ Justinianũ profectus, cũ Græcis disputavit, & ad quęstiones, ab Imperatore propositas, scitè respondit. *Liber Pontificalis, Platina, & alii.*

Ad Pontificatum accessit, anno Domini 714. *juxta Sigebertum:* ac in eo, ut decebat vicarium Antichristi, sese gessit; ut postea dicemus.

¶ Scripsit Responsionum librum 1 contra Leonem Augustanum.

Ad Johannem Constantinopolitanum, librum 1.

Scripsit aliquot Epistolas: quarum octo exstant *in tomo 2. Conciliorum.* I. ad Bonifacium. II. ad Episcopos & Presbyteros, & cunctos Christianos. III. ad universum Clerum, & Populum Thuringię. IV. itidem ad Clerum & Plebẽ Thuringiæ. V. iterum ad Thuringos. VI. ad Saxones. VII. ad Bonifacium. VIII. ad Bonifacium.

Scripsit etiam literas ad Carolum Martellum: quarum exemplum *apud Aventinum** exstat; cujus meminit & *Vvilibaldus in vita Bonifacii.*

*lib. 3.

Reperiuntur & aliæ duæ Gregorii ad Carolum epistolæ: in quibus eum hortatur, ad defensionem Romanæ ecclesiæ, contra Hildeprandum & Luitprandum.

Porrò, phrasis non usque adeò purè Latina est; sed qualis hoc seculo fuit in usu. Germanismum seu Gallicanismum sapit, quod in secunda epistola inquit: *Hortamur ut in omnibus solatiari nisibus totis debeatis.*

¶ Quantum ex Epistolis ejus colligi potest, satis commodè sensit de Deo & de Trinitate, & de Creatione.

Sed errores non habuit paucos. Ut sunt; De intercessione Sanctorum: quòd, propter intercessionem Petri, Deus benefaciat obtemperantibus Bonifacio. *In epistolâ 2.*

De Pœnitentiâ. Nam canones satisfactionis præscribit: & parricidas a communione usque ad finem vitæ submovet. *Epistola octava.*

De Ecclesia: quòd caput ejus sit Pontifex Romanus. *Epistol. 1.* Et quòd Romana Ecclesia sit spiritualis mater omnium. *Epistolâ 4.*

¶ Et quia Antichristi, sedentis in templo Dei, vicem gessit: ideò ea, quæ egit, ad ejus regni emolumentum cesserũt. Nam, neglectâ curâ pastorali, statim in initio sui Pontificatûs calcem fecit; & urbis Romanæ muros instauravit. *Liber pontificalis.* In templis & monasteriis ædificandis, reparandis, & exornandis, adeò occupatus fuit: ut potiùs architectum, quàm Pontificem, egisse videatur. Nam basilicam Pauli collapsam, trabibus ex Calabriâ petitis, cooperuit: & altare novum, & ciborium argenteum, fecit. Laurentii etiã templum renovavit: & ecclesiam, Hierosolymam dictam, repurgavit: & oratorium in Patriarchio, in honorẽ Petri, metallis exornavit, & parietes circùm altare argẽto obduxit, & duodecim Apostolis, ex libris 180. statuas fecit. *Liber Pontificalis.* Oratorium Susannæ, in Cælio monte exstruxit. *Platina* Monasteria ad basilicam Pauli, Cetomium, & Andreæ apostoli, renovavit: & cœnobium Agathæ ædificavit, & bonis paternis locupletavit. *Liber pontificalis.* His satis apertè declaravit, se Deum suum Maosim auro & argento colere, juxta Danielis vaticinium.

Decretis suis nuptias damnavit. Nam presbyteram, diaconam, monacham, & commatrem spiritualem, matrimonio jungi vetuit. *Balæus, in Actis Pontificum.* Et propter infirmitatem uxoris divortium admisit, & aliam duci jussit. *Caus. 32 q. 7. c. Quod proposuisti. Ex Antonino.**

*Tit. 14. c. 1

Missam non nisi in consecrato loco fieri jussit. *Balæus, in Actis Pontificum.*

Ut quadragesimali tempore, in quintis feriis, quę hactenus (ut vocant) officia propria nõ habebant, jejunium cum Missarum celebritate fieret, ordinavit: Cantus de Dominicis in æstate colligens, & Epistolas & Euangelia adhibens. *Sigebertus in Chronico, & Aedituus, & Flores temporum Gigantis.*

Imaginum & statuarum cultum & adorationem mordicùs defendit, & earum impugnatores ad mortem usque est persecutus: ut patet *ex Paulo Diacono,** & *Zonara,*† & *libro Pontificali.*

*lib. 21. † Tomo 3.

Baalismum instituit monasteriis ad ecclesias ordinatis: in quibus Monachos dies & noctes cantare jussit. *Liber Pontificalis.*

Leoni, imaginum venerationem prohibenti, non modò importunè respondit; ac eum, & Anastasium patriarcham, causâ nòdum cognitâ & legitimè disceptatâ, damnavit, & excommunicavit: sed etiam totam Hesperiam, Æmyliam, Liguriam, Italiam, & alias terras in Occidente, ab ejus obedientiâ discedere fecit: & vectigalia, quæ Christus solvi jussit, interdixit, nullam aliam ob causam, quàm quòd Leo venerationem imaginum damnâsset: ac cum Francis fedus iniit, quibus occupandę urbis Romæ, & Imperii Occidentis, occasionem præbuit, ut proditor suæ ipsius patriæ. *Paulus Diaconus,** & *Zonaras.*

*lib. 21

Ac armis Italorum & Longobardorum se-se, cõtra Eutychium, Imperatoris Præfectum, tutatus est: interim simulans, se maximè singulos cohortari; ne ab amore vel fide Imperii Romani desciscerent. *Liber pontificalis.*

Nõ modò alia politica negotia, sed etiã bella, gessit. Nã, cum Exarcho Romano, exercitũ & proceres Ecclesię misit adversùs Tiberium, imperium in Siciliâ seditiosè invadẽtem. *Liber pontificalis.* Castrum Cumanum, a Longobardis occupatum, cùm fulmine excommunicationis non posset recuperare: conduxit Neapolitanum ducem. Eum, cùm

apertâ

aperiâ vi non posset in ... & transire uti jussit: & eam operam redemit 70. libris auri. *Paulus Diaconus,** *Liber pontificalis, Sabellicus.**

Luitprandum, arma contra Romam ferentem, adeò dementavit suâ oratione: ut fictâ Aripertii donationem Cocciarum Alpium confirmaret, & ab armis discederet. *Beda,** & *Liber pontificalis.*

Viros doctos sibi adjunxit; eorumque usus est operâ, in subjiciendis sibi Ecclesiis. Bedam, ut Romam veniret, solicitavit per literas. *Balam** Sebaldum ad Germanos misit, *juxta Schedelii opinionem.** Bonifacium creavit episcopum, & legatum Pontificium: ac eum in Germaniam & Thuringiã misit; ut Ecclesias illas suo charactere signaret, & pontificiis ceremoniis & superstitionibus deformaret. Quod ille graviter præstitit: ut in vitâ illius indicamus. Anno Domini 717. *Sigebertus.* Wilibrordum etiam, apud Frisios verbum Dei prædicãtem, suâ authoritate & commendatione juvit. *Curio.** Multos Germanos, Romam concurrentes, baptizavit. *Platina.* Ordinavit Presbyteros 25. Diaconos 5. & Episcopos 150. in diversis locis: quos omnes jure-jurãdo obligavit, ut Bonifacium, ad Romanæ sedis doctrinam & ritus, ejusque obedientiam & reverentiam.

¶ *Marianus*, & alii, commendant eum a castitate & sapientiâ. *Bergomensis* virum optimum & sancti simũ vocat. Sed si, ipsi illis ex verbo Dei adhibitis, notas, quibus Antichristi vicarium refert, observassent: diris eum potiùs devovissent, quàm laudassent. Commendationes ergo hujus, & aliorum Pontificum, quę passim occurrũt in Scriptoribus, æstimandæ sunt ex Antichristi probitate; cujus personam gesserunt *2. Thess. 2. & Apoc. 17.* Si qua interdum videtur benè egisse, prorsus hypocriticæ sunt, & simulata: & ad pellem ovillam pertinent, quâ isti lupi fuerunt induti; aut ad templum Dei: in quo Antichristus sedens, quædam volens-nolens coactus est, saltèm ad speciem & simolatè, laudabiliter agere; ne à quovis adversarius Christi agnosceretur, ante tẽpus revelationis à Deo præfiniti. Per antiphrasin ergo vera sunt: Gregorius est servus servorũ, nã dominus dominãtiũ esse studuit; & Cæsari cẽsũ & vectigalia dari prohibuit.

Obiit 3. Idus Februarii. Indictione 14. Leone & Constãtino imperantibus; anno Domini 731. *Sigebertus*, & *Marianus*. cùm annos 16. præfuisset.

GREGORIUS III.

NAtione Syrus ex patre Johanne; (ut *Platina*, & plerique scriptores, annotant) seu Romanus, ex Marcello prognatus, (*juxta Marianum in Chronico*) Latinè & Græcè doctus: non modò in sacris, sed etiam magicis studiis, (ut *Balam* indicat) versatus: simulando pietatem, & profitendo Sacras literas, & largitionibus, quibus ergo pauperes nius à Pontificiis scribitur, pervenit ad presbyterii gradum.

Mortui Gregorii II. funus cùm sedulò curâsset: Populus Rom. enthusiasmo correptus, ipsum vi eũ cõprehendit, & Põtificem designat. *Liber pontificalis.* Anno Domini 731. *juxta Sigebertum*: imperantibus Leone, Isauro, & Constantino.

... ripsit, ad Leonem & Constantinum Imperatores, lib. 3. & Epistolarum librum 1.

Exstant ejus Epistolæ 5.* *In primâ*, Bonifacium omnibus episcopis, presbyteris & abbatibus, commendat, ut legatum pontificium; eumque adjuvari & promoveri jubet. *In secundâ*, eundem cõmendat Germaniæ populis; ut Thuringis & aliis. *In tertiâ*, episcopos Bavariæ, Juggum, Luidonem, Ridoltum, Phipzilum, sui officii admonet, eosque Bonifacio parère jubet. Exemplum epistolæ ad Vivilonem, & alios episcopos Bavariæ, longè aliud *apud Aventinum** exstat; quàm in tomis Cõciliorum: unde facilè colligi potest, vel aliam esse, vel corruptam. *In quartâ*, respondet Bonifacio ad quæstiones varias. *In quintâ*, gratulatur Bonifacio, quòd, in Pontificiis ritibus propagandis, adeò felici usus sit successu: ac postea ei præcipit, ut presbyteros, ordinatos ab aliis, de quibus dubitetur an fuerint episcopi, denuò consecret: & baptizatos ab aliis, per manus impositionem, conformes aliis pontificiis reddat. Eique potestatem facit, convocandi Synodos ad ripam Danubii: ac postremò hortatur eum, ut non diu in uno loco subsistat: sed inde ad alias atque alias gentes accedat, easque charactere Pontificio insigniat. Exemplum hujus epistolę multo brevius & succinctius exstat *apud Aventinum*,* quam in tomis Conciliorum.

Scripsit etiam epistolam ad Ursum, Ducem Venetorũ: in quâ Exarchum ei commendavit; & auxilium petit contra Longobardos qui Ravennam occuparant. Exemplum exstat *apud Sabellicum*,* *ex Romuandi Scribæ Comment.*

Habentur etiam duæ Epistolæ ejus, ad Carolum Martellũ scriptæ: in quibus eum exstimulat, ad defensionẽ Romanæ ecclesiæ: quę quia nõ sũt impressę, eas adscribimus.

Domino excellentissimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa. Ob nimium dolorem cordis, & lacrymas, iterata vice tuæ Excellentiæ necessarium duximus scribendum; confidentes, te esse amatorem filium beati Petri, Apostolorum principis, & nostrum: & quod pro ejus reverentiâ nostris obedias mandatis, ad defendendam Dei Ecclesiam, & peculiarem populum, qui jam persecutionem & oppressionem gentis Longobardorum sufferre non possumus. Omnia enim luminaria, ad honorem ipsius principis Apostolorum, & quæ a vestris parentibus, vel a vobis oblata sunt, ipsi abstulerunt. Et quoniam ad te, post Deum, confugium fecimus propterea nos ipsi Longobardi in opprobrium habent, & opprimunt. Unde & Ecclesia sancti Petri denudata est, & in nimiam desolationem redacta. Tamen omnes nostros dolores subtilius in ore posuimus præsentis portitoris, tuo fideli: quos in auribus tuæ excellentiæ suggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipso principe Apostolorum, hic & in futura vitâ, coram omnipotente Deo nostro, sicut pro ejus Ecclesiâ, & nostrâ defensione, disposueris & decertaveris, sub omni velocitate: ut cognoscant omnes gentes tuam fidem, & puritatem atque amorem, quæ habes erga principem Apostolorum B. Petrum, & nos, ejusque peculiarem populum zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam vitam acquirere.

Altera epistola ad eundem.

Domino excellentissimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa. Nimia fluctuamur tribulatione, & lacrymæ die noctuque ab oculis nostris non deficiunt: quando conspicimus quotidie & undique, Ecclesiam sanctam Dei a suis, in quibus spes erat vindicandi, destitui filiis. Propterea coarctati dolore, ingemiscimus & luctu consistimus: dum cernimus, id, quod modicum remanserat præterito anno, pro subsidio & alimento pauperum Christi, seu luminariorum concinnatione, in partibus Ravennatium, nunc gladio & igni cuncta consumi, a Luitprando & Hilprando Regibus Longobardorum. Sed in istis partibus Romanis, mittentes plures exercitus, similia nobis fecerunt & faciunt: & omnes salas S. Petri destruxerunt; & peculia quæ remanserant, abstulerunt. Et nulla nobis abs te, excellentissime fili, refugium facientibus, pervenit hactenus consolatio. Sed, ut conspicimus, dum indultum a vobis eisdẽ Regibus est, motiones faciendi: quod eorũ falsa suggestio plus quam nostra veritas, apud vos recepta est. Et timemus, ne tibi respiciat ad peccatum. Quando nunc, ubi resident ipsi Reges, ad exprobrationem nostram ita proferunt verba, dicentes: Adveniat Carolus, apud quem refugium, & exercitus Francorum: &, si valent, adjuvent vos, & eruant de manu nostrâ. *O quam insanabilis dolor, pro his exprobrationibus, in nostro retinetur pectore; dum tales ac tanti filii, suam spiritualem matrem, sanctã Dei Ecclesiam, ejusque populum peculiarem, non conantur defendere. Potens est, charissime fili, ipse princeps Apostolorum, ob a Deo sibi concessam potestatem, suam defendere domum, & populum peculiarem; atque de inimicis dare vindictam. Sed filiorum fidelium mentes probat. Non credas, fili, falsidicis suggestionibus ac suasionibus eorundem Regum. Omnia enim tibi falsò suggerunt; scribẽtes ita in inventionibus quòd, quasi ob aliquam culpam commissam, habeant eos eorum Duces, id est, Spoletinum & Beneventanum. Sed omnia mendacia sunt. Non enim pro alio (satisfaciat tibi veritas, fili) eosdem Duces persequuntur crimine: nisi pro eo, quòd noluerũt præterito anno de suis partibus super nos irruere, & (sicut illi fecerunt) res sanctorum Apostolorum destruere; & peculiarem populum deprædare, ita dicentes: Ipsi Duces, quia contra Ecclesiam Sanctam Dei, ejusque populum peculiarẽ, non exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipsâ Ecclesiâ fidem accepimus. Adeoque mucro eorum desævit contra eos. Nam ipsi prædicti Duces parati fuerunt, & sunt, secundum antiquam consue-*

* lib. 6. Eng. cap. 13. * Enn. 8. lib. 7. * lib. 6. de Temp. * Cat. 2 c. 1. * Ætate 6. * lib. 2. chronol. * Tomo 2 Concil. * lib. 3. * lib. ind. * Enn. 8. lib. 7.

*consuetudinem, eis obedire: sed illi, vos in eos iram, pro eo quod superius diximus, per exquisitam occasionem volentes illos & nos destruere & invadere: ideòque utrosque persequentes, vestra Benignitati suggerunt falsa: ut & Duces illos nobilissimos degradent; & suos ibidem pravos ordinent Duces; & multò amplius, quotidie & in omni parte Dei ecclesiam expugnent, & res B. Petri principis Apostolorum dissipent, atque populum peculiarem captivent. Tamen, ut res veritas vobis declaretur, Christianissime fili, jubeas post ipsorum Regum ad propria reversionem, tuum fidelissimum missum qui non à præmiis corrumpatur, huc dirigere: ut propriis oculis persecutionem nostram, & Dei Ecclesiæ humiliationem, & ejus rerum desolationē & peregrinorum lacrymas, conspiciat: & tua Bonitati omnia pandantur. Sed hortamur tuā Bonitatē corā Domino, & ejus terribili judicio, Christianissime fili: ut propter Deum, & animæ tuæ salutem, subvenias Ecclesiæ S. Petri, & ejus peculiari populo; eosdémque Reges sub nimia celeritate refutes. Non despicias deprecationem meam, neque claudas aures a postulatione meâ. sic non tibi ipse princeps Apostolorum claudat cœlestia regna! Conjuro te in Deum vivum & verum, & ipsas sacratissimas claves confessionis beati Petri, quas vobis ad regnum dedimus: ut non præponas amicitiam Regum Longobardorum, amori principis Apostolorum. Sed velocius, & sub nimiâ festinatione subveniens, post Deum, suam consolationem ad nostram defensionem: ut in omnibus gentibus declaretur vestra fides, & bonum nomen. Quatenus & nos cū Prophetā mereamur dicere:** [Psal. 20 v. 2.] * Exaudiat te Dominus in die tribulationis! protegat te nomen Dei Jacob! *Harum autem literarum portitor Anthardus, vester fidelis, quod oculis suis vidit, & nos ei injunximus, omnia tuæ benignæ Excellentiæ vivâ voce enarrat. Et petimus Bonitatem tuam, coram Deo teste & judice: ut nimis festinanter lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuntia: ut læti effecti animo, die noctuque, pro te tuisque fidelibus, coram sacris sanctorum principum Apostolorum Petri & Pauli confessionibus, Domino fundamus preces.*

¶ In quibusdam capitibus doctrinæ, vocem utcunque imitatus est rectè-docentium. Nam bene monet, *in epistolâ ad Thuringos*; quòd Deus timendus, adorandus, & honorandus sit: & quòd pii debeant abstinere ab omni cultu Paganorum.

De Baptismo benè dicit: *Quisquis in nomine Patris & Filii & Spiritûs S. baptizatus est, rebaptizari minime liceat. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Trinitatis, hujus gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apostolus ait:* [* Ephes. 4 v. 5] * Unus Deus; una fides; unum baptisma. *In epistolâ ad Bonifacium.* *

[* Tomo 2. Concil.] De Cœnâ inquit: *In Missarum solennis observandum est, quod Jesus Christus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque calicem, & dedit eis, dicens: Hic calix est novi Testamenti, in meo sanguine: hoc facite in meam commemorationem. Unde congruū est, duos vel tres calices in altario ponere, cùm Missarum solennia celebrantur.* Ex his constat, hunc Pontificem communionem sub utrâque admisisse specie.

Cum impiis conversari licere, studio eos convertendi, & lucrifaciendi, *in epistolâ ad Bonifacium* docet.

¶ Sed tamen in plerisque lupum prodidit; notas Antichristi malè occultans.

Nam corrumpit doctrinam de uno Mediatore inter Deum & Homines; nimirum de Jesu Christo; & Sanctos mortuos, eorumque merita & preces, substituit mediatores: ut patet ex ejus Decreto, quod postea referemus.

G Corrumpit doctrinam de Justificatione per solam fidē. Nam operibus adscribit remissionem peccatorum, *in epistolâ ad Bonifacium*, ubi inquit: *Quatenus de fructu operis, & ipse valeas præmia percipere, & veniam peccatorum invenire.* Et *in epistolâ ad Carolum*, promisit ei vitam æternam, pro defensione Romanæ Ecclesiæ.

Labefactat doctrinam de Invocatione Dei in nomine Jesu. Nam etiam in Sanctorum nomine Deum invocari jussit: statuas & imagines Sanctorum, adoratione, Baalismo, & candelis, coli præcepit: & pro Mortuis orandum esse, *ad Bonifacium* rescripsit.

H Baptismi dignitatem extenuat: dum præcipit, ut baptizati, impositione manuum, & unctione chrismatis, inungantur.

Falsavit doctrinam de Clavium potestate. Nam eis vim

A illam attribuit, Imperatorem excommunicatum ab imperio deponendi, & subditos ab obedientiâ absolvendi, & census & vectigalia Cæsari dare prohibendi: ut patet ex historiâ. Et ad res leviculas, Clavium severitate abusus est. nam clericum, comam relaxantem, anathemati subjicit, *in Romanâ Synodo.*

Depravat doctrinam de Adiaphoris; dum omnes obligat ad traditiones Romanæ ecclesiæ: & dum Presbyteros, ordinatos ab aliquo, qui non sit a Romanâ ecclesia missus,

B jubet denuò consecrari. *Epist. ad Bonifacium.*

Doctrinam de Magistratu, & de discrimine ecclesiasticæ & politicæ potestatis, planè ignorâsse videtur.

Doctrinam de Conjugio depravat. Nā prohibet nuptias iis, qui etiam in pueritiâ à Parentibus in monasteria sunt abditi: *in epistolâ ad Bonifaciū.* Item Presbyteris, Monachis, & spirituali aliquâ propinquitate junctis. Propter morbū uxoris, dissolvit matrimonium; & propter cognationem spiritualem: *in epistolâ ad Bonifacium.* Et *in Synodo Romanâ*, uxorem avunculi ducere permisit.

C ¶ Munus legendi & docendi Sacras literas eum obivisse, & ad pietatem singulos cohortatum esse; *Platina in vitâ* ejus refert. *Sed liber Pontificalis*, Damaso adjunctus, (unde *Platina* & alii sua hauserunt) videtur innuere, illum id egisse: cùm adhuc nōdum esset pōtifex; sed tantùm Presbyter.

Quòd Sacrarum literarum egregius interpres fuerit, & catholicam fidem propagaverit; vulgus Historicorum asserit: sed id quam purè præstiterit, constat ex iis, quæ de erroribus ejus sunt annotata.

Bene quidem Gentiles consuetudines, de Cal. Januarii,

D de Auguriis & Incantationibus, Romæ abrogâsse; scribitur à Zachariâ, *in epistolâ ad Bonifacium.* Et rectè quidē, in epistolis suis ad Bonifacium, & episcopos Bavariæ, præcipit; ut idem in aliis locis fiat. Sed hoc contrà omni vituperio dignum: quòd ipse Magiam exercuit; & Sanctorum mortuorum invocationem, & statuarum & imaginum & reliquiarum eorum venerationem, & adorationem, & cultum, asseruit, defendit, & auxit: atque ita à auro & argento & gemmis, deos alienos, hoc est, Mortuos sanctos, honoravit. Quod quid aliud fuit; quàm gentiles superstitiones &

E idolomanias in novam formam commutare, & rem ipsam neglectis nominibus retinere?

Nam, in Mortuorum honorem, omnium Sanctorum oratorium, in basilicâ Petri, fecit: & basilicas plurimas renovavit, & exornavit, ut Petri, Andreæ, Calixti, Mariæ, Sergii, & Bacchi Marci & Pauli. *Liber pontificalis.*

Deinde, statuis eosdem honoravit. Apostolorum enim, & Genitricis, & sanctarū Virginum statuas, argento mundissimo vestivit, in basilicâ Petri. *Liber Pontificalis.* Et simulacrum Mariæ aureum fecit. *Sabellicus.* * [* Eun. 8 lib. 2.]

F Tertiò, reliquias omnium Sanctorum collegit; & in basilicam Petri collocavit; easq́; quotidianis Missis & canonibus Baaliticis venerari, & per eorum merita & preces Deū invocari, jussit, Canone lapideis tabulis inscripto, in hunc modum: *Eorum, quorum solennitas hodie in conspectu tuæ majestatis celebratur, Domine Deus noster, toto orbe terrarum: quorum meritis precibusq́, concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.* Liber Pontificalis, Sigebertus, Marianus. Berno de Concordiâ officiorum. * [* cap. 1.]

Quartò, iisdem festa instituit; & in natalibus eorum, lu-

G mina ad sepulcra eorum accendi, & oblationes & Missas fieri, jussit: perinde ut Gētes ad sepulcra suorū candelas posuerunt; & sacrificia & libationes fecerūt. *Liber Pontificalis.*

Has gentiles superstitiones, coactâ Synodo, approbavit: & Serenum Massiliensem reprehendit, quòd imagines cōfregisset. *Antoninus.* * [* Tit. 14 c. 1 § 4.] Et Imperatores, & Constātinopoleos episcopum Anastasium, eam ob causam, damnavit & excōmunicavit; & ab Imperatoris fide & obediētiâ abduxit totam Italiam, & reliquas ad Occidentem regiones; ac vectigalia Cæsari dare, ut seditiosissimus Antichristus, vetuit.

H *Paulus Diaconus*, * [* lib. 21.] *Zonaras. Sigebertus, anno 731.* Et tutelā Romanæ Ecclesiæ, à Constantinopolitanis, ad Francos transtulit: ut *Simoneta* * [* lib. 4 c. 57.] indicat.

Orationes & Missas pro mortuis fieri jussit: ut patet ex *epistolâ ad ejus Bonifacium.*

Gregorii I. Dialogos pro confirmando Purgatorio, publicari mandavit. *Balæus.** [* Cent. 2. cap. 3.]

Spongias benedictas Eudoni, contra Saracenos pugnāti, misit: quas vitam servâsse iis, qui usi fuerant, nugati sunt. *Liber pontificalis.*

Nuptias seu Conjugium legitimum damnavit, pro more Antichristi. Etsi enim in epistola ad Vivilum, & alios episcopos Bavariæ, scripsit: *Nemo scortum aut concubinam alat. Quisq; aut castè vivat, aut uxorem ducat, quam repudiare fas non est.* Tamen Bonifacius mentem ejus ita declaravit: ut Sacerdotes, uxores habentes, à ministerio Ecclesiæ removeret. Deinde, quid aliud egit, tot monasteria ædificādo, eaq; Monachis replendo, & regulas de Cœlibatu præscribendo; quam quòd nuptias & conjugiū deformavit? *Bergomensis.** [* lib. 10.] Tertiò, damnavit nuptias suis Decretis. Nam presbyteram, diaconam, monachā, commatrem spiritualem, ducere uxorem, vetuit *in Synodo Romanâ,** [* Tomo 2. Concil.] & *in epistolâ ad Bonifacium,* nefas esse dicit; filios aut filias, à parentibus in monasteria abditos, egredi, & matrimonio copulari, eisq; voluptatis frena relaxari.

Baalismum auxit. Nam, ut ferè sinè intervallo, à Presbyteris hebdomadariis, & Monachis, in ecclesiâ Petri, divina officia celebrarentur, instituit. *Liber Pontifical. & Platina.*

Principatum in Ecclesias Christi exercuit. Nam se voluit haberi caput; & suis Legatis parēre omnes jussit; ad suos ritus & ceremonias alios reformari voluit: *ut patet ex Epistolis ejus.* Episcopos & Archiepiscopos, in Germaniâ electos Romam mitti ad ordinationem, *in epistolâ ad Vivilum* imperat. Pallia & privilegia conferendi potestatem, sibi arrogavit. Dispensandi contra jus Dei & naturæ, sibi facultatem attribuit. nam uxorem Avunculi ducere permisit: ut patet *ex epistola Bonifacii ad Zachariam.*

Ut Principes gentium, contra edictum Christi dominatus est. Nam Imperatorem Leonem imperio indignum pronuntiavit; & ab ejus fide & obedientiâ Italos, & Occidentis partes, abduxit. *Paulus Diaconus,** [* lib. 22.] & *Sigebertus.* Et bella gessit. nam Græcos, per Longobardos expulit Italiâ: & Longobardos oppressit per Francos. *Balæus.* Urbem munivit muris instauratis; & Gallensium castrum emit. *Liber Pontificalis.*

Ad regni sui prorogationem, cùm multum agnosceret prodesse viros superstitiosos & callidos: sedulò id egit, ut magnam talium copiam sibi compararet. Quod per monasteria effecit: quæ ipse vel exstruxit, vel rexit, & instituit. Sic Stephanum, in Chrysogoni cœnobio, clericum & monachum constituit. Cassinense cœnobium, à Longobardis destructum, instauravit: ut Zacharias indicat, *in epistola ad Petronacem.* quod *Sigebertus* Greg. II. adscribit *in Chronica.* Aut aliunde ad se venientes, sibi adjunxit: ut Bonifaciū & Wilibaldum, Corbinianum, & similes. quos honore & potentiâ evexit, quò essent paratiores ad pstanda obsequia.

¶ Postremò, quæ de animi magnitudine, quæ nec minis, nec blandis verbis, frangi potuit; & de mansuetudine, sapientiâ, & liberalitate Gregorii in pauperes & captivos, apud Pontificios commemorantur: simulacra potiùs, quàm veræ virtutes, censeantur.

Deniq;, cùm annos 10. & menses 8. & dies 24. seu (ut alii habent) annos 11. præfuisset; obiit mortem: & sepultus est in basilicâ Petri, cum magno populi luctu. *Liber pontificalis, Platina, & Sigebertus,* anno Domini 742.

SUB CONSTANTINO
Copronymo.

ZACHARIAS.

Natione Græcus, patre Polychronico, (*Liber Pontificalis*) aut Polycranio (*Platina*) aut Polytronio, (*ut Martinus scribit*) natus; a Gregorio III. enutritus, (ut patet *ex epistola ejus ad Bonifacium*) & in disciplinâ monasticâ à teneris institutus & versatus: homo astutus & fraudulentus. Græcè & Latinè doctus: facundiâ & audaciâ insignis.

Ad pontificatum quâ occasione venerit, non indicant Scriptores, ejus rebus gestis consignandis occupati: de quibus postea dicemus.

¶ Quatuor libros Dialogorum Gregorii Græcos fecit: ut in Græcos omnia illa de Purgatorio; & errorem de vi Lib. arbitrii, propagaret. *Sigebertus in Chronico.* & *Bergomensis.** [* lib. 10.] & *Balæus in vitâ ejus.* Anno Domini 745.

Scripsit Epistolas plures ad diversos.* [* Tomo 2. Concil.] *I. ad Vitalem:* in quâ confirmat tres sedes episcopales à Bonifacio in Germania constitutas. *II. ad Bonifacium:* in quâ monet eum, ne rebaptizet eos, qui errore linguæ Romanæ, nō animo malo, neq; ex hæresi aliquâ, baptizati erant. *III. ad episcopos Galliæ & Germaniæ:* in quâ gratulatur iis, de spontaneâ conversione suâ ad B. Petrum, principem Apostolorum; & de consensu & concordia cum Bonifacio, & Romanâ Ecclesiâ; ac precatur, ut in eâ perseverent. *IV. ad Bonifacium:* in quâ gratulatur ei de Synodo, & sede metropolitanâ, Moguntinâ nimirum: ac porrò eum instruit, de multis rebus, ad Pontificios characteres pertinentibus & adversarios ejus, Albertum & Clementē, damnat; & Coloniensem metropolim ei adjudicat. *V. ad eundem Bonifacium:* in quâ iterum instruit eum, de rebus ad gubernatione Ecclesiæ pertinentibus; & maximè de lardo, quando debeat comedi. *VI. ad eundem Bonifacium:* quâ respondet Bonifacio ad suā epistolam, & Sacerdotes, à die ordinationis, a proprio cōjugio prohibendos dicit. Consilium etiam ei suggerit, de ordinando successore, eoq; sub extremam horam mortis, cum assensu fratrum, constituendo.

Scripsit plures etiam Epistolas, ad Pipinum Regē Francorum, & ad Carolomannum, ut apparet ex epistolis ejus ad Bonifacium: quæ non omnes extant. Unam subjicimus, ex quâ constat, quomodo Zacharias characterem suum Francicis & Germanis Ecclesiis impresserit.

Domino excellentissimo atque Christianissimo, Pipino, Majori domûs; seu dilectissimis nobis, universis Episcopis Ecclesiarum, & religiosis Abbatibus, atq; cunctis Deum-timentibus Principibus, in regione Francorum constitutis; Zacharias, episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ catholicæ & apostolicæ Romanæ, in Domino salutē. Gratia vobis & pax, a Deo Patre omnipotente, & Domino Jesu *Christo, unico Filio ejus, & a Spiritu sancto, ministretur. Gaudio magno gaudemus in Domino, addiscentes per relationem sublimissimi atque a Deo servati, prædilecti filii nostri, Pipini, vestram omnium bonam conversationem: & quod, ut in bonis & Deo-placitis dispositionibus unanimes, atq; cooperatores estis; ita & Ecclesiæ Dei venerabilia loca, per universam vestram provinciam sita, atque eorum præsules sacerdotes, & religiosos abbates, (ut condecet) in sancto habitu & conversatione sacerdotali conservetis: vacantes orationibus; insistentes precibus, ad implorandam divinam potentiam, & cultoris victoriam tribuendam, adversùs paganas & infideles gentes, propugnatoribus vestris. Etenim vobis, in vera confessione & simplici corde ad Deum accedentibus, sicut Moyses ille amicus Dei orando pugnabat, & Jonathas cum populo Israel bella Domini præliando vincebat: ita & vos agere oportet, charissimi mihi, ut sitis adjutores populo vestro, orando, & bonis actibus imbuendo; declinantes à curis & negotiis secularibus. Scriptum est enim:** [* Psal. 34. vers. 9.] Vacate, & videte, quoniam suavis est Dominus. *Et iterū:** [* Psal. eod. vers. 6.] Accedite ad eum, & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. *Principes & seculares homines, atq; bellatores, convenit curam habere, & solicitudinem, contra inimicorum astutiam, & provinciæ defensionem. Præsulibus verò, sacerdotibus, atq; Dei servis pertinet, salutaribus consiliis atq; orationibus vacare: ut, vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præstante, provincia salva persistat; fiatq; vobis in salutem, laudem, & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe præsulatus vester apparebit in sanctitate: & principatus dilecti filii nostri Pipini approbabitur, per subjectorum potestatem, & bonum dispositum. Itaq; ut flagitavit a nobis, cum vestro consultu superius effatus filius noster Pipinus, ut de omnibus capitulis, quibus innotuit responsum demus: in quantum (Domino dante) valemus, de unoquoq; capitulo inferius conscriptum, juxta quod a sanctis Patribus traditum didicimus, & sacrorum Canonum sanxit authoritas, etiam nos, quod (Deo inspirante) Apostolicâ authoritate decernere potuimus, mandavimus in responsis.*

Primum capitulum: Quomodo honorari debeat Metropolitanus episcopus, coram episcopis & parochialibus presbyteris. In Canone sanctorum Apostolorum, capitulo 35. scriptum est: Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur; quem velut caput existiment, & nihil amplius præter ejus conscientiam gerant: cùm illa soli singula, parochia propria

villis quæ sub eâ sunt competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam, faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus, per Christum, in Spiritu sancto. Item in Canone Concilii Antiocheni, capitulo 9. continetur ita: Per singulas regiones, episcopos, convenit nosse, metropolitanum episcopum totius provinciæ sollicitudinem gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrent. Unde placuit, eum & honore præcellere: & nihil præter eum cæteros episcopos agere, secundum antiquam a Patribus regulam constitutam, nisi ea tantum, quæ ad suā diœcesim pertinent, possessionesque subjectas. Unusquisque enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem: ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis quæ sub ea est potestate. Item ut presbyteros & diaconos ordinet, & singula suo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere, præter antistitem metropolitanum, tentet: nec metropolitanus aliquid gerat, sine cæterorum sacerdotum consilio. Item ex libro Decretorum beati Leonis Papæ, capitulo 22 continetur: Igitur, secundum sanctorum Patrum canones, Spiritu Dei conditos & totius Mundi reverentiâ consecratos, Metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tua cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere, decernimus: ita ut a regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumtione, discedant, aut in habitu, aut incessu sanctitatem. Nam & nos ab apostolicâ autoritate subjungimus, ut Episcopus, juxta dignitatem suam, indumentis utatur. Simili modo & Presbyteri, Cardinales, & qui in monasticâ vita velle habeant vivendi, plebi quidem sibi subjectæ præclariori veste induti, debitum prædicationis persolvant, & in secreto propositum servent sui cordis, ut, qui videt in abscondito Deus, reddat illis in palam. Scriptum quippe est: * Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Non enim nos honor commendat vestium, sed splendor animarum. Monachi verò laneo indumento juxta normam & regulam monasticæ disciplinæ, atque traditionem sanctorum probabilium Patrum sine intermissione utantur. Si enim, abrenuntiantes ea quæ se[culi] sunt, totâ se Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent obstinere: ut, quantum corpore suo sustinuerint laborem, tantum remunerationis præmiū a Deo percipere mereantur. Apostolis quippe divinum datum est mandatum duas tunicas non habendi. Tunicas dixit: itaque laneas, non lineas. Qui ergo obedierit dominico præcepto bonis actibus inhærent, habebit vitam æternam. Item ex Canone Antiocheni Concilii capitulo 10. de his qui vocantur Chorepiscopi, decretum est: [illegible] vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati [illegible] tamen sancta Synodo placuit, ut modum proprium cognoscant [illegible] sibi subjectas Ecclesias, earumque moderamine curaque [illegible] sint. Ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum vero, nec Diaconum, audeant ordinare; præter civitatis Episcopum [illegible] possessione adjectus est. Si quis autem transgredi [illegible] tentaverit, depositus, quo utebatur, honore privetur. Chorepiscopum vero civitatis Episcopus ordinet, cui ille subjectus est.

S[ecundo] capitulo de Episcopo, Presbytero & Diacono damnatis, qui [pri]stinum officium usurpare non debeant, ex libro Canonum [sanct]orum Apostolorum, capitulo 29. dictum est. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus justè super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesiâ penitus abscindatur.

Tertium capitulum, de Presbyteris superbientibus, ex Concilio Carthaginensi, capite 11. Si quis Presbyter, contra episcopum suum inflatus schisma fecerit; anathema sit. Ab universis episcopis dictum est: anathema sit. Si quis Presbyter a præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus [illegible] possit audiri [illegible] per ipsos [illegible] episcopo suo [illegible] & superbia (quod absit) inflatus [illegible] omninus [illegible] crediderit [illegible] separans [illegible] sacrificium Deo obtulerit, anathema [illegible] habeatur [illegible] amittat. Si querimoniam [illegible] ecclesiæ [illegible] inquirendum erat.

Quartum capitulum, de Presbyteris [illegible] debeant [illegible] episcopo [illegible] Concilii Neocæsariensis cap. [illegible] ita continetur: [illegible] Ecclesiæ civitatis episcopo [illegible]

* Psal. 4 vers. 5.

ferre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero absentes fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque, ad exemplum & formam septuaginta videntur esse: ut, quod ministraverint propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.

Quintum capitulum, de Monachis, id est, ancillis Dei, de quibus flagitatum, si liceat eis ad Missarum solennia, aut Sabbato sancto, publice lectiones legere, & ad Missas psallere, aut Alleluja, vel Responsorium. De his in Decretorum libro beati Gelasii Papæ, capitulo 32. destinatum est: quod nefas sit, feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his, quæ virorū sunt officiis deputata præsumere. Nihilominus impatienter audivimus, tantum sacrarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur; cunctaque, quæ non nisi virorum famulatui deputata, sexum, cui non competit, exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ singillatim perstrinximus, noxiorū reatum omnis & crimen eos respicit sacerdotes qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se fovere significant.

Sextum capitulum, de Viduis, si possint in propriis habitaculis sub salvate [illegible]; item ex eodem libro, capitulo 2[illegible], ita continetur. Ut viduæ non violentur a pontificibus: &, si professā continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem Deo pro suis sint actionibus redditur&ç. Nam de Viduis sine ulla benedictione velandis superius duximus latiùs differendum: quæ si propriâ voluntate professam conjugii castitatē immutabili mente calcaverint; periculi eorum interest, quali Deum debeat satisfactione placere. Sicut enim, si se forsitan continere non poterat secundum Apostolum, nullatenus nubere vetabatur: sic habita secundum deliberationem promissam Deo pudicitiam fidem debuit custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solum adhortationes præmii sempiterni, pœnasque, proponere divini judicii: ut nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio.

Septimum capitulum, de Laico pellente suam conjugem; ex canone sanctorum Apostolorum, cap. 48. Si quis laicus, uxoré propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

Octavum capitulum, de Presbyteris & Diaconis, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahunt, & seorsim collectas faciunt, ex Canone Antiocheni Concilii capite 5. promulgatum est: Si quis presbyter aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestraverit, & seorsim colligens altare constituisset; & commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum vocanti: hic damnetur omni modo, nec ultra remedium consequatur: quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam turbare & sollicitare persistit; tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

Nonum capitulum, de Clericis & Monachis non-manentibus in suo proposito, quod interrogatum est, in Canone Chalcedonensi capite 7. decretum est: Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt; statuimus, neque ad militiam, nec dignitatem aliquam venire mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quò minus redeant ad id, quod propter Deum primitus elegerint, anathematizari.

Decimum caput, de Clericis qui sunt in ptochiis, monasteriis atque martyriis, ex Canone Chalcedonensis Concilii, capite 9. ita decretū est: Clerici, qui præficiuntur ptochiis, vel ordinantur in monasteriis & basilicis Martyrum, sub episcoporum, qui in unâquaque civitate secundum sanctorū Patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciā ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quocunque modo, nec proprio subjiciuntur episcopo: siquidem clerici sunt, Canonū correptionibus subjacebunt: si vero laici vel monachi fuerint, cōmunione priventur.

Undecimum caput. Quod clerici etiam ab uxoribus abstinere debeant, ex Concilio Africano, capite 3[illegible] ita continetur: Præterea, cū de [quor]undam clericorum quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur; placuit, episcopos & presbyteros seu diaconos, secundum propria statuta etiam ab uxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico officio removeantur. Cæteros autem clericos ad id non cogi, sed secundum uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem observari debere.

Duodecimum caput, de his, qui uxores aut viros dimittunt, ut sic maneant, ex Concilio supra scripto Africano, capite 69. ita continetur: Placuit, ut, secundum Euangelicam & apostolicam disciplinam,

ciplinis, neq; dimissus ab uxore, neq; dimissa a marito alteri conjungantur: sed ita maneant; aut sibi invicem reconcilientur. Quod si contempserint; ad pœnitentiam redigantur.

Decimum-tertium caput. Inquisitum est, quòd Monachus, si clericus factus fuerit, quid agi debeat. Ex decreto beati Innocentii Papæ, capite 17. continetur: De monachis, qui diu morantes in monasteriis, & postea ad clericatûs ordinem pervenerint; non debere eos a proprio proposito deviare. Aut enim, sicut in monasterio fuit, & quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet: aut, si corruptus, postea baptizatus, & in monasterio sedens, ad clericatûs ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non potest, quia nec benedici cum sponsâ potest jam antea corruptus. Quæ forma servatur in clericis: maxime cùm vetus regula hoc habeat; ut, quisquis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet, se uxorem omninò non ducere.

Decimum-quartum caput: Quòd Presbyteri, Subdiaconi, si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possint per manûs impositionem pœnitentiæ remedium consequi; In decreto beati Leonis Papæ, capite 16. decretum est ita: Alienum est a consuetudine ecclesiasticâ, ut, qui in presbyterali honore, aut diaconii gradu, fuerint consecrati: hi pro crimine aliquo suo, per manûs impositionem, remedium accipiant pœnitendi. Quod sinè dubio ex Apostolicâ traditione descendit, secundùm quod scriptum est: Sacerdos, si peccaverit, quis orabit pro illo? unde hujusmodi lapsis, ad promerendam misericordiam Dei, secreta est expetenda secessio: ubi illis satisfactio fuerit digna, & etiam fructuosa.

Decimum-quintum caput. Pro eo, quod interrogatum est de Laicis, qui Ecclesias in suis proprietatibus construunt; quis ipsas debeat regere aut gubernare? a sanctis Patribus ita statutum est, & in præceptis Apostolicis sic continetur, Juxta petitoris imploratum: ut, si in quolibet fundo, cujuscunque juris, oratorium sive basilica fuerit constructa; pro ejus devotione, in honorem cujuscunq; Sancti, in cujus episcopi parochiâ fuerit fundatum oratorium, perceptâ primitus donatione legitimâ, id est, præstantem tot gestisque municipalibus allegatis prædictum oratorium, atque Missas publicas solenniter consecratis: ità ut in eodem loco, nec futuris temporibus baptisteria construantur; nec presbyter constituatur Cardinalis. Sed &, si Missas sibi fortè maluerit; ab episcopo noverit presbyterum postulandum: quatenus nihil a quolibet alio sacerdote nullatenus resistatur; nisi ab episcopo fuerit ordinatum.

Decimum-sextum caput. De Clericis, qui proprias Ecclesias relinquunt, quid de eis agi debeat; ex Canone sanctorum Apostolorum, capite 15. ità continetur: Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam; & omnino declinans, præter episcopi sui conscientiam, in alienâ parochiâ commoretur: hunc ulterius ministrare non patimur: præcipuè, si vocatus ab episcopo redire contempserit, in suâ inquietudine perseverans; tamen tanquam laicus ibi communicet.

Decimum-septimum caput. Itèm pro episcopis, qui alterius clericos susceperint, ut excommunicentur, in eodem Concilio, capite 16. continetur: Episcopus verò, apud quem memoratus esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericus, fortè susceperit; velut magister inquietudinis, communione privetur.

Decimum-octavum. Qui clerici uxores sortiri debeant, in 2. & 7. capitibus Canonum sanctorum Apostolorum, decretum est: Innuptis autem, qui ad clerum provecti sunt, præcipimus: ut, si voluerint, uxores accipiant; sed lectores cantoresque tantummodò.

Decimum-nonum caput. Ut nullus presbyter aut diaconus sinè commendatitiis suscipiatur epistolis, in eodem Canone sanctorum Apostolorum continetur: Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, seu diaconorum, sinè commendatitiis suscipiatur epistolis: &, cùm scripta detulerint, discutiantur attentiùs: & ità suscipiantur; si prædicatores pietatis extiterint. sin minùs: neque necessaria subministrentur eis; & ad communionem nullatenus admittantur: quia a subreptione multa proveniunt.

Vigesimum caput. De Virginibus velatis, si deviaverint, quid de illis agendum sit; in libro Decretorum beati Innocentii Papæ, capite 19. adsertum est: Quæ Christo spiritualiter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint; non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam: nisi is, cui se adjunxerant, de Mundo recesserit. Sic enim de hominibus hæc ratio custoditur; ut, quæcunque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera: nec ei agendi pœnitentiam licentia concedatur; nisi unus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illâ tenenda est, quæ ante immortali se sponso conjunxerat; & postea humanas ad nuptias transmigravit?

Vigesimum-primum caput. Idem de non-velatis Virginibus, si deviaverint, in eodem libro, 20. capite, continetur: Hæ verò quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere; licèt velatæ non fuerint: si fortè nupserint; his agenda aliquanto tempore pœnitentia est: quia sponsione ejusmodi tenebantur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nullâ ratione dissolvi: quantò magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sinè vindictâ non poterit? Nam, si apostolus Paulus, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt: quantò potius virgines, quæ prioris promissionis fidem frangere conatæ sunt? Hæc itaque, fratres charissimi, si plenâ vigilantiâ fuerint ab omnibus Dei sacerdotibus observata: cessabit ambitio; iniquitas superata calcabitur; veritas spirituali fervore flagrabit; pax prædicata labiis cum voluntate animi concordabit: implebitur edictum Apostoli, ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo: nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam, vindicantes: non hominibus, sed Deo nostro Salvatori, placentes.

Vigesimum-secundum caput. De his, qui duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores uxores acceperint; in Concilio Neocæsareensi, capite 11. continetur: Mulier, si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam; si promiserit, quòd facta incolumis, hujus conjunctionis vincula dissolvat; fructu pœnitentiæ in vitâ permaneat. Nos autem, gratiâ divinâ suffragante, juxta prædecessorum & antecessorum Pontificum decreta, multò ampliùs confirmantes, dicimus: ut, dum usque se-se generatio cognoverit, juxta ritum & normam, Christianitatis, & religionis Romanorum, non copulentur conjugio. Sed nec spiritualem, id est, commatrem aut filiam, (quod absit) quis ducat temerario ausu uxorem. est namq; nefas, & perniciosum peccatum, coram Deo & Angelis ejus. Intantum enim grave est: ut nullus sanctorum Patrum, atque sanctarum Synodorum, assertione, vel etiam Imperialibus legibus quisquam judicatus sit; sed terribile judicium Dei metuentes, siluerunt sententiam dare.

Vigesimum-tertium caput. De his, qui homicidium spontè perpetraverunt, in 21. capitulo Anquirani concilii continetur: Qui voluntariè homicidium fecerunt, pœnitentiæ jugiter se submittant; perfectionem vitæ verò circa exitum consequantur.

Vigesimum-quartum caput. De his qui homicidium non spontè perpetraverunt, in eodem Canone, 25. capite, continetur: De homicidiis non-sponte commissis, prior quidem definitio, post septem annorum pœnitentiam, perfectionem consequi præcipit; secunda verò, quinquennii tempus explere.

Vigesimum-quintum caput. De his, qui adulteras habent uxores, vel si ipsi adulteri comprobantur, in Concilio Anquirano, capite 19. continetur: Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit: septem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem consequi, secundùm pristinos gradus.

Vigesimum-sextum caput. De Monachis & Virginibus propositum non-servantibus, in libro Decretorum beati Siricii Papæ, cap. 6. continetur: Præterea monachorum quosdam, atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestatis demersos esse lasciviam: ut prius clanculo, vel sub monasteriorum prætextu, illicitâ ac sacrilegâ se contagione miscuerint; postea verò in abruptam conscientiæ desperationem perducti, de illicitis complexionibus liberè filios procrearent. Quod publicè leges, & ecclesiastica jura condemnant. Has igitur impudicas detestabilesque personas, monasteriorum cœtu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse; quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continuâ lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere: ut eis, vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam, possit indulgentia subvenire.

Vigesimum-septimum caput. De his, qui non coactè, sed propriâ voluntate, virginitatis propositum susceperunt, quòd delinquant, cum nupserint; etsi nondum fuerint consecratæ: in libro Decretorum beati Leonis Papæ, capite 28. continetur: Puella quæ non coacta parentum imperio; sed spontaneo judicio, virginitatis

propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt; prævaricantur: etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit: cujus utique non fraudarentur munere; si in proposito permanerent.

Hæc itaque, charissimi nobis & dilectissimi, quæ superiùs annexa sunt, in quantum miserante Deo valuimus, inter cætera capitula deflorantes, tam sanctorum Apostolorum, quàm etiā beatorum Patrum sanctiones, seu etiam probabilium & beatissimorum Pontificum decreta, ut uniuscujusque Capituli sententia continet, in brevi eloquio perstringentes, ad vestri præsulatûs notitiam & prædicationem, atque populi vobis a Deo crediti ædificationem, mandavimus ministranda atque perficienda: hortantes vestram omniū prudentissimam Sanctitatem, & Procerum dilectionem; ut omnimodâ ratione, non declinantes à dextris aut sinistris, sed viam regiam incedentes, fortissimè observetis apostolica mandata. Cæterum hæc, amantissimi nobis, dedimus vobis in mandatis: ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur; nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem. Sicut scriptum est in dominico præcepto: * Si non venissem, & locutus eis fuissem; peccatum non haberent. *Itaque nihil excusationis adhibentes, omnium rationabilium animarum salutem procuratis: ita currentes in agone, ut non vituperetur ministerium vestrum; sed magis de palmâ victoriæ brachiū accipiatis, juxta egregii Apostoli dictū:* * *habentes, bonis actibus inhærendo, repositam coronam justitiæ in sidereâ mansione: quam vobis reddat in illum diem justus judex, Dominus Deus & Salvator noster* JESUS *Christus: qui vivit, in unitate cum Deo Patre omnipotente, & Spiritu sancto, per omnia secula seculorum. Amen.*

* Joh 15. vers. 22.

* Phil. 3. v. 13 14

Doctrina & errores ejus.

De iis, quæ rectè docuit, quid attinet dicere? cùm eadem erroneis opinionibus, & notis Antichristi, obscurârit.

Nam Deum quidem unum, & tres personas esse, sensit, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Sed tamen Dominum nostrum JESUM Christum suo honore privat; dum Sanctos mediatores & intercessores ad Deum constituit. Inquit enim, in Privilegio Cassinensi: *Qui intuitu hujus nostri Apostolici instituti observator exstitit, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro, per intercessionem beati patris nostri Benedicti, consequatur; & vitæ æternæ præmia adipisci mereatur.*

Spiritum etiam sanctum deturbat de suo officio; dum sanctum Petrum cooperatorem bonorum operum facit, *in epistolâ ad Bonifacium.* Inquit enim: *Beatus Apostolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus, quæ ei parare desiderat.*

Deos ergo alienos, nimirum mortuos Sanctos, statuis, auro & argento, ædificiis, missis, adoratione, cultu reliquiarum, colendos docuit: & suo exemplo eam superstitionem confirmavit.

Scripturam veteratoriè allegat: *Christus vetuit duas habere tunicas: Ergo sacerdotes laneis; non lineis vestibus, uti debent.* In epistolâ ad Pipinum.

De Libero arbitrio, Gregorii Magni errorem amplexus est: *quòd bonum opus sit in nostrâ voluntate; & ex divino adjutorio proveniat perfectio.*

Justificationem adscribit bonis operibus, in epistolâ ad Pipinum: *Qui obedierit divino præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam.*

Doctrinam de Ecclesiâ multis modis corrumpit. Nam ad traditiones Romanæ Ecclesiæ omnes obligat; & Gallos, in benedictionibus suis ab eâ discedentes, damnat, malè accommodato dicto: * *Si quis aliud Evangelium docuerit; anathema sit.* Et ad sanctum Petrum benignâ voluntate conversis gratulatur: & episcopum, contemnentem excommunicationem & autoritatem Pontificis Romani, execratur. *In epistolâ ad Bonifacium.*

* Galat. 1. vers. 8.

Opinionem, quasi in veste monachicâ plurimum insit sanctitatis, hominum mentibus inseuit. *In epistolâ ad Pipinum.*

Nuptias Sacerdotum damnavit, contra suam conscientiam. Contraria enim ponit in eodem subjecto. Dicens Domino; *Sacerdotes non semel nubant*: & Apostolo; *Unius uxoris virum, &c.* Et hoc ante susceptum sacerdotium uti-

licitum est. Nam à die suscepti sacerdotii, etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. *In epistolâ ad Bonifacium.* Et commatrem aut filiam ducere vetat, *in epistolâ ad Pipinum.*

Purgatorium esse sensit: nam Gregorii Dialogos vertit.

Opera gubernationis ejus.

Ethnicas consuetudines, de Calend. Januariis, & de Auguriis & Incantationibus, Romæ pullulantes, a Bonifacio admonitus, abolevit. *Epistola ejus ad Bonifacium, apud Nauclerum.* *

* Gener. 25

Veneticis mercatoribus, qui ancillas & servos emebant Romæ, & in Africam delatos, vendebant Paganis, interdixit, ne porrò id facerent: & pro emtis mancipiis preciū iis restituit; & mancipia libertate donavit. *Liber Pontificalis.*

Paci studuit: & Luitprandum, Rachim, & Aistulphū, Longobardorum Reges, infestos Romanis, placavit. *Liber pontificalis, Sigebertus, Platina, & similes.*

Bibliothecam Petri restituit. *Platina.*

Avunculi mortui uxorem ducere vetuit. *In epistolâ ad Bonifacium.*

Ordinavit Stephanum II. & fratrem ipsius Paulum, diaconos. *Liber Pontificalis.*

Presbyteros anno 25. ætatis ordinari permisit. *Dist. 79. c. Si triginta.*

Rebaptizationem prohibuit: *in epistolâ ad Bonifacium.*

Atq; hæc quidem suam laudem merentur: sed quæ sequuntur, Antichristi notæ sunt.

¶ Monasticam vitam, ejusq; superstitiones, promovit. Nam Cassinense cœnobium, a Gregrorio III. cœptum instaurari, absolvit; & regulam Benedicti monachis tradidit; &, novo privilegio, id cœnobium omnibus aliis in toto orbe terrarum prætulit: ut constat *ex Leone Hostiensi, & Paulo Diacono.* *

* lib. 6. Longob. c. 19.

Et Reges etiam eo charactere insigniit. Nam Carolomannum in monachum attondit, anno Domini 746. Et postea Rachim, cum uxore & liberis suis, anno Dñi 749. & Hildericum Regem Francorum, anno Domini 750. Sic Bestiæ character venit ad Reges. *Apoc. 13. v. 16. Sigeb. Balæus.*

Divinam quandam potestatem sibi arrogans, jus ponendi & deponendi Reges protervè assumsit; & à fidelitatis juramento subditos eorum primus absolvit. Nam cùm, Bonifacii consilio, Pipinus pusillus, Caroli Martelli spurii filius, domini sui proditor, per Legatos Burckhardum & Volradum, eum exorâsset; ut Franciæ regnum, Childerico deturbato, sibi & hæredibus suis firmaret: statim ille, Childerico aliâs minùs favens, ob denegatum auxilium contra Longobardos, assensit; & Bonifacio suas partes delegavit, ut Pipinū ungeret Regem. *Regino,* * *Annales Francorum, Blondus,* * *ex Albino & Paulo.* Anno Dñi 750. *Sigebert.*

* lib. 2.

* Decad. 1. lib. 10.

Deos alienos, hoc est, mortuos Sanctos, coluit, translatione reliquiarum. Nam Gregorii reliquias, à Laterano, ad Velum aureum, sui nominis templum, transtulit. *Martinus. Urspergensis. Honorius in Chronico.* Quirini & Hippolyti ossa, Alberto & Occario, limitis Avarici seu Pannonici Comitibus, ob egregiam navatam Romanæ sedi, contra piratas maritimos, operam, donavit: anno Domini 744. *Commentarius de origine Gentis & Principū Bavariæ, & Latius.* *

* lib. 2. c. 2.

Et collocatione & adoratione imaginum & statuarum. Nam Adrianus testatur, *in epistolâ ad Constantinum,* Zachariam, pro restitutione imaginum, sæpè ad Imperatores Constantinopoleos scripsisse.

Et ædificatione & instauratione basilicarū, oratoriorū, & similium domiciliorum; in quibus Deus Maosim colebatur. Nam oratoria Georgii, Cæciliæ, & Syri abbatis, condidit; & picturis & fabricis eleganter decoravit. Eusebii martyris tectum refecit: & aliorum Sanctorum loca in meliorem statum perduxit. *Liber pontificalis.*

Candelis & lampadibus, dies noctesque flagrantibus. Nam Ecclesiis vectigalia, quibus oleum pro lampadibus emeretur, assignavit.

Et pompâ vestium preciosarum. Nam primus sacerdotalem habitum invenit, & à plebejo distinxit; ut patet *ex epistolâ ad Pipinum*: & vestes auro & gemmis distinctas in sa-

crum

crum usum dedit. nam vesteus auream fecit super altare Petri, & coronam argenteam. *Liber pontificalis.*

Et defensione, & liberatione. Nam, cùm Floriacenses monachi corpus Benedicti abstulissent; ad Pipinum scripsit, ut curaret id restitui. Epistola exstat *apud Ivonem*.

¶ Bella, pro regno hujus Mundi, & gloria ejus acquirendâ & conservandâ, gessit. Nam contra Thrasimundum, Spoletinum Ducem, cùm sibi non satisfecisset, fedus cum Luitprando fecit; eiq; auxilia misit: & Ameriam, Ortam, Polimartium, & Bleram, & quædam alia, recuperavit. *Blondus*, * *Bonfinius*, * & *Liber pontificalis*.

* Decad. 1. lib. 10.
* Decad. 1. lib. 8.

Suis mancipiis & asseclis, à quibus adjuvabatur in confirmando regno suo, & cultu Maosim, terram, hoc est, opes & honores, distribuit. Nam Pipino (ut antea diximus) regnum Francorum dedit: idque ei tutum præstitit; deposito, & in monachum consecrato Carolomanno, fratre ejus, & Childerico Rege priori. Deinde suis Clericis stipendia duplo majora attribuit: eisq; securitatem ab omnibus præstitit. *Liber Pontificalis.* Bonifacio, legato suo, Buconiam donavit; ut *Muntzarus in Chronographiâ* * refert: eumq; Moguntinum archiepiscopum fecit; & Coloniensis ecclesiæ præfecturam ei adjunxit. *Mutius*, * & *Zacharias in epistolâ ad Bonifacium.* * Eumq; Regibus Francorum, & Episcopis & Ecclesiis, commendavit: & tutum ac securum præstitit, contra ejus adversarios, Albertum, Clementem, & alios; quos damnavit & oppressit, ante causæ legitimam cognitionem.

* Ætate 3
* lib. 7.
* Tomo 2 Concil.

Ecclesiam Dei turbavit. Nam Orientis & Occidentis ecclesias divulsit. *Balæus, in vitâ ejus.* Et Germanas & Francicas ecclesias, per Bonifacium, & alios suos legatos, characteribus Pontificiis deformavit: ut patet *ex epistolâ ad Bonifacium.* Et episcopatûs confirmandi potestatem ad se-se attraxit; & Bonifacii ordinationes, & distributiones dioecesium, suâ autoritate factas esse, videri voluit: ut patet *ex Epistolis.*

Cœlibatum in monasteriis & sacerdotio instituit; atq; ità nuptias prohibuit: & Bonifacio mandavit, ut sacerdotes à conjugio legitimo depelleret. *In epistolâ ad eundem.*

Quòd lardum, non nisi coctum, aut fumo induratum, comedendum sit; consilium Bonifacio dedit, *in epistolâ.*

¶ Commendant eum à suavitate, & studio tranquillitatis, & liberalitate in monachos & pauperes, & benignitate in hostes. *Liber pontificalis.*

Ei, Ravennam eunti, nubem, per totam diem, contra calorem præbuisse umbraculum; ac nocte circa castra ejus resedisse; ac altero die iterum, unà cum igneis aciebus, præcessisse: narrat *Liber pontificalis, & Raynulphus.* *

* lib. 5. cap 25.

Obiit anno Domini 751. aut sequenti, ut quidam volũt: cùm præfuisset annis 10. mensibus 4. & diebus 4. *Schafnaburgensis, Bergomensis, Hermannus Contractus, & similes.*

Stephanus II.

Romæ ex Constantino natus, in Lateranensi cubiculo, parente orbatus, educatus, & institutus est. Cùm adolevisset, Diaconus, & postea Presbyter ordinatus; per gradus ecclesiasticos, tandem ad Pontificatum ascendit; à totâ Ecclesiâ in templo Mariæ electus, & humeris in patriarchium portatus. *Liber pontificalis, Platina, & alii.* Anno Domini 752. *juxta Sigebertum.*

¶ Epistolarum Stephani ad Bonifacium, & contrà, mẽtionem fit *apud Mutium.* * Sed videntur eædem esse, quæ Gregorio III. aliàs ascribuntur.

* lib. 7.

Invenimus aliquot manu-scriptas ejus Epistolas, quas ad Pipinum & Carolomannum & Francos scripsit. Eas, quia aliàs nondum sunt editæ, & probè indicant, quibus modis Francos excitârit ad ecclesiæ Romanæ exaltationẽ, & regni Italiæ subjectionem; adscribendas putavimus.

Epistola Stephani II. ad Pipinum Regem, & Carolum, & Carolomannum.

Dominus excellentissimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno, tribus Regibus, & nostris Romanis Patriciis, seu omnibus Episcopis, Abbatibus, Presbyteris & Monachis, seu gloriosis Ducibus, Comitibus, vel cuncto Exercitui regni & provinciæ Francorum, Stephanus Papa. & omnes Episcop:. Presbyteri, Diaconi, seu Duces, Chartularii, Comites tribuni tenentes, & universus Populus & Exercitus Romanorum, omnes in afflictione positi. Quantâ luctuosa & amarissimâ tristitiâ circumvallati, quantaq; anxietate atq; angustia coarctati, & quantas crebrescentibus continuis malis oculi nostri destillantes profundant lacrymas; credimus, quòd & ipsa omniũ elementorum segmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conspector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujusdam bonæ mulieris, Susannæ pudicitiæ verba loquamur: * Angustiæ nobis undiq; & quid agamus, ignoramus. O Christianissimi! *ecce venerũt nobis dies angustiæ, præsto sunt dies fletûs & amaritudinis: quando, quod timebamus à Longobardis, evenit. Pro quo angustiati afflicti, & ex omni circumquaq; parte circumdati, ab eorum nequissimo Haistulpho rege & gente, cum Prophetâ Dominum deprecantes, dicimus:* * Adjuva nos, Deus salutaris noster; & propter honorem nominis tui libera nos. *Et rursum:* * Apprehende arma & scutum; & exurge in adjutorium nostrum. *Ecce omnium, cognitum habeat, quomodo pacis fœdera à præfato impio Haistulpho rege, & ejus gente, dissipata sunt: & qualiter nihil justà, ut constituit, & per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare. Et jam, quia nullum augmentum nobis factum est; & in ipsis Januarii Calendis, cunctus ejusdem Longobardorum exercitus, Thusciæ partibus in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & resederunt juxta portam B. Petri, atq; B. Pancratii, & Portuensem. Ipse verò Haistulphus, cum aliis exercitibus, conjunxit ex aliâ parte, & sua fixit tentoria, juxta portam Salariam, & cæteras portas. & sæpiùs nobis direxit;* Aperite mihi portã Salariam; & ego ingrediar civitatem; & tradite mihi Pontificem vestrum; & patientiam ago in vobis. Sin minùs: videte, nè muros evertens, uno vos gladio interficiam; & videam, quis vos eruere possit de manibus meis. *Sed & Beneventani omnes generaliter, se in hanc Romanam urbem conjungẽtes, resederunt juxta portam B. Johannis, & B. Pauli apostoli, & cæteras istius Romanæ urbis portas. & omnia extra portam prædia, longè lateq;, ferro & igni consumserunt: domos omnes comburentes, penè ad fundamenta destruxerunt: ecclesias Dei incenderunt: & sacratissimas Sanctorum imagines in ignem projicientes, suis gladiis consumserunt: & munera sacra, id est, corpus Domini nostri* Jesu *Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt; & cibo carnium copioso saturati, comedebant eadẽ munera: velamina altarium, ecclesiarum Dei omnia ornamenta, (quod nimis crudele dici est) auferentes, in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monasteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt: & sanctimoniales fœminas atq; reclusas, quæ ab infantiâ & pubertatis tempore, prò Dei amore, se-se clausuræ tradiderunt, abstrahentes cum magnâ crudelitate, polluerunt; quas etiam, & in ipsâ contaminatione, aliàs interficere visi sunt: & omnes domos cultas B. Petri igni combusserunt; vel omnium Romanorum (ut dictum est) domos comburentes extra urbem, funditùs destruxerunt; & omnia pecuLia abstulerunt; & vineas ferro ad radices absciderunt; & messes conterentes omninò devoraverunt. Et neque domus nostra sancta Ecclesia, neq; cuiquam in hac Romanâ urbe commoranti, spes remansit vivendi: quia, ut dictum est, omnia ferro & igni cõsumserunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copiosam familiam beati Petri, vel omnium Romanorum, tam viros, quam mulieres, jugulaverunt; & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos, à mammillis matrum suarum separantes, ipsosq; vi pollventes, interemerunt ipsi impii Longobardi: & tanta mala in hac Romanâ urbe fecerunt; quanta certè nec Paganæ gentes aliquando perpetrarunt. Quin-etiam, si dici potest, & ipsi lapides, nostras desolationes videntes, ululant nobiscum. Quinquaginta & quinq; dies hanc afflictam Romanam civitatem obsidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortissima die noctuq;, cum pessimo furore, incessanter, cũ diversis machinis & adinventionibus plurimis, contra nos, ad muros istius Romanæ urbis, commiserunt: ut, sua potestati (quod avertat Divinitas) subjiciens, omnes uno gladio idem iniquus Haistulphus interimeret. Ita enim cum magno furore nos exprobrantes asserebant:* Ecce, circumdati estis à nobis, Veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus nostris. *Nam & civitatem Narniensem, quam beato Petro concessistis, abstulerunt; & aliquas civitates nostras comprehenderunt. Quamobrem constricti, vix potuimus marino itinere, præsentes nostras literas, & missum, ad vestram Christianitatẽ dirigere: quas & cum magnis lacrymis scripsimus. Unde & dilectis-*

* Dan. 13 vers. 22.
* Psal. 79 vers. 9
* Psal. 35 vers. 2.

A simi nobis, peto vos, & tanquam præsentialiter assistens, cum divinis mysteriis conjuro, coram Deo vivo & vero, & ejus principe Apostolorum, B. Petro: ut sub nimiâ festinatione nobis subveniatis, ne pereamus. cùm post Deum, in manibus vestris nostras omnium Romanorum commisimus animas. Nos non derelinquatis: sic non vos derelinquat Dominus, in omnibus vestris actibus. Non nos spernatis: sic non vos spernat Dominus, ejus invocantes potentiam. Ne elongetis a nobis auxilium vestrum, Christianissimi: sic non elonget Dominus auxilium suum a vobis, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. B Adjuvate nos sub magnâ velocitate, dilectissimi nobis: occurrite, occurrite, & subvenite nobis; antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat. Peto vos, ne pereamus: ne-quando dicant gentes, quæ in cuncto orbe terrarum sunt; Ubi est fiducia Romanorum, quam post Deú in Regibus & in gente Francorum habebant? Ne nos permittatis perire; & ne differatis nobis ad solatia dandum nec a vestro separetis auxilio. sic non sitis alieni a regno Dei; & ne obduret Dominus aurem suam, vestras ad exaudiendum preces: & ne avertat faciē suam a vobis, in illo futuro examinis die; quando cum beato Petro, C & cæteris suis Apostolis, ad judicandum sederit omnem ordinem, omnemq; potestatem humanam, & seculum per ignem: dicatur que vobis, (quod avertat Divinitas) Nescio vos: quia non auxiliati estis Dei Ecclesiam defendere; minimè procurastis ejus periclitantē populum peculiarem. Audite nos, dilectissimi: audite nos, & subvenite nobis. Ecce adest tempus salvandi nos: salvate nos, antequam pereamus, Christianissimi. Omnes etenim gentes, quæ circumquaque sunt positæ, & ad vestram, per Dei potentiam, Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvæ factæ sunt. & si omnibus auxilium impartire non differtis, multò amplius sanctam Dei Ecclesiam, & ejus populum, de inimicorum impugnatione, D debueratis liberare. Considerate dilectissimi, & omnino percogitate, per Deū vivum vos conjuro: quoniam post Deum, & ejus principem Apostolorum, nostræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent: & si perire (quod absit) eas contigerit; pensate, in cujus animadversione respiciat id peccatum. Certè enim omnino credite, Christianissimi, si nobis aliqua evenerit calamitas (quod absit) periclitandi; vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationem. Sed magis, dilectissimi nobis agite, & liberate post Deū in vobis confugientes; ut fructum boni afferentes in futuri examinis die, mereamini dicere: E Domine noster, princeps Apostolorum B. Petre, ecce nos clientuli tui, cursum consummantes, fidem servātes tibi, Ecclesiam, à supernâ Dei clementiâ commendatam, de manibus persequentium defendentes, liberavimus: & assistentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commisisti, de manibus inimicorum eruendos, sospites atq; incolumes existentes. Tunc & in præsenti vita, & in futuro seculo, cœlestium præmiorū gaudia adipisci mereamini; audientes paternam desiderabilemq; vocem illā inquientis: * Venite benedicti Patris mei, pcipite regnum, quod vobis præ- F paratum est ab origine Mundi.

* Matt. 25 vers. 34

Quare direximus præsentem nostrum missum, Georgium, reverendissimum ac sanctissimum fratrem & episcopum nostrum, atq; Warneharium, religiosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum & Comitam, magnificos eosdē nostros missos: qui omnes nostros dolores, & cunctas desolationes, quas a Longobardorum gente, & eorū pessimo Rege, passi sumus & assidue patimur, vobis subtili enarratione, quæ propriis oculis viderunt, vivâ voce educere debeāt. Quibus & in omnibus, tanquam nobismet-ipsis, credere jubeatis; & nostram liberationem nimis festinanter procurare. Et conjuro vos, G per Deum vivum & verum; ut nequaquā amplius discredatis nostras afflictiones & neglectum ponatis ad liberandū nos: ne, (quod absit) si amplius credere distuleritis & neglexeritis nos ad eruendū, nobis (quod avertat Divinitas) eveniat calamitas pereundi; & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum, atq; condemnationem, in præsenti & æternâ vitâ: quia vobis animas omniū nostrūm Romanorum tradidimus. Sed magis magisq; vos, ut prædictum est, conjuramus per Patrem & Filium & Spiritum S. Trinitatem individuam, ut nostras tribulationes, & angustias atq; dolores, & desolationes, credere sinè qualibet ambiguitate jubeatis; & H nobis propter Deum subvenite, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum, inimicorum nostrorum, nimis festinanter occurrere jubeatis: ut fructum afferentes copiosum, vitā æternā, intercedēte beato Petro perfrui mereamur. Præfatus verò Warneharius, pro amore beati Petri, loricâ se induens, per muros istius afflictæ Romanæ A civitatis vigilabat die noctuq;, & pro vestrâ omnium Romanorum defensione atq; liberatione, ut bonus athleta Christi, decertavit toto suis cum viribus. Bene valete.

Itèm alia ejus epistola, in personâ Petri apostoli scripta, ad Pipinum, & Francos omnes.

Petrus, vocatus Apostolus a Jesu Christo, Dei vivi Filio, qui ante omnia secula cū Patre regnans, in veritate Spiritûs S. in ultimis temporibus, pro nostrâ omnium salute, incarnatus & homo factus, nos suo redemit pretioso sanguine, per voluntatem paternæ gloriæ; B quemadmodum per sanctos suos destinavit Prophetas, in Scripturis sanctis: & per me omnis Dei catholica & apostolica Romana Ecclesia, caput omniū ecclesiarū Dei, ipsius Redemtoris nostri sanguine super firmā fundata petrā: atq; ejusdem almæ Ecclesiæ Stephanus præsul. Gratia, pax, & virtus, ad eruendam eandem sanctā Dei Ecclesiam, & ejus Romanum populū mihi commissum de manib^ persequentiū, plenius de manib^ ministretur a Domino Deo nostro, vobis viris excellentissimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno, tribus Regibus; atq; sanctissimis Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, vel cunctis religiosis Monachis, verumetiam Ducibus, Comitibus, & cun- C ctis generalibus exercitibus & populo Franciæ cōmorantibus. Ego Petrus apostolus, dum a Christo, Dei vivi Filio vocatus sum, supernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab ejus potentia totius Mundi sum præordinatus, ipso Domino Deo nostro confirmante: * Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & S. sancti. Et iterum: * Accipite S. sanctum: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. Et mihi, suo exiguo servo, & vocato Apostolo, singillatim suas commendans oves, ait: * Pasce oves meas; pasce agnos meos. Et rursum: * Tu es Petrus: & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meā; & portæ infero- D rū non prævalebunt adversus eā. Et tibi dabo claves regni cœlorū. quæcunq; ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solveris super terram, erunt soluta & in cœlis. Quamobrem omnes, qui meā audientes impleverunt prædicationem, profecto credant, jam in hoc Mundo, Dei præceptione, relaxari peccata: & mundi, atq; sine macula, in illam progredictur vitam. Etenim, quibus illuminatio Spiritûs San vestris refulsit præfulgidis cordibus, vosq; amatores effecti estis sanctæ & unicæ Trinitatis per suscepti Evangelicæ prædicationis verbum profecto in hac Apostolica Dei Romana Ecclesiâ, nobis commissâ, vestra futura re- E tributionis spes tenetur annexa. Ideoq; ego Apostolus Dei, Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendū de manibus adversariorū hanc Romanam civitatē, & populum mihi à Deo commissum; seu & domum, ubi secundùm carnē requiesco, de contaminatione gentiū eruendam; vestrā omnium provocans dilectionē, adhortor, & ad liberandā Ecclesiā Dei, mihi à divina potentiâ cōmendatā, omninò protestans admoneo: pro eo, quòd maximas afflictiones, & oppressiones, a pessimâ Longobardorū gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantissimi; sed pro certo confidite, memet-ipsum, tanquam in carne corā vobis vivū assistere; & per hanc adhortationē, validis F constringere atq; obligare adjurationibus. Quia, secundùm promissionē, quam ab eodē Domino Deo & Redēptore nostro accepimus, peculiares, inter omnes gentes, vos omnes Francorū populos habemus. Itaq; protestor & admoneo, tanquā in ænigmate, & firmâ obligatione conjuro vos Christianissimos reges, Pipinū, Carolū, & Carolomānū; atq; omnes Sacerdotes, Episcopos, Abbates, Presbyteros, vel universos religiosos Monachos, vel cunctos Judices, necnō Duces, Comites, & cunctū Francorū regni populū: & tanquā præsentialiter in carne vivus assistens, corā vobis, ago ego apostolus Dei, Petrus, ita firmiter credite, vobis per adhortationis alloquii verbū: quia, etsi carnali- G ter desum; spiritualiter autē a vobis non desum. Quoniā scriptū est: * Qui suscipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē suscipit prophetæ. Sed & Domina nostra, Dei genitrix, semper virgo Maria, nobiscū vos magnis obligationib^ adjurans, protestatur, atq; monet & jubet; simul etiā & throni atq; dominationes, vel cūctus cœlestis militiæ exercitus; nec-non & Martyres atque Confessores Christi, & omnes omninò Deo-placentes; & hi nobiscū adhortātes & conjurantes protestantur: quatenus doleat vobis pro civitate ista Romana, nobis à Domino Deo commissâ, & ovibus dominicis in ea commorantibus, nec-non & pro sanctâ Dei Ecclesiâ, mihi à Do- H mino commendatâ. Defendite atq; liberate eam, sub nimiâ festinatione, de manibus psequentiū Longob. ne (quod absit) corpus meum, quod pro Domino Jesu Christo tormenta ppessū est, & domus mea, ubi p Dei pceptionē requiescit, ab eis cōtaminētur, & populus meus peculiaris lanietur amplius, nec trucidetur ab ipsâ Longob. gente:

* Matt. 28 vers. 19.
* Johan. 20 v. 22. 23.
* Johan. 21 v. 15 16.
* Matth. 16 v. 18. 19.
* Matt. 10. vers. 42.

qui tan-

qui tanto flagitio perjurii rei existunt, & transgressores divinarū Scripturarum probantur. Præstate ergo populo meo Romano, mihi à Deo commisso, in hac vitâ fratribus vestris, Domino cooperante, præsidia totis vestris viribus: ut ego Petrus, vocatus Dei Apostolus, in hac vitâ, & in die futuri examinis, vobis alterna impendens patrocinia, in regno Dei lucidissima ac præclara vobis præparem tabernacula; atque præmia æterna retributionis, & infinita paradisi gaudia vobis pollicens ad vicem tribuam: dummodo meum peculiarem populum, & Romanam meam civitatem, fratres nostros Romanos, de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defenderitis. Currite, per Deum vivum & verum, vos adhortor & protestor: currite, & subvenite; antequam fons vivus unde sacrati & renati estis, arescat: antequā ipsa modica favilla, de flagrantissimâ flammâ remanens, de quâ vestram lucem cognovistis, extinguatur: antequam mater vestra spiritualis, sancta Dei Ecclesia, in quâ vitam speratis accipere æternam, humilietur, invadatur, & ab impiis violetur atq; contaminetur. Protestor vos, dilectissimi filii mei adoptivi, per gratiam Spiritûs sancti protestor, & nimis coram Deo, terribili creatore omnium, adhortor atq; admoneo, ego Apostolus Dei Petrus; & una mecum sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, quam mihi Dominus commisit: ne patiamini perire hanc civitatem Romanam, in quâ corpus meum constituit Dominus; quam & mihi commendavit, & fundamentum fidei constituit. Liberate eam, & ejus Romanū populum, fratres vestros; & nequaquam invadi permittatis à gente Longobardorū: sic enim sint invasa provinciæ & possessiones vestræ à gentibus, quas ignoratis. Non separemini à populo meo Romano: sic enim sitis alieni aut separati à regno Dei, & vitâ æterna. Quicquid enim poposceritis à me, subveniam vobis videlicet, & patrocinium impendam. Subvenite populo meo Romano, fratribus vestris; & perfectiùs decertate atq; finem imponite ad liberandum eos. Nullus enim accipit coronam, nisi qui legitimè decertaverit. Et vos decertate fortiter pro liberatione sanctæ Dei Ecclesiæ: ne in æternum pereatis. Conjuro vos, ut præfatum est, dilectissimi, per Deum vivum, & omnino protestor; minimè permittatis, hanc civitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum, ampliùs à gente Longobardorum lacerari: ne lanientur & crucientur corpora & animæ vestræ, in æterno atque inextinguibili igne tartareo, cum Diabolo, & ejus pestiferis angelis. & ne dispergantur ampliùs oves dominici gregis, mihi à Deo commissi, videlicet populus Romanus: seu vos dispergat & projiciat Dominus, sicut Israëliticus populus dispersus est. Declaratum quippe est, quòd super omnes gentes, quæ sub cœlo sunt, vestra Francorum gens Apostolo Dei Petro prima exstitit: & ideò Ecclesiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manum Vicarii mei commendavi, ad liberandum de manibus inimicorum. Firmissimè enim tenete, quod ego servus Dei, vocatus Apostolus, in omnibus vestris necessitatibus, dūmodò precati estis, auxiliatus sum; & victoriam, per Dei virtutem, vobis de inimicis vestris tribuis: & in antè attribuam nihilominùs, credite; si ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ dum contra vos prælium inceperunt, à vobis, qui parvo numero contra eos fuistis, prosternis fecit. Pro quo decertate, hanc meam velociter adimplere admonitionem: ut perfectum meum mereamini auxilium adipisci, per gratiam, quæ data est mihi à Christo Domino Deo nostro. Ecce, filii charissimi, prædicans admonui vos. Si obedieritis velociter; erit vobis pertingens ad magnam mercedem: & meis suffragiis adjuvari: & in præsenti vitâ omnes vestros inimicos superantes, & longævi exsistentes, bona terræ comedetis; & æternâ procul dubio fruemini vitâ. Sin autem (quod non credimus) & aliquam posueritis moram, aut adinventionem, minimè velociter hanc nostram implendam adhortationem ad liberandam hanc meam civitatem Romanam, & populum in eâ commorantem, & sanctam Dei apostolicam Ecclesiam, à Domino mihi commissam, simul & ejus præsulem: sciatis vos, ex autoritate sanctæ & unicæ Trinitatis, per gratiam apostolatûs, quæ data est mihi à Christo Domino, vos alienari, pro transgressione nostræ adhortationis, à regno Dei & vitâ æternâ. Sed Deus & Dominus noster JESUS Christus, qui nos suo pretioso sanguine redimens, ad lucē perduxit veritatis; nos quoq; prædicatores & illuminatores totius Mundi constituit; det vobis ea sapere, ea intelligere, ea q; disponere nimis velociter: ut celeriùs hanc civitatem Romanam, & ejus populum, seu sanctam Dei Ecclesiam, mihi à Deo commissam, ad eruendum occurratis: quatenus misericorditer, sicut fidelibus sua potentia, meis pro vobis interveniencibus suffragiis, & in præsenti vitâ longævos sospites, & victores conservare jubeat; & venturo in seculo, dona suæ remunerationis faciat multipliciùs promereri, cum sanctis & electis suis. Bene valete.

Item alia ejus epistola, ad Pipinum & Francos: cùm Aistulphus fedus fregisset.

Dominis excellentissimis filiis, Pipino Regi, & nostro spirituali compatri, seu Carolo & Carolomanno Regibus, & utrisque Patriciis Romanorum, Stephanus Papa. Providi & sapientissimi Salomonis prophetica ita fertur assertio: Nomen bonum super misericordiam. *Nomen quippe bonum est, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde & purâ conscientiâ custodire, & operibus implere. Nomen enim bonum est, totis viribus ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ, per quam & salus Christianorum existit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen; si operibus fuisset impletum. Redemptor namque noster, misericors & multum miserator Dominus, illis propitiator exsistit: quos omninò totâ mentis integritate fideles, & defensores sanctæ suæ Ecclesiæ, cognoverit. Qualis remuneratio aut merces sub cœlo, existimanda & coæquanda est ad eam; quæ pro defensione Dei Ecclesiæ, & domûs B. Petri, est rependenda? Ideò namque excellentissimam & à Deo protectam Bonitatem vestram super turbas populorum & multarum gentium idem Rex regum & Dominus dominantium, salvos vos instituit: ut per vos sancta Dei Ecclesia exaltetur. Poterat namq; alio modo ut illi placitum fuisset, sanctam suam vindicare Ecclesiam, & justitiam sui principis Apostolorum exigere. sed quia mentem & conscientiam vestram, à Deo protecte spiritualis compater, & dulcissimi filii, probare voluit: ideo nostram infelicitatem ad vos pervenire præcepit. Tradidimus enim corpus & animam nostram, in magnis laboribus, viam spatiosam & longinquam provinciam; valde fisi in vestrâ fide per Dei nutum illuc profecti sumus: afflicti in nive & frigore, æstu, & aquarum inundatione, atque validis fluminibus, & atrocissimis montibus, seu diversis periculis. Etenim, dum vestris mellifluis obtutibus præsentati sumus; omnes causas principis Apostolorum in vestris manibus cōmendavimus. Quandoquidem inspirati à Deo, aurem petitionibus nostris accōmodare dignati estis, & vos B. Petro polliciti estis, ejus justitiā exigere, & defensionē sanctæ Dei Ecclesiæ procurare; &, ut verè fideles Deo, purâ mente, pro defensione Ecclesiæ Dei, ad dimicandum properastis. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio; qui superbos humiliat, & humiles exaltat; illicò justitiam B. Petri, vestræ Bonitati, & omnibus Christianis, demonstravit: & tale præfulgidum miraculum ostendit; quale omnino gloriosum est referendum. Illi enim inimici Dei & sanctæ Ecclesiæ, qui in suâ ferocitate confidebant, veloces pedes habentes ad effundendum sanguinem, super brevem numerum populi vestri irruerunt. & ita, per manum B. Petri, omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus est: ut illi, qui innumerabiles exsistebant, à paucis hominibus fusi sint interemti: & humiliati sunt ipsi inimici B. Petri, usque ad terram: & ita timorem & tremorem in illis Dominus immisit, per intercessiones B. Petri; ut ad nihilum devenirent. Non enim gladius hominis; sed gladius Dei est, qui pugnat. Videns namque suam deceptionem iniquus Haistulphus Rex, cum suis à Deo destructis judicibus, per blandos sermones, & suasiones, atque sacramenta, illuserunt prudentiam vestram. & plùs illis, falsa dicentibus; quàm nobis, veritatem asserentibus, credidistis. Magno namq; dolore & tristitiâ, excellentissimi filii, cor nostrum repletum est: cùm minimè Bonitas vestra nos audire renuit. Omnia deniq; quæ per Dei visionem vobis locuti sumus, veraciter ediximus; & jam patefacta sunt: ut facta ipsa demonstrant. Etenim, sicut primitùs Christianitati vestræ ediximus, iniquus Haistulphus Rex, ingresso in ejus perfido corde Diabolo, omnia, quæ per sacramentum beato Petro, per vestros missos, restituenda promisit, irrita fecit: & nec unciis palmi terræ spatium B. Petro reddere voluit. A die enim illo, à quo mellifluâ bonitate vestrâ separati sumus, tantum nos affligere & tribulare nisus est: quantum non potest os hominis enarrare. In magnâ namq; despectione, sanctam Dei Ecclesiam, & nostram humilitatem, & vestros missos, habere visus est. Quia etiam, & ad propriam nostram animam auferēdam, mala ejus imperatio & submissio facta est. Quid multa dicamus? Tantum nos tribulavit: quia etiam, si dici potest, & ipsi lapides pro nobis flerent. Tamen omnia vester consiliarius, Wolradus presbyter & abbas, unà cum suis sociis, si Deum præocu-*

lis habent, omnia vobis enarrare possunt. Non enim, quia jam red- A
dere, ut constituit, propria beati Petri noluit: sed etiam frauses,
atq; depradationes seu devastationes, in civitatibus & locis beati
Petri, facere suâ imperatione non cessavit; nec cessat. Oblitus quip-
pe est Domini, qui fecit eum; & fidem Christianam transgressus
est. Quomodo ulterius credendus est aut ipse, sive ejus consentanei:
cùm in tanta Dei mysteria sacramenta præbuerunt; & noluerunt
observare? Vere enim omnia vobis prædiximus de ejus impii Regis
falsitate & mendacio. Et, quemadmodum diximus, manifestata
sunt vobis; & perjurium ejus declaratum est. Pro quo peto vos, ex- B
cellentissimi & a Deo protecti filii, & nimis obsecro; doleat vobis
pro sanctâ Dei Ecclesiâ, & beati Petri causa: & quæ per donationē
beato Petro offerenda promisistis, et possidenda contradere debeatis.
Mementote, & semper in vestris præcordiis firmiter tenete, quod
promisistis eidem janitori regni cælorum. Nulla jam vos seducat
suasio, aut acceptilatio. Considerate, quam forti existit exactor i-
dem princeps Apostolorum beatus Petrus. Videte, omnia, quæ ei
promisistis, & per donationem offerenda pollicitis estis, contradere
festinate: ut non lugeatis in æternum; & condemnati maneatis
in futurâ vitâ. Vita enim hujus Mundi brevis est; & sicut um- C
bra declinat; & sicut vestimentum inveterascit. Illam vitam æ-
ternam, quam vobis B. Petrus pro suâ causâ & justitiâ promisit, to-
tâ mente & integro corde quærite. Decertate, bonum opus, quod
cœpistis, implere: & quæ per donationem manu vestra confirma-
stis, protectori vestro B. Petro reddere festinate. Quoniam scriptum
est: * Melius, nō vovere; quam vovere, & votum non-red- * Eccles. 5. vers. 4
dere. Sciatis enim, quia, sicut chirographariam vestram donatio-
nem princeps Apostolorum firmiter tenet; & necesse est, ut ipsum
chirographum expleatis: ne, dum justus judex, ad judicandum vi-
vos & mortuos, & seculum per ignem, advenerit in futuro judicio; D
idem princeps Apostolorum, idem chirographum demonstrans, nul-
lam habere firmitatem districtas cum eo faciatis rationes. Sed ma-
gis explete, quod promisistis, velociter: ut iterum vitam æternam,
quam ab ipso principe Apostolorum promissam habetis, possideatis.
Conjuro vos, excellentissimi & à Deo protecti filii, per Deum omni-
potentem, qui continet omnia suâ potentiâ; & per sanctam ejus
matrem, gloriosam semper-virginem Mariam, dominam nostram;
atque per virtutes cælorum; & per beatos principes Apostolorum
Petrum & Paulum; atq; per tremendum judicii diem: ubi omnes
constrictè, ad reddendam de nostris factis rationē, assistere habemus; E
ubi nulla est ingeniosa excusatio. Velociter, & sinè ullo impedi-
mento, quod B. Petro promisistis per donationem vestram, civitates
& loca, atq; omnes obsides & captivos, B. Petro reddite; vel omnia,
quæ ipsa donatio continet. Quia ideò vos Dominus per humilitatē
meam, mediante B. Petro, unxit in Reges: ut per vos sancta sua ex-
altetur Ecclesia, & princeps Apostolorum suam suscipiat justitiam.
Magnum desideriū est in nostro corde, vestros mellifluos vultus ad-
spicere, & de vestra jucunditatis lætitiâ gaudere; juxta quod sa-
pientissimus ait Salomon: * Per vicos & plateas quæsivi, quem * Cant. 3 vers. 1.
dilexit anima mea. Et certè, quos dileximus, per Dei jussionem F
invénimus; & quos desideravimus, amplexi sumus: pro quo diffu-
sa est super vos benedictio & gratia B. Petri; ut Dominus fuit pro-
visio. Quod nullus de vestris parentibus meruit suscipere, vos susce-
pistis: & princeps Apostolorum, præ cæteris regibus & gentibus, vos
suos peculiares faciens, omnes suas causas vobis commisit. & vos
reddetis rationem Deo; quomodo pro justitia ipsius janitoris regni
cælorum decertaveritis. Cunctus namque noster populus Reipub.
Romanorum, magno dolore, & amarissimis lacrymis, unà nobis-
cum tribulantur, pro eo: cum ad tam longam & spatiosam pro-
vinciam properavimus, & præfatigio valide itineris caro nostra G
minuata est; si vacui & infructuosi, sine effectu justitiæ, reversi
sumus. Attamen nos infelices juxta dominicum præceptum egi-
mus; & omnes causas B. Petri vobis commendavimus: & vobis
pertinet hoc, sive ad peccatum, sive ad mercedem. Nam & omnes
gentes ita firmiter tenebant; quòd B. Petrus nunc, per vestrum
fortissimum brachium, suam percepisset justitiam. & factum non
est: & in magno cordis stupore de hoc omnes evenerunt. Sed peto
excellentissimam Bonitatem vestram; ut vituperium hoc à genti-
bus abstollatis: & omnibus fidem vestram operibus ostendite: eò
quod fides (ut scriptum est) sinè operibus otiosa est. Cum quâ o- H
mnem fiducia aut fortitudine, ad expugnandos inimicos vestros, per-
gere potestis: si justitiam B. Petri, ut promisistis, & initiastis, non
perfeceritis? Si enim, ut cœpistis, operibus adimpleveritis: eritis
semper victores, & fortissimi super vestros inimicos; & præsens re-

gnum, per multorum annorum spatia, cum bona possidebitis famâ;
& vitam percipietis æternam. Tanto opere direximus ad vos
Wilharium, reverendissimum & sanctissimum fratrem & coe-
piscopum nostrum, & fidelem: qui vobis omnia, de nostra tribula-
tione, & causa beati Petri, proprio ore enarret. Cui in omnibus cre-
dere jubeatis; & exitum bonum in causa beati Petri ponere. In-
columem Excellentiam vestram gratia superna custodiat. Bene
valete.

Alia epistola ejusdem, post mortem Aistulphi scripta.

Domino excellentissimo, filio, & nostro spirituali compatri, Pi-
pino, Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa.
Explere linguâ, excellentissime fili, non valemus; quantum tuo o-
pere, tuâ vita delectamur. Factâ quippe diebus nostris virtute, mi-
racula vidimus: quòd per Excellentiam tuam, sancta omnium
Ecclesiarum Dei mater & caput, fundamentum fidei Christianæ,
Romana ecclesia, quæ valdè, ab hostium impugnatione, periculo-
rum impugnationibus lamentabatur; magna nunc gaudii solidi-
tate nimirum est translata atque confirmata: & mœrentes Chri-
stianorum animæ, tuo fortissimo præsidio, maximâ sunt relevatæ
lætitiâ. Pro quo vestro opere, & exsultatione nostra, libet cum An-
gelis exclamare: * Gloria in excelsis Deo; & in terrâ pax, ho- * Luc. 2. v. 14
minibus bonæ voluntatis! Et quia, elapso anno isto, in tempo-
re, valdè ab hostium depopulosâ impugnatione sauciati, & ultrà
citraq; circumdati, affligebamur: nunc autem, tuo potentissimo au-
xilio, erepti ab imminentibus periculis, immenso exsultamus gau-
dio; & benedicentes nomen Domini, cum Psalmographo consonâ
dicimus voce: † Hæc est immutatio dextræ Altissimi! & † Psal. 118. vers. 16.
rursum: * Ad vesperam demorabitur fletus; & ad matutinū * Psal. 30. v. 6.
lætitia. Cujus enim vel saxeū pectus, tam benigno opere à tuâ præ-
clara Bonitate peracto, cognitoq;, non statim in omnipotentis Dei
laudibus atq; in tua Excellentiæ amore, emollescat? Hæc me fateor,
excellentissime fili, & spiritualis compater, quæ per te mirabiliter
acta sunt, sæpè convenientibus ex universo orbe terrarum nationi-
bus dicere: sæpè cum eis pariter admirari delectat, extensa voce,
mellifluæ Excellentiæ tuæ laudes persolvere indeficientes. Hæc me
plerùnque etiam in momento horarum excitant, indeflexibili ocu-
lo, pro immensâ Bonitate tua, & universa gentis Francorum,
sospitate, omnipotente Deo fundere preces. Denique, amantissime,
& à Deo inspirate Victor felix, & divinâ prudentiâ fortissime
Rex, qualiter B. Petrus, Apostolorum princeps, tuæ devotionis affe-
ctam, quem pro ejus causâ desertis adhibuisti, susceperit; ipsa cun-
ctis liquido vestra vita testatur. Scriptum quippe est: † Vota ju- † Ps. 15. v. 8.
storum placabilia. Libet quippe omninò, excellentissime fili, tuæ
Bonitati magnas gratiarum persolvere laudes; & nomen Domi-
ni, pro tantis maximâ benignitate glorificantes, exhilaratâ voce ca-
nere: * Benedictus Dominus Deus Israël; quia visitavit * Luc. 1. vers. 68.
plebem suam! & redemtionem facere cupiens populo suo, susci-
tavit te nobis, Christianissime victor Rex, diebus nostris fortissi-
mum liberatorem. Quid enim aliud, quam novum te dixerim
Moysen; & præfulgidū asseram David regem? Quoniam, quem-
admodum illi, ab oppressionibus Allophylorum, populum Dei libe-
raverunt: ita tu quoque, benedicte à Deo victor, fortissime Rex,
tuo certamine Ecclesiam Dei, & ejus afflictum populum, ab ho-
stium impugnatione, eruere studuisti. Benedictus es, eximie fili, à
Deo excelso, qui fecit cælum & terram: & benedictus Deus; quo
protegente, in manibus tuis hostes sunt. Benedicat tibi Dominus,
pulcritudo justitiæ: & tuos amantissimos natos, meosq; spirituales
filios, Dominum Carolum & Carolomannum, à Deo institutos
Reges Francorum, & Patricios Romanorum, cum Christianissi-
ma eorum matre, excellentissimâ Reginâ, dulcissimâq; conjuge,
fideli Dei, spirituali nostrâ commatre, tueatur, & in omnibus pro-
tegat. Dilatet Deus semen vestrum, & benedicat in æternum; at-
que solium regni fruendum perenniter concedat: & universam gen-
tem Francorum, sub vestrâ ditione permanentē, illæsam custodiat.
Vale in Domino, Rex benignissime: quia per te sancta Dei Ecclesia
inimici humiliati sunt; & magnâ lætitiâ ipsa Dei Ecclesia est re-
levata; & ejus peculiaris populus jucundatur; & per te benedici-
tur Deus: pro quo & ejus benedictio super te plenius est effu-
sa. gaudium enim uberrimum, in universum orbem terrarum
intulisti. Magna sunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus
tribuenda. Sed inter hæc misericordissimi Dei nostri clementiam
indesinenter petimus: ut cælestis sui regni gaudio vobis tribuat

vicissitudinem. Quapropter cum magnâ fiduciâ, tanquam præsentialiter coram tuo mellifluo consistens adspectu flexu genibus petens, pectore & animo, coram Deo vivo deprecor: ut jubeas firmiter, in hoc bono opere, sicut certè consolatus, usque in finem permanere, pro sancta Dei Ecclesia perfectâ exsultatione, & ejus populi liberatione, & integrâ securitate: & plenariam justitiam eidem Dei Ecclesiæ tribuere digneris; atque optimum ac velocem finem, in causâ fautoris tui, beati Petri, adhibere jubeas: ut reliquas civitates, quæ sub unius domini ditione erant connexæ, atque constitutos fines & territoria, in integro matri tuæ spirituali, sanctæ Ecclesiæ, restituere præcipiatis: ut populus Dei, quem à manibus inimicorum redemisti, in magnâ securitate & delectatione, tuo auxilio adjutus, vivere valeat. Quoniam & filius noster, Deo amabilis Woltradus, fidelis vester, omnia conspiciens, satis testatus est: quòd nequaquam iste populus vivere possit, extra eorum fines & territoria, atque possessiones, absque civitatibus illis; quæ semper cum eis sub unius domini ditione erant connexæ. Peto te, fili, peto te coram Deo vivo, & fortiter conjuro, spiritualis compater; ut in hoc bono opere perfectiùs maneas: & non hominum blanditiis, aut suasionibus, vel promissionibus (quod absit) faveas, & in aliam declines partem; sed magis verè timens Deum, omnia, quæ beato Petro in jurejurando promisisti, adimplere jubeas: &, sicut cœpisti, plenariam justitiam illi impartire. Etenim tyrannus ille sequax Diaboli, Haistulphus, devorator sanguinum Christianorum, Ecclesiarum Dei destructor, divino ictu percussus est, & in inferni voraginem demersus. In istis quippe diebus ad hanc Romanam urbem devastandam profectus est, post annui spatii circulum, ità divino mucrone percussus est: ut profectò in eo tempore, quo fidem suam temnit, diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo & suam impiam finiret vitam. Nunc autem Dei providentiâ, per manus sui principis Apostolorum, beati Petri, simul & per tuum fortissimum brachium, præcurrente industriâ Deo-amabilis viri Woltradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est Rex super gentem Longobardorum, Desiderius, vir mitissimus: & in præsentiâ ipsius Woltradi, sub jurejurando pollicitus est, restituendum beato Petro civitates reliquas, Faventiam, Insubres, & Ferrariam, cum eorum finibus simul, & Saltuâ, & omnia territoria; nec-non & Ausimum, Anconam, & Humana, civitates, cum eorum territoriis, & postmodum per Garinodum Ducem, & Grimoaldum, nobis reddendum spopondit civitatem Bonam, cum finibus suis: & in pacis quiete, cum eâdem Dei Ecclesiâ, & nostro populo, semper mansurum, professus est. Atque fidelem erga à Deo protectum regnum vestrum esse testatus est: & petiit nos, quatenus Bonitatem tuam deprecaremur; ut cum eo, & cunctâ gente Longobardorum, magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletinus ducatûs generalitas, per manus B. Petri, & tuum fortissimum brachium, constituerunt sibi Ducem: & tam ipsi Spoletini, quamque etiam Beneventani, omnes se commendare per nos à Deo excellentiæ tuæ servatæ cupiunt; & imminent anhelantiùs in hoc deprecandum Bonitatem tuam. Unde petimus te, excellentissime fili, & spiritualis compater: ut, si prædictus Desiderius, quemadmodum spopondit justitiam sanctæ Dei Ecclesiæ, Reipublicæ Romanorum, beato Petro, protectori tuo, pleniùs restituere; & in pacis quiete, cum Ecclesiâ Dei & populo nostro, sicut in partibus à tuâ Bonitate confirmatis continetur, permanserit, cum universâ suâ gente: jubeas in id, quod petiit, tuas à Deo inspiratas aures inclinare. Hoc interea anhelamus; ut nimis velociter eidem Desiderio Regi, obtestando, admonendo etiam & præcipiendo, dirigere jubeas: ut reliquas civitates, loca, fines, atque territoria & patrimonia, & saltora, in integro sanctæ Dei Ecclesiæ reddere debeat, & tale fundamentum, & optimum finem, in causâ ejus imponere jubeas: ut, auxiliante Domino, ipsa etiam Dei Ecclesia secura maneat usque in finem seculi, ut plenaria justitia à justo judice, Domino Deo nostro, & memoriale nomen, tibi in secula maneat; vel etiam cunctâ à Christo protectâ gente vestra Francorum. Inspiratum autem à Deo, nimis sustinentes causam sanctæ Ecclesiæ perficias. Quia, si alia canonica causa, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum, immensam mercedem: & hoc obnixe postulamus præcelsam Bonitatem tuam; ut inspiratum à Deo, & ejus principe Apostolorum, beato Petro, ita disponere jubeas de parte Græcorum: ut fides sancta Catholica & Apostolica, per te, integra & inconcussa permaneat in æternum; & sancta Dei Ecclesia, sicut ab aliis, & ab eorum pestiferâ malitiâ liberetur, & secura reddatur, atque omnia proprietatis suæ percipiat. Unde, pro anima vestra salute, indefessa luminarium concinnatio Dei Ecclesiis permaneat: & esuries pauperum, egenorum vel peregrinorum, indesinenter refecatur; & ad veram saturitatem perveniant. Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis, vel quomodo eum tua Bonitas absolverit, una cum exemplari literarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite: ut sciamus, qualiter in communi concordiâ agamus; sicut inter nos & Wolradum Deo amabilem constitit. Ipse verò dilectus filius noster Wolradus, in omnibus causis, juxta tuam præceptionem peregit: & maximas gratias illi egimus, pro suo certamine; qui videlicet ad vos revertens, omnia, qualiter acta sunt, Bonitati vestræ intimabit. Præsentes verò fidelissimos nostros, id est, Georgium, reverendissimum & sanctissimum fratrem & coëpiscopum nostrum, atque Johannem Regionarium, nostrumque sacellarium, petimus ut hilariori suscipiens vultu, in omnibus acceptare jubeas: & quicquid nostra vice Bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris: atque cum effectu causæ, & lætabundos nuntios, ad nos remeandos absolvere jubeas. Nam & hoc obsecramus Bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos commigrandum absolvere præcipias, reverendissimum fratrem & coëpiscopum nostrum. Omnipotens autem Deus, in cunctis actibus, excellentissime victor Rex, sua dextra extensione te protegat: tibique & præsentis vitæ prospera; & post multorum annorum curricula, gaudia æterna concedat: faciatque, cum tua dulcissima conjuge, excellentissima Regina, spirituali nostra commatre, & vestris nonnque dulcissimis filiis, maximo gaudio jucundari; & regas vestri gubernaculo, à Deo vobis concesso, perfrui: & qui in præsenti vita regni potestatem tenetis, etiam futuro in seculo, cum Christo in æternum regnetis, promerentes illam dominicam promissionem audire: † Venite benedicti Patris mei, pro eo, quòd certamen bonum certastis, cursum consummastis, fidem servastis, innitere repositas vobis coronas: & accipite regnum vobis ab origine mundi præparatum. *Nam & ex hoc præcelsa, & à Deo protecta & custodita Excellentia vestra, innotescimus: quia petiit nobis optatus religiosus abbas, vestri monasterii sancti Benedicti, pro monachis suis, qui cum tuo germano profecti sunt; ut eos absolvere jubeas: sed qualiter tua fuerit voluntas; ita de eis exponere jubeas. Incolumem Excellentiam tuam gratia superna custodiat.*

* Matth. 25. vers. 34. & 2. Timoth. 4. vers. 7.8

Doctrina & errores ejus.

Ex Epistolis ejus facile est cuivis judicare, Stephanum, remoto Christo mediatore, deos alienos, Sanctos mortuos, Mariam, Petrum, & alios substituere; iisque asscribere honorem, audiendi invocantes, remittendi peccata, juvandi afflictos, remunerandi benefacta, donandi vitam æternam. Et quòd non modò ità senserit & docuerit; sed etiam re-ipsâ Sanctorum reliquias coluerit: postea dicemus.

Scripturam monstrosè torquet & allegat: ut facilè appareat, eam vix pro Dei verbo agnovisse.

Bonis operibus asscribit salutem; abusus dicto ex epistolâ Jacobi: & Francis, pro defensione Romanæ ecclesiæ, vitam æternam promittit.

Claves, in Petri, & non in Christi nomine, administrandas sensit: ac iis à juramento, magistratui debito, Pipinum absolvit.

Romanæ ecclesiæ primatum asscribit: & sibi usurpat potestatem, deponendi & constituendi Reges.

Regna Mundi, & gloriam ejus, per fas & nefas, Romanæ sedi acquiri licere, judicavit; ut patet *ex Actis ejus.*

Opera ejus in gubernatione.

Docendi munere eum functum esse, quidam Scriptores asserunt: ut *Bergomensis,* * *Platina, & Johannes de Oppido.* In angustiis constitutus, ob Aistulphi asperitatem, ad pœnitentiam suos est cohortatus, & Letanias celebravit. *Liber pontificalis.*

* lib 10.

Sacerdotes, in patriarchio congregatos, monuit; ut diligenter sacras literas legerent: quò possent rectè docere populum; & adversarios ecclesiæ Romanæ, scilicet illos, qui errores Pontificum impugnabant, refellere. *Liber pontificalis, & Bergomensis.* †

† lib 10.

Ordi-

Ordinavit diaconos, presbyteros, & episcopos. *Liber pontificalis.*

Celebravit Synodos. Nam, cùm non posset Aistulphũ precibus & muneribus sibi reconciliare: Synodum Romę cogit; & de auxilio à Francis petendo constituit. *Liber pontificalis, Nauclerus, & Blondus.*

¶ Notis Antichristi plerisq; conspicuus fuit. Nam deos alienos, hoc est, Sanctos mortuos, veneratus est, adoratione. Româ enim egrediens ad Pipinũ, se Mariæ & Apostolis commendavit; ac Petro, principi Apostolorum, suas oves commisit interea pascendas. *Liber pontificalis.* Et Parisiis, io templo Dionysii, in visione, à Petro & Paulo, & Dionysio, sanitatem pristinam impetravit. *Regino.** [*lib.2.]

Instauratione & cõsecratione templorum, in honorem illorum. Nam Laurentii basilicam instauravit, & quasdam alias ab Aistulpho eversas. *Liber pontificalis.* Parisiis altare in honorem Petri & Pauli dedicavit, anno Domini 753. *Regino** [*ibid.] *Ivo in Chronico* unum annum addit.

Et reliquiarum eorum circumgestatione & ostensione, cum opinione, quasi afferant locis profanis lustrationem seu expiationem. Nam Româ obsessâ ab Aistulpho, Apostolorum calvariis & supplicationibus urbem lustravit. *Liber pontificalis, & Volaterranus.* Et postea, victoriâ partâ, Letanias per omnes ecclesias instituit; ac Apostolorum calvarias, & aliorum Sanctorum reliquias, circumferri in publicâ deambulatione, & ostendi jussit. *Liber pontificalis, Balaus in vitâ ejus.*

Nuptias & amorem mulierũ prohibuit; & vitam monasticam, & impurum cœlibatum, promovit. Dionysio monasteriũ exstruxit; ut *Ivo* indicat: & in Caturcensi territorio, præsente Pipino, cœnobium consecravit. *Wernerus, in Fasciculo temporum.*

Traditionibus humanis, & decretis suis, Ecclesiam Dei oneravit. Nam omni die sabbatorum Letanias fieri præcepit. *Liber pontificalis.* Et in ecclesiis Gallorum, Baalitmum auxit. *Balaus in vitâ ejus.*

Suis characteribus imbuit mancipia sua. Crodegangum Metensem pallio archiepiscopali deformavit; ut eum magis sibi devinciret. *Liber de Actis Metensium.*

Regna hujus Mundi sibi rapuit, & potestatem Reges deponendi & constituendi, & imperia transferendi, sibi arrogavit. Nam per Pipinum, Francorũ Regem, & filios ejus, Aistulpho, Longobardorum Regi, extorsit è manu suâ Exarchatum Ravennatensem, & alias Italiæ terras, quæ fuerãt Imperatoris, usq; ad stagna Venetorum; easque, titulo donationis, & patrimonii Petri, Romanę sedi subjecit: & gratitudinis ergò Pipinum, & filios ejus, Carolum & Carolomannum, denuò Reges iounxit, ad altare Petri & Pauli; ac regnum Francorum illis fecit hæreditarium: & anathematis pœnam in eos statuit, qui id decretum essent violaturi: Anno Domini 752. *Regino, & Sigebertus.* Et eosdem sibi & suis successoribus ita devinxit: ut amicis ejus amici; & hostibus ejus hostes essent: ut patet *ex epistolâ Stephani III.* quam infrà adscribemus. Et Childericum, legitimũ Francorum Regem, ex monasterio egressum, iterum designavit monachum; & à jurisjurandi religione Pipinum & Francos absolvit, quod est majestatem cõtemnere, & blasphemare. *2. Pet. 2.* Et Desiderium, ipsius opem implorantem, contra Rachisium & Longobardos, tutum præstitit; & Regem denunciavit. *Antoninus,** *Blondus.*† *& Platina.* [*Tit.14.c.3 §3.] [†Dec.2. li.1]

De Imperii à Gręcis ad Francos translatione, odio Gręcorum, consilia agitavit. *Liber pontificalis, Balaus in vitâ ejus, Martinus in Chronico, & cap. Venerabilem. de Electione.*

Et ad Francos sibi magis devinciendos, & in obsequio suo retinendos, novum aucupium seu artificium iovênit: nimirom effecit, ut à Pipino invitaretur ad Baptismum sui filii; atque ità spiritualis ejus comparer, & filii sui pater fieret; & potestatem, utrisque imperandi, quæ vellet, acquireret.

Bella gessit. Nam fax & tuba fuit belli Francorum & Longobardorum; & Aistulphum cum Pipino Papiæ obsedit. *Antoninus. & Blondus.*

Affectavit gloriam hujus Mundi. Nam Pipinus, & filius ejus Carolus, in terram procumbentes, pedes ejus osculati sunt; & stapedes ejus apprehenderunt; & frenum equi illius tenentes, stratoris officia ei præstiterunt. *Liber pontificalis, Martinus in Chronico, Blondus,** [*lib.10. Dec.1.] *& Antoninus.* Et postea, oppresso Aistulpho, in pompâ solenni, se cum suis diis, hoc est, cum Sanctorum reliquiis, ad Lateranensem basilicam, quasi triumphum agens, portari curavit: morem religiosum posteris instituens, ut Pontifex humeris hominum, ut inutile pondus & onus terræ, circumgestaretur. *Balaus.*

¶ Commendat eum à sapientiâ *Sabellicus*; & à prudentiâ, & amore cleri, *Platina*: & à liberalitate in pauperes & peregrinos, *Liber pontificalis.* Nam quatuor xenodochia io urbe Romanâ collapsa instauravit, & bonis locupletavit; & alia quædam ipse de integro exstruxit, & privilegiis ac sumtibus cumulavit. Atque ità Antichristus de thesauris suis, quos fraude & vi à Rom. Imperio subtraxit, amicos sibi comparavit, & erroris sui asseclas.

Cùm annos 5. aut 6. aut 7. præfuisset, (variant enim Autores de tempore) mortuus est; & sepultus in basilicâ Petri 6. Calend. Maii. Indictione 10. *Liber pontificalis, & Platina.* Anno Domini 757. *juxta Sigebertum.*

PAULUS I.

PAulus Romæ natus, de regione Viæ latæ, (*Chronicon Martini*) frater Stephani Pontificis, in Lateranense patriarchium à Gregorio II. susceptus, educatus, & io rebus Ecclesiasticis institutus; à Zachariâ Diaconus consecratus est, cum fratre suo. *Liber pontificalis, & Platina.*

In eo munere se-se bene gessit. Ac, cùm frater ipsius Stephanus Pontifex esset designatus; usus est hujus operâ, in legatione ad Aistulphum, & postea ad Desiderium, Reges Longobardorum, & Constantinopolim. *Liber pontificalis, & Blondus.** [*Dec.1.lib.10 & Dec.2.lib.1.] A` potiori parte clericorum & populi electus, dissipatâ turbâ eorum, qui Theophylactum archidiaconum Pontificem creare moliebantur, Stephano fratri successit.

¶ Pontificii collectores Tomorum Conciliorum, videntur consultò Epistolas Stephani II. & Pauli, Stephani III. Constantini, & Adriani, omisisse: ne Pontificum artes & scelera, in Francis dementãdis, & injustè occupandis bonis Imperii, patefierent.

Scripsit *Epistolas plures*, ad Pipinum, ad Carolum, & Carolomannum, & ad exercitum Francorum, & ad alios quosdam. Unam & triginta manu-scriptas accepimus.

In primâ ad Pipinum, narrat de obitu fratris sui; & de sui ordinatione: ac indicat, se in amicitiâ, à Stephano cum Francis contractâ, perseveraturum; ac petit, ut Pipinus idem faciat.

In secundâ, monasterium Sylvestri, cum tribus aliis vicinis, donat Pipino: quæ à Carolomanno monacho fuerant Zachariæ concessa.

In tertiâ, gratias agit Pipino, pro defensione contra insidiatores: & pollicetur, se curaturum, ut monachi Carolomanni psalmodiam discant.

In quartâ, Marinum presbyterum jubet episcopũ creari: ut à suis consiliis, sedi Romanæ contrariis, avocetur.

In quintâ, gratulatur Pipino de incolumitate: ac Legatos suos nondum Constantinopoli reversos esse, indicat.

In sextâ, gratias agit pro exaltatione Romanæ ecclesiæ; ac indicat, fiduciam suam, post Deum, in fortissimi regni Pipini brachio exsistere: & petit, ut ad se Legatum suum mittat, per quem possit ei prodere Græcorum consilia & insidias.

In septimâ, monachum ei, à Cosmâ Alexandrino patriarchâ missum, commendat.

In octavâ, Imperatorem Græcum in armis esse narrat, & Ravennatem Exarchatum & Romam recuperare velle: ac petit ab eo auxilium, & defensionem contra Græcos.

In nonâ, indicat, se Ravennę cum Desiderio locuturum; & paraturum, quæ ad defensionem contra Græcos necessaria sint,

In decimâ, purgat se de crimine objecto; quasi dixisset,

[illegible] num non [illegible] nan[illegible] fide aliqua [illegible] tem, [illegible] quid velit & pentatis il[illegible] Rauennatum d[illegible] tione.

In undecima, petit sibi in [illegible] modo [illegible] ab inimicis finitimum de ejus [illegible] dine [illegible] se partum.

In duodecimà, narrat de Beneventanorū injuria: & petit ut Pipinus literis eos increpet: &, fi [illegible] ut consentiat in expeditionem contra eos [illegible].

In decimatertia [illegible] agit pro [illegible] Ecclesiæ, & pace inter se & Desiderium constituta [illegible] ut obsides Desiderio restituat, quo & ipse urbem [illegible] lam posset recipere.

In decimaquarta literas proditorias Sergii Ravennatis episcopi mittit, & petit auxilium.

Decimamquintam [illegible] ad Pipinum, per Vulfardum coepiscopum, quem Pipino commendat: quod etiam Stephanus Papa, germanus Pauli fecerat. In hac epistola, laudes Pipini, & gratiarum-actiones pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ, continentur. Adjutorium contra Longobardos Papa petit, quòd sanctæ Dei Ecclesiæ [illegible] justitias minimè redderent. Pro Sabario misso, in quo Pipini filia, ex [illegible] imo fontis lavacro abluta, suscepta fuerat, gratias agit: quem celebrati Missarum solennibus, magna jucunditate, aggregata populi cohorte, intra aulam sacrati corporis, auxiliatricis beatæ Petronillæ, [illegible] laude æternàque memoria nominis Pipini con[illegible], fuscepisse se, scribit. Scribit etiam, se indesinenter laborare, ut Sergius episcopus suæ restituatur ecclesiæ.

Decimamsextam ad Pipinum & omnes Francos [illegible] epistolam, per Fardum & [illegible] in qua continentur [illegible] berrimæ laudes. Itèm de Missis Græcorum [illegible] Francia morantibus: & de Gregorio episcopo, & [illegible] presbytero.

In decimaseptima epistolà ad Pipinum, indicat, sex Patri[illegible] [illegible] navibus Cōstantinopoli Romam venturos esse & postea in Franciam ad Pipinum. Postea queritur, Desiderium justitias sanctæ Dei Ecclesiæ, quas coram missis [illegible] facere [illegible] non, sicut [illegible] fuerat, adimple[illegible]; sed [illegible] super Romanos injurias plurimas affecisse.

In decimaoctava continentur gratiarum-actiones & uberrimæ benedictiones, [illegible] vitâ & incolumitate ipsius, vel [illegible] Caroli & Carolomanni, nobilissimorū liberorum [illegible] cum m[illegible] adjurationibus, contra Longobardos adjutorium obtinere [illegible] olens. In eo[illegible] invento continetur præceptū, quo Marino presbytero dedit, de titulo Chrysogoni; & de libris quos Pipino transmisit.

Decimamnonam Pipino epistolam per Georgium episcopum transmisit gratiarum-actiones pro [illegible] sanctæ Dei Ecclesiæ continentem. In [illegible] postulat, ut Pipini filium, qui ei tunc natus fuerat, ex sacro baptismatis fonte [illegible] mereatur.

Vicesimam epistolam per Petrum presbyterum transmisit, continentem quasdam laudes ejus, quòd Romanam ecclesiam ab Hæreticis defenderat. Postea, acta Remedii episcopi & Andegarii Comitis narrat; qualiter justitias B. Petri Apostolorum principis, apud Desiderium quondam Regem ex parte receperint; & quòd [illegible] quas justitias [illegible] polli[illegible] fit: cum adjuratione, ut, si Desiderius ista neglexerit, Pipinus illum, sicut Stephano Papæ, Pauli germano, & [illegible] promi[illegible] at.

[illegible] lam a[illegible] mum. per Wilhar[illegible] [illegible] & Vitaladum, mittit, in qua cont[illegible] [illegible] ne [illegible] ad [illegible] ortationibus ut Pipinus pro [illegible] ejus pugnare pergat. Papa de [illegible] [illegible] mulier [illegible] icet, quod nullo [illegible] separare [illegible]. Indicat, [illegible] Deum & [illegible] & beatos Apostolos, in [illegible] habere [illegible].

In [illegible] epistolà [illegible] in qua [illegible] Pipino [illegible] Regionarium S. Ecclesiæ [illegible] honorifice [illegible]

[illegible] nog[illegible] Constanti[illegible] Pi[illegible]

[illegible] Jo[illegible] abbas [illegible] Papa Pi[illegible] gratiarum-[illegible] ac benedictio[illegible] de fi[illegible]mo atque [illegible] [illegible] & magnà perseverantiâ Pipinus [illegible] A[illegible] admonitione, ut ita pergat & Pipinum [illegible]

[illegible] Paulus ad duas epistolas Pipini respōdet, [illegible] per Petrum primū D[illegible] misit: [illegible] Gothertū abbates, atq; Hugbal[illegible]. Est quidem argumenti cum proximis [illegible] nisi quòd quædā adjicit de Longobardis, [illegible] quasdā Petri justitias reddiderint, quædā nō; & [illegible] reddita iterum invadere conentur. Quare Pipin[illegible] contra [illegible] implorat.

In vicesima quinta gratias agit, pro defensione S. Ecclesiæ ad [illegible] Pipinum, ut pergat plenariam S. Ecclesiæ [illegible] facere. De [illegible] erga Pipinum amore, & quòd nihil sine ejus voluntate [illegible] velit, [illegible] promittit. Pro monasterio, prope montem Serapten sito, à Pipino sibi donato, [illegible] agit.

Vicesimamsextam [illegible] coepiscopū, Stephanum presbyterum [illegible] misit: in qua [illegible] Longobardorū [illegible] Indicat, se [illegible] petere tur. [illegible] Desiderium [illegible] rememoratæ [illegible] per Longobardos [illegible] possent a[illegible] petiisse. [illegible] ipsum Desiderii [illegible] & ad [illegible] honorum beati Petri [illegible] radiantissimus [illegible] ur. [illegible] munuscula quæ[illegible] Pipino [illegible].

[illegible] *mamseptimam* per Andream & Gundrinum, Pipini [illegible] ex [illegible] in qua [illegible] actiones continentur [illegible] petitione & adjuratione de auxilio contra Longobardos [illegible] ndo.

Scribit etiam *Epistolas tres ad Carolum & Carolomannū*: in quibus hortatur eos ut [illegible] infantiæ; & fidei Deo & [illegible] beato Petro [illegible], & ecclesiam Romanam d[illegible]

Scripsit [illegible] *i. amed. un [illegible] exercitum regni Francorum* [illegible] ut [illegible] pro fidelio[illegible] beati Petri [illegible] ac fortiter eis [illegible] porrò in [illegible] Romanæ [illegible] ac proeà [illegible] decerent.

Doctrina & errores ejus.

Ignarus officii veri Pontificis Domini nostri JESU CHRISTI, Petrum [illegible] potestatem, pro [illegible] ctoriâ adversus [illegible] *in epistola ad* [illegible] Et pro regni [illegible]: *in epistolà 12 ad* [illegible] *princeps Apostolorum pro vobis intercedat* [illegible] *Domini* [illegible]

Et ei a[illegible] Pipinum & Carolomannum ele[illegible] gerit, & R[illegible] defensore fi[illegible] *in epistola 4. ad Pipinum* [illegible] *Carolum & Carolomannum.*

Et per inter[illegible] beati Petri, in [illegible] & [illegible] tā [illegible] promittit [illegible] *in epistola*. & Petrum [illegible] esse, dicit *in epistolà ad exercitum Francorum.*

[illegible] pro Romana [illegible] altandā & defendenda laborantibus, promittit animarum salutem. *In epistola ad eosdem.*

Fidem tuam non tantum in Deum, sed etiam in Mariam, & Petrum, & Apostolos [illegible] in fortissimum brachium regni Francorum [illegible].

Ecclesiam Romanam [illegible] spiritualem omnium Ecclesiarum vocat *in epistola ad Pipinum* [illegible] usque adhuc [illegible]

... P... ... cesse fingit; oblitus Christi, detento... ... usque ad finem Mundi.

Sentit Romano Pontifici licere, sicut Principes gentiū, dominari & regna hujus Mundi & gloriam ejus ... re; & bella gerere, & magistratum legitimum contemnere: & bona Imperii Romani sibi asscribere, eaq; armis tueri. Talis clavigerPetrus certe non fuit.

Opera in gubernatione.

Nullum in sacro ministerio officiū omisit, *juxta Crantzium in Metropoli*. * Licèt nusquam Scriptores indicent, docendi & concionandi munere fungi ...

Visitavit ægrotos, pauperes, & incarceratos & maximè, sub noctis silentium, ... & ... duas ... quod sanè credibile est, ... casto patre. *Liber pontifica-lis, Platina, & alii.*

Captivos suo ære redemit, & a fœneratoribus ad servitutem adactos liberavit, pro iis facta solutione. *Liber pontificalis.*

Ordinavit Presbyteros 12. Diaconos 2. & Episcopos plures per diversa loca.

Præparavit nos ... ad Pontificatum Stephanum III. & Adrianum ... ambo postea, in eo officio, artes illas edocti, Antichristi vicarios egerunt.

¶ Characteres Antichristi gerit. Nam deos alienos, scilicet mortuos Sanctos Martinum, Petrū, & alios Apostolos, patronos, intercessores, protectores, & beneficiorum hujus & vitæ futuræ ... statuit: & fiduciam suam in eos posuit: ut ... *Deinde*, reliquias eorum veneratus est trans... Nam Petronellæ corpus, cum magna veneratione transposuit. *Sigebertus in Chronico*. Crodegang Metensi archiepiscopo, reliquias in Gallias deportandas tradidit. *Liber de vita Crodegangi*.* *Tertio*, in honorem Mortuorum, cœmeteria reparavit, & ecclesias amplavit; & oratorium in honorem Mariæ exstruxit, & novis ceremoniis consecravit. *Liber pontificalis; Balaus in vita ejus. Quarto*, ob imaginum cultum, contra Imperatorem & Græcos acerrime dimicavit, literis & legatis hinc-inde missis. *Liber pontificalis, Antoninus.**

Nuptias improbavit. Nam cœnobium à Stephano cœptum intra Modiceam absolvit. *Regino.** Et in suâ domo, a fundamentis monasterium, in honorem Stephani martyris & pontificis, & Sylvestri, exstruxit. *Liber pontificalis.*

Baalismum promovit. Nam divina officia ante horam sextā, in Quadragesimâ celebrari jussit. *Chronicon Martini.* Et monachos psalmodiam docere alios jussit, ut propagatio fieret: ut patet *ex epistola ad Pipinum.*

Regna hujus Mundi, hoc est, Exarchatum Ravennatensem, & totam provinciam Romanam, a suo antecessore per Pipinū acquisita, & pallio patrimonii Petri involuta, magna diligētiâ & labore retinere, tueri, & augere studuit: ut patet *ex epistolis ad Pipinum*: in quibus adeò solicitè toties petit, contra Græcos & Longobardos, auxilium; qui bona ista B. Petro eripere identidem tentabant.

Hostes suos, vel largitionibus sibi reconciliavit; vel vi oppressit. Nam, cum Marinum presbyterum, cum Georgio quodam, Imperatoris Constantinopoleos Secretario, animadvertisset tractare consilia, sedi Romanæ & Pipino contraria; nimirum de Exarchatu Ravennatensi Pontifici eripiendo: scripsit ad Pipinum, & jussit eum episcopum alicubi creari, si à proposito se discessurum promittat: *in epistolâ 4. ad Pipinum.* Cum Beneventani in Campania quædam occupassent, & Patricio Siciliæ subjecissent, ... etiam illæ regiones pertinebant, propter Im... ... rem ... semel atque iterum, ut desisteret ab incepto. Quod cum non facerent: constituit, cum Dei ... & Pipini auxilio, exercitum eò dirigere ... ... inimicos beati Petri & Pipini, constringere & emendare: ut patet *epistola ... ad Pipinum.*

Regem Francorum Pipinum, & filios ejus, miris artificiis demeruit, & in obsequio suo retinuit: ... ... magnificè eos efferendo. Nam Mosi & Davidi eos epistolis ... comparat: eò quod Romanam fidem a Longobardis ... ... & in regnū Italiæ Pontificios ... & co... Tum amplissima præmia, per beati Petri protectionē & intercessionem, ... dicendo: tum sese ... narratiorem ... ... sollicitudinem ejus ... ... proditis consiliis hostium Pipini, & ... ... susceptis: tum repetendo promissiones, sibi ... suo antecessori factas. *ut patet ex Epistolis.*

¶ Pipinus ejus contutor fuit: & ad Senatum & Populum Romanum scripsit, eosq; hortatus est; ut firmi & fideles permaneant erga B. Petrum, principem Apostolorum, & sanctam Dei Ecclesiam; & circa beatissimum & ... ... spiritualem patrem suum, à Deo decretum, Dominum Paulum, summum Pontificem & ... ... papam. ut patet *ex epistolâ Senatus & Populi Romani ad Pipinum,* in qua Paulum celebrant optimum pastorem pro ... suâ quotidie decertantem.

Commendant eum, à mansuetudine, & beneficentia in pauperes & calamitosos. Sed de rapinis liberalis fuit, & non de suo: quod nullam veram laudem apud Deum habet.

In templo Pauli æstu inflammatus, ut pinguis porcus interiit, anno Domini 767. *Regino.** & *Alon... ...* Ad sanctum Petrum sepultus est. *Chronicon Martini.*

CONSTANTINUS.

PAtriâ Romanus, (*ut Martinus in Chronico indicat, & Erfordiensis* †) frater Desiderii Regis Longobardorū, *juxta Martinum,** aut Dodonis, sive Thotonis, Ducis Nepotini, *juxta Sextum & Blondum*, † & Palsibi. *Liber pontificalis.* Homo non ita malus, ut videtur. Romæ invitus (ut ipse scribit *in epistola ad Pipinum*) ad Pontificatum pertractus est, cùm esset adhuc nullis sacris imbutus. Nam Paulo ægrotante, seu mortuo, Dolo a Constantino Imperatore & Desiderio excitatus, (*ut Bergomensis* * *indicat*) collectâ manu militum, in urbem per portam Pancratii irruit: & factione quondam civium adjutus, & armis, Philippum competitorem ejus repressit, & Constantinum Pontificem constituit: ita tamen, ut primùm clericus a Georgio, & sequenti die subdiaconus & diaconus; & ... ... a tribus episcopis, pro modo pontifex consecraretur: Anno Domini 767. *Sigebertus.*

¶ Scripsit *duas Epistolas ad Pipinum.*

In *priore* narrat, Paulum Papam esse mortuum; seq; invitum & immeritum ei surrogatum esse: & petit, ut Pipinus eo amore & fide se complectatur, quâ suos antecessores: ac mittit ei gesta Sanctorum.

In posteriore, iterum conqueritur, se nihil de pontificatu cogitantem, subitò violentâ manu multitudinis populorū arreptum, & ad munus illud collocatum esse: & petit, ut Pipinus in-posterum quoq; agat Ecclesiæ Dei defensorē: & rogat, ne de suâ erga se fide à malevolis sibi aliquid sinistri persuaderi sinat: & indicat, Constantinum presbyterū, à Theodoro Hierosolymitano patriarchâ, & aliis patriarchis, Synodicam attulisse, de cultu imaginum. quam idem Græcè & Latinè ei mittat: ut cognoscat, quantus fervor in Orientalibus, pro imaginibus, existat. In charta interstitia petit: ut Georgium episcopum, & Martinum & Petrum presbyteros, a Paulo ad se missos, dimittat; ut ad suas ecclesias & amicos revertantur: ac tandem obsecrat & obtestatur Pipinum, ne desinat Romanam defendere ecclesiam.

¶ Fisi de Dei misericordiâ, quâ peccatores acceptat, ... male in posteriore epistolâ ... ... : tamen Sanctos mortuos mediatores facit. Nam Mariam Dominam nostram dicit, & interventu beati Petri apostoli, bonis operibus coronam æternā promittit. Quæ hæretica & i... ... ... , & contumeliosa contra meritum Filii Dei, Domini nostri JESU CHRISTI, qui solus est mediator inter Deum & homines constitutus.

A ... imaginum cultu non videtur fuisse alienus. nam Synodicas Orientalium publicè legi curavit.

Romanæ ecclesiæ principatum & ipse omniat; & regna hujus Mundi, & gloriam eius, contra interdictū Christi, affectat: & omnem suam spem, in forti... ... brachiū regni Francorum, posuit: & totam provinciam Italiæ, per Pipinum, ... alterum Mosen & Davidem, a sancto Petro ... ... atam.

¶ ... ... endi munere non videtur esse functus. Ordi-

navit tamen presbyteros & diaconos; eosq; etiam ex laicis delegit: ut *Sigebertus & alii* annotant.

Marianus Scotus dicit, ipsum rogâsse Imperatorem Constantinum, & Leonem; ut Paulum Pontificem, in Græciâ, in exilium deportarent. Sed id verum non est. Adrianus de Paulo Anoπâ id petiit: ut constat *ex vitâ ejus*.

Romanos parùm habuit æquos: propterea quòd visus fuerat Longobardis & Constantino Imperatori favere; & in ejus sententiam nonnihil inclinare, non esse adorandas imagines. Quare superstitiosi & seditiosi quidam arma arripiunt; & Dodonem fratrem ejus interficiunt; eumq; captum in monasterium, ignominiose muliebri sedi impositum, deducunt; & Stephanum Pontificem designant: qui, convocatâ synodo, eum pontificali habitu exuit; & Apologiam ejus & acta comburit; & oculis & vitâ privat. *Liber pontificalis*. *Scotus* eum combustum esse scribit; cùm annum & unum mensem præsedisset.

PHILIPPUS.

Philippus presbyter, in monasterio Viti Romæ degens, à Waldiperto & factione ejus, Pontifex eligitur. Sed is à Gratioso, & aliis Romanis, patriarchio excussus, redit ad suum monasterium. *Liber pontificalis, & Sigebertus*: anno 767.

STEPHANUS III.

Stephanus, in Siciliâ ex Olivo natus, venit Romam: & a Gregorio III. in monasterium Chrysogoni missus, characteres Antichristi suscepit; & clericus atq; monach⁹ factus est. Zacharias postea, formâ ejus captus, cũ opus haberet turpitudinis instrumẽto, eum in Lateranẽsis patriarchii cubiculum transtulit; & presbyterum postea, in titulo Cæciliæ, consecravit: & nihilominùs, præ nimio castitatis ardore, eũ in priori esse voluit loco, in quo & Stephano II. & Paulo, suã præstitit benevolentiã: donec, Cõstantino per seditionẽ oppresso, ipse ad Pontificatũ, plurimorũ cruore, accessit: anno Domini 756. *juxta Antonius Chronicon*, seu 768. *juxta Sigebertum, Platinam, & alios*.

Scripsit *Epistolas* plures ad diversos. Nam statim in initio sui pontificatùs, *ad Pepinum* literas misit, & Legatos: ac petiit homines doctos Romam ablegari, qui in Synodo consilia sua conferrent, ad retractandum ea, quæ à Constantino, antecessore suo, malè fuissent acta. *Liber pontificalis*.

Circumfertur & alia *epistola ad Carolomannũ*: in quâ petit, ut sibi liceat esse cõpatrem, & testem Baptismi filii ejus. Itèm alia *ad Carolum & Carolomannum*: in quâ gratulatur eis, quòd post lites sibi invicem sint reconciliati: & petit, ut cogant Longobardos ea dare, quę de patrimonio Petri obtineãt. Itèm alia *ad Carolum & genitricem ejus*: in quâ gratias agit ipsis pro defensione: & cõmendat Itherium; quòd diligenter curârit, quæ ipsi erant cõmissa. Itèm alia *ad eosdem*: in quâ prolixè cõmemorat de insidiis, sibi per Dodonem Francorum præfectum structis; & de Desiderii erga se benevolentiâ, cujus armis se defensum esse indicat. Itèm alia *ad Carolum & Carolomannũ*: in quâ manibus pedibusq; obnixè conatur eis dissuadere, ne de gente Longobardorum uxores ducant; aut sororem suam, Gislam, Desiderii filio elocent in matrimonium. Hanc epistolam, quia plena est artibus Pontificiis, subjicimus.

Dominis excellentissimis filiis, Carolo & Carolomanno, Regibus Francorum, & Patritiis Romanorum. Stephanus Papa. Dum omnium electorũ Dei præcipuam vitam, & digna operũ merita, in nostram memoriã revolvimus: invenimus profectò, nulla eos potuisse qualitatis diversitate, ab totũ cordis statu, & pristina sponsionis constantiâ, amoveri. Unde & variis antiqui hostis suasionibus & blandimentis circumvallati, immutabiles in sua mentis firmitate constat permansisse: & ob hoc, cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerunt gaudia. Et nimirum considerandum est: quia si quis, quibusdam suasionibus demulcitum, victus fuerit, a recto confestim tramite, qui ducit ad vitam æternam per abrupta declinans devia, recontendat; ut ex hoc in proclivem delabatur noxam. Nam plerumq; certum est quia idem antiquus hostis per infirmam naturam, fidelium mentes subripere nititur. Hinc est enim, quòd olim A *primo homini, in paradiso constituto, per infirmam mulieris naturam, pestiferis valuit suadere blandimentis, divinum transgredi mandatum, & ob hoc, diræ mortis humano generi irrepsit excidiũ. Et ideò, præcellentissimi filii magni Regis, tanto studiosius ejusdem molimini inimici resistendum est, ne quemquam sui irretire valeat argumentis: quantò certius eius crebro insidiis, ad decipiendum corda, insistere. Itaq; nostra perlatum est notioni, (quod certè cum magno cordis dolore dicimus) eò quòd Desiderius, Longobardorum Rex, vestram persuadere dinoscitur Excellentiam, suam filiam unis ex vestra fraternitate in cõjugio copulari.* B *Quòd certè si ita est; hæc propriè diabolica est immissio: & non tam matrimonii conjunctio; sed consortiũ nequissimæ adinventionis esse videtur. Quam plures comperimus, (sicut divinæ Scripturæ historia instruimur) per alienæ nationis injustam copulam, a mandatis Dei deviare, & in magna devolutos facinora? Quæ est enim, præcellentissimi filii magni Regis, talis desipientia: ut penitùs vel dici liceat, quod vestra præclara Francorum gens, quæ super omnes gentes enitet, & tam splendiflua ac nobilissima regalis vestræ potentiæ proles, perfida (quod absit) ac fœtentissima Longobardorum gente polluatur? quæ* C *in numero gentium nequaquam computatur: de cujus natione & leprosorum genus oriri, certum est. Nullus enim, qui mentem sanam habet, hoc vel suspicari potest: ut tales nominatissimi Reges, tanto detestabili atq; abominabili cõtagio implicentur. Quæ enim societas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cũ infideli? Etenim, mitissimi & a Deo institutis benignissimi Reges, jam Dei voluntate & consilio, conjugio legitimo, ex præceptione genitoris vestri, copulati estis, accipientes, sicut præclari & nobilissimi Reges, de eâdem vestra patriâ, scilicet ex ipsâ nobilissimâ Francorum gente, pulcerrimas conjuges. & earum vos oportet amori esse annexos: &* D *certè vobis non licet, eis dimissis, alias ducere uxores; vel extraneæ nationis consanguinitate immisceri. Etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neq; avus vester, neq; proavus; sed nec genitor vester, ex alio regno, vel extraneâ natione cõjugem accepit. Et quis de vestro nobilissimo genere, se contaminare, aut commiscere cum horrida Longobardorum gente, dignatus est: ut nunc vos suademini, (quod avertat Dominus) eadem horribili gente pollui? Itaq; nullus, extera gentis assumtâ conjuge, innoxius perseveravit. Advertite, quæso, quãti qualesq; potẽtes, per alienigena cõjugia à præceptis Dei declinantes, & suarũ sequentes uxorũ alienæ gentis voluntatẽ,* E *validis irreptis excessibus, immensa pertulère discrimina. Impium enim est, ut vel penitùs vestris accedat cordibus, alias accipere uxores, super eas, quas primitùs vos certum est accepisse. Non convenit vobis, tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis, & alios, ne talia agant, corripitis. Hæc quippe Paganæ gentes faciũt. Nam absit hoc à vobis, qui perfectè estis Christiani atq; gens sancta, & regale estis sacerdotium. Recordamini & considerate, quia oleo sancto uncti, per manus vicarii B. Petri, cælesti benedictione estis sanctificati: & cavendum vobis est, ne tantis reatibus implicemini. Mementote hoc, præcellentissimi filii, quod sanctæ recordationis prædecessor noster,* F *Dominus Stephanus Papa, excellentissimæ memoriæ genitorem vestrum obtestatus est; ut nequaquam præsumsisset dimitti dominam & genitricem vestram: & ipse, sicut reverà Christianissimus Rex, salutiferis ejus obtemperavit monitis. Nam illud Excellentiam vestram oportet meminisse: ita vos B. Petro, & præfato vicario ejus, vel ejus successoribus, spopondisse; se amicis nostris amicos esse, & se inimicis inimicos: sicut & nos in eâdẽ sponsione firmiter dinoscimur permanere. Et quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis; & cum nostris inimicis conjunctionem facere vultis? dum ipsa perjura Longobardorum gens, semper Ecclesiam Dei expugnantes,* G *& hanc nostram Romanorum provinciam invadentes, nostri esse comprobantur inimici. Itaq; & hoc peto, ad vestri referte studere memoriam, eò quod, dum Constantinus Imperator nitebatur persuadere sanctæ memoriæ mitissimum vestrum genitorem, ad accipiendum conjugio filii sui germanam vestram, nobilissimam Ghisylam: neque vos alii nationi licere copulari; sed nec contra voluntatem Apostolicæ sedis Pontificum quoque modo vos audere peragi. Et quam ob causam nunc contra Apostolica mandata, & voluntatem vicarii Apostolorum principis, agere conamini; quod nunquam vester pater perpetravit? An nescitis, quòd non* H *infelicitatem nostram, sed B. Petrum, cujus licet immeriti vicem gerimus, spernitis? Scriptum est enim:* ᵃ Qui vos recipit; me recipit: & qui vos spernit, me spernit. *Recordamini, peto, excellentissimi filii, quomodo vos fideles dicere visus est prælatus vester dominus ac genitor, promittens in vestris animabus Deo,*

ᵃ *Matth. 10 vers. 40. & Luc. 10. 16.*

& B. Petro, atque ejus vicario antefato, sanctæ recordationis prædecessori nostro Domino Stephano Papæ, firmiter vos debere permanere erga sanctæ Ecclesiæ fidelitatem, atque omnium Apostolicæ sedis Pontificum obedientiam & illibatam charitatem: & postmodum prædecessori nostro, Domino Paulo Papæ, eadem vos una cum eodem vestro genitore, certum est, plerumque per missos & scripta promisisse. & post decessum antefati sanctæ memoriæ patris vestri, & vos ipsi sæpius, tam per vestros missos, quamque per literas, simulq́; & per Sergium, fidelissimum nostrum nomenclatorem, & per alios nostros missos nobis spopondistis; in eadem vos vestra promissione, sicut genitor vester, circa sanctam Dei Ecclesiam, & nostram fidelitatem, esse perseverantes. Sed & illud, quæso, ad vestri recerte memoriam; qualiter vos prælatus Dominus Stephanus Papa in suo transitu, per sua scripta, sub terribili adjuratione adhortari studuit: firma stabilitate vos esse permansuros erga dilectionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & illibatam charitatem Apostolicæ sedis Pontificum, & omnia vos adimplere juxta vestram, eidem Dei Apostolo adhibitam sponsionem. & nunc ista est vestra promissio? O quantum laborem sustinuit idem præcipuus ac beatissimus Pontifex qui ita imbecillis existens, tanto se exhibuit prolixi itineris periculo? & nisi Dominus præsto fuisset, in vacuum ejus labor decideret, fietq́; nobis iter illud, quod ibidem idem noster prædecessor Franciam properavit, in magnam ruinam: dum nostri inimici plus nunc, quam pridem, in superbia ferocitatem elevati sunt. Et ecce, quod verebamur, evenire cernimus: conversaq́; est nostra lætitia in luctum, & facta sunt novissima mala pejora prioribus: & unde exspectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ. Quapropter & B. Petrum principem Apostolorum, cui regni cælorum claves a Domino Deo traditæ sunt, ac in cælo & in terra ligandi solvendiq́; concessa est potestas, jugiter Excellentiam vestram, per nostram infelicitatem, obtestatur; simulq́; & nos, una cum omnibus episcopis, presbyteris, & cæteris sacerdotibus, atque cunctis proceribus, & clero sanctæ nostræ Ecclesiæ, abbatibus etiam, & universis religiosis divino cultui deditis, seu optimatibus & judicibus, vel cuncto nostro Romanorum istius provinciæ populo, sub divini judicii obtestatione, vos adjuramus, per Deum vivum & verum, qui est judex vivorum & mortuorum, & per ejus ineffabilem divinæ majestatis potentiam atque per tremendum futuri judicii diem; ubi omnes principes & potestates, & cunctum humanum genus, cum tremore assistere habebimus, nec non & per omnia divina mysteria, & sacratissimum corpus beati Petri: ut nullo modo quisquam de vestrâ fraternitate præsumat, filiam jam-dicti Desiderii, Longobardorum Regis, in conjugium accipere. Nec iterum vestra nobilissima germana, Deo-amabilis Ghysila, tribuatur filio sæpè fati Desiderii; nec vestras quoquo modo conjuges audeatis dimittere. sed magis recordantes, quæ beato Petro, Apostolorum principi polliciti estis, viriliter eisdem nostris inimicis Longobardis resistite: distringentes eos firmiter; ut propria sanctæ Dei Ecclesiæ, Romana Respublicæ reddere debeant. eò quòd omnia, quæ vobis polliciti sunt, transgredientes, nos quotidie affligendo & opprimendo, non cessant: etiam quia aliquid nobis reddere minime sunt inclinati; & jam nostros invadere fines nituntur; & tantummodò per argumentum in præsentia, de vestris missis, simulant justitias nobis facicndum. Nam nihil ad effectum perducitur & quicquam ab eis de nostris justitiis nequaquam recipere valuimus. Unde ecce, ut cuncti nostri dolores subtiliter vestris auribus suggerantur, direximus nostros missos, videlicet Petrum, dilectum filium nostrum presbyterum, & Pamphilum, defensorem Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ: quos & de imminente nobis tribulatione, nec-non & de singulis causis, subtiliter informavimus, vestro regali intimandum culmini & petimus, ut ite benigne eos suscipere, nostrasq́; petitiones vestras à Deo inspiratas aures accommodare digneminii & amplissimam liberationem, atque exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ, spiritualis matris vestræ & istius a vobis redemtæ provinciæ defensionem, perficere jubeatis ut perfectam remunerationem, a justo judice Deo nostro, intercedente ejus principe Apostolorum, B. Petro suscipiatis. Præsentem itaque exhortationem nostram atque adjurationem in confessione beati Petri ponentes & sacrificium super eam atque hostias de nostro offerentes, vobis cum lacrymis ex eadem sacra confessione direximus ut, si quis, quod non optamus contra hujusmodi nostræ adjurationis atq; exhortationis seriem agere præsumserit: sciat se autoritate Domini mei beati Petri principis Apostolorum, anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum; atque cum Diabolo & ejus atrocissimis pompis & cæteris impiis, æterni incendii concremandum deputatum. At verò, qui observator & custos istius nostræ exhortationis exstiterit; cælestibus benedictionibus a Domino Deo nostro illustratus, æterni præmiorum gaudii, cum omnibus sanctis & electis Dei, particeps effici mereatur. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Doctrina & errores ejus.

Scripturam ità flagitiose & veteratoriè citat: ut facilè videas, eum parùm reverenter de eâ sensisse.

Dominum nostrum Jesum Christum, honore & officio Mediatoris privavit; & Sanctos mortuos substituit. Petrum enim præmia iis, qui pro suo patrimonio fuerint soliciti, daturum, promittit: & Imagines Sanctorum adorari, & suffiri coli jussit.

Doctrinam de Justificatione coram Deo, per fidem Jesu Christi, planè ignoravit.

Vitam monasticam, & doctrinam dæmoniorum, professus est.

Chrisma æquiparavit Baptismo: *Sigebertus.* & adorandum dicit, *in Epistolâ.*

E Laico ordinari episcopum, summum judicavit piaculum esse.

Ordinationis vim & dignitatem, alligavit ad personam ordinantis: adeò ut à Constantino laico ordinatos jusserit denuò consecrari. *Sigebertus.*

Locis sanctitatem attribuit. Quare magnum peccatum commisisse judicat eos, qui in patriarchium & basilicam Theodori cum armis & clamore ingressi erant. *Liber pontificalis, & Epistola ejus.*

Esse ministrum Ecclesiæ, & ferre gladium politicum, & more Regum gentium dominari, non existimavit esse a Christo interdictum.

Opera in gubernatione.

De eius munere docendi, mutí sunt Scriptores.

Synodum coëgit Romæ, ad Constantini depositionem, & Actorum ejus abolitionem. *Sigebertus.*

Ordinavit diaconos, presbyteros, & episcopos, in Decembri. *Liber pontificalis.* Reordinavit à Constantino consecratos. *Sigebertus.* Aliud organum Antichristi præparavit, Adrianum, quem diaconum fecit.

¶ Antichristi notas gessit. Nam doctrinam in multis capitibus, ut paulò antè diximus, corrupit: & deos alienos, nimirum Sanctos mortuos, coluit, adoratione statuarum, & suffitu. (*Balæus in vitâ ejus*) & ædificiis, quæ in honorem eorum exstruxit. *Liber pontificalis.*

Nuptias damnavit, studio monastices promovendæ. & inter Francos & Longobardos conjugium planè damnat: quia metuebat, ne illi, sibi invicem *juncti*, pontificias plumas evellerent.

Baalismum promovit. Nam constituit, ut singulis diebus dominicis, *Gloria in excelsis Deo*, cantetur à decem Cardinalibus hebdomadariis. *Epitome Mundi.*

Extulit sese supra Ecclesiam Dei, & in eam principatum exercuit. Nam Mediolanensem ecclesiam, hactenus à jugo pontificio liberam, sibi per vim subjecit. *Balæus in vitâ ejus.* Ravennatensibus Michaëlem episcopum, sibi non admodum ad res suos commodum, eripuit; & alium sibi addictum surrogavit, non sinè sanguine. *Liber pontificalis.*

Seditiones excitavit; bella gessit: & per Francos Desiderium coëgit, multa concedere beato Petro, quæ nunquam illius fuerant. *Liber pontificalis*

¶ Cùm annos circiter 4. præfuisset obiit, anno Domini 772. *juxta Marianum. Librum pontificalem. Platinam.*

In Epitome Mundi, Stephanus Papa a Constantino Imperatore interfectus scribitur. Sed id verum non est: de alio enim Stephano monacho intelligendum.

[illegible] ET
Constantino

ADRIANUS.

PAulus Romanus, ex celebri ac opulentâ familiâ, patre Theodoro, de regione Viæ latæ natus. *Marianus in Chronicis, & Liber pontificalis.* Mortuo genitore, à propinquo suo Theodoto, olim Consule & Duce, jam verò Romanæ ecclesiæ primicerio, educatus est. Paulus Papa eum Clericum, & Regionarium notarium, & postea Subdiaconum, constituit. A Stephano III, Diaconus ordinatus, Evangelium vivâ & elatâ voce prælegere cœpit: & tandem a populo & clero electus, ad pontificatum ascendit. *Liber pontificalis.* Anno Domini 772. *juxta Sigebertum.* In quo non tam Sacerdotis, quam Principis & Regis animum gessit: ut in sequentibus dicemus.

¶ Scripsit *Epistolam ad Tarasium*, quæ exstat in Actione 2. Nicænæ II. * & *Epistolam ad Constantinũ & Irenem*: in quâ adorationem Imaginum asserit, & Patrum dictis probat; quæ in Actione 2. Nicænæ II. legitur, & approbatur. *Sigebertus in Chronico*, meminit ejus libri, *de Imaginum cultu.*

* Tomo 2. Concil.

Accepimus ejus *Epistolas 44. manuscriptas ad Carolũ*: quarum argumenta indicare, operæ-precium duximus.

In prima, queritur de Archiso duce Beneventano; quòd, postquam Carolus Rex à Capuanâ urbe revertisset, ad Imperatorem Constantinopolitanum missos suos direxerit, petens auxilium & honorem Patritiatùs; promittens, tam in vestitu, quam in tonsurâ similitudinẽ. Hæc Gregorius, presbyter Capuanus, Adriano Papæ narravit. Adrianus Capuanos B. Petro, sibi, & Imperatori, jurare fecit. Carolũ Imp. in auxilium vocat, pro exaltatione S. Ecclesiæ.

In secunda, pro exaltatione S. Dei Ecclesiæ gratias agit. Ermemberto episcopo, ut Carolus petierat, usum pallii cõcedit. Invocationem Sanctorum, & primatum Romanæ ecclesiæ, asserit.

In tertia, gratias agit pro Rosellis, Populanio, & Beneventanis civitatibus, quas Carolus ipsi dederat. Queritur de inobedientiâ horum; itèm de insidiis & malitiâ Græcorum. Exercitus, cum necesse fuerit, ut Carolus paratos habeat, atq; transmittat, sicut promiserat; petit.

In quarta, multa de suo erga ipsum amore indicat. Itèm, quòd pro eo, in confessione B. Petri, totis viribus preces fundat. Gratulatur Carolo, quòd per ejus laboriosa certamina, Petro suffragante, hostiũ Ecclesiæ conatus ad nihilũ redacti sint. Malè citat dictum. † *Qui perseveraverit usq; ad finem, salvus erit.* Quòd promiserat, se nunquam pro Ecclesiæ deminoratione; sed pro ejus exaltatione omnia facturũ; gratias agit. Si quis mendacia de se sparserit, ut Romã mittat, ut secundùm sua perversa merita puniatur: Carolum orat. Postea multa habet de parochiis episcoporum. Totus est pro invocatione Sanctorum & Primatu.

† Matth. 10. vers. 22.

In quinta, indicat, se jussisse, ut Veneti Ravennâ seu Pentapoli expellerentur: ũ. Geramannũ Ducem res ac possessiones Ravennatis ecclesiæ invasisse. Quare Carolum orat, pro amore Petri, eum expellat: ut sua territoria intacta permaneant.

In sexta, Paulum ducem suum Carolo cõmendat: qui ad ipsum missus fuit; ut se, & Constantinum ducem, de mendaciis falso apud Carolum sparsis, purgaret.

Septima, gratiarum-actiones seu benedictiones continet: & simul indicat, Sacramentorium, quod Carolus Rex petierat, se per Johannem monachum, atque abbatem civitatis Ravennatum misisse.

In octavâ pro cruce missâ, gratias agit: & scribit, se semper pro Carolo orare, & pro genitore ejus sanctæ memoriæ. Orat, ut legatos suos dirigat; qui Romanæ ecclesiæ Populoniense ac Rosellense territoria restituant, cum partibus ducatûs Beneventani: mercedem a beato Petro promittit.

Indicaverat Carolus Rex Adriano Papæ, per Itherium & Monegatium abbates, Saxones quosdam in Paganismum relapsos esse; deque iis, quid agendum esset, interrogavit. Respondet Adrianus P[illegible] post longam pœnitentiam illos posse recipi. *In epistola nona.*

In decima, pro abbate venerabili monasterii sancti Vincentii intercedit; qui falsò apud Carolum accusatus fuerat.

In undecimâ, de episcopis ac presbyteris agit, ne arma militaria induant; sed spiritualia, id est, jejuniis & orationibus vacent: & visionem Johannis monachi, quâ admonitus erat, fidem ecclesiæ Romanæ esse mortuam, pronuntiat vanam.

Undecima laudes quasdam Caroli continet; & gratiarũ-actiones, pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ. Indicat de territorio Savinensi, quòd Machinarius, fidelissimus ejusdem Regis, ipsum cum partibus S. Petri contradere voluerit; sed quòd, propter iniquos atque perversos homines, minimè potuerit.

In duodecimâ, Carolo Regi mosivum ac marmor palatii Ravennatensis, tam in templis, quam in parietibus & stratis sita, sicut petierat, donat. Pro equo misso gratias agit; orat sibi mitti equos, qui ad suam faciant sessionem, ossibus atque plenitudine carnis decoratos.

In decimatertiâ epistolâ ad Carolum indicat: Itherium & Monegarium, territorium Savinense partibus S. Petri reddere voluisse; sed propter iniquos homines minimè potuisse.

In decimâquartâ continẽtur gratiarum-actiones, pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ: & de territorio Savinensi petit; ut, sicut pollicitus fuerat sancto Petro, in integro contradi jubeat.

In decimaquintâ Carolum monet, ut trabes majores, quas ad Ecclesiarum restaurationes pollicitus fuerat, mittat celeriter; & stannum, ad ecclesiam beati Petri cooperiendam. Præterea, de dissidiis inter Neapolitanos & Amalfitanos scribit.

In decimasextâ, de suis & Romanorum orationibus pro Carolo indicat. Romanos excusat, quòd non vendiderint Saracenis Christianos: sed in Longobardos ac Græcos culpam istam transfert. Sacerdotes etiã suos excusat, quòd non sint polluti libidinibus; de quibus ad Carolum accusati erant. Invocationem Sanctorum tradit. Gloriatur, quod Græcorum naves combusserit plurimas; & ipsos Græcos in vinculis diu detinuerit.

In decimâseptima ad Carolum, Neapolitanos ac Græcos accusat; quòd consilio Atichis, Beneventanorum Ducis, civitatem suam Terracinensem invaserint: & à Carolo, Petri amore, auxilia postulat; ut ipsam, & alia in ducatu Neapolitano ad B. Petrũ pertinẽtia, recipere possit: quòd virtus atq; gloria Papæ, una cum beato Petro, Carolus sit.

In decimâoctavâ, de suo ac populi amore erga Carolum, multa scribit: & orat, ut, quod pollicitus fuerat, revertens à Saxoniâ, ad limina Petri Apostoli properet: & Legatos ejus, Possessorem episcopum & Rabigandum, à fidelitate in servitio sancti Petri commendat.

In decimânonâ, orat pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ: & simul de orationibus Romanorum, pro Carolo & suis, indicat.

In vigesimâ, per Oddonem diaconũ missâ, trabes seu ligna, ad ecclesiam sancti Petri, a Carolo petit. Orat etiam, ut Wilcharius archiepiscopus Romam mittatur, de corpore sancto; quod Oddo [illegible] cum Julrado abbate, olim sibi dari petierit [illegible] quomodo abstulerit, ut ad ipsum mittere. Promittit [illegible] thesaurum Candidi martyris corpus; si petat Carolus. Quod Beneventani ac Neapolitani conspirare cum Græcis [illegible] at: sed quid, Oddonem [illegible] illum thesaurum, promittit.

In vigesimâprima, Constantinum Imperatorem obiisse indicat; admissis eâ de [illegible] Stephani, Neapolitani episcopi. Reginaldum Ducem Clusanæ accusat; quòd multa mala in castello Felicitatis, indesinenter agere non desistat, beati Petri bona auferendo. Petit, ut officio amoveatur.

In vigesimâsecundâ queritur, Hildebrandum, Arogin, Rodgaudum, nec non Raginaldum, Duces, consilium inisse cum Græcis & Adelgiso terrâ mariq; contra Romam & [illegible] dimicare: quare multis adjurationibus à Carolo auxilium contra eos postulat.

A *In vigesimâtertia* indicat, quale consilium legatis ejus dederit. Itèm de Legatis Græcorum, cum dispositore Siciliæ: quòd cum relictâ Archisi Ducis consiliati sint, qualiter ducatum Beneventanum Carolo Regi subtrahere possent. Orat itaque Carolum, sic omnia pertractet; ut suam & ecclesiæ Romanæ securitatem procuret.

In vigesimâquartâ queritur, se despectum à Possessore episcopo, & Rabigando abbate, Caroli Legatis. indicat, ipsos non venisse Romam; sed Spoletum, ad Hildebrandum Ducem: & indè Beneventum profectos esse. B In quanto ob id mœrore constitutus sit, scribit: orans Carolum, ut se consoletur, exaltando ecclesiam Romanam; Spoletinum ducatum reddendo.

In vigesimâquintâ indicat, quòd patrimonium S. Petri, apud Ravennatenses, non in integro receperit; testificantibus id senioribus Ecclesiæ, testibus ejusdem urbis. Petit, patrimonium Savinense in integro sanctæ Ecclesiæ reddi: indicans, se nullorum irrationabiliter finibus indigere.

C *In vigesimâsextâ*, Carolo gratulatur pro victoriâ, quam ipsi Austridus, Pisanus abbas, narraverat: quàm diligenter pro ipso preces faciant indicat. Austridum Carolo commendat: pro Pisano & Lucano episcopis orat; ut ipsos, pro suâ pietate, ad proprias sedes atq; Ecclesias redire sinat.

In vigesimâseptimâ indicat, quòd in partibus Italiæ atque Tusciæ, alterutrùm episcopi diœceses & parochias invadant; vestem monachicam, contra sanctos Canones, relinquant; matrimonia contrahant, vestibus secularibus induti. Orat itaque Carolum, ut ista emendet: ut fidem D Catholicæ & Apostolicæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ amplexam, in ævo sinè errore adstruat; ut cum Sanctis omnibus permaneat.

In vigesimaoctavâ, propter inobedientiam, Leonem Ravennatium episcopum accusat.

In vigesimanona, uberrimæ benedictiones, vel potiùs adulationes, pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ, continentur. Indicat, se mittere epistolam Johannis, Gradensis [illegible] Hanc a Leone, archiepiscopo Ravennatensi, [illegible] apertam & lectam fuisse, queritur: ideoque Leonem E [illegible]

[illegible] *trigesima* orat Carolum, ut meminerit, quæ Petro A- [illegible]; quanta etiam beneficia ab ipso acce- [illegible] Longobardorum; & quòd ejus [illegible] nationes sibi su- [illegible] Ravennatensi indi- [illegible], quòd ad Carolum profectus sit.

In [illegible] *gesimâprimâ* iterum vehementer Leonem Ravenn[illegible] archiepiscopum accusat; quod inobediens & protervus factus sit, ab illo tempore, quo a Carolo rediit: & F Carolum orat, ne Petro auferri patiatur, quæ ab ipso, & Pipino patre ejus, ipsi Petro oblata sunt.

In trigesimâsecunda multa admodum, de fide & constantiâ sui amoris, Carolo scribit. Admonet illum, ut amicitiæ, & promissionis ad confessionem Petri factæ, recordetur. Cum eodem expostulat, quòd legatum suum Anastasium in Franciâ detineat. Accusat Longobardos: hortaturque Carolum, ut in ipsos vindictam exerceat; & Petri justitias, quas promisit, faciat. Indicat, se Carolo Paulinum quendam vinctum misisse; quòd male de eo [illegible] cutus esset: ipsumq; conjurat, ut idem de suis inimicis faciat. G

In trigesimâtertiâ gratiarum-actiones continentur, cum petitione, pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ. Idem de missis Caroli Regis, qui Autumni tempore Romam venire debuerint.

In trigesimaquarta, de præda [illegible] arum in finibus C[illegible] rum, & inter [illegible] indicat.

In trigesimaquinta g[illegible] arum [illegible] continentur. & plurimæ petitione[illegible] patrimonii B. Petri. Meminit donationis Constantinianæ temporibus Sylvestri Papæ factæ: & a[illegible] rum, qui pro anim[illegible] mer- H cede mult[illegible] donarint B. Petro quæ a Longobardis erepta sint: ac dic[illegible] in Lateranensi scrinio ea donationes hab[illegible]ri. Carolum, novum Constantinum nominat: orat, ut sibi filium ejus ex sacro baptismate suscipere liceat.

A *In trigesimasexta*, Petrum Carolo maximè commendat; & orat, ut Saniente territorium eccles. Romanæ integrum restitui faciat. Dicit, Romanam ecclesiam totum quartum Chalcedonense concilium amplecti & venerari.

In trigesimâseptimâ, ipsum fidei ac dilectionis, quam erga B. Petrum, Apostolorum principem, habere pollicitus est, admonet: utq; illam inconcussam & insolubilem, & nullâ callidâ versutiâ, ab Apostolico amore animum disjungi patiatur, orat. Postea Eleutherium & Gregorium quen- B dam accusat: & petit, ne illos apud se agere permittat; sed Romam mittat.

In trigesimâoctavâ, commendat Carolo Legatos monasterii S. Hilarii in Calligatâ. orat, ne ipsum, seu hospitales, qui per colles Alpium siti sunt, in susceptionem peregrinorum, ab ullâ magnâ parvâque personâ invadi sinat: ut Gundibrando Duci Florentino mandet; ut, quæ eidem monasterio abstulit, reddat.

In trigesimânonâ, ipsum mendacii arguit, & objurgat; quòd Ravennam, ad electionem novi Pontificis, missos C suos direxerit.

In quadragesimâ indicat, quomodo contentionem monachorum, ad se missorum, composuerit: & quòd Potho abbas, cum decem monachis, ad Carolum Regem proficisci voluerit; ut ibidem quoque de objectis criminibus se purgaret.

Carolus, per Georgium episcopum, Papæ de suis certaminibus, & laboribus pro B. Petro, indicaverat. Quare Papa ipsi gratias maximas agit; commendans ipsi Georgium episcopum, *in epistolâ quadragesimaprimâ*.

D *In quadragesimasecunda* indicat, Adalchisum, Desiderii filium, in Calabriæ partes advenisse. Orat Carolum, ut contra hunc bellum gerat; & Beneventanos cum aliis obedire cogat. Itèm, ne Grimoaldum Ducem Beneventanum cõstituat: ut Beneventum, Rotellas, Populonium, & alia loca, S. Petro reddat.

In quadragesimâtertiâ indicat, Offæ, Regis Anglorum, missos, cum Caroli missis, honorabiliter a se susceptos: quòd Carolus per suos legatos petierat. Totus est pro primatu: multa Scripturę dicta congerit, nihil ad propositum E pertinentia. Scribit, se non ab hominibus, nec per hominem electum esse; sed per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, vocatum in Evangelium ejus, & prædestinatum. Scribit, se permittere, divinum verbum gentibus prædicari.

Indicaverat Carolus Rex, quòd per laboriosa certamina Saxones, ad fidẽ Catholicam, ac baptismatis fontem perduxisset. Petierat ob id, ab Adriano, unâ aut duabus feriis Letanias fieri. Respondet Papa, in omnib' suis partibus, 23. 26 & 28. mensis Junii, debere fieri Letanias. Jubet, ut Carolus F iisdem diebus, in omnibus suis regionibus, Letanias fieri curet. Indicat, quòd Romæ indesinenter pro Carolo gratias agant, & Deum orent. *Epistola quadragesimaquarta.*

Scripsit etiam ad alios quosdã; ut *ad Egilam*, in Hispaniâ episcopũ: ipsumq; hortatur, de fide orthodoxâ tenẽdâ, pro Jejunio sexta feriâ, ac sabbato, celebrando. Abutitur sacræ Scripturæ testimoniis: * *Ecce ego vobiscũ sum, usq; ad consummationem seculi*, illam promissionem pro Petro citans.

* Matth. 28. versu 20.

Idem *ad Egilam episcopum*, seu *Johannem presbyterum*, de consecratione, vel constantiâ in Hispaniæ partibus prædi- G candâ, epistolam scripsit: & de Paschali festivitate; ut eo tempore celebretur, quando a Romanâ celebratur ecclesiâ: itèm de Prædestinatione hominis, sive ad bonum, sive ad malum: de coinquinatione eorũ, tam in cibis, quàm in potu: seu & de diversis erroribus; & de eorum pseudosacerdotibus, qui vivente viro sortiuntur uxores, & de libertate arbitrii: ac alia multa capitula, in partibus illis contra fidem Catholicam orta. In fine ipsos monet, ut omnes sint cõcordes; ut Canones sciant; ut omnes non-obedientes salubribus præceptis excommunicent.

H Idem Adrianus Papa *Epistolam ad omnes Hispaniæ episcopos* scripsit; maximè tamen ad Elephandum & Velatcariũ. In hujus epistolæ initio, Romanam ecclesiam caput omnium membrorum, seu aliarum ecclesiarum, nominat: & quicunque se ab hac abs[illegible] indi[illegible] nc Christianæ religio-

nis

nis extorrem fieri, dicit. Deinde refutat Elephandi seu Ascarii errorem, quâ filium Dei adoptivum dixerat; opponens inter alia dictum Rom. 8. * *Proprio filio non pepercit.* & citat Athanasium Alexandrinum episcopum, Gregoriũ Nazianzenũ, Amphilochium Iconii episcopum, Gregorium Nyssenum, Chrysostomum, Augustinum, Hilarium, Leonem Papam.

* vers. 32.

Doctrina & errores ejus.

Sacram Scripturam parvi fecit. Nam veteratoriè eam detorquet ad sensum alienum; & traditiones Patrum ei præfert: *in epistola ad Constantinum*

Pro Christo mediatore unico, beatum Petrum, & alios Sanctos mortuos, substituit intercessores, gubernatores Ecclesiæ, inspectores & compẽsatores bonorum operũ, & datores vitæ æternæ: & ad Petrum accõmodat dictum; † *Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationem seculi.* & Petri auxilio Francis omnium nationum subjectionem promittit: *in epistola sua ad Carolum.*

† Matth. 28 vers. 20.

Doctrinam de verâ invocatione planè depravat. Nam non verum Deum; sed imagines & statuas Sanctorum adorari & coli docet. *in epistolâ ad Constantinum,* in Actione 2. Nicænæ II. Neque tantùm in nomine Jesu; sed etiam in nomine Sanctorum mortuorum, orandum esse, censet, *in eâdem epistolâ.* & *in alia ad Carolum.* Neque tantùm pro vivis; sed etiam pro mortuis, preces fecit: ut patet *ex epistola 8. ad Carolum*; in quâ pro genitore ejus se orare narrat. Ac adorationi imaginum & contemplationi, asscribit salutem eam, quam populus Israëliticus consecutus est, intuens in æneum serpentem. *in epistolâ ad Constantinum.*

Claves sibi commissas esse censuit, ad Reges & Principes terrendos; & sibi subjiciendos, quos vellet, pro suo arbitrio.

Opera, juxta traditiones humanas facta, commendat; eisque asscribit meritum vitæ æternæ.

Doctrinam de Ecclesiâ prorsùs depravat. Nam ad traditiones pontificias eam adeò alligat: ut apertè omnes damnet, qui non eas observent; & Pontificem pro capite agnoscant. *In epistolâ ad Hispanos.*

Itèm doctrinam veram, de discrimine vocationis Apostolicæ, & aliorum Ministrorum. Nam se non ab hominibus, neque per hominem, electum esse; sed per Christum vocatum in Euangelium, & prædestinatum: & se permittere, ut Gentibus Euangelium prædicetur. *In epistolâ ad Carolum.*

Doctrinam de discrimine Ministri ecclesiæ, & Magistratûs, corrumpit: & existimat, vicario Petri licere, regna hujus Mundi possidere, per fas & nefas acquisita; & utrumque gladium gerere, & bellare; imperia & regna trãsferre; Reges constituere aut deponere: oblitus illius Christi: * *Principes gentium dominantur, vos autem non sic.*

* Luc. 22 v. 25. 26.

Opera ejus in gubernatione.

In Pontificatu eum docendi munere functum esse; non indicant Historici.

Eliphandum hæreticum refutavit: ut patet *ex epistolâ ad Hispanos.*

Baptismum administravit. Nam Pipinum, Caroli Magni filium baptizavit Romæ, anno 781. & simul compatrem (ut vocant) ejus egit. *Regino.* * *Liber pontificalis.* Et Theodonem, Thassiloni Ducis Bavariæ filium, ab eodem baptizatum esse, *Aventinus* † refert.

* lib. 2.

† lib. 3.

Et Missam in Paschali festo celebravit, in basilicâ Mariæ. *Liber pontificalis.*

Ordinavit presbyteros 24. diaconos 7. episcopos, per loca diversa, 185. *Liber pontificalis.*

Synodos duas celebravit, *juxta Chronicon Aeditui.* & ad alibi indictas Legatos suos misit; ut ad Nicænam II. & ad Francofordianam: ut constat *ex Actis.*

¶ Antichristi vicarium in plerisque egit. Nam deos alienos, omnium Sanctos mortuos, veneratus est, adscribendo iis divinos honores: quòd ubique sint; quòd inspiciant corda invocãtium; quòd gubernent Ecclesiam; quòd beneficia conferant in suos cultores, ut paulò antè indicavimus.

Ædificando, ad cultum & honorem illorum, splendida ædificia. Nam catalogum propemodum infinitum *Liber pontificalis* enumerat, templorum & basilicarum, & cœmeteriorum intra & extra muros Romæ, partim instauratorum; partim exornatorum; partim a fundamento exstructorum, in honorem Sanctorum.

Erigendo iis statuas & imagines; easq; auro & argento decorando, & adorando. Nam Pauli imaginem ex auro fecit; & altare ejus auro exornavit. *Liber pontificalis.* Et adorari eas jussit: ut patet *ex Actis Nicæna II.*

Et reliquias eorum transferendo, & distribuendo, ut res sanctas, & ad superstitionem efficacissimas. Nam in ecclesiâ Petri multas reliquias posuit. *Liber pontificalis.* Et Candidi martyris corpus Carolo, si petat, se missurum promittit: *in epistolâ 20.*

Diaboli præceptum, de vitandis nuptiis, egregiè promovit; nimiùm efferendo vitam monasticam. Nam in cœnobio Stephani monachos instituit. *Martinus.* Monasteriũ Honorii Papæ reparavit, & Laurẽtii, & Victoris, & Adriani. *Liber pontificalis.*

Traditionibus & decretis suis, ritus in Ecclesiâ peragi solitos, ad ædificationem, cõmutavit in Baalismum. Nam Ambrosianam missam ubique abrogavit; exceptâ ecclesiâ Mediolanensi, quæ ejus tenacissima fuit: & Gregorianã observari præcepit. *Flores temporum.* & *Wernerus in Fasciculo temporum.* Et in Offertoriis, & versibus eorum, geminationem instituit. *Sigebertus in Chronico.* & Carolo cantores misit; qui in Gallicanis ecclesiis, diversitatem cantuum, ad Romanam reduxerunt conformitatem: anno Domini 790. *Sigebertus.* In ecclesiâ Petri Romæ, jussit monachos ad S. Stephanũ, cum tribus monasteriis, quę Gregorius III. instituerat, dies noctesq; boatus suos continuare. *Chronicon Martini.* Ac, quò omnia essent splendidiora; multas vestes, & patinas, & calices, & altaria, & similia ad pompam spectantia, curavit de auro, argento, & gemmis, & aliis rebus preciosis, fabrefieri: quæ *in Libro pontificali* prolixè enumerantur.

Principatum exercuit in Ecclesiam Christi, sub prętextu commentitii primatûs Petri. Nam omnes sibi subesse voluit; ut patet *ex epistolâ ad Hispanos:* & ad ceremonias Romanas omnes obligavit. Synodos non nisi de suo consensu celebrari voluit; & secùs factas damnavit: ut patet *in epistolâ ejus ad Tarasium, & Constantinum & Irenem, in Actis Nicæna II.*

Potestate clavium abusus est, ad suam tyrannidem stabiliendam, contra Ecclesiam & viros Politicos. Nam in Thassilonũ, nisi pareat Carolo, anathema se pronunciaturum, minatus est. *Regino,* * & *Aventinus.* †

* lib. 2.

† lib. 3.

In regnis hujus Mundi, sibi & Romanæ ecclesiæ acquirendis, per fas & nefas; iisq; defendendis & amplificandis, dies noctesq; totus fuit. Ac ad eam rem usus est, tum suis, tum Francorum armis: quos miris modis fascinavit; ut putarent, se S. Petro & Deo cultum præstare, si Longobardis sua eriperent, & Pontifici traderent: qui illa bona sibi vendicabat, cõmentitiis & suppolititiis donationem, Constantini, & aliorum Regum, instrumentis: ut patet *ex epistolis ejus ad Carolum.* Nam effecit, ut Carolus Magnus sibi donationem patris sui Pipini confirmaret; & jurejurando se adstringeret, ad rerum donatarum traditionem. *Liber pontificalis.* & *Antoninus.* Armis ejusdem, Desiderium Longobardorum Regem oppressit: & Longobardos, Spoletinos, & Reatinos, sibi subjecit, & Spoletinis Hildeprandum Ducem constituit. *Liber pontificalis,* & *Blondus.*

Reges instituendi & deponendi, & regna mutandi & transferendi, ac Regibus imperandi, potestatem sibi arrogavit. Nam Caroli Magni duos filios unxit Reges, & Patricios Romanos fecit. *Sigebertus, anno 787.* Et in ipsum Carolum, jus Imperatoris Constantinopolitani transtulit, Pontificem Romanum eligendi, & investiendi (ut vocant) episcopos ac metropolitanos: anno Domini 775. *Sigebertus.* Thassiloni imperavit, sub pœnâ excommunicationis; ut in fide Caroli permaneret. *Regino* * Bertham, uxorem Carolomanni, duam, cum Desiderio Longobardorũ Rege, regno uxore, atq; liberis, in perpetuum se

* lib. 5.

vituteem Carolo tradidit. *Balæus, in vitâ ejus.* Hinc est, quòd Adrianum regio animo fuisse præditum, *Aemylius* † dicit.

† lib. 2.

Sociis suis, in cultu Dei alieni Maosim, distribuit regna hujus Mundi, & gloriam ejus. Nam Willehadum, Bremensem episcopum, per Carolum constituit: ut patet *ex Saxoniâ Crantzii.* * Longobardis, suæ fidei se-se committentibus, sedem in Vaticano concessit: & Saxonibus Romam venientibus locum dedit. *Blondus.* † Ad Ecclesiam Vedasti prædia emit. In urbe Româ aquæductus, & muros, & alia ædificavit: captivos liberavit. *Liber pontificalis.* Et suos clericos præstitit liberos à judicio forensi. *Balæus in vitâ ejus.* Et iisdem, à Carolo de libidine accusatis, patrocinatur: *in epistolâ ad eundem.*

* lib. 2. c. 29. † Dec. 2. li. 1

¶ Cõmendant eum Pontificii, à castitate, fortitudine animi, & liberalitate in pauperes: maximè verò illâ, quòd, Tiberi exundante, lembis & scaphis victum advehi curavit illis, qui erant aquâ circumfusi. *Liber pontificalis.*

Obiit autem in Natali Domini, anno 796. *juxta Reginonem,* * & *Adonem,* † & *Sigebertum*: Imperii Constantini 7. *Paulus Diaconus,* * cùm præfuisset annos circiter 24.

* lib. 2. † Æta. 6. * lib. 23. Rom.

LEO III.

PAtriâ Germanus, frater Comitis de Calwe in Sueviâ, *juxta Gigantem in Floribus temporum*: seu Romanus, ex patre Aigulpho, aut Azulpho, aut Arstulpho, aut Azzupio. variant enim authores, *Martinus, Erfordiensis, Platina, & alii.* Ad Pontificatum, à clero & populo electus, pervenit: anno Domini 796. in Natali Stephani: homo Pontificum artibus probè instructus; & hypocrisi fucatus; astutiâ & facundiâ præditus.

¶ Non est dubium, quin ad minimum plures *Epistolas ad Carolum*, & *ad alios*, scripserit. Sed malitiâ Pontificiorum suppressæ sunt. *Caus. 2. q. 5. c. Auditum est.* pauca exstant verba ejus; quibus se-se Romæ purgavit jurejurando, de criminibus objectis.

¶ Quantum colligi potest ex actis ejus; eosdem errores fovit, quos sui antecessores: de mortuorum Sanctorũ intercessione; & cultu iis præstando, adoratione, statuis, imaginibus, templis, & veneratione reliquiarum.

De Justificatione per opera electitia.

De prohibendis Nuptiis.

De Principatu Romanæ ecclesiæ: & quòd non liceat Pontificem Romanum à quoquam judicari, aut ullo modo cogi, ad purgandum se-se de criminibus, nisi sponte suâ id faciat. *Caus. 2. q. 5.*

De cõfusione potestatis ecclesiasticę & politicę. Utramque enim sibi arripuit: & regna Mundi, & gloriam ejus, suis mancipiis distribuit: ut postea dicemus.

¶ Munere docendi, & vitia reprehendendi, & ægrotos visitandi, eum perfunctum esse, volunt *Liber pontificalis, Platina, & alii.*

Synodum ex suis asseclis convocavit Romæ; in quâ se-se de crimine purgavit. Et Aquisgrani in Synodo fuisse scribitur.

Ordinavit episcopos, presbyteros, & diaconos. *Liber pontificalis.*

¶ Vicarium Antichristi in plurimis egit. Nam deos alienos, Sanctos mortuos, honoravit. Padelburnæ enim altare, in honorẽ Stephani, cõsecravit; ejusq; reliquias Româ allatas eò collocavit; & diẽ anniversariũ ejus consecrationis, festivum esse jussit. *Crantzius in Metropoli.* * Corpus Alexandri, filii Felicitatis, Walberto, filio Witekindi, donavit. *Rudimentum novitiorũ.* Et Mariæ & Sanctis gratias egit, postquam se purgavit de crimine. *Liber pontificalis.*

* lib. 1. c. 21

Sanguinem adulterinum (quem ex crucifixo quodam ligneo fluxisse, impostores dixerant: ut statuarum idololatrias, dum adhuc in quæstione essent, confirmarent) pro verò Christi sanguine (horribile dictu) haberi voluit. Et Mantuam profectus, (ubi huc-usq; servatur, salutatur, adoratur) sic esse, suâ autoritate approbavit, ac Bullis confirmavit: addito illi quotannis, in maximam Christi derogationem, solenni die festo. Ità tunc prævaluit potestas tenebrarum! *Balæus.* *

* Centur. 2.

Clavium potestate abusus, indulgentias seu peccatorum veniam pollicitus est, diem anniversarium dedicationis ecclesiæ Padelburnensis ad 8. Decembris celebrantibus. *Crantzius in Metropoli.* *

* lib. 1. c. 21

Nuptias damnavit, professione cœlibatûs; exaltatione & nimiâ prædicatione vitæ monasticæ.

Auxit & cumulavit ritus Baaliticos, ex superstitione. Nam instituit, ut sextâ feriâ summus Pontifex, cum omni clero & populo, ab ecclesiâ Mariæ ad Præsepe egrediens, pergat cum hymnis & canticis ad ecclesiam Salvatoris: & feriâ tertiâ, ab ecclesiâ Sabinæ fiat initium ethnicæ circuitionis, usq; ad sanctum Paulum: & feriâ quartâ, ab ecclesiâ Hierusalem, usq; ad Laurentium, foris muros existentem. *Martinus in Chronico, & Erfordiensis.* † Et thuris usum, Ethnicorum more, primus altaribus assignavit: & vestes, & vasa, & alia multa, ad pompam in ecclesiis fecit. *Liber pontificalis.*

† lib. 24. c. 69.

Super Ecclesias Dei se-se extulit: *2. Thess. 2.* † A nullo enim judicari voluit: & de criminibus objectis jurejurando se purgavit. *Ado,* * *Regino,* † & *Caus. 2. q. 5.* Et archiepiscopatum de Bathaviâ, & Laureaco, Juvaviam transtulit: anno Domini 798. *Aventinus.* *

† vers. 4. * Æta. 6. † lib. 2. * lib. 4.

Aquisgranum, ut sedes regia esset, & caput Galliæ trans Alpes, ad Caroli petitionem, constituit: ut patet *ex bullâ Caroli, in Rudimento Ptolemæi Lucensis.*

Pontificum decreta, omnium Doctorum scriptis præponenda esse, statuit. *Balæus.*

Regna hujus Mundi occupavit, & gloriam ejus: ac potestatem ea transferendi, & distribuendi cui velit, sibi sumsit. Nam, cùm pontificatum iniisset; & animadverteret, varia à Senatu Romano tractari consilia, de excutiẽdo jugo Imperatorum Græcorum: ipse metuens, ne eâ ratione, vel à Senatu in ordinem redigeretur; vel Romani à Græcis superarentur; id consilii cepit: consultissimum fore, ut Roma Pontificis potestati sit subjecta; ac is fortissimo Francorum brachio muniatur. Hoc enim modo Francos, quasi à Pontifice, Imperii titulum accepturos; sed Imperii summam potestatem, penes Pontificẽ mansuram. Legatos ergo, inscio Senatu, cum muneribus ad Carolum mittit: eiq; sacras claves, insigne Pontificię dignitatis, & vexillum urbis Romanæ, seu Aquilam, signũ Imperii Romani, offert: seque & urbem Romam, ejus fidei commendat. *Regino,* * *Sigebertus, anno 796. Ado,* † *Aventinus.* * Ac postulat, ut Carolus suos Romam ableget; qui Populum Romanũ ad suâ fidem, atq; subjectionem, sacramento firmarent: *juxta Annales Francorum.* Quæ verba alii intelligunt: quòd jusserit Romanos Francis fidem jurare. Sed id non tam facilè esset impetratum. Quare verisimilius est, quòd petierit, Romanos eò adigi; ut Pontifici, cui Carolus donaverat provinciam Italiæ, jusjurandum præstarent. Quare Engelbertus, vel Agilbertus, abbas S. Richarii, jussu Caroli, compulit Romanum populum, fidelitatem jurare Pontifici. *Balæus in vitâ ejus. Aventinus.* * Idem postea, cum ducentis Senatoribus suæ factionis, elapsus Româ, venit ad Carolum Badobrunam: eumque invitant, ut Romam veniat, ac inter alia inquiunt: *Nunquam à malis hominibus quietum fore caput Mundi; nisi Carolus, urbis æternæ Consul, & Tribunus perpetuus, præsens operam det, ne quid ipsa detrimenti capiat; & suâ autoritate statum Reipublicæ componat. In fœminâ nullum præsidium fore, quæ rebus humanis incubaret. Imperium capite orbum esse. Aventinus.* † Carolo deinde, Romam advenienti, coronam Cæsaream ad aram Petri imponit; & vestem Imperatoriã induit: & oleo ità largè perfundit; ut à vertice ad pedes usq; destillaret: Populo acclamãte; *Carolo Augusto, à Deo coronato magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria! Paulus Diaconus.* * Atq; ità Imperiũ Romanum ad Carolum & Francos transtulit: & tamen sibi reservavit jus, Francis imperandi. Atq; hinc factum est deinceps: ut, qui Imperii sceptrum acciperent, à Pontifice inaugurarentur. Estq; hæc translatio, præcipuum ex miraculis Antichristi: *Apoc. 13.* * *& 17.* † *Balæus in vitâ ejus.*

* lib. 2. † Æta. 6 * lib. 4. * lib. 4. † ibid. * lib. 23. * vers. 16. † vers. 13.

Architectum egit, & bellatorem. Nam porticum Petri, quæ dicitur civitas Leonina, fecit; & muro eam cinxit, propter Saracenorum incursiones. *Martinus, & Erfordiensis.* Tectum Petri restituit: & xenodochium amplissimum, pro peregrinantibus ob religionem, exstruxit. *Balæus,* & plurima alia, quæ *Liber pontificalis* enumerat.

¶ Cogna-

¶ Cognati Adriani, inter quos erant Primicerius & Campulus presbyteri, Leonem, letanias celebrantem, & extra muros ad Laurentii ędem equo deambulantem, cum suis Baalitis excipiunt; & equo dejectũ contumeliosè tractant. *Liber pontificalis. Regino, Ado, & alii pontificii scriptores*, oculos ei erutos, & linguam præcisam; sed divinitùs restitutam, nugantur. Verùm *Paulus Diaconus*, [* lib. 23.] * & *Zonaras*, & alii fide-digni autores, tantùm læsos; sed non erutos oculos ejus esse, affirmant: de linguâ mentionem nullam faciunt. In monasterium Erasmi deductus, ab Albino, cubiculario suo, de muro demittitur: & Spoletum, ad Winigisum Ducem, indeq; ad Carolum, abiit. a quo honorificè exceptus, & Romam reductus est, per Hylpoldum, Hyldevaldam, & Arnonem: & postea, præsente Carolo & Synodo, se-se purgavit de criminibus objectis. *Aventinus*, [* lib. 4.] * *Blondus.* [* Decad. 2 lib. 1.] *

Causam autem, ob quam cognati Adriani Leonem afflixerunt, alii Scriptores nullam; alii verò hanc annotant: Quòd nimirum vitia eorum insectatus fuisset. *Blondus.* [* loco cit.] * Et quòd Romanis, sibi ea, quæ Imperialis erant potestatis, vendicantibus, restitisset. *Ursspergensis. Eutropii continuator, & Ptolomæus Lucensis.* Sed illa potiùs vera causa fuit; quòd Leo sibi Senatum, & urbem Romam, & Imperium, per Carolum subjicere moliebatur: quod illi putabant ad detrimentum Reipub. & libertatis amissionem, spectare. Videbatur enim eo modo Urbs Francis prodi; Imperatores Orientis irritari; & multis bellis ansam præberi.

¶ Honorabilem & venerandum virum, *Zonaras*; [* Tomo 3] * castum, facundum, constantem, liberalem in pauperes, *Antoninus*; [* Tit. 34 c. § 5] * tardum ad irascendum, velocem ad condonandũ, & mitem, *Johannes de Oppido*; doctum & sapientem, *Bonfinius*, [* Decad. 2. lib. 9.] * amantem virorum doctorum, *Liber pontificalis*, celebrant. Sed notæ Antichristi, has virtutes omnes in eo obscurant & delent.

Cùm præfuisset annis 20. & mensibus 5. & diebus 16 ex hac vitâ migravit. *Liber pontificalis.* Sepultus in ecclesiâ Petri anno Domini 816. *Sigebertus.*

DE ROMANIS PRESbyteris & Diaconis.

GEORGIUS.

GEorgius presbyter, Constantinum I. Pontificẽ, Constantinopolim euntẽ, deducit usq; Neapolim. Postea à Gregorio III. Papâ cum literis ad Imperatorem ablegatus, re infectâ redit; & literas secum refert: ac fatetur, se, ob metum periculosũ, non ausum fuisse eas exhibere. Pontifex iratus, eum sacerdotii jure privare conatur. sed Synodus sententiam ejus refutat; & pœnitentiæ eum subjiciendum potiùs esse, censet. Quare ille eum, cum literis, ad regiam urbem remittit. *Liber pontificalis.*

THEOPHYLACTUS.

Archidiaconus Romanus, cum Stephano II. ad Pipinum expatiatur. Deliberatio postea de eo fuit; & suffragia quædam habuit: sed Paulus competitor ei prælatus est. *Liber pontificalis.*

GRELMULUS.

Subdiaconus, à Stephano III. ad Desiderium ablegatur, cum Anastasio defensore: ut illum de præstandis promissis commonefaciat. *Liber pontificalis.*

PETRUS.

Protopresbyter, cum Petro Hegumeno monacho in cœnobio Sabæ, ab Adriano Pontifice ad Nicænam II Synodum missi, vicem ejus gerunt; & adorationem & cultum imaginum approbant. *Paulus Diaconus*, [* lib. 23.] * *Acta ejus Synodi*, & *Liber pontificalis.* Missus est etiam Petrus iste, ab Adriano, ad Carolum; ut peteret auxilium contra Desiderium. *Regino*, [* lib. 2.] * & *Annales Francorum.*

THEODONUS.

Subdiaconus Romanus, sub Gregorio II. cum Johanne Neapolitano Duce, Cumanum castrum, à Longobardis occupatum, recuperat. *Liber pontificalis*, & *Platina.*

PASCHALIS, & CAMPULUS.

Paschalis primicerius, & Campulus presbyter, cognati Adriani, contra Leonem seditionem commovent; eumq; extra portam egressum intercipiunt, & malè tractant; domum patris ejus demoliuntur: & ad Carolum veniunt, ac Leonem accusant. Scribuntur hæc fecisse, ob vindictæ cupiditatem: eò quòd fuissent asperiùs a Leone, ob vitæ sordes, objurgati. Verùm aliam necesse est fuisse causam; quã reticendam Romani censuerunt. Carolus, Pontifici addictus, sententiam capitis in eos pronuntiat. Sed, Leone pro iis intercedente, vitâ donantur; & cum aliis conjuratis in Gallias relegantur. *Liber pontificalis*, *Blondus*, [* Decad. 2 lib. 1.] * *Bonfinius.* [* Decad. 3 lib. 9.] *

STEPHANUS.

Sacellanus Adriani, ad Hildebrandum Ducem Spoletinum missus, hortatur eum, ut Romam veniat, & cum Adriano pacem ineat. Sed re infectâ redit. Quare ad Carolum ablegatur. *In epistolâ Adriani ad Carolum.*

PHILIPPUS & MEGISTUS.

Philippus episcopus, & Megistus archidiaconus, ab Adriano ad Carolum missi, revertuntur: ac nuntiant, Carolum cum reginâ & filio Romam venturum; & Pontificẽ ad Baptismum filii invitaturum. *Epist. Adriani ad Carolum.*

II. DE ALIIS EPISCOPIS ITALIAE.

GEORGIUS.

EPiscopus Portuensis, cum Constantino Papa Constantinopolim, ad Justinianum, profectus est. *Liber pontificalis.*

GEORGIUS alius.

Hostiensis episcopus, cum Stephano II. ad Pipinum Francorum Regem proficiscitur. *Liber pontificalis.* Et mansit apud Pipinum: qui à Pontifice Paulo impetravit, ut liceret sibi eum retinere. Ac fuit is postea internuntius Stephani & Adriani, & Regum Francorum: ut patet *ex Epistolis eorum.*

NICETAS.

Episcopus de Sylvâ candidâ, cùm esset in itinere, cum Constantino Papâ, versùs Constantinopolim; moritur Galliopoli. *Liber pontificalis.*

GREGORIUS DE SYLVA candidâ.

Gregorius iste in Concilio Romano, à Stephano III. congregato, interfuit; & Constantinum, invasorem sedis Apostolicæ, damnavit: & ex ambone hortatus est populũ, sub anathematis pœnâ, ad statutorum observationem. *Liber pontificalis.*

BENEDICTUS.

Tusculanus episcopus, à Zachariâ Papâ ad Aistulphũ, Ravennam obsidentem, mittitur: eumq; monet, ut discedat ab armis; nisi velit Dei omnipotentis iram sibi convasare. *Liber pontificalis*, & *Blondus.* [* Decad. 2 lib. 10.] *

THEODOSIUS TIBURTINUS.

Interest Synodo sub Stephano: & postea ab Adriano, cum aliis duobus episcopis, ad Desiderium ablegatur. *Liber pontificalis*, & *Blondus.*

GEORGIUS PRÆNESTINUS, EUSTAdius Albanensis, & Citonatus Portuensis.

Hi tres episcopi, Constantinum laicum, vi coacti, clericum, diaconum, presbyterum, & tandem Pontificẽ, consecrarunt. Georgium, seu (ut alii vocant) Sergium, postea adversa valetudo & paralysis afflixit: quod loco pœnæ ei accidisse, rati sunt Pontificii. *Liber pontificalis*, *Antoninus*, [* lib. 14 c. 5. § 4.] * *Crantzius in Metropoli.* [* lib. 2. c. 2.] *

CAMPULUS.

Cajetanus episcopus, Adriani Papæ mancipium, & explorator: ut patet *ex epistolâ Adriani ad Carolum.*

STEPHANUS NEAPOLITANUS.

Ex laico factus est episcopus: ut constat ex apologiâ Constantini Papæ, *in Libro pontific.* in vitâ Stephani III. Interfuit Synodo Romanæ, in quâ damnatus est Constantinus: quòd passus esset ex laico se Papam creari. Exploratorem & proditorem egit. Nam, cùm Adalgisus, Desiderii filius, Græcorum præsidio munitus, rediret ad recuperanda bona patris sui; Stephanus quamprimùm eam rem Adriano Pontifici prodidit: ut patet *ex epistola ad Carolum.*

Postea, cùm rumor de morte Constantini esset allatus, statim de eo ad eundem scripsit: ut constat *ex aliâ epistolâ Adriani ad Carolum.*

THEODORUS.

Episcopus Romæ, cùm Stephanus Pontifex electus esset, oculis & linguâ privatur; & fame necatur. *Liber pontificalis.*

III. RAVENNATES EPISCOPI.

JOHANNES.

ARchiepiscopus Ravennas, cùm cognovisset, Luitprandũ arma parare in Ravennates; statim eâ de re ad Zachariam Pontificem scripsit: eumq;, ut curam istius urbis susciperet, rogavit; & hostium tela averteret. *Liber pontificalis, in vitâ Zachariæ.*

SERGIUS.

Ex laïco factus est episcopus Ravennatum. Exemplum ejus Constantinus Papa pro se allegat, in Synodo Romanâ sub Stephano III. cui videtur interfuisse Sergius. Deposuit eum Stephanus, propter inobedientiam: ut patet *ex literis Adriani ad Carolum.* Sed is non ità multò pòst ex hac vitâ emigravit. *Liber pontificalis, & Platina in Stephano III.*

PHILIPPUS.

Stephanus Philippum presbyterum, episcopũ Ravennatem fecit; eiq;, unà cum Eustachio Duce, Exarchatum administrandum suo nomine, commisit: ut patet *ex Adriani epistolâ ad Carolum.*

MICHAEL.

Scriniarius Ecclesiæ Ravennatis, mortuo Sergio, per Mauricii Ariminensis Ducis exercitum, cum consilio Desiderii, Longobardorum Regis, constituitur archiepiscopus; Leone archidiacono, qui electus erat à clero, deportato Ariminum, & incarcerato. Ejus ordinatio & confirmatio petitur à Stephano III. ac promittuntur & offeruntur ei satis ampla munera. Verùm ille, existimans suis rebus commodum non esse, planè id facere recusat: eumq; fulmine excommunicationis ab episcopatu deterrere occipit. Verùm ille, pontificias minas parvifaciens, Desiderii patrocinium sibi parat; muneribus de bonis Ecclesiæ ei exhibitis. Stephanus Pontifex, Regis Francorum legatos, inter quos erat Hucbertus, & suos, Ravennam mittit; & suis artibus & muneribus quosdam corrumpit: qui ex improviso seditionem movent; ac Michaëlem de episcopio cum ignominiâ dejiciunt; & vinctum Romam mittunt; electo Leone archidiacono. *Liber pontificalis, de Stephano III. Sabellicus,* Nauclerus,* Adrianus in epist. ad Carolum.*

[* Ennead. 8 lib. 8. * Gener. 26.]

LEO.

Archidiaconus Ravennas, oppresso Michaële, electus, cum consensu Legatorum Caroli, (licèt id Adrianus, *in epistolâ ad Carolum,* negare velit) Romam abiit; & à Stephano III. ordinatus est: eiq; obedientiam & reverentiã promisit; & ritus Romanæ Ecclesiæ in suâ renovavit: &, cùm Desiderius Ravennam infestaret, Romam ad Adrianum Tribunos misit, petitum auxiliũ. *Liber pontificalis.* Et Paulum Afiartam, contra Adriani Pontificis voluntatem, jussit interfici. & postea facti istius pœnitens, à Pontifice consolatorias literas expetiit: quòd omni culpâ careat; cùm innocentem sanguinem ultus esset. Sed Pontifex tale testimonium ei dare recusavit. *Liber pontificalis, in vita Adriani, & Nauclerus.** Id molestè ferens Leo, Pontificem ad Carolum accusat; & bona illa, quæ ad Exarchatum pertinebant, conatur ad Carolum potiùs, quàm ad Pontificem, transferre. noverat enim, à Pontifice nullo jure sibi rapi. Quare Adrianus, in literis ad Carolum, eum multis criminibus traducit: ut, quòd sub Caroli nomine bona Ecclesiæ abstulerit; & contra fidem datam se accusârit; & literas, à Gradensi patriarchâ missas, interceperit, & resignatas postea miserit. Quo cognito, ipse Leo ad Carolum profectus est. Quod ubi Adrianus intellexit; illicò suos etiam Legatos misit: ut patet *ex epistolis ejus ad Carolum.*

[* Gener. 26.]

IV. TICINENSES.

THEODORUS.

TIcinensis episcopus, homo doctus fuit, & familiaris Zachariæ. Ignoravit, cognationem spiritualem impedire matrimonium: ideoq; nuptias probavit, quæ contractæ erant à quodam cum virgine, quam pater suus ex Baptismo susceperat. Zacharias ergo eum per literas instruit: & matrimonium dissolvi, & pœnitentiam marito indici, jubet. *Caus. 30. q. 4. c. Pitacium.*

Scripta quædam eum edidisse, *Bergomensis** & *Schedelius** affirmant.

[* lib. 10. * Ætate 6.]

PETRUS.

LUitprando consanguineus, ab Ariberto Rege Spoletum relegatus, ibidem exulavit. Idololatra fuit, & Sabinum martyrem invocavit. qui ei respondit; quòd Ticinensis episcopus aliquando sit futurus. Quod tandè accidit, tempore Adriani & Caroli Magni. Nam Carolus eũ Romam misit; & ordinari petiit: ut patet *ex epistolâ Adriani ad Carolum.* Flore castitatis & miraculis eum enituisse, *Paulus Diaconus** refert.

[* lib. 6. Longob. c. 58.]

¶ Sanctos mortuos invocandos docuit.

Propter virginitatis laudem, conjugium parvi fecit.

¶ Ab Adriano Pontifice, jussu Caroli Regis, postulavit; ut literas ad Egilam, Hispaniq; episcopum, scriptas mitteret: ut constat *ex epistolâ Adriani ad Egilam.*

Idolo suo, Sabino martyri, in proprio solo basilicam exstruxit; pro eo, quòd ejus oraculo & beneficio se-se episcopatum adeptum somniabat.

De miraculis ejus. *Paulus Diaconus** se in Vitis episcoporum scripturum dicit.

[* lib. & capite eod.]

Adrianus eum ordinatum commendat Carolo: ac majorem honorem ei præ aliis tribuendum dicit; eò quòd ab Apostolicâ sede consecratus esset. *In epistolâ ad Carolum.*

V. MEDIOLANENSES.

BENEDICTUS.

ARchiepiscopus Mediolanensis, Ticinensem episcopum, à suâ diœcesi discedentem, accusat ad Romanum Pontificem. Verùm accidit ei, quod ovi, apud lupũ jus suũ quærenti. Nam Pontifex Ticinensem ecclesiã suæ adscribit jurisdictioni: & interdicit Benedicto, ne ampliùs eâ de re litem moveat. Nam olim Ticinenses à Romanis accepisse episcopos: ideò ad ejus jus Ecclesiam illam pertinere. Tulit id quidem molestè Benedictus: sed potentiori reluctari, in rem suam non esse, existimavit.

Scripta quædam laude-digna composuit: & per totam Italiam celebris fuit, circa annum Domini 714. *Paulus Diaconus, & Bergomensis.**

[* lib. 6. Longob. c. 10 * lib. 10.]

THOMAS.

Sexagesimus-nonus archiepiscopus Mediolanensis, Gislam, Caroli Magni filiam, baptizavit Mediolani; & de sacro fonte levavit: anno Domini 781. *Regino,** & *Annales Francorum.*

[* lib. 2.]

VI. AQUILEIENSES.

PETRUS AQUILEIENSIS.

VIr pius & bonus, floruit sub Philippo: ut *Ivo* indicat *in Chronico.*

SERENUS.

Vir simplex, & ad Christi servitium promtus, Petro successit. *Paulus Diaconus.**

[* lib. 6 Longob. c. 10.]

CALLISTUS.

Ex nobili familiâ ortus, Sacris literis operam navavit; & in Tarvisianâ ecclesiâ factus est archidiaconus: postea, jussu Luitprandi, Aquilejensem Ecclesiam suscepit regendam, post Sereni mortem. *Paulus Diaconus.** Amatorem episcopum Forojulio expulit; atq; illius domum occupavit. Quamobrem Pemmo, Dux Longobardorum, eũ capit; & in castellum Potium, quod ad mare situm est, duxit; ibiq; in carcere detinuit. *Paulus.** Venetis duas Gradensis Ecclesiæ insulas, Centinariũ & Mussonium, eripuit: quas, minis Gregorii Pontificis perterrefactus, restituit. *Sabellicus,** & *Bonfinius.**

[* lib. eodem cap. 13. * ibidem 14. * Ennead. 7 lib. 8 * lib. 8. Decad. 1.]

GREGORIUS.

Patriarcha Aquilejensis, auxilio fuit Herdab; qui Carniam, Stiriam & Carinthiam, oppugnabat: & vix fugâ sibi consuluit: circa annũ Dñi 750. *Volaterranus, & Nauclerus.**

[* Gener. 25.]

PAULINUS.

AQuilejensis pũul, tẽpore Caroli Magni claruit; & nõ inter postremos habit⁹ est. Scripsit libellũ, adversus

Felicem

...m Toletanum, episcopos, in ... m Caroli Magni libris contra Imaginum ... atus est.

¶ Sacras ... & opiniones, quæ ex eâ probari non possunt, ... en et.

Rectè docet, n... esse Deu... tres P..., in Trinitate, ex dicto Lucæ 2. * *Spiritus ... superveniente & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Et eleganter inquit: *Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti: sed una, & æqualis, & consubstantialis, & coæterna, & Patris Filiiq; & Spiritus sancti inenarrabilis divinitatis majestas quia unus est deus. Unionem namque, in essentia confitemur: Trinitatem vero, in personarum discretione prædicamus.*

*vers. 35.

Doctrinam de JESU Christo, quòd verus Deus, & verus Homo; & verus Dei Filius, & non adoptivus sit; illustrat, & defendit contra Eliphandum & Felicem: *Adstruunt igitur; sed falsis assertionibus Dominum nostrum JESUM Christum, adoptivum Dei Filium de Virgine natum: quod divina nequeunt approbare documenta. Hæc igitur dicentes aut in utero Virginis enim suspicantur adoptatum, (quod dici nefas est: quia de beatâ ... Virgine inenarrabiliter sumpsit, non adoptavit, carnem) aut certe post eum hominem, sive Deo natum, (quod cogitare impium est) necesse est fateantur ... per hoc, quasi eguerit adoptione a Patre in filium sit adoptatus cum nihil Deus eguerit: qui erat, non est, non per gratiam, quemadmodum in cæteris Sanctis, puris q; hominibus, sed essentialiter, per naturam* Deus, *inquit Apostolus*, * erat in Christo, Mundum reconcilians sibi. *Quo igitur pacto nobis adoptionem tribuit filiorum, si ipse necessario eguit, ut sibi haberet? Nam, quia peccatum non habuit: ideo nobis peccata donavit: quia non accepit, ut vita esset, sed ipse essentialiter vita est: idcirco nobis æternam vitam indulsit.* Et postea inquit: *Quis enim adoptasse in filium credatur: cùm tota sancta Trinitas hominem Christum in utero Virginis operata sit?* Idq; probat ex dicto Lucæ 2. * *Spiritus sanctus obumbrabit tibi.*

*2. Cor. 5. vers. 19.

*vers. 35.

De Unione duarum naturarum in Christo, inquit: *Assumsit, quod non erat, permansit id esse quod erat, quod erat non commixtionem passus, neq; divisionem: sed in una persona Christi, Deus verus & Homo ... verus ... non duo, ut Deus & Homo, sed unum filium, Deus & homo ... Hominis & alium Dei, sed unus idemq; Dei Hominisq; ... unde & eos valde exsecramur, qui eum adoptivum impio garriunt ore. Quia sicut præfati sumus, adoptivus dici non potest; nisi is qui prius alienus est ab eo, a quo adoptari desiderat. Dei ergo filius, qua ratione credi potest adoptivus, qui inseparabiliter assumto homine, in una persona ... utraq; natura, non duo filii, alius Dei, & alius hominis: ut (sicut ...) adoptivus sit hominis filius, & sine adoptione Dei filius: sed in una persona, unus idemq; Dei & Hominis filius: qui nunquam hominem, quem assumsit, deseruit; etiam nec in cruce, quando inclinato capite tradidit spiritum. Paulo attestante, qui ait.* * Si enim cognovissent, nunquã dominum gloriæ crucifixissent. *Dominum gloriæ dicitur crucifixum: cùm sola caro sit crucifixa. Sed, quia Dominus gloriæ idem ipse erat, qui & Hominis filius, qui crucifigebatur; & nunquam hominem deseruit, (sicut dictum est) quem assumsit: ideò dicitur Dominus gloriæ crucifixus.*

*1. Cor. 2. vers. 8.

De Officio Christi bene dicit: *Qui propria non habuit, aliena tulit.*

Christum etiam juxta humanam naturam, sedere ad dextram Dei, & pro nobis interpellare, sentit: *Cùm naturam nostram quam in se assumtam, in dextra Patris collocatam, ostendendo Patri incessabiliter manifestat, propitium eum nobis advocatus noster, quasi interpellando, efficit, & benignum.*

De Creatione hominis inquit: *Ex flatu animata est terra, tam incomprehensibili arte, mirabiliq; modo, summus artifex manu conspiculata: ut investigari plenius nequeat, qualiter & unum sit anima & caro, quæ perfectum efficiunt hominem, & tamen diversa sit substantia carnis & spiritus.*

De Anima in corpore hominis ait: *Tu anima, cùm sit incorporea & invisibilis; nec dividi potest, nec recipit sectionis scissurae: totam tamen corporis molem, quæ dividi vel ... potest, in se continentem, mirabiliter regit, & per totum ... animando vivificat; & quasi punctus in medio ... indivisibilem dignitatem; & in ... æqualitatem. Deam, (sicut dictum est) cum sit incorporea, ... qualiter ... per ...*

... *spirit: ... sit ... per incorpoream ... terram, id est animam, corporeas ... actiones. Tantam enim societatis convenientiam sibi invicem sunt ... ut unum sine altero nihil possit humanam constare naturam.*

De Hæreticis scitè dicit: *quod mos eis sit, tristia lætis, & dulcia per eis facere amara: & veneni poculum mellis sapore temperare: & quod habeant frontem meretricis; & verbum Dei adulterent.*

Ecclesiam *fundatam esse super petram, nimirum Christum: & quassari quidem posse ab Hæreticis; sed non mergi, firmatam dextra Christi.* Item, *in toto orbe terrarum diffusam; sed tamen unam esse sponsam Christi.*

De Ministerio verbi rectè sentit: *Doctores, & singulos Christianos, debere contra hæreticas opiniones pugnare; easq; refutare. Non enim Christi miles, inquit, impetum irruentis belli debet enerviter expavescere, nec effugii latibula inertiæ palando appetere: sed armis militiæ suæ præcinctus, irrumpentium hostium pectora spiritualibus jaculis ex arcu intorquens Scripturarum intrepide perforare.*

¶ Sanctorum tamen intercessionem immiscendo orationi, Christi mediatoris officium labefactat. Sic enim inquit: *Christus conservet Carolum Regem per intercessiones B. Mariæ, & beati Petri, primi pastoris Ecclesiæ, omniumq; Sanctorum.*

Doctrinam de animali & spirituali homine, non rectè intellexit. Nam ... naturalem tantùm dici, appetentem potentiam & sensitivam; & spiritualem, intellectivam.

Adriano Pont... privilegium ... servat. Acta Synodorum approbandi, vel rescindendi.

¶ Pugnat contra errores Eliphandi & Felicis; ut constat ex libello ejus: in quo demonstrat, JESUM *Christum non recte adoptivum filium Dei dici*, quia id ex sacris literis non possit probari. & opponit Scripturæ testimonia, in quibus JESUS Christus, etiam juxta humanã naturam, vere Filius Dei dicitur, ut Lucæ 1. * *Quod nascetur ex te sanctũ, filius Dei vocabitur.* Rom. 3. * *Proprio Filio non pepercit* ... Gal. 4. * *Misit Deus filium suum.* Marc. 3. * *Hic est filius meus dilectus.* Matt. 16. * *Tu es filius Dei vivi.* Rationes ... Quòd, cum homo Christus a tota Trinitate sit ... Mariæ conditus: non possit explicari, quæ persona ex ... Christum adoptarit.

*vers. 35. *vers. 32. *vers. 4. *vers. 17. *vers. 16.

2. Quòd omnis adoptivus filius, alienus sit ab eo, à quo dicatur adoptatus: & quòd adoptatio fit ex gratiâ, & non ex debito. At Christum non esse a Patre alienum, nec indigum illa adoptione. Ergo.

3. Quòd oporteat inter nos & Christũ esse discrimẽ: ut ipse sit verus & proprius Dei filius, nos verò adoptivi filii.

4. Quòd oporteat Christum habere nomẽ super omne nomen. Sed adoptivum nomen esse commune; & intra nominum mensuram teneri.

5. Quòd non cadat nomen adoptionis in Christũ: quia semper verus Filius, semper Dominus: & post assumtum hominem, veri Filii vocabulum non amiserit; qui nunquam verus desierit esse Deus.

Rationem etiã, quã Hæretici probare nitebantur, Christum esse filium Dei adoptivum, refutat. qualis erat: * *Si quis peccat, habemus advocatum apud Deum*; hoc est, adoptatum. *Sed ille respondet*, aliud esse advocatum, & aliud adoptatum. *& infert*: Cum Spiritus sanctus etiam dicatur advocatus; necessariò eos affirmare duos adoptivos filios: scilicet Christum, & Spiritum sanctum.

*1 Johan. 2. vers. 1.

Oppugnat etiam illorum opinionem, qui in personâ Christi tres substantias ponebant, Verbi, Carnis & Animæ: ac ostendit, carnẽ & animã unam tantùm ... constituere; ideoq; non opus esse istã divisionem ... ophistic ...

¶ A Carolo Magno ... Romam missus, propter Leonem Pontificem, qui ... variis ... malè tractatus erat, cognovit; ... divit; causas absolvit; ... diremit; ... ut *Aventinus* * narrat, factum ... anno Domini 799.

*lib. 4.

... M A ... O ...

... ulientis episcop... Fi...cio; & a Callisto est domo suâ ejectus. *Paulus Diaconus.* *

*lib. 4 ... gest. c. 14.

... M A R ... I N S.

Histriẽsis episcopus, gratificaturus Pontifici Romano, ... civibus exig... ... nes Petri. Sed Græci respon... ... regionem illam non Pon... sed Caroli esse ... eoqu

nihil ei deberi. Cùm autem ille instaret: Græci eum episcopatu deiiciunt, & oculis privant. Adrianus itaque ad Carolum pro eo scribit, ac restitui petit. *in epistolâ ad Carolum.*

JOHANNES.

Gradensis patriarcha, scripsit ad Adrianum, & ad Carolum, proditorias literas: quas Leo Ravennas intercepit, & legit; & hostibus aperuit istorum consilia: ut patet ex epistolâ Adriani ad Carolum.

VII. EPISCOPI ITALIAE QUORUM loca non indicantur.

FORMOSUS, & DAMASUS.

Episcopi ab Adriano Pontifice ad Carolum missi; ut eum contra Desiderium, in Italiam, cum exercitu adducerent: cum Caroli Magni legatis, Siculpho & Eunardo, ad Thassilonem Bavariæ Ducem ablegantur, & autoritate apostolicâ obtestantur illum, ut fidem & jusjurandum, Pipino & filiis ejus datum, servet; ni velit excommunicari, & arma Caroli experiri. & efficiunt, ut ille, acceptis duodecim obsidibus, Wormaciam ad Regem veniat, & sacramentum renovet. *Regino,* Annales Francorum, Erfordiensis.** Pontificiis erroribus fascinati, Adrianum vocant vivum supremæ majestatis oraculum; cui refragari, etiam in politicis rebus, sit inexpiabile scelus. *Aventinus.**

THEOPHILUS, & STEPHANUS.

Theophilus, seu Cleophylacius, seu Theophylactus, (variant enim scriptiones) unà cum Stephano, missus est ab Adriano, ad Synodum Francofordianam: in quâ rescissa sunt Acta Synodi Nicenæ II. & damnata Imaginum veneratio. Mirum, quo pacto potuerint isti Legati ferre, sui Pontificis sententiam tam apertè damnari & rejici! *Regino,* Adon,* Annales Francorum, Blondus.**

WOLFRIDUS.

Wolfridum in Italiâ, anno Domini 752. quo Bonifacius in Frisiâ extinctus fuit, celebriorem factum esse, *Regino** narrat. Sed quis fuerit, non Indicat.

DE GALLICANIS EPIscopis & Doctoribus.

I. VIENNENSES.

DEODATUS.

Vir magnæ parsimoniæ, Viennensem ecclesiam rexit, sub imperio Philippici. *Adon Viennensis.**

BLIDRANNUS.

Præcedenti successit, sub Anastasio. *Adon ibidem.*

ANEPOS.

Episcopus, secularis conversationis vir, duxit exercitum Francorum contra Wilianum in Severos; anno Domini 712. *Adon.*

EOLDUS.

Sub Theodosio Viennæ episcopus est factus; & eam Ecclesiam bonis auxit. Erat enim affinis Francorum Regibus: & intra civitatem domunculam construxit, in honorem martyrum Thebæorum, Mauricii & sociorum ejus. Fuit idololatra, & reliquiarum prædicator. *Adon.*

BOBOLINUS, & OSTROBERTUS.

Eoldo successit Bobolinus: & huic vicissim Ostrobertus: qui fuit vir strenuus & nobilis. Et sepultus est in villâ suâ, non procul à Sequanâ fluvio. *Adon.*

WILICARIUS.

Ostroberto successit: & Romam ad Gregorium profectus, pallium accepit; & primus Archiepiscopus in eâ ecclesiâ dici meruit. *Liber pontificalis, & Adon Viennensis.* Reliquiarum fuit cultor, & prædicator. Quare ossa Ferreoli, & caput Juliani, martyrum, Viennam transtulit &c. In honorem deorum [illegible] templi exstruxit. Sed ista ejus manificentia non fuit durabilis: nam Franci, ecclesiæ ejus bona, in usus belli contra Saracenos converterunt. Quod i[illegible]m molestè tulit: ut, relicto episcopatu, Romam ad Stephanum iret, & ab eo Agaunensi cœnobium [illegible]traret. E[illegible]lesiam tamen Viennensem, per Bertericum curavit. ut colligitur ex Adone. Romanis Pontificibus charus fuit: ac sunt illi ejus op[illegible] in [illegible] Stephanus eum, cum literis, ad Caro[illegible] [illegible]omanorum misit: ut cis miserias Romanæ ec[illegible] [illegible]neret, & au[illegible]lium peteret. Et Paulus *in epistolâ ad Pipinum* suadet, ut Marinum turbulentum hominem per W[illegible] [illegible]har[illegible] curet consecrari episcopum. Et Adrianus Ponti[illegible]ex illum in Hispaniam ablegavit, ad Egilam: ut c[illegible] re[illegible]ponsa ad suas quæstiones afferret, & Romanos ritus traderet, & illum episcopum consecraret & Johannem presbyterum: ut con[illegible]at ex epistolis eorum.

PROCLUS.

Homo innocens & simplex, videtur episcopus factus esse; postquam Wilicarius mortuus est. *Ibidem*

BERTERICUS.

Viennensem ecclesiam suscepit regendam. postquam Wilicarius secessit. Sed postea, succedente Proclo ab eâ curâ est remotus. Hoc verò mortuo, aut remoto; Pipinus Bertericum constituit episcopum.

URSUS, ET WULFRETUS.

Ursus Berterico successit, anno Domini 798. Sed post eum Wulfretus Bavarus annis 11. præfedit: qui per Leichradum, civem Lugdunensem, ecclesiam gubernari curavit; ut ipse ferias & otia agere posset. *Adon.*

II. LUGDUNENSES.

EUCHERIUS.

Ex senatore natus, in speluncâ, non procul a Lugduno, eremiticam exegit vitam, orationibus & jejuniis deditus. Sed angeli revelatione, si credendum est nugis, pontifex Lugdunensis constitutus, miraculis claruit. *Bergomensis,* & Schedel.**

ADDO.

Fuit episcopus Lugdunensis, circa annum Domini 798. *Adon Viennensis.** Post eum Hilduinus, nepos ejus, Ecclesiam rexit, licèt non esset ordinatus episcopus. ac tandem pertæsus laborum, deserto episcopatu, in monasterium aufugit. *Adon.*

SERENUS.

Massiliensis episcopus, imagines Sanctorum, ad idololatricam adorationem tollendam, (cùm eâ de re plebem suam instituisset ex Sacrâ scripturâ) confregit, & ex templis dejecit. Sed eam ob rem à Gregorio Papâ reprehenditur; quasi inconsiderato zelo id fecisset. *Antoninus.**

III. ROTHOMAGENSES.

RAGINFREDUS.

Episcopus Rothomagensis, interfuit Synodo Franciæ sub Carolomanno. *Aventinus,* & Tomus 2. Conciliorum.* Zacharias eum, inter alios Francorum episcopos, primo loco ponit, *in epistolâ sua*. in quâ laudat Francos, quòd benignissimâ voluntate ad beatum Petrum magistrum suum, se-se converterint.

REGISLAUDUS.

Episcopus Rothomagensis, baptizavit & ordinavit Ovonem. *Vincentius.**

REMIGIUS.

Remigius, seu Ægidius, Caroli Martelli filius, & frater Pipini, Rothomagensis archiepiscopus factus est. *Aemilius.** Sub Childerico III. anno Domini 751. *Sigebertus.* Erroribus pontificiis, de reliquiis Sanctorum, & de Baptismo, & aliis, fuit irretitus. Nam, cùm Floriacenses monachi furati essent Benedicti reliquias; & res ad Pipinum delata: misit eum cum tribus episcopis; ac in mandatis illi dedit: ut eas vel integras reddi curaret; aut, si id obtineri non posset, parte aliquâ Floriacensibus concessa, reliquum tamen Cassinensibus restituerent. *Ivo in Chronico, sub Constantino.* Idem, Pipini jussu, cantum ecclesiasticum, hactenus rudem & simplicem, ad Romani Psalmi characterem conformavit. *Gaguinus.** A Pipino missus in Italiam, interfuit actioni de pace, inter Paulum Papam & Desiderium: ac [illegible] Desiderium promisisse, omnia Petro [illegible] ablata. *Epistola Pauli ad Pipinum.*

* lib. 1.
* cap 69.
* lib. 3.
* lib. 2
* Ætate 6.
* Dec. 2. lib. 1.
* lib. 2.
* Ætate 6.
* lib. 10. Ætate 6.
* Ætate 6.
* Tit. 14. c. 1 §. 2.
* lib. 3.
* lib. 23. cap. 145.
* lib. 4.
* lib. 4.

IV. SENONENSES.

A

GUERICUS.

MOnachus, doctrinâ & hypocrisi celebris, Vulfranno in episcopatu Senonensi successit. Mirac[ulis] claruit. *Vincentius.* * & *Antoninus.* *

*lib. 23. [cap.] 142 [tit.] 14. § 3.

EBBO.

Guerici nepos, parentibus orbus, castrum Tornodorum, jure hæreditario ad se spectans, reliquit, & in monasterio S. Petri ad Senonenses [...] abd[id]it: atq[ue] ex abbate tandem episcopus factus est, & mendacium signorum architectus. *Vincentius.* * Vandalos, urbem obsidentes, nocturno clamore fugavit, & insecutus, fustibus eos expulit. *Antoninus.* *

B

*lib. 23. [ca]p. 148

*lib. 4. cap. 55

SALVIUS, & VALENTINIANUS.

Salvius Albiniensis episcopus, *juxta Schedelium,* Chilperico Francorum Regi, in errorem Arii prolapso, [se] opposuit: & chartam, in quâ Rex scripserat, *Trinitatem non in personarum distinctione; sed Deum, nominandam esse:* cùm sibi [ea] legeretur, discerpere conatus est. Interfectus tandem [e]st, cum discipulo suo Valentiniano, in carcere. Claruit tempore Leonis Isauri, *juxta Erfordiensem.* *

C

[...] 66

EUCHERIUS.

Eucherius Aurelianensis, (quem Antherum *Martinus in Chronico,* & Euterium Arelatensem *Gaguinus* * vocat) orto intestino bello, inter Carolum Martellum & Raginfredum, cum hoc contra illum sensit, & fecit. Quare Carolus, potitus victoriâ, ab episcopatu eum rejecit, & ad vicum Sarcinium in Hispaniam relegavit: año Domini 723. *Sigebertus.* Fuit homo superstitiosus, & vanus. Somniavit, Caroli Martelli animam in inferno esse, eò quòd decimas, e ecclesiarum bonis, contulisset in sumtus bellicos: *ut Martinus in Chronico scribit.* Aut (ut solent variare mendacia) jussu à Pontifice, aperuit monumentum ejus; & invenit serpentem miræ magnitudinis: *ut Chronicon de Bavariæ Ducibus* asserit. Sed *Aventinus* * hæc omnia pro commentis habet: quia ab eo sint profecta, qui odit Carolum; & aliâs historia Ægidii testetur, id peccatum Carolo viventi esse remissũ. In Tuidonis cœnobio vitam finiit. *Sigebertus.*

*lib. 2[.]

D

*lib. 3.

V. REMENSES.

E

RIGOBERTUS.

REmorum episcopus, de Baptismo suscepit Carolum Martellum: & orto inter Carolum & Ragiufredum bello, sectatus est factionem Raginfredi, & Martellum, Remos venientem, noluit in urbem intromittere. Id Carolus molestè tulit: & partâ victoriâ, eum episcopatu dejecit; anno Domini 723. *Sigebertus.* & *Aventinus.* *

*lib. 5.

MILO.

Filius S. Lutvvini, Caroli Martelli partes contra Raginfredum adjuvit. Quare, beneficii loco, Remensem episcopatum accepit: & ecclesias sanctorum Medardi, Symphoriani, Crucis in Tavennâ, Stephani extra Adarnatum, & alias, parùm religiosè tractavit; fortè improbans cultum imaginum, & similes superstitiones. Quare ei cum Bonifacio videtur fuisse certamen: quem Zacharias, *in epistola ad Bonifacium,* dicit plurimum nocere Ecclesiæ.

F

Venationi operam dedit, & ab apro est interfectus: cùm annis 40. ecclesiam illam rexisset. *Aventinus,* * & *Acta episcoporum Trevirensium*

*lib. 3

G

VI. PARISIENSES.

GUNDREMARUS.

HUnfrido successit Gundremarus, in episcopatu ecclesiæ Germani. *Annonius.* * Ei defuncto Tedelmarus abbas surrogatur. *Idem ibidem.*

*lib. 4. cap. 48

LANFREDUS.

Tedelmari successor, a Carolo in Aquitaniam ad Hunoldum missus, pro exploratore capitur: & ad annos tres cum semisse detentus, tandem dimittitur; pace inter Pipinum & Hunoldum constitutâ. *Annonius.* * Coluit deos alienos, id est, mortuos Sanctos: ac finxit, sibi Germanum in somnis apparuisse; & præcepisse reliquiarum suarum, ex oratorio Symphoriani, translationem in ecclesiam majorem, quæ erat intra muros. *Annonius.* *

*lib. 4. c. 52. 57. & 59

H

*lib. 4. cap 62.

A

GIRICHARDUS, & ROBERTUS.

Lanfredo successit Girichardus, ex abbate episcopus factus. *Annonius.* * Cui deinceps Robertus surrogatur. *Idem.* *

*lib. 4. cap 64

*lib. 4. c. cap 72.

VII. METENSES.

PIRMINIUS.

PIrminius, seu Priminius, seu Prima, (variè enim scribitur nomen ejus apud Autores) monachum egit in cœnobio Mauri; vir doctrinâ & sanctitate hypocrita, & superstitiosus in Gallicanâ Franciâ: episcopus Meldensis, *juxta Trithemium* [...] u Metensis, (*juxta Chronicon de Ducibus Bavariæ, & alios*) constitutus est. Venit ad Augiam insulam, anno imperii Leonis 7. Domini 724. & ex eâ Serpentes expulit. Ac ibidem monachos collegit, & Pontificiam religionem propagavit. Favebat autem Carolo Martello magis, quam Theodovvaldo Suevorum Duci. quare a Suevo loco cedere jubetur. Ille ergo, Etone abbate isthic designato, in Algoiam prope Constantiam abit: anno Domini 730. *Urspergensis.* & *Hedio.* Indè in Bojariam venit, ad Utilonem: apud quem anno Domini 739. eum fuisse, *Aventinus* * indicat. Carolus, victo Theodovvaldo Suevo, Pirminium revocat, & Mediomatticum ecclesiæ præficit. *Aventinus.* *

B

C

*lib. 3.

*ibid.

Multorum monasteriorum exstitit pater: *Otho Frisingensis.* * quæ *Trithemius* enumerat, ut. Mauricii martyris in Dolegiâ, Trevirensis diœcesis; Schmarente; Svvarzach in diœcesi Argentinensi; Gengenbach; Mauri seu Mormunster; Neuvvilerense, Althense in Bavariâ, Murbachense in Basiliensi diœcesi, Augiense, monasterium in Amerbach, cui Amorem præfecit abbatem. *In epitome Regum Francicorum.* Austraviam, (Osterhoten) & Paphomonasterium (Pfaffenmunster) & Adelchium superius, & inferius Pirminium, dedicâsse; *Aventinus.* *

*lib. 5. cap 18.

D

*lib. 3.

Posteritas, ex superstitione, eum contra venena invocavit, hac formula precum:

Sanctificet nostram sanctus Pirminius escam;
Dextra Pirminii benedicat pocula nostra.

Chronicon Audium.

SIGEBALDUS.

Presbyter, fuit familiaris Bonifacio: & postea (si idem est) Metentium factus est episcopus, tempore Pipini. Manuscripta quædam epistola ejus, satis barbara, nobis visa est: in quâ indicat, se nomen Bonifacii in Missarum catalogo ascripsisse; ac pro eo mortuo oraturum. Unde colligitur fuisse pontificiis erroribus imbutus. Operibus charitatis eum, quasi alis, ad cœlum subvolare voluisse: *in libro de Vitis Metensium* indicatur.

E

In episcopatu Metensi duo cœnobia ædificavit: quorum unum Hilariacum; alterum Novum-villare appellatur: & alterum Paulo; alterum Petro, dedicavit. Deos enim illos alienos Antichristi, etiam ipse colebat.

F

Pipinus eum magni fecit: ac in multis consilio illius usus est. *Libro de Crodogangi vitâ,* * & *Actis Metensium.*

*cap. 5.

CRODOGANGUS.

CRodogangus, seu Chrodogandus, (*ut Sigebertus*) seu Rodegãgus, (*ut Marianus*) seu Ruggandus, (*ut Trithemius*) seu Rothingrãdus, (*ut Blondus*) seu Trottingandus, (*ut Liber pontificalis scribunt*) in Asponio, Galliæ regione, ex patre illustri & nobili Sigiranno, & Landradâ, filiâ Caroli Martelli, & sorore Pipini Regis, nascitur. *Liber de vita ejus.* *

*cap. 2.

G

Puer in monasterio Trudonis educatus, postea in scholâ Metensi literis operam navat: & in artibus dicendi, & in scientiâ legum civiliũ & sacrarũ, mediocriter pficit. *Ibid.* *

*cap. 3.

¶ Ætate maturiorem, Carolus in aulam vocat; eumq; à consiliis suis esse jubet: & partes ei delegat, cognoscendi causas, & ad se referendi negotia, & jus dicendi. In eo munere, prudentem, justum, & solertem se præstitit. Ac, cùm clericorum causæ ad eum deferrentur, suam erga illos pietatem demonstravit: & nunquam permisit, ut synodis clericorum laici interessent. Monachorum etiam patronum ità egit in aulâ: ut eum Patronum & advocatum fratorum vulgò vocarent. *Libro eodem.* *

H

*cap 4

A clero Metentium electũ, Carolus constituit episcopum: & nihilominus eũ Principem palatii, & totius Galliæ Ducẽ, & Reip. Consiliariũ manere & agere, jubet. *Lib. eod.* *

*cap. 9

P[a]llium

Pallium archiepiscopi insigne, & potestatem per totã Galliam episcopos ordinandi, & stolam ubique gestandi, & crucem præ se ferendi, a Stephano pontifice accepit: anno Domini 754. *Libro eodem.* *

* cap. 12.

¶ Regulam Canonicorum Metensis ecclesiæ scripsit, librum 1. & Epistolarum ad diversos, librum 1. *Trithemius, de Viris illustribus Germaniæ.*

¶ Ex ejus historiâ & operibus colligi potest; eum doctrinæ de Euangelio fuisse ignarum; neq; de Lege veram tenuisse sententiam. Nam potiùs Sanctos, quàm Christũ, invocavit, & adoravit, & coluit; ædificatione ecclesiarum & monasteriorum, & peregrinatione ad reliquias eorum.

Nuptias damnavit, nimiâ commendatione cœlibatûs. Spontaneam paupertatem, & vitam monasticam, jejunia, festa, missas, & alias traditiones humanas, pluris fecit; quàm bona opera divinitùs præcepta.

Episcopis interdictum esse, ne dominarentur ut Principes gentium, ignoravit: ideoq; utriusque gladii administrationem suscepit.

¶ Munus docendi obiit: sed stipulas & traditiones humanas potiùs, quàm Christum & puram doctrinam, prædicavit. *Autor vitæ ejus.* hæc refert illum docuisse: * *Illos quî altiora quidem aggredi non poterant, monebat honorare patrem & matrem, Dominum tota mente, toto corde, totisq; interioribus, diligere; fornicationem fugere; homicidia declinare; aliena non solum non rapere, sed & sua devotè pauperibus largiri; & omnino, quæ sibi quis fieri non vult, alteri non irrogare; conjugii fidem servare; & vitam æternam omni concupiscentiâ desiderare. Eis verò, quibus amor incumbebat, cœlestem vitam in terris agere: terrena ut stercora deputare; voluntariâ paupertate Christum, pauperem pro se factum, velle pro viribus imitari; cœlibatum virginitatis conjugio præponere; injurias libenter sufferre, divitias omninò contemnere; Deo diebus ac noctibus adhærere: in domo Dei, cõservis suis, salutis ad medicinam, aliquid supererogare festinans.*

* cap. 22.

Celebravit Missas Romæ, coram Stephano Papâ: seq; suamq; plebem sancto Petro commendavit. *Lib. eodem.* *

* cap. eod.

Ecclesias & monasteria visitavit: &, quæ minùs rectè fiebant, correxit. *Libro & capite eodem.*

Ordinavit episcopos, authoritate Pontificiâ.

Architectum potiùs egit, quàm Doctorem. Nam Stephani ecclesiam exstruxit: & in æde Petri ambonem auro argentoq; exornavit. *Ibidem.* Tria nobilia monachorum cœnobia exstruxit: inter quæ nominantur Gurgitense & Muslinse Gorziæ cœnobium: anno Domini 758.

Baalismi fuit promotor. Nam in ecclesiâ Stephani clerum, instar monachorum, intra sua septa conclusit; & formam psallendi & boandi in templo eis præscripsit: & sumtus annuos, seu prebendas suas, (ut vocant) cuiq; distribuit. *Ibidem.*

Idololatra fuit. Nam Sanctos invocavit, seq; iis commendavit: & propter Agnæ, Anastasiæ, Cosmæ & Damiani, Johannis & Pauli, & reliquorum adorationes, Romam adiit. Reliqas Naboris & Nazarii, a Paulo Pontifice, multis muneribus redemit: Gorgonii verò, corruptis pecuniâ custodibus, furatus est, & in Gallias transtulit: anno Domini 764. *Sigebertus.*

Et deos Antichristi veneratus est: imò pro iis non piguit eum gravia suscipere certamina. Nam, cùm Agaunẽses ei vicissim furati essent Gorgonium; accusavit eos ad Pipinum: & impetrato præsidio, in Burgundiam Agaunum irruit: &, cùm detrectarent restitutionem; Mauricii sepulcrum effingere cœpit. Illi verò, ut suum idolũ Mauricium salvum retinerent; Crodogango Gorgonium reddunt. *Ibidem.*

Utrumque gladium gessit. Nam Principem palatii, & Consiliarium Reipublicę, & Ducem Galliæ, & Episcopũ, simul egit. *Libro de vita ejus.* *

* cap. 9.

Legationibus functus est. Pipinus enim eum ad Stephanum Pontificem misit: ut ei referret, quòd a Sicambris seu Francis io Regem esset electus. *Libro eodem.* * Stephanũ Papam secum in Gallias, ad Pipinum adduxit. *Blondus.* * & *Sabellicus.* * Ac, cùm is Pipino de Aistulphi injuriâ questus esset: Crodogangus remissus est ad Aistulphum; ut juberet eum Pontifici restituere sua. *Liber pontific. in vitâ Stephani.*

* cap. 12.
* Decad. 1. lib. 10.
* Ennead. 8 lib. 8.

¶ Facie decorâ, mitior columbâ, velocior aquilâ, clementior agno, innocentior vitulo fuit. Habitu vilissimo usus est; adeò ut vix agnosceretur episcopus a peregrinis. Cilicio, jejunio, vigiliis, corpus suum castigavit. In peccantes rigidus; in pauperes liberalis fuit. *Liber de vitâ ejus.*

Obiit anno Domini 765. *juxta Sigebertum. Trithemius* * errat, qui eum floruisse scribit anno Domini 770.

* de Viris Ill. Illustrib. Germ.

IIX. TREVIRENSES.

CLEDOLPHUS.

ARnolphi filius, quinquagesimus-octavus Trevirensium episcopus fuit.

ERHARDUS, & HYLDOLPHUS.

Erhardus, (seu Ariovardus) & Hyldolphus, fratres, ex nobilissimâ Bojorum familiâ, ut *Aventinus* * indicat, orti. *Chronica quædam,* Scotos genere fuisse, annotant. *In Actis episcoporum Trevirensium,* ex Nerviorum genere procreati dicuntur. Reginoburgi educati, & bonis literis instituti, à Carolo Martello, Trevirensi templo donantur. Episcopos ambo ibi egisse scribuntur. Sed uter prior aut posterior fuerit; non potest discerni. Erhardus Ottiliam, Udalrici filiam, cæcam curavit. Hyldolphus Maximi templum extra muros Trevirenses instauravit; & templum Euangelistæ exstruxit: ut *Christophorus Prior Trevirensis, in epistolâ ad Berengasii opera adjectâ,* indicat. Exstruxit etiam monasteria, & cellulas. Unde colligitur, eum mancipium Pontificiorum & Antichristi fuisse. *Liber de Episcopis Trevirensibus.*

* lib. 3.

WIOMADUS.

Abbas Maximini, archiepiscopus sexagesimus, factus successor Hyldolphi, cellas Maximini, Paulini, Martini, & jus fisci, & alia jura, à Pipino precibus obtinuit: quorum donationem Carolus Magnus, anno Domini 775. cantam habuit, & confirmavit. *Acta Trevirensium episcoporum.*

RATBODUS.

Abbas Mediolanensis, eligitur in archiepiscopum Trevirensem, ordine sexagesimum-primum; eo tempore, cùm Saxones monasterium Frideslariense frustra conarentur inflammare: circa annum Domini 776. *Acta Trevirensium episcoporum.*

NODOALDUS.

Vir nobilis, ex palatio ad Ecclesiam Trevirensem gubernandam invitus rapitur. Doctrinam dæmoniorum, de Nuptiarum interdicto, magni fecit: & sororem suam, Severam nomine, monialem fecit; alteram verò, Ittam, Pipino uxorem dedit. *Saxonia Crantzii.* *

* lib. 2. cap.

VANO.

Abbas Mediolanensis, post Ratbodum, episcopus sexagesimus-secundus factus est Treviri: eo tempore, quo Carolus decies-mille Saxones, cum uxoribus & parvulis, in Galliam transferret; & Gallos contrà in Saxoniam collocaret. *Acta Trevirensium.*

HADULARIUS.

Sexagesimus-tertius episcopus Trevirensis, eo tempore fuit; quo Saxonum bellum est finitum. *Acta Trevirensium.*

FORTUNATUS.

Fortunatus secundus, apud Treviros episcopus sexagesimus-quartus. Scripsit librum de Divinis officiis: & à Carolo ad Michaëlem Imperatorem ablegatus, pacem confirmavit. *Acta Trevirensium.*

SUB JUSTINIANO.

AUTBERTUS.

AUtbertus Abrincatensis, (*ut Sigebertus scribit*) seu Ambertus Abricensis, (*ut Robertus Gaguinus* *) admonitus à Michaële, seu malo potiùs spiritu, in pelago, in colle altissimo, ecclesiam seu monasterium exstruxit: anno Domini 709. Inter *Sermones Bedæ,* quidam exstat *de revelatione Michaëlis:* in quo indicatur, Michaëlem in speluncâ, ad quam taurus stabat, altare suum monstrâsse; ac istic se adorari jussisse. [Sed quis non intelligit, a superstitiosis hominibus ista conficta esse; ad confirmandam opinionem de Angelorum adoratione?]

* lib. 3.

Porrò, Autbertus iste videtur idem esse, cum illo Ausberto Rothomagensi episcopo; de quo superiori libro di-

imus:

nuis qui in ex tom m us circa Alti ontem errave it bi ut a uam mationem fui compararet, de Mi aele fon nia finxit & idololatriæ occasionem præbu .

W H A R I N S.

Ep pus Sedunen s ap Caro olmannum fuit i teritate: & en ad Carolum Ma num enit. nv m Ca on anum, cum au roce s. *Annales Francorum, Aventinus,* * *& Vrspergensis in Chronico. Regino* * eum voc t Vo apellanum.

* lib. 4.
* lib. 2.

D A N I E L.

E Francorum re rp natus, in cleric rum numerum cooptat ob obitum Dagoberti con io Raginfr Franc u Marescal abjicit habitum sa er dota e c lar & arbam al t: & girur u tato n ne Dan in hi peri , & ar contra Ca olum. *Tritthemius Origine Francorum. Blondus,* * *Gaguinus.* * Anno Domi , *Sigebertus.*

* Æneas 6.
* Tricl. 1.
lib. 10
* lib. 3.

I. LEODIENSES.

H U B E R T U S.

IN pani fuc it La berto Trajectensi, & Sergio Pontifice Romano nsecratus est: cujus mancipium in superstitionibus pontificiis confirmandis & propagandis elerter agit. Nam deos alienos, nimirum Sanctos mortuos, honor it dum beato Petro ecclesiam exstruit; & corpus Lamberti una cum sede episcopali, a Trajecto Leodium transtulit ejus que v nerationem docuit, de signis & miraculis ejus mendacia & commenta in vulgus emina anno Domini 7 *S ebertum.*

Ac ut politicus dominu & re jus le oppidanis tribuit, vitam & mores disciplinæ eno composuit, librum panis & vini sapientes onstituit: & obiit anno Domini 735. *juxta Annales seu Vitas Tungrenses, & Trithemium in Epitome Francorum.* est annos sedecim, aut (ut alii volunt) septuaginta, sub Ludov co Imperatore, cadaver ejus, quod fabulantur eousq. durâsse il æsum & incorruptum, translatum est in pagum Arduennam: ac superstitiosis cultoribus signa mendacia ed it. *Libro eodem.*

F L O R E B E R T U S.

F ius & successor Huberti, rexit Ecclesiam illam annis 18. Et post multos annos, corp ejus les atum est: & ipse, cum Lamberto & sociis ejus, deus tutelaris Leodiensis factus est. *Annales Tungrensium.*

F U L C A R I U S.

Fulcarius, seu Fulgarius, omitis Lovaniensis ex filiâ Custodi tilius, Leodiensis episcopus trigesimus-secundus, tempore Pipini, præfuit annis ferè 15. *Annales Tungrensium.* Mortuus anno Domini 766. *Meyer de Flandris.*

A G I L F R I D U S.

Vir præclarus & nobilis in Palatio Caroli Magni diu versatus, episcopus trigesimus-tertius Leodiensis ordinatur, anno Domini 753. Desiderium, Regem Italiæ, apud se exsulantem, ex jussu Caroli habuit: & curavit vitam Lamberti, per Godescalcum clericum suum, scribi. Obiit anno Domini 784. *Annales Tungrensium.*

G E R B A L D U S.

Trigesimus-quartus episcopus Leodiensi , annos 5. præfuit, tempore Adriani, & Leonis Pontificis. *Annales Tungrensium*

F R K R N B O D O.

Abbas Bertinianus, episcopus M rinorum, in propagandâ doctrina Evange i diligens & assiduus. Obiit ann Domini 742. *Meyer in Chronico Flandriæ.*

H I L D U A R D U S.

Leucorum, seu Cameracensium i opus; in Dickelvennâ a Magryptio Pagano vehementer affli us est: quem tamen tandem onvertit. Cœnob um Dickevennæ exstruxit: ibique sepultus est. *Meyer de Flandris.* Anno Domini 7

A L B I N U

Venetiæ regionis, Oceani Britannici confinis, in e na, ex ce ebr fami iâ natus; in Tun cent monasteri tutus anno ætatis, abbas designatur. Q od mu cùm per annos dministrasset, Andegaviam vocatur, ut episcopum t.

Mortuum d centem in vitam reduxit & cæco visum restituit, & dæmoniacum sanav t & alia admirabilia f it non fabulæ sunt, quas *Vincentius* * refert.

Præceptorem Caroli Magni fuisse, *Vincentius* * putat. Sed ille alius fu sse idetur.

Præfuit Ecclesiæ 20. annis, & mensibus 6. ac mortuus est anno ætat .

* lib. 23. cap. 1 3 & 1 4
* lib. cap. 10

X. ALII GALLIÆ episcopi.

AD Theodatum Bellovacensem, Davidem Corisopitensem Fulgarium Tun rensem seu Lendi m, Cerenebaudum Laudunen elisæum Novionensem, Rumbertum Ambi nensem, Romanum Meldensem, Trevinardum Cameracen m Æthenum Cænomanensem, exstat *epistola Zacharia in tomo 2. Conciliorum.*

M A R I N U

Cum Georgio, Imperiali Secretar , quædam mac inatus erat Sedi Romanæ contra re ad ipia m a Paulo Papâ mittitur: ut eum ti p nit ni agat curet alicubi episcopum in Galliis a W elle, beneficenti victus, delinat mal age e. *Epistola Pau ad Pipinum.*

D A D A N U S

Episcopus alicubi in Galli interfuit Synod F nci æ à Carolomanno ind ctæ: ut patet *ex Actis in tomo Conciliorum, & Aventino.* *

* lib. 3 Annal.

C L E M E N S.

Clemens, Scotus natione, pr ter gradum fort in Gallias venit, & Alberto all fe dum ram apostolicam doctrinam ab eo d.d it & tum Gallis, tum in Germaniâ, eam propagavit. F Samsoni, Sidonio, & Virgilio. & episc B aria & Franciâ. Opposuit se se Bonifacio pontificio reformatori istarum Ecclesiarum eo re rehedit quod adeò jactitaret Paparum autoritatem, cum mnes v doctores, sint Apostolorum successore & eu a ret conjugium Sacerdotum, & vitam monasticam; & t ditiones humanas, adeò prædicaret: qu regnum F ncorum, à stirpe Mer v in adul erinat em transferret: quòd Missas pro m ortuis, & al os tus, veteri Ecclesiæ ignotos, ius tu et. C s sunt ex historiâ ipsâ si quis sin ula i ipentet t. Nam *Aventinus* * cum inter eos refert, B um mendaciorum autho em, leg atq pac C næ tur batorem & corruptorem, in cioni s v bant.

* lib. 3.

Fal ò ergo *amburgensi altu*, accusatur hæreti quòd se Apostolorum successorem a t, a de c stium mysteriis arcanis varia protuler t, & de l om n tâ & moribus ineptissima disputârit. Zacharias *in epist ad Bonifacium*, ta im & schi maticum eum appe t episcopum: & acta, ut a Bonifacio erant perscripta, damn Sed nullum errorem ejus ndi t, quid que cisset, si quid fu et in eo veri errori Sed illud pro errore ei, & aliis ipsius Collegis, reputatum est: quod superstitiones pontificias improbavit, ac tè ex Apocalypsi indicavit, Romanum Pontificem esse Antichristum.

Scripsit librum contra Bonifacium: qu exstaret no de multis rebus posset commonefacere. Sed a Pontificiis, etiam repugnante Zachariâ, exustus est.

Bonifacius eum accusavit ad Zach riam Papam. Is e rò, tantùm unâ parte auditâ, statim in eum str dium: & Romæ collectâ nodo, eum cum Albe lo damnat & deponit; & exemplum excommun Bonifacio promulgandum mittit: ut patet *ex ep a Zacharia in tomo 2. Conciliorum.* Cum autem paratus e et te, in Synodo suam autam agere Bonifa ius e adit m excludit: Franc u idis per adens n nesse H eticum excommunicatum ad Sa a aut ad Syn lum t, & beneficio juris & legum frui. ut patet *ex Wilibaldo de vita Bonifacii.*

Clar anno Domi 75 . *Baleus* *

* Cent. 14 cap.

SAMSON.

Scotus, familiaris Clementis, etiam inter eos fuit, qui B[illegible]um mendaciorum authorem, legis atque pacis Christianæ turbatorem, corruptoremque accusabant voce & stylo; & parati etiam ex verbo Dei demonstrare. sed ad legitimum judicium non admittebantur: verùm inauditâ causâ, à Zachariâ excommunicabantur: & a Bonifacio deponebantur; & à Regibus Francorum vinculis exercebantur; per calomniam, falsi & schismatici episcopi, avari, libidinosi, sacrilegi, temulenti sacerdotes, à Pontificiis traducti. *Aventinus.** & *Balæus.**

* lib. 4. * Cent. 14. cap. 31.

JOHANNES MAILROSIUS.

Scotus natione, discipulum sub Bedâ egit in Wermuthensi cœnobio; & in linguarum artium studio multùm profecit. Assumto Claudio Clemente socio, venit Parisium, cum mercatoribus Britannicis. *Polydorus. Hector* & *Major* scribunt, ab Achajo Scotorum Rege missos illos esse, cùm Carolus viros doctos sibi mitti postulâsset.

Progressus in forum publicum, cùm alii merces venales exponerent; ipse cum socio proclamat, se sapientiam habere venalem: si quis eam desideret, accedat, & petat. [illegible] erat apud Carolum Magnum Albinus, qui olim sub Be[dâ] horum fuerat condiscipulus. is ei persuadet, ne viros istos doctos negligat. Carolus ergò cum iis agit, ut Scholam illhic aperiant; & nobilium pueros instituant. Conveniunt eò frequentes Scholastici: quæ res occasionem præbet, ut Academia instituatur. Indè Papiam, seu Ticinum, jussu Caroli abit, & Gymnasium instituit: in quo publicè sacra & profana profitetur. Augustini Benedictinorum cœnobio præficitur, anno Domini 792. Ac edidit scripta plurima, de quibus *Bostonus* hæc enumerat:

Super Canones Arzachelis,	*Lib.* 1.
Ad Carolum Regem,	*Lib.* 1.
Versus diversi generis,	*Lib.* 1.
In Evangelium Matthæi,	*Lib.* 3.
De Officiis humanis,	*Lib.* 1.
De Officiis divinis,	*Lib.* 1.
Dialogum de Naturâ,	*Lib.* 1.
De Naturæ divisione,	*Lib.* 1.
De Primo rerum principio,	*Lib.* 1.
De Eucharistiâ,	*Lib.* 1.
Commentarios Scripturarum,	*Lib.*
Homilias eruditas,	*Lib.* 1.
De Germanis, juxta Irenicum,	*Lib.* 1.

¶ Libris ejus destituti de doctrinâ ipsius nihil possumus referre. Tantùm ex *Antonino*, meminimus, quòd Romanis displicuerit: eò quòd, Græcis adhærens, Pontificum dogmata improbârit. Contra eum scripsit quidam Florus: ut *Simeon Dunelmensis in Chronico* indicat. Ticini obiisse creditur. *Balæus.**

* Cent. 14. cap. 32.

CLAUDIUS CLEMENS.

Scotus natione, Bedâ præceptore usus, ab ineunte ætate literis incubuit; & Latina & Græca didicit: in solutâ oratione & poëti exercitatus; & in Sacris literis probè institutus. Venit cum Johâne Mailrosio Parisios, & Academiam isthic instituit; & publicè Sacra & Philosophica professus est. Collegit ex Origenis, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii, Augustini, Rufini, Johannis Chrysostomi, Fulgentii, Leonis, Maximi, Gregorii, Bedæ, & aliorum opusculis,

Commentarios in Matthæum,	*Lib.*
In Pentateuchum,	*Lib.*
In capita Judicum,	*Lib.* 1.
Enarrationes in Ruth,	*Lib.* 1
Super Psalterium,	*Lib.* 1
In omnes Epistolas Pauli,	*Lib.* 14.
De Evangelistarum concordiâ	*Lib.* 1.
Memorialeb[illegible]	*Lib.* 1.
Summam q[uan]dam,	*Lib.* 1
Homilias quoque,	*Lib.*

Atque alia ad rel[igi]onem Christianam pertinentia, ut in *Bostoni Buriensis catalogo* elucet. Altisiodorensis postea factus est ep[isco]pus [illegible] sub Adriano: an[no] Domini [illegible]. *Balæus.**

* Cent. 14. cap. 13.

ADELBERTUS.

Episcopus alicubi in Galliis, homo [p]ius & doctus præceptor fuit Clementis, & aliorum. Ha[bui]t adhuc aliquam lucem, de verâ doctrinâ Apostolorum: & Dei beneficio, animadvertit Bonifacii, & [alio]rum Pontificiorum Reformatorum Ecclesiæ, fraudes, & falsa dogmata, & superstitiones: ac sese unâ cum Sidonio, Virgi[lio], Clemente, graviter illis opposuit: & errores ejus, de Cœ[lib]atu, de Reliquiis Sanctorum, de Statuarum adoratione, de Primatu Pontificis, de Missis pro mortuis, de Purgatorio, & similes refutavit, & vitam illius carpsit. Bonifacius autem eum ad Pontificem accusavit, multis [cri]minibus de eo confictis. Pontifex, in eum inauditum statim excommunicationis sententiam profert, eamq; Bonifacio promulgandam mittit, ut patet *ex epistola Zachariæ ad Bonifacium*: quam ille non modò in Franciâ proponit publicè: sed etiam bonum virum Adelbertum, in carcerem [tru]dentem, conjecit, in quo (ut videtur) computruit. *Wilibaldus in vita Bonifacii, Aventinus,** *Nauclerus,** *Balæus.**

* lib. 4. * Gener. 25 * Cent. 14. c. 30 & 31

Pontificii autem inter Hæreticos eum celebrant; sed non indicant ejus errorem: [ni]si quòd *Wicelius* [dic]it, eum impositionem manûs, & significationem crucis, & alias Pontificias ceremonias, ad baptizatos confirmandos adhibitas, ut inutiles, reprehendisse. Sed Zacharias ipse, *in epistolâ ad Bonifacium* non hæresin, sed schisma ei objicit: eò quòd non probaret omnia, quæ Bonifacius faciebat.

XI. DOCTORES IN aulâ Caroli.

ZACHARIAS.

DOmesticus Sacerdos Caroli, cum Monacho, quem Patriarcha Hierosolymorum ad Carolum cum reliquiis ablegârat, in Palæstinam exit; anno Domini 8[illegible] mense Martio: & secum magnam vim pecuniæ, pauperibus distribuendam, Hierosolymam advehit. & in mense Decembri reversus, Carolo, Romæ degenti, affert claves, & hastam, & signa urbis & monumenti Christi. *Aventinus.** & *Adon.**

* lib. 4. * Ætate 6

AETHERIUS.

Capellanus & Notarius Caroli Magni, formam donationis ejus, factæ Romæ Ecclesiæ, [s]ubscripsit. *Leo Hostiensis,** & *Liber Pontificalis.*

* lib. 1. c. 14.

ADILGARIUS.

Episcopus, à Carolo missus est ad Theodomarum, abbatem Cassinensem; ut consuetudines ejus Cœnobii descriptas afferret: quò posset etiam illæ traditiones in aliis locis institui. *Hostiensis.**

* lib. & cap. eod.

EBROVINUS.

Unà cum Carolo Hierosolymis [fu]isse, ac postea confessionem ejus audivisse, dicitur, *apud Erfordiensem.**

* cap. 69.

PAULUS.

Literis Latinis & Græcis institutus est Carolus Magnus, à Paulo Pisano. *Aventinus.**

* lib. 4.

ELENANDUS.

Primarius Sacerdos, vel in aulâ Caroli, vel in clero Saleburgensi, cogn[omin]e, una cum Amone, ex jussu Caroli, eau am Attonis Fruxinensis, & Meginhardi Tigurinorum abbatis. *Aventinus.**

* lib. eod.

POSSESSOR, ET Rabigaudus.

Possessor archiepiscopus, & Rabigaudus abbas, à Carolo ad Adrianum legati, commendantur ob fidem & diligentiam, in expediendo negotio. Conati sunt pacem componere, inter Adrianum & Hildebrandum. In Asiam missi, non venerunt Romam in reditu: quod molestè fert Adrianus, *in Epistola sua ad Carolum.*

FLACCUS ALBINUS.

Natione Anglus, Eboraci, aut Londini, seu in v[ic]o aliquo loco, natus, *juxta plerosq; Scriptores.* Sed Gallu[m] fuisse opinatur *Bergomensis,** & *Schedelius.** Educatus & enutritus est in Ecclesiâ Eboracensi; ut ipse testatus, *in Epistolâ ad Eanbaldum. Wilhelmus** Ad[hibiti]s Bedâ, & postea Egberto, archie[pisc]opo Eboracensi, [usus] est præceptoribus: ut patet ex epi[stola] ejus [illegible], *apud Wilhelmum.**

* lib. 10. * Ætate * lib. 1. c. 3. * lib. & cap. [illegible]

A Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ, sibi comparavit peritiam: Dialecticam, Rhetoricam, Physicen, Mathemata, & Astronomiam didicit: ut patet *ex scriptis ejus*.

Authores ethnicos evolvit, tum Poëtas, tum Historicos: ex quibus interdum quædam depromit; ut ea Quintiliano, & Hippocrate,* & Horatio: ex Terentio: *Ne quid nimis*, & Virgilio:

* *Quæst. in Gen.*

*Nescia mens hominum fati sortisq́ futuræ.**

&, *Semper avarus eget.**

* *in Eccl. cap. 8.*
* *in Eccl. cap. 5.*

B Literas sacras diligenter & cum fructu legit: & Patrum ecclesiasticorum scripta adeò sibi familiaria fecit; ut ea iis suos Commentarios confecerit. Nam ipse fatetur,* se ex Hieronymi, & aliorum Patrum Commentariis, suum in Ecclesiasten construxisse. Et enarrationes in Johannem, ex Augustini, Ambrosii, Georgii, Bedæ, & aliorum Patrum scriptis, se collegisse; testatur *in epistola ad Gulam*: & Hebræorum; ut constat *ex capite 1 in Ecclesiasten*.

* *Pref. in Eccl.*

Post Bedam & Adelmum, longè eruditissimos Anglorum fuit.

C ¶ In Schola Cantabrigiensi, post Bedam, artes professus est; *ut habent eorum Annales*: & Adriano defuncto, abbas constitutus est. *Beda.** Postea ab Egberto Eboracum vocatus, in eo loco Bibliothecæ custodem & professorem egit. Diaconus ordinatus videtur: quòd Levitam se appellat, *in Præfatione ad Carolum Magnum, in Libro de Trinitate.* Ab Offâ, Merciorum Rege, ad Carolum, pro federe pacis confirmando, & aliis negotiis expediendis, missus, in notitiam & amicitiam Franci venit; ac ab eo persuasus, Britanniam reliquit; & præceptor ejus factus est; qui eum in monasterio Martini, apud Turonenses, abbatem fecit. D *Wilhelmus,** *Chronicon Martini, Erfordiensis ex Helinando.**

* *li. 5. c. 21.*
* *li. 1 c. 54.*
* *ca. 69.*

¶ Scripsit: *de Trinitate ac Fide*, Lib. 3.
Ad Quæstiones Fredigisi, Lib. 1.
Ad Eulaliam, de ratione animæ, Lib. 1.
De Animæ utilitate, ad Guidonem, Lib. 1.
Speculum vitæ humanæ, Lib. 7.
De octo Partibus, Lib. 1.
De Sacramento divino, Lib. 1.
Argumentum suæ fidei, Lib. 1.
E *Responsiones ad interrogata*, Lib. 1.
De Incarnatione Christi, Lib. 1.
Ad Guidonem, de Virtutibus, Lib. 1.
Dialogorum inter se & Carolum, Lib. 1.
De Virtutibus, ad Carolum, Lib. 1.
Categoriarum, ad Carolum, Lib. 1.
Sententia Scripturarum, Lib. 1.
Super Genesin ad literam, Lib. 1.
In Cantica canticorum, Lib. 1.
In Ecclesiasten, Lib. 1.
F *De Ecclesiasticis dogmatibus*, Lib. 1.
De Adoptione filiorum Dei, Lib. 1.
Quæstiones in Genesin, Lib. 1.
Manifestationem Trinitatis, Lib. 1.
Enchiridion Psalmorum, Lib. 1.
In Evangelium Johannis, Lib. 7.
In Epistolas Divi Pauli, Lib. 14.
Ad Caroli orationem, Lib. 1.
Disputationes cum Pipino, Lib. 1.
Speculum Parvulorum, Lib. 1.
G *De Proprietate nominum Dei*, Lib. 1.
In Paulum ad Hebræos, Lib. 1.
In Apocalypsin Johannis, Lib. 1.
Ad Anglorum Ecclesias, Lib. 1.
Correctiones divinorum, Lib. 1.
Officia per ferias, Lib. 1.
De Rhetoricâ, ad Carolum, Lib. 1.
Chronicorum suorum, Lib. 1.
De septem Artibus liberalibus, Lib. 1.
De vita & virtutibus Martini, Lib. 1.
H *Vitam Vedasti Atrobatensis*, Lib. 1.
Acta discipulorum Gregorii, Lib. 1.
De doctrinâ Basilii, Lib. 1.
Ad Athelardum Cantuariensem, Lib. 1.
Dialogorum ad discipulos, Lib. 1.

A *De Proprietate sermonum & rerum*, Lib. 1.
Homilias 254. Doctorum, Lib. 1.
De Fide catholica, Lib. 1.
De Antichristo, ad Carolum, Lib. 1.
Vitam Willebrordi, carmine, Lib. 1.
Epistolarum ad diversos, Lib. 1.
Gesta Caroli Magni, Lib. 1.
Sermones elegantes, Lib. 1.
Ad Gulam & Richtrudam, Lib. 1.
B *Commentarios in utrumq́ Testamentum*, Lib. eos plures.
De Genealogiâ Christi, Lib. 1.
Contra venerationem Imaginum, Lib. 1.
De Astronomiâ, Lib. 1.
De Dialecticâ, Lib. 1.
De Orthographiâ, Lib. 1.
De Auriculari confessione, Lib. 1.
Precationes missales, Lib. 1.
Dogmata quædam ad Carolum, Lib. 1.
Historiam Trinitatis, Lib. 1.
C *Didascalicon*, Lib. 1.
De Sapientiâ, Lib. 1.
Carminum ad diversos, Lib. 1.

Orationem dominicam, Symbolum Apostolorum, & Canticum Ambrosii & Augustini, carmine edidit, cum multis aliis. *Balæus.**

Annales Francorum scripsit: *teste Blondo.**

* *Cent. 2. cap. 17.*
* *Dec. 2. l. 10*

¶ Quid senserit de singulis doctrinæ capitibus, in Capite IV. indicavimus. Maximè illustravit doctrinam de Trinitate: ut constat ea libris ejus.

D Opiniones quasdam singulares admiscet. ut: quòd Baptismo Johannis non sint homines renati; neque acceperint Spiritum sanctum. *lib 3. de Trinitate, cap 17.*

Christum creaturam vocat, *lib 3. cap. 13. de Trinitate.* & *in Johannem capite 1.* eandem propositionem damnat.

Animas non cum corporibus fieri; sed à Deo creari extra corpus: nititur probare ex illo dicto: *Spiritus redit ad Deum, qui dedit illum. In Ecclesiasten, cap. 12.*

Opinionem de reditu Eliæ & Enoch, ante novissimum diem, attingit *libro 3. cap. 19. de Trinitate.*

E Ignem purgatorium somniat, extra Scripturæ vera & solida testimonia: *libro 3. cap. 21 de Trinitate.*

¶ Functus est munere Doctoris artium. Nam Cantabrigiæ & Eboraci professorem egit: & Carolum Magnum Dialecticen, Rhetoricen, & Astronomiam docuit. *Wilhelmus,** & *Sigebertus anno 790* & *Helinandus*. Ac ejus magisterio adeò Francos profecisse in Artium cognitione; ut antiquis Romanis & Atheniensibus sint facti æquales: *Erfordiensis,** & *Vincentius** jactitant.

* *li. 1. c. 51.*
* *cap. 69.*
* *li. 23. c. 173.*

F Sacras literas interpretatus est magno cum judicio: explicato textu secundùm literam, plerunque ad allegoricas & anagogicas accedit commentationes. Latinum textum sæpè cum Græco confert, & ex eodem corrigit: ut patet *ex Commentariis in Johannem.*

Rerum naturalium declarationes, sumit interdum ex Physicorum & Mathematicorum doctrinâ. Sic Solis cursum & effectus exponit, *cap. 1. in Ecclesiasten.* De Hirundinum naturâ, quòd chelidoniâ curent cæcitatem pullorum; & de Capris appetentibus dictamnum, ad vulnerum medicationem: *in capite 7.* quædam refert.

G Quæstiones difficiliores explicat, juxta sententias in verbo Dei revelatas: quas ubi non habet; modestè monet, de non-revelatis non esse nimis exiliter & solicite inquirendum. *In Genesin.* Ad quæstionem; An in arcâ tantum fuerit ciborum, ut satis esset omnibus animantibus, ad totius anni spacium? inquit: *Dimittamus incertas conjecturas & concedamus divinæ potentiæ, de creaturis suis facere, quod voluit.* Et modum nativitatis Christi inenarrabilem esse, monet *libro 2. capite 22 de Trinitate.*

H Veteris & novi Testamenti textum, jussu Caroli Magni, correxit: ut indicat *lib. 6. in Johannem.* Anno Domini 790. *Sigebertus.*

Hæreticos veteres passim refutat. Nam contra Arium, Samosatenum, Eutychen, Nestorium, Sabellium, Photinum, Pelagium, & alios hæreticos, more Dialecticorum,

disputat, *in libris suis de Trinitate, & in Johannem, & Ecclesiasten.* & aliis.

Vitia graviter arguit. Nam ad Viorenses, apud quos Beda vixerat, inquit: *Assuescant primùm adstare laudibus superni Regis: non vulpium fodere cavernas; non leporum fugaces sequi cursus. Discant nunc Scripturas sacras: ut ætate perfectâ alios docere possint. Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum, Bedam presbyterum; quale habuerit in juventute discendi studium; qualem nunc habeat inter homines laudem; & multò majorem apud Dominum remunerationis gloriam.* Wilhelmus.[a]

[a lib.1.c.3.]

Orationes missales, & alia officia ecclesiastica, Gothorum perturbatione perdita, refecit: *juxta Bergamensem,*[b] & *Schedelium.*

[b lib.10.]

Interfuit etiam Synodis: ut patet *ex Præfatione ejus ad Carolum Magnum, de Trinitate.*

Bonam operam navavit, in Scholis seu Academiis aperiendis, ad Artium & Theologiæ plantationem & propagationem. Nam ut Academia Parisiensis & Ticinensis à Carolo fundarentur; & viri docti, Bedæ discipuli istbic docerent, effecit. *Helinandus, Erfordiensis,*[c] *Chronicon Martini, Polydorus.*[d] *Balæus.*[e]

[c cap 69. d li. 4. & e Cent. 4. cap. 32.]

Et in Bibliothecis instituendis, & libris replendis, solers ac diligens fuit. Nam in Britannias, Caroli Magni assensu & sumtibus, scriptores misit: qui, ex Eboracensi bibliothecâ, libros descriptos in Turonensem urbem afferrent. *Wilhelmus.*[f]

[f li.1.c.3.]

Secularibus negotiis peregrinationis se-se molestari, *in Genesin* queritur. ac cum Carolo fuit in expeditione contra Desiderium. *Vincentius.*[g]

[g l. 23.c.16]

Carolo Magno consilia in rebus multis suggessit; præsertim ad ecclesiasticas res pertinentia. Sic, ejus monitu, Carolus Ludgerum ex Beneventano cœnobio evocavit; & ecclesiæ Monasteriensi præfecit. *Cranzius in Metropoli.*[h]

[h li.1.c.3.]

¶ Familiares illi fuerunt, Onias sacerdos, Candidus presbyter, Nathanaël diaconus; ut patet *ex Præfatione in Ecclesiasten*: & Sigulfus, cujus impulsu quæstiones in Genesin scripsit. *Wilhelmus.*[i] Nothelmus, Londinensis episcopus, quem excitavit, ut scriberet Acta discipulorum Gregorii. *Balæus.*[k] & Bonifacius, Moguntinus episcopus; qui eum rogavit, ut Missales orationes corrigeret. *Bergomensis.*[l] Higebaldus Candidum, in Gallias, ad Albinum jussit se-se conferre, tanquam ad torrentem literarum. *Balæus.*[m] Claudius Altisidiorensis, Albini fuit condiscipulus. *Balæus.*[n]

[i li 1.c.3. k Cent.2. cap.8. l lib.10. m Cent.13. cap 59. n Cent.14. cap 32.]

In precio fuit Regibus Anglorum, Offæ & Egelredo: ad quos Epistolas scripsit; quarum fragmenta exstant *apud Wilhelmum,* ea Carolo Magno, & multis aliis.

Haymo, Halberstatensis episcopus, auditor ejus fuit; & Eanbaldus Brigantius, episcopus Eboracensis. *Lelandus apud Balæum.*[o] & Simeon; cujus meminit in epistolâ ad Calvinum. *Balæus.*[p]

[o Cent. 10. cap. 27 p Cent 13. cap 58.]

Gisla & Richtruda magistrum suum vocant, *in epistolâ ad ipsum, præfixâ Commentario in Johannem.*

¶ Non tantùm scientiâ; sed etiam morum honestate, insignis fuit. *Martinus in Chronica, & Erfordiensis, ex Egenhardo de vitâ Caroli.* Sanctitate & miraculis præclarum fuisse, *Schedelius* dicit.[q]

[q Ætate 6.]

Certamen ei fuit cum iis, qui reprehendebant eius factum: quòd, Britanniam deserens, in Franciam se contulisset, opimiorem captans conditionem. Contra quos *in Epistolâ ad Eboracenses* sic scribit: *Non pro auri avaritiâ (testis est mei cognitor cordis) in Franciam veni, nec remansi in eâ, sed ecclesiasticæ causâ necessitatis.* Item ad Offam Regem Merciorum: *Ego paratus eram, cum muneribus Caroli Regis, ad vos venire, & ad patriam reverti: sed melius mihi visum est, propter pacem gentis meæ, in peregrinatione remanere; nesciens, quid facissem inter eos, inter quos nullus vel securus esse, vel in salubri consilio proficere potest. Ecce loca sancta à Paganis vastata, altaria à perjuris fœdata; monasteria adulteriis violata; terra sanguine Dominorum & Principum fœdata.* Wilhelmus Malmesburiensis.[r]

[r li.1 c.3.]

Claruit anno Domini 780. In cœnobio Cormaricensi, quod ad Turonense monasterium pertinet, sepultus est. *Ranulphus,*[s] *Balæus.*[t]

[s li.5.c.28. t Cent.2. cap.17.]

HISPANIÆ DOCTORES.

VERUS.

Episcopus Hispalensis, in Bæticâ provinciâ, vitam Eutropii episcopi descripsit. Vixit sub Pipino. *Hedio.*[u]

[u li.6.c.22.]

EGILA.

Episcopus Hispaniæ, à Willichario Galliæ archiepiscopo, jussu Adriani Pontificis, ordinatus, Saranum diaconum & Victorinum clericum, Romam cum literis misit; ac de multis quæstionibus consilium petiit. Quod ei Pontifex lubens communicat: modò Romanæ sedi se subjiciat, & characteres Pontificios amplectatur; & se opponat illis, qui Jejunia sextæ feriæ ac sabbathi rejiciebant: ut patet *ex epistolâ ad Egilam.* Sed, cùm Egila vidisset, ineptitates Pontificias nullis niti fundamentis verbi divini: palàm professus est, se ab eis dissentire. Id Pontifex indignè ferens, ad episcopos Hispaniæ scribit, ac Egilam accusat; quòd errores Vincentii magistri sui amplectatur, & extra catholicam disciplinam docere conetur: ac monet illos, ut ab erroribus ejus sibi caveant; ac illum in viam reducere studeant.

JOHANNES.

Presbyter, cum Egilâ à Wilichario ordinatus est: ut patet *ex epistolâ Adriani ad Egilam.*

GERMANIÆ EPISCOPI & Doctores.

I. BAVARI: LAUREACENSES, & Batavienses.

VIVILUS.

Vivilus, (*ut Aventinus scribit*) seu Wilo, (*ut Gregorius III. in epistolâ ad Bonifacium*) seu Vivilo, (*ut Mutius, & alii quidam scribunt*) videtur Bavarus fuisse: Laureaci episcopus factus est, anno Domini 719. *Aventinus.*[x] Ejus ordinationem Romani Pontifices sibi arrogant: ut patet *ex epistola Gregorii III. ad Bonifacium, & Zachariæ ad eundem.* Sed *Mutius*[y] & *Hedio* dicunt, eum fuisse Bonifacii discipulum; ac ab eo in Bavariam missum. Verùm quâ autoritate id asserant, non videmus. Nam inter Bonifacii discipulos nusquam recensetur. Ac quid opus fuisset, Gregorium & Zachariam ad Bonifacium scribere, se Vivilonem ordinâsse; si ejus fuit discipulus?

[x lib.3. y lib.7.]

Porrò, Vivilo studium habuit dilatandi & propagandi religionem Christi: ut *Lazius*[z] refert. Exciso Laureaco ab Hunnis, jussu Utilonis Ducis, cum collegis & monachis, & sacris fœminis, Bathaviam commigravit.

[z lib.2. Rer Viennens.]

Notus fuit Gregorio III. Pontifici; qui ad eum, & alios episcopos Bavariæ, scripsit epistolam: in quâ commendat iis Bonifacium; & præcipit, ut Synodos celebrent; & pravos sacerdotes exautorent; & archiepiscopum, communi consensu electum, Romam mittant ordinandum. Exstat exemplar *apud Aventinum.*[a] Zacharias etiam ad ipsum scripsit, de quatuor parochiis, seu diœcesibus, constituendis in Bavariâ; quæ epistola exstat *apud Lazium.*[b]

[a lib.3. b li.2.c.2.]

SIDONIUS.

Sidonius, vir religiosus in Bavariâ, (*ut Zacharias in epistolâ ad Bonifacium* eum vocat) Bojorum pontifex fuit, Laureacensis & Bathaviensis. *Aventinus.*[c] Studium habuit propagandi religionem Christianam. *Lazius.*[d] Dei beneficio, & ipse animadvertit Bonifacii errores & fraudes; seque ei, quantum potuit, opposuit, cum Virgilio, Saleburgensi episcopo. Nam, cùm Bonifacius jussisset rebaptizari eos, qui à sacerdote quodam, ignaro Latinæ linguæ, tincti erant, in nomine Patria, & Filia, & Spiritus sancta: contradixit ei; & Baptismum, ut legitimum, defendit; & ad Zachariam, cum Virgilio, literas scripsit eâ de re. quibus motus ille, Bonifacio interdixit, ne rebaptizari jubeat: ut *patet ex epistolâ ad Bonifacium. Balæus.*[e]

[c lib.3. d lib 2. e Cent.14. cap 90. & 82.]

VALDORICUS.

Walreich, seu Baldericus, seu Valdoricus, Laureacensis & Bathaviensis archiepiscopus, decem millia passuum supra Mo-

pra Monachium, in Pipino pago, & in ripâ Isaræ, Dionysio ædem struxit; eamque symmystis & consecraneis Benedicti tradidit. *Aventinus.** Et postea à Carolo Magno, cum aliquot episcopis, Romam missus, in itinere obiit. *Aventinus.**

* lib.3. * lib.4.

PEREGRINUS.

Laureacensis episcopus, studium dilatandi religionem Christianam habuit. *Lazius.**

* li.2.c.2.

BISERICHUS.

Laureacensis & Bathaviensis episcopus, interest Synodo Dingulosi in Bavariâ, sub Tassilonio. *Aventinus.**

* lib.3.

II. SALEBURGENSES.

JOHANNES.

Scientiâ literarum & morum sanctitate celebris, à Bonifacio, pontificio reformatore, Saleburgæ habitare, & Ecclesiam illam regere jubetur. *Aventinus.** Idem Virgilium & Sidonium, ad Slavinos, & Avares, de Bonifacii consilio, ablegavit; ut colligerent inter eos Ecclesiam. *Lazius.**

* lib.3. * li.2.c.2.

VIRGILIUS.

Virgilius Solivagus, illustri inter Hibernos familiâ natus, divinarum & humanarum rerum peritus, in Germaniam cum Dabdâ Græco sacerdote venit; & ad Pipinum & Carolomannum accessit anno Domini 743. qui in aulâ suâ eos biennium retinuit; ac tandem ad Utilonem in Bojariam misit. *Aventinus.** Qui Virgilium abbatiæ Petri, intra muros urbis Saleburgensis sitæ, præfecit. Mortuo autem Johanne, episcopus Juvaviensis constituitur, cum consensu Ducis, Populi, & Episcoporum comprovincialium: anno Domini 747. *Annales, & Aventinus.* Accessit etiam consensus Romani Pontificis. Unde contra Bonifacium gloriatur, se etiam à Romano Pontifice designatum esse episcopum.

* lib.3.

¶ Scripsit epistolam ad Zachariã Papam, de certamine suo cum Bonifacio: ut patet *ex epistolâ Zachariæ, quæ exstat secundo tomo Conciliorum.*

Non tantùm suam Ecclesiam benè administravit, sed etiam de propagatione verbi ad vicinos solicitus fuit. Nam Modestum Charitnis episcopum ordinavit: ac eo defuncto, Chitomazo Duci Madoldum & Variomarum sacerdotes misit: & Hamonem, Reginovaldum, Majorannm, Gotharium, Erchinobertum, Reginardum, Augustinum, & Guntharium, Venedorum vulgo sacerdotes præfecit. *Aventinus,** *& Lazius.**

* lib.5. * lib.2.

Synodo Dingulosini, cum aliis Bavariæ episcopis, interfuit; & de rebus, ad Ecclesiæ gubernationem pertinentibus, deliberationem adjuvit. *Aventinus.**

* lib.3.

In aulâ Tassilonis, in precio & honore habitus est: ac gubernavit ejus Ducis consilia; eumque flexit ad pacem cum Carolo Magno servandam, dum vixit. Nam mortuo illo, & Aribone Fruxinensi episcopo, Thassilonus, ab uxore inflammatus, pacem & fœdera dissolvit. *Aventinus.**

* lib.eod.

Bonifacii, Legati Pontificii, non omnia probavit: ac se apertè cum Sidonio illi opposuit, in controversiâ de rebaptizando illo, qui in nomine Patria & Filia & Spiritus sancta baptizatus erat: ac re ad Zachariam Pontificem relatâ, obtinuit victoriam.

Deinde Bonifacius ejus dictum, quo Antipodes esse affirmaverat, in calumniam rapuit; quasi doceret alium Mundum, & alios sub terrâ homines, alium denique solem & lunam esse: ac illum ad Pontificem accusavit. qui, literis ad Bonifacium & Utilonem, Virgilium nondum auditum damnat: & ipsi quoque & Sidonio per literas minatur; ni Bonifacio pareant: ac evocat eos, ut Romam veniant ad examen. & sic bonus ille vir oppressus est pontificiâ tyrannide. *Aventinus.**

* ibid.

Obiit anno Domini 784. *Balæus.**

* Cent.14. cap.32.

ARNO.

In episcopatu Juvaviensi, seu Saleburgensi, successit Virgilio. Vir doctus, & magnæ autoritatis apud suos fuit. Ecclesiæ suæ curam gessit, & ad vicinos Slavos, & Carentanos, & Hunnos, & Pãnones, religionem Christi propagavit, jussu Pipini & Caroli Magni. Mortuo Valdorico, Laureacensi & Bathaviensi episcopo, Leo Pontifex archiepiscopum eum Bavariæ fecit, donato pallio, & sede Laureacensi & Bathaviensi Juvaviã translatâ, anno Domini 798. *Aventinus,** *& liber de conversione Carentanorum.*

* lib.4.

Ordinavit presbyteros & episcopos, quos in vicinas regiones misit: & Regem Theodoricum episcopum ordinavit. *Aventinus,** *& Lazius.**

* lib.eod. * li.2.c.2

Legatione functus est. Nam Thassilonus eum cũ Henrico, Menenti abbate, Romam misit, questum de Caroli superbiâ, & consiliis de bello adversùs Bojos: & responsum Pontificis Adriani retulit. *Regino,** *Aventinus.** Ac postea, à Carolo ipso, cum Paulino Romam missus, tempore Leonis, causas cognovit; & lites composuit: & Leonem, ac Senatores Romanos, Romam jussu Caroli reduxit. *Aventinus.** Et Pipino, Caroli filio, contra Hunnos & Avares bellum gerenti, adfuit: & omnẽ illam provinciam, à Dravo flumine versùs Anassum, eiectis Hunnis à Carolo Magno, pro se & successoribus suis accepit. *Aventinus ibidem.*

* lib.2. * lib.3. * lib.4.

ADALRAMUS.

Arnoni successit Adalramus: & Ottonis cujusdam operâ usus est, in propagandâ doctrinâ ad Avares & Slavinos. *Lazius.**

* li.2.c.2.

ADALBINUS.

Fuit etiam Juvaviensis episcopus: qui Osvvaldi operâ usus est, in vicinis regionibus. *Lazius.**

* Ibid.

III. REGINOBURGENSES.

VICTERBUS.

Raosponensis episcopus, senio confectus, cessit pontificio Reformatori Bonifacio: & coëpiscopum & collegam accepit Geovaldam. *Aventinus.**

* lib.3.

GEOVALDA.

Geovalda, seu Gainbaldus, seu Gibolph. à Bonifacio, jussu Georgii II. episcopus Reginoburgi ordinatur, anno Domini 737. cùm Bavaria in quatuor parochias esset distributa. *Chronicon Bavariæ, Aventinus,** *Lazius,** *Wilibaldus in vita Bonifacii.*

* lib.3. * li.2.c.2.

SUIDBERTUS.

Suidbertus, vel Synobertus, Reginensis episcopus, duodecim obsides, quos Thassilo dedit Carolo Magno, Wormaciam adduxit. *Annales Francorum.* Interfuit Synodo Dingulosini. *Aventinus.**

* lib.3.

BELIBOLDUS.

Episcopus Reginoburgensis nonagenarius, librum scripsit: quem adhuc exstare dicit *Hedio.**

* Part.3. Hist. Eccl. li.3.c.9.

GANGOLPHUS.

Ratisbonensis episcopus, claruit anno Domini 752. *Valentinus Münzerus in Chronographiâ,** *& Francus.*

* Ætate 3.

IV. FRISINGENSES.

CORBINIANUS.

Valdegiso parente, & matre Corbinianâ, Majæ, quæ Colonia erat Bojorum in ripâ Athesis, ubi nunc Tirolium, natus, omnibus bonis paternis neglectis, cellam seu monasterium sibi exstruxit: ibique cum monachis, seu eremitis quibusdam, vitam exegit. Romam tempore Gregorii II. abiit, & ab eo instructus, & ordinatus episcopus, in patriam rediit. *Ottho Frisingensis.** Jussu Grimoaldi, Bojorum Ducis, capitur; & ab eodem Fruxini pastor constituitur: datâ fide, quòd posthac in eo loco velit commorari, & illam Ecclesiam gubernare. *Aventinus.**

* li.5.c.23 * lib.3

In eo munere se-se mediocriter gessit: & non modò infimorum hominum vitia taxavit; sed etiam Grimoldo Regi concionatus est pœnitentiam, quòd uxorem fratris sui Viltrudam duxisset. Id molestè pellex ista tulit; eique insidias struxit. quas ut declinaret, mercenarius iste in pedes se-se conjecit: & jusjurandum datum violans, in Italiam ad Litoprandum aufugit. Paulò pòst Grimoldo succedit Hugobertus. is Corbinianum ex Italiâ revocat; & Baptismum ab eo petit. *Aventinus.**

* lib.eod.

¶ Deos alienos coluit; & Nuptias damnavit. Nam Fruxini Benedicto Ecclesiam construxit; & monachos collegit, ac instituit.

Miracula ei *Ottho Frisingensis*[a] adscribit. ut, quòd oratione effecerit, ne mustum ex vase effflueret spinâ excussâ: quòd urso, qui sibi saginarium suum occiderat, imperârit, ut saginam ferret: quòd, ad preces ejus, aquila piscem fame laborantibus attulerit: quòd, signando crucem, furem suspensum servârit; donec ad Pipinum abiens petiisset, eum sive vivum, sive mortuum, sibi tradi. [Sed fabulosa videntur.]

Obiit Fruxini, circa annum Domini 750. & Majas delatus, sepultus est, sicut testamento caverat.

ARIOBERTUS.

Ariobertus, seu Erunprechtus, (*ut Wilebaldus in vita Bonifacii scribit*) frater Corbiniani, pontificiis superstitionibus deditus, Fruxinensem Ecclesiam, unam ex quatuor parochiis, à Bonifacio constitutis in Bojorum provinciâ, accepit gubernandam. *Aventinus*,[b] & *Lazius*.[c]

JOSEPHUS.

Fruxinensis episcopus, ope Utilonis Bojorum Ducis, collegium mystarum instituit: cui nomen Isenis cus fecit, in cujus ripâ conditum exstat. *Aventinus*.[d]

ERBO.

Erbo, seu Aribo, episcopus Fruxinensis, Latinos versus scripsit: ut testatur *Hedio*.[e] Interfuit Synodo Dingulofini. Charus fuit Thassilono. Nam is, de consilio illius, Valentinû Tridento Bathaviam transtulit; & pacem cum Francis coluit: quam, Aribone mortuo, violavit.

Pontificiis erroribus imbutus, monasterium ad Sylvanum lacum superioris Bavariæ consecravit; & Berichtoldum abbatem constituit. Familiaris fuit Virgilio; ac ante ipsum obiit. *Aventinus*.[f]

ATO.

Dissuasit Thassilono bellum contra Carolum; ac eâ re malam gratiam iniit: ità ut magis Francis, quàm Boiis, favere diceretur, & ut proditor haberetur. *Aventinus*.[g] Lis ei fuit cum Tigurinorum abbate Meginhardo, ob quatuordecim decimas interceptas. Carolus Magnus rem cognoscendam, & dijudicandam, delegat Arnoni Saleburgensi, & Elinando primario sacerdoti: qui jubent Monachos templa & decimas suo Pontifici reddere. *Aventinus*.[h]

Muntzerus in Chronographiâ. Hattonem, præsulem Fruxinentem, translationem Bibliorum corruptam pro virili restituisse, narrat. Idem & *Pantaleon*.

MANNUS.

Neoburgensis episcopus, interest Synodo Dingulofini, tempore Thassiloni, Ducis Bojorum. *Aventinus*.[i]

ALMUS.

Sabonensis, interest Synodo eidem. *Aventinus*.[k]

V. ALII DOCTORES Bojarii.

ARIOVOLIPHON.

IN Bavariâ dignitate excellens, à Bonifacio excommunicatur. *Aventinus*.[l] Fortè quia non probavit ritus pontificios.

JUGGUS, ET ALII.

Juggus, & Ridolfus, Luidon, Phiphilus, Sevadas, episcopi in Alemanniâ, aut Bojariâ: ad quos Gregorius II. literas scripsit pro Bonifacio; quæ exstant *tomo 2. Concil.*

MARTINIANUS, & ALII.

Martinianus episcopus, Gregorius presbyter, Dorotheus diaconus, Romà reversi, Vivilo, & aliis episcopis Bojariæ, literas à Gregorio III. obtulerunt. *Aventinus*,[m] & *tomo 2. Conciliorum*.

VI. CARINTHIÆ Doctores.

MADOLDUS, & VARIOMANUS.

VIrgilius, Saleburgẽsis episcopus, à Chitomaro Charinorum Duce invitatus, ut in suâ ditione Euangelium doceret; illuc Madoldum & Variomanum sacerdotes misit: qui in istis locis Ecclesiam collegerũt. *Aventinus*.[n]

MAJORANUS.

In cœnobio Angiensi institutus à Lupo abbate, cujus nepos erat; cum consensu Virgilii, ad Venedorum Ducem Chitomarum missus, plebem Charinorum, seu Slavinos circa Carnuntum, de religione Christi docuit. *Aventinus*,[o] *Lazius*.[p]

THEODORICUS.

Rex Hunnorum, à Carolo victus, ab Arnone, Ecclesiarum in regione ejus institutore, edoctus, eum consensu Caroli Magni, Slavinorum ordinatur & constituitur episcopus: ac traditur ei tota illa regio Carantariorum, ab occidentali parte Dravi fluminis, usque ad ejus ingressum in Danubium; cum plenâ potestate, populum illum regendi, & sacra docendi, ecclesias exstruendi, presbyteros & diaconos ordinandi: veruntamen cum illâ conditione; ut subditus sit, & pareat ipse Pontificibus Juvaviensibus. *Aventinus*,[q] & *Chronicon de conversione Carentanorum*.

MODESTUS.

Jussu Thassilonis, Modestus à Virgilio episcopus consecratur; & cum Cothario, Latino, Battone, Reginoberto, presbyteris, & Richardo diacono, ac aliis, ad Chanonas mittitur. ad quos ubi venit; Ecclesiam collegit, sacerdotes ordinavit; & ædes in Solio & Liburniâ exstruxit, & consecravit; atq; Solvensis ad divinam Virginem episcopus resedit. *Aventinus*,[r] *Lazius*.[s]

VII. DOCTORES SUEVIÆ: Augustani.

PERIOCHIUS.

EPiscopus Augustæ Vindelicorum, celebravit eo in loco Synodum: ut suprà commemoravimus.

VICTERUS.

Augustanus præsul, celebratur *in Cosmographiâ Munsteri*.

VIII. DOCTORES FRANCIÆ Moguntini.

GEROLDUS.

VVormaciensis aut Moguntinus episcopus, castra Caroli Martelli contra Saxones secutus, interficitur. *Aeditum in Chronico. Aventinus*.[t]

GEBOLIBUS.

Gebolibus, seu Gerbilo, seu Geylep, filius Geroldi, patri in episcopatu successit. Fuit homo militaris: canes & aves venaticas aluit: & patrem suum ulturus, ad Visurgim venit; & Saxonem, patris sui hostem, ad colloquium familiare evocatum, occidit, inquiens:

Accipe jam ferrum, quo patrem vindico charum.

Bonifacius rem ad Gregorium III. Pontificem defert: qui ab officio episcopali eum dejiciendum censet; & literis ad Pipinum efficit, ut Bonifacius ei substituatur, & episcopalis sedes à Wormaciâ Moguntum transferatur. *Caus. 16. q. 1. c. Præcipimus Francus Irenicus*.[u] *Aventinus*.[x] Negotium is facessit Bonifacio; & Romam ad Pontificem abiit: ut patet *ex epistolâ Zachariæ ad Bonifacium*. Sed quid effecerit, non est in literas relatum.

BONIFACIUS VENOFRIDUS.

Venofridus natione Anglus, Cridioduni in patriâ Devoniensi natus, plùs-minùs sex passuum millibus ab Excestriâ. *Balæus*. Sed *Curio*[y] Londæ natum esse asserit. Et *Muntzerus in Chronographiâ* affirmat, eum Richardi, Regis Anglorum, fuisse fratrem.

A' patre suo, in monasterium Excestriam, ad Wolhardum abbatem missus, in monachorum ordinem legitur; & literis assiduè excolitur. Cùm prima elementa degustâsset: cum consensu fratrum, in aliud monasterium, Nutycelle, ad Winbertum abbatem, concessit; (quem magistrum suum appellat, *in epistolâ ad Danielem*) & sub eo uberiorem ingenii cultum accepit. nam Artes dicendi, & Musicam, didicit. In Poësi etiam eos progressus fecit, ut versus scriberet. Historiarum quoque cognitionem sibi comparavit: & modum Sacras literas interpretandi percepit: ac tandem in eo monasterio ipse docere alios cœpit.

¶ Circiter aut ultra trigesimum annum ætatis, presbyter ordinatur.

Cùm esset deliberatio, de Legatis ad archiepiscopum Cantuariensem Briuntaldum mittẽdis, ad Synodum Londini indictam: Winbertus, Wintra & Berovvaldus, abba-

tes, hunc

---

[a] lib. 5. c. 25
[b] Lib. 3.
[c] lib. 2. c. 8.
[d] Lib. 3.
[e] lib. 6. c. 9
[f] Lib. 3.
[g] ibid.
[h] Lib. 4.
[i] Lib. 3.
[k] ibid.
[l] Lib. 3.
[m] Lib. 3.
[n] Lib. 3.
[o] ibid.
[p] lib. 2. c. 2.
[q] Lib. 4.
[r] Lib. 3.
[s] lib. 2. c. 6
[t] Lib. 3.
[u] lib. 3. c. 37.
[x] Lib. 3.
[y] Lib. 2.

tes, hunc eligunt; & cum consensu Regis Anglorum eò ablegant. In eo conventu cùm se bene gessisset; celebris in Angliâ factus est. Paulò pòst, cum consilio & consensu abbatis sui, in Frisiam, cũ aliis undecim monachis. (*Balaeus* *) excurrit: & Dorstadii, & in Atrecht, per semestre, eo tempore (cùm inter Carolum & Radobodum orta esset dissensio: & Radobodus ecclesias isthic vastaret, ejectis doctoribus; & restitutis idolis Gentium) oberrat; & occasiones docendi spectat. Sed metuens suæ cuti, in Angliam ad fratres revertitur: ibique per hyemem manet. Moritur interea abbas. Fratres deliberant de Vinofrido surrogando. Sed ille, propter peregrinationis studium, detrectat vocationi parère. Præficiunt ergo Stephanum.

* Centur. 2 cap. 19.

Vinofridus, à Daniele, Vintoniensi episcopo, literas commendatitias, & à Stephano viaticum, accipit; & Romam proficiscitur. Gregorius II. eo tempore consilia tractabat; quo pacto Ecclesias Germaniæ (quæ doctrinam Christi profitebantur quidem; sed pontificio jugo non ità erant subjectæ) lucraretur; & paulatim suas faceret. Occasiones habebat non-incommodas: quia Reges Francorum sibi erant addicti; & Sacerdotes quidam Germani, munus suum negligentiùs videbantur curare. venatione, conviviis, scortatione, & aliis vitiis districti & occupati. si tamen vera sunt, quæ Bonifacius de iis ad Pontificem retulit; & passim ab Historicis referuntur.

Deerant autem ad eam rem idonei ministri; per quos Pontifex id, quod volebat, efficeret. Cùm autem Vinofridi mores, audaciam, studium, & zelum erga Romanas superstitiones, agnovisset; & propemodum per annum probâsset: Legatum eum Germaniæ creat, & cum literis in Thuringiam ablegat. Româ ergo ad Longobardos venit: & a Luitprando Rege honorificè excipitur, & muneribus ornatur. Indè, Alpibus superatis, usque in Thuringiam transit: & literas Pontificis offert; & Principes & Sacerdotes ad pietatem hortatur; & Romanæ Ecclesiæ mores & ritus suadet: *ut Wilibaldus, Eistettensis episcopus, in vitâ ejus, refert.*

Historiam de Thuringorum conversione, ex Chronicis quibusdam, in Capite de Propagatione Ecclesiæ, commemoravimus: de quâ tamen, quia Wilibaldus, qui ejus seculo vixit, eam non annotavit; non levis suspicio oritur: præsertim cùm constet etiam ex Gregorii epistolâ, Thuringos eo tempore fuisse Christianos.

Non diu in Thuringiâ moratus, transit cum fratribus, quos secum ducebat, in Franciam. Neque in eâ diu subsistit: sed cognito, quòd Radobodus esset victus à Carolo, in Frisiam properat, & se-se Willibrodo adjungit; & triennium plantationem Ecclesiæ, sub eo archiepiscopo, juvat. Hinc est, quòd *Hortensius* * scribit; Bonifacium, ex collegio sanctæ Crucis prope Ultrajectum, lectum esse episcopum Moguntinum.

* lib. 1. Rer. Ultraject.

Wilibrordus, senio confectus, de eo in episcopatu surrogando consilium init. Sed Bonifacius, se nondum annos quinquaginta habere, infra quos, Canones non admittant episcopos, prætendit. Et cùm urgeretur; commemorat, quomodo à Gregorio Pontifice sit ordinatus Legatus, ad occidentales Barbarorũ regiones: nec se posse, ait, sinè Apostolicæ sedis consultu, & authenticæ jussionis mandato, quicquam facere: ac petit à Wilibrordo, ut se dimittat.

Venit ergo ad locum Bamanaburg, seu Bamberg: & Deoticum & Deorulfum Duces (quos sub professione Christianismi idola coluisse, *Wilibaldus* asserit) convertit: hoc est, persuadet eis, ut Romanas & pontificias superstitiones & ceremonias approbent, & monasteria extruant. Idem apud vicinos Hessos effecit.

Ne autem Romanum Pontificem lateret, quid ageret: Binnam cum literis ablegat; eique de rebus omnibus scribit; & quasdam quæstiones proponit. Pontifex, non omnia ausus literis committere, eum Romam evocat: ut coràm possit occasiones discere; & consilia de rebus gerendis captare. Vinofridus continuò se-se in pedes conjicit; & brevi Romam advolat. Pontifex ab eo postulat, ut fidei suæ confessionem exhibeat: quod ille scripto facit. Deinde ad colloquium eum admittit: & diligenter omnia inquirit, quo pacto homines in Germaniâ converterit ad fidem, & ceremonias pontificias.

Rebus omnibus exploratis, Pontifex intelligit, non posse aliâ ratione Ecclesias Germanicas faciliùs suo subjici jugo: quàm si Bonifacium ordinet episcopum; eumq́; Regum muniat authoritate; & is omnia, quæ faciat, nomine Pontificis Romani agat. ita enim paulatim jus supra illas Ecclesias acquiri posse. Quare Vinofridum, pridie Calend. Decemb. in die Andreæ, creat episcopum; ac novum suo mancipio facit nomen, nimirum Bonifacii: eiq́; tradit librum decretorum, seu formam reformandi Ecclesias; & jurajurando hominem adstringit, ad obedientiam & reverentiam Romanæ sedis. ut patet ex conceptis verbis, quæ in Cap. 1. de Rebus circa ordinationem, adscripsimus. Ac literis commendatitiis eum armat, ad episcopos, presbyteros, & cunctos Christianos: deinde ad universum clerum & plebem Thuringiæ; itèm ad Saxones. quarum exempla exstant *in tomo 2. Conciliorum*. In quibus singulis, virtutes ejus prędicat, & omnis humani & divini juris consultissimum vocat: & præcipit, ut eum suscipiant & audiant; seque per eum, ab errore, ad salutis viam reduci patiantur. Carolo quoque illum commendat: ac, ut defensorem & patronum ejus agat, postulat. *Epistola exstat apud Aventinum.** Factum anno 723.

* lib. 3.

Reversus Bonifacius in Hassiam, Gesmeræ arborem, (quam Robur Jovis Pagani vocabant) Christianorum quorundam, qui isthic agebant, rogatu, succidit; & oratorium, in honorem Petri, exstruit. *Wilibaldus in vitâ ejus.* Sed *Chronic. Isenacense* in Westphaliam collocat, Wismasiam.

Indè in Thuringiam progressus, Principes & Seniores plebis hortatur; ut Romanos ritus suscipiant: & Sacerdotes, qui se ei opponebant, hæreseos accusat, & adulterii; & dementat homines specie pietatis. & Ortruvii monasterium condit: in quo fratres, cùm mendicandi artificium nec nossent, nec sibi frugiferum esse viderent, propriis manibus victum compararunt. Ad Melibocum, illum paucos Monachos docuisse, *Carrio* annotat. Factum anno Domini 724. *juxta Chronicon Isenacense.*

Ista rei novitas, admirationi fuit multis: adeò ut ex Britanniâ, & aliis locis, plurimi etiam docti visi confluerent; quorum operâ usus est, in collectione Ecclesiæ, in circumcircà jacentibus oppidis.

Interea, mortuo Gregorio Romæ succedit Gregorius junior: ad quem Bonifacius Legatos mittit; & petit communionis & amicitiæ significationem; ac prolixè commemorat suam erga Romanos observantiam. Pontifex, haud ignarus consilii sui antecessoris, Legatos cum muneribus, diversisque Sanctorum reliquiis, & cum pallio archiepiscopatùs, remittit. *Aventinus.** additis literis; quarum exemplum refert *Nauclerus.** Quibus acceptis, Bonifacius duas ecclesias, alteram Fridesslariæ, in honorem Petri; alteram Bamanaburgi, in Michaëlis honorem, ædificat: eisq́; singulis unum monasterium adjungit: anno Domini 728. *Chronicon Isenacense.*

* lib. 3.
* Gener. 25.

Rebus in Thuringiâ constitutis, in Bavariam abit; &, Hugoberti Principis præsidio, Ecclesias illas deformat. Eremuulfum episcopum (quem schismaticum & hæreticum *Wilibaldus* vocat; sed non expresso errore ejus) damnat & abjicit; & à sectâ & idololatriâ populum abducit; ad fratres suos remeat.

Cùm autem re-ipsâ cognovisset, in Romani Pontificis literis vim magnam esse, ad dementandos homines; ac ipse jam alia moliretur, ad quæ opus erat ejus autoritate: ideò tertiò se-se in viam dat; & Romam venit. Excipitur à Gregorio III. perbenignè; & tractatur honorificè; & reliquiis Sanctorum, & commendatiis literis, cumulatus. Exstant epistolę duæ * Gregorii III. quas Bonifacio tradidit. Prior est generalis, ad omnes episcopos, presbyteros, & abbates, omnium provinciarum: posterior specialis, ad populos Germaniæ. in quâ commemorat, Bonifacium, à suo antecessore ordinatum, & jam à se instructum & edoctum, quæ debeat agere, remitti, ut Ecclesias visitet; & de Romanâ fide erudiat: ac præcipit, ut omnes pareant.

* Tomo 2. Concil.

His armis fretus, in Bavariâ ille redit, ann. Domini 727.

Chronicon Bavariæ. & ab Odilone Principe, propter Pontificis commendationem, suscipitur; ejusq; præsidio, sacerdotes & episcopos, qui in eâ regione erant, & Romanas ceremonias non ita observabant, premit: & provinciam, juxta consilium Romani Pontificis, in quatuor parochias dividit; & singulis suum episcopum, sibi & Romanis addictum, præficio nimirum, in Saleburgensi Johannem; in Frisingensi Erembertum; in Reginæ civitate Gailbaldum; & Bilibaldum in Aichstettensi: anno Domini 737. *Chronicon Bavariæ.* De hac distinctione, exstat epistola Zachariæ ad Unilonem; & alia ad Bonifacium.

Fuldense cœnobium, in Buchoniâ sylvâ, in speluncâ bubonum, *(ut Muntzerus scribit)* ædificat, anno Domini 743. *Sigebertus. Marianus Scotus* duos annos insuper addit. Et, ob Athalongi fabulam, quòd per reliquias Kiliani visum recuperâsset, in castro Wisburch, ecclesiam & sedem episcopalem erigit; & Burchardum episcopum præficit: anno Domini 746. *Sigebertus. & Trithemius.*

Carolo Martello mortuo, à Carolomanno & Pipino in Franciam vocatus, institutâ Synodo, ecclesias illas pontificiâ larvâ imbuit; & clericos ab uxorum consuetudine avulsit: & Albertum, Clementem, & alios sinceros doctores, abhorrentes ab Antichristi superstitione, oppressit. *Wilibaldus in vitâ ejus.* De hac re scripsit epistolam ad Zachariam; quæ exstat *apud Nauclerum.** Et Hildericū, Francorum Regem, authoritate & nomine Zachariæ Pontificis deponit: ut patet ex ejus ad Bonifacium literis, *apud Aventinum.* Pipinum Regem inaugurat, anno Domini 750. *Regino.** & Senatûs Populiq; Romani Patritium pronunciat. *Bonifacius,** & *Annales Francorum.*

[* Gene. 25.] [* lib 2.] [* Dec. ad 1. lib 8.]

Post multos labores, Zacharias Bonifacium facit archiepiscopum Moguntinum; & Coloniensis ecclesiæ præfecturam ei adjungit: propterea quòd de Romanâ ecclesiâ bene esset meritus; & effecisset, ut multi Romam cum muneribus irent. *Mutius.** [* lib 6.]

Opera ejus in Ministerio.

Porrò, in suo ministerio, quædā bene, pleraq; verò esse male egit: idq; ideò, quia non tantùm Christo, sed etiam Antichristo, in templo Dei sedenti, suam præstitit operam.

Bona quidem & laudanda hæc sunt:

Quòd non piguit ipsum, munus docendi obire.

Quòd Gentilium errores refutavit; & multos ad fidem Christi convertit.

Quòd taxavit vitia. ut patet *ex epistolâ ejus ad Ethelbaldum Anglorum Regem:* quem graviter arguit, ob libidines, luxum, avaritiam, & sacrilegium. Metum & fugam pestis, ex præscripto Gregorii III. arguit: quia manus Dei non possit effugi. *Mutius** Rathobodum, ob crudelitatem adversùs innocentes, reprehendit; & ad fidem Christi cohortatus est. *Aventinus.** Scelera Sacerdotum ubiq; arguit, fretus autoritate Pontificis. *Idem ibidem.* [* lib. 6.] [* lib. 3.]

Quòd adhortatus est singulos, ad pietatem & bona opera. Nithardo studium sacrarum literarum commendat: *in epistolâ ad ipsum.* Carolum Martellum *in epistolâ* hortatur, ut Christianos in Thuringiâ cōtra Paganos tueatur. Idem facit *in epistolâ ad Graphionem, Martelli filium.* Buggam abbatissam in cruce consolatur; & ad patientiam cohortatur.

Quòd consolatus est afflictos: ut Danielem oculis orbatum, & alios.

Quòd Sacramenta administravit. Nam centum millia hominum baptizâsse scribitur. Falsum autem est, quòd *in Chronico Misnæ* dicitur, Witekindum baptizâsse, anno Domini 780. Constat enim, eum anno 755. mortuum esse.

Quòd pro conversione Gentilium, tum ipse preces fecit, tum etiam alios ad eam rem excitavit. Nam *in epistolâ ad Anglos* prolixè petit; ut pro Saxonū conversione Deum invocent. Et ipse pro aliis quoq; oravit. Sic pro Graphione se orare, indicat *in epistola ad ipsum.*

Quòd discipulos instituit. Nam discipuli ejus referuntur: Vivilo, *(Mutius*)* Gregorius. Lullus, Mengolus, Wilibaldus. Sturmius, Wigbertus, Burchardus, & Fridericus Gridiounnus, qui etiam nepos ejus vocatur. *Balæus* ex Lelando & Wilhelmo.* Dudonis præceptorem se-se vocat, *in epistolâ ad eundem.* [* lib. 6] [Centur. 11 cap 55.]

Quòd ad quæstiones propositas respondit. Sic, cùm esset interrogatus; an liceat in ligneis calicibus administrare sacra? respondit: Olim fuisse ligneos calices, & aureos sacerdotes: jam verò esse ligneos sacerdotes; & aureos calices. *Hedio.** [* lib. 8. c. 9.]

Quòd nō puduit eum, in rebus difficilioribus, aliorum expetere consilia. Nam à Daniele consilium petit, de conversatione cum Sacerdotibus, à Romanis ceremoniis alienis: & Perhelmum & Nothelmum de matrimoniali causâ consulit; *ut patet ex epistolis:* & ab Egberto, quid de Presbytero fornicario statuendum sit, quæritq; sit'ne relinquendus in officio, an verò removendus, cum Ecclesiæ incōmodo?

Quòd libros in precio habuit. Gregorii epistolas, ex Bibliothecâ Romanâ, in Britanniam misit; absq; dubio suppositias. nam ipse dicit, se non putare, quòd eò priùs venissent: *in epistolâ ad Egbertum.* Libros à Winberto relictos, sibi mitti petit à Daniele; *in epistolâ.* Et opera Bedæ, ab Egberto postulat, & ab Huetberto abbate: & tractatus in epistolas Pauli, à Dudone petit.

Quòd ecclesias exstruxit. Nam Aistettensem ex prædiis & mancipiis, à Suiigero Comite donatis, erexit. *Hermannus Shedel.* Erfordiæ Mariæ templum condidit; ac voluit eò sedem episcopi collocare: sed dissuasum ei est à Zachariâ. *Chronicon Aedituu.* Frideslariæ, Witmariæ: *Chronicon Isenacense.* Et Monasteria virorum: ut Ortruvii, & Fuldæ; cui abbatem dedit Sturmium, anno Domini 750. *Chronographus Muntzeri.* Et à Zachariâ privilegium impetrat; ne cui Fuldense cœnobium sit subjectum, præter Romanum Pontificem: ut Thioto abbas *in epistolâ ad Benedictum* attestatus. Et mulierum: ut in oppido Kitzingensi, cui Hadelogam seu Teclam; & Bischoffshemiæ, cui Liobam præfecit. *Trithemius in epitome Regum Francorum.*

Quòd ordinavit episcopos. In Bavariâ, Gainbaldum Ratisponæ episcopum constituit, anno Domini 737. *Chronicon Bavariæ, & Aventinus** Wilebaldum Eistettensem episcopum ordinat. *Marianus Scotus.* Unilonem. *Mutius.** Burchardum Herbipoli: Lullum Moguntii, cum consensu Zachariæ & Pipini, successorem sibi elegit. *Zacharias in epistolâ, & Bonifacius ad Fulradum.* [* lib. 3.] [* lib. 6.]

Quòd distribuit diœceses. Nam *in epistolâ ad Zachariam* narrat, se provinciam Germanorum, in tres parochias distinxisse: in Wirtzburgensem, Bambergensem, & Erfordiensem. *Nauclerus.** [* Gener 25.]

Synodus celebravit, autoritate Pontificis. Nam Augustæ, jussus à Gregorio III. Concilium coëgit. *Nauclerus,** *Mutius.** Ac *Bilibaldus in vitâ ejus* narrat, eum quatuor Synodos celebrâsse, post archiepiscopatum Moguntinum; & decreta sex universalium Synodorum promulgâsse; & Canones condidisse. [* ibid.] [* lib 6]

¶ Ut minister autem & mancipium Antichristi, (quem in Bestiâ secundâ * præfiguratum esse, *Balæus* ostendit) multa malè egit. Nam sub Pontificium jugum Francos, Noricos, Bojos, Thyrigetas, Cattos, Saxonum partem, Dacos, Slavos. Frisios, redegit. *Curio,** *Balæus, & Aventinus.* Ipse *in epistolâ ad Cuthbertum* narrat: Francos in Synodo promisisse obedientiam & reverentiam Romano Pontifici; & quòd pallia ab eo accipere & petere velint. [* Apocal 13. v 11. & seqq.] [* lib 2]

Damnavit nuptias Sacerdotum; cœlibatum instituit; sacerdotes conjuges in Thuringiâ, Bavariâ & Franciâ, deposuit ab officio: ut constat *ex vitâ ejus apud Wilibaldum.* Peregrinationes instituit; Purgatorium docuit; Mortuorum ossa & imagines venerari jussit. Vestales sermocinatrices, contra Pauli præceptum,* admisit: ut constat *ex epistolâ ad Leboogytham.* Effecitque, ut cum oblationibus pleræq; Romam adirent. *Balæus.* [* 1 Cor. 14 vers. 34.]

Baalitmum passim in ecclesiis & monasteriis instituit: ut patet ex *Wilibaldo.* Ac refert *Bergomensis,** Albinum, ejus oratu, Missales orationes, & ecclesiastica officia à Gothis turbata, restituisse in integrum. [* lib. 10.]

Vitam monasticam virorum & mulierum, primus in Germaniâ, ad Benedicti regulam instituit. *Marianus Scotus in Chronico.* Et Childericum Regem, monachum Pontificiis ceremoniis initiavit. *Mutius.** [* lib. 6.]

Missas pro mortuis celebrare jussit. *in epist. ad Aldbertum.*

Fraterni-

Fraternitates primus invenit, & instituit. Erant autem mutuæ preces, & missificationes pro vivis & mortuis: ut constat *ex epistolâ ad Optatum abbatem.*

Childericum, Francorum Regem, contra jus deposuit; & Pipinum ejus loco substituit; & populum ab ejus fide & jurisjurandi vinculo absolvit. *Regino,* Balaus, & alii.* [*Lib. 2.]

Pontificibus Romanis adeò fuit addictus & subjectus: ut nihil sinè eorum consilio ageret; ac etiam de rebus frivolis eorũ exspectaret sententiam. Sic de lardo, quando comedendum sit, Gregorium II. interrogavit per epistolam.

Ac ei vehementer doluit; si non potuit omnia ab ipsis mandata efficere. Sic *in epistolâ ad Zachariam* suum dolorem demonstrat: quòd non potuerit efficere, ut Franci archiepiscopos & pallia à Pontifice Romano peterent: & se totum illi subjicit; &, si quid deliquerit, satisfacturum promittit.

Nec ullâ in re Pontificiis erroribus se-se opposuit: nisi quòd, *in epistolâ ad Gregorium*, quosdam abusus, quibus Germani, qui Romæ fuerant, offensi erant, & temerarias quasdã dispensationes, indicat. Ex *in epistola ad Pethelmum, Nethelmum, & Dudonem*, ostendit; se non posse intelligere, quòd adeò magnum peccatũ sit, ducere uxorem eam, quæ propter Baptismum alicui facta sit propinquior: cùm omnes simus fratres & propinqui spiritualiter; & tamen ea conjunctio non impediat matrimonium. Idem *in epistola ad Chutbertum*, quam paulò ante mortem scripsit, suam, de peregrinatione Romam versùs, sententiam nonnihil corrigit: & præcipit, ne adeò frequenter sinant Moniales peregrinari: propterea quòd paucæ sint civitates in Longobardiâ, Franciâ & Galliâ; in quibus non sit adultera aut meretrix generis Anglorum, quæ illâ occasione eò excurrisset.

Novit inescare homines potentes; eosque munusculis paucis, ad liberalem & cumulatissimã compensationem, allicere. Sic Ethelbaldo accipitrem, duos falcones, duo scuta, & duas lanceas misit. *In epistolâ ad ipsum.*

¶ Scripta etiam posteritati reliquit, sed quæ hodie non omnia exstant.

De sua fide & doctrinâ,	*Lib. 1.*
De religione sanctitatis,	*Lib. 1.*
Pro rebus Ecclesiæ,	*Lib. 1.*
Instituta Synodalia,	*Lib. 1.*
De suis in Germaniâ laboribus,	*Lib. 1.*
Epistolas ad quatuor Papas,	*Lib. 1.*
Ad Ethelbaldum Regem,	*Lib. 1.*
Vitam Livini martyris,	*Lib. 1.*
Vitam Lebuini monachi,	*Lib. 1.*
Vitas Sanctorum aliorum,	*Lib. 1.*
De fidei unitate,	*Lib. 1.*
Contra Hæreticos,	*Lib. 1.*
Epistolarum ad diversos,	*Lib. 1.*

In epistolis suis quibusdam, versus sub finem adscripsit: ut *in epistolâ ad Nithardum, & ad Zachariam*, ubi bi eastant:

Te Deus altitonus sanctâ conservet in æde,
Sedis Apostolicæ rectorem in tempora longa,
Mellifluâ gratum populis doctrinâ per orbem;
Perficiatq; Deo dignum pia gratia Christi.
Splendida perficiat florens sua gaudia mater:
Atq; domus Domini lætetur plebe fecundâ.

¶ Quid de singulis doctrinæ Christianæ capitibus senserit & docuerit, tum bene, tum malè; suprà in cap. IV. exposuimus.

Corruptelam de oratione pro mortuis, à Pontifice Gregorio acceptam, longè lateque sparsit: ut patet *ex epistolâ ejus ad Aldberium abbatem.*

Orationem Deo fore acceptiorem; si ad eam adstipulatio & benedictio accedat Rom. Pontificis; ineptè garrit, *in epistolâ ad Anglos.*

Bonis operibus salutis meritum adscribit, *in epistolâ ad Torthelmum*: dum se, pro redemtione animæ suæ, habere studium dicit, Saxones convertendi. Hic fuit finis omnium ejus operum, & laborum! Christus ergo frustra ei mortuus fuit: quia gratiam ejus aspernatus est.

De aliis ejus nævis in Cap. IV. diximus.

De certaminibus ejus.

Propter Pontificios characteres, ex ambitione, contra multos dimicâsse legitur. Sed veræ certaminum causæ sedulò occultantur ab Historicis: qui satis sibi esse existimarunt, si tantùm ejus adversarios, falsos sacerdotes, hæreticos, schismaticos, & adulteros, scripsissent. Sic *Wilibaldus*, & post eum alii scriptores, narrant; Dortovinum, Bertherum, Anobertum, & Hunoredum, falsos sacerdotes, avaros, impudicos, ambitiosos homines, fabularum præcones, in Thuringiâ se-se Bonifacio acriter opposuisse: sed ab eodem & refutatos, & ab officio remotos esse. Non est dubium, si quo errore isti sacerdotes fuissent infecti; quin in literas Pontificii scriptores expressè retulissent. Verùm, quia nullo aperto errore verè fuerunt contaminati; sed se pontificiis opposuerunt deformationibus, & humanis traditionibus, & notis Antichristi: (quales erant: conjugii Sacerdotum abolitio; vitæ monasticæ, & impuræ castitatis, recens institutio; missificationes pro mortuis; invocatio Sanctorum; usus peregrinæ linguæ in administratione sacramentorum; & multiplices ceremoniæ, eæq; superstitiosissimæ; cultus reliquiarum; & similes nugæ) ideò nihil de eorum sententiis & argumentis annotarunt; sperantes, hoc modo cauturos, ne posteritas agnosceret, majores suos novis illis superstitionibus Antichristi in initio repugnâsse; idemq; imitaretur.

In Bavariâ antagonistam habuit Eremuulfum, seu (*ut Aventinus scribit*) Ariovoliphonem. Sed quam ob causam ei repugnaverit, Pontificii dissimulant; & tantùm eum, & factionem ejus, insimulant avaritiæ & luxûs. Bonifacius verò Hugoberti præsidio, & Pontificiis literis munitus, eos deponit ab officio; & excommunicat. Et ne, causâ ad cognitionem deductâ, suam innocentiam possint probare: Bavaris persuadet, non esse fas, illis petentibus jus reddi, aut in concilium aut ad sacra admitti, aut ullum honorem habere. Atque ità, istis tyrannide oppressis, statim alios in locum eorum substituit, ad novas pontificias ceremonias assuefactos. *Aventinus.** [*Lib. 3.] Sacerdotes aũt Bavari, de injuriâ queruntur: & cùm Bonifacius Romam abiisset; de recuperandâ suâ dignitate pristinâ, consilia capiunt. Quare ab Utilone Duce revocatus, iterùm eos compescit: & suis sociis, ut Antichristus, provinciam illam distribuit. *Aventinus.** [*Ibid.]

Gebolibus, Wormaciensis episcopus, strenuè se cum aliis Bonifacio opposuit: sed ob cædem, quâ parentem suum ultus erat, sive verè, sive crimine confictò, à Gregorio III. seu Zachariâ, (ut apparet *ex epistolâ ejus*) deponi jubetur. Quod cùm Bonifacius præstitisset: sedes ejus Ecclesiæ Moguntiam transfertur à Pipino; & Bonifacio, ut merces iniquitatis, attribuitur. *Caus. 16. quæst. 1. c. Præcipimus. Irenicus,* Aventinus.**

Nec Virgilius & Sidonius potuerunt approbare, quæ à Bonifacio gerebantur. Nam, cùm ille rebaptizare instituerer eum, qui per sacerdotem in nomine Patria & Filia & Spiritus sancta baptizatus erat, refutabant eum: & factâ ad Pontificem appellatione, obtinebant victoriam. Nam Zacharias ei scribit, ne rebaptizet, propter barbarismum à Sacerdote commissum. Quod cùm ei esset valdè molestum; infensè observabat Virgilium: ejusq; concionem, in quâ dixerat esse Antipodes, in calumniam rapit; eumque publicè arguit; & ut Legatus Germaniæ, suâ & pontificiâ autoritate eum premit: ut in Capite de Schismatibus exposuimus. *Aventinus.*

Contra Gemilium superstitiones, satis bene se-se gessit; ac ab iis vicissim ille est exagitatus. Nam *in epistolâ ad Stephanum* scribit; Paganos sibi triginta Ecclesias evertisse. De Germanorum ferocitate, passim in epistolis suis queritur. Objecerunt ei Pagani & Christiani in Germaniâ: cur non potiùs suos Anglos reformet, libidinibus & adulteriis corruptissimos, more equorum & asinorum luxuriantes? ut indicat *in epistolâ ad Herefridum.*

In Gallis, Albertus Gallus, & Clemens Scotus, Samson Scotus, & alii, nõ invidiâ; (ut *Nauclerus* putat) sed vero zelo moti, Bonifacio repugnant: & novas ejus ceremonias, quibus in baptizando, & administrãdo Cœnam, utebatur, improbant: eumque præstigiatorem & adulatorem accu-

[*Lib. 3. Aventinus.]

sant:

sant: & multis, ut secum sentiant, persuadent; libris etiam contra Bonifacium editis. Discipuli Bonifacii eum monent, ut cautiùs agat. Verùm ille respondet: illum, qui secum sit, esse majorem, quam qui cum illis faciat. Putabat autem Romanum Pontificem. Ad eum ergo statim accusat Albertum, & socios ejus. Pontifex Zacharias, Romæ collectâ Synodo, Albertum excommunicat: & literas ad Regem Franciæ scribit, de istis deponendis. Albertus ergo in carcerem Fuldensem conjicitur: atque ita mancipium Antichristi victoriâ potitur. *Naucl erus,* Aventinus, & Epistola Zacharia ad Bonifacium.*

* Gener. 28.

Litigavit cum episcopo Coloniensi, de Ecclesiâ Trajectensi; quam ipsi Carolomannus commendaverat, ut visitaret, & episcopum isthìc constitueret: ut patet *ex epistolâ ejus ad Stephanum II.*

Aulfridus, & alii, quos fallarios appellat, molesti fuerunt Bonifacio. Quare contra eos petit defensionem à Pipino, per epistolam.

De his tribulationibus, & animi perturbatione, passim in epistolis queritur; cùm pro se preces expetit: *ut in epistolâ ad Buggam.* Oculos caligantes se habere; & minutas literas se ampliùs non posse legere; queritur *in epistolâ ad Danielem.*

Nec tamen adeò patienter eum omnia tulisse, ex hoc liquet: quòd *in epistolâ ad Chutbertum* narrat; se sæpe voluisse curam pastoralem deponere: sed hoc impeditũ esse, quòd nullum exemplum veterum Patrum, aut sacræ Scripturæ testimonium, potuisset invenire; quo id piè fieri posse affirmaretur.

¶ Multorum usus est familiaritate. Nam Romanis Pontificibus, nimirum Gregorio II. & III. Zachariæ, & Stephano, charus fuit: qui etiam illum fratrem, coëpiscopum suum, collegam, & legatum, vocant: ut constat *ex epistolis eorum ad ipsum.*

Ex Angliâ multos accersivit; quorum operâ usus est in Thuringiâ, Bavariâ, Franciâ, & aliis in locis, ad ecclesias & monasteria instituenda & gubernanda: inter quos nominantur; Burchardus, Lullus, Wilibaldus, Wunebaldus, Bitta, Gregorius, (*Aventinus**) Eobanus, Vinnungus, Wachterus, Ethelherus, Hamundus, & alii; qui in Frisiâ cum ipso occubuerunt: ut constat *ex Wilibaldo.* Nithardus, quem in epistolâ ad studium sacrarum literarum cohortatur; Chutbertus; Magesetus, qui ad Bonifacium plures scripsit epistolas. (*Balaus**) Egbertus Herefritus, Pethelmus, Jamnulus, Aldherus, Daniel, Nothelmus, Geppa, Wigbertus.

* lib. 3. * Centur. 2. cap. 14.

Ex Regibus ac Principibus notus fuit: ut Luitprando, Odiloni, Carolo Martello, Graphioni, Pipino, Carolomanno, Ethelbaldo, & aliis.

Traxit etiam secum ex Angliâ mulierum gregem: inter quas celebrantur, Chunitruda matertera Lulli, & Valdopyrga, quas in Bojariam; Chynilda & Beragytha, quas in Thuringiam; Tecla & Lioba, quas in Franciam collocavit: ut ubique locorum suas inveniret amicas, cùm ultrò citroq; deambularet. *Aventinus.** Nec ulli, præter Liobam, in Fuldense cœnobium patuit aditus: quam tanto amore est prosecutus; ut eam in sepulcro suo consepeliri mandaret. *Balæus.**

* lib 3. * Cen. 3. c. 19. in Append.

Ac aliis quibusdam Abbatissis familiaris fuit: ut Eamburgæ, Buggæ, Eangythæ. Ad quas cùm scribit: plerunq; se peccatorem fatetur; conscius fortè sibi sanctæ cum illis consuetudinis. Illæ verò rescribentes, commendant eum ab eruditione & castitate.

¶ Tribuunt ei, inter alia, etiam donum præsagiendi futura. Nam de Ecclesiâ, quam Fritislariæ exstruxit, prædixisse fertur; eam fore invictam ab igne: cujus rei veritatem eventus comprobavit. Saxones enim nullo modo potuerunt eam igni inflammare, circiter annum Domini 774. *Regino.**

* lib. 2.

In Frisiam abiens, sibi prædixit mortem: & Lullo mandavit, ut à se cœptas ecclesias, & maximè Fuldensem, perficeret; eoque suum cadaver reponeret. *Wilibaldus in vitâ ejus.*

Commendat eum idem Wilibaldus, à castitate, humilitate, temperantiâ, liberalitate in pauperes, & aliis virtutibus: quas, si rem ipsam videas, & ex fructibus arborem æstimes, haud in eo verè reperias, larvâ hypocriseos retectâ. Ac de se-ipso verè scribit, *in epistolâ ad Leobgytham*; quòd sit pessimus omnium Legatorum, quos catholica & apostolica Romana Ecclesia, ad prædicandum Euangelium, destinaverit. Nam non Euangelium; sed legem & traditiones Antichristi, prædicavit.

¶ Cùm in Frisiâ, (*Platina sub Gregorio II.* in Africâ, scribit: idem *Bergomensis,** & *Sabellicus**) cum sociis suis, Eobano episcopo, Vintrungo, Wachtero, Ethelhero, presbyteris; & Hamundo, Scirbaldo, & Bosâ, diaconis; & Vaccaro, & Gundaccaro, Illehero & Batoulfo, monachis, ad Bonæ flumen, quod est in confinio Ost & Westerachiæ, ad pagum Dorckheimum, tentoriis erectis, festum confirmationis Neophytorum celebraret; pontificio charactere baptizatos, quos in eum locum convenire jusserat, signaturus: Pagani, seu Prædones, (*Bergomensis* Mahumetanos somniat fuisse) indignè ferentes, quod Pipinum unxisset Regem, (*Volaterranus**) armati in eos impetum faciunt; & ipsum cum 50. familiaribus suis trucidant; & cistas ejus, in quibus libri erant, & reliquiæ Sanctorum, diripiunt: Nonis Junii, anno Domini 755. *juxta Wilibaldum. Segebertus* annum minus habet. *Regino* numerat annum Domini 752. Cùm episcopum & legatum pontificium egisset annis 36. (quemadmodũ ipse *in epistolâ ad Stephanum* indicat) mensibus 6. & diebus 6. vixissetque annos 60. *Balæus.** Pagani, in cistis ejus putabant esse thesaurum: ideoque de iis inter se-se dimicant. Victores, cùm illas aperuissent; & codices & reliquias reperirent: abjecerunt, & dispersierunt eas.

* Lib. 10. * Enn. 8. lib. 10. * lib. 4. * Centur. 2. cap. 13.

Cadaver ejus a Christianis Trajectum defertur; & postea à Lullo, post Haddonem, Moguntiam transportatur; & tertiò in monasterium Fuldense reconditur: ut *Trithemius & alii* annotant.

Miracula, ad sepulcrum ejus facta, commemorat *Wilibaldus*: sed ea ad superstitiosa & mendacia signa pertinent. Gutbertus, *in epistolâ ad Lullum*, de eo prædicat: quod in illis locis Euangelium docuerit; ad quæ nullus antea docendi causâ adire ausus fuerit. Et Milredus, *in epistolâ ad Lullum*, eum decus & columen omnium vocat, quos præsens protulit patria.

GREGORIUS.

Ex Angliâ evocatus à Bonifacio, comes ejus fuit. *Aventinus.** In collegio Crucis, prope Ultrajectum, Gregorium egisse monachum, & fortè abbatem; ac indè ad Moguntinensem episcopatum adhibitum esse; *Hortensius** indicat.

* lib. 3. * lib. 3 Hist. Mirapoll.

Exstat Epistola quædam Lulli, ad Gregorium presbyterum & abbatem: in quâ eum commonefacit: ut, veteris amicitiæ memor, pro se oret: ac eum hortatur, ad fastidium & contemtum rerum præsentium; & ad appetentiam cœlestium bonorum. Appellat eum præceptorem & collegam suum: & rogat, ut se erudiat, & instruat piis admonitionibus suis. Sed an iste sit, affirmare non possumus.

WUNIBALDUS.

Frater fuit Wilibaldi, Eistettensis episcopi. Ex Angliâ ad Bonifacium in Germaniam venit; eique comes & socius fuit, in deformandis Ecclesiis Germanicis. *Aventinus,* Balæus.† Schedelius** scribit, eum cum fratre suo, Sebaldi, ad Germanos à Gregorio II. missi, socios fuisse.

* lib. 3. † Centur. 2. cap 16. * Ætat. 6

FRIDERICUS.

Fridericus Cridiodunus, Bonifacii nepos & discipulus, comes ejus semper fuit. *Malmesburiensis*, scripsisse eum quædam, indicat. Claruit anno Domini 760. *Balæus.**

* Centur. 13 cap. 55.

DENEHARDUS, & DENUAL.

Presbyteri, collegæ Bonifacii, literas ad Pontifices attulerunt: ille ad Gregorium III. hic verò ad Zachariam: ut patet *ex epistolis Pontificum.*

LULLUS.

Lul, (*ut Zacharias eum vocat in epistolâ ad Bonifacium*) seu Lullus, (*ut passim nominatur apud Scriptores*) seu Lullo, (*ut Carolus Magnus eum appellat, in Privilegio Bremensi, apud Crantzium in Saxoniâ**) seu Julius, (*ut a Balæo vocatur*) fuit natione

* lib. 2. c. 3

natione Anglus, [illegible] Maldu[illegible] ab E[illegible] ab [illegible] tritus, & cognomine Irtel dictus: ut patet *ex epistola Hereca ad eundem.* [illegible] unus ex duodecim monachis, quos Egbertus Eboracensis mi[illegible] in Frisiam. *Balaus.* In [illegible] Angliâ, a Bonifacio, cum a Gregorio II. [illegible] am esset ablegatus, evocatur. *Aventinus.* Haud segni[illegible] iste ad[illegible] ad eum: & in Hassiâ Thuringi[illegible], & E[illegible] rdi[illegible], cum [illegible] plantat Ecclesias. In Fuldensi cœnubio monacho[illegible] stituit. *Curio.*

Bonifacius eum Romam ablegavit a[illegible] Zachariam, à quo responsum & literas retulit: ut patet *ex epistola Zachariæ.* Idem Bonifacius eum volebat [illegible] ordinare episcopum. Sed id Pontifex dissuadet: quia [illegible] contra Canones. Verùm hoc dat c[illegible] silii: ut [illegible] opum ordinet, & moriturus commendet cle[illegible] & e[illegible] siæ. Coepiscopus er[illegible] o designatur [illegible] ut Bonifacius, in F[illegible] iam [illegible] iturus, Ec[illegible] æ curam & ad[illegible] nem comm[illegible] it: & literis ad Fulredum petit, ut cu[illegible] agat, ut consentiat in Lullum successore. [illegible] tet *ex epistol[illegible] ad Fulredum.* Atq; [illegible] modo [illegible] um defunctus esset Bonifacius in Frisiâ, Lullus Moguntinus episcopus factus est anno Domini 756. *juxta Marianum,* [illegible] Constantini [illegible] Copronymi 14. *ut Erfordiensis.*

¶ Aliquot ejus *Epistolas* videre nobis contigit. ut: *Ad Osuitam,* 1

Ad Leobgytham, 1.

Ad Gregorium 1

Ad Den[illegible] hardum & alios, 1

Ad Cœnam, 1.

¶ Pontificios errores & ipse habuit, & professus est. Nam Jejunia, & Missarum celebrationes, putat prodesse ad pluviæ aversionem: *in epistola ad Thuringos.*

Orationé mortuis prodesse, opinatur *in ep[illegible]. ad Cœnam.*

In vitâ monasticâ, & traditionibus humanis præcipuam cultûs Dei & salutis ponit fiduciam. [illegible] ntra [illegible] ud: *Frustra me colunt mandatis hominum.*

Clavem ligatoriam existimat in eos stringi oportere; qui violent traditiones humanas. Nam excommunicat Osuitam; quòd passa sit, sinè suo consilio, sacras virgines peregrinari: *in epistola ad ipsam.*

Doctrinam dæmoniorum, de prohibitis nuptiis, approbavit, & promovit disciplinâ monasticâ.

¶ Munere docendi functus est, non tantùm ante episcopatum; sed etiam postea. Et Bonifacius, *in epistolâ ad Fulredum,* jubet, eum prædicatorem, & doctorem presbyterorum & populorum, [illegible] onstitui: ac affirmat, eum fore magistrum presbyterorum, doctorem regularem mona[illegible] rum; populi Christiani fidelem prædicatoré, & pa[illegible] m.

Vi[illegible] iter reprehendit: ut patet *ex epistola ad Osuitam.* Et *in epistola ad Cœnam* queritur, Princi[illegible] novos mores nova q; leges condere.

Di[illegible] iplinam monasticam conservare studuit: & Osuitam ex[illegible] ommunicat; quod sinè suo consilio pe[illegible] erit Mon[illegible] peregrinari.

Ad Jejunia, Missas, & Preces publicas, in pluviis avertendis hortatur Thuringos.

Librorum studiosus fuit. Nam Bedæ libros sibi postulat transmitti *in epistol[illegible] ad Cœnam:* & Wi[illegible] baldum excitavit, ut vitam Bonifacii scriberet.

Consecravit M[illegible] ndũ abbatem, anno Domini 794. *Muntzerus in Chronographia.*

Ordinavit W[illegible] ha[illegible] um episcopum Bremensem: ut *Carolus* indicat in [illegible] io, *apud Crantzium de Saxonia.*

Miraculis eum claruisse, *Fasciculus temporum* indicat. Unde & post mortem eum [illegible] oluerunt homines superstitiosi. Hinc vert[illegible] *apud Erfordiensem.* *Vincentium.* † & *Malmesburiensem*

Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus,
Pollens divinâ, tribuente Deo, medicinâ,
Occurrit morbis: ut totus prædicat orbis

¶ Conqueritur, se a ministris Diaboli fatigari: *in epistolâ ad Leobgytham, & ad Cœnam.*

Chunitruda matertera ejus fuit. *Aventinus.*

Gregorium abbatem, suum præceptorem vocat: *in epistolâ ad eundem.*

N[illegible] tam ha[illegible] Zachariæ Pontificis, W[illegible] Rabani, Bregovi[illegible] Denehardi Eanberti, Sigevval[illegible] & Bedæ; qui libros [illegible] in peregrinationis Lul[illegible] consolationem, scripsit.

Cum præfuisset Ecclesiæ annos [illegible] obiit, anno Domini 787 *juxta Chronicon Quedelburgense, & Balæum.* *Marianus & Urspergensis* annum [illegible] inus habent.

RICH[illegible]LPHUS.

Richolphus, vel [illegible] chulphus, Ca[illegible] Caro[illegible] Magni [illegible] opera usus fuerat in legatione ad T[illegible] anno Domini [illegible] *Regino* & *Aventinus* [illegible] it Lullo: & ordinatus est Frislar[illegible] 4. Nonas Mart[illegible] anno Domini 787. *Hermannus in Chronico*

LAN[illegible]IDUS.

Presb[illegible] Lulli propter inobedientiam excommunicatus, a W[illegible] suscipitur & contra Lullum defenditur: ut *ex epistola Lulli a*[illegible] patet.

GUNDUINUS.

Diaconus Lulli, cõmendatur *in epist[illegible] ad Leobgytham.*

HYLDEVAIDA.

Archiepiscopus Palatinus, cum Arnone Salcburgensi, jussu Caro[illegible] Magni, Leonem per Bojorum fines in Italiam dedux[illegible] *Aventinus*

HERBIPOLENSES SEU Wirtzburgenses.

BURCHARDUS.

Burchardus, seu Urgardus, (*secundum Adonem* seu Rurchardus, *juxta Canguinum* [illegible] seu Richardus, *juxta Annonium*) Anglus, fratrem habuit Suidunum: consanguineus Bonifacii, qui eum educari, & liberaliter institui curavit. Cum autem Bonifacius à Gregorio II. in Germaniam jussus esset ire, evocavit hunc ex Angliâ: ut haberet comitem & socium. *Aventinus.* Ille sinè mora advolavit: & in Thuringiâ & Hassiâ, & aliis locis, deformationem Ecclesiarum Dei, & Papatûs institutionem, adjuvit.

Bonifacius eũ Wisiburgi (*ut Sigebertus scribit*) aut Witburgi, (*ut Ado*) aut Herbipoli, (*ut Otto Frisingensis, & alii*) ordinavit episcopũ; consensu, imò jussu, Carolomanni anno Domini 746. *Trithemius* duos annos addit, *in Epitome Francorum:* alii verò plures. Ac confirmavit eum in episcopatu Pipinus, & Zacharias Pontifex, anno Domini 748. *Aventinus,* & *Funcium.* Sed *Urspergensis, Hartmannus, & alii,* ponunt annum Domini 751.

¶ Libros aliquot scripsit, qui, eo mortuo, manserunt apud fratrem ipsius Siguium: sed an extent, necne [illegible] mus. Cum Bonifacio, ad Ethelbaldum, Regem A[illegible] epistolam scripsit, quæ extat: sed an [illegible] ejus [illegible] er an verò tantùm subscriptionem egerit, non constat.

¶ Iisdem opinionibus deditus fuit; quibus Bonifacius, & aliæ [illegible] jus secul[illegible] Pontificum Romanorum limiæ.

Vitæ monast[illegible] æ nimium tribuit. Nam moniales Virgines, scribit, per votum propriæ sponsionis, & per verba Sacerdotis, Deo consecrata templa fieri: quæ si matrimonio junguntur violentur & profanentur. *in epistola ad Ethelbaldum.*

Romano Pontifici [illegible] ibuit potestatem, Reges constituendi & deponendi, & Subditos ab obedientiâ & jurejurando a[illegible] patere legatione, quâ functus est ad [illegible] emu[illegible].

Episcopos [illegible] bona conscienti[illegible] utrumque [illegible] ad[illegible] Princ[illegible] pe[illegible] gentium domin[illegible] Luc[illegible] *Principes gentium dominantur; vos autem non* [illegible] Quod [illegible] onstat ex eo quod [illegible] no accepit [illegible] niæ.

¶ Munere concionandi quidem functus est: sed non aurum, argentum & pretiosos lapides; sed stipulas & fœnum, super fundamentum extruxit: Antichristiq; regnum [illegible] partim promovit.

Discipulos instituit. Nam Harimarũ, Canonicũ Wirtzburgensem, sub ejus disciplinâ multum profecisse [illegible] it *Crantzius in Metropoli.* Et Carolum Magnũ, victis Saxo-

nibus,

[illegible] Saxonum [illegible] genere [illegible] loco datos ei radelis [illegible] erudiendos, [illegible] & Lelandus [illegible] retterunt. *teste Baleo.*

[illegible] celebravit. [illegible] enim Francicæ Synodo, [illegible] anno: ut constat ex ejus Actis.

[illegible] contemtor majestati hoc est legitimi magistratus [illegible] & contra eum sedit [illegible] Nam cum Bonifacius & ipse cognoscerent, Pipinum affectare regnum Francorum: non arguerunt sed magis confirmarunt eum, & [illegible] resserunt [illegible], & cum [illegible] & Romani Pontificis emolumentum [illegible] posset. [illegible] navum esse [illegible] & non ad omnia quæ Pon[illegible] [illegible] Pontifi[illegible] [illegible] hoc modo [illegible] emere [illegible] Pipini, ut postea [illegible] [illegible] Duc[illegible] erat pr[illegible] illius Burchar[illegible] in R[illegible] ingereretur. Excom[illegible] que Burchar[illegible] um V[illegible] ado ab[illegible] te. Romam [illegible] anno Domini 7[illegible] *Regino*[*lib. 2.*] & nomine Bonifacii [illegible] Pontific[illegible] expon[illegible] ac oratione [illegible] [illegible] exemplum *ad Aemylium*[*lib. 2.*] exstat [illegible] ut Fran[illegible] [illegible] ut eabsol[illegible] & Pipinum [illegible] [illegible] tarieo[illegible] Pontifex, recogn[illegible] oceres F[illegible] omnes, [illegible] iperer [illegible] & Childe[illegible], per leg[illegible] & literas resp[illegible] omnino [illegible] Pipinum re[illegible] designent. [illegible] mandat B[illegible] acio: ut Childericum [illegible] monachum [illegible] Pipinum in regem ungat. Burchardus, cum V[illegible] sententiam Pontificis, & [illegible] in Syn[illegible] [illegible] exponit. *Aventinus.*[*lib. 3.*]

H[illegible] beneficii memor Pipinus, Ducatu Ostrofrancorum administrationem Burchardo & omnibus ejus [illegible] donavit: anno Domini 75[illegible] *Tritthemius in Epitome Francorum, Annales Francorum, & Valentinus Muntzerus in Chronographia.*[*Anno. 3.*]

[illegible] Commendat eum, ab abstinentiâ, & liberalitate in pauperes, *Schedelius:*[*Anno. 6.*] & miraculis eum claruisse indicat; sed nulla recenset.

Familiaris fuit Bonifacio, Wilibaldo, Vnlrado, Lullo, Wunebaldo & Pontifici Romano Zachariæ; qui epistolam ad ipsum scripsit, quæ exstat *in tomo 2. Conciliorum:* in quâ [illegible] & alios episcopos in Synodo quadam congregato[illegible] hortatur; ut cum Bonifacio se-se opponant iis, qui Romanas ceremonias improbabant.

Senio confectus, abdicato episcopatu, Megingandum successorem designat: & navim cum sex monachis conscendit, & in castrum Hohenburg se-se recipit, sumtis [illegible] quos conscripserat: ac in eo loco tandem obiit. [illegible] anni 791. aut sequenti: cùm præfuisset Ecclesiæ annis 4[illegible] *Ursbergensis. Schedelius.*

HARIMARUS.

Unus ex obsidibus Saxonum Pipino datis, à Burchardo [illegible] adeò profecit; ut Canonicus fieret. *Crantzius in Metropoli.*[*lib. 1. c. 11.*]

MEGINGANDUS.

M[illegible] seu Megingolus, discipulus & comes [illegible] in [illegible] & Hassia [illegible] tionem Ec[illegible] in monasterio Fritislariæ monachos instru[illegible] *ex epistola Bonifacii ad ipsum. & Tatbuinum, B[illegible] & similes.* Cum Boni[illegible] A[illegible] vertum [illegible] epturus esset certamen: conatus est eum a pro[illegible] ere; se[illegible] effec[illegible] *ut W[illegible] in vita [illegible].* Car[illegible] M[illegible] eum in monasterium N[illegible] vie, & cons[illegible] est [illegible] [illegible] per [illegible] B[illegible] & appe[illegible] it. Se[illegible] postea B[illegible] Herb[illegible] lense [illegible] [illegible] annos 3. obi[illegible] 7[illegible] *W[illegible] Schedelius, Valentinus Muntzerus in [illegible] graphia.*[*Anno 9*]

SUIDUNUS.

[illegible] linus, seu [illegible] nimis, frater fuit Burc[illegible] ac eo [illegible] ad se recepit. *Balæus.* [illegible] ipolensis [illegible] epi[illegible]: *ut Schedelius* rete[illegible]

BERNVVOLF.

Megingando successit Bernvvolf & præfuit annis [illegible] Interea & R[illegible] Moguntinum episcopum, & Bongidsum, Fuldensem abbatem, ortum est dissidium, propter chartam quandam: quam aliqui Bonifacium a Pontifice accepisse affirmarunt. Tandem causâ, in præsentia Caroli & [illegible] orum in Synodo tractatâ, Bernvvolfius damnatur propter [illegible] tam ordinationem, in Fuldensi cœnobio [illegible] *Rabanus, in epistola ad Hattonem.* Mortuus est anno Domini 8[illegible] *Chronographia Muntzeri.*[*Anno 3.*]

ATHALONGUS.

Athalongus seu Adelungus, [illegible] ubi in Francia aut Gallis [illegible] ur [illegible] [illegible] posset [illegible] Ecc[illegible] ipsum tulit, Kilianum & sociorum [illegible] medelam [illegible] [illegible] haud-[illegible] Miretur quomodo cæcus id potuerit [illegible] uag[illegible] [illegible] onis cum duxit [illegible] ecepit. Quod [illegible] Bonifacius [illegible] vit, [illegible] am & [illegible] ontinuem [illegible] ha[illegible] effecit, ut e[illegible] sedes [illegible] constituetur: anno Domini 746. *Sigebertus.*

EDANUS.

Edanus, seu Addanus, unus fuit ex episcopis, quorum consilio & operâ Carolomannus Synodum Francicam coegit, ad disciplinam ecclesiasticam denuò instaurandam, ut patet ex Synodo Francicâ, *tomo 2. Conciliorum, & apud Aventinum,*[*lib. 3.*] & *Nauclerum.*[*Gener. 25*]

VITANUS.

Vitanus, seu W[illegible] neanus, seu Witta, vel Bitta, vel Bina, ex Britanniâ oriundus, comes Bonifacii fuit: ut patet ex *Wilibaldo Eystettensi. & Aventino.*[*lib. 3.*] Episcopus Barbarensis Ecclesiæ. Interfuit Synodo Francicæ, sub Carolomanno: ut patet ex decreto ejus, *apud Aventinum,*[*lib.*] & *Nauclerum.*[*Gener. 25*] & *tomo 2. Conciliorum.* Zacharias ad eum scripsit epistolam: in quâ confirmat tres sedes episcopales, a Bonifacio institutas. *Tomo 2. Conciliorum.*

IX. EPISCOPI THURINGIÆ.

DERTOVINUS & alii.

DErtovinus, Beretherus, Anobertus, Hunoredus episcopi Germani, calumniis & vi oppressi a Bonifacio, autoritate Gregorii II. ut patet *ex Aventino.*[*lib. 3.*]

WILIBALDUS.

Ex Angliâ, aut Scotiâ, (ut quidam volunt) oriundus patrem habuit Richardum, Anglorum Regem & matrem Beunnam, [illegible] in W[illegible] & sororem Waltpurgam: ac Bonifacii avunculus fuit: ingenio, memoriâ, linguâ promtu[illegible] literis operam non sine fructu navavit. *Schedelius.*[*Anno. 6*]

In monasterio quodam, sub Egberto Eboracensi, ab eodem, unà cum aliis undecim monachis, in [illegible] rus est ut poneret [illegible] Christi insignirent. *Balæus.*[*Centur. 2. cap. 19.*] [illegible] Sebaldi. [illegible] II in Germaniam [illegible] ejus [illegible] Eo[illegible] Hierosolymam cursitarunt, ac inde Romam. Interea Bonifacius [illegible] ermanos [illegible] ontificio jugo subjicere: ac [illegible] de[illegible] indi[illegible] re. Scriptis ergo evocaverat Wilibaldum, cum fratre & sorore, sub Gregorio II. ut *Aventinus* indicat. Sed, an tum venerit statim; an verò prius abierit Hierosolymam & Romam [illegible] judice.

Gregorius III eum ad Bonifacium misit; eique commen[illegible] it. A[illegible] eum cùm venit in Thuringiam [illegible] Christianam religionem docuit, & in vicinâ Hassia. In Bavariam progressus anno Domini 74[illegible] cœpit in vastâ [illegible] tudine, succisis nemoribus, ad Al[illegible] um ubi olim Ala Narisca stativa habuit *juxta Cuspinianum*[*lib. 2.*] urbem exstruere, à quercubus, Eychsteid D[illegible] apolim [illegible] *Valentinus Muntzerus.*[*Anno. 9*]

A Bonifacio presbyter ordinatur & postea episcopus Aichstadiensis cum consensu Uttonis Ducis, & S[illegible] gerionis Præfecti Bojorum ann[illegible] *juxta Schedelium,* aut 744. *juxta Aventinum,*[*lib. 3*] aut 745 *juxta Muntzerum*

A ¶ Scripsit, [illegible] sanè stylo, *Vitam Bonifacii* [illegible] *brum*; quem ante editionem Lullus & Megengandus inspexerunt, & approbarunt.

De vitâ Walpurgis librum 1. & *Epistolas plures ad monachos*, & alia quædam. *Balæus.* * & *Trithemius.* (* Centur. 2. cap. 16.)

¶ Iisdem erroribus imbutus fuit, quibus Bonifacius.

Monasticen. seu doctrinã dæmoniorum de prohibẽdis nuptiis, magni fecit: ut patet ex *Monasteriorum ædificatione*.

B Humanis traditionibus Deo cultum præstari, opinatus est: ideoque eas cumulavit, & superstitionibus Romanam Synagogam auxit. *Balæus ibidem.*

¶ Francicas ecclesias reformatè juvit; & Sacerdotes conjuges oppressit.

Synodo sub Carolomanno interfuit, *ut constat ex Actis.*

Architectum cœnobii Aicholladii, & urbis illius, egit. *Schedelius* * (* Annum 6.) Meningandum abbatẽ, in monasterio Neapolitano, à Carolo exstructo, consecravit, in præsentiâ Caroli. *Valentinus Muntzer.* * (* Annot. 3.)

C Obiit anno Domini 781. ætatis suæ 77. *juxta Balæum.* Sed *Muntzerus*, eum anno Domini 794. adhuc vixisse, indicat. Sepultus est Aichostadii.

X. ARGENTINENSES.

HEDDO.

HEddo, seu Etho, abbas Augiensis, à Pirminio, in exsilium pulso, constitutus est. *Aventinus.* * (* lib. 3.) Sed postea Carolus Martellus eum Argentoratensibus episcopũ dedit, anno Domini 734. Canonicos & Prælatos, Simoniæ (ut vocant) deditos, reprehendit, & corrigere studuit. Sed, cùm ab iis se contemni videret: Romam adiit, & pontificia fulmina secum attulit. *Hedio.* * (* lib. 6. c. 15.) D Zacharias, in epistolâ suâ ad ipsum, & alios episcopos Galliæ, laudat eum: quòd benignissimâ voluntate ad fautorem & magistrum, à Deo ipsis constitutum, beatum Petrum, Apostolorum principem, conversus sit. *Tomo 2. Conciliorum.*

Interdictum de Nuptiis amplexus, cœnobium exstruxit; cui nomen de suo fecit Ettenheim: & Benedictinos monachos creavit, ad Pontificii regni ampliationem. *Wessergensis. Aventinus.* * (* lib. 3.)

E

VALANUS.

Episcopus Basiliensis, homo doctus, claruit anno Domini 735. *Munsterus in Cosmographiâ, & Pantaleon.*

XI. CONSTANTIENSES.

ERNFRIDUS.

AUgiæ abbas, ad episcopatũ Constantiensem transfertur, anno Domini 736. *Hermannus Contractus in Chronico.* Huic, cum annos 12. præfuisset, successit Sidonius: qui itidem Augiæ abbas fuerat. Is cùm abbatiam Othomari invasisset: ante altare S. Galli, profluvio ventris correptus, subitò concidit, & animam exhalavir: F (*Henricus Erfordiensis* * (* cap. 67.) anno Domini 761. (*Hermannus in Chronico*) cùm annos circiter 13. præfuisset Ecclesiæ.

Successorem autem sortitus est Johannem: qui etiam Augiæ abbas antea fuerat. Is post annos 19. mortuus, Eginoni reliquit sedem: (*Hermannus Contractus*) anno 782.

Hunc secutus est Petrus: qui in Augiâ priùs etiam abbatem egit. *Idem.*

XII. COLONIENSES.

ANNO.

G Duodecimus episcopus Coloniensis.

FARAMUNDUS.

Decimus-tertius, in Dagoberto Rege Francorum. *Liber de Episcopis Coloniensibus.*

AGILOLPHUS.

Decimus-quartus episcopus Coloniensis: orto intestino bello Francorum, secutus est partes Caroli Martelli, eumque consiliis instruxit. Cùm res ad arma venisset: Carolus eum misit ad Proceres, ut de pace tractaret. Sed H ille in viâ, ad Malmundariense cœnobium, à fratribus interimitur.

Miracula superstitiosa ei adscribuntur: quæ consultò omittimus. *Chronicon de Episcopis Coloniensibus.*

A

REGENFRIDUS.

Decimus-quintus Coloniensis episcopus, sub Theodorico II.

HILDEGARIUS.

Hildegarius, seu Hildogerus, seu Childogar, episcopus Coloniensis decimus-sextus: Pipini contra Saxones castra secutus, a Saxonibus, in castro Nigberg, (*juxta Reginonem* * (* lib. 2.)) seu Witburg, (*juxta Adonem* * (* Annum 6.)) seu Wiburg, juxta fluvium Wiseram, (*juxta Annales Francorum*) seu ad monB tem Iborch in loco ubi Wisera & Werra confluunt, occisus est, & a Carolo Magno sepultus, in monte Ounerberg, ubi etiam ecclesia fundata; quæ Reme, a Remis, appellata est: anno 20. Constantini Copronymi, Erfordiensis. * (* lib. 2. c. 69.) Domini 753. *Regino.* † († Lib. 2.) *Aventinus.* * (* lib. 3.) & *Vita Coloniensium Episcoporum.*

BERTHELMUS.

Successit Hildegario; & annos 10. rexit Ecclesiam Coloniensem, tempore Pipini & Caroli Martelli. *Liber de Vitis Coloniensium.*

C

RICOLPHUS.

Ricolphus, seu Ratholphus, decimus-octavus Colonienlium episcopus, præfuit annis 22. sub Carolo magno. *Lib. eodem, & in Chronico Coloniensi.*

HILDEBALDUS.

Decimus-nonus archiepiscopus Coloniensis, consecravit Ludgerum, episcopum Mymyngrodensem. *Crantzius in Metropoli.* * (* lib. 1. c. 5.) Et recognovit ac confirmavit privilegium Bremense, (*Idem* * (* lib. 2. c. 15.)) ut sacri Palatii Capellanus: & D Ludovicum, Caroli Filium, unxit Regem; & præfuit annis 34. *Acta Coloniensium.*

XIII. DOCTORES FRISII.

VULFRANUS.

NAtus ex patre Vulberto, milite in aulâ Dagoberti & Ludovici, in regione Vasconiensi, episcopus Senonensis factus est; mortuo Lamberto. In somnis admonitus, deserto episcopatu, in Frisiam ad prædicandum Euangelium abiit. Collegas autem ex Fontanellæ cœnobio, & comites, assumsit.

E In Frisiâ aliquot convertit. Filium Ratobodi, & Ingomarum, baptizavit. A Ratobodo interrogatus; an plures majorum suorũ in inferno, aut in paradiso essent? respondit, In inferno esse plerosque, propter infidelitatem. Sed Rex, eâ voce offensus, pedem ex Baptismo retraxit: anno Domini 718. *juxta Sigebertum* Illusiones diabolicas, quibus Ratobodus dementabatur, strenuè refutavit.

Missam, non altâ voce, sed profusis lacrymis ex imo pectore, cantâsse; & puero suspenso impetrâsse vitam; & alia fabulosa, de eo commemorat. *Vincentius.* * (* Lib. 23. c. 142.)

F Cùm annos quinq; in Frisiâ exegisset; in monasterium Fontanellæ rediit, usque ibi in otio posset degere, Guericum Senonensibus episcopum ordinavit. Obiit anno Domini 720. *Vincentius. Erfordiensis.* * (* cap. 66) *Schedelius.* * (* Annum 6.)

HEVALDUS ALBUS, HEVALDUS Niger, Plechelmus, & Oggerus.

Hos Egbertus Eboracensis, unà cum aliis, in Frisiam misit: ut religionem Pontificiam plantarent in novellâ Christi Ecclesiâ. *Balæus.* * (* Centur. 2. cap. 19.)

G

WILLEBRORDUS CLEMENS.

Vilgisii filius, in Riponensi territorio, Septentrionalium Anglo-Saxonum genere, (unde *Bonifacius* eum Saxonem appellat, *in epistola ad Stephanum*) monasticam vitam sub Wicberto & Egberto ingressus, Benedicti characteres suscepit. Cum Bonifacio, & alios undecim monachis, in Frisiam venit: ut *Marianus* indicat.

Dissensiones tùm erant inter Pipinum & Ratobodum: & Frisius Dux Pontificios illos doctores aversabatur, ac religionem Christi, ut Ethnicus, impugnabat. Pipinus, H inter alias causas, cùm etiam hanc de religione haberet contra Ratbodum: Willebrordum Romam mittit; & Frisiis archiepiscopum designari petit, seque eum instituturum, & defensurum, pollicetur. Sergius haud segniter rem agit: & Willebrordum, per quem sperabat Frisiorum

ecclesias sibi subjicere, in die Clementis ordinat; & novo nomine, boni ominis gratiâ, donat, & Fritonum, Slavorum, & Batavorum, archiepiscopum designat: anno Domini 694. Interea Pipinus Ratobodum armis superat: & Clementem, ut à Pontifice Sergio illi genti episcopum datum, suscipi & audiri imperat. *Paulus Aemylius.** Atque ita ille Trajectensis episcopus efficitur.

¶ Scripsit *de sua Peregrinatione* librum 1. *Ecclesiasticos Canones*, librum 1. *Homilias. & Epistolas plures.*

Pontificios errores pleroſq; habuit, de vita monasticâ; & de traditionibus humanis, de Primatu Romani Pontificis, de cultu Sanctorum mortuorum, & similes.

¶ Maximam partem gentis Frisonum, in littore Oceani occidui, ad fidem convertit: fana & delubra destruxit, & ecclesias ædificavit: & in castello Trajecto ecclesiam in honorem Salvatoris constituit: & Thomæ sacellum, à Paganis dirutum, reparavit, & Martino dedicavit. *ut Bonifacius in epistolâ ad Stephanum testatur. & Lambertus.**

Baptizavit Pipinum, filium Caroli Martelli. *Liber de vita Crodegandi.**

Chorepiscopum sibi voluit adjungere Bonifacium: qui per annos tres in Frisiâ apud eum fuit. Sed, Bonifacio id munus recusante, alium elegit. *Wilibaldus in vita Bonifacii.*

Fuit homo miræ abstinentiæ & sanctitatis: ut *Bonifacius* testatur *in epistolâ ad Stephanum.* Et spiritu prophetico prædixit, Pipinum, Martelli filium, omnes Reges Francorum, fortitudine, potentiâ, amplitudine, & majestate, superaturum. *Liber de vita Crodegangi.**

Rarbodus, animi dubius de Baptismo, mittit ad eum, & petit consilium; debeátne Baptismum suscipere, an verò diutius differre? Sed ille respondet: Si fratri nostro Vultranno non credit; quomodo mihi credat? Ego, inquit, vidi eum hac nocte catenâ igneâ ligatum: unde constat, eum æternam damnationem jam subiisse. Hæc vera esse, eventus demonstravit. *Vincentius,** *Erfordiensis.**

Cùm annos 50. Ecclesiam Trajectensem rexisset; finitis longævæ vitæ diebus, ad Dominum migravit. *Bonifacius in epistola ad Stephanum. Baleus*, quadraginta-sex episcopatui; octuaginta-unum vitæ ejus assignat, anno Domini 739. Vitam ejus carmine scripsit Albinus Levita. *Baleus.** *& Berno.*

A N D H U N U S.

In Frisiâ alicubi fuit sacerdos. Exstat epistola Bonifacii ad eum: in quâ objurgat ipsum, quòd non miserit sibi vestimenta ex Frisonum provinciâ.

XIV. BREMENSES.

W I L L E H A D U S.

Genere Anglus, in Synodo petit à Rege Bitricho & Episcopis, sibi dari licentiam, in Frisiam proficiscendi, ad colligendam Ecclesiam; quæ morte Bonifacii erat turbata & dissipata. Dimissus à Synodo, in Frisiam venit: & primùm Scholam aperit; ac Magnatum liberos literas docet: & datâ occasione, etiam aliis de religione Christi concionatur. Discipulos non-paucos habuit: qui, ortâ persecutione, cum ipso capiuntur; & Bremæ, ac aliis in locis, interficiuntur. Sorte de eo missâ, more istius gentis, vitâ donatur. *Crantzius in Metropoli.** Cum Ludgero ergo Romam adit: & ab Adriano amicè & benignè excipitur. Inde in Galliam, ad sepulcrum Willebrordi, tendit: atque biennio Deum orat, pro Saxonum conversione. *Crantzius in Saxoniâ.*

Cùm autem Carolus Magnus Bremæ episcopatû constitueret: cum consilio Adriani Pontificis, & Lullonis [illegible]guntinensis, & omnium Principum, eum ordinavit [illegible]um Brementem, & multis bonis locupletavit: ut [illegible] ex Privilegi[illegible], *apud Crantzium in Saxoniâ.** Anno [illegible] 788. *Henri[illegible] Metropoli.**

¶ [illegible] scripsisse [illegible]dam dicitur: sed quæ nobis visa non [illegible]; neque ab [illegible] nominata reperimus.

F[illegible] le[illegible] canonico ordine, & monasteriali competen[illegible] [illegible] & administrare, à Carolo jussus est. *in Privilegio.* D[illegible]enit Frisios & Saxones pontificias ceremonias; & monasticas superstitiones propagavit. Præsidiis & armis contra Barbaros munitus est. Bremæ, in honorem Petri, basilicam exstruxit.

Obiit in Frisiâ, in villâ Plexen, anno Domini 791. cùm annos 2. & menses egisset in archiepiscopatu, & annos 35. post Bonifacii martyrium, in Frisiâ docuisset. *Crantzius in Saxonia.** *& Baleus.**

W I L L E R I C U S.

Unus ex discipulis Willehadi, successit ei in episcopatu: & diligenter Ecclesiam illam, docendo & propagando verbum, excoluit. Transivit etiam ad vicinos; & apud Dithmarsos in Meldorp, & in Holsatiâ, Hamburgi, & Dorstadii, concionatus est. & aliquos Domino lucrifecit. Præfuit annos 50. usque ad finem imperii Ludovici, filii Caroli Magni. *Crantzius in Metropoli,** *& Chronicon Holsatiæ.*

XV. DOCTORES WESTPHALIÆ.

L E B U I N U S.

Anglus natione, ab archiepiscopo Eboracensi Egberto, in Frisiam, cum aliis undecim monachis, missus est. *Baleus.** Et prædicavit in Velnâ, & postea in antiquâ Saxoniâ, seu Westphaliâ. *Fasciculus temporum.* Vitam ejus descripsit Bonifacius: ut indicat *Trithemius, de illustribus Viris Germaniæ.*

L I B O R I U S.

Liborius, vir sanctus, Padebornensi ecclesiæ à Carolo Magno præficitur. *Crantzius in Saxoniâ.**

L U D G E R U S.

Natione Frisius, in monasterio Franciæ, cui nomen Beneventum, vitæ monasticæ operam dedit. Indè à Carolo Magno, ex Albini commendatione, evocatus, Canonicorum collegio præficitur. Witekindo verò sæviente, cum Willehado fugâ elapsus, Romam ad Adrianum venit; ac ab eo consolationes hausit: & ad Casinum cœnobium abiit; Ibique se-se biennium continuit; & pro Saxonum conversione oravit. *Crantzius in Saxoniâ.** Postea Carolus ei Mymingrodensem, seu Monasteriensem, ecclesiam commisit: estq; a Coloniensi archiepiscopo Hildeboldo consecratus.

¶ Erroribus pontificiis, de traditionibus humanis, & vitâ monasticâ, imbutus fuit. Ac utrumque gladium episcopis competere sensit, cōtra Christi interdictum:* *Principes gentium dominantur; vos autem non sic.* Nam insigne ejus fuit, gladius & baculus episcopalis, transversim locati. *Chronicon Saxoniæ.*

¶ Innumeras gentes ad fidem convertit: *ut Wernerus in Fasciculo temporum* indicat. & Apostolum Saxonum eum rectè dici, *Crantzius* putat.

De facultatibus patrimonii sui, monasterium in Werdenâ, super Rutam, condidit.

Castra Caroli contra Wiltos, Wandalos & Sorahos, secus oppidum Helmenstede, communivit; ut inde ad Wandalos posset propagare religionem: eumque locum abbati Werdensi subjecit, cum Caroli assensu. *Crantzius in Metropoli.** Anno Domini 786. *Chronicon Saxoniæ.*

Familiaris fuit Witekindo, converso ad fidem: ejusque consilia in multis rexit. *Crantzius.** Fratrem habuit Hildegrinum. *Idem.**

Mortuus est in Bilderbeke; ut *Wernerus* scribit: anno Domini 809. Sepultus in Werdenâ. *Crantzius.**

H E R I M B E R T U S.

Presbyter in aulâ Caroli, aut in ecclesiâ aliquâ in Franciâ, fuit. Usus est ejus operâ, in legatione ad Adrianum: cùm esset disceptatio Ravennatensi episcopo; an a solo Pontifice, an verò simul a Carolo deberet constitui? Hunc Carolus postea Myndensi ecclesiæ primum præfecit episcopum, eique adjecit ministros non-paucos: ut haberet Ecclesia defensores, contra Saxonum impetum. Fidelis pastor fuit; & multos ad fidem Christi adduxit. Mortuus est in die Primi & Feliciani martyrum: sed annus non est in Annales relatus. *Crantzius in Metropoli.**

W I H O.

Natione Frisius, doctrinâ & zelo pietatis celebris, à Carolo Magno Osnaburgensi ecclesiæ primus constituitur

[illegible]tex-

[A] pontifex: qui verbo & opere oves Christi pavit; & numerum earum indies auxit. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 12.]

SUIDBERTUS.

Anglus monachus, ab Egberto in Frisiam missus, ad prædicandum Evangelium, cum aliis undecim. *Balæus.** [* Centur. 2 cap. 19.] Reversus in Angliam, multos annos isthic se-se continuit. Cùm autem intellexisset, Saxones ad Ecclesiæ Romanæ novam religionem esse conversos; in Germaniam excurrit: & à Carolo, Werdensi episcopatui primus præficitur [B] præsul, anno Domini 776. *Beda.** [* lib. 5. c. 12.]

Ajunt, eum quædam scripsisse: sed nobis ea videre non contigit.

¶ Errores huic seculo communes, de traditionibus humanis, & nuptiarum prohibitione, fovit & sparsit.

Doctrinâ & exemplis suo gregi præivit. Cœnobium cathedrali Ecclesiæ contiguum, ope Caroli, pro Canonicis seu Baalitis, regulam Benedicti observantibus, exstruxit.

Miraculis claruit: sed quorum nullum indicatur.

A' malevolis episcopatu dejectus, venit ad Bertradam, [C] Pipini conjugem, & Caroli matrem; qui ei pagum Keiserswerd, insulam Rheni, dedit: in quâ, domunculâ exstructâ, vitam finiit.

Præfuit Ecclesiæ Werdensi annos 21. & in exsilio vixit annos 11. & mortuus est anno Domini 87. Vixit circa annos 90. aut ampliùs. Vitam ejus scripsit *Marcellinus. Crantzius in Metropoli,** *Balæus,** & *Bruschius.* [* lib. 2. c. 6] [* Centur. 2 c. 19. & Cen. 13. c. 61.]

HILDEGRINUS.

Thiatgreuno patre, & Caburgâ matre natus, (*ut indicat Chronicon de Ducibus Brunsuicensibus*) frater Ludgeri in Salmostede, postea Osterwik dictâ, episcopus à Carolo Ma- [D] gno cõstituitur, ad Ecclesiam Stephani, anno Domini 785. *Chronicon Quedelburgense.* Se Cathalanensem episcopũ appellat. Collegit in eo loco, & vicinis, Ecclesiã ad annos 40. & Halberstadium, monitus ab angelo (si credere fas est) sedem episcopalem transtulit, anno Domini 819. *juxta Erfordiensem:** ac in eo loco septem adhuc annos Ecclesiæ præfuit. *Crantzius in Metropoli,** & *Chronicon Saxonia.* [* cap. 68] [* lib. 1. c. 34]

WIPERTUS.

Luneburgi concionatus Evangeliũ, anno Domini 798. sacellum in honorẽ Mariæ erexit: ac sic cultũ ethnicorum [E] deorũ in haud-meliorem cõmutavit; & ab idolis antiquis, ad nova miseros mortales traduxit. *Chronicon Saxonia.*

BRITANNICI DOCTORES.

I. CANTUARIENSES.

BRITWALDUS GLASCONIUS.

AB ineunte ætate inter monachos vixit, in cœnobio Racuilfe: ac adeò profecit, ut abbas fieret. Indè verò, mortuo Theodoro, ad archiepiscopatũ Cantuariẽsem [F] regendum, vocatus est, anno Domini 692. Anno sequenti, ordinatus à Goduino, Galliarum metropolitano. *Beda.** [* lib. 5. c. 9.]

Scripsit *de Eveshamensis cœnobii origine*, librum 1. & *Vitam Eguuini*, librum 1. & alia monstra monastica. *Balæus.** [* Cẽt. 14. c. 99]

Scripsit & *epistolam ad Fortherum*, de redimendâ captivâ ex monasterio Berowaldi.

¶ Vitam monasticam, & alias traditiones pontificias & superstitiones, magnifecit.

Imagines venerari, & ad easdẽ celebrare missas, docuit.

Visionibus & somniis phantasticis credẽdum esse censuit, ut oraculis divinis: licèt ea, quæ in verbo Dei non [G] essent præcepta, assererent.

¶ Provinciam in duas parochias divisit: & Danieli Ventam; & Adelhelmo Schireburnam attribuit: anno Domini 704. *Balæus.** [* Centur. 2 cap 11.]

Ab Eguuino dementatus, & literis Constantini Papæ excitatus, Londini Synodum collegit: & visiones Eguuini fanaticas promulgavit; & ex iis imaginum cultum approbavit; & Missas ante eas celebrari instituit: anno Domini 712. *Balæus ibidem.*

[H] Familiaris fuit Bonifacio: eiq; ex Angliâ exeunti concessit, adunatum esse Anglis nexu spirituali, & glutino charitatis: *ut Bonifacius ait, in epistolâ ad Nothelmum.*

Obiit anno Domini 731. cùm annos 37. menses 3. & dies 14. præfuisset Ecclesiæ. *Beda.** [* lib. 5. c. 24]

TATUINUS.

[A] Vir religione & prudentiâ insignis, & Sacris literis probè instructus, animum ad vitam monasticam adjecit, & in cœnobio Brewtoniensi Benedictinis traditionibus se-se irretivit. Britwaldo defuncto, ad Cantiorum archiepiscopatum, Regum voluntate, accessit.

Heroico carminũ genere scripsit *Aenigmatum librũ 1.* & *Carmina alia varii generis, lib. 1.* Cætera ejus opera interiesũt.

Fuit familiaris Bonifacio: qui ad eum, & alios quos- [B] dam, scripsit epistolam. Habuit notitiam cum Daniele Ventano, Ingualdo Lugdoniensi, & Alduino Laidteldensi, & Aldulpho Rofensi. ab iis enim consecratus est archiepiscopus. *Beda.** Cùm tribus annis Ecclesiam rexisset, mortuus est, anno Domini 734. *Balæus.** [* lib. 5. c. 24] [* Centur. 2 cap. 3.]

NOTHELMUS.

Londini natus, juvenis visitavit fanum Apostoli Pauli, in eâ urbe ad verticem situm: presbyter postea & episcopus Londini constitutus. Indè ad Cantuariam, in sedem [C] archiepiscopalem, translatus. Fuit vir eruditus, & gravis.

Scripsit, *Acta Augustini,*	*Librum 1.*
Collectiones Londinenses,	*Librum 1.*
Homilias varias,	*Librum 1.*

Epistolas ad Albinum, Bedam, & Bonifacium.

¶ Scriptis ejus destituti, de doctrinâ ipsius parum possumus referre. *Ex epistolâ illius ad Bonifacium*, quam manuscriptam accepimus, colligi potest, eum bonis operibus ascripsisse salutem. Commendat enim Bonifacii studium, quòd die ac nocte meditetur, pro animæ suæ redemtione, [D] corda Paganorum Saxonum convertere.

In celebratione Missarum, dicit se Bonifacii fore memorem; ac pro eo rogaturum, ut in officio suo Domino multos lucretur.

Sed nihil tamen novit de Invocatione mortuorum, aut de Oratione pro mortuis.

¶ Munus docendi obiit: & multa salubris doctrinę præcepta, tam popularibus, quàm civibus, dedit.

Scriptione historiæ de Anglicanis ecclesiis juvit. Nam ipse, excitatus literis Albini, Acta discipulorum, Gregorii [E] Pontificis nimirum, Augustini, & sequentium, in Britanniam missorum, per Londinensem & Cantuariensem provincias collegit: ac eâ de causâ Romam adiit; & a Gregorio II. petiit sibi communicari exempla, epistolarum, decretorum, & regularum, à Pontificibus ad Augustinum scriptarum. Accepta ordine digessit, & ad Bedam misit: quæ ille suæ historiæ inseruit.

¶ Usus est familiaritate Bedæ: qui ei dedicavit *triginta Quæstiones in libros Regum:* & Albini, & Bonifacii: qui eum magni fecit; ut constat *ex epistolâ ad eundem.* Nam precibus [F] ejus se commendat: & petit sibi mitti responsiones Gregorii, ad Augustini quæstiones; & indicari, quoto anno prædicatores, à Gregorio missi, primùm in Angliam venerint. Deinde ejus sententiam & judicium postulat; num peccatum sit, ducere viduam illam uxorem, cujus filium ex Baptismo susceperis? ac fatetur, se tale connubium admisisse: verùm id a Romanis damnari. Petit ergo, sibi indicari, quâ autoritate, verbine Dei, an Canonum, damnari queat? Se enim non posse videre, cur spiritualis propinquitas copulam carnis impediat: cùm omnes spiritualiter [G] dicamur fratres.

Dum Cantuariensi sedi annos 5. præfuisset, mortuus est, anno Domini 739. *juxta Balæum.*

CHUTBERTUS MAGASETUS.

Anglus natione, in Herefordensi episcopatu successit Walstado; & postea Nothelmi, Cantuariensis archiepiscopi, sedem metropolitanam accepit. A Zachariâ Pontifice & Bonifacio admonitus, Synodum celebravit in Cloveshio: & decreta de Clericorum moribus & disciplinâ promulgavit.

[H] Scripsit *Sacrorum Epigrammatum,*	*Librum 1.*
Decreta Synodalia,	*Librum 1.*
De tumulis Veterum illustrium,	*Librum 1.*
Ad Zachariam Pontificem,	*Librum 1.*

Ad Bonifacium Moguntinum, epistolas plures: & alia plura.

¶ Libris ejus destituti, non possumus judicare, quid de singulis capitibus docuerit. *Ex epistolis ejus duabus ad Lullum*, quas manu-scriptas habemus, planum est; eum erroribus istius seculi fuisse implicatum.

Nam, vero mediatore Christo neglecto, Gregorium, Augustinum, & Bonifacium, apud Deum sibi & aliis ordinavit patronos: & suffragia Apostolorum & Martyrum censuit postulanda.

Non tantùm pro vivis; sed etiam pro mortuis, Orationes & Missas celebrandas sensit: ac fraternitatis, a Bonifacio institutæ, conservator & propagator fuit.

Queritur, novis sectis turbari Ecclesiam, dum, antiquorum Patrum decretis neglectis, multa juxta proprias inventiones suscipiantur. Sed nihilominùs ipse Bonifacio festum instituit; & ad ejus traditiones, omnes obligat: & minatur pœnam dissentientibus; & promittit gratiam eas observantibus. & visiones mulierculæ cujusdam recitat, quibus opiniones de Jejunio, de Purgatorio, de Missis, de Satisfactione, de Operum meritis, confirmat.

¶ Familiaris fuit Bonifacio; cui etiam munuscula misit: ut constat *ex epistolâ Bonifacii*: in quâ ei gratias agit; &, quæ in Synodo Francorum gesta sint, communicat. Coluit etiam amicitiam cum Lullo, successore Bonifacii; quem etiam per epistolam consolatur: in quâ Bonifacium martyrem commendat.

Cantuariensem ecclesiam rexit annis 21. & mortuus est anno Domini 760. Primus in ecclesiâ Salvatoris sepultus; regnante apud Visisaxones Kenulpho. *Balam.**

* *Centur. 2. cap. 14.*

ATHELARDUS.

Abbas, in Cantuariensi episcopatu successit Jambricho, operâ Regis Kenulphi. *Wilhelmus.** Quem Leo, *in epistolâ ad Kenulphum*, valde commendat: quòd verus sit pastor; & quòd sciat verbo Dei animas ovicularum pascere. *Idem.**

* *li. 1. c. 69.* * *lib. eod. cap. 72.*

Notus fuit Albino; qui ad eum librum scripsit.

II. EBORACENSES.

JOHANNES.

De Johanne, libro superiori quædam ex Bedâ retulimus: quibus hæc adjicienda sunt.

Johannes Beverlacius, in Harpeham, Dejorum pago, natus; ab Hildâ abbatissâ in disciplinis & moribus bonis educatus; Theodorum Cantiorum episcopum sortitus præceptorem, latinè & græcè doctus evasit: & ab Alfredo Rege, Hagustaldensis Ecclesiæ episcopus factus est, anno Domini 686. & postea, Wilfrido pulso, ad Eboracensem archiepiscopatum pervenit. Præceptor Bedæ fuit; eumque presbyterum ordinavit.

¶ Scripsit *ad Bedam, pro exponendo Lucâ, Librum 1.*
Homilias Evangeliorum, Librum 1.
Ad Hyldam quoq; abbatissam, Epistolas plures.
Ad Herebaldum discipulum, Epistolam 1.
Ad Anduenum & Bertinum, Epistolas 2.

In Ecclesiâ publicè concionatus est. Molestè tulit disceptationes, quæ tùm erant inter monachos, de traditionibus humanis, & pontificiis ceremoniis. Quare Bedam, & Accam, & alios, ab illis contentionibus avocavit; eosque ad Scripturæ expositionem excitavit.

Wilfrido, restituto per Pontificem, cum annos 33. præfuisset, Beverlacum concessit: atque collegium, non monachorum sed studiosorum, instituit: in quo & ipse sacras Literas professus, Bedam, Wilfridum juniorem, Bertinum, Anduenum, Herebaldum, Siggam, & alios erudiit discipulos, per annos 4. Quibus elapsis, in magnâ evangelici spiritûs constantiâ mortem obiit, anno Domini 721. Vitam ejus scripsit Beda, Folchardus, Alfredus, & Wilhelmus. *Balam.** *Polydorus.**

* *Centur. 2. ca. 94.* * *lib. 4.*

EGBERTUS.

Frater Eadberti, Regis Northumbrorum; in episcopatu Eboracensi successit Wilfrido: ut *Polydorus** indicat. *Raynulphus.**

* *lib. 4.* * *lib. 5. c. 25.*

Scripsit *Pœnitentiale quoddam,*	*Lib. 1.*
Constitutiones Ecclesiæ,	*Lib. 1.*
Eruditiones discipulorum,	*Lib. 1.*
Homilias & Lectiones,	*Lib. 1.*
Ad pastores Ecclesiarum,	*Lib. 1.*
Ad Zachariam pro pallio,	*Epist. 1.*
Ad Eadbertum fratrem,	*Epist. 1.*
Ad Albinum diaconum, Epistolas plures.	

De doctrinâ & erroribus ejus, nihil indicare possumus, destituti illius scriptis.

¶ In gubernatione Ecclesiæ, non prorsus fuit ignavus. Nam dignitatem archiepiscopi, & pallium, suâ ad Zachariam epistolâ impetravit: & in Frisiam duodecim monachos ablegavit, ad docendum & propagandum Evangelium, & pontificias ceremonias. Nomina istorum sunt: Marcellinus, Swinbertus, Willebrordus, Wenefridus, Hevaldus niger, Hevaldus albus, Oggerus filius Regis Dejorum, Plechelmus, Lebuinus, & Julius. *Balam.**

* *Centur. 1 cap. 19.*

Insignem Bibliothecam Eboraci, in studiosorum hominum gratiam, instruxit: *quam Albinus in epistolâ ad Anglorum Ecclesiam commendat*; & *Wilhelmus.**

* *li. 3. c. 50.*

Discipulos instituit: inter quos, præter illos duodecim, etiam Albinus fuit. (Unde ipse Egbertum magistrũ suum vocat, *in eâdem epistolâ*) & Albertus, & Eanbaldus. *Balam.**

* *Cent. 10 cap. 27.*

Consilio ejus multi usi sunt. Bonifacius in epistolâ suâ consuluit eum; quid de presbytero adultero, post pœnitentiam à Francis restituto ad ministerium Ecclesiæ, facere debeat? cùm non possit, sinè scandalo & detrimento Ecclesiæ, removeri in eo locos ubi non facile sit, successorem ei surrogare.

Præfuit Ecclesiæ annis 36. & floruit circiter annum Domini 760. *Balam.**

* *Centur. 2 cap 15.*

ALBERTUS CORNA.

Eboracensis episcopus, patronus & institutor Eanbaldi. *Balam*,* & *Polydorus.**

* *Cent 10. cap 27.* * *lib. 4.*

EANBALDUS.

Discipulus Albini, patronis usus est Egberto & Alberto: quibus etiam in Eboracensi ecclesiâ successit. Rem literariam, & Bibliothecam ab Alberto reparatam, conservavit & auxit. Albinus, in epistolâ quâdam, ei gratulatur thesaurum veterum librorum. Claruit anno Domini 810. *Lelandus & Balam.**

* *Centur. 10 cap. 27.*

III. LINDISFARNENSES.

EGBERTUS.

Lindisfarnensis episcopus, in officio suo remissus, à Bedâ graviter per epistolam admonitus, rescripsit ei *Gratificatoriam responsa, librum 1.* & ex Latino, in Anglo-Saxonum linguam, aliquot sacrorum Bibliorũ libros transfudit. Vixit anno Domini 730.

KIMBERTUS.

Ex illustri Anglorum familiâ ortus, quartus Lindesiorum episcopus, scripsit *librum unum de Factis comprovincialium, & Epistolas plures*, ad Bedam, & alios. *Balam.* Ejus certè scriptis Beda se adjutum testatur in Historiâ suâ Anglicâ, Præfatione ad Ceolulphum Regem.

Romanas consuetudines in suis ecclesiis servandas docuit, & instituit. Quod indicium est, eum iisdem, quibus alii, erroribus fuisse fascinatum.

Claruit anno Domini 730. sub Ethelbaldo Merciorum Rege. *Balam.** *Beda.**

* *Centur. 2. cap. 6.* * *li. 5. c. 24.*

CANDIDUS.

Presbyter, usus est præceptore Sigebaldo, Lindisfarnensi episcopo. Ac ad Albinum postea in Gallias commigravit. Indè in Britanniam rediit; & eruditione claruit. Albinus ei aliquot Commentarios dedicavit.

Claruit anno Domini 770. *Balam.**

* *Centur. 13. cap 59.*

IV. HAGUSTALDENSES.

ACCA.

Ex Anglo-Saxonum genere prognatus, à pueritiâ à Bosâ Eboracensi episcopo nutritus, & in bonis literis institutus; ad Wilfridum spe melioris propositi veniens, presbyter factus est: ac cum eo Romam abiit; & pontificias traditiones hausit. Cantor peritissimus erat, & in Sacris literis satis versatus. Wilfrido mortuo, successit in Hagustaldensi episcopatu. *Beda.**

* *li. 5. c. 21.*

Scripsit *Passiones Sanctorum,*	*Lib.* 1.
Officiorum sua Ecclesia,	*Lib.* 1.
Epistolas ad Amicos,	*Lib.* 1.

Pro illustrandis Scripturis ad Bedam epistolam unam.

¶ Baalsimo operam impendit: & cantorem Maban per annos 12. fovit; ut suos doceret carmina ecclesiastica, at ipse magis cantandi peritus fuit: & vasa, luminaria, aliaque, quæ ad ornatum & pompam externam faciebant, studiosissimè paravit. *Beda.**

Sanctos mortuos veneratus est. Nam reliquias undiquaque conquisivit; & in earum venerationem altaria exstruxit: & Ecclesiam Andreæ ampliavit.

Bibliothecam passim, collectis Græcis & Latinis autoribus, Hagustaldi fecit.

Familiaris fuit Bosæ, Wilfrido, & Bedæ, qui etiam quædam ad eum scripsit: & Heddio Stephano, Cantiorum presbytero; qui, ad ejus preces, Wilfridi vitam descripsit. *Balam.*

Cùm annos 24. Ecclesiam rexisset; obiit, anno Domini 740. *Boetius** narrat, eum in Candidâ casâ episcopum fuisse. *Balam.**

V. ROFFENSES.

THOBIAS.

Thobias, seu Coctus Thebert, *(juxta Sigebertum)* ex illustri Anglo-Saxonum familiâ natus; in Dorobernensi gymnasio, à Theodoro & Adriano præceptoribus, Latinè & Græcè didicit, adeò exactè: ut in utrâque linguâ tam expeditus esset; quàm in vernaculâ. Mortuo Gesmundo, successit in Roffensi episcopatu.

Scripsit *Epistolas* Demosthenico lepore excultas, librū 1. & *Homilias*, librum 1. *Lelandus*, & *Balam.**

Per omnem Cantiorum provinciam, Dei verbum cum fructu mirifico seminavit. Beda eum commendat ab eruditione.

Notus fuit Bonifacio; ut apparet *ex epistolâ ejus ad Leobgytham:* & claruit miraculis.

Fecit sibi sepulcrum, in porticu Pauli, intra ecclesiam Andreæ: & mortuus est anno Domini 730. *Beda.** *Sigebertus* annum a inùs habet.

ALDULF.

Post Thobiam, à Berchvvaldo archiepiscopo consecratur episcopus Roffensis: ac interest vicissim ordinationi Thatvvini. *Beda.**

EARDULPHUS.

Roffensis episcopus, cum Rege Eardulpho scripsit *Epistolam ad Lullum*, & preces ejus pro se expetiit.

EGUINUS WICCIUS.

Eguinus, seu Eugenius, ex Merciorum genere natus, monachus Benedictinus, Eveshamense cœnobium erexit: ac indè ad Wigoriensium episcopatum adhibitus, pontificiorum commentum, de Statuarum veneratione, confirmavit. Nam finxit, sibi revelatum esse divinitùs: quòd debeat imaginem Mariæ in templum collocare; ac plebem, ad eam colendam, cohortari. Id ubi Pontifex cognovit: eum Romam evocatū examinat; & jure-jurando adstringit, ut veritatem dicat. Ille verò constanter, rem sic esse, affirmat. Unde Pontifex, (oblitus illius; * *Probate spiritus, an ex Deo sint*) decernit, visiones istius oracula divina esse. & Brithvvaldo, Anglorum primati, imperat: ut, in solenni Synodo Londini; omnes jubeat, adorationem statuarum, & illusiones diabolicas Eugenii, probare.

Scripsit *de Primordiis sui cœnobii*, *librum* 1. & *De suis Apparitionibus*, *librum* 1. & *Vitam Adhelmi*, *librum* 1.

Obiit anno Domini 716. & est a Pontificibus in Divorum numerū relatus: quia cultum Deorum alienorū promovit. *Balam.** Vitam ejus Brithvvaldus descripsit. *Idem.**

FORTHERUS.

Fortherus Durotrigus, Danieli Vintoniensi familiaris, & Adhelmo; vir in sacris literis multùm eruditus. Cùm presbyter adhuc esset; ex Angliâ in Germaniam, ad Bonifacium est exspaciatus; & cum muneribus, & literis ad Danielem revertitur: ut patet *ex epistolâ Bonifacii.*

Adhelmo defuncto, in Scireburgensi ecclesiâ episcopus factus est. Vixit & tempore Bedæ: ut ipse hic indicat.*

Daniel ad eum scripsit epistolam: in quâ indicat ei, Mervoldum diaconum esse consecratum.

Claruit anno Domini 720. *Balam.**

VI. OCCIDENTALES ANGLI.

HEDDA.

Ventanus monachus, & abbas in Ecclesiâ Dorcestrensi, Eleutherio successit, ordinatus à Theodoro, Cantiorum episcopo.

Familiaris fuit Adhelmo. Scripsit *ad eum Epistolarum librum* 1. & *ad Ecclesiarum pastores, librum* 1.

Vir bonus & justus, episcopalem doctrinam & vitam, magis insito virtutum amore; quàm lectionibus institutus, exercuit.

Mortuus est anno Domini 705. *Beda,** & *Balam.**

Pulverem de sepulcro ejus, profuisse ægrotis hominibus, & pecoribus, *Pictelmus* fabulatus est.

PECTHELIN.

Monachus, seu Diaconus, cum Adelino, episcopus in Candidâ casâ factus est. *Beda.**

DANIEL.

In occidentalium Anglorum terrâ natus, multis in locis operam literis dedit. À Brivvaldo episcopus Ventanus constitutus est, anno Domini 704. *Beda** Familiaris Adhelmo, in rebus ecclesiasticis & sacris bene instructus: ut *Beda* de eo testatur. Coacervavit plura, quæ Beda in Chronicâ sua retulit.

Scripsit *Historiam sua provinciæ,*	*Lib.* 1.
Australium Saxonum gesta,	*Lib.* 1.
De rebus insulæ Vectæ,	*Lib.* 1.
Vitam Cedda episcopi,	*Lib.* 1.
Super obitu Adhelmi,	*Lib.* 1.
Ad Virgines sacras,	*Epist.* 1.
Pro Venefrido ad Gregorium,	*Epist.* 1.
Ad Fortherum,	*Epist.* 1.
Ad Bonifacium,	*Epist.* 1.

Et *Epistolam ad Reges, Duces, Episcopos, Abbates, & Presbyteros*, commendatiam pro Bonifacio.

¶ Duas ejus Epistolas postremas videre nobis contigit: sed in eis nihil alieni à verâ doctrinâ reperimus. Docet, quomodo refellendæ sint Gentilium opiniones, de multis diis. Petit, pro se preces fundi: sed nihil de Missis, nihil de Sanctorum invocatione, & similibus nugis, immiscet. In epistolâ tamen postremâ, promittit vitam æternam, excipientibus Bonifacium.

¶ Notus fuit Gregorio II. Pontifici: cui Bonifacium commendavit.

Bonifacius eum magnifecit. nam consilium ejus petit; an liceat sibi cōmunicare episcopis, in doctrinâ & ceremoniis dissentientibus: ac munera ei mittit. *In epist. ad eundem.*

Amisit visum; & mortuus est anno Domini 746. episcopatûs sui 42. *Balam.**

HUNFRITUS.

Successor Danielis, in episcopatu Ventanæ Ecclesiæ: ut patet *ex Cineharde epistolâ ad Lullum*; in quâ eum episcoporum mitissimum vocat.

CINEHARDUS.

Cinehardus, seu Cœna, episcopus Ventanus; familiaris Lullo Moguntino. Scripsit duas ad eum epistolas: quas videre nobis obtigit.

Pontificiis erroribus imbutus, in Missarum solennitatibus, nomina vivorum & mortuorum recitare, ac pro iis orare, docet.

JAMNULUS.

Archidiaconus, familiaris Bonifacio: ut patet *ex epistolâ ad ipsum.*

MILREDUS.

Episcopus alicubi in Germaniâ, notus Bonifacio & Lullo: in Angliam reversus, scripsit ad Lullum; ac petiit, sibi historiam de vitâ & obitu Bonifacii mitti.

Bonifacium, post mortem, somniat, apud Deum, suum esse patronum.

VII. SCOTI.

SEDULIUS junior.

Australium Scotorum episcopus, homo eruditus & celebris, Romam venit sub Gregorio III. ac interfuit Synodo; & probavit sententiam, de Nuptiis prohibendis ob ecclesiasticam seu spiritualem propinquitatem: ut constat *ex tomo 2. Conciliorum.*

Scripsit librum, de Statutis istius Concilii.

Claruit anno Domini 714. *Balæus.* Johannes Major.**

FERGUSTUS.

Pergustus, seu Fergustus, Pictorum episcopus, & Sedulii socius, eidem Concilio Romano interfuit, anno Domini 714. apud sanctum Petrum, Gregorii II. authoritate, celebrato: & Pontificia edicta approbavit subscriptione. *Tomo 2. Conciliorum.*

Claruit anno Domini 723. sub Moedaco, Scotorum Rege. Multiq; sunt eo-ipso anno sacerdotiis privati: quòd colendis statuis consilium non dedissent. *Balæus.**

DE MONACHIS.

I. MONACHI ASIÆ.

JOHANNES DAMASCENUS.

Johannis Damasceni, quem Chrysorram *Paulus Diaconus* vocat, parens fuit Prætor Damasci, & vicinæ regionis; & servit Saracenis: ac Christianorum sub se patronum egit. Filium suum Cosmæ monacho, quem à Saracenis redemit, tradidit erudiendum, cum Cosmâ, adolescente Hierosolymitano. Illo ergo præceptore, Johannes, ingenii velocitate & assiduo studio adjutus, Grammaticam, Dialecticam Philosophiam moralem, Arithmeticam, Geometriam, Musicam, & Astronomiam, didicit: & quædam de Sacrâ religione; diluta tamen monasticis traditionibus, imbibit.

Constantinopolim venit; & isthic aliquandiu habitavit. sed invidiâ civium exagitatus, Damascum rediit; & Agarenorum literas didicit; ac se Mahometanæ perfidiæ simulavit favere: ut *in Sermone de conversatione ejus* indicatur.

Parente ergo mortuo, à Saraceno Consiliarius & Prætor designatur; ac ampliori, quam pater ejus, regioni præficitur. Cùm autem aliquandiu præfuisset: falsis criminationibus a Leone ad Saracenū insimulatus, dimissionem impetravit, & in monasterium Sabæ se-se abdidit, cum Cosmâ & postea presbyter quoque ab Hierosolymorum Patriarchâ ordinatur est. Legit scripta Patrum diligentiùs, quàm Sacras literas.

Scripsit Græcè *librum Stœchioticum, seu Elementarium,* admonitionem omnis recti sermonis.

Sermonem de cultu imaginum.

Epistolares libellos, de Imaginum cultu.

Hymnos & Cantica ecclesiastica.

Panegyricos Sermones.

De Fide orthodoxâ.

Sermones aliquot Johannes, Patriarcha Hierosolymitanus, in vitâ ejus.

Regulas bene-sonantes, &

Dicta Hagiopolitica. Autor Sermonis de conversatione Damasceni.

¶ Inter opera verò ejus, hi recensentur hodie libri:

Logica.

Isagoge axiomatum.

Liber de duabus in Christo voluntatibus, & operationibus.

De Natura compositâ, contra Acephalos.

Libri quatuor de Orthodoxa fide.

Epistola de Trisagio

De Imagine Dei.

De Imaginum cultu, Orationes 3.

De Die judicii.

Liber de Centum hæresibus.

Fragmentum Sententiarum ex Sermonibus ejus.

Farrago Carminum.

Altercatio Christiani & Saraceni.

Dialogus Orthodoxi & Manichæi.

Sermo de iis, qui in fide hinc migrarunt.

De dormitione sanctæ Dei-genitricis, Orationes 2.

Historia de Barlaam & Josaphat διηγαίνα.

¶ Doctrinam de Deo & Trinitate, & duabus in Christo naturis, voluntatibus, & operationibus; rectè quidem tradidit. Sed erroneas opiniones & stipulas, in aliis locis, asseruit sanè multas: de Sanctorum intercessione; de Imaginum adoratione, de Missis pro mortuis; & aliis Antichristi erroribus: ut suprà in IV. Capite indicavimus.

¶ Pugnavit contra Monothelitas, & Monophysitas, sui temporis Hæreticos, & contra multos alios: ut patet *ex libro ejus de Centum hæresibus*

Cùm adhuc esset apud Saracenorum Regem in precio: simulavit, se à Mahometi religione non admodum abhorrere. Nam unà cum eo ad sepulcrum Meamed profectus est, & ex Regis jussu, metu perculsus, eum adoravit, & ad laudem illius se-se inclinavit, & eum publicè prædicavit. Quamobrem honorem & munera à Rege accepit. Damascum reversus. Conatur quidem *author Sermonis, de ejus Conversatione*, ista excusare: quasi ideò fecerit, ut superstitiones illas posset aliis indicare, & refutare apertius. Sed non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Veruntamen, posteaquam in cœnobium se-se contulit; contra Saracenos & Mahometi deliria pugnavit: ut suo loco indicavimus.

¶ Acriter dimicavit contra Leonem & Constantinum Imperatores, & alios, ob defensionem cultûs Imaginum: & cum episcopis Orientis Imperatorem excommunicavit. *Paulus Diaconus,* Zonaras.**

Leo, ut de illo vindictam sumeret; curat scribi literas, ad similitudinem characterum ejus, in hunc modum: *Salve ô Rex! gratulor & ego imperio tuo; maxime quod ejusdem es fidei. Verum quia & ego, Imperatoriam tuam Excellentiam singulari prudentiâ & honestate præcellere, intelligo; ideò hæc illi significanda duxi: nempe, civitatem hanc nostram negligentius custodiri; & Agarenorum præsidium (quantum hic est) imbelle, & exigui numeri. Itaq; propter Deum miserere civitatis hujus: mitteq; omnium Nobilium tuorum manum, inexspectatò advenientem; ac simulantem, se aliò proficisci. Es enim civitate citra omnem laborem potiturus. Ad quod negotii & ego tibi non-mediocri adjumento sum affuturus. nam in meâ manu, tota ferme & civitas & regio est.* Et his alias adjungit, ac Saraceno mittit, in hunc modum: *Dum nihil sciam pace beatius, amicitiaq; felicius; & aliàs qui pacis fœdera servare, laudatissimum, gratissimumq; sit Deo: nihil & ego tanti facio, quam ut pacis fœdera, quæ cum Generositate tuâ inivimus, indissoluta custodiantur. quamvis a Christiano quodam, familiari tuo, crebris crocer epistolis: ut ipsis dissolutis, doloré induciarum jura violem: pollicetur q; mihi multa; & cum-primis, si copiosum adversùs civitatē tuam exercitum mittam, se-se mihi affuturū, ut securè illam occupem. Unde unas suarum, quas ad me dedit, literarum tibi mitto: ut cognoscas, quam comperta sint, quæ ad te scribam; & quàm verax & constans, in amicitiis fœderibusq; servandis, perseverem. Tu observa dolosum malignumq; illum, qui ad me talia scribere veritus non est.* Johannes Patriarcha, de vitâ Damasceni. *Author tamen Sermonis, de Conversatione Damasceni*, hæc à pædagogo ejus esse facta dicit.

Saracenus itaq; ei brachium præcidit, seu (ut alter narrat) digitum: quem imago Mariæ invocata ipsi dicitur restituisse; ut tantò acriùs Imaginum cultum defenderet.

Cùm ergo nec postea cessaret Imaginum cultum tueri: Constantinus, collectâ Synodo episcoporum Constantinopoli, rem in disceptationē deduxit. Qui, examinatis rerum nervis, deprehendunt, adorationem Imaginum esse verbo Dei, & Patrum sententiis, contrariam: ideoque Johannem Damascenum, cum Germano, & Georgio Cyprio, & aliis, excommunicant. Appellant autem eum, per ignominiam, Manzur. Inquiunt enim: *Manzuri ignominioso & Saracenico anathema! Iconolatra & falsigrapho Manzuri anathema! Doctori impietatis, & perverso interpreti divinæ Scripturæ. Manzuri, anathema!* In Actis Synodi Constantinopolitanæ.

¶ Commendatur ab humilitate, & à vitæ monasticæ exercitiis: quòd omnia bona sua deseruerit, & in pauperes

distribue-

distribuerit; & quod, ex zelo divino, invectus sit in imaginum contemtore, & a similibus nugis.

Germano Constantinopoleos episcopo, Cosmæ Majumeno episcopo, & Johanni Laodiceus. familiaris fuit, & Stephano. Ac Synodus Nicæna II. eum prædicat, & ab anathemate liberat.

Claruit sub Leone & Constantino Copronymo, circiter annum Domini 730. Sub Irene non amplius invi. finit. *Spanhemensis* eum collocat sub Theodosium seniorem: sed falso.

COSMAS.

Monachus, ex Italiâ oriundus, à Saracenis captus, Damascum adducitur: ac, cùm in foro venalis esset, à Johannis Damasceni parente emitur; & constituitur præceptor ejus, & Cosmæ Hierosolymitani. Cùm autem ab eo duo isti adolescentes, in artibus Philosophicis, & in religione instituti essent: in monasterium aliquod remissus, vitam finiit: ut patet *ex Johanne patriarcha, de vitâ Damasceni.*

EUSTATIUS.

Monachus, & præses mansionis Maximi, in Actione 4. Nicænæ II. ex Sophronii libris de Vitis Sanctorum, probat Imaginum cultum.

JOHANNES.

In Nicænâ II. Johannes monachus locum obtinet Eliæ, episcopi Hierosolymitani: & errorem de Imaginum adoratione confirmat; & secùs-sentientes damnat. *Metaphrastes in vitâ Tarasii, & Acta Concilii.*[a]

GEORGIUS.

Abbas ad Chelidonem, docuit Johannitium Psalterium per annos tres. *Metaphrastes.*[b] *in vita Johannitii.*

SIMEON.

Monachus presbyter, & præses mansionis Choræ, librum Johannis Chrysostomi obtulit in Nicænâ II. Actione 4.

JOSEPH.

Monachus mansionis Herculii, offert librum, qui Simeonis monachi in Monte admirando vitam continet, in Actione 4. Nicænæ II.

ANTONIUS.

Monachus, legit libellū Johannis Chrysostomi, à Theodosio. præside sancti Andreæ ad Nesium, oblatum, in Actione 4. Nicænæ II.

THOMAS.

Monachus monasterii Lacûs anseris, affert Asterii librū; ac ex eo Imaginum venerationem comprobat, homo futilis & iconolatra: in Actione 4. Nicænæ II.

GREGORIUS.

Monachus, præses mansionis Hermicolòn, iconolatra, in Actione 4. Nicænæ II. offert Sophronii librum; ex quo probat cultum Imaginum.

II. MONACHI AFRICANI.

THOMAS.

PResbyter, & præses monasterii Arsacii in Ægypto, vicē Alexādrini episcopi sustinet in Nicænâ Synodo II. & collega est Johannis Antiocheni. Eodem errore dementatus, quo alii, Imaginum adorationem & cultum approbat; & contrarium-sentientes damnat: *ut patet ex Actis*

Archiepiscopus postea Thessalonicæ in Illyrico factus est. *Paulus Diaconus.*[c]

III. MONACHI EUROPÆI.

APONIUS.

APonium inter doctores hujus seculi collocamus: non, quòd certò sciamus, ubi & quando vixerit: sed quia *Beda*[d] primus ejus mentionem fecit. Unde conjicimus, eum hac ætate, vel pauló ante Bedam, exstitisse.

Scripsit *in Cantica Canticorum* aliquot libros; de quibus quatuor, qui mutilati, adhuc supersunt: eosque dedicavit Armenio presbytero.

In toto opere nihil aliud agit; quam ut Christi & Ecclesiæ nexum & copulam quid inter ipsos, & ex Judæis collectam Ecclesiam, ac nascentem adhuc Ecclesiam; quid item inter ipsum, & Gentium Ecclesiam, agendum fuerat, fierive debeat. usque ad finem Mundi quid denique inter Christum, & eam Ecclesiam, quæ sub finem Mundi, ad veram fidem, convertenda est ex Judæis, futurum sit; exactissimè appositissimeque tradat. licèt alii, suis in eadem Cantica Commentariis, alio textum torserint.

Quod ad phrasin attinet, multi sunt in eo Græcismi: ut propemodum Græcus fuisse videatur, qui Latinè didicerit. Usus est suo quodammodo gerundiis, & gerundivis nominibus. Hyperbata interdum prolixiora habet. Ad unum adjectivum interdum plura substantiva annectit.

Meminit Justini Philosophi; *Lib. 2.*

Refutat Basilidem, Valentinum, Montanum, Manichæum, Arium, Bonosum, Photinum & alios veteres Hæreticos; *Lib. 2.*

Videtur etiam damnare eos, qui ad Imagines genua sua incurvabant. Eremitas laudat, propter abstinentiam, & corporis castigationem; *Lib. 2.*

Petrum a Christo dicit vicarium Mundo relictum esse; *Libro eodem*

Græcè & Hebraicè doctus fuit.

IV. MONACHI THRACIÆ.

STEPHANUS.

STephanus Megapolitanus, ut patet *ex vitâ Damasceni*, apud Johannem Patriarcham Hierosolymorum, in cœnobio Auxensi monachus fuit & abbas. Scripta quædam edidit, in quibus meminit Johannis Damasceni; eumq. venerabilem & deiferum vocat.

Imaginum cultum, & Sanctorum intercessionem & adorationem, & vitam monasticam, petulanter defendebat: & in Constantinum Imperatorem acerbiùs invehebatur: & multos ex Aulicis dementabat, ut, regiis dignitatibus neglectis, monachi fierent. Id igitur indignè ferens Imperator, ex monasterio extractum interficit; cùm sexaginta ferè annos, eo in loco, superstitiones humanas exercuisset; anno Constantini 25. & Domini 770. *Paulus Diaconus*[e] *Sigebertus, Zonaras*[f]

Martyrem ex hoc Pontificii scriptores faciunt. Sed, si causa consideretur, longè à vero martyrio abest: ac fieri potest, ut cum iis fuerit, qui seditionem contra Imperatorem machinati sunt.

GREGORIUS.

Abbas Agaurorum monasterii, Johannicium excipit: eique suadet; ut, antequam eremiticum vitæ genus ingrediatur, in cœnobio aliquo discat regulas orandi, & alias monasticas virtutes. *Metaphrastes*[g] de vitâ Johannicii.

EUSTRATIUS.

Monasterii Agaurorum Præfectus, Johannicium eremitam in solitudinem sequitur; &, cùm in morbum incidisset, ab eodem curatur. at postea ab eo se-se avellit, & transit ad Leucadum habitaculum: ac febri correptus, absentem Johannicium adorat; & à morbo se liberari petit. Ille ergo in somnis ei apparet, & morbum depellit: atque excitatus ille convaluit. | Vide, quid non faciat superstitio. Homo iste fanaticus voluit opinionem illam confirmare, etiam Sanctos viventes, in aliis locis constitutos, posse opem ferre; si adorentur. | *Metaphrastes*[h] *de vitâ Johannicii.*

IGNATIUS.

Monachus Constantinopoleos, discipulus Tarasii, descripsit vitam ejus, ac ei morienti adfuit. Probat superstitiones, de Imaginum sacrarum adoratione. Mariam, & alios Sanctos, somniat esse intercessores ad Deum. Sanctis mortuis, eorumq; reliquiis, adscribit miracula.

Apud Metaphrasten,[i] *de Vitis Patrum, in Februario.*

a Tomo 8. Concil.
b Tomo 5.
c Lib. 23.
d Lib. 4. in Cantica 4.
e Lib. 22.
f Tomo 3.
g Tomo 5.
h Tomo 5.
i Tomo 5.

V. ITALIÆ MONACHI.

PARDUS.

EX cœnobio Sabæ, Romanus monachus, ad Desiderium ab Adriano ablegatur: ut eum jubeat restituere ablata. *Liber pontificalis, Blondus.*[a] Ac postea aliquoties ultrò citroque, ad Carolum, cum Andreâ episcopo, est missus: ut apparet *ex epistolis Adriani ad Carolum.*

[a] Dec. 2. l. 1.

PETRUS.

Monachus Sabæ, unà cum Petro archipresbytero, vicem Adriani sustinuit in Nicænâ Synodo II. & Imaginum cultum defendit.

CASSINENSES.

PETRONAX.

Petronax, seu Petronius, civis Brixianus, Hierosolymam peregrinaturus, Pontificem Romanum, seu Gregorium II. seu Zachariam, (ut quidam volunt) consulit. Verùm is profectionem ei dissuadet, propter Saracenorum in iis partibus tumultus: ac eum jubet in Cassinum montem ire; & Benedicti cœnobium, quod circiter annos 110. jacuerat solo æquatum, instaurare. *Laurentius Vincentinus in epistolâ cœnobii Cassinensis.* Homo ille superstitiosus, errore de monasticæ vitæ dignitate fascinatus, Pontifici paret: & circiter annum Domini 714. (*juxta Sigebertum*) sub Anastasio Imperatore, (*juxta Reginonem,*[b] *& Paulum Diaconū*[c]) rem aggreditur: & collectâ monachorum turbâ, architectum & abbatem agit: & non modò cœnobium; sed etiam templa, isthic ædificat, in honorem Martini, Benedicti, Mariæ, Jovitæ, & Faustini. *Leo Hostiensis.*[d]

[b] lib. 2. [c] lib. 6 Long. c. 13. [d] li. 1. c. 4.

Zacharias Pontifex, ecclesiam ab eo exstructam consecrat, cum tredecim archiepiscopis, & sexaginta-octo aliis episcopis: & regulam Benedicti monachis illis tradit, non sinè cumulo & auctario superstitionum: &, singulari privilegio, cœnobium constituit primum, inter omnia alia in toto orbe terrarum: & Abbati ejus principem locum tribuit, inter omnes alios, in conventibus & Conciliis: ut patet ex privilegio Zachariæ, *in Chronico Cassinensi.*

Regnum Antichristi, præparando monachos, qui propagabant pontificios errores & superstitiones, non parum promovit. & præfuit annis 32. & fuit sextus abbas à Benedicto. *Leo Hostiensis.*[e]

[e] li. 1. c. 8.

OPTATUS.

Septimus abbas Cassinensis, superstitiones monasticas observavit, & propagavit, annos 10. & mortuus est XI. Nonas Januarias. *Leo Hostiensis.*[f]

[f] li. 1. c. 9.

HERMERIS.

Successit Optato: & vix annum præfuit. *Leo Hostiensis.*[g]

[g] lib. & cap. eod.

GRATIANUS.

Nonus abbas, successit Hermeri: ac præfuit annis 4. mensibus 5. *Leo Hostiensis.*[h]

[h] li. 1. c. 10.

TOMICHIS.

Decimus abbas Cassinensis, præfuit annis 6. mensib. 5. *Hostiensis.*[i]

[i] li. 1. c. 11.

POTO.

Undecimus abbas, cultor idolorum, ædificavit Benedicto Ecclesiam, & Michaeli. Præfuit annos 7. *Hostiensis.*[k]

[k] li. 1. c. 12.

THEODOMARUS.

Duodecimus abbas Cassinensis. Scripsit libellum, *de Consuetudine monasterii Benedicti*, ad Carolum Magnum. Fuit mancipium traditionum humanarum; & cultor alienorum deorum. Mariæ templum ædificavit. Præfuit 19. annis. *Hostiensis.*[l]

CAROLOMANNUS.

Frater Pipini, cùm strenuè contra Saxones pugnâsset: sive vanâ opinione, de vitæ monasticæ dignitate & meritis, dementatus; seu à fratre, qui solus regnum affectabat, oppressus; seu à Pontificibus persuasus, Romam cum muneribus adit: & a Zachariâ Pontifice in monachum attonditur, & in cœnobium, à se exstructum in Sarapte monte, ad ecclesiam Sylvestri se-se abdit: anno Domini 746. *Regino,*[m] *Sigebertus, & Eginhardus in vitâ Caroli.*

Cùm autem plures Nobiles eò ad ipsum venirent; & omnes eum laudibus, propter istam insignem humilitatem, veherent: incommodum sibi fore arbitratus, si ab hominibus acciperet laudem; clàm se-se subducit, & ad Cassinense cœnobium venit: & coram abbate in terram procumbit; ac fatetur se homicidam esse, & reum omnium criminum: misericordiam exposcit, pœnitentiæ locum exquirit: se Francum esse, & ex patriâ ob scelera migrâsse: exsilium se ferre paratum; tantùm ne cœlestem patriam amitteret. Abbas eum priùs in cellâ Novitiorum probat: & postea monachorum cœtui adjungit, ignarus, quis esset. Pastor ovium constitutus; à prædonibus spoliatus, nudus redit. Postea hortulani officio præficitur: in quo etiam se benè gerit. Tertiò, culinæ operas dum facit, ter à coquo alapis cæditur. Quod indignè ferens comes ejus, coquum pilo ferit: & eam ob rem accusatus, indicat, virum justum esse Carolomannum. atque ita ille à monachis agnoscitur. *Regino.*[n]

[n] lib. 2.

Pontificiis erroribus plenus fuit. Nam existimavit, homicidii conscientiam operibus vitæ monasticæ posse deponi, & desertione bonorum corporalium sinè necessitate, acquiri vitam æternam: ut patet *ex Reginone.*[o]

[o] lib. eod.

Fuit etiam idololatra. Nam Benedictum coluit: & de ejus reliquiis furto ablatis, egit cum Zachariâ & Pipino, ut restituerentur. *Platina, in vitâ Zachariæ.* Anno Domini 753. *Sigebertus.*

Sed in hoc benè sensit: quòd Exarchatus Ravennas, & alia, quæ Cæsaris erant, non rectè Romano Pontifici attribuantur.

Cùm Stephanus Pontifex, apud Pipinum, auxilium quæreret cõtra Aistulphum: cui conabatur extorquere ex manu Exarchatum Ravennatem, & regnum Italiæ, quod Cæsaris hactenus fuerat; sed à Longobardis occupatum: jussu sui abbatis, legatione pro Aistulpho functus est; & conatus est Pipinum à societate Romani Pontificis abstrahere, oratione sanè eleganti; quæ *apud Aemilium*[p] exstat. Sed Pipinus, qui jam tùm characteribus Antichristi insignitus erat, & beneficium ab eo acceperat, & fidem ipsi juraverat, fratris consilium non modò aspernatur; sed eum accusat transfugam, & desertorem sui ordinis: & in Viennense cœnobium deportat, & custodiæ tradit: ubi ille haud multò pòst, mœrens ac indignabundus, febri interiit. *Blondus,*[q] *Antoninus,*[r] *Crantzius in Daniâ.*[s] Anno Domini 754. *Antoninus.*[t]

[p] lib. 2. [q] Dec. 2. l. 1. [r] Tit. 14. cap. 1. § 3. [s] li. 4. c. 38 [t] lib. 4. c. 13.

RACHIS.

Longobardorum Rex, sive superstitione, sive arte magicâ fascinatus à Zachariâ Pontifice, non modò ab armis discedit: sed etiam vitam monasticam, cum conjuge & filiâ, suscipit; in cœnobiũ Cassinense spontè recondens. *Hostiensis.*[u]

[u] li. 1. c. 9.

Videtur tamen postea eum pœnituisse facti. Nam fratre Aistulpho mortuo, cùm regnum Hetruriæ ad Desiderium pervenire ægrè ferret; exuto habitu monastico, bellum tentavit gerere. *Mutius,*[x] *Antoninus.*[y]

[x] lib. 7. [y] Tit. 14. cap. 1. § 1.

PAULUS DIACONUS.

Ex Longobardorum genere, familiâ nobili, patre Warnefrido, matre Theodelindâ, natus. Nam abavus ejus Leupichis, venit cum Longobardis in Italiam; eo tempore, quo primùm Italia ab illis cœpit occupari. A' teneris operam literis navavit.

Desiderius, Longobardorum Rex, ob doctrinam & ingenium, in precio eum habuit; & Notarium constituit. Aulæ pertæsus, Aquilejensis Patriarchæ diaconus ordinatur. Cùm autem Carolus Papiam expugnâsset: & ipse captus est. Sed propter eruditionem libertate donatur; & in Gallias cum Rege proficiscitur. *Platinâ in vitâ Adriani.*

Fuit autem, ut videtur, in eo exsilii loco, ubi Desiderius erat, ac de eo liberando consilia agitavit, ut *Aemylius*[z] scribit: aut insidias Carolo struxit. Eo igitur nomine accusatus, seu potiùs falsò à malevolis & aulicis delatus, se purgat quidem de objecto crimine: sed vincunt calumniæ, & perduellionis quasi convincitur. Et Proceres aulæ sententiam ferunt, de abscindendis manibus ejus. Verùm Rex inquit: *Si manus præcidimus; ubi tam elegantẽ scriptorem*

[z] lib. 2.

reperie-

reperiemus? Jubent oculos ei erui. Sed Rex ait: *Si id factum fuerit; ubi talem historicum reperiemus, ut ille est?* Tandem ergo Judices exsilii pœnam ei statuunt. Deportatur ergo in insulam Diomedis.

In eâ cùm aliquamdiu vixisset; tandem cum servo suo elabitur: & Beneventum, ad Arichim, qui filiam Desiderii Adelpergam duxerat, venit, & in palatio ejus mansit: & operam scribendæ historiæ, & aliis libris, impendit. Ariche defuncto, cùm se minùs tutum existimaret; ad Casinense cœnobium se-se recepit, & monachus factus est. Quod Carolo valde placuit: ac per epistolas illi, & versibus, eâ de re gratulatus est.

¶ Palatium Beneventanum, & Salernitanum, versibus exornavit. & Adelpergæ rogatu, in Historiâ Romanâ, quam Eutropius scripterat, plurima hinc-indè addidit ex historiis ecclesiasticis: duosque præterea libros, à Juliano usq; ad Justinianum I. adjecit.

Universas ferè *Annalis compoti* lectiunculas, rhythmo composuit.

Expositionem regulæ Benedicti, & multa de veteri monasterii consuetudine, lib 1.

Versus & Hymnos reciprocos, de miraculis Benedicti. Leo Hostiensis.[a]

[a] li.1.c.17.

De gestis Longobardorum.	*Lib.* 6.
Hymnos plures diverso metro,	*Lib.* 1.
Vitam Gregorii I. Papæ,	*Lib.* 1.

Spanheimensis de Scriptoribus ecclesiasticis.

Hymnum in divum Johannem.

Jussu Caroli, vitas, & lectiones cuilibet Sanctorum festivitati convenientes, collegit ex Patribus; & Hymnos addidit: anno Domini 807. *Sigebertus.* Qui postea itâ corrupti & immutati sunt: ut vix à suo auctore, si hodie surgeret, agnoscerentur. *Paulus Aemilius.*[b]

[b] lib.2.

Scripsit librum *de Episcopis Metensibus*, rogatus ab Ageltramo, ejus civitatis archiepiscopo. Itèm *de vitâ Arnolphi, lib.1.* ut ipse indicat.[c]

[c] lib.6. Long.c.5.

De Vitis Episcoporum Ticinensium, lib.1. ut colligitur ex ipso.[d]

[d] lib.eod. cap.18.

Scripsit *Epistolarum lib.1.* ad diversos: inter quas etiam ad Carolum sunt, quibus gratias ei egit pro salutatione. *Leo Hostiensis.*[e] Et alia multa digessit & scripsit. *Spanheimensis.*

[e] lib.eod.

¶ Pontificiis erroribus plenus fuit. Nam Sanctos honorare, ad animarum & corporum sanitatem prodesse; & ex intercessione Sanctorum omne suffragium emanare; asserit.[f] Et passim superstitiosa & fabulosa miracula de Sanctis, eorumque reliquiis, interspergit; *in suis Annalibus, & Martyrologio.*

[f] lib.22. Rom.

Sanctorum reliquias, magnam gratiam complectentibus afferre, nugatur.

Dei-genitricem invocandam, ut adjuvet nos in arduis rebus & periculis, pium esse, existimat: contra illud, [g] *Dominum Deum tuum adorabis.*

[g] Matt 4 v.10.

Vitam monasticam, vigilias, & alia electitia opera, opinatur prodesse ad salutem.[h]

[h] lib.22.

¶ Charus fuit Desiderio & Arichi, Regibus Longobardorum; & Carolo, Regi Francorum: qui licèt eum in exsilium expulerat; tamen postea gratulatus est ei versibus, quòd in monasterium Casinense abiisset. Metuebat enim eum, propter historiæ descriptionem: ne veritatem posteritati proderet, de ejus cum Pontifice fraudibus in occupandis Imperii bonis. Versus Caroli exstant *apud Leonem Hostiensem.*[i]

[i] li.1.c.17.

Notitiam etiam habuit Imperatoris Constantini & Irenes, & Tarasii: ut apparet *ex Libro 22. Rerum Romanarum.*

In Casinensi cœnobio senex obiit, & sepultus est. *Leo Hostiensis.*[k] Curriculum vitæ ejus satis longum fuit. Nam à Desiderii regno, usque ad annum 807. Domini, per annos 50. & ultrà, claruit; exceptis annis pueritiæ & adolescentiæ: ut constat *ex Sigeberto, & aliis Historicis.*

[k] lib.& cap.eod.

ALII ITALIÆ MONACHI.

WALDIPERTUS.

Presbyter & abbas alicubi in Italiâ, Constantinum laicum Papam insectatus est: & cum factione suâ in mona-
A sterium Viti irruit; & Philippum presbyterum extractum, Pontificem eligit. Postea accusatus, quòd Longobardis Romam vellet prodere, fugit in Ecclesiam Mariæ; ejusq; statuam amplexatur. Verùm cum illâ indè abducitur; & oculis & linguâ privatur; & in xenodochio Valerii animam agit. *Liber pontificalis.* Floruit anno Domini 758. *juxta Sigebertum.*

BAUDOLINUS.

In locum, cui Forum nomen est, juxta Tanarum fluvium,
B fuit Baudolinus, seu eremita, seu monachus, miraculis & specie sanctitatis clarus. Futura sæpè prædixit, & absentia tanquam præsentia nuntiavit; fortè arte magicâ instructus. Cùm Luitprandus, filio suo vulnerato in venatione, servum ad eum misisset, postulatum, ut pro vitâ ejus, Dominum deprecaretur: respondit, mortuum esse filium; nec se pro eo orare posse. *Paulus Diaconus.*[l]

[l] lib.6. Longob. cap.18.

THELAPIUS.

Baudolino non dissimilis fuit Thelapius, ad Veronensem
C civitatem. nam & ipse futura prædixit & miracula fecit. *Paulus Diaconus.*[m]

[m] ibid.

AUBERTUS.

Abbas monasterii sancti Vincentii, volumen scripsit de suo cœnobio. *Paulus Diaconus.*[n]

[n] Lib.eod cap.13.

VI. MONACHI GALLIÆ.

OVO.

OVo Puer existens, suspensus est: sed Volfranni precibus incolumis evasit; ac baptizatus, & presbyter
D ordinatus à Rothomagensi episcopo, multos codices monasterio Fontanellæ transcripsit. *Vincentius,*[o] *Erfordiensis.*[p]

[o] l.23.c.145 [p] li.2.c.60.

ANGELBERTUS.

Angelbertus, seu Engilbertus, seu Angisbertus, abbas monasterii Richarii, magnam partem de thesauro, quem Carolus acceperat, spoliatâ Hunnorum regiâ, Romam, ad Leonem Pontificem, ut *ai'iuto* pro clavibus & vexillo urbis Romæ, asportavit: & Populum Romanum Leoni Pontifici se subjicere, & fidem ut domino suo jurare, per-
E suasit. *Liber pontificalis.* Licèt *Aventinus*[q] putet, non Pontifici; sed Carolo, cives Romanos jurejurando se-se subdidisse: anno Domini 796. *Regino,*[r] *Annales Francorum, Erfordiensis,*[s] *Nauclerus.*[t]

[q] lib.4. [r] lib.2. [s] cap.69 [t] Gener.27

VOLRADUS.

Volradus, seu Volcadus, abbas Parisiensis, in cœnobio Dionysii, vir prudens & eruditus; in aulâ Pipini & Caroli Magni archicapellanus. Scripsit ad eum Bonifacius senex; & petiit, ut cum Pipino loquatur; ne sacerdotes & monachos, discipulos suos, ex longinquis regionibus in
F Germaniam adductos, & passim Ecclesiis præfectos, sinat post obitum suum dispergi: & ut in Lullum successorem consentiat.

Pipinus eum cum Burchardo ad Zachariam misit, ut ageret cum eo, de Childerici Regis depositione, & sui inauguratione: anno Domini 753. aut circiter. *Regino,*[u] *Aventinus,*[x] & *Curio.*[y]

[u] lib 2. [x] lib 3. [y] lib 2.

Idem postea Stephanum Papam, in monasterio Mauricii commorantem, ad Pipinum adduxit. *Liber pontificalis.* Et eundem validâ manu Romam deduxit. *Annales Fran-*
G *corum.* Et fuit in bello contra Aistulphum: & à Pipino cum cohorte ablegatus, Ravennatum ditionem, & Pentapolim, & Æmyliam, recipit: & claves, & obsides, & primates de qualibet civitate, Romam defert, & Pontifici tradit: ac postea Rachisium, contra Desiderium arma ferentem compescit. *Liber pontificalis, Blondus.*[z]

[z] Dec.2.l.1.

Carolus etiam Magnus eum, cum Gregorio episcopo & Albino, ad Adrianum ablegavit: ut sciscitarentur, an Desiderius ablata ei restituisset. *Blondus.*[*]

[*] Ibid.

Ac fuit sanè Pontificibus Romanis non inutile manci-
H pium. Nam per eum Reges Francorum dementarunt: ut existimarent, se Deo & sancto Petro magnum præstare cultum, si Romanum Pontificem de prædâ & rapinis locupletarent, & super Reges elevarent, & contra Imperatore armarent & tuerentur.

Fuit

Fuit cultor deorũ alienorum. nam reliquias Viti transtulit Parisios, anno Domini 755. ac idololatriæ præco extitit. *Sigebertus.*

FARDULPHUS.

Fardulphus, seu Rhaudulphus, Longobardus genere, sacrificulus Reginoburgi, in templo dormitans, cognoscit conjurationem Pipini Gibbosi adversùs Carolum Magnum; ac statim ad aulam cursitat, & prodit: &, pro mercede, abbas Dionysii constituitur. *Aventinus,* * *Urspergensis,* & *Aemilius.* [* lib. 4.]

VIRUNDUS.

Abbas, Legatus Caroli Magni, Leonem, unà cum Winegito Spoletanorum Duce, Spoletum abduxit; ac indè ad Regem: anno Domini 799. *Regino.* * [* lib. 2.]

MEDO.

Floriacensis abbas, idololatra & superstitiosus. Benedicti cadaver furto sublatum, & in monasterium suum repositum, restituere detrectat; & Benedictum, ut deum, colit & invocat: *apud Ivonem, in Constantino.*

ISUARDUS.

Natione Gallus, monachus ordinis Benedicti, jussu Caroli Magni scripsit *Martyrologium*, post Eusebium, Hieronymum, & Bedam, stylo elegantiori: anno Domini 770. *Bergomensis,* * *Schedelius,* * *Hedio.* * [* lib. 10. * Ætate 6. * li. 6. c. 22.]

EUDO.

Abbas Viceliacensis, jussu Girardi Comitis Burgundię, misit fratrem suum, Badilonem monachum; ut corpus Mariæ Magdalenæ ab Aquensi urbe transferret. *Vincentius.* * Ambo fratres, deorum alienorum cultores, & fanatici homines fuerunt. [* l. 23. c. 132.]

JOHANNES.

Monachus & presbyter, Carolum rogat; ne sinat homines capi & vendi: ac visiones habuit, pontificiæ doctrinæ contrarias. Ob quam rem Pontifex minabatur ipsi excommunicationem: quam declinavit Carolus, intercedens pro eo. Romam ubi venit, & Pontifici reconciliatus est; nuntiavit, episcopos Caroli arma gestare. Id Pontifex improbat; & Carolo scribit, ut emendet: ut patet *ex epistolâ ad eundem.*

DODO.

Abbas, cum Possessore episcopo, ad Adrianum missus est: *in epistolâ Adriani ad Carolum.*

GRIMO, & SIGOBERTUS.

Grimonem abbatem Corbonensem, & Sigobertum monachum Dionysii, Carolus Romam ablegavit ad Pontificem. *Annonius.* * [* li. 4. c. 57.]

AEGIDIUS.

Athenis in Græciâ natus, venit in Galliam, anno Domini 715. (*juxta Sigebertum*) regnante Theodosio, (*Bonfinius* *) ad Cæsarium Arelatensem episcopum: ac biennio apud ipsum commoratus, in eremum ut μονήρης secessit; & in antro quodam latitavit: ad quod Carolus Martellus, in venatione, venit canum ductu, qui cervam sectabantur, quæ viro illi dicitur assuisse. Interrogatur, unde sit; & quid ibi faciat? Ille verò respondet, se religionis ergò isthic agere. Carolus, miratus hominis sanctitatem, cœnobium de consilio ejus condit, ad Nemausensem urbem, juxta Rhodanum: cui illum præfecit. *Ranulphus.* * [* Dec. 1. lib. 8.] [* li. 5. c. 28.]

Miracula ei adscribunt multa; quæ fabulosa & vana sunt, & superstitiones confirmant: de quibus *Antoninus,* * *Vincentius.* * [* Tit. 13. cap. 6. §. 33. * l. 23. c. 140.]

Carolus Martellus petiit ab eo, ut pro se oraret: ut sibi Dominus condonaret delictum, quod perpetrâsset; sed nemini auderet indicare. Orante autem Ægidio: charta in altari reperitur, continens delictum Caroli; idque precibus Ægidii dimissum esse, indicans. ac erat adscriptũ: *Quòd omnia peccata pœnitenti, & juxta Aegidii verba concepta oranti condonentur.* Hæc instar miraculi a Pontificiis celebrantur; & superstitionem confirmant, conceptis verbis precum inesse vim quandam divinam. Sed quàm facilè fuit Ægidio, homini Græco & fallaci, hæc subornare, ad simpliciter Francos decipiendos?

Vulneratus à venatore sagittâ, noluit vulneri medicamenta adhibere: & Deum oravit, ut nunquam sinat id vulnus sanari. Unde colligitur, fuisse hominem insanum; ac nihil novisse de doctrinâ cœlesti: quæ usum medicinę pręcipit; & à Deo bonam valetudinem peti jubet.

Medicinam professus est; & scripsit versus *de Pulsu, lib. 1. & de Venis, lib. 1. Bergomensis,* * & *Volaterranus.* * [* lib 10. * lib 21.]

URSMARUS.

Abbas Lobiensis, hypocrisi clarus, moritur anno Domini 713. successorem sortitus Erminum. *Meyer, in Chronico Flandriæ.*

COELESTINUS.

Abbas Blandiniensis, patriâ Scotus, in exsilium à Carolo Martello ejicitur; propterea quod favisset partibus Raginfredi: anno Domini 716. In monasterio autem Rotomagensi obiit, anno Domini 765. *Meyer, de Flandris.*

HILDEBERTUS.

Abbas ejusdem cœnobii, ob Imaginum adorationem, quam tuebatur, cum Pontificiis suis monachis, seditionem Gandavi excitat, contra illos, qui in Cæsaris favorem eam damnabant: ac tulit suæ falsæ opinionis & inquietudinis præmium, interfectus in tumultu: anno 752. *Jacobus Meyer, de Flandris.*

VII. MONACHI GERMANIÆ.

AMOR.

Discipulus Pirminii, abbatem egit in monasterio oppidi Amerbach, in diœcesi Herbipolensi. *Trithemius, in Epitome Regum Francorum.*

BALTHART.

Abbas fuit Herfeldensis. Scripsit ad eum epistolas duas Monialis quædam; in quibus eum rogat, ut ad se veniat: seque ejus formosam fœminam appellat; cui etiam munera misit. Obiit anno Domini 798. *Chronicon Schafnaburgense.*

STURMIUS.

Socius & comes Bonifacii, in Thuringiâ & Hassiâ cum eo prædicavit; & conatus est Bonifacium nonnihil lenire, in certamine adversùs Albertum. Ac primus abbas Fuldensis, anno Domini 750. consecratus est: & habuit 400. monachos, exceptis ministris; & præfuit iis annos 20. & obiit anno 780. *Sigebertus.* Wilibaldus de vitâ Bonifacii, *Muntzer in Chronographiâ.* * [* Ætate 5.]

BANGOLFAS.

Secundus abbas Fuldensis, Sturmio successit, anno Domini 779. *Marianus*, anno 4. Leonis Copronymi. Hammelburg, Hunfeld, Rosdorf, & Tumheim, sibi subjecit: & in monte Petri seu Ulularum ædificare cœpit. *Valentinus Muntzerus.* * [* ibid.]

ABBATES BAVARI
sub Thessalone:

Opportunus Abbas Menensis, Albunus Sandunensis, Woliprechtus Altaichii inferioris, Ruthardus Wessobrunnæ, Albertus Tigurinus, Ariovistus superioris Altaichii, Atho Schiratius Schlechdorfensis, Reginobertus Pfaffomonasterii, Uro (qui & Aro) Ilmensis, Volcardus Austraviæ, Landofridus Burensis, Segido Weltenburgensis, Berichtoldus Chimensis.

Hi interfuerunt conventui Bojorum, in inferiori Bojariâ, Dingulofini.

Aro Schiratius, ad Schlechdorf, in templum divo Dionysio dedicatum commigravit; relicto Schiratio.

Berchtoldum, juris divini consultum, monachis atris ad Sylurnum lacum, superioris Bojariæ, intra Oenum & Magnovaldam flumina, ipsis patrem dedit Aribo, Fruxinensis episcopus. *Aventinus.* * [* lib. 3.]

AMALBERTUS, & UTO.

Erant duo sacerdotes in Bojariâ inferiore; cæteris pietate & eruditione insigniores. His Carolus Magnus templum magnificè exstruxit, supra ostia Isaræ; ubi rivus Metena, qui nomen monasterio facit, in Istrum fertur. *Aventinus.* * [* lib. 4.]

ALTO.

Eremita quidam in superiori Germaniâ, cum consensu & consilio Utilonis Regis, Altonis monasterium (quod Altenmünster vocant) auspicatus est. *Aventinus.* * [* lib. 3.]

APOL-

APOLLONIUS & DOLDANUS.

Apollonius à Franc s Reginoburgum missus est, ut in monasterio Heimerani monachos doceret: & Doldanus in Chirintol. *Hedio,*[a] *Aventinus.*[b]

[a] l. 6 c. 9. [b] lib. 3.

HEINRICUS.

Heinricus, seu Huoricus, abbas Men nsis, cum Acno episcopo, a Thatsilone Romam ad Adrianum missus, rogat, ut pacem inter se & Carolum constituat. *Regino, Annales Francorũ, Urspergensis* Anno Domini 787. *Aventinus.*[d]

[c] lib. 2. [d] lib. 4.

ANDOGARIUS.

Primus abbat Campoduni Rhetiæ. *Achilles Gassarus, & Hermannus Contractus.*

WALAFRIDUS.

Natione Germanus, abbas monasterii S. Galli. Scripsit *Vitam Galli*, librum unum carmine, & librum unum prosâ oratione; & librum 1. *de Divinis officiis; & Epistolas plures.* Claruit circiter annum Domini 700. *Trithemius de Viris illustribus Germaniæ, & Hedio*[e]

[e] l. 6 c. 22.

OTHMARUS.

Natione Germanus, per Balchramium in cellâ Galli abbas constituitur, anno Domini 720. *Urspergensis.* Indè à Watioo & Rudhardo, in insulam Rheni, nomine Stein (unde Reinstein dicitur *ab Erfordiensi*[f]) relegatur, accusatus de adulterio: ubi anno Domini 760. obiit. *Frisingensis.*[g]

Cadaver ejus, post annos decem incolume repertum, in basilicam Galli reportatur: & superstitiosis signa mendacia facit; præsertim fratribus compotantibus: qui finxerunt, vasculum sæpiùs exhaustum non sensisse liquoris detrimenta. *Aeditum in Chronico, & Schedelium.*[h]

[f] cap. 67. [g] lib. 6. c. 25. [h] Ætate 6.

THATUINUS

Abbas in monasterio Friteslariensi, qui singulis monachis suas operas præscripsit; & Wigbertus presbyter, Megingotus Diaconus, in eodem cœnobio, magistri erant infantium, & prædicabant verbum Dei. Hiedde erat præpositus, & Hunefrithus collega ejus. Sturme culinam curabat. & Berenhardus architectum agebat, ut patet *ex epistolâ Bonifacii ad eosdem.*

LUPUS.

Augiæ abbas, Chitomarũ Ducem Venedorum, seu Carentanorum, sacris imbuit; ejusq; Catechistes & compater fuit: & nepotem suum Majoranum diaconum, illi misit sacerdotem. *Aventinus.*[i]

[i] Lib. 3.

EANVVULF.

Abbas, per epistolam Carolum Magnum monet, ut idololatriam aboleat; & veros cultus instituat: ac petit ab eo patrocinium. *In epistolâ.*

SEBALDUS.

Regis Daciæ filius, Parisiis operam literis dedit: ac noctu, cùm deberet cum sponsâ dormire, aufugit; si credere fas est! & in eremo annos 15. exegit. Indè Romam superstitionis ergò venit: & a Gregorio II. ad Germanos ablegatus est; ut iis prædicaret pontificias superstitiones. Ad Longobardos ergo accessit; & postea Ratisbonam: ac postremò propè Noribergam in solitudine vixit.

Doctrinâ & miraculis claruit; quibus in eremo fortè arboribus & feris profuit: ad homines enim solitarius ratò venit. Tandem Noribergæ, in oratorio Fratrum, Martino dedicato, mortuus est: quem boves indomiti ad locum sepulturæ duxerunt.

Postea, crescente superstitione, Pontifex Martinus 5. eum in numerum Divorum retulit; & festum diem, per universum orbem terrarum, XIV. Septembris, in honorem ejus celebrari jussit. *Schedelius.*[k]

Fuit coætaneus Bonifacio, & Willibrordo. *Carion.*[l]

[k] Ætate 6 [l] lib. 2.

EUTHYMIUS.

Monachus. & Notarius episcopi Gotthiæ, interest Actioni 4. Nicænę II. & Imaginum cultum approbat.

VIII. MONACHI Britanniæ.

BENEDICTUS.

Benedictus Biscopius, cum Osui Rege Romam adiit, & in Lirinensi cœnobio in monachum est attonsus. & post biennium in Britanniam reversus, Witmuthæ & G[illegible] monasteria duo condidit, & sexcentos monachos, Benedicti regulam observantes, aluit.

Quinquies Romam prodean [illegible] & reliquiis, jocalibus ornamentis, libris ritualibus, & privilegiis, onustus rediit.

Vitriarios, pictores, architectos, & id genus alios ad voluptatem artifices, in Angliam omnium primus advexit.

Bibliothecam ex Latinis & Græcis libris instituit.

Scribit *Concordiam regularum,*	Lib. 1.
Exhortationes ad Monachos,	Lib. 1.
De suo privilegio,	Epistolam 1.

Vixit annos 78. & apoplexiâ seu paralysi interiit, anno Domini 703. *Sigebertus, & Balæus.*[m]

[m] Cent. 1. cap. 82.

IGIACUS.

Anglus, cùm diu in Philosophicis studiis operam perdidisset, ad Theologiam animum suum adjecit: ac in eâ ita progressus facit, ut præ aliis excelleret. Abbas Sigulnus Lindisfarnam eum vocavit: & ut monachis legeret, eosque erudiret, jussit. Multi sub ejus disciplinâ viri docti evaserunt: inter quos fuit etiam Ethelvulphus Bernicius.

Scripsit *Vitam Sigulni, librum 1.* & alia: quæ à Danis sunt conflagrata.

Commendat eum Bernicius, à modestiâ, sobrietate, eruditione, & aliis virtutibus. Claruit anno Domini 740. sub Egberto Northumbrorum Rege. *Balæus.*[n]

[n] Cent. 2. c. 10. & 12.

FELIX

Natus in Merciorum provinciâ, ad Anglos Orientales profectus, literis operam dedit: & monasticis opinionibus imbutus, in Crolandiam rediit, & isthic Benedicti regulam observavit, sub Wilfrido abbate, & Cysâ presbytero. Rhetor & Poëta certè non-ignobilis habitus est suo tempore. Scripsit quædam prosâ & carmine, eaq; dedicavit suo Mæcenati, Ealfvvaldo Anglorum Regi.

Vitam Guthlaci reclusi,	Lib. 1.
Miracula ejusdem,	Lib. 1.
De translatione ejusdem,	Lib. 1.
Epitomen vitæ ejusdem,	Lib. 1.
Gesta abbatum Crolandiæ,	Lib. 1.

& nonnulla alia.

Claruit anno Domini 730. sub Ethelbaldo Merciorum Rege. *Balæus.*[o]

[o] Cent 1. cap. 100.

PLEGUINUS NORTABRINUS.

Homo eruditus, & discendi cupidus. Ad Bedam scripsit, *de Quæstionibus quibusdam librum 1. & Monachos eruditos Epistolas plures.* Beda ei dedicavit suum librum, de Sex ætatibus Mundi. Floruit anno Domini 740. *Beda, Lalandus & Balæus.*[p]

[p] Cent 2. cap. & Cent. 0. cap 34.

ETHELVVOLFUS Bernicius

Eadfridum Lindesfarnensem episcopum habuit præceptorem; & postea audivit Iglacum: ac tantum profecit, ut versus scriberet. Vitam monasticam professus, nihilominùs Musis operam dedit.

Scripsit heroico carmine, ad Egbertum episcopum, *de Origine sui cœnobii*, librum; in quo suum præceptorem Iglacum celebrat.

De illustribus Monachis, librum 1. & de suo Somnio librum 1. & alia quædam. Claruit anno Domini 750. *Balæus.*[q]

[q] Cent 1. cap 7

CEOLFRIDUS.

Ceolfridus Bernicius, in Sacris & Philosophicis literis apprimè eruditus, presbyter ordinatus est anno ætatis 27. & postea anno 39. factus est abbas Wermuthæ & Girvvici monasteriorum.

Scripsit ad Naitanum, Pictorum Regem, *de Paschate & Tonsurâ,* Lib. 1.

Homilias solennes,	Lib. 1
Testamentum ad Hunebertum,	Lib. 1
De suâ peregrinatione,	Lib. 1.

[...] istola ejus ad Naitanum Regem, de Paschate & Tonsura, exstat *apud Bedam*.*

¶ Rectè docet, sine Christi gratiâ neminem posse salvari: *in eâdem epistola*. Sed tamen contrà Petro adscribit: quòd pandat cœlestis regni introitum iis, qui Pascha & Tonsuram eo modo observent, quo ille instituit.

Paschatis observationem, ad morem Romanorum, planè sentit necessariam esse: & diversum-facientes propemodum hæreticos accusat.

De Tonsurâ quidem bene dicit; quòd discrimen ejus non noceat iis, quibus pura in Deum fides & charitas in Proximum sincera est. Sed tamen Romanum morem tondendi præ cæteris commendat, ut à Petro usurpatum: & alium Simoni mago adscribit.

Superstitiosè, signo Crucis, in fronte Ecclesiæ signato, adscribit dæmonum repulsionem.

Doctrinam dæmoniorum de interdictis nuptiis profitetur. Monachos enim & Clericos continentiæ frenis adstringit.

¶ Refutat eos, qui, sine præveniente gratiâ Christi, se salvari posse, confidebant: & qui, licèt Christus nunquam tenebras Mundi moriendo & resurgendo vicisset, perfectam se habere posse justitiam, asserebant. *In epistolâ ad Naitanum. Beda ibidem.*

Pontificias ceremonias, de Paschate & Tonsurâ, & de forma Ecclesiæ ædificandi, non modò amplexus est; sed etiam ad alios propagavit: ut patet *ex epistolâ ad Naitanum.*

¶ Bedæ præceptor & nutritius fuit: & librorum studiosus inquisitor. Româ Hieronymi pandectas, è Græco fonte manantes, & Latinè factas, transmisit ad suos. *Beda.**

Sergius Pontifex ad eum scripsit, ut Bedam sibi Romam mitteret: ut indicat *Wilhelmus.**

Vulgari errore infectus, peregrinationem versùs Romam esse opus Deo longè acceptissimum, deseruit suum cœnobium, anno ætatis suæ 74. (*juxta Bedam* sed *Ado* 83. habet) & Huneberto curam cœnobii commisit; ac Romam abiit: & indè revertens, in itinere, Lingonis, in Narbonensi Galliâ, moritur: anno ætatis 84. Christi verò 716. *Balæus.** Vitam ejus scripsit Hunebertus.

Marg.: * lib. 5. c. 22. — * lib. 2. de Rom. temp. — * lib. 5. cap. 44. — * Cent. 1. cap. 93.

BEDA.

Ex infimo Anglo-Saxonum genere, in pago Girvico natus, circiter annum Domini 662. Cùm excessisset annū 7. traditus est Benedicto, Girvicensis & Wermuthensis cœnobiorum, ad quinq; milliaria distantium, abbati, educandus & instituendus.

Postquam prima elementa imbibit: Johannem Beverlacium, archiepiscopum Eboracensem, præceptorem sortitus est; & Ceolfridum abbatem. Cùm autem ingenio felici, & memoriâ vivaci præditus esset; & gnaviter studiis Linguarum, Artium, Philosophiæ, & Theologiæ, dies noctesque operam navaret: evasit vir doctissimus. Ob exactam Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritiam, & styli suavitatem, & dicendi copiam, à multis Gregorio & Magno prælatus est.

Legit & evolvit, cum judicio & fructu, ethnicorum Scriptorum, tum Historicorum, tum Philosophorum, tum Poëtarum, volumina: ut patet ex citationibus. Nam passim ex iis, quæ sibi vitâ accommoda sunt, depromit. Sic Salustium,[a] & Juvenalem,[b] Virgilium,[c] & Plinium secundum,[d] citat.

Patrum, & Historicorum ecclesiasticorum, prolixum catalogum contexat; qui omnes velit nominare quorum ipse meminit. Nam Clementis, Papiæ, Philonis, Origenis,[e] Josephi, & Ecclesiasticæ historiæ [f] Martyrologii Eusebii & Hieronymi, & Chronici Marcellini,[g] Dionysii,[h] Johannis Constantinopolitani, & Gregorii,[i] Julii Africani,[k] Egesippi, Paulini Nolani,[l] Sedulii,[m] Ambrosii, Augustini,[n] Aratoris in epistolâ ad Aceam,[o] Benedicti, Athanasii, Hilarii,[q] Aponii,[r] Cypriani,[s] Cassiodori,[t] & similium, passim facit mentionem.

Natus annos 19. Diaconus, & 30. Presbyter, à Johanne episcopo consecratus est, apud ecclesiam seu monasterium apostolorum Petri & Pauli in Cantiæ civitate. *Autor vitæ ejus*[u] ad Verevinda[...] *Wilhelmus*[x] (seu Wi[...]mudam & Ingirtuum: ut *Beda ipse*[y] indicat. Ac monachi & scholastici doctoris officio, in Girvvicensi & Wermuthensi cœnobio, functus est, sub Ceolfrido abbate & Huetberto.

Marg.: [a] lib. 1. in Marcū. cap 3. — [b] in cap. 4. Marci. — [c] lib 5 in Sam. c. 2. — [d] lib. 4. in Cant c. 5. — [e] in cap 1. Marci. — [f] in cap. 6. Marci. — [g] in cap 6 Joh. — [h] ibid. — [i] in cap. 1. Lucæ. — [k] in cap 3. Lucæ. — [l] in cap. 6. Lucæ — [m] in cap. 9. Lucæ. — [n] in cap. 14. Lucæ — [o] super Acta Ap. — [p] lib in Ezram, cap. 18. — [q] lib eod. cap. 22. — [r] lib 4. in Cant. cap 5. — [s] lib 2. de Tabern. cap 1. — [t] lib. eod. cap 12. — [u] in Tom. 8. Bedæ. — [x] li. 1. c. 42. — [y] in Epilogo Hist. Eccl.

¶ Scripsit 36. volumina: quæ in libros 78. distinxit. *Wilhelmus.*[z] Quæ à Balæo hoc ordine referuntur:

Marg.: [z] li. 1. c. 42.

In Genesin usq; ad Isaac,	Lib 3.
In Genesin ad literam,	Lib 1.
In Exodum,	Lib 1.
In Leviticum,	Lib. 1.
In Numeros,	Lib. 1.
In Deuteronomium,	Lib. 1.
Explanationes in Josuam,	Lib. 1.
In Judicum quoq;,	Lib. 1.
De Tabernaculo Mosis,	Lib. 3.
De Vasis & Vestibus,	Lib. 1.
In Samuelem,	Lib. 4.
Super principio Regum,	Lib. 3.
In Regum 30. quæstiones,	Lib. 1.
De ædificatione Templi,	Lib. 2.
De Templo Salomonis,	Lib 1.
In Paralipomenon.	Lib. 2.
Super Verbis dierum,	Lib. 1.
In Psalterium,	Lib. 1.
Super quodam Esajæ dicto,	Lib. 1.
In Proverbia Salomonis,	Lib. 3.
In Ecclesiasten,	Lib. 1.
In Cantica canticorum,	Lib. 7.
In Esdram, ad Arcam,	Lib. 3.
In Nehemiam, ad eundem,	Lib. 1.
In quodam capita libri Esdræ,	Lib. 1.
In Tobiam,	Lib. 1.
In Jobum,	Lib. 2.
In Canticum Abacuc,	Lib. 1.
In Esajam Prophetam.	Lib. 2.
In Jeremiam,	Lib. 2.
In Ezechielem,	Lib. 1.
In Danielem,	Lib. 1.
In minores Prophetas,	Lib. 12.
In Euangelium Marci,	Lib. 4.
In Euangelium Lucæ,	Lib 6.
In Euangelium Johannis,	Lib. 1.
In parabolas Euangeliorum,	Lib. 1.
Lectiones Euangeliorum,	Lib. 1.
Homiliæ Euangeliorum,	Lib. 2.
Homiliæ adhuc 49.	Lib. 1.
In Paulum ad Romanos,	Lib. 1.
Ad Corinthios,	Lib. 2.
Ad Galatas,	Lib. 1.
Ad Ephesios,	Lib. 1.
Ad Philippenses,	Lib. 1.
Ad Colossenses,	Lib. 1.
Ad Thessalonicenses,	Lib. 2.
Ad Timotheum,	Lib. 2.
Ad Titum,	Lib. 1.
Ad Philemonem,	Lib. 1.
Ad Hebræos,	Lib. 1.
In plura Apostoli acta,	Lib. 1.
In Acta Apostolorum,	Lib. 2.
Retractationes super Acta,	Lib. 1.
De distantiâ locorum, ex Actis,	Lib. 1.
In Epistolam Jacobi,	Lib. 1.
In Epistolas Petri,	Lib. 2.
In Epistolas Johannis,	Lib. 3.
In Epistolam Judæ,	Lib. 1.
In Apocalypsin Johannis,	Lib. 3.
De Gratiâ Dei,	Lib. 1.
De Laude charitatis,	Lib. 1.
De Pascha celebratione,	Lib. 1.
De Ordine feriarum Paschalium,	Lib. 1.
Canones ad hæc invenienda,	Lib. 1.
Nomina sacrorum locorum,	Lib. 1.
De situ Hierusalem,	Lib 1.
Aetates sex Mundi,	Lib. [illegible]

De quatuor Difficilibus.	Li[illegible]
De Natura rerum.	L[illegible]
De Temporum ratione.	Li[illegible]
De eisdem, manus volumen.	Lib.2.
Lectiones veteris testamenti.	Lib
Lectiones novi testamenti.	Li[illegible]1.
De Veritate temporum divinorum.	[illegible]ib.
Contra Julianum episcopum	Lib 1
Defensorium gratiæ Dei.	Lib
Chronicon a condito Mundo	Lib
De Obitu sanctorum Patrum.	Lib.
De Scriptoribus Ecclesiæ.	[illegible]
Distinctiones in Jeremiam.	Lib.1
Distinctiones in Jobum	Lib.1
De Christo & Ecclesia.	Lib.[illegible]
De die Judicii lamentationes.	Lib.
De 12. Lapidibus pretiosis	Lib.
Mansiones Filiorum Israel	Lib 9.
Flores Gregorii in Cantic.	Lib.2
Scintillarum ex Patrum sententiis.	Lib.1.
Hexameron.	Lib.
De Historiis Sanctorum.	Lib.1.
De sancta Trinitate.	Lib.1.
Anglo Saxonum historia.	Lib
De passione Felicis.	Lib.1.
Passionarium Sanctorum.	Lib.
Vita Alberti episcopi.	Lib.2.
Vita Chutberti, versibus.	Lib.
De miraculis ejusdem.	Lib.1.
Chronicon sui cœnobii.	Lib.2.
Quinq. abbatum gesta.	Lib.
Ad sanctores Principes.	Lib.1
Vita Anastasii e Græco.	Lib.1.
Martyrologium de sanctis.	Lib.1.
De componendis Versibus.	Lib.1
Exposit. quem Donati.	Lib.1.
De Barbarismo.	Lib.1
De Schematibus & Tropis.	Lib 1.
De Tropis Scripturarum.	Lib.1
Hymnorum diverso carmine.	Li[illegible]1.
Pro Ethe[illegible]droda carmen.	Lib.1.
Epigrammata heroico metro.	Lib.1.
De Quantitate syllabarum.	Lib 1.
De Orthographia.	Lib. 1.
Super mulierem fortem.	Lib 1.
De arte Musica.	Lib.
Abacum numerandi.	Lib.1.
De Ponderibus & Mensuris.	Lib.
Denotationes Circulorum.	Lib. 1.
De Computatione per digitos.	Lib.1
De Mensibus ac Diebus.	Lib
De ratione Quadrantis anni.	Lib. 1.
De Aequinoctio vernali.	Lib.1.
De saltu Lunæ.	Lib 1.
Formationes signorum.	Lib 1
De Arithmetica.	Lib.1.
De Membris humanis.	Lib.1.
Compendium Adamanni.	Lib.1.
De Pseudomonachatu corrigendo.	Lib.1
De mysteriis Sanctorum.	Lib.1.
Exceptiones Patrum.	Lib 1.
Collectanea quædam.	Lib.1.
Flores ex diversis.	Lib.1.
De Divinis officiis.	Lib.1.
De Andrea Memoria apud Scotos.	Lib 1.
De subductione Candidæ casæ.	Lib.1.
Pœnitentiale quoddam.	Lib.1.
De Topographia Mundi.	[illegible]b.1
De Situ Orbis.	Lib
[illegible]	Lib
Super prophetia Sibyllæ.	Lib
[illegible]pistolarum ad diversos.	Lib.
[illegible]reviarium Chronicorum Eusebii.	Lib
Orationes ex Psalterio Hebraico.	Lib

A *Homiliarum e*[illegible] *P*[illegible] [illegible]do-tes G[illegible]cos na[illegible]at. F[illegible] [illegible] *de Imagine Mundi de Natura Rer*[illegible]*um* [illegible] *& Mens*[illegible]*is. de Situ Or*[illegible]*is, de Simi*[illegible]*tudinibus, de* [illegible]*um. Physicam* [illegible]

Opera ejus m[illegible] [illegible] mus di[illegible]esta [illegible] mu[illegible]ta sunt, quæ *Balaus* non ha[illegible] &c[illegible]

¶ Q[illegible]id de singul[illegible] [illegible]ibus [illegible] spe- an[illegible] [illegible]ue[illegible] supra in C[illegible]te V. [illegible] memoravimus, ad

B [illegible] l[illegible]ctorem [illegible]mitte[illegible].

[illegible] [illegible]of[illegible] [illegible]eam [illegible] esse Sanctorii [illegible] de L[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]im [illegible]oris [illegible] [illegible] quò p[illegible]us credant, *Homil*[illegible] *in die A*[illegible] [illegible]m, de cultu Imag[illegible] C[illegible]el[illegible] de [illegible] ad[illegible]ionibus [illegible]manis & monasti[illegible] [illegible] O[illegible]one [illegible] omo[illegible] [illegible]e Reliqui[illegible] San[illegible]rum *Hom*[illegible] *de* [illegible] *de* [illegible] *& Homi*[illegible] *festo omnium S*[illegible]*ctorum* & de[illegible] [illegible]ng[illegible] verbo De[illegible] [illegible]ontra[illegible] [illegible] [illegible] & [illegible]bus [illegible]onacho-

C rum, & ex D[illegible]al[illegible] Greg[illegible] hausit.

¶ [illegible]ger[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] is in [illegible] [illegible] suis tradi-d[illegible] [illegible] Pl[illegible] [illegible] & Mathemat[illegible] ut patet e[illegible] de[illegible].

Sac[illegible] teras ex [illegible] [illegible] eas [illegible]mmen-tatu est Patrum [illegible] [illegible]ecti. S[illegible] ex Au[illegible] bri in omnes e[illegible] Pa[illegible] [illegible] consarcinavit: & ex va[illegible] Greg[illegible] M[illegible] opera [illegible]brum 7. in [illegible] Canticorum co[illegible]git, ut ipse in Præfatione ejus libri in-

D dicat.

Alleg[illegible]is valde deditu[illegible] [illegible] [illegible]as etiam [illegible] historic[illegible] narrationi[illegible]us [illegible] quærit[illegible] ita ta[illegible]en, ne histori[illegible] tol[illegible]at.

Euangelium J[illegible]anni[illegible] P[illegible] [illegible] & alios B[illegible]liorum [illegible]bros, in patriam linguam [illegible]transtulit. *VVilhelmus Malmesburiensis.* [a] E[illegible] Græco Latinam fecit Barnabæ vitam. *Baleus.* [b]

Hæretico[illegible] veteres pal[illegible] in C[illegible]mmentariis sui[illegible] refu-tat ut Chi[illegible]stas [c] N[illegible]atianos [illegible] [illegible]entian[illegible] [illegible]elagiū [d]

E Julianum. Euty[illegible] hete[illegible] Mani[illegible]hæi [illegible] Phot[illegible] & A[illegible]um.

Vni[illegible] & peccata morum fr[illegible]trum & m[illegible] [illegible]m [illegible] nuè arguit. Sic reprehen[illegible] eos, q[illegible] [illegible] D[illegible] studio, Ethn[illegible] corum [illegible] nimiam indulgebat[illegible] [illegible] [illegible]bertum, Lind[illegible]nen[illegible] [illegible] e[illegible] [illegible]pum [illegible] [illegible] remissum & iocondem [illegible] pe[illegible] epist[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]acmo-net eum, [illegible] [illegible] S[illegible] [illegible] verten-da. Et reprehen[illegible] præpostera [illegible]studium [illegible]nasteria ædi-ficandi ad[illegible] [illegible]m[illegible] Monachorum potiùs, quam ad [illegible] *la*[illegible].[h]

F Cum Sar[illegible]ceni[illegible] & [illegible] occupass[illegible] *Plati-na in Johanne* [illegible] *I.*) & Iudæ[illegible] in [illegible]panias invaluissent *Volaterranus*) Beda eam ca[illegible]mitatem deplorauit, ac Orat[illegible]nem conscripsit, quâ Rege[illegible] & Pr[illegible]ncip[illegible] Christianos ad[illegible] orta-tus est, ad bellum contra hostes Dei suscipiendum *Isabel-lum.* [m]

Pro se preces facere suorum operum lectores jubet *VVilhelmus Malmesburiensis.* [n]

Vitæ monasticæ [illegible]pera assiduus fecit, iuxta regu[illegible] præ-scriptam: ita ut qui [illegible] immeritò [illegible] ret[illegible] [illegible]

G uerit tot [illegible]olumina exarar[illegible]. Nam [illegible] [illegible] [illegible]pro-rum ejus rei[illegible] [illegible]cia[illegible] [illegible]deatur [illegible] m[illegible]ore vit[illegible] haud [illegible] egisse quàm com[illegible]entatus [illegible] [illegible]o consideres ordi-nis ejus præc[illegible] & [illegible] [illegible]ptores eum [illegible] aliud agere po-tuisse, q[illegible]m[illegible] [illegible] & [illegible]e.

¶ Interd[illegible] [illegible]ul[illegible] ejus [illegible]cerantur [illegible]b[illegible]nus [illegible] laudibus Johanne R[illegible] *Eroidsensi*, B[illegible] † & C[illegible] Girvvicus qui à Bedâ dictata cele[illegible] calamo excepit & tam ejus det[illegible] [illegible]psit *Balaus.* *

Strabo & H[illegible]ymo, fratres ejus hab[illegible]untur. *Volaterranus.*

Fam[illegible]iaris fuit, non modò monac[illegible]is & epi[illegible] [illegible] Ang[illegible]â inter quos sunt, Johannes Beve[illegible]lacius Acca, Ne-ctarius, Hemvaldus, Peovidus, E[illegible]bertu[illegible] [illegible]bertu[illegible] [illegible]c-thelm[illegible], Manfridus, Eleguinu[illegible], [illegible]ta[illegible] [illegible]nu[illegible] Dav[illegible] l Ve-tan[illegible] W[illegible]th[illegible]edus. Lullus sed eti[illegible]m exter[illegible] Nam Se[illegible]

[illegible] Joh. [a] Lib.3 c.47 [b] Cent.2.c[illegible] [c] In cap 10 Marci. lib 3. in proverb 29 [illegible] 6. post T[illegible] [illegible] lib 3 in [illegible] [d] lib 3 in Sam.c.9. [illegible] 4 [illegible] Sanctis [illegible] lib 2.c.69 [illegible] Cent.2.c

[illegible] in epistola ad Ceo[illegible]idum, [illegible] Zeexitat a- VVilhelmum.* [illegible]m ad se se invitat Romam.

Fuit etiam Regi Northumbriæ Ceo[l]ovvolpho charus: cui o[b] dicavit Ecclesiasticam historiam Anglorum.

[illegible] mendant eum, à pietate, modestiâ, & castitate: ac [illegible] men *Venerabilis* ei factum esse [p]lerique volunt. Ac [illegible] implorati one auxilii divini lucubrationes suas aggreditur: easque judicio & censuris Amicorum & Ecclesiæ subjicit; neque vult [illegible]lam [illegible] literis præter [illegible]: neq; [illegible] let eum fateri quæ ex al[i]is sumserit.

Tribuunt ei præsagium rerum futurarum. nam ruinam Romani Imperii, & Saracenorum [illegible]nias & Gallias irruptionem, prædix[i]t & versus complexus est:

Regna ruent Roma fer[r]e flam[m]a[que] [illegible]ameq;

Balam, Platina. Diem m[orti]s septem hebdomadibus antè præ[s]ci[vi]t. *Autor* [illegible].

Fabuloso [illegible] quod idem *Autho[r] vita ejus* nar[rat] [illegible] captu[s] [illegible] senectute, à famulo ad acervos lap[id]um [illegible] in ecclesiam, ac eum diu [illegible] *Per secula seculorum* & [illegible] *Venerabilis presbyter*. & in sepul[chro] [illegible] angeli[cis] [illegible] esse:

[Hac] sunt in fo[ssa] B[edæ] [V]enera[bilis] [o]ssa.

Bedâ, divina grat[ia] [illegible] in Britannis effulsisse; *Bonifacius in epistola ad Danielem* dicit: cum[que] [illegible] sagaci[ssi]mum [illegible] turarum [i]ndaga[t]orem, appel[l]at in *epistola ad Huetbertum*.

Et *Gutbertus in epistola ad Lullum* indicat, se cupere: ut to[ta] [g]ens Anglorum, in omnibus provinci[is], gratias Deo a[gat], quod tam mirabilem virum, præditum diversis donis, & tam studiosum in iis exercendis, & tam piè viventem, il[l]is donârit.

Al[bi]nus Bedam vocat nobilissimum sui temporis magistrum. *in epistola ad [E]boracenses, apud VVilhelmum*

[illegible] nia & labore [illegible] duos, nauseam contraxit: ac [illegible] difficultas [illegible] paulò ante Pascha, anno [Do]mi[ni 7]34 Eo morbo af[fli]ctus, nihilominus totis die[bus] [illegible] debitum [illegible] pentum, assiduis ad disci[pulos] [illegible] & absolvendis quæstio[nibus] [illegible] valetudinis decipere, sut[illegible] tatione, nitebatur Euangelium quoque [illegible] difficultate [illegible] legentium exercet, [illegible] linguâ interpretatur Anglica condescendit, m[i]nùs in [illegible] Latina.

Subinde quoque monebat discipulos: *Discite filioli, dum vobiscum [sum]. nescio [illegible] quamdiu subsistam: &, si post modi[cum] tollat me factor meus, & revertatur spiritus meus ad eum, qui misit illum & in hanc vitam concessit venire Diu vixi: benè consuluit mihi Deus meus in hoc vitæ spatio. Cupio dissolvi & esse cum Christo. VVilhelmus Malmesburiensis.**

Ac solebat securis suis fratribus [ill]ud inculcare: * *Horrendum est, incidere in manus Dei omnipotentis.*

Ac [s]e consolabatur in doloribus: *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit.* † *Aurum probat fornax: & virum [illegible] tentationis* * *Non sunt condigna passiones huju[s] tempo[ris]* [illegible] Ambrosii dictum non rarò repetebat: *Non sic [illegible] adeat inter vos vivere sed nec mori timeo, quia bo[num] [illegible] habemus.* Ac inter orandum dicebat: * *Suscipe, [D]omin[e] [illegible] calumnientur me superbi. Fac cum [s]ervo [tuo] [s]ecundum misericordiam tuam.*

Fe[illegible] ante Ascensionem Domini, cœpit [illegible] mentius [illegible] ominùs quædam dictavit il[illegible] A[illegible] catis Presbyteris, piper, oraria, & incen[s]a [illegible] ac lacrymantes cô[illegible] *tempus est*, inq[uie]ns [illegible] *factore meo videtur, ut ad [illegible] carne resutam, qui me, quando non eram, [illegible] tempus vixi: beneq; mihi pius Judex [illegible] tempus absolutionis meæ propè est. [illegible] regem meum Christum in decore suo [vi]dere* Chu[illegible] quis est autor *in epistola de ob[itu]*.

D[illegible] A[illegible] intra oratorium [in] quo orare [illegible] decumbens, hilari [v]oltu Sp[ir]itus sancti gr[a]tia [illegible]abat [illegible]: *O Rex [glori]a, Domi[ne virtutum, qui] [illegible] hodie super omnes cœlos ascendisti: ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis* Hac oratione finitâ, supremum efflavit, subsequente & omnium naribus oppletis odore, qualē nec cinnamoma, nec balsama spirant: sed paradi[si] [illegible], & quæ vernans ubicunque locorum exhalat lætitia. *VVilhelmus Malmesburiensis.** Anno Domini 734. juxta plerosque Scriptores: sed *Sigebertus* tres annos minus habet) ætatis suæ 72.

Epitaphium sanè inconditum ei scriptum est: quod *VVilhelmus* cum stomacho refert, & *Vincentius.**

Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus.
Dona Christe animam in cœlis gaudere per avum,
Daq; illi sophia debriari fonte. cui jam
Suspiravit ovans intento semper amore.

HUNEBERTUS.

Hunebertus, seu Vicbertus, Anglosaxo genere, Sergii I. Pontificis tempore, juvenis studii gratiâ Romam adiit. In[d]e reversus, in Ceolfridi cœnobio monachum egit, ac ei Romam proficiscenti surrogatus est.

Scripsit de vitâ Ceolfridi, Lib. 1.

Epistolas, Lib. 1.

In monasticis exercitiis spem justitiæ posuit.

Fami[l]iaris fuit Bonifacio: eique Bedæ opera misit, & ab eodem vicissim munera accepit. Et tandem senex in Germaniâ ad eum venit, cùm esset Moguntinus episcopus: & in mandatis accepit, ut Frieslatienses & Ordorfienses monachos, a regulâ degenerantes, ad avitum reformatione novâ institutum reduceret.

Claruit anno Domini 730. Obiit in Germaniâ; sepultus in Heresfeldensi cœnobio *Balam.**

CHUTRERTUS GIRVVI[C]INUS.

Monachus in cœnobio Girvicensi, Bedæ discipulus: qui pleraque ab eo dicta excepit; & post mortem ejus, in ordinem digessit, & edidit. Cœpit & ipse docere in suo monasterio: ac in precio fuit apud Girvvicenses & Wirmuthenses monachos.

Scripsit librum unum *de Beda vita & obitu*, quem dedicavit Cuthvvino monacho: & librum unum *Epistolarum*, & alia plura.

Claruit anno Domini 740. *Balam.**

SIGVVOLFUS.

Monachus Northumbrinus & presbyter; sacrarum literarum studio sitientissimus; amicus & comes Albini. Proponit eidem quæstiones aliquot in Genesin. quas cùm ille dissolvisset, libellum ei inscripsit, ut constat *ex libro Albini in Genesin*.

NECTARIUS.

Abbas veteri amicitiâ Bedæ conjunctus, hortatus est eum, ut scriberet allegoricam expositionem in Job. Quod ille & fecit; & librum ei dedicavit: ut patet *ex præfatione in Job*.

ADRIANUS.

Nomine Afer, sacris literis d[il]igenter imbutus, monasterialibus simul & ecclesiasticis d[is]ciplinis institutus, Græcæ pariter & Latinæ linguæ peritissimus, abbas in monasterio Niridano, non [procul à] Neapoli Campaniæ, à Pontifice Vitaliano in Britanniam ablegatur, cum Theodoro ordinato archiepiscopo Anglorum: eâ conditione, ut ipsi adsit, & observet, ne homo Græcus aliquid Romanæ fidei contrarium doceat. *Beda.**

Abbatē etiam Doroberni agens, strenuè adjovit Theodorū, in pontificiis ceremoniis propagādis. *Idē.** Et multos discipulos & monachos instruit, per annos 39. in Latinis & Græcis literis: inter quos etiam Albinus fuit. Ac tandem mortuus est, anno Domini 709. *Beda,** & *Sigebertus.*

ALDHERIUS.

Abbas alicubi in Britanniâ, familiaris Bonifacio, homo superstitiosus; credidit, Mortuis prodesse Missarum celebrationem: ut patet *ex epistola ad eundem*

VVOLFHARDUS

Abbas in cœnobio Excestrensi præceptor Bonifacii fuit. *VVilibaldus in vita Bonifacii Balam.**

* lib. 4. c. 17
* lib. 5. c. [illegible]
* Cle. 4. c. 19.
* Cle 3. c. 7.
* lib. 4. c.
* b. eod. c. [illegible]
* lib. 4. c. [illegible]
* Cle. 3. c. 11.

DUD-

DUDDUS.

Discipulus Bonifacii, abbas alicubi in Britanniâ. Scripsit ad eum epistolam Bonifacius in senectute: in quâ petit sibi libros & expositiones quasdam mitti; ac communicari, si quid in scriptis Patrum, de matrimonio commatrum & spiritualiter cognatorum, legerit.

HEDDIUS STEPHANUS.

Presbyter & monachus apud Cantios, excellens Musicus, Vilfrido, Acceæ, Thatberto abbati, familiaris: in Northumbrorum ecclesiis Baalismum propagavit.

Scripsit *Vitam Vilfridi*, librum 1. & *Eata & Tumberti*, librum 1. Claruit anno 720. *Beda.** & *Balaus.** (*lib.4.c.2. Cēt.1.c.92.)

HEREFRITHUS.

In Britanniâ, sive abbas, sive episcopus, apud Æthilbaldum in autoritate fuit; & Bonifacii literas ei obtulit: ut patet *ex epistolâ Bonifacii ad eundem.*

IX. MONACHI SCOTIÆ.

EGBERTUS.

Australium Anglorum proles, ex genere celebri, in Lindisfarnensi monasterio literas didicit, & superstitiones monasticas simul imbibit. Pestem fugiẽs, in Scotiam venit, anno Domini 716. ibique multas Ecclesias, ad Romanam Paschatis observationem, & capitis radendi ritum, & alias Pontificias traditiones, adduxit. *Beda,** *Adon.** In Gallias eum venisse, & claruisse, narrat *Sigebertus*, anno Domini 716. In Frisiâ etiam fuit. (*Lib 2. de Temp. *Ætate 6.)

Scripsit *de Ritibus Catholicorum, Lib.1.*

De Paschali observatione, Lib.1.

Conciones varias. Lib.1.

Cùm in Huensi cœnobio, annos 13. exegisset, anno ætatis suæ 90. Domini verò 729. mortuus est. *Balaus,** *Beda.** (*Cent.1.c.92. *Lib.5.c.23.)

DE ABBATISSIS ET VIRGINIBUS Vestalibus.

TECLA, & LEOBA, seu LEOBGYTHA.

Tecla & Lioba à Bonifacio ad Francos destinantur. *Aventinus.** (*lib.3.)

Ad Leobgytham, & Teclam, & Chunildam, scripsit epistolam Bonifacius: in quâ petit, ut pro se faciant preces; ut sit fidelis in suo officio, quod à Pontifice accepit: nimirum, ut agat Legatum Pontificium; & charactere ejus signet multas Ecclesias.

Leobgytha, in epistolâ ad Bonifacium, dicit matrẽ suã Ebbam esse cognatam Bonifacio: & rogat, ut pro eà, & pro patre suo mortuo, oret: ac ostendit, se cupere, eum in fratris locum accipere. Et sub finem epistolæ adscribit versus, à se compositos. Huic Bonifacius potestatem fecit, docendi puellas: *in epistolâ ad ipsam.*

Scripsit etiam Lullus epistolam ad Leobgytham.

CHUNITRUDA, & VVALDOPYRGA.

Chunitruda matertera Lulli, cum Waldopyrgà filiâ Richardi, nepte Bonifacii, sorore Wilibaldi, in Bavariã à Bonifacio collocãtur. *Aventinus.** & *VValdopyrga*, abbatissa Heydenheimensis, Aichstadii sepulta, oleum sudare ex sepulcro scribitur. *Trithemius de illustribus Viris Germaniæ, Balæus, Hedio, Curio.** (*lib.3. *lib.5.)

CHUNILDA, & BERAGYTHA.

Chunilda mater, & filia ejus Beragytha, fœminæ bonis literis excultæ, ea Angliâ ad Bonifacium venerunt in Germaniam; & ab eo in Thuringiam constitutę sunt, ad vitam monasticam, & ritus pontificios tradendos. *Aventinus.** (*lib.3.)

OTILIA.

Udalrici filia, cæca à nativitate, recepit visum, unà cum Baptismo, ab Ethardo episcopo Trevirensi. & oculis spiritualibus privata, humanis traditionibus Deo cultum præstari somniavit: ideoque vitam monasticam ingressa, virgines 130. collegit in Alsatiâ; easque secum uri potiùs, quàm nubere voluit: ut constat *ex Chronico de Sanctis*, & *ex Munsteri Chronographiâ.*

GEILVVINDA.

Constituta est abbatissa, à Landofrido, Valderamo, & Elilando, fratribus suis: qui sacras ædes virginibus ædificarunt, Pollingum, Stapffelsee, & Cothelsee. *Aventinus.** (*lib.3.)

EADBURGA.

Eadburga, cognomento Bugga, abbatissa alicubi in Britanniâ, fœmina erudita, & poëticos non ignara; Leobgytham docuit scribere versus. Valde familiaris fuit Bonifacio; eique libros sacros, & epistolas Petri aureis literis exaratas, transmisit: ut apparet *ex epistolis Bonifacii ad ipsam.*

Erroribus illis pontificiis fascinata, interdictum de nuptiis approbavit; peregrinationes ad loca sancta magnifecit; & pro animabus mortuorum, Missas & Orationes celebrari, cum earum salute, putavit: ut patet *ex epistola ejus ad Bonifacium.*

Romam adiit; ibique cum Bonifacio limina Apostolorum (intellige Pontificis & Cardinalium) visitavit: ut Ethelbertus, Rex Cantiæ, *in epistolâ ad Bonifacium*, narrat.

ETHELHILDA.

Soror Ethelvini, episcopi Lyndesii, & Adelvini, abbatis in Bernig, non procul ab iis, & ipsa in cœnobio abbatissam egit. *Beda.** Claruerunt circiter annum Domini 710. *Balæus** & *Lelandus.* (*lib.3 c.10 *Cent.10.c.19.)

EANGYTHA.

Mater Eadburgæ, seu Buggæ, abbatissa in Britanniâ, scripsit cum filiâ epistolam ad Bonifacium: in quâ queritur de molestiis suis; ac petit consilium ejus, an debeat Romam ire, & peccatorum suorum indulgentiam petere. Unde, quomodo Pontificii errores anxias conscientias exercuerint, colligi potest. Superstitiosa mulier, extinctâ doctrinâ de potestate clavium, ignoravit; peccatorum remissionem, à quolibet ministro Ecclesię, in nomine Christi denuntiatam, tam esse efficacem; quàm si a Pontifice Romano id fiat: ac vim abolendi peccata, in peregrinationis labore potiùs; quàm in Christi merito, somniavit consistere.

GAUSA, & socia.

Gausa, Pãcritruda, & Gariperga, virgines, bonis & parẽtibus suis desertis, peregrinatæ sunt religionis (seu veriùs fornicationis) ergò, ad fratres Casinenses. Cùm autem commodæ viderentur abbati Petronaci: apud Gisulphum Regem effecit, ut cœnobium Mariæ virginis illis traderetur, per successiones ordine regendum: quibus defunctis, potestas penes Casinenses esset, alias, quas vellent, abbatissas isthic constituere. *Leo Hostiensis.** (*lib.1, c.6)

MILBURGA.

Abbatissa, in cujus monasterio quidam à mortuis revixit; & vanas ac superstitiosas visiones, de Purgatorio, de Missis, de Bonis operibus, & aliis pontificiis nugis recitavit: ut patet *ex epistolâ VVinfreti, seu Bonifacii ad Eadburgam*; de quâ in loco de Miraculis.

HILDELIDA.

Abbatissa, exposuit Bonifacio visiones illas; quas ille ex morte reversus commemoravit: ut constat *ex eadem epistolâ.*

THESIA, & RATRUDA.

Thesia uxor Rachis, & Ratruda filia ejus, cœnobio extructo, fiunt moniales; falsâ opinione de sanctitate ejus vitæ deceptæ. *Leo Hostiensis.** (*lib.1.)

GILSA, & RICHTRUDA.

Anglicæ mulieres, & Vestales, ab Albino Latinè doctæ, scripserunt epistolas consolatorias ad eundem: ac petierũt, ut ex Augustini, & aliorum Patrum scriptis, conficiat Cõmentarios in Johannem. Quod cùm ille fecisset; Gislæ & Columbæ dedicavit librum illum in Johannem. Claruerunt circiter annum 770. *Balæus.** (*Cēt.2.c.18)

OSUITA.

Abbatissa alicubi in cœnobio, Lullo Moguntinensi subjecto, à Bonifacio velata est; & regulam monasticam ab eodem suscepit. Quia verò, contra Canones, sinè Lulli episcopi sui consilio, permiserat Virgines suas egredi cœnobio, & peregrinari: ideò eam graviter ille objurgat per epistolam, & excommunicat.

GERTRUDIS.

Filia Pipini, ex Ittà, sorore Nedoaldi archiepiscopi Trevirorum, nata, soror Caroli Magni, virgo monialis, circiter annum Domini 794. habitavit Carleburgi, è re-

gione Carlostadii: ac inde in Gallias protecta, vicum Steinfeld & Cellam monasterio donavit. *Valentinus Muntzer*,* *Crantzius*,* *Chronicon Isenacense.*

*Æt.9.
*lib 2.c.1.

SICCHEDIS.

Virgo Vestalis, superstitionibus dedita, sepulcrum Winnoci auro cælavit, gemmisque variis insignivit. Idem fecit sepulcro Sylvini. Fuit filia Adalquarii, conditoris cœnobii Alchiacēsis. *Jacobus Meyer in Chronico Flādriæ.*

LANDRADA.

Martelli filia, antistes cœnobii Beliensis facta est. *Meyer de Flandris.* B

CAPUT XI.

DE HÆRETICIS.

FELIX.

VRGELITANUS fuit episcopus Felix: consultus ab Eliphando Toletano, de humanâ Christi naturâ, affirmavit, Christum esse adoptivum filium. De quibus in Capite de Hæresibus plura. C

ELIPHANDUS.

Toletanæ Ecclesiæ episcopus fuit Eliphandus; quæ ad Hispalensem inspectionem pertinuit: ut *Paulus Aquilejensis* scribit. Vel autor, vel adstipulator fuit sententiæ Felicianę: ut suprà de Hæresibus est expositum.

MACARIUS.

Româ ejectus est Macarius, juxta sextæ Synodi decretum. Et Benedictus spatium unius mensis concessit: & Bonifacio hoc negotii dedit, ut eum in viam reduceret. Verùm oleum & operam (quod dicitur) ille perdidit: ut narrat *Petrus Presbyter*, vicarius Adriani Papæ, *in Synodo Nicæna II. Actione 1.* D

CAPUT XII.

DE MARTYRIBUS.

IN historiis hujus seculi, multi celebrantur Martyres: qui partim ob contumaciter defensam Imaginum adorationē; (inter quos sunt Stephanus monachus, & Constantinus, *apud Zonaram* * *in vita Constantini, & apud Paulum Diaconum*;* & Theodosia virgo, *apud Otthonem Frisingensem*,* & Hildebertus Blandiniensis abbas, qui Gandavii seditione ob imagines detentas interfectus est; *ut Jacobus Meyer refert in Chronico Flandriæ*) partim verò ob Romani Pontificis sacrilegium & dominatum; partim ob seditiones; partim propter atrocia facinora, perierunt. Verùm, quia non supplicium; sed causa pia, justa & honesta, martyrem facit: ideò nos, de pseudomartyribus illis, nihil hoc loco dicendum existimamus. E F

*Tomo 3
*lib.22.
*lib 5 c.16

SUB COPRONYMO.

PETRUS.

DAmasci metropolites, Saracenorum impia dogmata refutabat; & hæresin Arabum & Manichæorum, multa cū ipsis cōmunia habere, demonstrabat: functus in eo sinceri doctoris officio; quod est, contradicentes convincere. A Saracenis autem ad Halim Principem suum accusatus, recusat suam confessionem retractare. Quare lingua ei præciditur; & ipse in Arabiam felicem deportatur. Ibi verò cùm in exsilio esset; & alios Christianos confirmâsset in fide, sacraq; mysteria celebrare deprehēsus esset: interfectus est, anno Domini 745. *juxta Sigebertum in Chronico. Paulus Diaconus* * anno Constantini 3. id factum narrat. G

*lib.22.

PETRUS MAJUMENUS.

Chartularius erat, & de publicis tributis rationes conficere solebat. Amplectebatur autem doctrinam Christi; & aversabatur Mahometi superstitiones & errores. Sed vim metuens, ea, quæ sui muneris erant, curabat; & Arabū convitia tolerabat. Eâ verò re cùm malam conscientiam sibi comparâsset, in morbum incidit. Ad eum, visitandi gratiâ, accedunt primores Arabum; quos sic excipit: *Mercedem pro mei visitatione à Deo recipiatis; licèt infideles amici sitis. Testamenti verò mei testes vos volo: idq; tale est. Omnis, qui non* H

A *credit in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, consubstantialem & divinam in Monade Trinitatem; mortuus est animâ, & æterno dignus tormento. Talis est Mahumet, pseudopropheta vester, & Antichristi præcursor. Discedite ergo, si mihi creditis, testantes vobis cælum & terram, ab illius fabulatione. Consulo enim vobis, ne crucieminis simul cum illo.* Cùm hæc & plura, cum eis de Deo ratiocinans dissereret: audientes illi, stupore seu vesaniâ detenti, longanimiter visi sunt ferre; ex languore hunc præter sensum esse putantes. Cùm autem B ex infirmitate convaluisset; majori cœpit voce clamare: *Anathema Mahumet; & fabulosum scriptum ejus, & cunctis, qui obediunt & credant ei.* Tunc per gladium animadversionē perpessus, martyr ostensus est. Hunc declamationibus Sermonum honoravit sanctus pater Johannes; qui bene cognominatus est Chrysoroas. *Paulus Diaconus.* * Itē *Damascenus.* Factum verò hoc est, anno 4. Constantini; Domini verò 745 *juxta Sigebertum.*

*lib.22

SUB LEONE ISAURO.

EUTYCHIUS.

C MAriani Patricii filius, à Saracenis captus, in Carris Mesopotamiæ, jussu Evelid, cum multis aliis est interfectus, ob constantem fidei confessionem: anno Leonis 23.

Nugatur *Paulus Diaconus*,* ejus reliquias miracula edidisse. sed vanum & superstitiosum id est credere.

*lib.21.

SUB CONSTANTINO Copronymo.

GENGULPHUS.

D MIles Pipini, in Borgundiâ fontem emit; & in Franciâ, in loco qui dicebatur Warenna, exire impetravit. Uxor ejus interea à Clerico visitatur, & fit adultera. Accusata, se defendit. at jussa ex fonte lapillum extrahere, brachium ambustum extrahit: & hoc modò de adulterio convicta, dimittitur à marito. Id molestè ferēs ea cum clerico, cædem illi infert. Hinc ille martyr celebratur: & ad fontem illum finguntur miracula edita, quæ plena sunt superstitionibus. Claruit anno Domini 759. *Sigebertus, Liber de vitâ ejus, Erfordiensis,* * *Vincentius* * E

*cap. 67.
*lib.23. c. 159.

SUB IRENE.

THEOPHILUS.

CIbioretarum Prætor, à Saracenis captus in prælio, ad Aaronem Principem eorum adducitur. Ille verò eum, cùm nôsset hominem bellicosum & industrium esse; conatur muneribus corrumpere: ut, abnegatâ fide Christi, ad Mahometi sectam accedat; ac pro eâ secum contra Romanos pugnet. Sed vir pius in fide suâ perseverat; & Mahumetanorum deliria refutat. Tyrannus, quod pollicitationibus non potuerat, sperat se minis & vi effecturum. F Verùm cùm nec id successisset: viam aliam non habens, capitali supplicio eum damnat. *Paulus Diaconus.* *

*lib. 23.

GEROLDUS.

Geroldum, seu Gerardum, Bojorię Præfectum seu Ducem, ab Avaribus in prælio interfectum, & in Augiâ sepultum, inter martyres, Vetini cujusdam visione, relatum esse, *Reginus* * indicat. *Sigebertus* eum interfectum esse, circiter annum Domini 800. narrat.

*lib.2.

G

CAPUT XIII.

DE MIRACULIS ET Prodigiis.

SUB ABSIMARO.

PHILIPPICUS, anno 4. Absimari, in somnis vidit, caput suum ab aquilâ obumbrari. Id cùm Imperator audivisset: suspicans ei regnum portendi, statim illum in exsilium expulit, in Cephaleniam insulam. *Paulus.* * H

*lib. 10.

Anno 6. Absimari, Domini verò 704. (*juxta Sigebertum*) cùm Justinianus, Chajanum fugiens, in navi esset; & tempestas coorta periculum extremum minaretur: Majāces satelles ejus inquit: *Ecce morimur, Domine! vove Deo pro*

salute

A *salute tuâ: ut, si Deus imperium tibi restituat, in nullum ex inimicis tuis sis animadversurus.* At ille respondet: *Si pepercero cuiquam eorum; in hoc loco Deus me demergat.* Cùm hæc locutus esset: fluctus quiescunt, & ille sinè periculo in Danubium amnem transit. *Paulus Diaconus,* * *Zonaras.* *

* lib. 20. * Tomo 3.

SUB PHILIPPICO.

Anno 2. Philippici, terræmotus in Syriâ accidit. *Paulus.* * Anno Domini 714.

* lib. 20.

SUB ANASTASIO.

ANno Domini 715. Gregorii II. tempore, Indictione 14. Luna ecliptin passa, visa est quasi cruéta, à primâ usque ad tertiam vigiliam noctis, seu usque ad mediam noctem. *Marianus in Chronico, Platina in vitâ Gregorii II. Sabellicus.* *

* Enn. 8. lib 7.

SUB THEODOSIO.

TIberis exundat, & urbis Romæ muros transscendit; domos evertit; agros dissipat, arbusta & segetes eradicat. Gregorius II. litaniis Deum placat: & octavo die ad alveum suum Tiberis redit. *Paulus Diaconus,* * *Liber Pontificalis, Platina.* Anno Domini 717. *Sigebertus, & Beda.* *

* lib 6. Longob c 12. * lib 2. de Temp.

SUB LEONE ISAURO.

QUomodo Rathbodus, Dux Frisonum, deceptus à Diabolo fuerit, Ovo presbyter narrabat, dicẽs: Quia apparuisset ei in angelum transfiguratus, caput opertũ diademate aureo cum gemmis, & veste cum auro textâ. In quẽ cum Rathbodus intenderet, dixit ad eum Diabolus: Virorum fortissime, quis te ità seduxit, ut à culturâ deorum D velis recedere? noli hoc facere; sed mane in his, quæ didicisti: & venies ad domos aureas, quas tibi æternaliter in proximo sum daturus. Cras ergo accerse Vulfranum, doctorẽ Christianorum; & ab eo quære: quænam sit illa mansio æternæ claritatis, quam tibi pollicetur? Quam cum demonstrare nequiverit, utriusque partis mittantur Legati, & ego ero dux itineris: & demonstrabo illis domum auream, mãsionemque pulcerrimam; quam tibi promitto. Evigilans Rathbodus, narravit cuncta sancto Vulfranno. qui dixit: illusorem Diabolum sibi velle illudere. Respondit Dux: se futurum Christianum; si illa pulcra mansio non demonstraretur sibi à deo suo. Mittitur ergo statim quidam Friso, E ex parte Ducis; & quidam Diaconus, ex parte sancti Vulfranni. Qui cùm paululùm ab oppido processissent, obviũ habuerunt quendam itineris comitem, qui dixit eis: Properate citò: nam mõstrabo vobis pulcerrimam mansionem, Rathbodo Duci præparatam. Illi autem, pergentes viam latissimam, & loca ignota, viderunt quandam viam, diversorum generibus marmorum polito opere decoratam; videruntque à longè domum quasi auream: & pervenerunt ad plateam, quæ ante domum erat, quasi auro & gemmis strata. Intrantesque in domum, viderunt domum esse mi- F ræ pulcritudinis, & incredibilis splendoris; atq; in eâ thronũ miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris ait illis; Hæc est mansio, præparata Rathbodo Duci. Ad hæc Diaconus, obstupescens, ait: Si à Deo facta sunt ista; perpetuò maneant! si à Diabolo, citò dispereant! Et, cùm signaret se signo sanctæ crucis: ductor ille transiit in Diabolum; domus verò aurea in lutum. Remansitque Diaconus & Friso in medio luteorum palustri, & quæ plena erant longissimis virgultis ruscis. Triduoque immensi itineris conficientes iter, reversi sunt ad oppidum; Ducemque mortuum inve- G nerunt: narraveruntque, quæ viderant, sancto Vulfranno. *Vincentius.* * Anno Domini 718. *Sigebertus, Erfordiensis.* *

* lib. 23. c. 146. * cap. 66.

¶ Cùm Longobardi, ægrotante Luitprando, nepotem ejus Hildebrandum Regẽ creassent, ac pro more contum in ejus manus dedissent: cuculus advolat; ejusque cacumini insidet. Quod pleríque interpretati sunt; fore ignavum regem: ac postea, eo dejecto, alium elegerunt. *Paulus,* * *Blondus.* *

* li. 6. Long cap. 16. Dec. 1. lib 10.

¶ Saraceni Constantinopolin obsidentes, fame, frigore, H bello, & peste conficiuntur: ac postea igneæ grandinis tempestate mare ebulliens, naves eorum omnes, præter quinque, accendit: anno Domini 719. & 720. *Sigebertus, Paulus Diaconus.* *

* li 21 Rom cap lib 6 Long. c. 14.

¶ In Campaniâ frumentum combustum, & hordeum, A & legumina, quasi pluvia, de cœlo ceciderunt: anno Leonis 5. Domini verò 722. *Sigebertus.* Secuta est Saxonum ad fidem Christi conversio; & magna omnium frugum ubertas. *Schaffnaburgensis in Chronico, & Antoninus.* *

* Ti. 13. c. 1

¶ Anno 10. Leonis, æstivo tempore, vapor, ut ex camino ignis, visus est ebullire, inter Theram & Therasiam, insulas, ex profundo maris, per aliquot dies: quo paulatim incrassato & dilatato, igniti æstûs incendio, totus fumus igneus monstrabatur. Porrò, crassitudine terrenæ substan- B tiæ, petrinos pumices grandes, ut cumulos quosdam, transmisit per totam minorem Asiam, & Lesbon, & Abydum, & maritima Macedoniæ: ità ut tota superficies maris, his pumicibus esset repleta. In medio autem tanti ignis, insula, ex terræ congerie facta, insulæ, quæ Sacra dicitur, copulata est, nondum priùs existens. *Paulus Diaconus.* * Videtur iste æstus denotâsse seditiones; quas Romanus Pontifex, & alii superstitiosi, contra Imperatorem concitarunt; ob defensionem cultûs Imaginum: anno Domini 727.

* li. 21 Rom.

Anno Domini 729. Indictione 10. (*ut habet Liber Ponti-* C *ficalis*) mense Januario, (*ut Marianus Scotus scribit*) apparuerunt Cometæ duo circa Solem, multum intuentibus terrorem incutientes. Unus quippe Solem præcedebat mane orientem; alter vespere sequebatur occidentem: quasi Orienti simul & Occidenti diræ cladis præsagi. vel certè unus diei, alter noctis præcurrebat exortum: ut utroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Portabant autem facem ignis contra Aquilonem quasi ad accẽdendum D acclivem. Apparebantque mense Januario: & duabus fermè septimanis permanebant. Quo tempore, gravissimã Saracenorum lues, Gallias misera cæde vastabat: & ipsi non multò pòst, in eâdem provinciâ, dignas suæ perfidiæ pœnas luebant. *Beda,* * *Bonfinius,* † *Platina in Gregorio II. Sabellicus.* *

* lib. 5. c. 24. † Dec. 1. l. 8. * Enn. 8. lib. 7.

¶ Solis Eclipsis anno Domini 733. accidit, *juxta Chronicon Quedelburgense.*

¶ In Syriâ pestis grassatur. & multos è medio tollit: anno Leonis 17. (*Paulus* *) Domini 734. Anno sequenti, signũ igneum, in cœlo resplendens, (*ut Paulus* * *indicat*) Saracenorum in Asiam irruptionem portendit.

* lib. 21. * ibid.

E ¶ Signa in Sole, Lunâ, & Stellis, apparuisse anno Domini 740. *Sigebertus* indicat. Et *Paulus Diaconus,* * Anno Leonis 23. inquit, terræmotum factum esse magnũ atque terribilem Constantinopoli, 7. Calendas Novembris, Indictionis 9. feriâ 4. horâ 8. & corruerunt ecclesiæ ac monasteria; populúsque multus extinctus est. Cecidit autem & simulacrum, quod stabat super Attali portâ, Magni Constantini, unà cum ipso Attalo; & titulus Arcadii, qui supra Xerophili columnâ stabat; atque simulacrũ majoris Theodosii, quod supra auream portam videbatur: nec-non & F terreni urbis muri; atque civitates ac villæ in Thrace & Nicomediâ, in Bithyniâ: itèm Prænetus & Nicæa; in quâ una tantùm salva remansit ecclesia. Fugit autem & mare terminos suos, in quibusdam locis: & perduravit terræmotus mensibus duodecim. Idem refert etiam *Zonaras.* * Anno Domini 741. *juxta Sigebertum.* Quæ mortem Imperatoris, & cladem Artabaldi, & expugnationem Constantinopolis paulò pòst subsecutam, & alias miserias, portenderunt.

* lib. eod. * Tomo 3.

SUB CONSTANTINO
Copronymo.

G PLuviæ defectus, & terræmotus fiunt: adeò ut montes per eremum Sabæ coẽãt; & castella in terram immergantur absorpta: anno Constãtini 2. Domini 743. *Paulus.* *

* lib. 22.

¶ Anno 3. Constantini, signum seu cometa ad Aquilonem apparuit: & cinis de cœlo cecidit: & in portis Caspiis terræmotus accidit. *Paulus.* * Anno 744. *Sigebertus.*

* ibid.

¶ Constantinopoli obsessâ, tanta rerum penuria & caritas fuit: ut modius hordei duodecim numismatibus; leguminis verò, quindecim; milii ac lupini, octo; olei autem li- H bræ quinque, unus sextarius vini, dimidio venderetur.

¶ Anno eodem, cùm Hunni de Transsylvaniâ occupãdâ consilium cœpissent; tanta è montibus aquilarum multitudo advolavit: ut non solùm equos & pecora, sed etiam epulas è mensis, eriperent. *Bonfinius.* *

* Dec. 1. li. 9.

¶ Anno 4. Cometa in Syriâ conspicitur: qui videtur seditionem inter Arabes, & tenebras, pestem, & terræmotus, qui subsequuti sunt, significâsse. Nam anno altero, à quarto Idus Augusti, usque ad Octobris Calendas, tenebræ factæ sunt caliginosæ: & postea, anno 2. Constantini, Palæstina circa Jordanem & totam Syriam, in Januario, horâ 4. concussionem patitur; quâ multæ ecclesiæ & monasteria evertuntur: & pestis, in Siciliâ & Calabriâ orta, pervagatur Monobasiam, & Helladem, insulas vicinas; ac tandem Constantinopolin aggreditur: atque in vestibus, tum profanis, tum sacris, & in velis, cruciculæ plurimæ, veluti ex oleo designatæ, conspiciuntur. Multi, mente deturbati, indicant, se videre peregrinos quosdam homines, truculento vultu prope se euntes, ac colloquentes, in domos ingredi, homines que aut vulnerare, aut ejicere. Ac plerunque respondit eventus. Nam lues ista plenas domos evacuavit: tantaque fuit multitudo morientium; ut, omnibus monumentis in urbe & suburbio completis, cisternæ, lacus, vineæ, & horti, sepulcra fierent. Anno Domini 748. *juxta Sigebertum.*

¶ Cùm Stephanus Papa in Franciam iret, petitum auxilium à Pipino contra Aistulphum; noctu vidit igneum globum ab Australi Galliæ parte, in Longobardorum fines excurrentem: anno Domini 752. Quæ res portendit Longobardis oppressionem per Francos.

¶ Anno 9. Constantini, terræmotus factus est in Syriâ; & ingens ac terribilis casus. Unde civitatum aliæ quidem penitus exterminatæ sunt; aliæ verò mediocriter; aliæ autem, à montanis ad subjecta campestria, cum muris & habitationibus suis, integræ migraverunt, & salvæ, quasi ad milliaria sex, vel etiam modicum quid ultrà. Denique, asseveraverunt hi, qui propriis visibus terram Mesopotamię contemplati sunt; in longitudine disruptam fuisse ad milliaria duo; & ex profundo ejus ascendisse aliam terram, nimis albam & arenosam: de cujus medio ascendit (ut ajũt) animal mulinum incontaminatum, loquens humanâ voce, & prænuntians gentis incursionem, ab eremo adversùs Arabes. Quod & factum est. *Paulus Diaconus*, [* lib. 22.] * *Sigebertus* annum 12. Constantini assignat, Domini verò, 753. *Nauclerus* [* Generat. 26.] * putat, hæc translationem Imperii ad Francos portendisse. Non est autem dubium, quin Deus voluerit hoc animali, ex terrâ ascendente, exponere Johannis visionem, [* vers. 11.] *Apocalypsis 13.* *

Anno ejusdem 16. iterum Palæstina & Syria ad VII. Idus Mart. subterraneo motu cõcutiuntur. *Paulus Diaconus.* [* lib. 22.] * Circiter annum Domini 757. Anno sequenti, Aistulphum fulmine percussum esse, quidam referunt.

¶ Anno ejusdem 20. Cometa in Oriente apparet, dies 10. & postea, sive idem, sive alius, diebus 21. effulget. Et XIIX. Calend. Septembris, feriâ 8. horâ 10. Solis defectio accidit. *Paulus Diaconus.* [* lib. eod.] * Circiter annum Domini 761. sequuta est Turcarum, ex portis Caspiis, in Armeniam irruptio. Et Calendis Octobris factum est gelu magnum, & amarissimum, non solùm in terrâ nostrâ: verùm etiam in Oriente, & multò magis in Septentrionali parte: ut pelagus Ponti, usque ad centum milliaria, præ glaciei rigore, in lapidis duritiem fuerit versum; habens cubitos in superficie ad profundum triginta: cunctis nimirum regionibus, ab ipsâ Lyciâ, usque ad Danubium & Euphræ fluviũ. Danastri quoque & Danapri, atque Necropela, nec non & per reliquas ripas, & usque ad Mesembriam & Mœliam, similiter patientibus. Cumq; hujusmodi gelu nive fuisset coopertum; super alios viginti cubitos crevit: ità ut mare aridę conformaretur, & pedibus calcaretur in superficie glaciei, à Cazariâ & Bulgariâ, quin & adjacentibus insulis; tam ab hominibus, quam agrestibus & mansuefactis animantibus. Februario verò mense, ipso 2. Indictionis, hujuscemodi gelu, Deo sic ordinâte, in multas ac diversas, in specie mõtium, factas concisiones, in Danupsiam & Hieron descendit. Tali modo per angustum pervenerunt ad urbem, & usque ad Propontidem atque Insulas, & Abydũ; omnes maritimos choros ac ripas replentes. Quarum videlicet concisionum inspectores & nos ipsi extitimus; descendentes super unam eorum, cum quibusdam triginta coætaneis nostris. Habebat autem & animalia campestria, & mansueta; & viva & mortua. Omnis enim, quicunque vellet, à Sophianis usque ad urbem, & à Chrysopoli usque ad sanctum Maman, & ad ea quæ dicuntur Galathi, per aridam sinè prohibitione pergebat. Et una quidem ex eis, ad Acropoleos scalam disrupta, contrivit eam: alia verò ingentis molis, ad murum collisa, hunc magno impulsu concussit; adeò ut interiores quoque domus salo comparticiparentur. Porrò, in tris disrupta, cinxit urbem; à Manganis videlicet usque ad Bosphorum: cujus altitudo muros excessit. Omnes autem, tam viri, quàm fœminæ, simul & pueri, horũ visioni dantes indesinenter operam, perseverabant: & cum lacrymis domum revertebantur; ignorantes, quid ad id fari quivissent. Cæterùm anno eodem, mense Martio, stellæ de cœlo cadentes apparuerunt: ità ut omnes qui hoc viderunt, instantis seculi consummationem putarent. Siccitas quoque multa effecta est: adeò ut etiam fontes exsiccarentur. *Paulus Diaconus.* [* lib. 22.] * *Sigebertus* annotat annum Domini 763. Sunt tamen, qui siccitatem illam referant ad annum Domini 765.

¶ Anno Constantini 26. tanta siccitas in Thraciâ fuit: ut nec pluvia, nec ros de cœlo caderet; & cisternæ, lavacra, fontes & fluvii, Constantinopoli deficerent: ac necesse haberent, Valentiniani aquæductum renovare. *Paulus.* [* lib. eod.] * Anno Domini 761. *juxta Sigebertum.*

¶ Cùm Caroli exercitus, in bello Saxonico, siti triduanâ laboraret; & à destruendo fanô Hermansaul, ob aquæ penuriam, cogitaret desistere: Deus per torrentem quendam, prope mõtem, subitò aquas largissimas effudit, ad recreationem militum: anno Domini 772. *Sigebertus*, *Regino*, [* lib. 2.] * *Adon*, [† Æt 6.] † *Aventinus*, [* lib. 4.] * *Annales Francorum*, *Annonius*. [* li. 4. c. 64.] *

¶ Miraculosa etiam fuit Francorũ, in castro Hersburg, liberatio ab obsidione Saxonum. Nam, dum illi ad castrũ expugnandum cum impetu accurrunt; duo scuta supra basilicam, sanguineo cruore flammantia, vibrari conspiciuntur, tum a Christianis, tum ab ethnicis Saxonibus. Eâ re confirmantur illi: hi verò metu perculsi, fugam capessunt; & furore pereiti, mutuis armis se conficiunt: anno Domini 776. *Regino.* [* lib. 2.] * *Sigebertus in Chronico.*

SUB LEONE COPRONYMO.

ANno Domini 778. pridie Calendas Februarii, Sol circa meridiem deficit: cùm triduo antè Luna idem esset passa. Et acies eâdem nocte apparuerunt. Visa est & Mercurii stella XVI. Calendas Aprilis, in medio Sole, velut macula quædam nigra. Hęc prodigia, Francorum in Hispaniis funestam victoriam significâsse videntur. *Turpinus*, & *Sabellicus*. [* Enn. 8. lib. 8.] *

Scribit *Turpinus* eâ die, quâ clades insignis accepta est à Gallis, in quâ periit Rolandus, se inter sacrarum ceremoniarum administrationem vidisse, & audivisse, animas ad cœlum cum cantu ascendentium. Fides penes autorem esto.

Fames & pestis affligunt Franciam, anno Domini 779. *Honorius in Chronico*, & *Hermannus*. Eodem anno, cùm Carolus cum Agolando Africano manus esset conserturus; pridie, in pratis, juxta fluvium Cojam, hastæ quorundam militum, in terram defixæ, ante castra manè corticibus, & & frondibus decoratæ inveniuntur. Quæ res istis, quorum fuerunt hastæ, portendit martyrium. Nã in acie illi omnes ceciderunt. *ut refert Erfordiensis.* [* cap. 68] * Non ità multo pòst, cùm esset pręlium ineundum cum Furre, Rege Navarrę; Carolus, divinâ revelatione, rubeum signum crucis in humeris conspexit eorum militũ, qui essent in acie perituri. Quod fatum ut averteret; istos in oratorium quoddam recondidit: qui tamen etiam in tuto illo exanimati & mortui sunt. *Idem.* [* ibid.] *

Cætera, quæ de miraculosâ staturâ gigantis Babylonii, & de Rolandi cum eo conflictu, nugatur; fabulosa videntur.

SUB IMPERIO IRENES
& *Constantini*.

VIr quidam, in longis Thraciæ muris, contra Barbarorũ incursus factis, fodiens, invenit lapideã arcam,

quæ continebat humanum cadaver; super cujus pectus lamina aurea erat, cui in inscripta fuerant hæc verba: *Christus nascetur ex virgine Mariâ; & credo in eum, qui Deus est, & a Deo genitus ab æterno. Sub Constantino & Irene Imperatoribus, ô Sol, iterum videbis me.* Anno Constantini & Irenes primo.
*Paulus Diaconus.** Anno Domini 782. *Sigebertus.* Platonem fuisse, multos existimare, *Gigas in Floribus temporum* narrat. [* lib. 23. Rom.]

¶ X V. Calendas Octobris, horâ 2. eclipsis facta est: ut indicat *Hermannus.* Sed *Quedelburgense Chronicon* refert, ab horâ 1. diei usque ad 5. defectionem illam Solis durâsse: anno Domini 786. Et eodem tempore signa crucis, in multorum hominum vestibus, conspecta esse, *Sigebertus* narrat.

¶ Huc pertinet mirabilis illa Wittekindi visio: quâ Communicante: [illegible] à Sacerdote accipere puerum pulcellum, aliis arridentem; ab aliis verò faciem suam avertentem: *ut Crantzius refert in Metropoli.** [* lib. 2. c. 9.]

¶ Sequenti anno, in Frisingensi agro, aëre sereno & tranquillo, diversi generis ligna de cœlo ruisse, *Aventinus** ex Francorum Chronicis annotat: anno Domini 787. Hæc res significavit, superstitiosam Imperatricem, & Pontifices Romanos, ecclesias Dei cultu statuarum repleturos: quod etiam accidit. Quas tamen Carolus, & plerique episcopi Franciæ & Galliæ, non nisi ligna esse, nec adorari debere, in Francofurdensi Synodo rectè statuerunt; contra decreta Nicænæ II. Synodi, & Romani Pontificis: ut suo loco diximus. [* lib. 3.]

¶ Sanguinem de cœlo & terrâ profluxisse, anno eodem, *Sigebertus* indicat: licèt alii in annū Domini 782. reponant. Qui significavit funestos conflictus Græcorum & Romanorum in Italiâ; & postea Francorum & Avarum; itèm Avarum & Bojorum; & rursus Avarum & Francorum: in quibus omnibus Carolus victor evasit.

¶ Anno 10. Bitrichi, Occidentalium Saxonum Regis, qui fuit circiter annum Domini 788. visi sunt flammei dracones, in Angliâ, volitare per aërem. Quod signum duę pestes sequebantur; fames pervalida; & infestatio Danica. *Raynulphus in Polychronico.** [* li. 5. c. 28]

¶ Anno 10. Irenes, cùm cogitaret filium prorsus ab Imperio removere, persuasa ab Aulicis, qui per eam dominatum sibi arrogabant: terræmotus, VI. Idus Februarii, Constantinopoli accidit, adeò vehemens: ut de ruinâ urbis metus esset; & omnes cives extra domos, in hortos & agros exirent, & tentoria atque tabernacula sub dio figerent. *Paulus Diaconus.** Anno Domini 791. *Sigebertus.* [* lib. 23.]

Eodem anno Romæ Tiberis exundans, portam Flaminiam evertit, & pontem Antonini Pii, inter Janiculum & Aventinum, multasque urbis ædificia & ornamenta, tollit. *Platina in vitâ Adriani, & Blondus.** [* Dec. 2. lib. 1.]

SUB IMPERIO CONSTANTINI solius.

Carolus Magnus, consilio quorundam Aulicorum, instituerat, per fossas transitum à Danubio in Rhenū prępararę. Sed isti operi prodigia restiterunt. Nā immensi acervi frumentorum, & omnis generis granorum, reperti in campis sunt: quæ si pecus gustabat, evestigio peribat: farina, inde facta, evanescebat sub manibus. Noctibus auditæ sunt voces mugientium & lascivientium, & confusi strepitus. Circa fossam accidebant continui imbres. *Aventinus.**

¶ Anno 6. imperii ejus, in Aprili, nocturno tempore, Sicilia & Creta terræmotu horribili conquassantur: & paulò pòst, in Majo, similem concussionem sensit Constantinopolis. *Paulus Diaconus.** Anno Domini 797. [* lib. 4.]

Sequenti anno, Irene, mater crudelis, ob regnandi libidinem, & defensionem cultûs Imaginum, filium suum & oculis & vitâ privat. Ad quod facinus horrendum & inauditum, Sol ad dies 17. radios suos intra nubes continuit; & obscuros ac tenebricosos dies effecit. Quod navigantibus in mari molestum fuit, & prębuit occasionem, ut vulgò diceretur: *Ob Imperatoris excæcationem, Solem radios suos avertisse à Mundo. Paulus,** *Sigebertus*, anno Domini 798. & *Zonaras,** & *reliquum vulgus Historicorum.* [* lib. 23.] [* lib. eod.] [* Tomo 3.]

Sidus Martis, hoc toto anno, in cœlo non esse conspe-

A ctum, miraculi loco *Regino** & *Ado*,† annotant. Quod Astronomis haud ità videatur. [* lib. 2] [† Æt. 6.]

SUB IMPERIO IRENES SOLIUS.

Leoni Pontifici divinitùs visum, & vocem redditam esse, cùm ab Adversariis suis fuisset utroque privatus: Historici quidam Pontificii narrant; inter quos etiam *Sigebertus* est: anno 799. Sed *Paulus Diaconus** nihil novit de præcisâ linguâ: & expresśè dicit, Visu eum non esse planè orbatum. Nihil ergo ea res veræ admirationis habet. [* lib. 23]

B In mense Julio, contra naturam, bis pruina gelu concreta cecidit: sed nihil fructibus nocuit. Anno Domini 800. *Sigebertus.*

DE MIRACULIS SUPERSTITIOSIS & fabulosis.

In historiâ huius seculi, passim recensentur mirabilia quædam, ad cōfirmationem superstitionum Antichristi pertinentia, de quibus Apostolus Paulus dicit:* *Cujus est adventus secundùm operationem Satanæ, cum omni potentiâ, & signis & prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione injustitiæ, &c.* Nos verò pio Lectori quædam ex illis referemus. [* 2 Thess. 2. v. 9. 10]

C

Signa mendacia, pro confirmando Imaginum cultu

*Paulus Diaconus** pleraque prodigia, quæ acciderūt tempore Leonis, superstitiosè interpretatur; coarguisse Leonis impietatem, quià sacras imagines sustulerit. Sic contrà, liberationem urbis Constantinopoleos adscribit intercessioni Mariæ. [* lib. 22. Rom.]

De eâ re etiam *Vincentius** nugatur, in hunc modum. [* lib 23 ca. 147.]
D Fertur, Saracenos hoc modo periisse apud Constantinopolim. In monasterio sanctæ Dei-genitricis, juxta Palatiū, prope sanctam Sophiam, erat imago beatæ Mariæ, quæ tenebat Infantem in brachio: quam depinxit in tabellâ sanctus Lucas, cum adhuc viveret sancta Maria. Hæc imago vocatur Odigitria, id est, Deductrix: quia duobus cæcis apparuit sancta Maria; & deduxit eos ad suam ecclesiam; eosque illuminavit. Cum istâ imagine faciunt processionem, omni die Martis, per totam civitatem. Cùm ergo obsessa esset civitas; & cives jejunarent, & orarent; simul & pugna-
E rent: quidam civis admonuit, afferri illam imaginem, & ab omnibus orationem ad illam fieri, hoc modo: *Sancta Dei-genitrix quæ toties nos liberasti, libera nos modò de inimicis Filii tui: & si vis, ut imaginem tuam non mergamus in mari; merge illos.* Et cùm hæc dixissent; ille secretè imaginem tenuit sub undas, & statim procella surrexit, & omnes naves Saracenorum, aut mersit, aut fregit.

¶ Pestem, per Siciliam & Calabriam, Constantinopolim usque, grassantem, & plurimos interficientem; & cruciculas, vestibus & velis impressas, Constantinum Coprony-
F mum monuisse, ut deberet sacrarum Imaginum cultum abolere: *Paulus** nugatur. Sed, si quis juxta verbum Dei rem videat; facilè intelligat, Deum istis pœnis iram suam adversùs idololatriam demonstrâsse. [* lib. 22.]

¶ In hunc finem, etiam quidam Pontificii commemorant illud, quod anno 24. Constantini Copronymi acciderit in Beryto (utrùm fabula, an res vera sit, nondum est dijudicatum) ubi imago Christi, à Judæis contumeliosè tractata, aperto latere, sanguinem & aquam effuderit; quo curati sint infirmi: & quem, ampullis exceptum, episcopus
G miserit per orbem terrarum; atque indè anniversaria festivitas, ad V. Idus Novembris, de passione imaginis Christi instituta sit. *Sigebertus* anno Domini 765. Patres in Nicæna II. Synodo, ut hoc cōmento possent majore autoritate uti; finxerunt, id accidisse tempore Athanasii; eumque in peculiarem librum retulisse, & posteritati reliquisse. de quo suprà, in Quartâ Centuriâ.

¶ Constātinus quidam, strator Artabaldi, videns imaginem Dei-genitricis stantem, apprehensum lapidem adversùs eam projecit, & contrivit; & cùm cecidisset, calcavit.
H Et vidit in somnis adstantem sibi Dominam nostram, & dicentem: *Nosti, quam fortem causam in me operatus fueris: verùm contra caput tuum hoc fecisti.* Postea verò, dum Saraceni adversùs murum congestionem facerent, & ageretur bellum; currens ad murum, ut fortis miles, infelix

ille, ejicitur à lapide, transmisso ex mangone: & contritum est caput ejus, & facies. *Paulus Diaconus.** [* lib. 21.]

¶ Et Constantinus, episcopus Cypri, in Actione 4. Nicęnę II. narrat; armentarium quendam, qui imagini Mariæ stimulo deatrum oculũ evulserat, postea in agrum egressum, cùm percuteret pecus, sibi-ipsi oculum elisisse. Et alium quendam in Citio, eò quòd per caput imaginis ejusdem, in pariete depictæ, clavum infixisset, ingenti dolore capitis affectum esse; quo nõ priùs liberari potuerit, quàm clavum extraxisset: ibidem nugatur Episcopus ejus loci.

Agârenum etiam, conto oculum statuæ Mariæ, in Gabalâ civitate Syriæ, evellere conantem, sibi oculum effodisse; & ardenti febre correptum esse: ibidem asseritur.

Et in Actione 5. adhuc alia tria miracula, ab Imaginibus edita, proferuntur, ad earum cultum stabiliendum. Quæ Carolus Magnus, *in libello de Adoratione imaginum*, ad vim superstitionis refert.

Signum mendax pro stabiliendo errore, de Sanctorum intercessione.

[* lib. 2.] *Regino.** Caroli per Clusas transitum in Italiam, & Desiderii oppressionem, adscribit intercessioni beati Petri, contra illud: [* 1. Cor. 1. v. 31.] *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Signum mendax, pro errore; quod Sancti appareant; & hominibus, quæ facere debeant, injungant.

Jacobum Zebedæi, tribus noctibus, in formâ splendidissimâ apparuisse Carolo; eumque hortatum esse, ut suam Hispaniam, in quâ requiescat, de manibus Saracenorum liberet; ac promisisse ei, pro eo beneficio, coronam æternam: [* cap. 67.] *Erfordiensis** ex Turpino, Remensi episcopo, refert.

Signum mendax, quòd Sancti velint sibi ecclesias & altaria dedicari.

Stephanus Papa, in epistolâ suâ, (quæ exstat *apud Reginonem**) [* lib. 2.] nugatur, Dionysium sibi in visione apparuisse; & valetudinem pristinam restituisse: ac præcepisse, ut altare in monasterio Parisiensi, in honorem Dei & Apostolorum Petri & Pauli, dedicaret.

Signum mendax, pro confirmando errore, sanctos Angelos velle sibi templa ædificari, seque adorari.

Childeberto monarchiam regni Francorum tenente; Archangelus Michaël, apparens Autberto Abrincatensi episcopo, monuit semel & iterum: ut in loco maris, qui, propter eminentiam sui, Tumba vocatur, fundaret ecclesiam, in memoriam sui; volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gargano. Interim taurus, à Leone furtim raptus, in illo loco religatur. Unde episcopus tertiò admonitus, ut in illo loco fundamẽtum jaceret; ubi taurum religatum inveniret: & sicut eum terram pedibus protrivisse videret; sic ecclesiæ ambitum duceret: ecclesiam in honorem sancti Michaëlis constituit. & ea illo tempore, sicut in mõte Gargano; ità etiam illo in loco, quod modò dicitur *In periculo maris*, veneratio Archangeli frequentari cœpit. *Sigebertus*, anno Domini 799.

Signa mendacia, pro errore; quòd Sancti vota suorum cultorum & preces exaudiant.

Cùm Luitprandus reliquias Augustini ex Sardiniâ, à Saracenis vastatâ, Papiam transferre studeret; & in itinere, ad villam quandam, in Therdonensi diœcesi, currus substitisset; neque ullâ vi aut arte loco moveri posset: Rex votum vovit; quòd-si Augustinus sibi obtemperaret, & sua ossa Ticinum sineret vehi; se villam istam sacerdotibus & cultoribus ejus donaturum. His exoratus Sanctus, effecit; ut levi & facili operâ currus progrederetur. [Quis est autem tam obesæ naris; qui non olfaciat, hoc esse figmentum & ludibrium sacerdotum, ob ventrem idola colentium?] *Vincentius.** [* lib. 23 ca. 148.] *Sigebertus* translationis istius meminit, anno Domini 721. Verùm de nugis illis mutus est.

Militem quendam Mariam Magdalenam invocâsse; & ex vinculis liberatum esse: & mulierem gravidam, in flumine, aliis pereuntibus, servatam esse, ob votum Magdalenæ factum; *Vincentius** fabulatur. [* lib. eod. c. 153]

Jacobum, à Carolo invocatum, muros Pampilone dejecisse; *Erfordiensis** ex Turpino refert. [* cap. 68.]

Signum mendax, pro opinione erroneâ; Sanctos adesse & prodesse suis cultoribus, cùm ex hac vitâ excedunt.

Archis, Rex Beneventi, dum maximâ devotione (quoniam vicinum erat Palatio templum Sanctæ Sophiæ) in templo pernoctare in oratione consuevisset; quâdam nocte, Sancti illi duodecim fratres (scilicet, quos martyres factos in Apuliâ, ipse in templum collocârat) ornati apparuisse referuntur; eumque blandè salutâsse. Quos ille dum torvis oculis fuisset intuitus; &, quinam essent, qui noctu claustra Virginum irrumpere ausi fuissent, inquireret: leviter illi arridentes, *Nos*, inquiunt, *sumus, ô princeps, quos tua devotio, variis ex locis quæsitos, huc summo studio detulit. Quod opus tuum, quam gratum nobis, quam tibi utile fuerit, tum demum agnosces; cùm ex hac luce migrabis.* Atque his dictis visio ab oculis Principis evanuit. *Leo Hostiensis.** [* lib. 1.]

Præstigia Diaboli, pro errore asserendo; quòd S. Petrus Romanum Pontificem gubernet.

Stephanus Papa ad Aistulphum dicit; sibi B. Petrum injunxisse, ut ad Pipinum iret. *Liber de vitâ Crodegangi.** [* cap. 11.] Idem Pontifex, in epistolâ suâ, quæ exstat *apud Reginonem*, [* lib. 2.] nugatur; Petrum & Paulum, & Dionysium, sibi ægrotanti apparuisse in monasterio Parisiẽsi, & pristinam valetudinem restituisse; cùm de vitâ suâ Medici desperassent. [Hæc oportuit illum fingere; ne sinè divino consilio videretur auxilium Francorum implorâsse; & Pipinum, remoto Rege Hilderico, cum filiis suis, Reges inaugurâsse: per quos Romana sedes supra magistratum, sicut antea per Phocam supra omnes ecclesias, exaltata est. Porrò, non fuisse Petrum; sed ipsum Draconem & Diabolum, qui Romanos Pontifices ad hæc facinora adegit: Paulus* & Johannes† satis clarè docent.] [* 2. Thess. 2. v. 9. † Apoc. 13. v. 12.]

Signa mendacia, pro errore; Deo & Sanctis placere translationem cadaverum defunctorum.

Hugbertum cœlitùs admonitum, ut corpus Lamberti à Trajecto Leodium transferret, nugatur *Sigebertus*, anno Domini 710. Sed Deus iste, fuit reverâ superstitio & avaritia episcopi.

Badilo monachus, missus, ut corpus Mariæ Magdalenæ transferret ad monasterium Viceliacum, in Burgundiâ, finxit, sibi eam in somnis apparuisse, & dixisse: Ne formides, quoniam unà tecum eundum est ad locum à Deo præfinitum. *Vincentius.** [* lib. 23. c. 152.] *Sigebertus* fabulam coarguit: dum indicat, Mariã Magdalenã Ephesum quiescere. Anno Domini 745.

Error, quòd Reliquiæ Sanctorum futura prænuntient.

Cautio Felicis, archiepiscopi Ravennatis, à Pontifice Constantino sacratissimâ confessione beati Petri Apostoli posita, post paucos dies in terrâ, & quasi igni combusta, reperta est. *Liber pontificalis.* Videtur hoc fictum esse à Pontificiis: ut haberent, quod responderent Felici, scriptum suum esse neganti.

Signa mendacia, pro confirmando errore, Reliquias Sanctorum habere vim conferendi male-habentibus sanitatem, & mortuis vitam.

Anno Constantini 20. caput Johannis Baptistę, à monasterio Spelæi, in templo suo, in Emesensium civitate, seu Edisseâ, transfertur: & honoratum atque adoratum, omnibus effundit sanitatem, qui fide flagrantes occurrunt. *Paulus.** [* lib 21.] *Sigebertus* anno Domini 761. annotat. *VVernerus* verò *in Fasciculo temporum* nugatur; caput Johannis, in Aquitaniam deportatum, amicos Pipini, in bello interfectos, resuscitâsse. Quod sanè non procul à mendacio abest: si non est satis crassum & apertum.

¶ Athalongum presbyterũ à cæcitate, per corpora Chiliani & sociorum ejus inventa, liberatum esse; & Bonifacium Wisiburgi ea cadavera reposuisse, iedemque episcopalẽ eò collocâsse: nugatur *Sigebertus*, anno Domini 746.

¶ Anglum quendam, mutum & surdũ, venisse ad cœnobium Casinense; & invocato Benedicto, ità esse restitutũ

A ur non modò Anglicâ; sed etiam Romanâ linguâ, in momento locutus sit: *Leo Hostiensis** narrat.

* lib. 2. c. 13.

¶ Ridiculum sanè, & obscenum miraculum, de Gangulpho referunt; quo ejus virtus confirmata sit. Cùm enim clarus fieret; & multi ex contactu feretri sanarentur; ancillaque ad uxorem ejus impiam id retulisset: respondit illa; *Maritus ità miracula facit, sicut meus podex cãtat.* Factum autem est, ut, quoties illa deinceps, per totam suam vitam, verbum ore ederet, toties etiam crepitum ex ano, cum fœtore emitteret. B *Martinus in Chronico,* feriâ 6. id maximè fieri solitum, ait; quâ maritus ejus martyr effectus erat. Et Pipinû, accersitâ muliere, in majorem gloriam Gangulphi martyris, verum id esse, deprehendisse: *Erfordiensis** & *Vincentius*† referunt.

* cap. 67.
† lib. 23 cap. 159.

¶ Pulverem, de sepulcro Heddi episcopi, in aquam missum, & ægrotis vel adspersum, vel haustum, hominibus & pecoribus sanitatem cõferre; *Beda*, *ex narratione Pectelini antistitis, refert.

* li. 5. c. 19

C Eutychii Patricii martyris reliquias, in Carris Mesopotamiæ, sanare ægros; nugatur *Paulus.**

* lib. 21.

Eustathium martyrem, Johannicium, ex veneno laborantem, curâsse; *Metaphrastes* nugatur.

¶ Item, Sanctos posse punire suos adversarios, nugatur: *Ivo in Chronico, & Raynulphus:** Frãcos à Pipino Floriacum missos, ut ossa Benedicti in Casiinense cœnobium reportarent, cùm ingressi essent tẽplum, excæcatos virtute Benedicti; & re infectâ reversos esse, ac censuisse, non æquum esse, ut Gallia tam sanctis ossibus privetur. *Sigebertus*, anno Domini 793. *Vincentius.**

* li. 5. c. 26.
* Lib. 23. c. 155.

D Gangulphum ei, qui se irriserat, ex fonte aquam subtraxisse, & uxoris suæ adulteræ brachium, in fontem immissum, ambussisse; *Erfordiensis** ex gestis ejus fabulatur.

* cap. 67.

Signum mendax, pro Bonis ecclesiasticis non minuendis, contra raptores.

Chronicon de Ducibus Bavariæ, Papam; sed *Chronicon Martini*, Eucherium Amelianensem episcopum, narrat, vidisse in somnis animã Caroli Martelli in inferno; eò quòd Ecclesias bonis suis spoliâsset, & in sumtus bellicos contulisset: apertoque monumento ejus, Serpentem miræ magni- E tudinis repertum esse. Et *Balæus** refert, Monachos per literas id Pipino significasse. Quod in eum finem factum esse, facilè colligi potest; ut edictum, de Bonis ecclesiasticis ad sumtus belli, enervarent. Verùm *Aventinus** id somnium refutat: eò quòd Ægidius Martellum ab omnibus peccatis suis absolvisset; & Eucherius, ob invidiam Caroli, à quo remotus ab episcopatu fuerat, hujusmodi finxisset.

* Cent. 2. c. 5. in Appēd.
* Lib. 3.

Signum mendax, pro opinione; quòd rebus à Pontifice consecratis insit vis singularis.

F Gregorius II. tres spongias benedictas, quæ ad usum mensæ ejus apponi solebant, misit Eudoni, Aquitaniæ Duci. Eas in frusta concisas, distribuit exercitui, quem contra Saracenos educebat. ac evènit, ut nullus ex eis, qui participes facti fuerant, vulneratus aut interfectus sit: ut Eudo, in epistolâ suâ ad Gregorium, indicat, *in Libro Pontificali.*

Signum mendax, pro opinione stabiliendâ, quòd vita monastica Deo probetur.

G Johannicium divinitùs admonitum, ut ad monasterium Eristæ se-se conferret, & monachicam indueret vestem, *Metaphrastes** in vitâ ejus refert.

* Tomo 5.

Signum mendax, pro Cælibatu in conjugio præstando.

Amelius, jussu Angeli, occiderat filios suos; & sanguine eorum amicum, necessarium suum, a leprâ mundaverat. Cùm autem mater filiorum eam rem molestè ferret; & Amelius oraret: reperit liberos suos viventes, & in lecto ludentes, quos matri reddidit. Atque ab eo tempore, ipse & H conjunx, usque ad finem vitæ, à consuetudine conjugali abstinuerunt. *Vincentius.**

* lib. 23. c. 166.

Præstigia Diaboli, ad opinionem stabiliendam, Missificatione liberari animas ex Purgatorio.

A *Chusbertus, in epistolâ ad Lullum*, nugatur; Monialem quandam, in ecstasi constitutam, inter alia multa vidisse, fœminam, in puteum ad inferos lapsam, Missarum solennitatibus indè redemtam esse: ac dixisse, Missam esse maximum utilissimumque bonum, animabus ex hac vitâ excedentibus.

Præstigiæ & illusiones Diaboli, ad errores corroborandos; de Purgatorio, de Operum meritis, de Inferno, de Paradiso, de Dignitate vitæ monasticæ, de Satisfactionibus.

B *VVinfredus*, qui & Bonifacius, scripsit *epistolam ad Eadburgam abbatissam*, plenam vanitatibus & nugis; quas quidam à mortuis resurgens, retulerit: in hunc modum.

Rogabas me, soror charissima, ut admirandas visiones de illo redivivo, qui nuper in monasterio Milburgæ abbatissæ mortuus est, & revixit, quæ ei ostensæ sunt, scribendo intimare & transmittere curarem. Ipse cum supradicto fratre redivivo locutus C *sum: & ille mihi stupendas visiones, quas extra corpus suum raptus in spiritu vidit, proprio exposuit sermone. Dicebat quippe se, per violentæ ægritudinis dolorem, corporis gravedine subitò exutum fuisse: & simillimam esse collationi, veluti si videntis & vigilantis hominis oculi densissimo tegmine velentur; subitòque auferatur velamen: & tunc perspicua sint omnia, quæ antea non-visa, & velata, & ignota fuerunt. sic sibi, abjecto terreno velamine carnis, ante conspectum universum collectum fuisse Mundum, ut cũctas terrarum partes, & populos, ac maria, sub uno adspectu contueretur: tàmque magnæ claritatis & splendoris Angelos eum e-* D *gressum de corpore suscepisse, ut nullatenus, præ nimio splendore, in eos adspicere potuisset: qui jucũdis & consonis vocibus canebant:** Domine, ne in irâ tuâ arguas me, neque in furore tuo corripias me. *Et sublevant me, duxit in aera sursum, & in circuitu totius Mundi ignem ardentem videbam, & flammam immensæ magnitudinis anhelantem, ac terribiliter ad superiora ascendentem; non aliter penè, quàm ut sub uno globo totius Mundi machinam complectentem: nisi eam sanctus Angelus, impresso signo sanctæ crucis Christi, compesceret. Tunc flamma magna, ex parte decrescens, resedit. Et istius flammæ terribili ardore* E *intolerabiliter torquebar; oculis maximè ardentibus, & splendore fulgentium spirituum vehementissimè reverberatis: donec splendida visionis Angelus, manûs suæ impositione, caput meum quasi protegens tangebat; & ut à læsione flammarum tutum reddidit. Præterea referebat, illo in temporis spatio, quo extra corpus fuit, tam magnam animarum, migrantium de corpore, multitudinem illuc, ubi ipse fuit, convenisse; quàm totius humani generis in terris non fuisse antea existimaret. Innumerabilem quoque malignorum spirituum turbam, nec non & clarissimum chorum supernorum Angelorum adfuisse, narravit: &* F *maximam inter se miserrimos spiritus, sanctósque Angelos, de animabus, egredientibus de corpore, disputationem habuisse: Dæmones, accusando, & peccatorum pondus gravando; Angelos verò, relevando & excusando. Et seipsum audisse, omnia flagitiorum suorum propria peccamina, quæ fecit à juventute suâ, & ad confitendum aut neglexit, aut oblivioni tradidit; vel ad peccatum, pertinere omnino nesciebat, ipsum propriâ voce contra illum clamitasse, & eum dirissimè accusâsse: ac specialiter unumquodque vitium, quasi ex suâ personâ, in medium se obtulisse; dicente quodam: Ego sum cupiditas tua, quâ illicita frequentissi-* G *mè, & contraria præceptis Dei, concupisti. Quodam verò: Ego sum vanagloria, quâ te apud homines jactanter exaltasti. Alio: Ego sum mendacium, in quo mentiendo peccasti. Alio: Ego sum otiosum verbum, quod inaniter locutus fuisti. Alio: Ego visus, quo videndo illicita peccasti. Alio: Ego contumacia, & inobedientia, quâ Senioribus spiritualibus inobediens fuisti. Alio: Ego torpor & desidia, in sanctorum studiorum neglectu. Alio: Ego vaga cogitatio, & inutilis cura, quâ te supra modũ, sive in Ecclesiâ, sive extra Ecclesiã, occupabas. Alio: Ego somnolẽtia, quâ oppressus, tardè ad confitendũ Deo surrexisti. Alio:* H *Ego iter otiosum. Alio: Ego sum negligẽtia & incuria, quâ detẽtus, erga studiũ divinæ lectionis incuriosus fuisti. Et cætera his similia omnia, quæ in diebus vitæ suæ in carne cõversatus peregit, & cõfiteri neglexit. Multa quoq;, quæ ad peccatũ pertinere omninò ignorabat, contra eum cũcta terribiliter vociferabantur. Similiter &*

* Psal. 6. v. 2.

maligni spiritus, in omnibus consonantes, vitia accusando, & dariter testificando; & loca, & tempora nefandorum actuum, memorantes, eadémque peccata dire conclamantes, prodebant.

Vidit quoque ibi hominem quendam; cui quidam, in seculari habitu degens, vulnus infixit: quem adhuc in vita superesse referebat, ad testimonium malorum suorum adductum: cujus cruentatum & patens vulnus, & sanguis ipse propria voce clamans improperabat; & imputabat ei crudele effusi sanguinis crimen. & sic cumulatis & computatis sceleribus, antiqui hostes affirmabant, eum peccatorem juris eorum & conditionis indubitanter fuisse. Econtra autem, dixit, excusantes me clamitabant parvæ virtutes animæ, quas ego miser indignè & imperfectè peregi. Quædam dicit: Ego sum obedientia, quam Senioribus spiritualibus exhibuit. Quædam: Ego sum jejunium, quo corpus suum contra desiderium carnis pugnans castigavit. Alia: Ego oratio pura, quam effundebat in conspectu Domini. Alia: Ego obsequium infirmorum, quod clementer ægrotantibus exhibuit. Quædam: Ego sum Psalmus, quem pro otiosa sermone satisfaciens Deo cecinit. Et sic unaquæq; virtus contra æmulum suum peccatum, excusando, clamitabat. Et hæ illi immensæ claritatis angelici spiritus magnificanda, defendentes me, affirmabant. Et istæ virtutes universæ, valde magnæ, & multò majores & excellentiores esse mihi videbantur; quàm unquam viribus meis dignè perpetrata fuissent.

Interea referebat, se, quasi in inferioribus in hoc Mundo, vidisse igneos puteos, horrendam eructantes flammam plurimos: & erumpente terrâ, terribilis flammam ignis volitasse: & miserorum hominum spiritus, in similitudine nigrarum avium, per flammam plorantes & ululantes, & verbis, & voce humanâ stridente, lugentes propria merita, & præsens supplicium, consedisse paululum hærentes in marginibus puteorum: & iterum ejulantes, cecidisse in puteos. Et unus ex Angelis dixit: Parvissima hæc requies indicat; quia omnipotens Deus, in die futuri judicii, his animabus refrigerium supplicii, & requiem perpetuam præstiturus est. Sub illis autem puteis, adhuc in inferioribus, & in imo profundo, quasi in inferno inferiori, audivit horrendum, & tremendum, & dictu difficilem gemitum, & fletum lugentium animarum. Et dixit ei Angelus: Murmur & fletum, quem in inferioribus audis, illarum est animarum, ad quas nunquam pia miseratio Domini perveniet; sed æterna illas flamma sine fine cruciabit.

Vidit quoque mira amœnitatis locum, in quo pulcerrimorum hominum gloriosa multitudo, miro lætabatur gaudio: qui eum invitabant, ut ad eorum gaudia, si ei licitum fuisset, cum eis gavisurus, veniret. Et inde mira dulcedinis fragrantia veniebat, quæ beatorum halitus fuit ibi congaudentium spirituum. Quem locum sancti Angeli affirmabant famosum esse Dei paradisum.

Nec-non & igneum piceumque flumen, bulliens & ardens, miræ formidinis, & teterrimæ visionis, cernebat: super quod lignum pontis vice positum erat, ad quod sanctæ gloriosæque animæ, ab illo secedentes conventu, properabant, desiderio alterius ripæ transire cupientes. & quædam non-titubantes, constanter transibant: quædam verò labefactatæ, de ligno cadebant in tartareum flumen. & aliæ tingebantur pene, quasi toto corpore mersæ: aliæ autem ex parte quadam, veluti usq; ad genua: quædam usque ad genua media; quædam vero usq; ad axillas. & tamen unaquæque cadentium, multò clarior speciosiórque de flumine in alteram ascendebat ripam, quàm prius in pice bulliens cecidisset flumen. Et unus ex beatis Angelis, de illis cadentibus animabus dixit: Hæ sunt animæ, quæ post exitum mortalis vitæ, quibusdam levibus vitiis nõ omninò ad purum abolitis, aliquâ piâ miserentis Dei castigatione indigebant, ut Deo digna offerantur.

Et citra illud flumen speculatur, muros fulgẽtes clarissimi splẽdoris, stupendæ longitudinis, & altitudinis immensæ; & sanctos Angelos audivit dixisse: Hæc est illa sancta & inclyta civitas, cœlestis Hierusalem; in quâ istæ perpetualiter sanctæ gaudebũt animæ. Illas itaque animas, & istius gloriosæ civitatis muros, ad quã post transitum fluminis festinabant, tam magnâ immensi luminis claritate & fulgore splendentes esse dixit: ut, reverberatis oculorum pupillis, præ nimio splendore, in eos nullatenus adspicere [...] isset.

Narravit quoque; ad illum conventum, inter alias, venisse [...] hominis animam, qui in Abbatis officio defunctus est: quæ speciosa nimis & formosa esse visa est. quam maligni spiritus rapientes, contendebant sortis eorum & conditionis fuisse.

A Respondit ergo unus ex choro Angelorum, dicens: Ostendam vobis cito, miserrimi spiritus; quia vestræ potestatis anima illa probatur non esse. Et his dictis, repente intervenit magna cohors candidatarum animarum, quæ dicebant: Senior & doctor noster fuit iste, & nos omnes suo magisterio lucratus est Deo: & hoc precio redemptus est; & vestri juris non esse dinoscitur. & quasi cum Angelis contra Dæmones pugnam inirent, & adminiculo Angelorum, eripientes illam animam de potestate malignorum spirituum, liberaverunt. Et tum increpans Angelus dæmo-

B nes, dixit: Scitote & intelligite, quòd animam istam sine jure rapuistis: &, discedite miserrimi spiritus in ignem æternum. Cùm verò hoc dixisset Angelus: illicò maligni spiritus levaverunt fletum & ululatum magnum in momento; & quasi in ictu oculi, pernici volatu jactabant se in supradictos puteos ignis ardentis: & post modicum intervallum emersi, certantes in illo conventu, iterum de animarum meritis disputabant. Et diversorum merita hominum, in hac vitâ commorantium, dicebat se illo in tempore speculari potuisse: & illos, qui sceleribus obnoxii non fuerunt; & qui sanctis virtutibus freti, propitium omni-

C potentem Deum habuisse noscebantur, ab Angelis semper tutos ac defensos, & eis charitate & propinquitate conjunctos fuisse. Illis verò, qui nefandis criminibus, & maculata vita sordibus, polluti fuerunt, adversarium spiritum assidue sociatum, & semper ad scelera suadentem fuisse: &, quandocunque verbo vel facto peccaverint, hoc jugiter, quasi ad lætitiam & gaudium, aliis nequissimis spiritibus in medium proferens manifestavit. & quando homo peccavit; nequaquam malignus spiritus sustinuit, moram faciens exspectando, donec iterum peccaret: & sigillatim unumquodque vitium, ad notitiam aliorum spirituum offere-

D bat: & subitò apud hominem peccata suasit; & illicò apud dæmones perpetrata demonstravit.

Interea narravit, se puellam quandam vidisse, in hac terrenâ vitâ molentem in molâ; quæ vidit juxta se jacentem alterius novam colum sculpturâ variatam: & pulcra ei visa fuit; & furata est illam. Tunc quasi ingenti gaudio repleti quinque teterrimi spiritus, hoc furtum aliis in illo referebant conventu; testificantes, illam furti ream, & peccatricem fuisse.

Intulit quoque: Fratris cujusdam, qui paulo antè defunctus est, animam tristem ibi videbam, cui antea ipse in infirmitate exitus

E sui ministravi, & exsequias præbui, qui mihi moriens præcepit, ut fratri suo germano, verbis illius testificãs, demandarẽ: ut ancillam quandam, quam in potestate communiter possederunt, pro animâ ejus manumitteret. Sed germanus ejus, avaritiâ impediente, petitionem ejus non implevit: & de hoc supradicta anima per alta suspiria accusans fratrem infidelem, & increpans graviter, querebatur.

Et similiter testatus est de Ceolredo, Rege Merciorum, quem illo tamen tempore, quo hæc visa sunt, in corpore fuisse, non dubium est: quem (ut dixit) videbat angelico quodam umbraculo,

F contra impetum dæmoniorum, quasi libri alicujus magni extensione & superpositione, defensum. Ipsi autem Dæmones anhelando rogabant Angelos, ut, ablatâ defensione illâ, ipsis permitteretur, crudelitatis eorum voluntatem in eo exercere: & imputabant ei horribilem ac nefandam multitudinem flagitiorum: & minãtes dicebant, illum sub districtissimis inferorum claustris claudendum, & ibi, peccatis promerentibus, æternis tormentis cruciãdum esse. Tunc Angeli, solito tristiores facti, dicebant: Proh dolor, quòd homo peccator iste semet-ipsum plùs defendere non permittit! etenim, ob ipsius propria merita nullum ei adjutorium possumus præbere. & auferebant superpositi tutaminis defensionem.

G Tunc Dæmones gaudentes & exsultãtes, de universis Mũdi partibus congregati, multitudine majori, quàm omnium animarum in seculo fore æstimaret, diversis eum tormentis inæstimabiliter fatigantes lacerabant.

Tùm demum beati Angeli præcipiebant ei, qui hæc omnia, extra corpus suum raptus spirituali contemplatione vidit, & audivit: ut sine morâ ad propriũ rediret corpus: & universa, quæ illi ostensa fuerant, credentibus, & intentione divinâ interrogãtibus, manifestare non dubitaret; insultantibus autem, narrare dene-

H garet. & ut cuidam mulieri, quæ inde in longinquâ regione habitabat, ejus perpetrata peccata per ordinem exponeret: eíque intimaret, quod omnipotentem Dominum potuisset per satisfactionem repropitiari, si voluisset. & ut cuidam Presbytero, nomine Beggan, istas spirituales visiones cunctas exponeret: & postea,

quemad-

quet [illegible] modum a [illegible] rudem fieret, hominibus pronuntiaret propria quæque peccata, quæ illi a spiritibus immundis imputata fuerunt confessa, supradi[illegible] tres [illegible] idiste emirn[illegible].

Proprium corpus dicebat se, dum extra fuerit tam va de perhorruisse, ut in omnibus illis [illegible] nihil tam [illegible] nihil tam despectum, nihil tam dirum fætorem exap[illegible] rans, exceptis dæmonibus & igne flagrante, videret, quam pr[illegible] erpus. Fratresque ejus conservos quo[illegible] est exstiq[illegible] por[illegible] lementer exh[illegible] ideo perh[illegible] quia ini[illegible] corporis curam egerunt. Jussu tamen ab Angelis, primo diluculo redit ad [illegible] qui primo gallicinio exibat [illegible] corpore. Rodi[illegible] ro autem in eo pore, plenâ septimanâ nihil omnino corporalibus [illegible] videre potuit [illegible] visicu plenis [illegible] quenter sanguinem st[illegible] runt. Et postea de Presbytero religioso, & peccatrici muliere [illegible] ab Angelis manifestatum est, ita illis profitentis [illegible] ermin esse [illegible] bavit. Subsequens autem & citus scelerati R[illegible] exitus, qui de [illegible] fuerunt, plane vera [illegible] proc[illegible] du[illegible] [illegible]. Multa alia & his similia, referebat si [illegible] ostes sa fuisse, quæ de memoria labefactata per ordinem reco[illegible] ari nu[illegible] enim potuit [illegible]. Et dicebat se, post istas visiones mira[illegible] tam tenacem memoria non fuisse, ut ante fuerat. Hæc autem [illegible] diligenter flagitante scripsi, homo, tribus mecum religiosis & valde venera[illegible] fratr[illegible] communne audientibus, exposuit; qui mihi in hoc scripto adstipulatoris fidelis testes esse dinoscuntur.

Miracula plura plane fabulosa.

CUm ad Fuldense monasterium Bonifacii cadaver esse perlatum e[illegible] ilia: omnes campanas ubiq; virtute divina, sine ul[illegible] us homini[illegible] a[illegible] itatione aut impulsu, solito [illegible] ariùs tonuisse; nugatur *VVernerus in Fasciculo temporum, & Mutius* [*lib. 7.]

¶ Corbinianum, latronem, ant[illegible] triduum de cruce suspensum, reperisse [illegible] vum, & liberâsse, *Frisinge[illegible]* * nugatur. [*lib. 15. c. 24.]

¶ De reliquiis, a Ca[illegible] [illegible] a sancta acceptis [illegible] beratâ Hierosolymâ, *apud Ejordiensem* * multa f[illegible]bulosa recitantur. [*cap. 69.]

¶ Zachariam Papam, in mense Junio Ravênam eumem, interdiu nube protectum esse contra ardorem So[illegible] & [illegible] igneas acie[illegible] in nubibus n[illegible] ctu eum præc[illegible] isse: fabulatur *Raynulphus in Polychronico* * [*lib. 5. c. 25.]

CAPUT XIV.

DE REBUS JUDAICIS

ex [illegible]

JUDÆI adhuc passim in orbe te[illegible] rum sua hospitia habuerunt, hoc seculo: [illegible] *Beda* * te stetur. [*in ca. 22. Luc.] Nam in Syria Judæos fuisse, const[illegible] *ex Paulo Diacono.* * [*lib. 21.] Et Hierosolymis. [illegible] i enim Habdallas Judæos præcep[illegible] notari. *Paulus.* * [*lib. 22.]

In Berytho Judæos imaginem Christi ignominiosè tractâsse, *Sigebertus* narrat, anno 765.

Ex Laodiceâ Judæi orti, Izitho Arabum Principi persuadent, ut imagines aboleat. *Paulus*, * [*lib. 21.] & *Sigebertus*, anno 724. Et Emeisæ. *Paulus* * [*lib. 23.]

Etiam in Europâ & Italiâ fuisse Judæos, constat *ex Concilio Zacharia Papæ* * [*cap. 15.] ubi prohibet, ne Christiani filias suas Judæis dent uxores. Et [illegible] *arolus Magnus*, in Constitutionibus suis, mentionem facit Judæorum & negotiatorum, ecclesiarum ornamenta ementium.

De operibus eorum contra Christianam religionem.

Antiquum obtinentes Judæi, Christi religionem conviciis proscindebant, & suam magnificè efferebant. Coacti quidam à Leone, Baptismate initiati erant; sed eum denuò abluebant: & ad Cœnam accedere jussi, alio genere ciborum se-se contaminabant. *Paulus Diaconus.* * [*lib. 21.]

Saracenos & Arabes adversus Christianos sedul[illegible] flammabant, ut patet ex eodê: * [*lib. eod.] & calamitate eorum delectabantur: atque ecclesiarum *[illegible]* à Saracenis direpto, ut eis ægrè facerent, promei emebant. *Paulus.* * [*lib. 22.] Ac cum iis conjungebant operas suas, ad Christianos affligendos. Unde BEDA inquit: * [*in ca. 23 Luca.] *Hoc nefandissimum Herodis & Pilati fœdus, quod in occidendo Christo pep[illegible]erunt, hactenus eorum velut hæreditario jure successores custodiunt: quando Gentiles & Judæi, sicut genere [illegible] eligione, ita etiam mente dissidentes, in Christianos tamen per[illegible] [illegible] Chri[illegible] que in eu[illegible] e perimenda conveniunt. Pereant scripta quæ tantò post tempore contra Christum composita, [illegible] illum apud [illegible] latum magica arte accusatum: sed nos apud Dominum per[illegible] & falsitatis [illegible] cusando esse demonstrant.*

Ut ipsi autem [illegible] Christiano [illegible] alerent & tegnum suum tec[illegible] ra[illegible] firmiori[illegible] e[illegible] nr[illegible] ti[illegible]
B [illegible] erent. Im[illegible] & Arabe[illegible] te [illegible] rum [illegible], tu[illegible] e [illegible] o eo[illegible] vi[illegible] mpi[illegible] t. adeò [illegible] ogerent [illegible] abjec[illegible] ne [illegible] r[illegible] re ampl[illegible] ut constat ex *Paulo* * [*lib. 22. & 23.] [illegible] abd[illegible] Judæos Hier[illegible] lymitano & [illegible] e enos [illegible] n[illegible] [illegible] est [illegible] char[illegible] et Ma[illegible] meti [illegible] [illegible] n pu[illegible] sse dicuntur U[illegible] e Br[illegible] iquit: * [*lib. 4. c. 14] *H[illegible] Judæi usque hodie sua petitu, quam tanto labore impetraverunt. Quod enim data [illegible] ptione pro J[illegible] su latronem, pro Salvatore in[illegible] [illegible] orem, pro datore vita o[illegible] erunt [illegible] emtorem [illegible]*
C *em perdiderunt: & vitam & latro[illegible] tantum subdiderunt: ut [illegible] patriam, r[illegible] cum [illegible]e suum, quod plus Christo amavere perdiderunt & hacte[illegible] c[illegible] n[illegible] piam rei lidere, sive anima sive corporis libertatem [illegible] emmeruerint.*

DE PSEUDOMESSIIS JUDÆORUM.

SYru[illegible] qu[illegible] dam, [illegible] m[illegible] et Ju[illegible] Sa[illegible] ce x[illegible] et un M[illegible] m[illegible] [illegible] ni & m[illegible] te[illegible] cx[illegible] ida[illegible] a[illegible] ntate[illegible] t[illegible] sibi h[illegible] habean[illegible] ar[illegible] s. Le[illegible] s l auri. Domin[illegible] U. i[illegible]
D [illegible] p[illegible] e cem: * [*Joh. 5. v 43.] *Alium in suo nomine venientem susceperunt, me vero a Deo missum aspernantur.*

CAPUT XV.

DE ALIIS RELIGIONIBUS

extra Ecclesiam.

DE JUDAISMO.

JUDÆI tenaces sunt [illegible] suum opinionum. Quæ, si quæ in histori[illegible] o[illegible] [illegible] unt, propemodum
E congruunt cum [illegible] is, quæ in superioribus sunt assignata.

DE DEO.

Judæi colunt etiam nunc Deum omnipotentem, sed [illegible] secundum [illegible] ientiam. Nam Christum negant Filium Dei: & sunt similes Gentibus. *Damascenus de Barlaam & Josaphat.*

DE MESSIA.

Ne[illegible] Messiam venisse. Ideoque Syrum, falsò pro[illegible] tentem Mes[illegible] æ nomen, [illegible] eperunt, & ab eo egregie delusi
F sunt. *Paulus* * [*lib. 21.]

Judæi, non Christum Jesum su[illegible] ipere, sed Antichristum malunt expectare. quia non intus, sed [illegible], salvari: non à peccati dominio; sed ab humanæ servitutis jugo, cupiunt liberari. *Beda* * [*in cap. 1. Luc.]

Ac de Messiâ sentiebant; quòd esset simplex homo, & vir sanctus, futurus de genere David. *Beda.* * [*in cap. 20 Luca.]

DE JESU CHRISTO.

De Jesu Nazareno sentiebant, quòd non esset Messias.
G *Beda.* * [*in cap. 2 Marth.] Ejusque imaginem tanto prosequebantur odio: ut in eâ affligendâ repræsentarent suorum Majorum crudelitatem, [illegible] Berythi. *Sigebertus.*

Imagines [illegible], & Mariæ virgi[illegible] & [illegible] orum Sanctorum non modò [illegible] & adorari [illegible] etiam haberi ad rei memoriam, damnabant: & eam ob causam Christianos idololatriæ accusabant. *[illegible] ermanus Constantinopolitanus, in epistolâ ad Thomam, in actis [illegible] Nicenæ II.*

De Ceremoniis & ritibus eorum.

Sua baptismata ma[illegible] uum & vatorum adhuc retinuerunt: ut patet ex *Beda* * [*in cap 7 Marc.]
H Et *Paulus Diaconus* † [† lib 21.] narrat, a Christianis baptizatos, denu[illegible] lete abluisse, in contemtum Baptismi.

Habebant etiam Synagogas suas, in quibusdam locis; in quibus Christum blasphemabant. *Beda.* * [*in cap. 11 Luc.]

Qui se-se Judæis oppoſuerint.

Pugnarunt contra Judæorum errores & blaſphemias, ſince[illegible] & conſt[illegible] tes Eccleſiarū paſtores & doct[illegible] Nam [illegible] 15, *in epiſtolá ad Thomam*, in A[illegible] Nic[illegible] [illegible] in Jud[illegible] en dololatriæ [illegible] ianis ob-jecerant,ret[illegible] net, dicens: *eos ipſos ſemper* [illegible] *& nunquam* [illegible] *attrac*[illegible]

E[illegible] Bu[illegible] pal[illegible] m Judæ[illegible] pi[illegible] refutat.nam in-qui[illegible] *Erant Judæi qui* [illegible] *cum eſſe. & peccata dimittere poſſe,credunt, Jeſum tamen Chriſtum* [illegible] *non credunt.* Et [illegible] *egat. Judæos ſalvar poſſ* [illegible] *nisi* [illegible] *manu eorum fue-runt mundat* [illegible] *uine.* Item *Judæi d*[illegible] *quia-pat*[illegible] *ophetarum perdidiſſe.* [illegible] *lava manus & ſoru bapti* [illegible] *tur, quamdiu con-* [illegible] *te ſa*[illegible] *atoris aldui. In vanum ba*[illegible] *mata* [illegible] *vant* [illegible] *um ſuorum & corporum* [illegible] *Judæ* [illegible] *ſappe* [illegible] *Mul-* [illegible] *quit, dæmonū numero poſſidentur* [illegible] *Chriſtum Jeſum quam in* [illegible] *Quia aliud eſt,* [illegible] *Et* [illegible]

[illegible] *In terre-* [illegible] *contra J*[illegible] *Et hi enim* [illegible] *ſed* [illegible] *genere David* [illegible] *Domino* [illegible] *David,* [illegible] *David vocat* [illegible] *Non autem repre-* [illegible] *qua David* [illegible] *Dei* [illegible] *non* [illegible] *Judæi,* [illegible] *non* [illegible] *indulgentia* [illegible] *pœnitentiam. Et:* *Populus Judaicus, cum promiſſa terra fuerit potitus,patrum quoque redditurus ad ſolum,* [illegible] *dam ſua poſſeſſione atque inhabitatione,* [illegible] *temet* [illegible] *perpetuum,* [illegible] *donec tempora na-tionum impleantur,ita prænedum eſſe narratur.* Et JOHANNES *Damaſcenus* diſputat contra Judæos,de Circumciſione,[illegible] [illegible] Sab[illegible] ath [illegible] ostendit [illegible] ne eſſe [illegible]

[illegible] nod Nam *Synodus Romana,ſub Zacharia*,planè ve-[illegible] ne Chriſtiani nuptias cum Judæis contrahant.

Et Magiſtratus.Leo enim Imperator, Hebræos,a Pſeu-do[illegible] iſto [illegible] cogi [illegible] *Paulus.*

Non autem fruſtra contra Judæos pugnari verbo Dei, [illegible] os, non tantum [illegible] verùm etiam ex ſacerdota[illegible] Judæorum ad Eccleſiam adduci, Ba-[illegible] DA teſtatur.

DE GENTILISMO.

Nomina locorum,in quibus hac ætate Gentilium ſu-perſtitio in uſu fuit, hæc ferè annotantur, in hiſto-riis hujus ſeculi.

IN ASIA

Pergami. Ibi enim Magum cives decepiſſe, narrat *Dia-conus.*

Berrhœa, & Chalcedon ubi ſedecim [illegible] pe[illegible] entes [illegible] omnibus de v[illegible] latu in cœlum, Inter [illegible] Sar[illegible] m Duc [illegible] *Paulus.*

[illegible] enim Ma[illegible] fuſſerunt [illegible] ven [illegible] nia [illegible] m eſſent [illegible] Ve-rum il[illegible] [illegible] un faci [illegible] muri [illegible] ubvo [illegible] eco-naren [illegible] te d[illegible] erunt & o[illegible] egerunt. *Pau-lus.* Ann. C[illegible]

IN [illegible]

Venetic[illegible] ne [illegible] at [illegible] m Romæ [illegible] in A-fri[illegible] diis[illegible] e,& [illegible] end [illegible] *Liber pontif in Zacha-ria* te[illegible]

IN EUROPA

Apud *Amalphi &* [illegible] pro diis eſſ[illegible] cul[illegible] ſtatus [illegible] no.indicat *Zonaras* [illegible]

In Pannonia. H[illegible] nos & A[illegible] es n[illegible] religionis Ch[illegible] anæ fuiſſe. *Aventinus*, & *Synodus Ingelheimenſis* te-ſtatur,apud [illegible] indem.

Et in *Sicambria* Martem & [illegible] lem coluiſſe *Boniſ-acius* teſtatur.

In [illegible] m & ſortilegia idolorum [illegible] eſtatur *Bonifacius,in epiſtola ad Danielē* umbrâ mor-tis, aliquas gentes in Germaniæ partibus, eſ plagâ Orien-tali Rheni fluminis,errare,&,quaſi ſub religione Chriſtia-na [illegible] orum culturæ ſervire, [illegible] imus: al quos ver-[illegible] qui nec dum c[illegible] nitionem Dei [illegible] ntes, nec Baptiſmati [illegible] undâ ſunt [illegible] ti led [illegible] om[illegible] atione [illegible] rut [illegible] um animali[illegible] Pa-gani,factore [illegible] n re [illegible] gnoſcunt. *Gregorius II.in epiſtola ad Epiſcopos & Chriſtianos*

Treviris,Coloniæ M[illegible] & a[illegible] m dæmoni-rum cultum [illegible] adventum Bonifacii in Ger-maniam, *Mattius* [illegible] at.

In Saxonia. [illegible] m *Bonifacius, in epiſtola ad Anglos*, monet [illegible] o [illegible] onum converſione Deum [illegible] cent: ut re-[illegible] an ex Dia[illegible] laqueis. *Idem.* antiquâ Saxo[illegible] gen[illegible] e ſe *in epiſtola ad Ethelbaldum* [illegible] *legem*,ind[illegible] cat.

Magdeburgi. [illegible] enim [illegible] arolum fanum Veneris ſubver-[illegible] ſcribit *Crantzius in Saxonia.*

Luneburgi. Nam ibi Lunæ idol[illegible] Carolus deſtruxit. *I-rem[illegible]*

Viſeldis Nam ib[illegible] ſoli[illegible] ſtatua[illegible] *Idem.*

Hamburgi ubi templum Jovis fuiſſe,quidam tradunt.

In Holſatiâ. Chr[illegible] onicon Holſatiæ.

Apud [illegible] *Bonifacius*,in epiſtola ad Ethilbaldum. [illegible] parer ex epiſtolâ Zachariæ [illegible] ad Bonifacium; [illegible] ut Chriſtiani [illegible] exigant, ſuadet.

In Friſia. Magna pars gentis Friſonum adhuc pagana eſt. *Bonifacius, in epiſtola ad Stephanum Papam.* A[illegible] Pagani Bonifacium poſtea interfecerunt. *Regino.* Anno 754. *Si-gebertus.*

Trajecti Pagani deſtruxerunt ecclefiam Salvatoris à Wi-[illegible] broido exſtructam. *Epiſtola Bonifacii ad Stephanum.*

In Anglia. Nam Paganos [illegible] locos in Britan-nia prædati [illegible] Offam [illegible] ebredum [illegible] *teſte* [illegible] *Synodo Angli* [illegible] Adriano, [illegible] ganos aliquos [illegible]

In Ammia, Stra bia & Aſtra. [illegible] idolo atrat Caro-lus Martellus ce[illegible] & fana eorum [illegible] ſtruxit. *Blondus.*

Harteſburgi. [illegible] Krodo,i[illegible] Saturnus, cultus eſt, *teſte Crantzio in Saxonia.*

Apud Heſſos Deus noſtrum iter ſuâ [illegible] has[illegible] [illegible] id eſt [illegible] Pagano [illegible] H[illegible] orum ac Saxo-num,direxit *Wigbertus* inquit *presbyter in epiſtolâ ad mona-chos Glaſtingabur enſes.*

Weſtmaria in Weſtphaliâ, Paganos *arbores* coluiſſe, tempore Bonifacii. *Chronicon Iſenacenſe* habet.

In Thuringia Paganos fuiſſe, conſtat ex epiſtolâ Grego-rii II.ad plebem Thuringiæ, *tomo 2. Concil.* Et *Nauclerus* in-quit. Inter Thuringos erant aliqui Chriſtiani, plures adhuc Pagani.

In Polonia. Reges enim, qui hoc ſeculo in Poloniæ [illegible] unt, *Cromerus* id[illegible] olatr[illegible] appellat. Et Wendam reginam Cracoviæ victimas mactâſſe,& ſe[illegible] pſam diis patriis devo-viſſe, ac de ponte in Viſtulam præcipitem dediſſe, *idem* ſcribit.

Romæ, mulieres, pagano ritu, phylacteria & ligaturas in [illegible] & c[illegible] b[illegible] ta habuerunt, & [illegible] obnule-ure. *Bonifacius in epiſtola ad Zachariam.* *Apud Naucleru*

CAPUT DOCTRINAE SEU *opinionum Ethnicarum*

De Diis & Deabus [illegible] nierunt, quod hominum more ſint [illegible] ,& quòd ſint benefici,& juſti,& omnipotentes. *ut colle-gitur ex Epiſtola Danielis ad Bonifacium.*

Alii alios [illegible] Nam Saxonum dii fuerunt Krodo ſeu Saturnus, Mars,Luna Sol, Venus Jupiter.

Amalgi [illegible] nemora & arbores pro diis adorarunt. *Zonaras in Leone.* Idem Heſſi fecerunt,ante Bonifacii ad-ventum,& Wimariense.

Hunni in Pannoniis, & Martem, & Herculem, & Danu-bium adorant,& venerantur libationibus atque ſacrificiis: *apud Bonfinium*

DE MUNDO.

Alii ſentiebant, eum eſſe æternum: alii verò, eum initium habere. *Daniel in epiſtola ad Bonifacium.*

De Aſtris

Gentiles ajunt per Aſtrorum & [illegible] Lunæ ortum occaſum

[Margin notes, left column: * in cap. 2 Marci. * in cap. 1. * in cap. 6. in cap. 7. in cap. 4. in cap. 11. * in ca. 20 Luca. * cap. 11 Luca. * cap. 13. * lib. 4. Orthod. * 20 cap. 4. * cap. 15. * lib. 21. * Queſt. 10. in lib. 4. & lib. 2. in Marc. c. 4. * lib. 20. * lib. 21. * lib. 1. * Tomo 3. * lib. 3. lib. 1. de.]

[Margin notes, right column: * Tomo 2. Concil. * Lib. 6. * li. 2. c. 13. lib. 12 Eurg. Germ. * lib. 2. * Lib. 15. cap. 19. * Dec. 2. lib. 10. * li. 21. c. 23. * Gen. 25. * lib. 2. * Gen. * Tomo 3. * Dec. lib. 9.]

Occasum, & commixtiones, omnia dispensari, quæ apud nos fiunt. *Johannes Damascenus.* *

De Auguriis.

Existimabant, deos suos per auguria prænunciare futura. Sic Ungari, aquilis admoniti, in Transylvaniam penetrant. *Bonfinius.* *

De Oratione.

Idola sua adoranda censebant: *ut patet ex epistola Gregorii II. ad Thuringos.*

Angliæ Regem adorâsse stellam, tempore Bonifacii, *Valentinus Muntzerus* indicat.

Formulam ethnicæ invocationis *Bonfinius* * describit: quàm postea inter Ritus recitabimus.

De Bonis operibus.

Saxones sentiebant, nullam fidem aut pacem esse servandam Christianis, ob suæ superstitionis detentionem, aut propagationem. *Aventinus.* *

De Regimine sacro.

Habuerunt suos Sacerdotes & Pontifices. *Beda.* *

Apud Holsatos, Bardi poëtæ & sacerdotes erant, qui Bardevici habitabant; &, præter sacrificia, res gestas Saxonum, versibus seu rhythmis, in suâ linguâ scripserunt. *Johannes Petersen in Chronico Holsatorum.* *

De Ceremoniis & ritibus eorum.

Suis diis & deabus sacrificabant. *Daniel in epistolâ ad Bonifacium.* Ac videntur etiam homines immolâsse. Nam Christianos sua mancipia iis ad immolandum vendidisse, *Gregorius II in epist. ad Bonifacium* refert.

Apud Paganos, sacrificia mortuorum, sortilegia, phylacteria, auguria, incantationes, hostias immolatitias, ignes sacrilegos, quos vocabant Nedfri, in usu fuisse, *constat ex Synodo Francicâ.* *

Pergamenses, Magi instinctu, mulierem gravidam, & infantem ejus, sacrificant. *Paulus.* *

Et Frisones, sorte jactâ, elegisse homines ad sacrificia, *Vincentius* * indicat, & *Erfordiensis.* †

Ritum libandi & sacrificandi apud Hunnos, *Bonfinius* in hunc modum describit: Arpadus, Rex Hunnorum, filius Almi, inspectâ terrâ, herbis, aquâ, quam attulerat Cusidus ex Pannonia, quam repetere volebant Scythiæ populi; advocatâ concione, omnia è sententiâ evenisse profatur: ex [illegible]uris & herbarum indicio, regionis clementiam & ubertatem auspicatur. Mox cornu aquam infudit, altâque voce; *Mars pater*, inquit, *tuque parens Hercules, quorum auspiciis, Majorum exemplo, almas tam procul Pannonias petivimus, perpetuas has nobis sedes concedite. Vestram hic gentem sistite: et terribus nostris finem imponite. Danubiumque patrem nobis perpetuo conciliate. Ita denique vestris numinibus nobis semper adstate, ne ab infestis finitimis obruamur. Imo quando vestris auspiciis ductuque militamus: eas præstate vires, ut deorum & hominum propugnatores ubique gentium prædicemur.* Hæc præfatus, Marti & Herculi progenitori Istrianam aquam ex more libavit; multasque victimas Patriis diis, per singula castra, mactari eduxit. Ter ab omnibus feliciter acclamatum.

Habebant etiam sua fana & idola. *Annonius* * fanorum & idolorum apud Frisios meminit. Et Saxonum idolum Irmenful, in castro Eresburg, nominat. *

Loneburgi, Lunæ simulacrum, à Julio Cæsare, usque ad Caroli Magni tempora, mansisse; & ab eodem destructum esse: *Irenicus* * affirmat.

Solfeldii, Solis statuam, à Julio positam, & à Carolo postea destructam, *idem* * narrat.

De Festis.

Pagani Calendis Januarii in plateis saltabant, noctu cõvivabantur; exercebant incantationes; cantabant carmina: nullum vel ignem, vel ferramentum, vel quid aliud, cuiquam ex domo suô commodabant: *ut patet ex epistola Bonifacii ad Zachariam, apud Nauclerum.* *

DE IDOLO HERMANSAL, SEU POTIUS Jedermans Suele; id est, omnium seu communis statua.

Simulacrum Hermansal, in Westphaliâ, Heroburgi, seu in castro Hermopoli, (*ut appellat Gregorius Turonensis*) a Saxonibus cultu, in hunc modum describit *Crantzius in Saxonia* * Erat armati toto corpore effigies, cujus in dextrâ signum militare (nostri vexillum vocant) præferens [illegible] cujus ut breve momentum, & facilis ortus & interitus, [illegible] eventûs præliorum. In sinistrâ l[illegible]am expâ[illegible]it du[illegible]am pugnantium sortem; [illegible]ci è hue atque illuc inclinantem. Pectus inerme ursum præferebat; interritũ[illegible] bellatorum animum insinuans. In clypeo leo: qui bestiarum imperator, invictum [illegible] fortia facta impetum monstrat. Floribus consito campo quo stabat: quòd nihil jucundius solet videri fortibus, quàm in acie virtutem ostendere.

Originem istius nominis [illegible] aliunde ducunt. Quidam ab Hermete, id est, Mercurio: alii à Marte putant [illegible]. Alii Jedermans Suel, quasi commune perfugium & asylum omnium, & Martem communem: qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius, quò ponat victoriam. Sed *Aventinus* * ab Hermione, Germanorum Rege, Hermanni, quasi Hermanni aula, & nomen & idololatriam illam esse, verisimiliter existimat.

De loco verò, an Mersburgi ad Lippam; ut *Regino & alii Gallicani scriptores*; an verò Mersburgi ad Salam, simulacrum illud fuerit: dubitat *Crantzius.* *

De idolo Krodo.

In arce Hartzburg, Saxones coluère idolum Crodo: Saturnum dixère Latini. Erat senex, qui stabat in pisce, quem Persicum vocant: & tenebat rotam & urnam. Rota, unionem populi; & urna, rerum abundantiam significabat. *Crantzius in Saxonia,* * & *in Metropoli.* †

De simulacro Magdeburgico.

In arce Magdeburg, idolum colebatur à Saxonibus, quod *Crantzius* * ex Chronicis Saxonum in hunc modũ depingit. Stabat in curru nuda fæmina, myrteâ caput cinctâ coronâ: ardentem faculam in pectore; in dextrâ, Mundi figurâ; in sinistrâ verò, mala aurea tria, præferebat. Post eam tres puellæ, (Charites Græci: Latini Gratias dixère) nexis manibus, nudæ singula poma gestabant, versis invicem vultibus dona porrigentes. Jugales quadrigæ erant, gemini cygni, totidemque columbæ. Venerem hac imagine figurabat Gentilitas.

De idolo Luneburgico.

Apud Luneburgicos, in columnâ statuam fuisse, longis auribus, auream Lunam gestantem, *Chronicon Saxoniæ* refert.

De idolo Hamburgico.

Idolum Hamburgicum in hunc modum *Crantzius in Saxonia* * depingit. Licèt ipse dubitet, an verè eo in loco cultum sit hoc seculo. Sedet Rex in solio: & ex ore ejus, alterâ parte fulmina; alterâ verò, tonitrua consurgunt. ipse sceptrum gladiumque manu præfert. A dextris, veterum mascula numina; Apollo, Mercurius, Neptunus, Mars, Vulcanus, Pluto: à sinistris fœminea, Juno, Ceres, Venus, Minerva, Diana, Vesta.

DE MORIBUS.

Paganos vitam, societatem, & doctrinam fidelium Christi despicere, *Beda* * affirmat.

De matrimonio Saxonum hæc Bonifacius *teste Vilhelmo* * scribit, in epistolâ ad Ethilbaldum Regem. Pagani, verum Deum ignorantes, naturaliter, quæ leg[illegible], & quod ab initio Deus constituit, custodiunt: qui[illegible] uxoribus matrimonii fœdera servantes, [illegible] & adulteros puniunt. Nam in antiquâ Saxoniâ, si virgo paternam domum adulterio maculaverit; vel si mulier maritata, perdito fœdere matrimonii, adulterium perpetraverit: aliquando cogunt eam, propriâ manu per laqueum suspensam, vitam finire, & super bustum [illegible] incensæ & concrematæ, corruptorem ejus suspendunt. Aliquando, congregato exercitu fœmineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cædentes, & vestimenta ejus abscindentes juxta cingulum, & cultellis totum corpus ejus secantes, & pungentes minutis vulneribus, cruentatam & laceratam de villâ ad villam mittunt, &

[illegible]erunt semper novæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ: usquequò eam aut mortuam, aut vix vivam derelinquant: ut cæteri timorem adulterandi & luxuriandi habeant. Et Winedi quod est fœdissimum & deterrimum genus hominum, tam magno zelo matrimonii amorem mutuum observantur mulier, viro proprio mortuo, vivere recuset. & laudabilis mulier inter illos esse judicatur, quæ propriâ manu sibi mortem intulit, ut in unâ strue pariter ardeat cum viro suo.

Duas simul uxores aut plures ducebant: quod *Gregorius II. in epistolâ ad Bonifacium*, jubet abrogari.

Apud Holsatos lex fuit: ut nobilis nobilem, liber liberam, servus servam duceret; & secus faciens vitam amitteret. *Johannes Petersius in Chronico Holsatiæ.*

¶ Caballos agrestes & domesticos comedebant Saxones. *Gregorius II. in epistola ad Bonifacium.*

Holsatos & Saxones poculis certâsse; & victori coronâ de rosis dedisse, eumq; celebrâsse: *Petersius in Chronico Holsatia* refert. Et Bonifacius, in epistolâ ad Romanum Pontificem, *apud Mutium*,* inquit: Animales homines tempora quædam anni habent, quibus insaniunt, crapulâ se degravantes & inebriantes; comessationibus totos dies & noctes vacantes; clamantes ferino more; saltantes & canentes cantiones obscenas, quæ facilè mores corrumpunt bonos. Mulieres se exponunt meretricio quæstu venales.

* lib. 7.

Apud Amaigos. Reges avari omnes venustos pueros castrari jubebant: eosque postea Romanis, qui eunuchis delectabantur, vendebant: & parentes eorum, ne ulciscerentur injuriam, interficiebant. *Zonaras* in Leone.*

* Tomo 3

Apud Anglos, Pagani vulnera sibi infligebant; & de cicatricibus gloriabantur: & equis suis nares findebant; auresque colligabant; & caudas amputabant: & lites sortilegio dirimebant. *Synodus Anglica.**

* cap. 19.

Sepulcra eorum in montibus suête ubi acervis lapidum Heroës texerunt; aut igne exustos cineres urnis abdiderunt. *Ibidem.*

PROPUGNATORES GENTILISMI.

Istam autem vanitatem defenderunt & propagarunt Sacerdotes eorum, & Philosophi. Nam BEDA inquit:* *Irati Philosophi & Pontifices idolorum, et se credere timent, cujus verbo suam culturam simul & sapientiam dolent destructam.*

* lib. 4 in Samu. 6.

Et Magi. Nam Pergamenses Magus decepit. *Paulus.** Et Persis sedecim Magi persuaserunt, quòd in cœlum essent subvolaturi. *Idem.**

* lib. 20. * lib. 22.

Astrologi & Pseudoprophetæ. Talis videtur fuisse Pancratius; qui Constantino prædixerat victoriam contra Bulgares. Verùm, cum Imperator, eâ spe fretus, negligentiùs omnia ageret: vincitur ipse; & Astrologus ejus cadit in acie. *Paulus.**

* lib. 23.

Et Reges & Magistratus. Rathbodus, Frisiorum Rex, multos deos coluit, &, destructis Christianorum templis, idolis suis fana ædificavit: *ut refert Hedio.** Et cùm baptizandus esset, ex lavacro pedem retraxit, cùm audisset, plures ex suis majoribus esse in inferno, quàm in paradiso. ac dixit; Satius esse, ut plures, quàm pauciores, sequeretur. *Sigebertus, anno* [illegible]. Ramgarius idololatra, Grimoldum, Pipini filium, Leodii in templo interfecit. *Sigebertus, anno Domini* [illegible]3.

* lib. 6.

Et superstitiosi homines. Pagani Thuringos ad idolorum cultum compellere conati sunt. *Gregorius II. in epistola ad Thuringos.* Et triginta ecclesias incenderunt, in diœcesi Bonifacii: ut conqueritur ipse, in epistolâ ad Stephanum, *apud Naucleru**m & *Mutium* †

* Gener 26. † lib. 7.

Pagani Christianis sua vitia exprobrabant. Sic *Bonifacius* dicit, ipso Paganos sibi objicere turpe Anglorum libidines: quo[illegible] spretis legi[illegible] connu[illegible]is, adulterando & luxuriand[illegible] imitant Sodo[illegible]itas. *in epist. ad Ethelbaldum*, & *dist. 56 cap.* [illegible]*gnus Anglorum.*

[illegible] Nam quidam sua mancipia Paganis ad im[illegible] venu[illegible]d[illegible]unt. *Gregorius II. in epistola ad Bonifacium.** P[illegible]gamenses, [illegible] cujusdam Magi, cùm essent obses[illegible] a Saracenis [illegible] quidam mulier[illegible]m incidunt, & infantem coquunt: & eo cruore dextras manicas tingebant; opinantes, se feliciùs pugnaturos. *Paulus Diaconus.**

* Tomo 2. Concil.

Et superstitiones ethnicas observantes: quales fuerunt Caucolatores Tempestarii Obligatores, & qui de arboribus, vel petris, vel fontibus, suspendebant luminaria; & similes ineptias certâ aliquâ persuasione faciebant: *ut patet ex Constitutionibus Caroli Magni.* Itèm cloccas seu campanas baptizantes; & chartas per perticam suspendentes contra grandinem.

Et Imperatores, ethnicas consuetudines observantes. Sic Justinianus, Philippicus, Constantinus, ludos Circenses exhibuisse scribuntur *à Zonarâ.** Et Constantinum Copronymum accusant, *Paulus Diaconus,** & *Zonaras, Suidas, & alii*; quod Venerem coluerit, & dæmones invocaverit; atque in Maurà, ex adverso urbi sitâ, noctu sacra fecerit: ac pueros mactaverit, inter quos fuerit Havii filius. [Sed hæc crimina ab Iconolatris falsò in eum conficta videntur.]

* Tomo 3. * lib. 22.

Et Christianos in Germania ethnicas consuetudines observare, Bonifacius scribit in epistolâ ad Zachariam, *apud Naucleru**m.* Romanas mulieres etiam phylacteria habere, *ibidem* testatur.

* Gener. 25.

A' QUIBUS, ET QUOMODO, CONTRA *Gentilium errores & superstitiones pugnatum sit.*

In exercitu Dei, Gentium idola & vanitates expugnantes antesignani sunt Sacerdotes; inter quos JOHANNES *Damascenus* opinionem de Astris refutat, in hunc modum:* *Gentiles ajunt, per astrorum bortum, & Solis, & Lunæ ortum, occasum, & commixtiones, omnia dispensari, quæ apud nos fiunt. Circa hæc enim Astrologia versatur. Nos verò dicimus, signa ex ipsis fieri, imbris & serenitatis, frigiditatis & caliditatis, humiditatis & siccitatis, & ventorum, & similium, nostrarum autem actionum nequaquam. Nos enim liberæ potestatis à conditore facti, domini nostrarum actionum sumus. Si enim ex astrorum latione cuncta facimus, ex necessitate ea operamur quæ facimus. Atqui, quod ex necessitate fit, neque virtus, neque vitium est. Si autem neque virtutem, neque vitium possidemus: neque laudibus & coronis, neque vituperationibus & punitionibus sumus digni. Invenietur autem & Deus injustus, his bona, illis verò tribulationes tribuens. Sed neque gubernabit, neque justum ipsum creaturarum providentiam geret Deus: si secundum necessitatem ducuntur omnia, atque feruntur. Sed & in nobis ratiocinandi potestas vana erit. Nam si nullius actionis domini sumus: vanè consultamus. Rationalis autem potestas omninò consilii gratia nobis indulta est. Unde & omne rationale, liberæ potestatis ac arbitrii est.*

* lib. 2. Orthodox. fid. c. 7.

Bonifacium etiam contra Gentes strenuam navâsse operam; testatur *Daniel, in epistolâ ad ipsum*: in quâ ei præscribit argumenta, quibus refutandæ sint erroneæ Paganorum opiniones. *Idem Daniel*, hoc modo refutat opinionem Gentium, quòd dii eorum non sint omnipotentes, nec justi. *Si omnipotentes sunt dii & benefici, & justi: non solùm suos remunerant cultores: verumetiam puniunt contemtores. Et, si hæc utraque temporaliter faciunt: cur ergo parcunt Christianis, totum penè Orbem ab eorum cultura avertentibus, idolaque evertentibus? & cum ipsi, id est, Christiani, fertiles terras, vinique & olei feraces, cæterisque opibus abundantes possident provincias: ipsis autem, id est, Paganis, frigore semper rigentes terras cum eorum diis reliquerunt, in quibus jam tantùm, toto Orbe pulsi, falsò regnare putantur.* Hassos, sylvas & lucos adorantes, Bonifacius convertit. *Hedio.** Et apud Wismarienses, arborem, quam Pagani pro Jove colebant, destruxit. *Chronicon Isnacense. Synodus Anglicana** præcipit omnibus episcopis: ut augures, aruspices, incantatores, veneficos, sortilegos, coërceant.

* lib. 17. * cap. 3.

Et Pontifices Romani. Nam Gregorius III. in epistolâ ad Suevos & Bavaros, monet eos, ut gentiles ritus abjiciant: *teste Mutio.** Et Zacharias ethnicos ritus, qui Romæ iterum pullulaverant, de Calendis Januariis, auguriis & incantationibus, abrogavit: *ut patet ex epist. ejus ad Bonifacium.* Idem prohibuit, ne Veneti mercatores mancipia Christiana in Africam deportarent, & Paganis venderent. *Liber pontificalis.*

* lib. 8.

A

Synodi. FRANCICA Synodus inquit:* *Decrevimus, ut, secundùm Canones, unusquisque episcopus in suâ parochia solicitudinem habeat, adjuvante Graphione, qui defensor Ecclesiæ est: ut populus Dei paganias non faciat;* sed ut omnes spurcitias gentilitatis abjiciat & respuat: sive profana sacrificia mortuorum; sive sortilegos vel divinos; sive phylacteria & auguria; sive incantationes; sive hostias immolatitias, quas stulti homines juxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum Martyrum vel Cõfessorum Domini, suos Sanctos ad iracundiam provocantes: sive illos sacrilegos ignes, quos Nedfri vocant, sive omnes quæcunque sunt Paganorum observationes, diligenter prohibeant.

B

SYNODUS Nicęna II.* *Gentilitatem in sacrificando omnem idololatriam, & statuarum copiam, catholica aversatur Ecclesia.* SYNODUS Romana sub Zachariâ:* *Nullus Calendas Januarii, & Brumas, ritu Paganorum colere præsumat, aut mensam cum dapibus præparet; & per vicos & plateas choros ducat.*

[* Tomo 2. Concil. — * Act. 6. — * cap. 9.]

Magistratus. Justinianus Amasgorum Principibus prohibuit, ne pueros ampliùs castrarent: ac populum illum, lucos & arbores pro diis colentem, ad fidem Christi per Sacerdotes adduxit. *Zonaras.*

C

* Carolus Martellus contra Frisios, numinum cultores, arma cepit; & fana & lucos eorum exstirpavit. *Aventinus.* * Eosque ad professionem Christianæ fidei cruentis præliis coëgit: anno Domini 725. *Mutius in Chronico Germaniæ.* * Carolomannus mulctam undecim Solidorum exigit ab iis qui Paganorum superstitiones observent: *apud Nauclerum.* * Pipinus victum Rathbodum, Frisonum Ducem, coëgit Clementem episcopum suscipere. *Aemylius.* * Carolus Martellus, captis insulis, Amniâ, Serachiâ & Astrachiâ, fana idololatrica subvertit. *Blondus.*

D

* Bonifacius in epistolâ ad Danielem ait: sinè patrocinio Principis Francorum, se non posse Paganorum ritus, & sacrilegia idolorum, in Germaniâ prohibere. Carolus fana & idola Fritonum contrivit, atque igne combussit. *Annonius.* * Idem idolum Saxonum Hermensaul, in castro Eresburg, evertit. *Annonius.* * Et idolum Lunæ, Luneburgi; & Solis, Soltfeldii. *Irenicus.* * Et idolum Crodo, qui fuit Saturnus, Hartzburgi. *Crantzius in Saxonia.* * Ac Carolum in Saxoniâ Scabinis potestatem fecisse, laqueo suspendendi, aut gladio feriendi, eos, qui diis sacrificassent, aut ecclesiasticas ceremonias contempsissent;

E

Mutius * ex Æneâ Sylvio refert. ac aliquoties eum, solam illam ob caussam, arma contra Reges gentiles sumsisse, quòd Christianos persecuti essent, *ibidem* indicat. In Sicambriâ, quæ nunc Buda appellatur, Carolus Ungaris destruit sua idola, Herculem & Martem, templaque eorum; & ad fidem Christi eos invitat. *Bonfinius.* *

[* Tomo 3. — * lib. 5. — * lib. 8 — * Gener. 25. — * lib. 1. — * Dec. 2. lib. 10. — * li. 4. c. 55 — * lib. eod. c. 69. — * lib. 12. — * li. 2. c. 12. — * lib. 7. — * Dec. 1. lib. 9.]

Et Ecclesia, precibus suis. Nam Angli, per literas à Bonifacio admoniti, pro Saxonum conversione Deum invocarunt.

F

Et confessione. Thuringi Paganis, de idolorum cultu periculum minantibus, responderunt: se malle mori, quam fidem semel in Christo acceptam violare. *Gregorius II. in epistolâ ad eosdem.*

Et armis. Ex iis, qui pro Christo certare constituerunt, alii quidem pro pietate solummodò decertarunt adversùs Gentiles, qui errorem simulacrorum tuebantur. *Metaphrastes* * *in vitâ Theodosii & Theophanis.*

[* Tomo 5.]

DE MAHUMETISMO.

G

IMpia & blasphema Mahometi religio partim studio novitatis, partim vanitate hominum, partim etiam armis & victoriis Saracenorum & Turcorum, diffusa & propagata, multa in orbe terrarum loca obtinuit: quorum illa, quæ in literas relata sunt, nominatim percensebimus.

IN ASIA.

Hierosolymis. Ibi enim Habdallas jejunavit; & Christianos affligit. *Paulus Diaconus.* *

H

In Samariâ & Trachonitide. Nam ibi Saraceni dominantur. *Paulus.* *

In Syriâ, Habdallas *ἀκροστόλια* Ecclesiis eripuit, & Judæis vendidit; absque dubio Mahometi superstitiones instituens. *Paulus.* *

[* lib. 22 — * ibid. — * ibid.]

A

Antiochiæ. Indè enim Salim Theodorum patriarcham ejecit. *Paulus.* *

Majumæ. *Paulus.* *

Pergami. Masalmas, Princeps Saracenorum, Pergamum expugnat: nec est dubium, quin ibi plantârit suæ religionis radices. *Paulus.* *

In Mesopotamiâ. Nam in eâ regnat Habdallas. *Paulus.* * Et Nisibis meminit *ibidem.*

B

Damasci, templum Christianorum Ulid adscribit suo Mahometo. *Paulus.* * Et ibi Hali, Arabum Dux, Petrum, Mahometi vanitatem damnantem, punit. *Paulus.* *

Emesæ, Thesias Judæos & Christianos ad menzerizandum compulit. *Paulus.* *

In Romaniâ. Ibi enim passim Thesias Christianorum servos fecit apostatas; & ecclesias Christianorum subvertit. *Paulus.* *

In Arabiâ. *Paulus.* * Mecha locus blasphemiæ Saracenorum vocatur. *

C

In Perside. Nam Chorosanitæ Maurophori indè contra Marvam veniunt. *Paulus Diaconus.* *

Apud Dabechum, Maurophori filium Protosymbuli sui Deum pronuntiant. *Paulus.* *

[* ibid. — * ibid. — * lib. 20 — * Lib. eod. — * ibid. — * lib. 22. — * lib. 23. — * ibid. — * lib. 22. — * ibid. — * lib. eod — * ibid.]

IN AFRICA.

In Ægyptum fugit Marvan, unus ex Mahometi posteris; ac ibidem à Maurophoris occiditur: & Salim, Dux Saracenus, præficitur Ægypto. *Paulus.* *

[* lib. 22.]

IN EUROPA.

D

In Hispaniis. Nam Muhavia in Hispaniam quosdam Saracenos transtulit: & cognati Marvæ, pulsi ex Ægypto, etiam eò confugerunt; anno Constantini 9. *Paulus.* * Et idoli à Mahometo in Gadibus positi, meminit Turpinus Remensis *apud Erfordiensem.* *

[* lib. eod. — * cap. 68]

In Galliis. Nam ab Eudone invitati, ex Hispaniis in Gallias, cum omnibus famulis suis, infinitâ multitudine transeunt; anno Domini 730. & dimidiam ejus regionis partem occupant. Unde Caroli & Francorum virtute, intra annos 8. vix propulsantur.

CAPITA ERRORUM MAHOMETISTARUM.

E

De Deo sentiunt, juxta Alcoranum: unum Deum esse, factorem omnium gentium; sed non generatorem. *Damascenus de Hæresibus.*

Christum asserunt Verbum Dei esse, & Spiritum ipsius; creatum autem, & servum: & quoniam ex Mariâ, sorore Moysis & Aaron, sinè semine natus est. *Verbum enim, ait, Dei & spiritus intravit in Mariam; & genuit prophetam existentem & servum Dei. Et quoniam Judæi, Legem transgredientes, voluerunt ipsum crucifigere; & tenentes, crucifixerunt umbram illius. Ipse autem Christus non est crucifixus, ait, neque mortuus est. Deus*

F

enim assumsit ipsum ad se-ipsum in cælum: quia amavit ipsum. Damascenus de Hæresibus.

Jesum invitum passum esse, affirmant. *Ibidem.*

Johannem Baptistam, ut qui Christum sanctificârit, majorem esse Christo, nugantur.

Deum faciunt caussam & autorem mali: quia in generatione tam cooperetur fornicatoribus & adulteris, quàm veris conjugibus. *Damascenus, in altercatione Christiani & Judæi.*

G

De sacrâ Scripturâ sentiunt: quòd non ea probet, Jesum esse Filium Dei, & verum Deum; sed malè per allegoriam accommodetur, aut corrupta sit ab Hebræis. *Damascenus de Hæresibus.*

De Alcorano nugantur, quòd à Deo datus sit Mahometo dormienti. *Ibidem.*

De Christianis sentiunt, quòd sint hæretici, eosque *ἑταιριαστάς* vocant: eò quòd alterum à Deo inducant, dicentes, Christum esse Filium Dei, & Deum: itèm quòd sint idololatræ, crucem Christi adorantes. *Damascenus ibidem.*

H

De Ceremoniis sacris Mahometistarum.

Habebant Mahometani sua templa, in quibus Mahometum colebant: ut Hierosolymis, & Mechæ, & Damasci, Ulid templum Christianis eripuit; ac in eo Mahometum coli jussit. *Paulus.* *

[* lib. 20.]

A Habebant suos ritus, in initiandis iis, qui ad eam vanitatem accedebant. Nã Habdallas præcepit, Christianis & Judæis characteres in manus inscribi. *Paulus.* * Et Thesias Christianorum servos apostatas fecit, & menzerizavit eos, qui dudum infideles fuerant. *Idem.* *

* lib. 22. * lib. 23.

Saracenos habuisse sua quædam symbola Mahometi, quibus sibi invicem fidem fecerunt: constat *ex Paulo.* * Nam Habdallas Amuslim ex Perside, precibus & blandis verbis, & exsecrabilibus symbolis, scilicet virgâ & sandaliis Mahometi, ad se evocavit.

* lib. 22.

B De sacrificiis Saracenorum, GERMANUS in epistolâ ad Thomam inquit: *Saracenis sufficiat, quòd in eremo lapide inanimato sacrificia faciant, acclamentque hanc vocem Chobar: quòd à patribus acceptum per puerilia mysteria & festa peragunt.*

Venerabantur lapidem, osculando. *Damascenus de Hæresibus.*

Jejunia celebrant. Habdallas Hierosolymis, ubi erat Mahometi templum, jejunat. *Paulus.* *

* lib. 22.

Ritum tondendi, Turcæ observant: quem peste laborantes olim, suasu Christianorum, susceperunt, remedii loco. *Sigebertus.* C

De idolo Mahometi.

In Gadibus est lapis antiquus, in margine maris, opere Saracenico optimè sculptus super transitu, deorsum latus & quadratus, desursum strictus, & tantæ altitudinis, quantum solet volare corvus in sublime: super quem elevata est imago illa de aurichalco, optimè in effigie hominis fusa; super pedes suos erecta; faciem habens versùs meridiem; & clavem quandam ingentem dextrâ manu tenens. Quæ clavis, ut tradunt Saraceni, de manu ejus cadet, anno, quo rex futurus in Galliâ natus fuerit; qui totam Hispaniam Christianis legibus in novissimis temporibus, subjugabit. D Moxque, ut viderint Saraceni clavem lapsam, gazis suis in terrâ positis, omnes fugient. Tradunt Saraceni, quòd idolum illud Mahomet, dum adhuc viveret, fabricârit: & quandam legionem dæmonum arte magicâ eò alligârit; quæ tã fortiter id obtineat, ut à nullo unquam frangi potuerit: nec Christianos sinè periculo accedere patiatur; sed solos Mahumetanos, & aves ei insidentes subitò enecet. *Turpinus Remensis, apud Erfordiensem.* *

* cap. 68.

E *À quibus, & quomodo propugnatus Mahometismus.*

Patroni Mahometicæ vanitatis, erant Sacerdotes, & Pseudoprophetæ ejus. Talis videtur fuisse Thesias zelotes, de quo paulò pòst; & Hisces, & Hali. *Paulus.* *

* lib. 22.

Et Reges & Duces eorum. Sic Gizid, Dux Arabum, pro Mahometi religione, qui imagines & idola damnaverat, ex ecclesiis Christianorum simulacrum Christi & Mariæ virginis exturbat, excitatus à Judæis, pollicentibus ei imperii & vitæ diuturnitatem. *Paulus Diaconus,* * & *Zonaras.* † Maday misit in Romaniam, Thesiam Zelotem; eique potestatem dedit, apostatas faciendi Christianorum servos, & desolandi Ecclesias sanctas: id quod fecit. *Paulus.* * Hali, Dux Arabũ. Damasci Petro linguam præcîdit: eò quòd Saracenos arguerat socios Manichæorum. Idem, Majumæ alium Petrum, Mahometum pseudoprophetam appellantem, gladio ferit. *Paulus.* * Salim, Dux Arabum, Theodorum Antiochiâ in Moabitidem deportat; eique vetat, ne cum Arabibus de fide Christianorum loquatur. *Idem.* * Habdallas à Christianis tributa majora exegit, & cruces de Ecclesiis sustulit: & vigilias nocturnas celebrare, & literas discere, vetuit. *Idem.* * F G

* lib 21. † Tom. 3. * lib. 23. * lib. 22. * lib. eod. * ibid.

Et Turcæ, gens Scythica: quæ circiter annum Domini 760. è Caspiis portis erumpens, in Mahometi errores consensit, eosque armis propagare adjuvit. *Volaterranus, Gasparus in epitome, & Sigebertus anno Domini 762.*

A quibus, & quomodo Mahumetismo repugnatum.

Mahometi dogmata & superstitiones oppugnabant pii, sinceri, & constantes Doctores. Nam PETRUS, Damasci metropolitanus, palàm accusavit Arabes; quod Manichæorum hæresin amplectantur per Mahometismum. *Paulus.* * H Et JOHANNES Damascenus, in libro de Centum hæresibus, & in libro de Altercatione Christiani & Saraceni, erroneas eorum refutat opiniones. Contra opinionem de Alcorano sic inquit: * *Quis est testificatus, quoniam Scripturam* A *ipsi dedit Deus? Vel quis Prophetarum prædixit, quoniam talis surget propheta? Et quærentibus ab ipsis: Numquid, quemadmodum Mosi in monte Sinâ, in conspectu totius populi, fumigante monte, dedit Deus legem, sic & illi Scripturam, quam dicitis, tribuit, ut & vos certitudinem habeatis? Respondet: Quoniam Deus, quæcunque vult, facit. Hæc & nos aimus, & novimus, sed sic, qualiter Scriptura descendit in prophetam vestrum, interrogamus. & respondent: Quoniam, dum dormivit, descendit Scriptura super ipsum. Et ridiculum, ad ipsos dicimus nos: quoniam jam, quia dormiens* B *recepit Scripturam, & non sensit operationem in ipsum; impletum est, quod est vulgaris proverbii. Rursus nobis interrogantibus, qualiter, ipso præcipiente vobis in Scripturâ vestrâ, nihil facere vel recipere sine testibus, nõ interrogastis ipsum: quoniam primum ipse demonstra per testes, quia propheta es, & quoniam a Deo existis, & quæ Scriptura testificatur de te: tacent, erubescentes. Ad quos rationabiliter rursus aimus: quia uxorem ducere non licet vos sinè testibus, neque emere, neque possidere; neque vos ipsi recipitis asinos vel pecus, sinè testibus, ad habendum. Habetis quidem & uxores, & asinos, & reliqua per testes: solam autem fidem & Scripturam sine testibus habetis.* C *Qui enim hanc vobis tradidit, ex nullâ parte habet firmitudinem: neque aliquis prætestificans illum agnoscitur: sed & dormiens recepit ipsam.*

* lib. 22. * li. de Hæres.

Contra calumniam, quòd Christiani sint heteraftæ, idem ait: * *Vocant autem nos heteraftas, ab* ἑταιρ[illegible] , *quod est, alter: quoniam aiunt, quòd alterum a Deo inducimus; dicẽtes Christum esse filium Dei, & Deum. Ad quos aimus quoniam hoc Propheta & Scriptura tradiderunt: vos autem resistitis Prophetas recipere. Si igitur malè dicimus Christum Dei filium illi docuerunt & tradiderũt nobis. Et quidam quidem ipsorum nobis ajunt, quoniam nos,* D *prophetas allegorizãtes, talia apposuimus: alii autem dicunt, quoniam Hebræi odientes, nos errare fecerunt, velut à Prophetis scribentes, ut nos pereamus. Rursus autem aimus ad ipsos: Vobis dicentibus, quoniam Christus verbum est Dei, & spiritus; qualiter convitiamini nobis, velut Heteraftis? Verbum enim & spiritus inseparabile est ab eo, in quo esse natum est. Si igitur in Deo est, ut verbum ipsius: manifestum est, quoniam Deus est. Si verò extra Deum est sine verbo est, secundùm vos, Deus, & sine spiritu. Igitur fugientes alterum dicere Deum, sciuditis ipsum. Melius enim erat, dicere vos, quoniam alterum habet; quam scindere ipsum. & ut lapidem* E *vel lignum, vel aliquid insensibilium, inducere. Quare vos quidem nos falso accusantes, Heteraftas vocatis: nos autem scissores vos appellamus Dei.*

* ibid.

Calumniam, quòd idololatræ sint Christiani, regerit in Saracenos: quòd lapidem Abrahæ seu Veneris adorent & exosculentur. *Ibidem.*

Ad opinionem, Deum esse autorem mali, respondet: * *Deum naturæ vim generandi indidisse, & sanxisse legem de matrimonio: quam homines transgredientes, liberâ voluntate, contra Dei voluntatem, cum scortis & adulteriis conant.*

* in Altercat. Christ. & Sarac.

F Johannem esse minorem Christo, demonstrat exemplo, à servo prolato; qui in balneo dominum aquâ perfundit: quem Saracenus pronuntiat non eo esse majorem domino; quia eum abluit. *Damascenus ibidem.*

Et Magistratus: qui armis conati sunt Saracenos & Turcos reprimere: ut in capite sequenti dicemus.

Et alii pii & constantes Christiani. PETRUS Chartularius, Majumæ ægrotans, ad Arabes inquit: * *Omnis, qui non credit in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum consubstantialem, & divinam in monade Trinitatem, mortuus est animâ, &* G *æterno dignus tormento. Talis est Mahomet pseudopropheta vester, & Antichristi præcursor. Discedite ergo (si mihi creditis, testando vobis cœlum & terram) ab illius fabulatione. Consulo enim vobis, ne cruciemini simul cum illo.* Et postea, recuperatâ valetudine, clamat altâ voce: *Anathema Mahomet, & fabulosum scriptum ejus, & cunctis qui obediunt & credunt ei!* Paulus. *

* lib. 22.

CAPUT XVI.

DE MOTIBUS ET MUTAtionibus politicis.

H TURBIS & motibus hoc seculum superiori non cedit. Nam Saracenorum potentia crevit in Oriente: & Imperatores Græci ægrè tutati sunt, in eâ Mundi plagâ, partem aliquam imperii sui. Occidentis verò regnum,

& maxi-

& maximè Italiam, Longobardi jam olim cœperant avellere. Verùm Romani Pontifices, Regum Francorum præsidio, & nimiâ superstitione, Longobardis oppressis, maximam partem prædæ sibi adscripserunt: in Francos tamen, gratitudinis ergò, dignitatem Imperii transtulerunt: ut dicemus in sequentibus.

Summam verò mutationum hujus seculi, *Naucleros* * his verbis complexus est: *Facta est Regum Francorum invocatio; Regum Longobardorum exterminatio; & Imperii Romani à Græcis transferendi dispositio.*

SUB ABSIMARO.

Absimarus, ab exercitu Imperator designatus, annos imperat 7. *juxta Sigebertum*: ab anno Domini 699. usque 705.

IN ASIA.

Sub ejus autem imperio, hi ab Historicis annotantur in Asiâ motus.

Syriam & vicinas regiones Saraceni occuparant. Absimarus ergo fratrem suum Heraclium, copiis equestribus & pedestribus instructum, contra eos mittit. Is verò in Syriam irrumpens Samosatam usque progreditur: & ad 200000. Saracenorum cædit; spoliaque ampla reportat, magno terrore hostibus incusso: anno Domini 700. *juxta Sigebertum, & Sabellicum.* * *Blondus* verò † Domini 702. anno, Absimari 2. id factum esse scribit. *Paulus Diaconus*, * & *Zonaras.* *

Anno sequenti, Habdalla, Dux Saracenorum, ulturus acceptam cladem, in Romaniam venit; & Tarentum obsidet. Sed re infectâ discedit: & Mopsuestiam exstruit, præsidioque munit. *Paulus Diaconus.* *

Baanes, Armeniorum Prætor, Saracenis quartam Armeniam prodit. Sed Principes ejus terræ, anno sequenti, nimirum Absimari 5. interemtis Saracenis, auxilium ab Absimaro petunt: & in jus Romanorum ea provincia recipitur. Sed Mahumeth, Agarenorum Dux, Romanos rursus expellit: & principes viros totius regionis captos comburit. *Cuspinianus de Imperatoribus, Paulus Diaconus,* * *Zonaras.*

In Ciliciam, eodem anno, 10000. Saracenorũ irruptionem fecerunt, Duce Azaro. Sed Heraclius, obviàm iis progressus, plerosque cædit: paucos aliquot cepit, & cunctos Imperatori misit. *Diaconus.* * Azarus verò, reparato exercitu, anno sequenti, Ciliciam denuò infestat; & Sisui castrum oppugnat. Sed ab Heraclio victus, decem-millia suorum desiderat: anno Domini 705. *juxta Funccium.*

IN AFRICA.

Ægyptii, sub Tiberio, ab Imperii Romani servitute recedunt: & proprium Regem, qui Caliph dicitur, eligunt. *Gasfarus in Epitome.* Et Saracenos Libyam & Africam occupâsse, & ab Imperio avulsisse; cùm à Belisario, primi Justiniani Duce, recuperata, Vandalis expulsis, annis 170. Romano Imperio paruisset: narrat *Platina in vitâ Johannis VI. & Blondus.* *

IN EUROPA.

Cùm Leontius Constantinopoli esset: Absimarus eam obsidet, & tandem capit; civium ædibus direptis, & iis, qui à Leontii partibus fuerant, in exsilium missis: primo anno ejus imperii. *Paulus Diaconus.* * & *Cuspinianus.*

Venetos sub Absimaro, circa annum Domini 703. primum sibi Ducem, Christophori Gradensis episcopi consilio & suasu, elegisse, Paulum Heracleensem, *Sabellicus* * commemorat. *Bergomensis* annum Domini 706. notat.

In Italiâ, Gisulphus, Dux militum Longobardorum, agrum Benventanum diripit; & maximas per Campaniam prædas agit; multasque urbes incendiis vastat. *Platina in vitâ Johannis VI.* anno Domini 703. *Palmerius, Regino,* * *Beda,* † *Adon Viennensis.* *

In Angliâ, Egfredus Northumbriæ Rex, ab Ethelredo Rege Merciorum, vincitur. *Polydorus Vergilius.* *

Justinianus, penes Chersonam exulans, meditatur recuperare Imperii dignitatem. sed incolę ejus loci, de eo vel interficiendo, vel capiendo, consultant. Ille, re cognitâ, fugit ad Chajanum, Chazarorum regem: & Theodoram, sororem, seu (ut quidam volunt) filiam ejus, ducit. Absimarus Chajano munera promittit amplissima: si Justinianum sibi tradat captum; aut interficiat. Cùm ergo socerum sibi insidiari intelligeret: fugit ad Therbellem, Bulgarorum Ducem; & Theodoram ad socerum remittit. In itinere, cùm in periculo esset, & moneretur, ut Deo voveret, quòd vellet inimicis suis condonare injurias, respondet: *Si pepercero cuiquam eorum, in hoc loco me Deus demergat.* Anno Domini 703. *juxta Sigebertum*: Absimari 5. *Paulus Diaconus.* *

SUB JUSTINIANO, POST RECUPERATUM IMPERIUM.

Justinianus Therbellis filiam uxorem ambit: & muneribus promissis, copias ab eo impetrat, quibus imperiũ recuperat: anno Domini 706. *juxta Sigebertum. Funccius* annum addit. Sex autem annos regnat: quibus hæc memorabilia evenerunt.

IN ASIA.

Damasci, Ulid. Saracenorum Princeps, templum Christianis eripit, & suó Mahometo dedicat. *Paulus Diaconus.* * Anno Justiniani 2.

Masalmas Tyannium obsidet: & Theodorum & Theophylactum, Romanos Duces, urbi subsidio venientes, cædit: ac cives obsessos, factâ traditione, pacta de pace dissolvens, in eremũ abducit: anno Justiniani 4. *Paulus Diaconus.*

Abbas exercitum movet contra Romaniam; & multos abducit captivos: & ædificare incipit Garin, in regione Eupoleos: anno Justiniani 5. *Idem.*

Muctan Ciliciæ urbes expugnat; & Comachum proditione capit: anno ejusdem 7. *Idem.*

IN AFRICA.

Julianus Tingitanæ Præfectus, ob stupratam filiam à Roderico Gothorum Rege, Saracenos in Hispanias immittit: anno Domini 714. *juxta Johannem Gothum.* * *Blondus* * dicit, id factum esse sub Justiniano, & sub Johanne VI. Idem *Platina & alii* asserunt.

IN EUROPA.

Constantinopolis à Justiniano capitur: Absimarus, Leontius, Heraclius, & omnes ejus hostes, miserè afflicti, interficiuntur: Callinicus patriarcha, orbatus oculis, Romam in exsilium mittitur, anno 1. imperii illius.

Pacem inter Romanos & Bulgares, anno 3. imperii sui Justinianus, ortâ contensione de finibus, dissolvit: & pedestribus, equestribus, & navalibus copiis, Anchialum venit. Bulgares territi, ad montes se-se recipiunt. Ubi autem vident, Romanum exercitum sine ordine vagari: in eos impetum faciunt, & magnam stragem edunt. Imperator cum reliquiis exercitûs in castellum se-se concludit: & paulò pòst, incisis equorum nervis, ne hosti usui esse possent, conscensis navibus, Byzantium cum dedecore redit. *Zonaras,* * *Paulus Diaconus.* * *Blondus.* †

Recordatus, quòd Chersonenses olim se exsulem interficere conati essent, Justinianus anno 6. imperii recuperati, exercitum in eos mittit: cum mandato, ut ad unum omnes occidant. Duces ejus exercitûs, castellis Chersonensium captis, adultos mactãt: sed parvulis parcunt. Tudunum, Principem Chersones, & Zelum, & alios quadraginta primores, unà cum familiis suis, vinctos ad Imperatorem ducunt: alios verò septem, verubus ligneis assant; alios viginti in profundum maris demergunt. Servatos Imperator ad se mitti jubet: verùm tempestate subortâ, ad septuaginta-millia pereunt. Tantâ autem ille cupiditate vindictæ flagrabat: ut, novo exercitu eò misso, imperaret infantes omnes occidi; & ad solum usque omnia everti. Quæ res effecit, ut Chersonii à Chajano auxilium peterent; & copiæ Justiniani Philippicum Imperatorem designarent. *Paulus Diaconus,* * *Zonaras.* †

Positis à Gisulpho armis, ubique erant Longobardi tranquilli; præterquam in angulo Italiæ circa Forumjulium. ibi enim Histri, seu Sclavi, incursiones faciebant: circa annum Domini 706. *Sigebertus, & Sabellicus.* *

Theodorus, Dux militum Imperii in Siciliâ, jussu Imperatoris Ravennam oppugnat; & post multos conflictus capit: cives partim cædit; partim, cum archiepiscopo Felice, catenis vinctos Constantinopolim mittit. Causa istius crudelitatis nulla alia erat: quàm quòd Felix Romano

Pontifici subesse recusasset. *Blondus.* Anno Domini 709. *juxta Palmerium.*

Aniprandus, qui in Bojariâ exsulaverat annos 9, Theodeberti Ducis Bavarorum copiis instructus, in Italiam redit, et collatis signis cum Ariberto, superior evadit: eoque fugiente, & Ticino fluvio submerso, regnum Longobardorum avitum recuperat anno 71[illegible]. Justiniani 5. *juxta Sigebertum. Regino. Bonfinius. Paulus Diaconus.*

Brabantii Francis rebellant. *Gassarus in Epitome.*

In Hispaniis, Acosta & Rodericus, a Vitizâ Rege Gothorum afflicti, confugiunt ad Romanos: & copiis contractis victoriam consequuntur; & tyrannum in carcerem Cordubæ, in quo patrem eorum necaverat, abjiciunt, & perdunt. *Johannes Magnus.*

SUB PHILIPPICO BARDANE.

IN ASIA.

Illo biennio, quo Philippicus rerum potitus est, Armenii nonnihil repressi sunt. Nam ex tribus ejus regionis partibus ejecti, quartam partem & Melitenem vix obtinuerunt. *Paulus Diaconus.* Arabes verò Mistiam & alia castra capiunt, anno ejus 1. Habas autem, anno Philippici 2. Antiochiam Pisidiæ expugnat, & prædam amplam abigit. *Paulus.*

IN EUROPA.

Cùm Justinianus Synopen usque progressus esset: Philippicus, prosperâ navigatione usus, Constantinopolim occupat, & à militibus Imperator designatur Justiniano, & Tiberio filio ejus, cum aviâ maternâ Anastasiâ, interfecto. *Zonaras.*

Bulgari verò in Thraciam, ad ipsam usque Constantinopolim, incursiones & magnam prædam faciunt, anno 1. ejus imperii. *Paulus Diaconus.*

Aneptos episcopus duxit exercitum Francorum, contra Willanum, in Suevos: ibique gravissima cædes facta est; anno Christi 712. *Adon Viennensis.*

SUB ANASTASIO.

IN ASIA.

Anastasius, seu Arthemius, annum & tres menses imperavit: quo tempore Masalmas Galatiam populatur, prædas facit. Imperator Legatos ad Ulid mittit, quasi pacem petituros: sed interea exploratores id agunt. Contra Alexandrinos, in Phœniciam venientes lignatum, classem mittit: verùm duces classis, non modò imperata non faciunt, sed, novo Imperatore creato, omnem vim belli in Anastasium vertunt. *Zonaras. Sabellicus.*

Nicæam munit Anastasius: & postea classis ejus vincitur, ac ipse ibi deponit imperium. *Zonaras Liber pontificalis, & Paulus Diaconus. Regino* apud Miceclas dicit victum esse Anastasium, cæsis septem millibus. Sed *Adon Viennensis, & alii*, Nicæam assignant.

IN EUROPA.

Theodosius cum exercitu Constantinopolim obsidet, & capit. *Zonaras.*

Plectrudis, vidua Pipini, Carolum privignum suum captum in Coloniâ mancipat; & cum nepote suo Theodoaldo, Majore domûs, dominatum usurpat. Quare Fráci, cum Raginfredo contra Theodoaldum arma capessant: & inito prælio, cùm multi ab utrâque parte cecidissent, tandè Theodoaldus victus regno dejicitur; Raginfredo substituto, anno Domini 715. *Sigebertus. Adon. Blondus. Trithemius de gestis Francorum, & Paulus Aemylius.* Theodoaldus, ad Dagobertum confugiens, ab eo copias impetrat: quibus etiam Ratbodus, Dux Frisonum, suas conjungit. Per Carboniam silvam, Dagobertus viam facit: & omnem regionem, quæ ad Mosam fluvium pertinet, rapinis & incendiis fœdat. *Robertus Gaguinus.*

Carolus verò [illegible] custodiâ novercæ elapsus, cõsilium [illegible] de Raginfredo repellendo, & principatu acquirendo. Ac primum Ratbodum, Ducem Frisonum, qui illis opem tulerat, aggreditur, sed parum feliciter pugnat: anno eod. [illegible] & *Chronicon Hersfeldense.* Nam ab illis cæsus, in [illegible]iora cogitur sese recipere. Hostes omnia loca ad Rhenum usque populantur, & Agrippinam Coloniam invadunt: & non prius recedunt, quàm magnam vim pecuniæ a Plectrude exegerint. *Blondus.*

Saxones, duce Cerdicio, circa hoc tempus in Britanniam veniunt. *Gassarus in epitome.*

SUB THEODOSIO.

Theodosius unum tantùm annum imperat: in quo tamen hæc accidisse narrantur.

IN ASIA.

Saraceni Amorium obsident, & Leoni insidias struunt; Pergamumque capiunt, justo Dei judicio, ob impietatem oppidanorum, ut suprà, in Loco de pœnis, diximus *ex Paulo Diacono.* Anno Domini [illegible] *juxta Funccium in Chronico.*

Leo, Orientis Præfectus Nicomediam cum legionibus suis ingressus, Theodosii filium capit, & Chrysopolin deducit; atque Theodosium imperium deponere cogit. *Zonaras, Diaconus.*

IN EUROPA.

In Romano Imperio, apud Constantinopolim, Imperatores quidem erant: sed ipsi, intestinis pariter & externis bellis attriti, parum valebant.

In Italiâ, Longobardi Cumas, Romanorum urbem occupatant. Solicitati autem de restitutione, negabant reddere. Sed Pontifex, per Neapolitanum Ducem, & Romanos milites, urbem recuperat, trecentis occisis, & quingentis captis. *Blondus, Sabellicus, & Platina.*

Sic etiam in Franciâ Reges erant: sed parum autoritatis in administratione Reip. habebant. *Urspergensis in Chronico, & Otthe Frisingensis.*

Saxones terram Matuariorum devastant. *Adon Viennensis.*

SUB LEONE ISAURO.

Annis 24. præfuit Imperio: quo tempore hæc accidisse commemorantur.

IN ASIA.

Mardasan, cum exercitu Arabum, Nicæam usque & Nicomediam excurrit: sed à Principibus regni, qui in Libio & Sophone absconditi erant, in fugam vertitur; anno 2. Leonis. *Paulus Diaconus.*

Nicetas, & archiepiscopus Thessalonicensis, & alii rerum novarum studiosi, Artemium Nicææ exsulantem excitant, ad recuperandum Imperium: sed Bulgari, quorũ copiis nitebatur, eum acceptâ pecuniâ Leoni produnt: à quo & ipse, & ejus consiliarii, & archiepiscopus ille, gladio feriuntur: anno Leonis 3. *Idem.*

Mortuo Haumaro, Arabum Rege, Gizid in Perside affectat dominatum. Sed alter Gizid, legitimè in Regem electus, Musalmam cum exercitu eò dimittit: qui tyranno interfecto, Persidem recuperat, anno 4. Leonis. *Idem.*

Postea Musalmas exercitum ad Cæsaream Cappadociæ ducit, eamque expugnat. Indè Nicæam Amer & Muhavias, Duces Saracenorum, tendunt; eamque obsident: sed re infectâ recedunt, anno 10. Leonis. *Idem.* Anno Domini 727. *juxta Funccium.*

Cazari, seu Turcæ, duce Humo, Chajani filio, in Mediã & Armeniam irrumpunt: & inventũ in Arabiâ Gardacum, Prætorem Arabum, trucidant cum exercitu ejus, & prædas ex Mediâ & Armeniâ faciunt: anno Leonis 12. Christi verò 729. *Paulus Diaconus, & Funccius.*

Anno sequenti, Matalmas in Turcas movet: & cum Humo congressus, in fugam repellitur; ac per montes Cazariæ elabitur. *Paulus Diaconus.* Inde verò in Cappadociam redit; & Crusianum castrum dolo capit: anno Leonis 14. *Diaconus.* Domini, 731.

Anno altero, iterum in Turciam movet: sed usque ad Caspias portas progressus, metu territus, pedem refert. *Idem.* Anno 732.

Mahavias, Arabum Dux, in Romanorum fines excurrit, & usque ad Paphlagoniam prædas facit: anno 16. Leonis, quo Irene, Cazarorum Regis Chajani filia, Christiana facta, nubit Constantino.

Post biennium, Muhavias iterum populatur Asiam. Et Zulcimin in Armeniorum regionem irruit: sed indè repellitur. Sequẽti verò anno, inter multos alios Asiaticos Pergamenum quẽdam capit; qui Tiberium, Justiniani filium,

se esse

se esse dicebat. Hunc Hierosolymam misit: & per Syriam circumduci quasi in triumpho curabat; ut esset omnibus spectaculo: Leonis anno 21. Paulò pòst, castrum Siderum depopulatur; & Eutychium filium Mariani captivũ ducit.

Anno 22. Leonis, Arabes cum 90000. Romanorum fines incursant. Gamer enim decem millia ducebat, & in partibus Asiæ latrocinabatur. Melich verò & Bathal, cum viginti-millibus equitum, circa Alconium prædabantur. Zulcimin autem, cum sexaginta millibus, circa Cappadociam, viros & mulieres, & jumenta, partim occidebant; partim captivos abigebant. Imperatoris copiæ, Melich & Bathal circa Actonium aggrediuntur; & cædũt duces cũ exercitu: exceptis octingentis, qui Synadã confugiunt; & Zulcimin conjuncti, in Syriam ingressi sunt. *Paulus Diaconus.* *

IN AFRICA.

Hoc tempore Saracenos Africam tenuisse tranquillam, conjici indè licet: quòd in historiis nihil annotatum reperitur, de motibus in eâ concitatis: nisi quòd subobscurè, circa annum 22. *Paulus Diaconus* * indicat; multos cum Prætore, Damasceno nomine, perditioni patuisse.

IN EUROPA.

Primo anno Leonis, Saraceni magnâ vi annorum, & numero bellatorum, Europam aggressi sunt; partim in Thraciã, partim in Hispanias, irruentes. In Thraciam Zulemon, Saracenorum Asiaticorum dux, trajecit, cum classe navium 300. ut *Sabellicus* * annotat; aut 800. ut *Paulus Diaconus*, † aut 1000. ut *Blondus*, * aut 3000. ut *Cuspinianus.* Malalmas etiam cum exercitu per Abydum irrumpit: & postea Gizid ex Africâ naves 360. benè instructas affert. Vastant autem castella Thraciæ; & Constantinopolim obsident. Sed Imperator igniferas naves Atropoli emittit; & plerasque hostium naves incendit. Hyems etiam asperrima, equos, & camelos, & homines conficit. Zulemon moritur: Ægyptiæ classes cum frumento Constantinopolim fugiunt, ab hoste deficientes. Fames in Saracenos adeò grassatur: ut equos, & asinos, & camelos, cogantur edere, & homines mortuos, & propria stercora, in fornace nonnihil tosta: plurimi etiam peste intereunt. Cùm in Bulgariam prædatum excurrissent, 32000. *juxta Sigebertum*, (*Paulus* tãtùm 20000. habet) amiserunt. Reliqui, cùm triennium urbem obsedissent; (*juxta Bedam, Reginonem. & Ivonem*: licèt *Paulus*, anno 2. Leonis, solutam obsidionem indicet, in Augusto mense; & *Blondus* biennium tantùm assignet) re infectâ, navibus discedunt: quæ tempestate atque grandine igneâ pereunt omnes, præter decem; quarum quinque à Romanis intercipiuntur: quinque verò in Syriam ad suos revertuntur. Atque ità divinitùs Saraceni, in eâ parte Mundi, repressi sunt: qui de toto Imperio Romano sibi subjiciendo animos sumserant.

Paulus Diaconus, non soli Deo; sed etiam Mariæ virgini, acceptam refert istã liberationem. Verùm superstitiosum & idololatricum est, Sanctis honorem tribuere, qui solius Dei est; contra illud: * *Gloriam meam non dabo alteri*. Facta sunt hæc, anno Domini 718. 719. 720. *juxta Sigebertum.*

¶ In GRÆCIA, adorationis Imaginum pastores, cùm nõ possent ex verbo Dei suam sententiam, contra Leonem, ejusque episcopos & sinceros doctores, tueri, armis rem tentant. Nam Agallianus & Stephanus, navales exercitus Helladicorum & Cycladum insularum, quasi divino zelo; sed non secundum scientiam, concitant: eosque Constantinopolim ducunt, oppressuri Imperatorem, & Imagines sacras restituturi. Sed Deus seditiosis illis adversatur. Superantur enim ipsi a Byzantiis: & naves eorum concremantur. Agallianus se-se in mare præcipitat: Cosmas & Stephanus capite plectuntur: anno 10. Leonis, Christi verò 727. *juxta Sigebertum. Paulus Diaconus.* *

Pemmo, Forojulianus Dux, Sclavos vincit: ac postea cum iisdem pacem facit. *Paulus Diaconus.* *

Sergius, Prætor Siciliæ, cùm cognovisset, à Saracenis Constantinopolim obsideri; Imperatorem creat Basilium. Sed Leo Legatos in Siciliam mittit; & rerum suarum statum Populo denunciat; & rogat, ne à se deficiant. Hi ergo pseudoimperatorem Basilium, & Principes ab eo effectos, & Prætores, tradunt Legatis captivos; Sergio ad Longobardos elapso. Atque ità in Siciliâ motus illi sunt sedati: anno 2. Leonis. *Diaconus*, * *Zonaras.* †

¶ In Italiâ, multi magni motus oborti sunt, sub Leonis imperio. Nam, cùm Imperator ab Haumaro, Saracenorũ Duce, accepisset epistolam; & vidisset, eum id maximè reprehendere in Christianis, quòd Sanctos mortuos invocẽt, & statuas eorum adorent & colant; cum unus tantùm Deus sit adorandus: cœpit cum suis Theologis eà de re conferre. & cùm intelligeret, cultum imaginum damnari à Scripturâ: sui officii esse ratus est, eam idololatriam prohibere & abolere. Accedebant etiam aulica consilia: aureas & argenteas statuas rectiùs conferri in fiscum, & sumtus bellicos posse; quã populo ad idololatriã & superstitionẽ relinqui.

Edictum ergo Imperator facit: in quo adorationem imaginum damnat; & sibi eas tradi jubet. Gregorius autem Papa Romanus, seu (*ut Blondus vult*) Stephanus, indè arreptâ occasione, Leonis edictum damnat; & in calumniã trahit: quasi Imperator Italiam & Romam, pecuniis exhaustã, etiam templorum ornamentis spoliare studeat. Et planè affirmat, non esse Imperatoris, de fide decreta facere; & novitate antiqua violare Ecclesiæ catholicæ dogmata, quæ à sanctis Patribus sint tradita. Et extra sua verè-seditioso spiritu erumpens, tributa Romæ & Italiæ vetat Imperatori dare: anno Leonis 9. *Paulus Diaconus.* * Domini verò, 726. *Sigebertus.* Imperator, bello Saracenico occupatus, Marino imperat: ut Pontificem, sive ferro, sive veneno, tollat; aut captivum sibi mittat. Id verò dũ is conatur per insidias quorũdam efficere, apoplexiâ perit, seu (*ut Blõdus* * *habet*) à Romanis interficitur cum filio: insidiatores verò reliqui, proditâ conjuratione, occidũtur. Postea Paulo Exarcho idem in mandatis datur: sed is interficitur a Ravennatensibus. Longobardi, aliâs hostes Pontificis, nunc verò amici; quòd sperabant, Italiâ, ab Imperio per Pontifices avulsâ, se potituros: Pontificem defendunt. Qui his præsidiis fretus, Imperatorem anathematis fulmine ferit: & Romam, & Italiã, & totam Hesperiam, ab obedientiâ ejus abducit. Factum, Leonis anno 13. *juxta Paulum*; seu 11. *juxta Sigebertum*: Domini verò 728. *juxta Funccium*

Depositis Exarchi magistratibus; singulæ civitates, & singula oppida, sibi proprios Duces creare & præficere incipiunt: imitantes exemplum Romæ, quę sibi Petrum Ducem constituit. *Blõdus.* * Duravit ergo, sub decem Dynastis, Exarchatus Italiæ, annos 164. *Bergomensis.* * *Sabellicus*, † 175. numerat; & *Blondus.* * *Platina*, 170. sub Stephano II.

Longobardi autem, prædæ inhiantes, existimant, jã opportunum esse, Romanos & Ravẽnates subigere: cùm Exarchi præsidio, & autoritate Imperatoris, se-ipsos privassent. Spoletinus ergo Dux Narnam capit: & Luitprandus Ravennam obsidet: & ab eâ recedens, Classium, oppidũ Romani ducatûs, captum spoliat. Et postea in Æmiliâ, Bononiam, ejusq; oppida; per Sicetum ostium, & montem Velium, in Flaminiâ, quidquid Ravennæ continet, Favẽriam, Forumjulii, Forumpopilii, Cæsenam; & in Piceno Auximum occupat: anno Domini 738. *juxta Sigebertum.* Romani & Ravennates, pacem cum Luitprando faciunt, sinè conditione de sublatis restituendis.

Hac pace fretus Luitprãdus, in Spoletinum & Beneventanum, Duces suos, imperia sua contemnere solitos, arma capit: qui supplices ei facti, cum illo reconciliantur. Sed Romani, cupientes ea, quæ a Luitprando sibi adempta erant, recuperare; Transimundum, Spoletanum Ducem, incitant ad rebellionẽ. Verùm ille à Luitprando victus, amissis omnibus suis oppidis, Romam fugit. Sequitur eum hostis, & sibi profugum tradi jubet. sed Pontifex, & Dux Romanus, id facere recusant. Quare ille ad dies aliquot Romam obsidet: à quâ, propter Pipini autoritatem, cujus auxilium imploraverat Pontifex, (ut *Palmerius* annotat,) recedens, Ameriam, Ortam, Polimartium & Bleram, urbes Romani ducatûs, capit; & Spoletum redit. *Blondus.* * Anno Domini 739. *Paulus Diaconus.* *

Veneti Paulum Exarchum, in expugnandâ Ravennâ, adjuverunt. Nam, cùm ille ex unâ parte urbem tẽtaret: classis Veneta alteram portã perstringit; & irrumpens, aditũ Longobardis aperit. *Sabellicus.* * Sed postea res Venetorum dis-

cordia infestat. Equilienses enim, & Heracleenses, funestum inter se bellum propter fines gerunt. *Idem.*

Insulas Tyrrheni maris, Saraceni, fugâ ex prælio cũ Carolo elapsi, ceperunt, spoliarunt, & incendio vastarunt. *Blondus,* & *Sabellicus.* † *Platina,* in Hispaniâ ulteriori id factum dicit, *in vitâ Gregorii III.*

¶ Gallias vehementer afflixerunt bella Caroli Martelli, cum Regibus Francorum, & Saracenis, ab iis in auxilium accersitis. Nam primo Leonis anno, in pago Cameracensi, apud Vinciacum, cum Raginfredo & Chilperico congreditur, & potitus victoriâ, hostes Parisios usque persequitur. *Sigebertus in Chronico,* anno Domini 718.

Post annos duos, Chilpericus & Raginfredus Eudonẽ, Aquitaniæ Ducem, in auxilium; & cõtra Carolum instaurans prælium: sed iterum vincuntur. *Sigebertus. Regino* dicit, id factum esse anno regni Caroli 16. & *Adon Viennensis.* * Persequitur autem Raginfredum; eumq; Andegavis obsidet, & capit: & totius regni principatum recipit: anno Leonis 5. Domini verò 722 *Sigebertus.* Et postea in Eudonẽ, Aquitaniæ Ducẽ, movet; eumq; vincit: & Aquitaniã vastat; anno Domini 728. Ille verò auxilium petit à Saracenis, qui Hispanias tenebant. Haud mora, Abderamius cum ingenti exercitu Garumnam amnem trãsit; Burdegaliam destruit; & in Pictavos delabitur, Turonium perrecturus, ad Martini templum spoliandum. Carolus pacem cum Eudone facit; & viribus cõjunctis Saracenos invadũt: & Regem cum 380000. Carolus cædit, de suo exercitu vix 1500. desiderãs. Eudo verò, in castra Saracenorum irrũpens, reliquias conterit; anno Domini 730. *Sigebertus.* Carolus, hac victoriâ potitus, Lugduno & aliis civitatibus captis, Burgundiam totam sibi subjicit; anno Domini 731. Rebellantem autem Eudonem in Vasconiâ, principatu & vitâ privat; anno sequenti. *Sigebertus.* Et Garumnam transiens, Burdegalam & Aquitaniam occupat; filiis Eudonis, Waifero & Huvaldo, victis, *Sigebertus,* anno 733. *Vincentius.**

Westgotthi autem, qui Narbonam, Nemausium, Agathen, Ricaticum, Altinurium, & Montem-Pessulanum, & Biterras incolebant, ægrè ferẽtes Caroli adversùs Eudonẽ victoriam; Burgundiones sollicitant, ut à Carolo deficiãt. Ad eam rem cùm se-se illi pararẽt; Carolus invadit ea, quæ Burgundiones extra fines proprios possidebãt: & Lugdunum, & Arelatem, atque Massiliam, hactenus semper invictam urbem, (ut *Mutius in Chronico* dicit) capit. Mauricius autem, Dux Visigotthorum, cùm se-se Carolo inferiorem esse videret; Saracenos, qui ante annos circiter 24. ex Africa transeuntes, Hispanias occuparãt, in societatem belli, & rerum omnium communionem, contra Carolum evocat. Illi verò haud diu morati, Rege Athino, cum classe Rhodanum ingrediuntur; & Avenionem capiunt, eamque arcem sui regni constituunt: atque ex Tarraconensi Hispaniâ copias majores accersunt. Sed Carolus, admovẽs exercitum ad eam urbem, ingentem multitudinem hostium temerè fugientium prosternit; & urbem recipit: atque Athinum, Narbonam confugientem, insecutus, obsidet. Saracenis obsessis, Amorreus, alter eorum dux, magnâ classe advectus, suppetias ferre parat. Sed Carolus, ab urbe recedes, ad vallem Corbanum & Byrram fluvium ei occurrit: copiasque ejus maxima ex parte cõterit; reliquis classe in mare Tyrrhenum elapsis: anno Domini 736. *Sigebertus.* & *Blondus.* Et anno sequenti Westgotthorum regnum occupat: Narbonâ, Agathe, Nemausio, & Biterris planè excisis. Cũ autem Saraceni Arelatũ cepissent, & omnia destruxissent: Carolus à Luitprando, tùm Ravennam obsidẽte, petiit auxilium, quod etiã accepit: & Saracenis profligatis omnem spem, Gallias invadendi amplius, ademit: & Mauriciũ, qui Saracenos inv[illegible]averat, victum, provinciâ suâ spoliat, anno 738. & 739. Hæc prolixius narrant, *Blondus,* * *Aemylius,* † *Sabellicus,* * *Aventinus* † *Paul* [illegible] *Diaconus,* * *Robertus Gaguinus,* † *Mar*[illegible]*us Scotus in Chronico, Regino in Chronico,* * & *Adõ.* * Atq; [illegible]â Westgotthorum regnum in Gal[illegible]is finẽ suum est sortitum: anno 25. Leonis, Chri[illegible] verò, [illegible]37. *Ptolemæus Lucensis,* & *Heinricus* [illegible] *ordiensis* [illegible] *ub Leone.*

¶ Nunc ad [illegible]spaniam transimus; quæ sane, sub hoc Imperatore, mutationem maximam perpessa est. Nam Saraceni, quos suprà diximus in Hispanias ex Africâ irrupisse, Rodericum cum filio occidunt: ac simul interierunt utrinque 70000. hominum. Ex regno, isthic instituunt, divisum in tres partes; nimirum in Cordubæum, & Hispalense, & Carthaginense novum: & Westgotthorum regnũ ibidem exstirpant, cùm annos 346. ab Hunnis ex Scythiâ ejecti, ibi dominati essent: anno, à primo eorum ex Scandiâ egressu, 2150. *Johannes Gotthus, ex Crantzio.** Anno Domini 720. *Sigebertus.* Leonis 3. Remansit tamen illis Aquitania: ex quâ post annos 10. per Carolum Martellum sunt pulsi. Sed tamen Astures & Cantabri, qui in Gallicia habitant, ut olim cõtra Gotthos; ità nunc quoque se-se contra Saracenos tutati sunt: novo Rege creato Pelagio, circa annum Domini 724. *juxta Funccium,* & *Wernerum Rolefinck in Fasciculo temporum.*

Porrò, quomodo Saraceni, ex Hispaniis irruentes, Westgotthos & Aquitanos contra Carolum juverint, & ab eodem cæsi sint; paulò antè dictum est de bellis Gallicanis.

Carolus, Aquitaniâ subactâ, in Frisios movet: & Poponem, seu Radbodum, Ducem eorum, ad Burdonam flumẽ cædit: & reliquam multitudinem, in insulas Rheni, Ammam, Strachiam & Astrachiam, confugientem, insequutus, neque sexûs neque ætatis habitâ ratione, delet; & Frisiã suo imperio adjungit: anno 735. *juxta Sigebertum, Robertum Gaguinum,* * & *Aemylium.* † & *Blondum.* * *Hermannus Gigas,* eodem tempore etiam Lotharingiam captam à Carolo esse, narrat.

Carolus, anno Leonis 6. contra Saxones primum suscipit bellum. *Sigebertus.* Et anno sequenti, Bavaros, negantes tributa, sub jugum redigit; & Alemannos vi armorum terret: & Plectrudem, quæ ad ipsos confugerat, reducit. Victoque Lanfrido, Alemannorum Duce, regionem illam sibi vendicat: anno 725. *juxta Sigebertum. Aventinus.** Et postea Saxones rebelles iterum vincit, anno 727. *Adon Viennensis.** *Regino.* † Et Sueviam ingressus cum exercitu, Todevaldam expellit: Lutheronium, & Regism, & Angelostadium, oppidum Nariscorum, Regibus Francorum subdit. *Aventinus.**

Gotricus, seu Gotfridus, Rex Danorum, Saxones à Carolo subactos recepit, & Frisios. *Crãtzius in Daniâ.** *Saxo tamen Grammaticus** videtur ad Carolum Magnum referre. Idem Gotricus in Sueoniam Legatum misit, Renonem Vulpeculam: ut eis aut tributum indiceret; aut recusantibus bellum denũtiaret. Sueones, in legatum dormientem, saxum projiciunt; & eum conterunt. Sed eam ob rem, autores cædis, singuli decem marcas auri, & reliqui ex plebe singuli unam, pẽdere coacti sunt. *Crantzius ibidem.*

¶ In Scotiâ, Ambecletus Rex, cum Pictis pugnans, sagittâ interficitur. *Johannes Major.**

Inas, occidentalium Saxonum Rex, regnum suum Pontifici Romano facit tributarium. *Polydorus.**

Sub Egberto, res Northanymbricæ sunt ad exitum inclinatæ; populo in factiones divito. *Polydorus.** Circa annum Domini 735. quo *Sigebertus* desinit Anglorum Reges annotare.

SUB CONSTANTINO COPRONYMO.

Constãtinus Copronymus cœpit anno Domini 742. *juxta Sigebertum, aut 733 juxta Paulum Diaconum:** & imperavit annos 35. menses 2. & dies 26. Ut autem tantùm summatim stringamus ea, quæ hoc tempore gesta esse literis prodita sunt: hæc acciderunt.

IN ASIA.

Imperator, ulturus Arabum injuriam, contra eos expeditionẽ suscipit. & cùm ad partes Obsicii egressus esset: Senatus Constantinopolitanus, ut qui oderat Imperatorem, propterea quòd cultum Imaginum dãnaret, Artabaldum, imagines venerantem, contra eũ incitant, promissâ Imperii dignitate. Ille, levi occasione arreptâ, motâ seditione, Imperatorem repentè adoritur: & Beser Patricium, imaginum oppugnatorẽ interficit. Sed Imperator Amorium equo fugit: ac postea contra Artabaldum, per seditionem Imperatorem

peratorem [illegible]natum, cogitur pugnare pro recuperando imperio: ut postea dicemus.

Arabes autem, hoc intestinum dissidium suam existimantes felicitatem, Romanorum fines incursant, & prędas faciunt, Prętore Zulcimino; anno 1. Cōstantini, *juxta Paulum Diaconum*; * aut 2. *juxta Zonaram*.*

* Lib. 22. * Tomo 3

Idem anno sequenti facit Gamar, Dux Arabum: & tamen nihilominùs Constantinus & Artabasdus, de imperio certantes, missis Legatis, uterque à Gizid, Arabū Principe, auxilium petiit. Verùm ille Cyprios in Syriam transfert. Artabasdus autem, ad partes Obsicii egressus, milites legit, & totam Asiam depopulando capit. Occurrit ei Cōstantinus apud Sardes, & cōmisso prælio illū vincit, & Cyzicū usque persequitur: & postea Monostrategum, filium Artabaldi, apud Cysseum profligat, multis interfectis: anno 2. Constantini. *Paulus.** & *Honorius in Chronico.*

* Lib. 22.

Inter Arabes oritur seditio; & in eâ interficitur Gizid; & pro ipso Hyces, filius ejus, regnat: anno Constantini 3 *Paulus.** Anno sequenti contra Marvam rebellant Arabes, Thebit & Datach: sed Emesæ cum decem-millibus cæduntur. Zulcimin veró, collecto exercitu, Marvam rursus aggreditur: sed & ipse victus, in Persidem fugit. Oritur etiam seditio Emesæ, & Heliopoli, & Damasci: sed Emesa capitur. Et Datach, ex Perside cum copiis veniens, à Marvâ capitur, & trucidatur: & Heliopolis, & Damascus: & Hierosolyma, ab eodem expugnantur: anno 5. Constantini.

* Lib. eod.

Hac opportunitate excitatus Constantinus, Germaniciam capit, & Dulichium: & in Syriam progressus, cognatos suos, hęresi Monophysitarum infectos, Byzantiū transfert: anno eodem. *Paulus Diaconus.** Domini veró 747. *Sigebertus.*

* ibid.

Agareni ex Alexandriâ in Cyprum irruunt: sed à Romano exercitu reprimuntur.

Chorosanisæ Maurophori, populus in orientali parte Persidis, collecto exercitu, Marvani, apud Zaban fluvium, ingenti multitudine instructum, vincunt; & in Ægyptum fugant; & instauratâ acie, victum occidunt: reliquæ veró ad alios Saracenos, annis superioribus à Muhaviâ ductos, in Hispanias transeunt. Chorosanitæ veró, sorte principatum distribuunt: anno Constantini 8. & 9. *Paulus Diaconus.** circiter annum Domini 747. *juxta Sigebertum. Ivo in Chronico sub Constantino.*

* Lib. 22.

Chalcedunii, in fide Marvan perseverantes, contra Marophoros Persas tumultum excitant. Idem & Caisini in Arabiâ faciunt. Sed opprimuntur utrique anno 10. Constantini.

Imperator veró interea Theodosipolin, & Militenam, occupat; & multos Armenios captivos ducit: anno sequenti. *Zonaras.**

* Tomo 3.

Saraceni, Abubalâ mortuo, iterum de regno dimicant: & Habdalla Amuslin, cui debebatur sorte regnum [illegible], datâ fide, accersit, & insidiosè suâ manu occidit, sibiq; nominatum rapit: anno Constantini 14. *Paulus.** Imperator veró multos ex Syriâ & Armeniâ in Thraciam transfert, à quibus Paublicianorum hęresis est in illis locis propagata: Constantini anno 15.

* Ibid. eod.

Salim, dux Arabum, cum 80000. in Cappadociam incurrit. Sed Constantinum ubviam sibi venire audiens, retrocedit; paucis Armeniis, ad se confluentibus, assumtis: anno 16. Constantini.

Halim, Habdallæ jussu, in Berroeâ & Chalcide, seductores (qui persuadebant Saracenis, si omnia sua venderent, & nudi in murum ascenderent, seque indè precipitarēt, quòd in cœlū essent subvolaturi) interficit: cùm res ipsa demonstrâsset, volantes in terram decidere; & crura & artus frangere. Anno 18. Constantini.

Paulum, Prætorem Armeniacorum, apud Melan, Saraceni interficiunt; & quadraginta-duos insignes viros captivos ducūt: Imperatore interea infeliciter cum Bulgaribus pugnante. Anno 19. Constantini.

Theodorus Libanites, in Heliopoli ad Libanum, in Arabes seditionem concitat: & collatis signis multi utrinque cadunt. Sed postea, ipso fugiente, Libanitæ omnes interficiuntur. Anno 20. Constantini; Domini 761.

Caisiotæ contra Maurophoros, ob facinus quorundā, qui uxores eorum in pelagus abjicere conati erant, arma capiunt; & multos occidunt. Sed Salimus, misso exercitu, eos comprehensos [illegible] suspendit. Constantini anno 22.

Turci, seu Scythæ, (ut patet *ex Hartmanno Schedelio**) è Caspiis portis egressi, Armeniā invadunt; & multos interficiūt: nec paucos secū captivos abducunt. Anno Cōstātini 23. Anno veró proximè sequēti, itidē faciunt; & multos ex Arabū (*Ottho Frisingensis,** ex Avarū dicit) exercitu cædūt: circiter annum Domini 760. *juxta Gassarum* aut 762. *juxta Sigebertum.* De his veró *Blondus** sic inquit: "*Turci primùm Asiam invadentes, Halanos primò, post Colchos & Armenios, indè Asiæ minoris populos, ad extremum Persas & Saracenos, & infestarunt Tantas autem habuit vires Turcorum insultus: ut Saracenis pacem nullâ alia ratione dare voluerint; quam restituto Persarum regni nomine, quod Saracenus, Phoca & Heraclio temporibus, in suum confudit.*

* Aeid. * Lib. 5. c. 25 * Dec. 2. lib.

Anno 30 imperii ejus, Banacas in fines Romanorum incurrit; & multos capit. Sed Romani, in quartam Armeniā ingressi, spoliant eam: & mortuo Salem, Germanicia in Palęstinam transfertur. Sed Banacas ab Isauriâ in castrum [illegible]ices descendit; idque obsidet. Quo cognito, Imperator mittit Michaëlem Orientalium, & Manem Bucellarium, & Bardam Armeniacorum, Prætores; ei reditum in faucibus præcludere. Sed Banacas, se circumventum sentiens, magnum excitat cum suis clamorem: quo territi Romani, in fugam se-se conjiciunt, quos insequutus ille cædit: & omnem circumcirca regionem vastat; & spolia ampla reportat. Anno 31. Constantini. *Paulus Diaconus.** Domini 772.

* Lib. 22.

IN AFRICA.

Marvas, seu Manithas, victus, in Africam seu Ægyptum fugit: anno Constantini 9. *Paulus Diaconus.** & *Ivo in Chronico.* Et seditiones & bella in Africa sub Constantino facta esse. *Honorius* annotat, & *Paulus Diaconus.** Anno 20. Constantini.

* Lib. eod. * Ibid.

IN EUROPA.

Sclavinos penes Macedoniam subegit Constantinus: anno imperii sui 18 Domini 759. *Paulus Diaconus**

* Lib. 22.

Constantinopolis, quæ falso rumore de Constantini morte, & præpostero quorundam studio, de Imaginū cultu conservando, Artabasdum designaverat Imperatorem, a Constantino, ejus anno 3 obsidetur. Multi ex civibus, fame afflicti, ex urbe fugiunt; quos ille foris capit: & tandem per murum terrenum urbem expugnat, & civium domos militibus diripiendas tradit: Artabasdum privat oculis, & in exilium relegat, cum suæ factionis hominibus. *Paulus Diaconus,** & *Blondus.** Et postea, cùm peste civitas incolis esset exhausta; Imperator ex Hellade, ex Insulis, & ex aliis locis, novos colonos in urbem introduxit, eamque populosam effecit: anno 19. *Paulus Diaconus.**

Lib. eod. * Dec. 2. lib. 10. * Lib. 22.

Bulgares ab Imperatore, per Legatos, propter castra quædam exstructa, petebant nova pacta & fœdera. Sed indignè accepti, armis se-se vindicabant; & usque ad longū murum excurrentes, omnia depopulabantur; onustique prædâ, recedebant: anno eodem. Imperator, illam injuriam ulturus, exercitum in Bulgariam post annos 4. ducit. Cùm autem in Verebagan ad fauces venisset: Bulgares eum fortiter excipiunt; & maximâ parte exercitus ejus concisâ, multisq; ex Ducibus captis, eum cum dedecore repellunt, anno Domini 760.

Post annos tres, ortâ inter Bulgares seditione, vulgus occidit dominos suos; & Zelerin quendam ducem creat. Imperator, nunc commodum esse ratus, discordes opprimere, exercitū in eos ducit; & cum Zelete congressus, per integrum diem manus conserit: & tandem, hoste fugiente, victoriâ potitur, & de captis triumphū agit. Bulgares, culpam infelicis pugnæ in Ducem suum conferentes, eum cū suis Principibus interficiunt, & Sabinum constituūt. Cùm autem ille pacem ab Imperatore petiisset, accusabatur proditionis patriæ. Declinaturus ergo periculum, in castrum Mesembriæ se-se recipiebat; & ad Imperatorem transibat: Pagano quodā a seditiosis illis surrogato. Anno 22. Con-

A ſtantini. *Diaconus.** Is autem Paganus, poſt annos duos, expetebat colloquium Conſtantini: ad quod cùm eſſet admiſſus; venit cum ſuis Boiladis. Imperator verò cum Sabino eum excipit; & objurgat, propter injuſtitiam & odium in Sabinum, & ſimulatè de pace conſentit. Verùm nihilominùs in Bulgariam copias emittit; ac Sclavinum, Severorum Principem, capit: & Chriſtianum quendam nomine, Medicis, ut vivum à thorace pubetenus incidāt, ad corporis diſpoſitionem cognoſcendam, tradit: & cum exercitu B per fauces, in Bulgariā, uſq; ad Zitas progreditur: ſed tamē, miſſo igne in cohortes, pedem refert. Anno 15. *Diaconus.**

Elapſis annis 8. Imperator iterum exercitum in Bulgariam, ad Barnas uſque ducit. Sed Bulgares, miſſis Legatis, pacem petunt: quam ille cupidè, cum morbo eſſet correptus, amplectitur. Juramento autem utrinque ea pax firmatur, & ſcriptis: Ne Bulgares in fines Romanorum irruant; & contrà, ne Romani Bulgares infeſtent. Cùm autem Imperator ab armis diſceſſiſſet: Bulgares duodecim millia inſtruunt; ut in Beritiam incurſent. & ne fraudem animadvertat, interea Legatos ſuos, aliis de cauſis, ad Imperatorē C mittunt. Cùm autem per exploratores de eâ re certior ille eſſet factus: coram Legatis omnia diſſimulat; & copias cōſcribit, quaſi adversùs Arabes exiturus. Legatis abeūtibus, ubi cognoſcit, Bulgarum copias eductas eſſe; ipſe ſuis coactis ad 80000. Lithſoriam uſque pergit: & nullius tubæ clangore ſonante, hoſtes obruit, atque cædit; & de captis triumphum agit. Anno ſuo 23. Domini 775. *juxta Sigebertum. Paulus Diaconus,** *Bonfinius,* † *Blondus.**

D Pace ergo ſolutâ, anno ſequenti claſsibus in Bulgariam parat irruere. ſed tempeſtate coortâ, apparatus illi diſſolvuntur: & multis amiſsis, re ipſe infectâ redit. Telericus autem, Rex Bulgarum, ut exploraret, quinam inter ſuos eſſent, qui Imperatori omnia proderent; ſcribit ei: *Cupio fugere, & venire ad te. Cave ergo mihi de ſecuritate: & indica, quos habeas, inter noſtrates amicos; ut hoc eis credam, & eorum operâ elabar.* Cùm autem Imperator fraudem non agnoſceret; eique indicâſſet ſuos amicos: Telericus eos comprehendit; atque diſſecari medios curavit. *Diaconus.**

Cùm in Scythiâ Hūnorum gens nimis eſſet aucta; deliberatū eſt de emigratione in Pannoniā: propterea quòd E Attila, ejuſque poſteritas, eam ante trecentos annos occupaſſent. Sorte ergo ex 108. tribubus, eliguntur à 16000. hominum: qui in ſeptenos exercitus diſtribuuntur; ità ut in ſingulis eſſent 30857. & haberent ſuos quique Duces: inter quos tamen ſummus erat Almus. Stato die prodeunt: liberos, uxores, pecora, & univerſas facultates, ſecum ducunt: ſuperatoq; Tanai, per Roxolanos, Sarmatas, Amaxobios, & Tauroſcythas, iter faciūt: & tandem in Tranſſylvaniam veniunt; ibique ſeptem caſtra (unde adhuc hodie regio nomen habet) figunt; & res ſuas ritè diſponunt.

F In conflictu cum finitimis gentibus, Baſternis, Pancinis, Albis, Chumanis & Beſsis, Almos perit: & ſuccedit ei filius Arpadus. Cùm autem in Tranſſylvaniâ aliquamdiu morati eſſent: deſiderio Pannoniç capti, Cuſidum, Chundi filiū, ablegant ad Suathen, ſeu (ut alii vocant) Zuataplugum, ſeu Santapoluth, Sarmatam; qui latè in Pannoniâ regnabat: & oblatis muneribus, petunt ſibi locum ad habitandum concedi. Ille primùm largè promittit: ſed poſtea, cùm intelligeret, Hunnos ſeu Ungaros illos ſibi totam Pannoniam G velle vendicare; collectâ manu conatur eos repellere. ſed amiſsâ victoriâ, in fugam vertitur: & in amne Danubii, cum retrò natare vellet, perit. Illi verò terram occupant; & linguæ commercio cum aliis Hunnis, qui iſthic remanſerant, facilè recōciliantur. Arpadus, non procul ab Albâ, in mōte Noē, caſtra ponit: & principatum inter eos obtinet. Geſta ſunt hæc circiter annum Dominī 744. ut ex Annalibus eorum referunt. *Bonfinius.** *Ritius,* † *Phrygio in Chronico, Volaterranus, & Nauclerus.**

H Poſt annos verò ſex, vicinas cœperunt infeſtare regiones; Carniam, Stiriam, Carinthiam. *Nauclerus ibidem.* Et Moraviam, & Bohemiam. *Funccius*, anno Domini 750. Et poſtea, auditâ morte Ducis Bojorum; quęcunq; Boii infra Anaſſum poſſederunt, flammâ & ferro vaſtant: & Laureacum exſcindunt. *Aventinus.**

*lib. 22.
Dec. 1. lib. 9.
Dec. 2. lib. 1.
*lib. 23.
Dec. 1. lib. 9.
† lib. 1.
Gener. 25.
*lib. 3.

A Utilo, Bojariæ Rex, Hildrudam, filiam Caroli Martelli, amat, & rapit; & in uxorem ducit. Plurima cum Landofrido & Gotofrido, Suevorum rectoribus, geſsit. Sed cū Carolomanno & Pipino congreſſus, vincitur: & nomine Regis depoſito, Dux Bavariæ conſtituitur: anno Domini 743. *Sigebertus, Aventinus,** *Regino.**

Gripho, in Bavariam ingreſſus, ducatum ſibi jure hæreditatio vendicat: & Thaſsilonem indè expellit. Sed Pipinus Rex, frater ejus, ducatum Thaſsiloni reſtituit; & Griphonem in Franciam ducit; eiq; more Comitum duodecim civitates in Neuſtriâ cōcedit: anno Domini 748. *Sigebertus.* Sed ille minimè cōtentus, multa in fratres bella movet. *Trithemius de Origine gentis Bavaricæ. Otho Friſingenſis,** *Aventinus,* † *Ganguinus,** *Annales rerum Francicarū, Regino.* †

B Thaſsilo verò, poſtea avunculo ſuo Pipino ſe, cum ſuis omnibus, ſubjicit; eique jusjurandum præſtat de fide & ſervitute: anno Domini 756 *juxta Sigebertum, & Reginonem:** aut 758. *juxta Adonem.** Quod tamen violavit poſt annos 7. cùm ſe-ſe ab exercitu ejus ſubduxit; & in Bavariam red-C iit. *Heinricus de Erfordiâ, & Regino.**

Carolomannus ſibi ſubjecerat Alemannos, anno Domini 742. Verùm illi, ſervituti impatientes, res novas moliebantur. Quare iterum ad arma venitur. ſed victoriâ Carolomannus potitus, agros eorum longè lateque vaſtat, & muniriones quaſdam ſolo æquat: anno Domini 746. *juxta Marianum Scotum Nauclerus,** annotat annū Domini 744.

Landofridus & Gotofridus, Suevorum Duces, cum Odilone, Bavarorum Principe, funeſtum bellum geſſerunt: D & circa Lycum, in utriuſque ditionis finibus, omnia ferro, flammâ, & prædiis, contrita ſunt. *Aventinus.**

Theodovaldam, Godefridi filium, Pipinus poſtea aggreditur: eoque victo, Sueviam ſibi ſubjicit: anno 745. *Sigebertus.*

Saaones, cùm de Caroli Martelli obitu cognoviſſent: de libertate recuperandâ ſpem concipiunt; & tributa Francis dare negant. *Aventinus.** Carolomannus ergo, in Sueviâ & Bavariâ rebus pacatis, in Saxoniam cum exercitu venit, & caſtrum Hoſcoburg, ſeu Ochſenburg, capit: & Theodoricum Saxonem pacis obſidem accipit, quem pauló E poſt, dato jureiurādo de fide in patriam, remiſit: anno 743. *Regino.** & *Sigebertus.* Verùm, cùm ille ad ſuos eſſet reverſus, fidem fallit; & inſtaurat bellum. Cui iterum Carolomannus & Pipinus occurrunt; & rebellem capiunt: anno 744. *Regino.*

Gripho, Pipini frater, qui ob turbas excitatas in caſtello Arvernenſi cuſtodiebatur, cùm intellexiſſet, Carolomannum, abdicato magiſtratu, in monaſteriū ſe conferre; profugit ad Saxones: & collectâ manu, ad Obaceum ſeu Orhemum fluvium, in loco qui dicitur Horeheim, conſedit. F Pipinus autem cum exercitu Francorum, per Thuringiā, in Saxoniam venit, ad fluvium Miſſaham, circa Schaningem, aut Stranhungum. Sed res ad arma non venit. collocutione enim habitâ, pax conſtituta eſt: anno 747. *Regino,** *Sigebertus. Aventinus,* † *Ganguinus,** *Urſpergenſis in Chronico, Annales Francorum.*

Pipinus, cùm à Francis electus, & à Bonifacio in regem conſecratus eſſet, Rex, in Saxoniam rebellem, expeditionē ſuſcepit. Quàmvis autem Saaones ſe-ſe fortiter opponerent: tamen repulſi uſque ad Wiſeram, in locum, quem vo-G cant Rimi, aut Rinne, eum progredi ſinebant: anno Domini 761. *juxta Sigebertum.* Annales Francici, 753. habent: Urſpergenſis, 754.

Elapſis verò annis 6. rebus in Italiâ compoſitis, idem in Saxoniam redit; & vallum & munitiones, quas fecerant hoſtes ad defenſionem patriæ ſuæ, perrumpit, in loco, qui dicitur Sitina: & magnâ ſtrage editâ, pacem poſcentibus, imperat tributum quotannis ſolvendum, equos 300. quorum quilibet armatum equitem ferre queat: anno Domini 757. *Regino,** *Sigebertus, Ado, Friſingenſis:* † aut 758. *Schaffnabur-H genſis:* aut 759. *Marianus.* Narrant hęc prolixiùs, *Aventinus,** *Urſpergenſis, Heinricus Erfordienſis, Ganguinus,** *Mutius,* † *Blondus,** *Crantzius in Saxoniâ,* † *Platina in Paulo.*

Ab eo tempore, per annos circiter 15. Saaonia tranquilla fuit, uſque ad mortem Pipini, & regnum Caroli Magni.

*lib. 3.
*lib. 2.
*lib. 5. c. 29
*lib. 3.
*lib. 3.
†lib. 2.
*lib. 2.
*Æt. 6.
*lib. 2.
*Gener. 25.
*lib. 3.
*lib. 3.
*lib. 2.
*lib. 2.
†lib. 3.
*lib. 3.
*lib. 2.
†lib. 5. c. 25
*lib. 3.
*lib. 3.
†lib. 6.
*Dec. 2. lib. 1.
†lib. 3. c. 34.

Is enim

Is enim studio propagandæ religionis Christi ad Saxones Wormaciæ conventum habet; & re deliberatâ, cum suis in Saxoniam movet: & prima castra ponit ad fontem Lupiæ; quem Lippium vocant. Saxones, duce Wittekindo, cum Carolo, non longè ab Osnaburgâ, ad sylvam Faginam manus conserunt: acie victi ... ad Visurgim fugiunt. Carolus progreditur ad montem Martis, Herburg, aut Mersburg: qui nomen, sive ab Here Junone, sive à ... e fuit: e ... Saxonum, Irmansaul, (quod ... ab Hermete vel ab Hermione, vel a Marte, nomen traxit) subvertit: & militibus aurum & argentum & vases Hermioni consecratas, distribuit: & delubrum Vulcani ... dedit. Saxones pacem, datis duodecim obsidibus, accipiunt, ad Wisuram fluvium, & Carolus ad sua regreditur anno Domini ... Regino, * Crantzius in Saxonia, † Aventinus, * Marianus Scotus. Saxones verò, post annos duos, cum Carolus in Italiâ esset, & cum Desiderio Rege Longobardorum, cujus filiam repudiatâ, Pontificum Romanorum dispensatione aliam duxerat, (Annonius*) bellum gereret, vindicandæ injuriæ causâ, arma arripiunt: & in Hassiones, qui Francis parebant, incurrunt, & ad Fritzlariam oppidum, & circa Buriaburgum, obvios quosque cædunt. Interea Carolus, Italiâ subactâ, in Franciam redit, & quatuor exercitus per Hassiam divisim mittit. Quorum tres, cum Saxonibus in diversis locis congressi, victoriam obtinent: unus verò, hostibus profligatis, spolia & prædas in Franciam reportat. Anno Domini 774. Regino, Sigebertus, & Crantzius in Saxoniâ.*

In Chronico Saxoniæ indicatur; Saxones hoc anno, ad Mœnum, Sachsenhusen; Francos verò, è regione Frâcofurtum exstruxisse: quod id nominis acceperit ex Saxonum provocatione, Franckefurt, furt.

Anno sequenti, majore apparatu in Saxoniam ipse venit, & arces Sigiburg & Hereburg a Saxonibus receptas & munitas, expugnat, & Heresburg præsidio firmat: ac indè ad arcè Bronsperg ad Wisurgim, exercitû ducit; eamq; obsidet. Erat autem in eâ Saxonum præsidium. Ad ripam fit conflictus: in quo, Saxonibus cæsis & fugatis, Franci erant superiores. Carolus, relictâ unâ parte exercitûs ad obsidionem: alteram secum ducit ad Obaciû fluvium: & Orientales Saxones, Ostphalos dictos, cogit, cum Duce suo Halsinone, pacem petere, & obsides dare. Idem Bruno, regulus Angrivariorum seu Westphalorum Anglariorum, facit in pago Buki.

Interea Saxones, ad Wiseram sese miscentes, pabulantibus Francis, castra eorum ingrediuntur; & noctu magnam stragem inter eos edût. Verùm illi, excitati è somno, strenuè se-se defendunt; & plures ex Saxonibus interficiunt: reliquos tamen, necessitate compulsi, dimittût. Carolus, eâ recognita, Westphalos graviùs affligit, & prædas facit: sed tamen, datis obsidibus, placatus, in Franciam revertitur: anno Domini 775. Annales Francici, Regino.* Sigebertus.

Saxones verò statim ad ingenium redeunt; & collectâ manu, recuperare amissa conantur. Arcem igitur Siborg oppugnant; verùm ea a præsidio Caroli defenditur. Quare eâ relictâ, ad Heresburg, in ripa Lupiæ sitam, movent, idq; expugnant, juxta Aventinum.* licèt alii negent esse captum. Indè ad castrum Deiuburg tendunt: sed ab oppidanis repelluntur, & ad Lippam usque cæduntur. Carolus verò, indignè ferens Saxonum toties iteratam perfidiam, à Wermacia in Saxoniam iratus festinat: & velut ingens tempestas, munitiones eorum perstringit, & passim obvios prosternit; eoque impellit eos, ut, missis legatis, se & patriam suam ei dedant & datis obsidibus, Christianam fidem, à quâ tertiò & quartò jam ante defecerant, seampius ... spondeant. His actis ad Lupiam fluvium, & multis baptizatis: Rex castrum Heresburg instaurat, atque præsidii urbes munit, & ... obsidum in Franciam transtegit: ex quibus Brabantii & Flamingi prognati dicuntur. Robertus Gangunus,* Anno Domini 776. Regino,* Æmylius. † Heinricus de Erfordiâ.* Crantzius in Saxoniâ, † Sigebertus.

¶ Cùm Luitprandus ab obsidione Romæ recessisset: aliquamdiu res inter Romanos & Longobardos tranquillæ erant. Verùm insatiabile Pontificum desiderium, & studium potiundi regnis hujus Mundi, nô sivit eos quiescere. Quare cùm Trasimundus eis spem faceret, de Ameriâ, Ortâ, Polimartio, & Bleiâ, quę à Luitprando erât iis erepta; Godeschalci Beneventani Ducis auxilio, per Stephanum Ducem suum, Romani Trasimundum in patriam, unde ejectus erat, restituunt. Sed Luitprando copias suas adducente, Romani & Trasimundus intercepti cæduntur, & Stephanus Romani ... Luitprandus verò Ducatum Spoletinum occupat, & se-se parat ad Romam obsidendam. Interea Gregorius III. Pontifex moritur, & succedit Zacharias. Is autem, cùm videret, se viribus Longobardo esse imparem astutem aggreditur: & more proditorû pacem ei defert, & auxilium contra Trasimûdum, quê antea juverat, pollicetur: eâ tamê conditione, si sibi restituat civitates illas, e Ducatu Romano abreptas. Longobardus consentit: & junctis copiis suis & Romanorû, Trasimundû & Godeschalcû ad deditione cogit: & Spoletano & Beneventano potitur Ducatu. Zacharias instat de promissâ restitutione: & impatiens moræ, Narniam ad Luitprandû excurrit: eumq; longâ oratione adeò demulcet & commovet: ut non modò quatuor illas petitas ex fœdere civitates reddat, sed etiam Sabinense patrimonium, quod annis antè triginta tenuerant Longobardi, & ipsam Narniam, & in Picentibus Anconâ & Humanam civitates, magnamq; vallem Sutrini agri, B. Petro & Pontifici donet: & cum Romano Ducatu pacê ad ... annos ut Sigebertus habet ad 20. annos, faciat, captivosque Romanos, Ravennates & Italos ex carceribus dimittat. Anno 742. Sigebertus, Blondus.*

Luitprandus paulo post Ravennam obsidet. Eutychius Exarchus ... a Zachariâ petit, ut Luitprandum sibi reconciliet. Ille verò ad eum accedit: & ab eo, (si credere fas est, sua habilis artibus falsò ista facilè cùm partierunt jactari;) post paucos dies mortuo Luitprando donari ... it omnia, quæ de Æmilia & de Ravennatibus intra biennium ab illo erant occupata, exceptâ Cæsena ... Blondus.*

Luitprandi successor Rachisius, a Pontifica oratu pacem cum Romanis & Ravennatensibus in annos 20. facit. Sed post annos 7. eam dissolvit: & agros Ravennatis Exarchatûs depopulatur, Perusiamque obsidet. Zacharias aût ad eû profectus, persuadet ipsi suâ falsâ doctrinâ: ut nô modò ab obsidione discedat; sed etiam, abdicato regno, Româ cum uxore eat, & clericus ac monachus fiat, magnâ efficaciâ mysterii iniquitatis. An. Domini 749. Sigebertus, & Blondus.

Aistulphus, Rex Longobardorû, cùm Exarchatû ab Imperatore Constantino quasi negligi, & Romanos Pontifices ad eum sibi rapiendum videret attentos esse; cogitabat & ipse de suis commodis: & nescio quâ occasione, (fortè offensus mendacio, quo Romani nugabantur, Luitprandû sibi multas urbes & regiones largitû esse) agros Italiæ Romanarum partium rapinis & incursionibus infestat; & Ravennam Exarchorum sedem occupat. Gregorius III. Pôtifex, (juxta Blondum) seu Stephanus, (juxta Sigebertum & alios) per munera & oratores, eum ad pacem in annos 40. inducit. Verum ille animadversâ fraude cùm intelligeret, Romanos tributum, quod Imperatori debebatur, inhibere: ipse sibi jubet singulos aureos, in capita collatos, à Romanis dari; si fœdera pacis velint observari. Pôtifex ad Côstâtinû scribit, quo in statu res Romana & omnis Italia sit: protestatur, fore, ut, nisi subveniat: Roma & omnis Italia veniat in Aistulphi potestatê. Imperator ad Aistulphû legatos & literas mittit, sed illi, præter aspera verba, nihil reportant. Aistulphus paulo pôst, per nuntios Pontifici & populo Romano interminatur, ut sibi se & urbem dedant; fore, ut, vi redacti in potestatem suâ, ad unû omnes jugulentur. Romani, re deliberata, a Pipino, Francorû Rege, constituunt petendum esse auxilium contra Aistulphum. Idq; primum per literas faciunt, quarû summa erat: in, quoniâ Lôgobardus nec pacta cum Romanis servaret fœdera, nec Exarchatum Ravênatem & alia de Romanis capta, ut prece precióve redderet, adduci posset; opem ipse Christianissimus afferret. Pipinus Papam Gregorium, seu Stephanum, ad sese evocat.

Cùm autem Carolomannus, Pipini frater, qui in Cassinensi cœnobio monachum agebat, cognosceret, quid Romanus Pontifex moliretur: sive sponte suâ, sive ab Ai-

ſtulpho miſſus, ad Pipinum abit; eique diſſuadet, ne patrocinium Romanorum ſuſcipiat. Verùm Pontifex interea Pipinum in regem unxerat, filiosque Carolum & Carolomannum; & ſpem ei de Imperii Romani tranſlatione fecerat: quæ ille pluris faciebat, quam Carolomanni admonitionem. quem etiã, propter illam-ipſam cauſam, in Vienenſe monaſterium relegat: & ad Longobardum oratores mittit; eique ſuadet, ut Romano Pontifici pacis fœdera ſervet, contra jus & fas capta in integrum reſtituat. Quod ubi is recuſavit; bellum ei indicit: & in Italiam ingreſſus, cum Longobardo confligit, eumque vincit. Victus, conditiones pacis, de reſtituendis ablatis Romano Pontifici, accipit: anno Domini 753. *juxta Sigebertum, & Reginonem.* * (* lib. 2.)

Cùm autem Pipinus reduxiſſet exercitum in Franciam: Aiſtulphus, fœdere rupto, Romam obſidet; & agros atque ſuburbana omnia vaſtat. Sed Pipinus, re cognitâ, exercitũ reducit. Ei autem occurrunt Legati Conſtantini Imperatoris; qui etiam Romæ fuerant: & muneribus oblatis, rogant, ut Ravennã, & Exarchatum ejus, Imperio, cujus jure eſſet, & non Romano Põtifici à Longobardis reddi curet. Verùm ille reſpondet: ſe, propter animæ ſuæ ſalutẽ, & promiſsionem Romano Pontifici jurejurando confirmatam, velle Longobardos delere; & Romano Põtifici, atque Romanæ eccleſiæ, illa omnia tradere poſsidenda. Ac progreſſus. Papię obſidet Aiſtulphum: eumq; invitum cogit, priores pacis conditiones ſervare; & Exarchatũm, & alia, quæ Romanis eripuerat, reſtituere. Ad id verò expediendũ. Fulcadum abbatem cum unâ cohorte ibi relinquitur: reddenda capiat, & Pontifici tradat. Catalogum autem urbiũ traditarum, ex Petro Bibliothecario, *Blondus* * refert, in hunc modum: (* Dec. 2. li. 1.) *Prænominatum aũt Fulcadus abbas, Ravennatũ partes cum miſſis Aiſtulphi Regis perveniens, per ſingulas ingreſſus civitates, tam Pentapoleos, quam Aemyliæ, eaſq; recipiens, & obſides de unâ-quâq; tollens, atq; Primates unà ſecũ, cũ clavibus portarum civitatũ ducens, Romam pervenit. Quid aũt Pentapolis complexa fuerit quinq; civitates, verbi proprietas arguit: eaſq; Ravennã, Cæſaream, Claſſe, Forũjulii, & Forumpopilii, fuiſſe, colligo. Secunda eſt Exarchatûs potiſſima pars Aemyliæ, vetuſtis & celebratis in Romanis hiſtoriis vocabulis Italiæ regio: quæ à Foro-cornelio, nunc Imolà, quicquid viæ ejuſdem nominis, omniũ Italiæ celeberrima, per Bononiam, Mantuam Rhegiũ, Parmam, & Placentiam, ad Padum uſq;, habet, cõplectebatur. Placẽtini autem, Parmenſes, Rheginenſes, Mutinenſes, Bononienſes, & Imolenſes, agrorum fines à ſummo Apennini jugo ad Padum protendi etiam ætate noſtrâ videmus: ut Ravennæ agrum pariter ab ipſo Apennini jugo, per Faventinos, ejus agri partẽ ad Padum, & Ceſenates, Cervienſeſq;, ſui itèm agri portionẽ à ſummo Apennino ad Adriaticum pertinere, certiſſima habeantur documenta. Id etiam vel terro, vel paludis, quod intra Minciũ Padumq; à Veronenſis Vicentinique agrorum finibus, in Venetorum ſtagna Adriaticũq; vergit, agrum fuiſſe Ravennatẽ; cùm cæteri ſcriptores, tum omnia oſtendunt monumẽta: ut non minus tunc Ravennæ juris cenſerentur, Cervia, Ceſena, Faventia, Comaclum; quàm illa quatuor civitates, vocabulo Pentapolis appellata, ut ipſa Exarchatûs appellatione continerentur, quicquid à Placentini agri Papienſis finibus, Padũ inter & Apenninũ paludes ſtagnaq; Venetorum, & Adriaticum, pertinet ad Ariminum: quam civitatem, & quicquid intra Iſaurũ, cui fluvio nunc Folia eſt nomen, & Adriatico continetur, Exarchatui additum fuiſſe, oſtendit conſuetudo, juris ab Exarcho dicendi uſq; ad hæc tempora obſervata. Alia verò loca, quæ idem dicit Bibliothecarius, à Pipino Rege, Pontifici Romano dono conceſſa fuerant: Ariminũ, & ab illo diſtans duo decimo milliario Concha, pridem mari ſubmerſa, Piſaurum, Fanum, Urbinum, colles Luceoli, Eugubium, Mebena urbs, & Narnia; & in Pr contibus, Eſis, & Serra. Fuerunt quoq; oppida Boibi, numero ad viginti, à Boiis olim dicta: quorum Sarſina Plauti patria eſt, caput Monsferetri: quo nomine alia item ad viginti cenſentur caſtella; caſtellum ſancti Martini, à libertate diu conſervatâ clarum, tunc Acer mons dictum, Acerra, & Monslucati.*

Digreſſo Pipino, Aiſtulphus Faventiam de Pentapoli, & Ferrariam, reddere cunctatur; & rebellare inſtituit. Verũ apoplexiâ in venatione perit: anno Domini 756. *Sigebertus. Regino,* * unum annum minus numerat. (* lib. 2.)

¶ Cùm autẽ Deſiderius Longobardorum regnum ſibi occuparet: Rachiſius, ex monaſterio egreſſus, contra eum arma capit. Quare ille Romanum Pontificem per Legatos exorat; ut ſe juvet in adipiſcendo regno: & promittit, & juramento confirmat, ſe ad omnia ei fore obſequentiſsimũ. Pontifex, Fulcadi conſilio, ei aſſentitur; & Longobardos compeſcit: atque prẹmii loco Faventiam, cum caſtello Tiberiaco, accipit. *Blondus.* * Deſiderius pacem colit cum Romanis, per annos circiter undecim, uſque ad mortẽ Pipini & Pauli Pontificis. (* Dec. 2. li. 1.) Sed poſtea, cùm Conſtantino Imperatori faveret; & probaret ſententiã illam, Imagines non eſſe adorandas: per Tothonem, Nepeſium Ducem, Conſtantinum fratrem ſuum curat Pontificem deſignari. Qui cũ eſſet ſuâ dignitate ſpoliatus à Stephano, & concilio Sacerdotum, defendentium Imaginum cultum: Paulum Affiartã, Conſtantini cubicularium, qui Ducatum Romanũ adhuc, licèt ægrè, adminiſtrabat nomine Imperatoris, inſtigat; ut quoſdam cives Romanos relegaret, quoſdam incarceraret. Et ipſe Deſiderius, prætextu religionis Romá veniens, Nobiles quoſdam Romanorũ capit, oculiſq; privat: anno Domini 769. *Sigebertus.* Adrianus verò Papa, de carcere cives liberat, & exſules revocat; fretus Francorum præſidio. Deſiderius ab eodẽ petit, ut ſecum de pace fœdus ineat. Sed Pontifex id recuſat, propter non-ſervatam fidem ſuis majoribus. Id Longobardus indignè ferens, Ravennatium fines ingreditur. Leo epiſcopus, & Julianus, & Petrus, qui Exarchatum Pontificis nomine adminiſtrabant, à Romanis petunt auxilium. Pontifex eos ad Deſiderium ablegat; ut pacẽ ei deferant, cum conditione, ſi ablata reſtituat. Verùm ille eos & Pontificẽ ludificatur: & interea omnia occupat; ſeque ad obſidionem Romæ parat. Pontifex urbem munit: & ad Carolum oratores mittit; ut imminenti rerũ Eccleſiæ excidio auxilium ferat. Deſiderius, eâ re cognita, cum Berthâ, Carolomanni uxore, & filiis ejus, Romã pergit; petiturus, ut Pontifex eos in reges ungat. Sperabat enim, hoc modo inter Francos poſſe excitari civile bellum: quo Carolus impeditus, minùs Pontificem juvaret. Sed Pontifex Romanus, fraude intellectâ, tres epiſcopos ei obviã mittit: eiq; ſub anathematis pœnâ edicit, ne Romani ducatûs terram ingrediatur. Ille ergo Papiam ſe-ſe recipit. Carolus Legatos ad eum mittit: & monet, ut ea, quæ de Exarchatu Ravennate & Romano ſolo occupâſſet, reſtituat. Quod cùm ille denegâſſet: iterum ei offert 14000. aureorum, pro reſtitutione. Verùm, cùm id quoque recuſaret; Carolus exercitum per Alpes in Italiam ducit; & Deſiderium Papiæ obſidet: Romamque adiens, ab Adriano, conſenſu totius Conciliĩ, accipit jus eligendi Pontificem; & ordinandi Apoſtolicam ſedem, & dignitatẽ Principatûs; atq; epiſcopos & archiepiſcopos per ſingulas provincias cõfirmãdi: ità ut, niſi à Rege laudetur & inveſtiatur epiſcopus; à nemine cõſecretur. An. 773. *Sigebertus. Blõdus* * narrat, poſtulãte Adriano, Carolum donatione, quã Pipinus & Carolomannus Gregorio III. feciſſent, cõfirmâſſe. (* Dec. 2. lib. 1.)

Interea verò Spoletini, & Reatini, & Picentes, Firmani, Auximani, & Anconitani, ſe-ſe Romano pontifici dedunt. Carolus Veronã, & omnem Tranſpadanam regionẽ, occupat: & tãdem Papiã expugnat: & Deſiderium, cum uxore ſuâ & filia, & Principibus atq; theſauris Palatii, capit: & ipſum Regem, in perpetuum exſilium, ad Gallias Lugdunum, per Gilfredum Leodicenſium epiſcopum, deportari curat. Atque ità regno Longobardorũ, quod annos 204 duraverat, ſub 22. Regibus, (licèt alii, *ut Schedelius*, 230. & alii 224. *ut Johannes de Oppido*) deſtructo, tota Italia juri Frãcorum ſubjecta eſt: & præſidia Germanorum, Mediolanũ, Papiam & Veronam, & in alia oppida, collocata ſunt: anno Domini 774. *juxta Sigebertum, & Reginonem.* * *Ada & Platina* numerat 776. *in vitâ Adriani. Bergomenſis,* * *Blondus.* † *Bonfinius.* * *Hermannus Mutius,* † *Leo Hoſtienſis.* * Unde *Otho Friſingenſis* inquit: † *Merovingorum regno finito, Pipinus Carolingorũ, per quod etiã Conſtãtinopolitanũ minuendũ erat, cœpit. Ex hoc Romani Pontifices regna mutandi autoritatem trahunt.* (* lib. 2. * lib. 10. † Dec. 2. li. 1. * ... † lib. 7. * lib. 1. c. 4. † lib. 5. c. 33.)

Cùm aũt Rotgandus, quẽ ipſe Forojulienſibus dederat Ducem, ſeditionẽ concitâſſet; & pluribus ſibi adjũctis, in Italiâ tumultuaretur: Carolus, poſt bienniũ cum copiis reverſus, Tarviſium oppidũ capit; & rebellem illum capitali

ſupplicio

supplicio affici debet. *Sigebertus, Regino, Ado, Heinricus de Erfordiâ, Aventinus.**

[* lib. 4.]

¶ In Galliis, Hunaldus, Dux Aquitaniæ, quem à Carolo Martello subactum diximus suprà, à fide Pipini deficit, & pro reparandâ libertate arma capit. Sed Pipinus & Carolomannus exercitum contra eum ducunt; & castrum, Lucas nomine, expugnant; ac regnum Francorum inter se-se partiuntur. Anno Domini 742. *Regino. & Sigebertus.* Carolomanno postea monasticam vitam ingresso, Pipinus Rex Francorũ cõstituitur; & à Bonifacio, Moguntino episcopo, inauguratur: ann. Domini 750. & post bienniũ a Stephano Papâ renovatur, seu cõfirmatur illa inauguratio. *Regino.**

[* lib. 2.]

Dum Pipinus in Saxoniâ bellum gerit: Waifarius, filius Eudonis, Dux Aquitaniæ, in Franciâ turbas excitat; & ecclesias aliquas spoliat. Pipinus ergo, Aquitaniâ ingressus, cogit eũ pacem petere, & obsides dare: anno Domini 758. *juxta Sigebertum*, aut 760. *juxta Reginonem. Heinricus de Erfordiâ*, ad 19. annum Constantini refert. Sed ille, neglecto juramento & obsidibus, anno sequenti colligit exercitum, & usque ad Cabillonem omnia vastat. Pipinus autẽ, reductis copiis in Aquitaniam, multas urbes expugnat; & Arvernum cum Blandino Comite capit, *Regino, & Sigebertus.* Tertiò verò reversus, Bituricensium urbem expugnat; & captam munit, & castrum Toracis: anno 762. *Regino. Sigebertus.* 760. numerat. Chilpingus Arvernensis & Amingus Pictaviensis Comites, congressi cum exercitu Pipini, cæduntur, cũ multis aliis: anno 761. Waiferus autẽ, suis rebus diffidens, muros urbium Aquitaniæ solo æquat, quos restaurat Pipinus, & suis præsidiis munit: anno 762. Et Lemovicinã regionẽ cæde & incendio vastat: anno 763. *Sigebertus.* Et Agennum, Petragoram, Engolismam, expugnat; & maximam Aquitaniæ partem sibi subjicit: anno 765. *Sigebertus.* Et Remistarum, Waiferi patruum transfugã, à suis captum, de cruce suspendit: anno 766. Et Santonas capit; & Waiferi matrem, sorores & neptes, secum ducit: anno 767. Et tandem, Waifero à suis malorum pertæsis interfecto, totâ Aquitania potitur, cum octo æstatibus in eâ laborâsset subigendâ: anno Domini 768. *Blondus.* *Sigebertus, Regino,* † *Heinricus Erfordiensis.** *Adon Viennensis.**

[* Dec. 2. li. 1. † lib. 2. * cap. 67. * Æt. 6.]

¶ Saracenos, clades acceptas ulturos, tertiùm in Franciã rediisse; & a Pipino trans Pyrenæos montes repulsos esse, communi limite constituto, ne se-se ultra illos montes effunderent. *AEmylius.**

[* lib. 2]

¶ Pipino mortuo, Hunaldus ad Aquitaniam recuperandam animũ adjicit. Sed Carolus maturè ejus machinationes destruit: Aquitanis & Vasconibus per deditionẽ receptis; & Hunaldo a Lupo, Vasconum Duce, ad quẽ cõfugerat, tradito & abducto: anno Domini 769. *Regino, Sigebertus.*

¶ In Hispanias reliquiæ de exercitu Maruthæ, Saracenorum Regis, qui Damascum obtinuerat, venerunt, & Duces Aquitanos, Pipino rebellantes, juverunt. Sed repressi sunt: & Rex eorum Amirmonus, per legatos & munera, amicitiam Pipini sibi cõparavit: anno Domini 766. *Sigebertus.*

¶ In Angliâ, Bernredus Merciorum regnũ invadit; occiso Edelbaldo. Sed paulò pòst & ipse ab Offâ interficitur. *Polydorus.**

[* lib. 4.]

Regni Northumbrici inclinationem, ad annum Domini 757. refert *Funccius.*

Et Offa, Merciorum Rex, ad exemplum Inæ, regnum suum Romano Pontifici tributarium fecit, anno Domini 775. *juxta Funccium.*

SUB LEONE COPRONYMO.

Leo annos 5. præfuit Imperio: quod quidẽ via nomine adhuc vigebat. Nam illud in Oriente Barbari cõtinuè occupabant: Romani verò ad Gallos respiciebant. *Bergomensis,** *Hartmannus Schedel,** & *Martinus in Chronico, sub Constantino.*

[* lib. 10. * Æt. 6.]

IN ASIA.

Cùm Irthumas, apud Daberthum, seditionẽ, cõtra Maday, Arabum regẽ, movisset: occasionẽ arripuit Leo, atque in Syriã exercitum centum milliũ, in quinque Duces distributũ, mittit: qui in Germaniciã Isbaal, filiũ Maday, obsident. Sed muneribus acceptis, indè recedũt; & prædas per regionẽ faciunt. Interea Irthumę Præfecti, copiis adductis, conserunt manus cum Romanis: sed vincuntur. Romani reversi, Syros, hæresi Jacobitarum pollutos, in Thraciam transferunt: anno Leonis 2. *Paulus Diaconus.**

[* lib. 23]

Maday verò, anno sequenti, usque Dorylæsi excurrit, cũ numeroso exercitu: & postea Amorium. Sed cùm Romani pabula equorum, & ad victum necessaria, passim removissent; coacti sunt hostes re infectâ discedere. *Idem.**

[* lib. eod.]

Anno verò altero, reducit ille exercitũ, & usq; ad Damascũ ecclesias populatur: & Irthumas in Asiã cũ 50000. excurrit. Sed Michaël Lachanodraco eũ vincit; & fratrẽ ejus occidit, paulò ante obitũ Leonis. *Paulus.** An. Domini 781.

[* Ibid.]

IN EUROPA.

Bulgarum Rex Telericus, ad Leonem fugit, à suis malè tractatus: anno 778.

In Italiâ, Longobardorum regnum, anno eodem, vastâsse Carolus scribitur: *in Schaffnaburgensi Chronico.*

Hildebrandum, Spoletanorum Ducem, Carolo Regi se-se subjecisse, ejusq; gratiam multis muneribus redemisse, anno Domini 779. *Sigebertus, & Regino, & Annales Francici* annotant, & *Aventinus.**

[* lib. 4.]

Post bienniũ, ultimo Leonis anno, Carolus Romã veniens, curat à Pontifice Pipinum, filium suum, in Regẽ Italiæ inungi, & Ludovicum in Regem Aquitaniæ. *Sigebertus.*

Thassilo, Dux Bavarorum, hortatu uxoris suę, quæ Desiderii filia erat, arma contra Carolum parat, anno 780. *Sigebertus.* Sed Adriano Papâ autoritatem suam interponente, Wormaciæ sibi invicem reconciliantur, anno sequenti. *Sigebertus, & Regino.**

[* lib. 2.]

¶ Cùm Saxones, ut suprà diximus, à Carolo victi, fidem Christi & Baptismum suscipere: Wittekindus, Dux eorum, in Normanniam fugit: anno 777. *Sigebertus, & Regino.* Indè reversus anno sequenti, cùm Carolus in Hispaniis cum Saracenis pugnaret, solicitat Saxones, de morte Caroli falso rumore persuasos, ad defectionẽ; & ducit eos contra Francos: & usque ad Duitiam castrum, Coloniæ civitati contiguũ, cùm Rhenũ transire non posset, omnia cædibus, rapinis & incendiis, infestat, usq; ad Mosellã fluvium. Sed cùm cognovisset, Carolum incolumẽ reverti; & exercitũ ejus, ex Orientalibus Francis & Alemannis, Suevis, & Bavaris, & Thuringis, adventare; recedit. Franci verò Saxones persequuntur, usque ad fluvium Adarnam, seu Adranã: & in Lithesi, pago Hassionum, cum iis congressi, victoriã, pluribus cæsis, & ampla spolia assequuntur: anno 778. *Regino, Sigebertus, Crantzius in Saxonia,** *Aventinus,* † *AEmylius.** *Annales Francorum.* Anno 3 Leonis. *Heinricus Erfordiensis.*

[* lib. 2 c. 2. † 11. lib. 4. * lib. 2.]

Carolus verò, per Rhenum & Lupiam, omnes copias suas in Saxoniam trajicit. Occurrunt ãte ei Saxones, & in loco, qui dicebatur Bucholtz, ei aditũ præcludere conãtur: sed frustra. Nã victis illis, ad Wisurgin castra locat: & Angrivarios & Westphalos Saxones ad obsequium redigit, acceptâ fide & obsidibus. Contumaces verò fugavit: qui transeuntes Weciam, sedes sibi fecerunt inter Wandalos, pulsis illis antiquis habitatoribus; & nomen Ostphalorum acceperunt, respectu eorum qui in patriâ manserunt: qui Westphali sunt dicti, quòd Occidentaliores essent. *Crantzius in Saxoniâ,** & *Annales Francorum. Aventinus,* † Anno Domini 779. *Sigebertus. Regino, & AEmylius.**

[* lib. 2. c. 9 † lib 4. * lib. 2.]

Altero anno, cum Wormaciæ comitia celebrâsset, Carolus in Saxoniam rediit; & per Hersburg transit ad Lippã. Indè ad Orientem itinere verso, ad Obacium, & postea ad Albim, & quidẽ ad eum locum, ubi Jora in eum confluit, Bardagavenses & Nordnitæ non modò se-se ei dedunt; sed etiam fidem Christi suscipiunt: & Saxones & Sclavi, ultra & citra Albim habitantes, paulatim ei subjiciuntur: anno Domini 780. *Regino.** & *Sigebertus.* Et Magdeburgum ille capit & ampliat: anno 781. *Funccius ex Chronico Saxonico, & Crantzius in Metropoli.**

[* lib. 2. * lib. 3 c. 9]

¶ In Occidẽtali Galliæ parte, Britones, ex Angliâ egressi, consederant ad littus. Eos, cũ imperio suo parẽre nollent, Carolus aggressus est, anno 777. *juxta Marianũ Scotũ*: ac annos integros decẽ in eis domandis consumsit. nec tamẽ eos potuit subjicere: sed pacem & fœdus cum eis facere coactus. *Blondus.** *Bonfinius,* † *Antoninus.**

[* Dec. 2. li. 1 † Dec. 1. li. 9 * Tit 14. c. 2. § 1.]

¶ Tres Præfecti Saracenorũ, Isnalach, Devizes, & Alter,

[A] à Rege suo deficientes, cum suis viribus diffiderent: ad Carolum veniunt Padehrunnam, & auxiliũ ab eo petunt: muneraque. & Vasconiam, atque citeriorem Hispaniam, ei offerunt: anno Domini 777. *Regino, & Annales Francorum.* Ille ergo, conscripto exercitu, transit montes Pyrenæos: & Pōpelonem Navarrorum oppidum capit; atque Cæsaraugustam destruit; & duos Saracenorum regulos sibi subjicit. Indè autem regrediens, in summitate Pyrenæorũ montiũ, à Vasconum insidiis, ejus exercitus atteritur; & multi præ-[B]stantes duces pereunt: inter quos numerantur, Rolandus, Caroli ex sorore nepos, Britannici limitis Præfectus, miles audacissimus; Anshelmus Palatii Comes, & alii: anno Domini 778. *Regino. Sigebertus, Annales Francorum. Aventinus.* * *Sabellicus.* † *Gaguinus.* * *Antoninus in Chronico, Blondus.* † *Annonius de Gestis Francorum.* *

* lib. 4. † Enn. 8 lib 8. * lib. 4. † Dec. 2. li 1. * lib 4 c 71 & 72. * lib. 23.

SUB IMPERIO IRENES & Constantini.

IRenes & Constantini imperium cœpit anno Domini 782. *juxta Sigebertum;* aut 784. *juxta Paulum Diaconum:* * & duravit annis 20. usque ad annum Domini, 802. *Sigebertus.* Quo tempore hæc accidisse commemorantur.

IN ASIA.

Romani, Arabes apud Milium cædunt, anno 2. Constantini. *Paulus Diaconus.* * [* lib. eod.]

Helpidius, ex Siciliâ profugus, ab Arabibus suscipitur: & per ludibrium, ut Imperator Romanus, coronatur, ocreis & diademate indutus.

[D] Maday, Asiam ingressus, Lachanodraconem ad Darinum vincit. Antonius, contra eum cum copiis ab Imperatrice missus, cùm, spe de pace factâ, ad Maday venisset; priusquam ei de securitate satis cautum esset, capitur, unà cum Sisurario & Petro: nec priùs dimittuntur; quam Irene pacis conditiones, ab Arabe præscriptas, (inter quas etiam erat, ut tributum annuatim penderet) consentiret: anno 2. Constantini. *Paulus Diaconus,* * & *Zonaras.* * [* lib eod. * Tomo 3.]

Post annos 8. Arabes, pace dissolutâ, in Cyprum cum classe veniũt. Sed Imperatrix omnia Romana navigia, bellatoribus onusta contra eos mittit. Illi verò recedunt; & Theophilum Prætorem insectantem capiunt, & inter-[E]ficiunt: anno Irenes 10. Domini, 791.

¶ Exercitus Romani in Armeniâ, cùm cognovissent, Irenem filium suum Constantinum ab Imperio removisse; suam autoritatem interponunt: & cogũt eam, ut, magistratu deposito, filiũ solũ sinat imperare: anno Domini 792. *Funccius,* & *Paulus Diaconus.* Anno verò sequenti, cùm Constantinus partem Imperialis dignitatis matri suæ restituisset: Armeniacus exercitus id adeò tulit indignè; ut de Alexio cogitaret Imperatore creando. Sed Constantinus, [F] copiis missis, Armeniorum quorundam proditione illos vincit: & seditionis illius authores interficit, reliquos proscribit: mille vinctos in urbem ducit; eorumque faciebus inscripsit atramento: *Armeniacus insidiator.*

Cùm autem Arabes viderent, Romanum Imperatorẽ in illis locis suum ipsius exercitum concidisse; haud segnes advolant. Proditores autẽ illi Armenii, cùm mercedẽ nullam accepissent à Constantino; animo erant alieniore ab illo; &, in ejus odium, Arabibus castrum Amachan tradebant: anno Domini 794. Arabes progressi, Sebasan capiũt [G] per deditionem. Sed occurrit eis Imperator; & ad Amusan eos vincit: anno imperii 6. Domini 797. Ac, cùm sequenti anno iterum esset in expeditione adversùs Arabes; in itinere, à conjuratis, jussu & consilio matris suę, privatur oculis. Sed, cùm Arabes interea Cappadociam & Galatiam popularentur: Irene per Legatos pacem petit; sed non impetrat: anno Domini 798. *juxta Funccium. Paulus Diaconus* 791. habet. Progressi ergo, equos Imperatoris, stabulo occupato, in Malagmâ capiunt; & usque ad Liliam prædas colligunt, atque abducunt. *Paulus Diaconus.* * [* lib. 23.]

[H] *Fasciculus temporum* (cujus autor *VVernerus Rolefinck* perhibetur) narrat: Carolum Magnum, circa hæc tempora, Hierosolymam & totã Palæstinam, pulsis Saracenis, recuperãsse. Sed *Robertus Gaguinus* * negat, id cum veritate cõsentire: cùm Autor vitæ Servatii neget, Carolum ullam in [* lib. 4.]

[A] Saracenos expeditionem suscepisse; & aliis bellis in Europâ occupatum, minimè in Asiam potuisse ire: maximè cùm ea etiam ad limites Imperatoris Constantinopolitani pertinuerit.

IN AFRICA.

De Africanis motibus nihil annotatum circa hoc tempus reperitur: nisi quòd Elpidius ex Siciliâ in eam ad Arabes confugerit, anno 1. Constantini. *Paulus Diaconus.* * [* lib. 23.]

Aigolandum ex Africâ Saracenos in Hispanias duxisse, [B] *Henricus Erfordiensis ex Turpino* refert, & *Sabellicus.* * [* Enn. 8. lib. 8.]

IN EUROPA.

Thessaliam, & Græciam, & Peloponnesum, Sclavini tenebant: quos Irene, pace cum Arabibus factâ, sibi tributarios fecit; multis cæsis, & spoliis amplis receptis: anno Constantini 3. *Paulus.* * Domini, 784. *Funccius.* * [* lib. 23.]

In Thraciam quoque excurrit; & Berrœam ædificat, & Anchialum: anno 4. Constantini. *Mutius* * dicit, Imperatorem Constantinopolitanum propemodum solam Thraciam retinuisse: sed tamen ità, ut plus Turcis tributorum [C] dare annuatim coactus sit, quã indè fructuum perceperit. [* lib. 7.]

¶ Cùm Constãtinopoli, in Synodo, tractaretur de Imaginum adoratione: illi, qui sentiebant Imagines non esse adorandas, animadvertentes, suos episcopos & doctores non æquè audiri, ut alios, qui superstitioni erant dediti, concertant, & cum Præsidibus expostulant. Sed concitato tumultu, Synodus dissolvitur. Quare Irene populum illũ, quem Constantinus in urbem receperat, simulans expeditionem in Arabes, educit; & spoliatum armis, in exsilium [D] mittit: quò possent idola Sanctorum tutiùs in urbe coli. Anno 7. Constantini. *Paulus.* * [* lib. 23.]

¶ Irene Constantino, filio suo, despondet filiam Caroli, Regis Francorum: &, dum illa Græcè discit apud patrem; mater, variabilis & inconstans mulier, quandam Mariã ab Amniâ, ex Armeniâ, ei invito obtrudit, spretâ Caroli filiâ: & filium imperio privare nititur; sed impeditur ab exercitu. A' filio autem iterum ad societatem Imperii assumta, persuadet ei; ut, Mariâ uxore in monasteriũ relegatâ, Theodatam cubicularium Augustam creet, & uxorem ducat. Ac paulò pòst ipsum Imperio, & oculis, & vitâ privat: & filiis [E] ejus oculos eruit: & nuptias Caroli repudiat. Sed tandem à Nicephoro in monasterium reconditur, exsuta omni dignitate & bonis. *Paulus Diaconus.*

¶ Bulgarés, Rege Cardano, Thraciam incurrentes vastabãt. Quare Constantinus contra eos arma capit; & cum iis prælium init. sed utrique pari Marte pugnãt, & neutris victoria cessit: anno 1. Constãtini; Domini 792. *Sigebertus.* Anno sequenti, Imperator, persuasus ab Astrologo Pãcratio de victoriâ, in Bulgariã movet: & fretus vaticinio, nullâ curâ nec diligentiâ acies instruit. Cardanus ergo, in eum [F] irruens, stragẽ magnã edit: & præcipuos Duces, inter quos etiã erat Astrologus Pancratius, interficit: & Imperatore via fuga elapso, pecuniã, equos, aulæa, & omnẽ regiũ apparatum, capit: anno 2. Constantini. *Paulus Diaconus, Henricus de Erfordiâ, Antoninus.* * [* Tit. 14. c. 2.]

¶ Pannonia etiã turbis & bellis satis est afflicta, & prorsus in alium statum mutata. Nã cùm Thassilo Francis se-se opponeret; ab Hunnis, seu Ungaris, superiorem & inferiorẽ Pannoniam & insulas Danubii obtinentibus, petit auxilium. Illi verò, prædæ cupidi, bipertitâ acie Francorũ fines [G] incurrũt. Pars Venetiam & Forumjulii; pars in Bojariam, & ad Anassum amnem, venit. Carolus Gramatiũ & Odoacrem duces in Bavariam mittit: qui, collecto exercitu, eos excipiunt; & ad Danubium repellunt: quem cùm natando transire illi conarentur, multi submersi sunt. Estque semel atque iterum pugnatum, inter Bavaros & Avares, & inter Francos & Avares: sed Avares seu Hũni semper victi sunt. Anno Domini 787. & 788. *Regino.* * *Sigebertus, Aventinus.* † *Ado.* * [* Lib. 2. † lib. 3 & 4 * Æt. 6.]

Cùm autem non cessarent Hunni seu Avares, molesti esse [H] Frãcis; & quidẽ Christianos passim malè tractarẽt: (nã ipsi adhuc erant Gẽtiles) Carolus duplici exercitu in eos irruit; & utrãq; Danubii ripã occupat: atq; ad Anassũ fluviũ, qui limes est Pannoniæ & Bavariæ, castra ponit: ac progressus, castra eorũ ad Arabonem seu Rabam flumen expugnat; &

fugientes

fugientes ad môtes Budę insequitur; & interceptos ad dies 42. obsidet; inediâq; confectos ad deditionê cogit: & suscipientibus religionem Christi, vitam & libertatem donat, respuentibus verò eâ, vitâ relinquebat, bonis eorû direptis.

Deinde castra movet ad Budam veterem, quam Sicambriam priùs appellabant; ubi erat aula Chabæ, Regis Ungarorû: & eâ oppugnat à Danubio navibus, ab alterâ parte, acie instructâ ex Ungaris jam captis. Cùm autem oppidani in suos vererentur tela mittere: Franci propiùs ad muros tutiores accedunt: & conscendentes urbem capiunt, atque supplicibus parcunt. Chabas, in vincula conjectus, sibi mortê conscissit. & Carolus privatas opes militibus distribuit: thesauros verò Chabæ ab Ungaris, multis annis, spoliatione plurimarum gêtium collectos, sibi adscribit. Atque ità Franci, qui hactenus pauperes fuerant, facti sunt hac prædâ opulentissimi: & Pannónia, Populi Romani provincia, ab exterâ gente usurpata, ad Romanum Principê reducta est: paucis ex Francorû exercitu desideratis; sed Hunnorû nobilitate propemodum [illegible]orum deletâ. Ac Carolus, per Syrmiû seu Sabariâ, & tra[illegible]o Danubi[illegible] per Daciam, & Jazyges & Metanastas, ad insulam cum classe rediit: in quâ Ungari cum liberis & uxoribus confugerât: & per triduû oppugnatam cepit: anno Domini 791. & 92. *Regino*. * *Sigebertus*. *Adon*. * *Bonfinius*, † *Aventinus*. * *Saxonia Crantzii*, † *Annales Francorum*. *Blondus*, * *Urspergensis*. *Antoninus*. † *Heinricus de Erfordiâ*. *

[* lib. 2. * Æt. 6. * Dec. 1. li. 9 * lib. 4. * lib. 2. c. 16 * Dec. 2. li. 1 * Tit. 14. c. 2. § 1. * cap. 69.]

Post annos 5. cùm iterum Hunni, qui ultra Rabâ ad Eurum habitabant, tumultuarentur: Pipinus, Caroli filius, copiis suis cum Heinrici Ducis Forijulii conjunctis, eos invadit: qui Iringû & Jugutiû, regulos eorû, interficiût; & Rhingum, castellû munitissimum, ubi thesauri regii erant, diripiunt, atque Carolo mittunt, arcemque solo æquant. *Aventinus*, * *Sigebertus*. Et Thudunus Avarum Princeps, se & populum suum Carolo tradit, & cû subditis suis baptizatur: atque in Hûniâ infra Arabonê remittitur. Verùm nô multò pòst fidem frangit; copiasque colligit, ad jugû excutiendum. Sed Pipinus & Boii, qui firmis præsidiis provinciam tenebant, eum statim aggressi interficiunt. Avares reliqui Chajam regem creant: sed etiam ille à Pipino & Geroldo Præside interficitur; exercitu ejus dissipato. Pipinus omnia, ab Arabone & Petione usque ad Dravi fluenta, occupat. Anno Domini 696. & 697. *Regino*. * & *Sigebertus*.

[* lib. 4. * lib. 2.]

Avares, post annos 3. iterum armis correptis, se-se in libertatem vindicare conantur. In eo verò tumultu, Heinricus, Dux Venetiæ & Histriæ, hostium insidiis, à suis perimitur: & Geroldus, Bavariæ Præfectus, dum aciê instruit adversùs Hunnos, sagittâ, incertum à quo missa sit, trajicitur. Pipinus autem jussu Caroli, eos aggreditur; & gentem illam propemodû delet: finesque Bojariæ usque ad Dravi flumen prorogat; eòque colonias Bojorum & Venedorû deducit: circiter annum Domini 800. *Sigebertus in Chronico*, *Aventinus*. * *Saxonia Crantzii*, † *Heinricus Erfordiensis*, * *Annales Francorum*.

[* lib 4. * lib 2 c 6. * cap. 68.]

¶ In Bavariâ, Thassilo iterum à Carolo deficit; & Hunnos atque Bohemos contra eum evocat, promisso stipendio. Cùm autem eos uno atque altero mense aluisset, & necessaria deficerent: Ungari & Bohemi in patriâ revolabât. Desertus igitur Bavarus, cùm videret, se à Carolo & Pipino quasi interceptû esse, & suos magis hosti, quàm sibi favere: ad Carolum proficiscitur; veniamque petit, & Ducatum Bavariæ ei tradit, quem ille ipsi reddit, acceptis obsidibus. Sed cùm ille, ad suos reversus, in conventu orationê minùs commodam habuisset: Carolus eum accersitû, coram totâ nobilitate, in consessu publico, criminis læsæ majestatis reum agit; capitisque condemnat. Eam pœnâ cùm supplex deprecatus esset; cum filio suo Theodone in monasterium relegatur: anno Domini 787. *Regino*, * *Sigebertus* unum annum addit. *Aventinus*. *

[* lib. 2. * lib. 3.]

¶ Anno sequenti, Hunni & Avares, in Bavariam irruentes, ab ipsis & Caroli ducibus cæduntur. *Sigebertus*, *Aventinus*. * Et Bavaria tota Carolo fidê jurat, & Geroldo administranda conceditur. Tâdem, bello Hunnorum aliquamdiu attrita, victis & profligatis illis, ampliatur usque ad Dravi flumen, ut paulò ante diximus.

[* lib. 10.]

¶ Ducibus Suevorum, circa annum Domini 780. privilegium primorum ordinum in expeditionibus Germanici regni concessum esse. *Achilles Gassarus* refert.

¶ Bohemicum bellum, per Carolum, filium juniorê, interfecto Lecho, finitum est. *Antoninus*, * *Robertus Gaguinus*. * & *Cario in Chronico*.

[* Tit. 14. c. 2. § 5. * lib. 4.]

¶ Saxonia etiam hoc tempore plena turbis & motibus fuit. Nam, cùm Sorabi incolæ inter Albim & Salam, in fines Thuringorum & Saxonum incurrissent; & quædâ loca direptionibus atque incendiis vastassent: Carolus jubebat Adalgisum & Geilonem, Frâcorum & Saxonû copiis, eos oppugnare. Qui cû essent in expeditione: interea Witekindus Saxones impellit, ut ad recuperandam libertate arma sumant. Quod cùm cognovissent Caroli Duces: Sorabis seu Slavis neglectis, ad seditiosos Saxones compescendos se-se accingunt. Sed Wittekindus, in monte Suntal cum illis congressus, exercitum illum ferè totû concidit, cum quatuor Ducibus. Carolus, eo cognito, festinat cum exercitu in Saxoniam: & usque ad locum, ubi Alara influit in Wiseram, perveniês, illos vincit: & 4500. viros, seditionis istius autores, capitali supplicio afficit, obsidesque accipit: anno Domini 782. *Regino*. *Sigebertus*, *Chronicon Quedelburgense*. *Aventinus*, * *Erfordiensis*. † *Antoninus*. *

[* lib. 4. † cap. 69. * lib. 2.]

Anno sequenti, iterû Saxones rebellant: & à Carolo atque Francis, primùm ad Thietmallum cæduntur, deinde ad Hasam flumen, in finibus Westphaliæ: & usque ad Wisurgim & Albim omnia vastantur. *Regino*, *Sigebertus*, & *Aventinus*.

Saxones verò Frisonum auxilia sibi comparant; & contra Francos se-se parant, atque ad Lippam castra locant. Sed Carolus junior eis occurrit, atque ad Draguin inito prælio, eos vincit. Parens verò per Thuringiam in Saxoniam excurrit; & ad Albim venit: & depopulatur Orientaliû Saxonum agros & villas, usque ad Tanginofurtum, & Scamningam: anno Domini 784. *Regino*, *Sigebertus*, *Aventinus*, *Erfordiensis*.

Anno sequenti, majoribus copiis Saxones infestat; castraque eorum capit, & passim omnia vastat: & ad Bardenguinum progressus, Wittekindum & Albionem, Saxonum Duces, ad se evocat; &, ut Baptismum suscipiant, persuadet. Atque hoc modo, ad aliquot annos, Saxonia quietem recuperat. Anno Domini 785. *Regino*, * *Sigebertus*. *Annales Francorum*, *Adon*. *

[* lib. 2. * Æt. 6.]

¶ Apud Austrasios, seu in Franconiâ, Hardericus & alii Nobiles, indignè ferentes, quòd Rex exteros sibi præferat, & nimiùm suæ uxori imperiosæ permittat, seditionê contra Carolum moliuntur: sed eâ detectâ, conjurati illi, partim suppliciis, partim exiliis, afficiuntur: anno Domini 788. *Sigebertus*, *Aventinus*. *

[* lib. 4.]

Idem postea Pipinus, gibbosus Caroli nothus, & natu maximus filius, facit, anno Domini 793. nimirû conspirat cum quibusdam Proceribus Francorum, contra patrê suû. Sed eâ conjuratione à Fardulpho monacho proditâ, ille quidem in monasterium relegatur: sed autores istius sceleris suppliciis afficiuntur. *Sigebertus*, & *Aventinus*. *

[* ibid.]

¶ Sclavi, quos Venedos appellant, Abroditas, qui trans Albim in orâ sinùs Codani sedebant, circa Wismariam & Mechelburgiû, & Francis & Saxonibus confœderati erât, infestant. Carolus ergo, contractis copiis, ex Coloniâ, trânsito Rheno, ad Albim venit: & duobus pôtibus exstructis, ductore Bizone, Abroditarû Principe, in Vilizorum seu Wilsorum fines irruit: agros vastat, & vicos & ædificia incendit; & cum Vilizis & Bohemis signa confert, & vincit: & Dragovito, Rege Sclavorum, se-se ultrò illi subjiciente, cæteri Venedi omnes, usque ad Vistulâ amnem, subjugantur: anno Domini 789. *Sigebertus*, *Regino*, [a] *Eginhardus in vitâ Caroli*. *Adon*, [b] *Aventinus*, [c] *Crantzius in Saxoniâ*, [d] & *in Metropoli*, [e] & *in Vandaliâ*, [f] *Annonius de gestis Francorum*.

[a lib 2. b Æt 6. c lib 4. d lib. 2. c. 3. & 16. e lib. 1. c. 1 f lib. 2. c. 23 g lib. 4. c. 8.]

Post annos 4. Saxones, in loco, quem alii Suntfelt alii Finisfelt, vocât, in cœtum coëunt, & arma capiût, pro jugo servitutis excutiêdo. Sed cû cognovissent, Carolû per Thuringiâ, filium verò ejus per Coloniam, adducere exercitûs: abjectis armis, pacem petût; & obsides tradunt. *Regino*, *Sigebertus*, *Annales Francorum*, *Urspergensis*, *Aventinus*. * Sed

[* lib 4.]

cùm

A cùm Carolus recessisset: & pia fide restituunt, & Bizonem, seu Withan, seu Virtzam, Abroditarum Principem, (quẽ Megapolensium Ducem fuisse, quidam tradunt) cùm ad Carolũ ad Aquas Graneas contenderet, interficiunt. Quare Carolus in eundem locum (quem *Regino* Hliunum vocat) copias reducit; & Saxoniam depopulatur usque ad Oceanum; & Hadeleros subigit: anno Domini 795. & 796. & 797. *Regino.* Sigebertus, Crantzius in Saxoniâ,* Ptolemaus Lucensis, in Rudimento,* 17. annum Constantini, Irenes filii, assignat.

* lib. 2.
lib. 1. c. 17

B Saxones, quos alii Nordolitos, alii Nordlingos, alii Transalbianos vocant, concitati à quibusdam, qui ex Daniâ venerant a Rege Godefredo, moveret seditionem; & Præfectos suos atque Præsidiarios milites Francorum comprehendunt, & in vincula conjiciunt: quosdam etiam interficiunt; inter quos erat Godescalcus, ad Danorũ Regem ablegatus. Francus ergo, motis castris ex Heristallo, ad Wisurgem amnem sito, bellum & arma in illos fert; nil intactum ferro & igni citra Albim relinquens. Ultrà verò C Tratacho, Abroditarum regulus, ex Nordolitis 4000. trucidat: anno Domini 798. *Regino. Sigebertus Aventinus,* Crantzius in Metropoli,* Adon, Annales Frãcorum, Antoninus,* Chronicon Holsatia.*

* lib. 4.
† lib 1. c. 12.
* lib 4. c. 16.

Circa hoc tempus, Carolum Hamburgum cœpisse ędificare. *Chronicon Saxonia. ex Helmoldo* refert.

¶ Lydricus Lebacensis, seu Harledecensis, Flandriam vacuã & incultam & nemorosam occupat; primusq; in eâ Comes existit: anno Constantini 12. *juxta Heinricum Erfordiensem*; Domini 792. *Sigebertus.*

D ¶ In Italiâ, Carolus Hæregisum, Beneventanum Ducẽ, quod sibi & Romanis Pontificibus videbatur obstare, & partibus Constantini favere, bello petit. Sed ille, suis viribus diffisus, pacem petit. Quam non priùs impetrabat: quàm, totâ suâ ditione Carolo subjectâ, & datis obsidibus 12. filioque Grimoldo; insuper tributum annuum, 25000. nummûm aureorum, pactus esset. Anno Domini 787. *Regino.* Sigebertus, Adon, Leo Hostiensis, † Annales Francorum, Aventinus.**

* lib. 4.
† cap. 14.
* lib. 4.

¶ Constantinus, sive ob denegatam filiam Caroli, sive E ob occupatum Exarchatum & regnum Longobardorum, iratus, cùm bello Bavarico & Ungarico Carolum vexari intelligeret: Græcos, qui Apuliam, Calabriam & Siciliam, incolebant, & suo adhuc erant imperio subditi, jussit Beneventanum Ducatum infestare. Id cùm Theodorus Præfectus in actum perduceret; & Beneventanorum & Spoletanorum fines incurrisset: ab Hildebrando, Spoletano Duce, & Grimoldo Beneventano, & Winigiso Legato Caroli, cæditur in Calabriâ; ac Longobardorum regno ejicitur: anno 788. *Sigebertus, Regino, Blondus,* Aventinus, † Bonfinius.**

* Dec. 2. li. 1.
† lib. 4.
* Dec. 1. li. 9.

F ¶ Eodem anno Avares, qui à Thassilone evocati, Venetiam & Forumjulii incursabant, à Francis victi sunt in Italiâ. *Sigebertus, Regino, & Aventinus.**

* lib. 4.

¶ Capto Desiderio, Adelgisus, filius ejus, ad Græcos confugerat. Is jam, contractis copiis, Constantini consensu & auxilio, in Italiam redit, ad recuperandum regnũ Longobardorum, & ulciscendum hostes suos, atque Beneventanum Ducatum devastat. Sed Franci, cũ eo congressi, exercitum ejus propemodum delent; ipsumque multis suppliciis afflictum perimunt: anno 7. imperii Constantini. G *Antoninus.** Anno Domini 789. *Sigebertus.*

* Tit. 14. c. 2 §. 6.

¶ Irene, cùm filium suum privàsset imperio & vitâ, Legatos ad Carolum misit de pace: anno Domini 798. *Regino.* Sed quia fortè non impetravit, quod voluit, milites suos in Beneventanum agrum immisit: quos Pipinus & Ludovicus, filii Caroli, vicerunt, & ex Italiâ expulerunt. *Aventinus,* Bonfinius.**

* lib 4.
* Dec. 1. li.

¶ Irenem cum Carolo Italiam divisisse; eamque partẽ, quæ ad dextram Neapolis incipiat, & ad sinistram Manfredoniæ, quę cum infero & supero mari claudatur, & Siciliã, A accepisse, reliqua verò omnia Carolo ex fœdere obtigisse *Bergomensis** annotat.

* lib. 10.

¶ Leo Pontifex a Romanis, propinquis & amicis Hadriani, propterea quòd acta ejus rescinderet, malè tractatus ad Carolum confugit Padebrunnam. Carolus eum Romã curat per suos reduci: & ipse Romam cum exercitu properat, causamque Leonis & Adversariorum ejus examinat, & reos damnat; ac motus illos Romæ componit & sedat: anno Domini 799. & 800. *Regino.* Sigebertus, Aventinus,* Ja-* B *cobus Meyer in Chronico Flandria.*

* lib 2.
* lib. 4.

¶ In Siciliâ turbas excitavit Irene. Nam cùm intellexisset, Elpidium, quem eò miserat Prætorem, Nicephoro favere; eumq; in acquirendo imperio juvare: misit Theophilũ Præfectũ, ac postulavit a Siculis, ut eũ sibi traderent captũ. Quod cũ Siculi detrectassent, Theodorus exercitũ cõtra eos ducit: & prœliis aliquot commissis, Elpidius & Nicephorus fugã capessunt: anno 2. Cõstantini. *Paulus Diaconus,* Cuspinianus de Imperatorib.* An. Domini 783. *Funccius.*

* lib. 23.

¶ Britones, quos suprà ex Angliâ in Gallias venisse, & C Carolo tributarios factos, diximus, à pactis recedebãt, resque novas moliebantur. Sed ab Adulpho, Carorũ Principe, victi, ad jugum servitutis reducuntur: autoribus ejus seditionis, partim oculis, partim patriâ privatis; anno 786. *Regino,* Sigebertus, Annales Francorum.*

* lib. 2.

¶ Saraceni fines Septimanorum (quæ etiã Gothia appellatur, pars Narbonensis Galliæ, ubi Rhodanus cũ mari confluit) incursant, cæsis limitum Ducibus: multisq; Francorum interemtis, vastatâ regione, cum ingenti prædâ domos redeunt. *Aventinus.**

* lib. 4.

D ¶ Interea Britones ad rebellionem se-se parant. Sed Wido, Dux Britannici limitis, eos opprimit, & ad servitium redigit. & non ità multò pòst, Carolus ipse omnem Gallici Oceani oram circuit & perlustrat: anno Domini 800. *Sigebertus Aventinus**

* lib. eod.

¶ In Hispaniis, Saraceni, hinc ex Barchinone, indè ex Ulissippone, Christianos accolas incursionibus infestabant. Carolus Haldefondo, Asturiæ & Galatiæ Regi Christiano, mittit auxilia ex Aquitanis: & rogat, ut Lusitaniæ & Bæticæ Saracenos comprimat. Interea Zatus, seu Zatunus, E seu Tbatin, Præfectus Saracenorum, ad Carolum venit, & eam urbẽ ipsi offert. Ludovicus ergo cũ exercitu in Hispanias contendit; & Oscam obsidet atque capit: anno Domini 797. *Regino, Sigebertus, anno 798. Blondus.**

* Dec. 2. li. 1.

Haldefonsus, ut amicitiam cum Carolo testetur, Pampilione, pretiosæ artis aulæa, apud Francos incognita, donat; aliaq; munera mittit. Interea Mauri & Saraceni, Baleares insulas, quas Majoricas Minoricasque vocant, fœdè & crudeliter depopulantur. Sed Haldefonsus Ulissipponem (nunc Lisibonam vocant) capit: atque Maurorũ ad 70000. F cędit, qui fines Asturum ferro ignique depopulabantur: & de prædâ loricas, mulos, & Mauros, Carolo mittit: anno 798. *Regino, Adon, Aventinus,* Ritius de Regibus Hispania.*

* lib 4.

Saraceni Barcinonã recuperant. Sed Francorũ copiæ urbem obsident, & Baleares insulas contra Saracenos tutantur: anno Domini 799. & 800. *Regino, Sigebertus.*

¶ De bello Hispanico, à Carolo cum Agilando gesto, ex Turpino multa refert *Sabellicus,* & Heinricus de Erfordiâ.†* Sed *Robertus Gaguinus** censet, vero dissimilia esse.

* Enn. 8. lib 8.
† cap. 62.
* lib. 4.

¶ In Angliâ, Daci prædones incursantes, à Bitricho, Re- G ge Occidentalium Saxonum, repelluntur: anno Domini 784. Sed illi, cognitâ soli ubertate, haud multò pòst reversi, cum Anglis de possessione certant; bonamque partem ejus terræ occupant. Atque ita regnum Northumbriæ, ab anno 785. triginta & ampliùs annis, tam finitimorum, quàm Barbarorum injuriis expositum fuit. *Polydorus.**

* lib. 4.

Regino narrat, à Widone totam Britanniam esse Francis subjectam: anno Domini 799. Sed plerique Scriptores intelligunt eam regionem, quam in Galliis Britones occuparant.

FINIS OCTAVÆ CENTURIÆ.

LOCORVM S. SCRIPTVRAE, QVI IN OCTAVA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ Centuria exponuntur, INDEX.

[illegible] I v [illegible] E factus est homo in animam [illegible] c
[illegible] est, quod dixit Deus Ab [illegible] no [illegible]
[illegible], quo [illegible] edio Paradisi, [illegible] me [illegible] h
19 [illegible] aas & in terram ibi [illegible] c. & [illegible] b
4 [illegible] cit Dominus ad Abel, & ad munera eius 32 [illegible]
[illegible] In Isaac vocabitur [illegible] semen [illegible]
[illegible] Ta[illegible] Deus Abr[illegible]ham [illegible]
v.16 Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo [illegible] propter [illegible] me, &c. 31
18 In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ [illegible] h
[illegible] 17 Non est hic aliud, quam domus [illegible] ei [illegible] d
[illegible] Exaudiet me cras iustitia mea 45 c
[illegible] Qu[illegible] Iacob [illegible] Aeg[illegible] m [illegible] bus [illegible] 40 c
[illegible] A[illegible] in [illegible] animitate [illegible] suæ 41 c
¶ Exodi [illegible] Ego sum Deus Abraham 81 a
[illegible] Ego sum, qui sum; & qui est, misit me ad [illegible] 41 d
VIII 19 Digitus Dei est hic 72 a
XX. v.4 Non facies tibi idolum neque omnem similitudinem, quæcunque sunt in c[illegible], & in terra [illegible] 70 c
[illegible] Non concupisces [illegible] d[illegible] tem eius non [illegible] non bovem, non ovem, non [illegible] nec omnia, quæ illius [illegible] 319 d
[illegible] Omnia quæcunque præcepit nobis Dominus faciemus 109 d
v.8. Hi[illegible] Testamenti, quod mandavit ad vos Deus 38 a
XX[illegible] Dixit Dominus ad Mosen Facies propitiatorium ex auro puro &c 127 [illegible] d
v 21 22. Impones testimonium, quod dabo tibi, quo operi[illegible]: & loquar ad te supra propitiatorium 327 f
XXXI [illegible] E[illegible] vocavi ex nomine Bezaleel filium Ur, filii [illegible] de tribu Iuda, & replevi eum de Spiritu sapientiæ & intelligentiæ, ad perficiendum opus ex auro & [illegible] & de [illegible] filium Achisamac 335 c
¶ [illegible] &c. Turpitudinem uxoris Patris tui [illegible] uxoris [illegible], atque sororis tuæ non rev[illegible] tua est [illegible]
XI [illegible] San[illegible], quoniam & ego sanctus sum [illegible] Dominus [illegible]
v [illegible] Non f[illegible], quod [illegible] tuum est. ne[illegible] stes iud. cabis non stabis contra sanguinem Proximi tui 319 c
v.18 Diliges proximum tuum, sicut te ipsum [illegible] 4 n
¶ Numeri [illegible] Ista est dedicatio altaris, postquam [illegible] onem [illegible] & unctionem [illegible] datus Mose ad tabernaculum testimonii &c [illegible] d
[illegible] Fac te pentem, & pone illum in signum [illegible] qui tactus fuerit, illumque inspexerit, vivet [illegible] g
¶ Deuteron. IV v 12. Quam ob causam in monte, in medio [illegible], vocem verborum [illegible] audistis: similitudinem autem non vidistis, sed tantummodo vocem 305 h
[illegible] Non [illegible] tibi idolum &c 113 f
[illegible] Tent[illegible] Dominus Deus vester, ut sciat, [illegible] 144 a 133 f
[illegible] vobis suscitabit Deus vester [illegible] & [illegible] d
[illegible] partem ex omnibus frugibus [illegible] domum Domini Dei tui 320 [illegible]
[illegible] Interroga Patrem tuum & annuntiabit [illegible] tuos & dicent [illegible] 44 [illegible]
¶ Samuel [illegible] 10 Exa[illegible] cornu [illegible] 41 a
[illegible], quia vocasti [illegible] 41 g
[illegible] Dav[illegible] surrexit, & cecidit in faciem suam & adoravit ter [illegible] onathan & osculantes [illegible] 41 a
[illegible] 7 E[illegible] Saul [illegible] me hoc peccatum, ut extendam manum meam in [illegible] Domini 10 b
¶ [illegible] Et percussit Moab, & mensus [illegible] funiculo, coæquans terræ 40 g
¶ [illegible] Si cum peccatore amic[illegible] m [illegible], ideo iram a Deo [illegible] 316 f
¶ [illegible] debet esse [illegible]
X[illegible] 14. [illegible] ho[illegible], ut immaculatus sit & ut mundus [illegible] natus ex muliere 97 c
XXI [illegible] p. ad calorem nimium transibunt ab aquis ni[illegible] 4 f
[illegible] qui [illegible] f[illegible] me [illegible] qua [illegible] dus eius fe[illegible] non [illegible]
[illegible] edite [illegible] em 41 a
¶ [illegible] A pich [illegible] d[illegible] neque [illegible] tui Dominus, & pe[illegible] a
[illegible] Quæ d[illegible] dibus [illegible], & in cubilibus vestris compungimini d
v 7 Signatum est in nobis lumen vultus tui Domine 9. b [illegible] 29 f
v 9 In pace in idipsum obdormiam & requiescam quoniam tu [illegible] singulariter in spe constituisti me
VI v 1 Domine ne in [illegible] arguas me &c [illegible] d
[illegible] Miserere mei [illegible] quoniam infirmus sum 100 c
X [illegible] Ut quid Domine recessisti longe 141 g
XI[illegible] Non est, qui faciat bonum non est usque ad unum 57 g
XV [illegible] qui pecuniam suam non dederit ad usuram
v [illegible] Vota iustorum placabilia 400 c
XV[illegible] terra [illegible], mirificas fecit omnes [illegible] ipsis
X[illegible] Cu[illegible] exaudisti me Deus [illegible] d
[illegible] v 7 Assumsit me de multis, & de aquis [illegible] 41 a
X[illegible] Exaudiat te Dominus in die tribulationis [illegible] 183 c
X[illegible] v 7 Principes tollite portas vestras, & elevamini portæ cœlestes [illegible] Rex gloriæ [illegible] 72
XX[illegible] 10. Universæ viæ tuæ misericordia & veritas [illegible]
XX[illegible] v.8. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi [illegible] tuæ 328 b. 335 h
XXVII v 8. Exquisivit [illegible] facies mea faciem tuam, [illegible] requiram 328 c. 99 f
v 13. Credo videre bona Dei 128 b
XXX v 6 Ad vesperam demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia 400 d
XX[illegible] 5,6 Di[illegible], Eloquar [illegible] iniquitatem meam contra Domino & tu remisisti impietatem cordis [illegible] & pro ea orabit omnis sanctus 117 b
XXX[illegible] 6. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis [illegible] eorum 41 d
XXX[illegible] 2 Benedicam Dominum in omni tempore [illegible] laus eius in ore meo 194 c
v 6 [illegible] omni super iustos [illegible] f
v. eod. [illegible] &c [illegible]
v 9 Vacate & videte, quoniam suavis est Dominus 114 f
☞ Secundum, quod hoc seculo tenebras plùs quàm Ægyptiacas induxit, est Prosopolepsia; hoc est, autoritas Pontificis Romani, activa & passiva. Nam ille unicus tam altè suum extulit caput, supra omnes alios toto orbe Christiano pastores: ut veluti summus Monarcha, sibi soli arrogarit potestatem, regendi omnes Ecclesias, præsidendi Synodis, decernendi côtroversias, præscribendi formulas religionis. Verbis explicari non potest, quàm superciliosè Constantinopolitanis insultent Romani Præsulis emissarii; proque autoritate postulent, Bulgaros suæ obedientiæ non subtrahi: ut in ipsâ historiâ Lectores cognoscent.

Vicissim autem, tanta fuit aliorum in Ecclesiâ Christi Doctorum fascinatio atque amentia; ut illud superbum idolum nimis serviliter & turpiter coluerint: ita, ut ne hiscere quidem contra ejus tonitrua ausi fuerint; omniaq; ejus sputa quasi ex terrâ linxerint, quantamcunq; illæ fœdæ sordes nauseam adferrent. Multi, licèt agnoscerent, Romanum Antichristum plurima, contra apertum Dei verbum, moliri, postulare, atque inculcare: tamen, ne animosè & manifestè se-se, juxta verbû Dei, opponerêt; duo in primis erât spectra, quibus deterrebâtur. Unum erat, illa insignis species, quod ibi Petrus ac Paulus, præclara mundi lumina, Ecclesiâ plantassent: & plenis buccis subindè jactitaretur; pastores ejus sedis, perpetuos esse Apostolorum illorum, qui ibi sanguine suo Christi doctrinam obsignassent, vicarios atq; successores. Intelligebant igitur saniores Doctores, se in certissimo discrimine versari; ne ab Ecclesia (uti nominabatur) apostolicâ excluderentur: si quicquam contra molitiones, & statuta Romanorum Præsulum, mutire ausi fuissent. Alterum erat, autoritas atque potentia Antichristi: quæ quidem, omnia nunc, aliquot seculis sibi, maximis conatibus & studiis, per fas nefasque, comparaverat. Passim enim omnes, omnium penè locorum Doctores, se-se isti Antichristo mancipaverant, ab ejusque nutu pendebant: quidquid ajebat, ajebant; quidquid negabat, negabant. Hæc communis errantium multitudo, plurimos rectè-sentientes reprimebat. Nam Pontificem Romanum offendere, jam erat, omnes omnium Ecclesiarum doctores irritare. Non enim ampliùs, quid verbo Dei consentaneum esset, spectabatur: sed, quidquid Antichristus approbaret, verumq; pronuntiaret; id, tanquam oraculum ex cœlo dictatum, omnium osculis accipiebatur.

Irridetur atque exsibilatur bonus Claudius Taurinensis; quòd, contra fœdam imaginum & statuarum culturam atque adorationem, ex verbo Dei dimicat, non modò à Jonâ Aurelianensi: verum, ab universo quoque grege mancipiorum Antichristi Romani, immaniter excommunicatur; & inter Hæreticos ejus ætatis per vim collocatur.

Multi functionibus suis excutiuntur, atq; in exilia pelluntur: qui, quantumvis modestè veritatem cœlestem saltèm spirare; atq; tot corruptelas, idolomanias, tyrannicum denique imperium quidlibet mandandi & postulandi, vel pauxillulum abhorrere videbantur. Levissimi & insulsissimi quique homines, neque eruditione, neque vitæ integritate, quicquam excellentes, tantùm quia Romano Antichristo palpum obtrudebant; ad arduas & celebres vocationes evehebantur, mirisque modis commendabantur.

Quando igitur hominis existimatio ipsi divinæ autoritati & cultui anteponitur: quid aliud, quam horribiles tenebras & errores exspectes? Ratio ejus evidens est: quia Antichristus est mendax.

¶ Tertium, quod illas nostris seculis nebulas exhalavit & auxit, est Ceremoniarum, & rituum humana autoritate introductorum, immodica cumulatio & observatio: quæ & legem habebat, ne intermitterentur, & opinionem de singulari pietate ac meritis, ad æternã salutem pertinentibus. Non enim tantum ecclesiastici gubernatores, in inveniendis subindè novis ceremoniis solertes erant, seu potius superstitiosi: verum etiam ipsi Imperatores id sibi laudi ducebant, magnis magnorum thesaurorum profusionibus, ceremonias publicarum actionum in tẽplis augere atq; ornare. Quamvis autẽ, Caroli Magni tẽporibus, viderentur omnia esse simpliciora: tamen jam fastus Prælatorum, ac Ceremoniarum splendor, invaluerat: quę quidem, post ejus obitum, apud successores facilime incrementa cepêre. Est enim natura hominum, mirum in modum appetens, externarum illarum pomparum atque rituum.

Hæc autem tot tamque operosarum ceremoniarum administratio, id secum attulit dispendii: ut ipsæ personæ, ecclesiasticis ministeriis dedicatæ, magis vacarent istis ritibus, quam studiis sacrarum literarũ, aut necessariæ, eruditæ & gravi institutioni plebis; ac reverâ Verbum Dei (ut apud Samuelem dicitur) fieret perrarum istis temporibus. Pauci igitur reperiuntur Episcopi vel Sacerdotes, cognitione profanarum & sanctarum literarum clari. innumeri vero sunt dignitate pręfulgentes, & suis ceremoniis vasta tẽpla implentes: omne neque tempus, sacris congressibus, doctrinæ & precationibus destinatum, rituum illorum histrionica administratione terentes, ac perdentes. Ipse autem Populus, splendore ceremoniarum captus ac dementatus, doctrinam de articulis fidei, ut non audiebat; ita etiam non magnoperè expetebat audire: hac persuasione occæcatus, quod ejusmodi ritibus Deo facillimè reconciliari, eique abundè servire posset. Accidit igitur plebi, quod cæcis usu-venire solet. nam oculis vel caligantibus, vel penitus extinctis, reliqua etiam membra nihil rectè agere valent; sed errant atque impingunt, quócunque se-se moveant.

Quando igitur Ceremonię, quę doctrinę & institutionis Populi debebãt esse quasi famulæ quædam, & pedissequæ servientes, pro ipsâ dominâ in Ecclesia haberi & coli incipiunt: tùm ipsum Dei verbum vilescit; ac surripit Diabolus, veluti vacuam atque purgatam domũ, invehens in eam varias corruptelas, imposturas & errores. Nemo enim fideliter docet, nemo in excubiis est: omnes, aliud agendo, (ut inquit ille) malè agere discunt.

¶ Quartum, quod in hoc seculo tenebras Ecclesię peperit, easque validiores effecit, est rectè-sentientium & confitentium dira persecutio, & oppresio: quâ de re in præmissis quoq; aliquid fuit attingendum. Nam non modò Oecumenicus ille Romanus, hoc est, homo peccati, & filius perditionis, tam spirituali gladio, hoc est, excommunicatione, quàm corporali ense, carceribus nempe & exsiliis, omnes hiscentes contra idolomaniam, contra corruptelas verbi divini, contra ἐθελοθρησκείας, contra Papa Cæsareatum, & similes præstigias ac nefaria facta ipsius, acerrimè & crudelissimè opprimebat; quam ad rem mancipia illius strenuè operas suas omnes conferebant: sed etiam politici viri, eminentiâ & potentia præstantes, vel incitati ab idolo illo Romano, ejusve creaturis juratis, vel propriâ superstitione inflammati, eos removebant & affligebant: ne videlicet aliquid isti splendori religionis, quæ externos oculos implebat, detraheretur; néve schismata tranquillitati Reipublicę aliquid detrimẽti gignerent. Hac ratione effectum est, ut Ceremoniis servientes, conniventesque ad omnis generis corruptelas atque errores, summis infimisque chari exstiterint: rectè autem sentiẽtes, & ex verbo Dei aliquid contra (ut sic dicamus) pipientes, mox sint minis, carceribus, deportatione atque exterminatione, sopiti. Quando igitur sic se res habent, ut domus Ecclesiæ omnibus sinceris Verbi Dei ministris expurgetur, oraque omnibus vigilibus seu clamantibus (ut Scriptura eos nominat) obstruantur; quid non præstigiarum & errorum, absque omni impedimento introduceretur?

Inter istas tamen, quantúmvis sævas, turbulentas, & caliginosas tempestates, Deus aliquẽ cœtum, licèt exiguum, pro suâ immensâ clementiâ & potentiâ, conservavit: è quo nonnulli subindè voces aliquas, contra publicas tenebras in religione, totaque gubernatione ecclesiastica, ediderunt; atque sinceræ doctrinæ, verorumque cultuum Dei, fuerunt custodes: uti ex Historiæ ipsius lectione patebit.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA NONA.

CAPUT I.

NOnum Seculum ab Imperio Caroli Magni initium exordiū, & per administrationem Imperii Ludovici Pii, Lotharii I. Ludovici II. Caroli Calvi, Caroli Crassi, usque ad decimum Arnulphi annum, extenditur. Fuit autem Ecclesiæ Christi non minùs tristis & squalida facies hoc tempore, quàm superioribus aliquot ætatibus. Nam episcopi & Doctores, qui quasi columnæ Ecclesiæ Christi esse debebant, plerique omnes, corruptelis Pontificiis, & superstitionibus humanarum traditionum plus nimio addicti fuerunt: & manifestam idololatriam, de Imaginum adoratione, Sanctorum mortuorum invocatione ac cultu, de intercessione eorum, de Meritis operum commentitiorū de Missificatione pro vivis & mortuis, de decretis dæmoniorum, ut est prohibitio Nuptiarum & Escarum, nimis impudenter commendarunt. Quidam etiam neglecta administratione Ecclesiæ, regna hujus Mundi, & gloriam ejus, strenuè aucupati sunt: & funesta bella gerentes, & inter Reges ac Imperatores semina dissidiorum spargentes. Nonnulli insuper in id intenti fuerunt, ut eos, qui corruptelis & superstitionibus Pontificiis nonnihil juxta verbum Dei, reclamarent, quâ possent arte & violentiâ, opprimerent.

Deinde, etsi Magistratus quidam, tanquam nutritii & defensores Ecclesiæ a Domino constituti, satis diligenter conati sunt suum facere officium, in promovendâ religione Christianâ, & defensione Ecclesiæ contra Saracenos, Nortmannos, & alios hostes: tamen minùs felices eorum fuerunt conatus, eò quòd ita Dei grassaretur pa[illegible]m, propter idolomanias mandestas & terras. Præterea, cùm veræ viæ ad Ecclesiæ salutem rectè constituendam ignari essent. [illegible] potissimam vim Christianæ religionis consistere, in externis ritibus præstandis & accumulandis. Ideoq; in disciplinâ externâ instituendâ, templis & monasteriis sumtuosissimè ædificandis & liberalissimè locupletandis: ac in Monachis & Sacerdotibus evehendis atque ornandis, adeò occupati erant: ut regnum Christi in politicum dominium, ac gloriam Ecclesiæ (quæ interna est, atq; in puritate doctrinæ, fide, & confessione, consistit) in externam & theatricam pompam commutarint. Aquila enim Romana in duo capita divulsa est. Illud, quod in Oriente caput erat, a Saracenis horribiliter deplumatum est. Ecclesiæ verò in Africâ atq; Asiâ, partim tristi servitute oppressæ; partim verò funditùs subversæ ac deletæ sunt. Aliquot sanè Imperatores Constantinopolitani idolomanias fœdas, in Imaginum veneratione, & Mortuorum cultu, atque ipsam adeò Pontificiam tyrannidem agnoverunt atque damnarunt, una cum suis quibusdam sinceris doctoribus: sed ob hostium sævitiam, suorumq; ingenia & studia perversa ac improba, minus efficere valuerunt. Quidam igitur ex iis, politica consilia sequentes, & tranquillitatem quâvis pacto redimere cupientes, idololatriam illam tandem amplexi sunt; seseq; Pontificio jugo turpissimè subdiderunt. Verum etiam hi experti sunt, Dei iram nequaquam placari impietate, cessione, & abnegatione. Unde sub his quoque, Ecclesia Christi suas perpessa est miserias & calamitates.

Alterum caput Aquilæ in Occidente, initio quidem in Carolo Magno & Ludovico Pio, [illegible] Christi umbram quandam præbuit, easque in Occidente aliquo modo proterit & retexit. Sed intestina dissidia ex[illegible] Danorum, Nortmannorum, Britonum, Romanorum

A Pontificum insidiosa studia Ecclesiasticorum mali m[illegible] [illegible] & potentia eorum carnalis. Monast[illegible] in [illegible] multiplicatio traditionum humanarum [illegible] acervatio, [illegible] externæ superstitionum [illegible], & Pontificum dominatus super Ecclesias imo etiam super ipsos Imperatores ac Reges, horribiliter [illegible] sponsam, non modò deformarunt, sed etiam afflixerunt, & propemodum extinxerunt.

His malis accedunt duo illi hostes & Antichristi, Mahometus nimirum & Pontifex Romanus. B quorum ille foris Ecclesiam, falsâ doctrinâ, calumniis, malitiâ, igni & ferro, sævissimè impugnat, atque crudelissime dilacerat, & multis in locis vastat ac perdit: hic verò in templo Dei, hoc est, in ipsis visceribus Ecclesiæ Christi, sævit, & corruptelis sanæ doctrinæ, cultu deorum alienorum, laqueis conscientiarum, doctrinis dæmoniorum, omnem pietatem, & verum Dei cultum, fidem, invocationem & confessionem, ex ovicularum Christi pectoribus delere & exstirpare conatur. Ac quod summoperè dolendum C est, incredibili & felicissimo, in suâ impietate, successu uterq; utuntur. In quæ quidem mala, nullum pium pectus sinè multis lacrymis intueri potest.

In hisce miseriis omnibus, nihilominùs tamen vera Ecclesia Christum retinet sponsum, fautorem & defensorem. Nam habet tamen Ecclesia Christi sua quædam incrementa. Aliæ enim atq; aliæ gentes subindè ad fidem Christi, ministerio verbi, deducuntur. Nec patitur Christus, ut Saraceni, Nortmanni, Britones, Dani, Bojemi, Moravi, atque ejus generis aliæ ferocissimæ gentes, in universum D deleant regnum Domini: sed ipse Jehova, eâ ipsâ occasione bene, dum illi Christianos capiunt; hostes vicissim, vinculis spiritualibus alligatos, jugo suo subjicit. Aperit etiam subindè aliquibus oculos, mirabili clementia ac potentia, ut Pontificias illas corruptelas & fraudes agnoscāt, easque detestentur publicè. Nec est dubium quin plurimi, quando ad tentationis ignem venerunt, stipulas illas humanarum traditionum abjecerint, solumq; Christum, mediatorem suum & salvatorem, verâ fide amplexi, in vitam æternam cum eodem profecti sint. Insignis certè re- E velatio Pontificiæ abominationis fuit: quod Dominus Papam Johannem VIII. meretricem imprægnatam in publicâ pompâ voluit fœtum suum edere. Hæc ut non temerè acciderunt: ità non est dubium quin multi pii quibus Deus oculos ad videndum aperuit, indè cœperint Johannis vaticinium in Apocalypsi, de meretrice Babylonicâ, Bestiæ insidente, & cum Regibus ac Principibus terræ turpitudinem exercente, aliquantò accuratiùs expendere, & luculentiùs intelligere. Verùm de his in sequentibus plura dicenda erunt.

F

CAPUT II.

DE LOCO ET PROPAGATIONE Ecclesiæ.

FUisse Ecclesiam Christi hoc etiam seculo, per orbem terrarū sparsam testantur Autores. Nam An[illegible], *Amma.ab [illegible], quod interpretatur Populus meus spontaneus, id est, Christus, qui sponte gratiam suam contulit Ecclesia, qui per totum jam vehitur Orbem.* Et iterū. *Regnum, ut primitiva Ecclesia, inter fines Judææ angustatum habuit: sic jam dilatatum per gentes, atq sublevatum habetur.* [* in cap. 1 lib. 1. Reg.] [* in cap. 2]

HAYMO in[illegible]: *Videmus jam, ex omnibus gentibus, quas Romanorum novit imperium, in Christum credidisse, & per fidem ad hunc montem confluxisse.* [* in cap. 5]

[illegible] ad Ar[illegible] per[illegible] ter[illegible] era[illegible] flatam [illegible] erunt.*
* Tomo [illegible] [illegible] berus, Theogaudus, & [illegible] epi[illegible] opi[illegible] in epi-
* lib. 4. Annal. stolâ ad Nicolaum Pontificem [illegible] exstat [illegible] Aventinũ.* in[illegible] unt: *Spiritus sanctus aut[illegible] est omnium [illegible] lesiarum, quæ longissimè & latissimè terrarum orbis porrigitur. [illegible] Dei nostri cu[illegible] municipes sumus, ad universos cæli cardines pertinet.* Et Hilduinus, [illegible] epi[illegible] opi Occidentales inquiunt: *Una est Catholica Ecclesia, per totum orbem terrarum diffusa.* Rabanus, [illegible] ad Organum.

Sed tamen non in omnibus [illegible] Mundi [illegible] quê loc[illegible] & numerosa fuit, ut [illegible] que[illegible] onten[illegible]
* cap. 7. [illegible] ibus de morte:* *Heu Domine* inquit *quot mala sunt in Mundo? Ecclesia est diminuta [illegible] turbat[illegible] & quæ erat longe lateque per Orbẽ diffusa; nunc est [illegible] ad unum Occidentalem angulum redacta [illegible] dominantur: Boni tribulantur & mala in numero multiplicantur.*

Meminerint autẽ S[illegible] ores huius [illegible] expressè quorum [illegible] locorum; quæ annotar[illegible] & L[illegible] o[illegible] po-
C nere studebimus: ut ho[illegible] ia sponsę Chr[illegible] ora[illegible] tem ag[illegible] scantur, ac D[illegible] pro sua imm[illegible] bonitate gratias agantur: q[illegible] em inter homines habeat, fidelisque ex immensâ misericordia, omnibus ætatibus, in mediis imperiorum & regnorum [illegible] uinis, colligat & conservet Ecclesiam.

DE ECCLESIIS PER ASIAM.

ETsi Palæstina Turcorum [illegible] o fuit hac ætate subdita: tamen in ea adhuc p[illegible] i in aliquibus locis reliqui man-
* lib. 24. Rerum serunt. nimirum *Hierosolymis*: ut patet ex *Paulo Diacono*.* Nam multi Christiani in Palæstinâ & Syriâ, a Saracenis D atti[illegible] unt, circiter annum Domini 813.

Et in Bethlehem. Unus enim ex monachis, qui ad Carolum ab Hierosoly[illegible] morum episcopo ablegati sunt, ex Beth-
* lib. 2. lehem fuit. *Regino.*

In Syriâ: Antiochiæ. Nam episcopi eius Theophili meminit *Epitome Mundi*, sub Carolo Magno. Et Pauli Antiocheni nomen exstat in *Chronico Martini.* Et Iobum, Patriarcham Antiochenum Thomæ cuidam seditioso Imperatoriam dignitatem solennibus ceremoniis contulisse, *Zo-*
* Tom. 3. *naras** prod[illegible] it.

In Lydiâ. Sardium enim archiepiscopi mentionem facit *Zonaras.*

In Lycaoniâ. Lycaones enim quidam à Nicephoro sub-
* lib. 24. ornantur, ad Bardanem interficiendum. *Paulus Diaconus.**

In Phrygiâ. Nam Nicephorus ad Galson, urbem Phry-
* id. giæ, cum Arabibus signa confert. *Paulus Diaconus.**

Amorii. Patria enim fuit Theophili Imperatoris; quam exscind[illegible] nt Saraceni. *Zonaras.*

In Asia. Nam Ludovicus Christianis in Asiâ constitu-
* lib. 4 tis subsidium misit. *Aventinus.** F

In Bithynia. Nam in civitate Bithyniæ, in monasterio Heracl[illegible], Bardanes capitur, & attondetur in monachum.
* lib 24 *Paulus Diaconus.**

In Galatia. Ancyram enim Galatiæ, Thebasin & An[illegible] Nicephorus instaurat, & præsidia Christianorum in eas urbes collocat, contra Saracenorum incursiones.
* ibid. *Paulus Diaconus.**

In Cappadociâ. Nam Christiani in Cappadociâ indignè tulerunt [illegible] Mi[illegible] el legiones indè evocaret, & se quasi
* ibid. nudos Saracenis trucidandos proderet. *Paulus Diaconus.** G

Cæ[illegible] reæ Cappadociæ episcopus, Iohannes nomine, a Basilio Imperatore Romam missus est. *Liber Pontificalis, in vita Adriani III.*

In Armenia. Leo enim partẽ quandã in Armenia a p[illegible]
* ibid ciâ a[illegible] tenu[illegible] & [illegible] racenos defẽdit. *Paulus* [illegible]

In India. Æl[illegible] u[illegible] Re[illegible] orum [illegible] munera, per [illegible] m S[illegible] eburgen[illegible] episcopum, [illegible] anctum Tho-
* lib 2 c 16 de Anglis mam [illegible] misit. *Wilhelmus.**

DE ECCLESIIS PER AFRICAM.

IN *Aegypto* [illegible] H
R[illegible] ad R[illegible]
te[illegible] Æ[illegible]
[illegible] A[illegible] i Ale[illegible]
[illegible]

A [illegible] an [illegible] edi[illegible] synod[illegible]

In Africa. Nam [illegible] Atiâ o[illegible] m eius in[illegible] dii [illegible] *Aventinus.**

In Libya. Nam in Æ[illegible] pto & L[illegible] nnum [illegible] Nicephori, Domini v[illegible] à Sara[illegible] [illegible] ovicem tumultuantibu[illegible], malè [illegible] to esse, *Paulus Diaconus** indicat. Et Nicolaus Pontifex [illegible] epi[illegible] lam a[illegible]
B [illegible] scopos per Asiam & Libyam.*

DE ECCLESIIS IN INSULIS, in mari mediterraneo.

IN *Cypro* Ecclesiæ fuerunt, usque ad 4. annum Nicephori, qui [illegible] Domini 806. quas Sara[illegible] de[illegible] sl[illegible] tran portatis. *Paulus Diaconus.** S[illegible]
* lib. 24. quamor, Christiani quidam ex Palæstinâ & Syria [illegible] pro[illegible] cede[illegible] unt. *Idem.**
* ibid.

Insulas Cycladas Saraceni populantur. Unde [illegible] [illegible] Christi[illegible] nos fuisse. *Zonar[illegible]*
C

In Lesbo. N[illegible] bi Irene Imperatrix exsulat. *Pa[illegible]*

In Lemno insul[illegible] Saraceni Cori[illegible] q[illegible] [illegible] memori[illegible] Harum fuisse. *Zonaras in Leone.*

In Rhodo, a Saracenis Ec[illegible] sia qui[illegible] m est tam g[illegible] affli[illegible] ci[illegible] annum Domi[illegible]. Sed tamen non prorsu[illegible] leta. *Paulus Diaconus.** Li[illegible] & M[illegible] ecclesi[illegible] [illegible] Rhodo, men[illegible] *Sigebertus*, anno 8[illegible]

In Creta. Nam C[illegible] ore[illegible] næ episcopus pro defensione Christi, martyr effectus est. *Zonaras*

In Sardinia & Corsicâ. Nam Saraceni, irruptionem in eo[illegible]
D fac[illegible] ntes, affligunt Christianos, & abducunt multos *Annonius.**

In Majoricâ. Irmingarius, Comes Emporitanus, insi[illegible] habet, quibus capit Mauros, cum prædâ ex Corsicâ in Hispaniam contendentes. *Annonius.**

In Peronessâ seu Patalariâ insulâ. Nam ib[illegible] Mauri monachos spoliarunt, (ut *Leo in epistolâ ad Carolum* indicat.) & sexaginta captos in Hispanias asportarunt, & vendiderunt. *Annonius.**
* lib. 4. cap. 93.

E *In Cephaleniâ & Zacyntho*, Saraceni Christianos affligũt, sub Basilii imperio. *Zonar.*
* lib. 2.

Venetiis. Regino,* & *Sabellicus.**
* Ennead. lib 9

In Proteinsulâ. Ecclesia est, & monasterium [illegible] Bardanes delitescit, & occiditur. *Paulus Diaconus** *sub Nicephoro.*
* lib. 24.

In Siciliâ: quæ Saracenis proditur ab Euphemio. *Zonaras*;* qui & Syracusarum meminit.
* Tomo 3

Lipparam occupantes Saraceni, Bartholomæi ossa dispergunt: Anno Domi[illegible] 851. *Sigebertus.*

F *In insulam Antigoni, seu in Panormum*, Methodius deportatur. *Zonaras.*

DE ECCLESIIS PER EUROPAM.

IN *Macedoniâ.* Thessaloniceni archiepiscopi, qui à communione Tarasii patriarchæ recessit, mentio fit apud *Paulum Diaconum.**
* lib. 24.

In Thraciâ Constantinopolis adhuc sedes Imperatorum Christianorum fuit, & doctores suos in Ecclesiis habuit: ut patet ex [illegible] *rerum.*

Anchialo, Be[illegible] hoeæ, Philippopoli, & Philippis, & ad Stri[illegible] monem habitantes Christiani, metu Bulgarorum, fugiunt.
G *Paulus Diaconus,** *sub Michaele.*
* lib eod.

Heracleæ. Episcopi enim illius meminit *Zonaras*,* *sub Leone imperio.*
* Tomo 3

In Bulgariâ. Nam rex Bulgariæ, sub Ludovico anno Domini 817. Christianam religionem suscepit. *Sigebertus.*

In Sclavoniâ. Rex enim Sclavorum, cum fami[illegible] suâ, Mo[illegible] baptizatur. *Iuxta Martini Chronicon.* Et Nice[illegible] Imperator, Christianos exsules ex omnibus pro[illegible] in Sclavonias ferri iussit, eorumque bona vendidit, an[illegible] 8. *Paulus Diaconus.**
* lib 24

H *In Dalmatiâ.* Iadræ. Donatus enim fuit episcopus eius, anno Domini 8[illegible]6. *Annales Francorum, & Annonius.**
* lib. 4. cap. 91.

In Pannonia. Me[illegible] im[illegible] [illegible] hominus Bul[illegible] cap[illegible] Christiani erant, [illegible] perio Mi[illegible] hae[illegible] [illegible] *Paulus Diaconus.**
* lib 2[illegible]

A ¶ *In Italia* · Romæ. ut patet *ex Vitis Pontificum.*

Portuæ. Nam ejus episcopus Formosus, Romanus Pontifex factus est. *Sigebertus.*

Cumis. Amalrici episcopi Cumensis, nomen exstat *in Fasciculo temporum.*

Hostiæ. Ibi enim Donatus episcopum egit, ut *in Vitâ ejus* dicetur.

Capuæ episcopum egit Landulfus, *juxta Chronicon Casinense.* *

* cap. 43.

B Cajetæ. Nam Cajetanos Romano Pontifici serviisse, *Leo Hostiensis* * *in Chronico Casinensi* testatur.

* lib. 1. cap. 43.

Concordiæ. Nam Toringarii, episcopi ejus, nomen *in Fasciculo temporum* exstat, & *in libro Pontificali.*

Apud Lucenses, præfuit Ecclesiæ Ambrosius: & apud Volaterrenses, Petrus: & apud Pisanos, Johannes: apud Prumenses, Amadeus: & apud Fesulanos, Donatus. *Liber Pontificalis.*

Ravennæ. Nam archiepiscopatûs ejus meminit *Sigebertus, sub Carolo,* anno 810. Et clerus Ravennas ad Carolum C Calvum epistolâ scripsit, pro libertate vestitûs monastici.

Forojulii. Ibi enim sub Carolo archiepiscopatus fuit. *Sigebertus,* anno 810.

Mediolani: ut patet *ex Sigeberto.*

Vercellis Luitvvaldus episcopum egit. *Sigebertus.*

In Longobardiâ & Thusciâ: ut patet ex Loco *de Mutationibus politicis.*

Taurini. Nam Claudius episcopus fuit, qui cultũ imaginum rejecit: ut patet *ex Jona Aurelianensis libris.*

Ticini: ubi celebris Schola fuit.

D Theanæ. Lupus enim & Hilarius episcopi ibi fuerunt. *Leo Hostiensis.* *

* lib. 1. cap 35.

Casini: ut patet *ex Chronico Casinensi.*

Gradensis archiepiscopatûs meminit *Sigebertus,* añ 810. & *Annales Regii Francorum.* Nam Nordbertus ibi collegit Ecclesiam, anno 814. ut referunt *Annales Francorum.*

Aquilejæ meminit *Sigebertus in Chronico.*

Tridentina ecclesia Hildeschalcum episcopum habuit. *Aventinus.* *

* lib. 4.

Polanæ ecclesiæ præfecit Carolus Fortunatum: ut cõstat *ex epist. Leonis ad Carolum.*

E Histriæ. Nam Histricæ oræ antistites, Aquilejensi ecclesiæ subjectos esse, *Sabellicus* * indicat.

* Ennead. 8. lib. 9.

¶ *In Galliis* passim celebres fuerunt Ecclesiæ: ut patet *ex Synodis,* in iis & vicinis regionibus habitis.

In Galliâ Narbonensi. Nam Nebridius, Narbonensis episcopus, interfuit Synodo Arelatensi: *ut patet ex Actis.*

Cabillonensis ecclesia illustris est, propter Synodum isthic celebratam. *Annonius.* *

* lib. 4. cap 99.

F Viennæ meminit *Sigebertus.* Anno 810. Et Bernhardus episcopus ejus fuit. *Ados.* * Celebrat etiam Viennensem ecclesiam *Haymo, super Evangelia dominicalia.*

* Ætate 6.

Gratianopolis, in provinciâ Viennæ, episcopum suum Bernanum habet: *in Synodo Actiniacâ.*

Bituricensis. Nam ea archiepiscopum habet: Añ 810. *Sigebertus.*

Arelatensis archiepiscopi meminit *Sigebertus,* Añ 810. Celebrata etiam isthic est Synodus. *Annonius.* *

* lib. 4. cap 99.

Tarentesiæ fuit sedes archiepiscopi, *juxta Sigebertum,* Anno 810.

G Meldæ. Episcopus enim ejus Hildegarius interest Concilio in Actiniaco, cum Hincmaro.

Aureliæ. Isthic enim episcopum egit Waltharius. *Regino.* * & *Jonas Aurelianensis.*

* lib. 2.

Senonensis, archiepiscopum habuit, anno 810. *Sigebertus.* Eberhardi episcopi ejus meminit *Regino.* *

* lib. eod.

Rhodani. Rumbertus enim episcopus ejus interest Synodo in Actiniaco.

Lugdunensis. Nam isthic archiepiscopus resedit anno 810. *Sigebertus.* Letdradi episcopi eju Ecclesiæ, meminit *Ados.* *

* Ætate 6

H Lugdunensis provinciæ episcopi Isaac Lingonensis. Liudo Augustodunensis, intersunt Synodo in Actiniaco, cum Hincmaro.

Vesontium sedes archiepiscopi fuit, anno 810. *Sigebertus.*

A t Hardovicus, episcopus ejus, interfuit Synodo, in Actiniaco celebratæ.

Ebradunensis archiepiscopatûs meminit *Sigebertus,* anno 810.

Andegavensis episcopus, Maurilianus fuit, *juxta Sigebertum.* & *Reginonem.* *

* lib 2.

Burdegalæ archiepiscopus sedem habuit, anno 810. *Sigebertus*

Catalonensis episcopus Wilbertus, interest Synodo in B Actiniaco.

Rothomagi archiepiscopus sub Carolo, anno 810. fuit. *Sigebertus.*

Ebroicensis episcopus interest Synodo in Actiniaco.

Cenomanensis episcopus Aldricus fuit.

Parisiis. Nam isthic Ecclesiam Gozilinus rexit. *Regino.* * Et Æneas, episcopus ejus, interest Synodo in Actiniaco, cum Hincmaro.

* lib

Trecatensis episcopus Otulfus, in eâdem Synodo fuit, ut patet *ex Actis.*

C Antisiodorensis: ubi episcopum egit Remigius.

Morinensis ecclesiæ episcopus fuit Adelbertus; qui scripsit confessionem suam ad Hincmarum.

Tungrensis. Nam Franco, Tungrensis episcopus, interest Synodo in Actiniaco, cum Hincmaro.

Tornaci. Nam ad clerum ejus Ecclesiæ Hincmarus scripsit.

Trajecti. Ibi enim Odisbaldus & Rotbaldus episcopi fuerunt. *Regino.* * & *Synodus Coloniensis.*

Daventriæ. Ibi enim Radbodus, Danorum incursionibus pulsus, sedem constituit. *Metropolis Crantzii.* *

D

Leodii. Episcopum enim ibi egit Wachandus. *Sigebertus,* añ 809. Et Prumiensis monasterii rector fuit. *Reg*[illegible]

Apud Metenses Gaulo fuit episcopus. *Sigebertus.* & [illegible]go: cujus *Platina* meminit in Sergio II. At Synodi in [illegible] loco celebratæ acta damnavit Nicolaus Papa, in epist. ad episcopos Italiæ & Germaniæ: ut indicat *Radulphus ad Otgarium.*

Remorum Ecclesia archiepiscopum habet, anno 810. *Sigebertus* Et Hincmarus celebrem istam Ecclesiam reddiE dit, & Synodus ibi celebrata.

Wermeriæ. Nam Synodum ibi habitam esse. *Hincmarus* indicat, *in epistolâ ad Laudunenses.*

Turonensis mentionem facit *Sigebertus,* anno 810. Et Synodi isthic habitæ meminit *Annonius.* *

* lib 4. cap 9[illegible]

Hodo Beluacensem ecclesiam rexit. *Epistola Hincmari ad Hadebertum.*

Ambianensis ecclesiæ Jesse fuit episcopus. *Hermann. in Frisfordensis.* & *Chronicon Hirsaugiense.* Carolus Constantinopolin misit. *Annonius.* *

* [illegible] 4 cap 89.

F Nemaunenses episcopum habuerunt, Gibertum. *Platina in vita Johannis. IX.*

Cameraci & Lauduni: ut constat *ex epistolâ Hincmari.* Halitgarius, Cameracensis episcopus, Constantinopolin ablegatur. *Annonius* *

* lib cap [illegible]

Lexoviensium episcopus fuit Freculphus: ut *in vitâ ejus* dicemus.

Silvanecti Ebroinus pastor fuit. Quo defuncto, Hincmarus Hadebertum ordinat: ut patet *ex epistolâ ad eundem.*

G Floriaci. Cœnobii enim Floriacensis meminit *Raynulphus.* *

Corbejæ cœnobium fuit: cujus abbas Alahardus, interfuit Synodo in Aquisgraneis. *Annonius.* *

¶ *In Hispaniis* hospitia habuit Ecclesia Christi: ut patet *ex Annonio* * & *Vincentio.* * Et Navarri & Pampilonenses a Saracenis ad fidem Christi reversi sunt. *Regino.* *

* lib 4. * lib 4. * lib 2.

In Gallicia. Rex enim eorum, cum suis subditis, victus à Carolo, fidem Christi suscepit: circiter annum Domini 807. *Chronicon Saxoniæ.*

¶ Nec *Germania* extrema fuit inter hospites & nutriH tios Ecclesiæ Dei. Nam ad Episcopos Germaniæ, Nicolaus Papa scripsit epistolam.

Treviris. Ibi enim sedes archiepiscopalis est. *Sigebertus* anno 810. & Hatto episcopum ibi egit. *Regino.* *

* lib. 2

Cullæ; Viriduni. Nam episcopi eorum sunt in Acti-

niacâ synodo *apud Hincmarum.* & Dado, Viridunensis episcopus, interest Triburiensi Synodo.

Aquisgrani. Concilium enim Carolus eo in loco habuisse scribitur, *apud Annonium.* *

* lib. 4. cap. 97.

Coloniæ archiepiscopatus fuit, sub Carolo, anno 810. *juxta Sigebertum* · qui & Guntharii, archiepiscopi ejus meminit.

Basileæ. Nam Haidonis, Basiliensis episcopi, *Regino* * mentionem facit; & *Annales Francorum.* Fringus, Basiliensis episcopus, est in Triburiensi Synodo.

* lib. 2.

Argentinæ. Nam Baldrammus, Strasburgensis episcopus, interfuit eidem Synodo: ut patet *ex Actis.*

Curiensis ecclesiæ mentio fit in Actis Concilii Triburiensis: ubi episcopum habet Theodolphum.

Constantiæ. Salomon enim in eâ civitate episcopus fuit. *Crantzius in Metropoli.* * Ac interfuit Synodo Triburiensi. *

* lib. 1. c. 58.
* Tom. 2. Concil.

Moguntiæ, ut patet *ex Sigeberto.* Et Hartonis, episcopi ejus, fit mentio *in Chronico Martini.* & Orgarii & Rabani, *apud Martinum Scotum.* Anno Domini 846. Ac Synodus ibi congregata est. *Annonius.* *

* lib. 4. c. 99

Wormatiæ. Nam episcopum habuit Bernhardum, anno Domini 890. *Annales Francorum, & Annonius.* *

* lib 4. c. 93.

Spiræ. Misit enim episcopum suum Lotethaneum, ad Synodum Triburiensem: ut patet *ex Actis, tomo 2. Conciliorum.*

Augustæ Vindelicorum. Nam Witgarii & Adalberti, episcoporum ejus loci, meminit *Regino.* * Adalbertus, Augustensis episcopus, exstat inter acta Synodi Triburiensis, *tomo 2. Conciliorum.*

* lib. 2.

In Norico. Episcopi enim per Noricum, ad Johannem IX. scripserunt epistolam.

In Bavariâ. Nam episcopi Bavariæ scripserunt epistolam, ad Johannem IV. Pontificem.

Reginoburgi. Nam Adelvinus, episcopus hujus loci, sub Ludovico Pio obiit: ac post eum, Ambricius & Tuto præsides fuerunt. *Aventinus.* * Tuto, Ratisponensis episcopus, est in Synodo Triburiensi.

* lib. 4.

Aichostadii. Odgeri episcopi meminit *Aventinus.* * Erchanbaldus, Eistetensis episcopus, in Synodo Triburiensi fuit.

* ibidem.

Bathaviæ pontifex Wigolerus, *apud Aventinum* * celebratur; & Richarius: cujus quidem episcopi nomen est, in epistolâ Bavarorum & Noricorum, ad Johannem IX.

* ibidem.

Juvaviæ, seu Salisburgi, archiepiscopatus fuit sub Carolo, anno 810. *Sigebertus.*

Fruxini. Nam Attonis, episcopi ejus, *Aventinus* * meminit. Ac Waldo, episcopus ejus, interest Synodo Triburiensi, prope Moguntium, sub Arnoldo Imperatore: ut patet *ex Actis, tomo 2. Conciliorum.*

* ibidem.

In Moraviâ. Moravos enim Christianos, sub Bathavensis episcopi diœcesi fuisse, testantur episcopi Bavariæ, ad Johannem IX. Pontificem. Et Ratfredum Favianensem episcopum, Methodium Speculijuliensem, Albinum Nitravensem, Annonem Vetuanensem, episcopos Avarum & Moravorum, Eugenius Pontifex Urolfo Lauriacensi subesse jubet, *in epistolâ ad eosdem.*

In Franconiâ: Wirtzburgi. Nam episcopus ejus Arno in bello perit; & Rudolphus nobilis & sacuus ei successit. *Regino.* *

* lib. 2.

Fuldæ. Abbatem in eo loco egit Rabanus, anno Domini 846. *juxta Marianum Scotum.*

Francofurti ad Mœnum. Ibi Ludovicus moritur, anno Domini 886. *Regino.* *

* lib. 2.

In Thuringia: Salfeldiæ. ubi Ludovicus, Carolus & Carolomannus, regnum paternum partiti sunt: anno Domini 876. *Regino.* *

* ibidem.

Mersburgi. Nam episcopus ejus Arnoldus a Moravis interfectus est, anno Domini 799. *Chronicon Saxoniæ.*

Halberstadii. Nam in hoc loco Haymo episcopum egit: qui doctrinam cœlestem propagavit docendo, & sanctè vivendo: & non pocando, scortando, ac venando, ut posteri fecerunt. Er[illegible]mundus, Halvarastatensis episcopus, interest Synodo Triburiensi. *tomo 2. Conciliorum.*

Braunschw[illegible]gæ. Nam Danckwort, Dux Saxoniæ, templum isthic in honorem Jacobi castruxit, anno Dñi 861. *Chronicon Saxoniæ.*

Hildesiæ. Alf[illegible]dus enim istam administravit ecclesiam. *Aventinus* * Et Wigbertus, Hiltineshelmensis episcopus, interest Synodo Triburiensi. *tomo 2. Conciliorum.*

* lib 4.

In Westphaliâ. Munasterii episcopus fuit Gerfridus. *Crantzius in Metropoli.* * Et Wulfelinus, episcopus ejus, interfuit Synodo Coloniensi: ut patet *ex Actis tomo 2. Concil.*

* lib. 2. cap. 15

Hamelensis ecclesiæ mentio fit *in epistola Thietonis.*

Osnaburgensem ecclesiam Mengardus rexit. *Crantzius in Metropoli.* * Et Egilmarus interest Synodo Triburiensi. *tomo 2. Conciliorum.*

* lib 1. cap 24.

Padelbornæ. Nam Biso episcopus ejus fuit in Synodo Triburiensi. *tomo 2. Conciliorum*

Mindæ. Haduardo enim episcopo ecclesia illa est usa. *Crantzius in Metropoli.* * Druogo Minitensis interfuit Conciliis, Coloniæ & Triburii habitis. *tomo 2. Conciliorum.*

* lib 1. c. 23.

Verdæ. Nam Heligandus episcopus eo in loco fuit. *juxta Crantzium in Metropoli.* & Andulfus, abbas Verdinensis, interest Synodo Coloniensi. *Acta tomo 2. Conciliorum.*

In Brabantiâ. Antorpii enim à Normannis pii afflicti sunt. *Sigebertus.*

In Flandriâ. Nam Johannes IX. in Synodo apud Trecas, Flandris primùm, ex nemorosis locis ad meliorem cultum progressis, episcopum dedit. *Platina, in vitâ Joh. IX.*

In Frisiâ: Bremis. Adalgarius, Bremensis episcopus, nomen habet inter Patres Synodi Triburiensis, sub Arnoldo.

Norduidæ. *Crantzius in Metropoli.* *

* lib. 2. cap. 10.

In Hollandiâ. Nam Nortmanni Dortladii Ecclesias 55. parochiales destruxerunt, sub Ludovico II. *Chronicon Hirsaugiense.*

In Holsatiâ: Hamburgi. Heridagus enim primus isthic episcopus, *juxta Helmoldum,* * a Carolo constitutus est: quem Ansgarius secutus. & ex eâ Ecclesia, in omnes Sclavorum & Danorum regiones, propagatum est verbum. *Helmoldus.* *

* cap 5.
* cap. 4.

Obotritos etiam Christianos fuisse, c[illegible]gitur ex eo: quòd Caroli Magni socii fuerunt, &, Saxonibus translatis in Franciam, pagos eorum occuparunt. Anno Dñi 803. *Sigebertus.*

In Daniâ. Nam in eam regionem Christi fides hoc tempore propagari cœpit: ut postea dicemus.

Sleswici & Ripæ, Ansgarius ecclesias ædificavit.

In Sueciâ. Herbertus Lincopensis, a Carolo ad Biornum, Regem Suecorum & Gotthorum, missus, primus in Ostrogotthiâ episcopus constitutus est. *Johannes Gotthus.* *

* lib 17. cap. 1.

DE ECCLESIIS PER *Oceanum.*

IN *Britanniâ* celebrantur multa oppida & loca, in quibus Ecclesia habuit sua hospitia. Nam Schireburnensis episcopus Sigelestinus fuit. Erfordiensis, & Alestanus, ut *VVilhelmus* refert. *

* lib. 2. c. 2

Cantua. *VVilhelmus.* *

* lib 2. c. 1.

Wintoniæ episcopum egit Suitinus. *Idem.* *

* lib 2. c 2.

Oxoniæ scholam instituit Alfredus. *Raynulphus.* *

* lib 6 c. 1

Wigorniensem ecclesiā rexit Werefridus. *Raynulph⁹.* *

* ibidem.

Et in *Scotiâ.* Nam Normanni, dum Hibernos Christianos infestant, propulsantur, sub Carolo Magno. *Annonius.* *

* lib. 4. cap. 98.

DE PROPAGATIONE.

ETsi superiori seculo Telericus, Bulgarorū Rex, Christianus factus est: tamen gens ejus, aut mansit in ethnicâ superstitione; aut fidem Christi susceptam postea abjecit. Sed sub imperio Theodoræ & Michaëlis, circiter annum Domini 851. seu 860. *juxta Cromerum,* * tota illa gens Christiana facta est; hujusmodi de causis.

* lib 2. c 1 de Polonis

Soror Principis Bulgariæ, capta Constantinopoli, in aulâ versabatur. Cùm autem erudienda doctoribus esset cōmissa; literas, & prima elementa fidei Christianæ didicit: ac baptizata est, & pro Olhâ dicta est Helena: ut patet *ex Annalibus Russorum.* Reversa in Bulgariam, fratri commendasse rel[illegible] nem [illegible]bristi; & crebro de eâ cum illo sermonē cōtexit. S[illegible] p[illegible]tri[illegible] superstitiones det[illegible]ndit, ac in iis perseverat.

ſeverat. Aliquantò autem pòſt, cum tempus divinæ gratiæ illuxiſſet, Dominus peſte & fame eum, cum gente ſuâ affligit. Iſtis malis quæruntur remedia: ſed nulla inveniri poſſunt. Rex, qui Chriſtum antea ſpreverat, in anguſtia conſtitutus, ab eo petiit averſionem calamitatum. Quod ubi ſenſit fieri; divinam Chriſti virtutem agnoſcit: & è Conſtantinopoli epiſcopum accerſit; à quo de religione Chriſti eruditur, & baptizatur. Re in vulgus ſparsâ, Sacerdotes & magiſtri ethnicæ ſuperſtitionis, facinus indignum clamitant; Majorum ſtatuta aboleri, & rebus novis ſtuderi: ſeditionemq; concitant adverſus Regem. Sed is, auxilio Dei munitus, hoſtium impetus ſuſtinet; iisq; cæſis, victoriam reportat: & ſuis omnibus perſuadet, ut in fidem Chriſti conſentiant. *Zonaras.**

* Tomo 3.

¶ Roſsi etiam Chriſtiani fiunt, ſub imperio Baſilii Macedonis, circa annum Domini 875. Bello enim ab Imperatore afflicti, pacem petunt: quam cum is illis daret; poſtulavit, ut doctrinam Chriſti amplecterentur. Quod cùm promiſiſſent: epiſcopum ad eos miſit. Is primum docet eos de Chriſto; ejusq; miraculis, quibus doctrinam Euangelii confirmatam ajebat: ac hortabatur eos ad fidem. Verùm illi ad miracula potiùs, quam ad doctrinam, attenti, negant, ſe poſſe novum dogma amplecti; niſi Chriſtus etiam ſibi ſignum ederet. Epiſcopus jubet eos ſignum poſtulare, quod velint. Petunt illi, ut librum, in quo doctrina ſcripta eſſet, in ignem conjiciat: ac, ſi contra [illegible] flammarum eum integrum præſtet Jeſus; ſe credituros in eum promittunt. Rogus ergo accenditur. Epiſcopus librum in ignem ponit, inquiens: *Glorifica nomen tuum Chriſte Deus.* Flamma codici parcit: extrahitur illæſus. Obſtupeſcunt Barbari, & verbo fidem adhibent, ac Baptiſmo initiantur. *Zonaras.*

¶ Campanus, ſeu Caganus, Hunnorum & Avarū Rex, imparem ſe Bojorum copiis agnoſcens, deditionem cum ſuis facit; & ſacro fonte ablutus, Theodori nomen accipit: anno Domini 803. Et propter Sclavorum incurſiones, locum habitationis, inter Sabariam & Carnuntum, a Carolo petit. *Annonius.** Paulò pòſt, eo mortuo, Abraamus filius à Carolo petit, ſe in regno ſuo confirmari: & fidem Chriſti recipit, ac baptizatur. *Aventinus.**

* lib. 4. cap. 91.
* lib. 4.

¶ Eugenius Pontifex, in epiſtolâ ad Rathfredum Favianentem, & Methodium Speculijulienſem, epiſcopos, ac Moimarum Ducem Huniæ, Avariæ & Moraviæ; Uroſſum Laureacenſem [illegible]is commendat archiepiſcopum: ac præcipit, ut ei pareant; & in iis locis, ubi olim Eccleſiæ & Epiſcopi in illorum regione fuiſſe cognoſcantur, denuò conſtituantur.

¶ Ad Sclavos & Polonos, Cyrillus & Methodius propagant doctrinam Chriſti, & vernaculâ linguâ ſacra inſtituunt: anno Domini 861. *Funccius. Aeneas Sylvius,** ſub Arnolphi imperio id factum eſſe, indicat.

* lib. 1. cap. 13.

Sclavi, Bojemi appellati, à Carolo juniore, ab anno Domini 805. bello fracti, & Francis ſubjecti, cœperunt paulatim ad fidem Chriſti aſſuefieri. Ac Ludovicus, Rex Germaniæ, quatuordecim Duces Bojemorum curavit baptizari: ac Bathuricum, Reginnburgentem epiſcopum, juſſit plantandis Eccleſiis in eâ gente operam navare: anno Domini 846. *Sigebertus. Aventinus.** & *Martinus in Chronico,* hæc ſub Ludovico Pio, circa annū Domini 816. ponit.

* lib. 4.

Zuentibaldus Dux, Moravis victis, Withingum epiſcopum dedit, qui eam gentem ad fidem Chriſti converteret. *Theodomatus epiſcopus Juvavienſis ad Johannē Pontificem.*

¶ Monachi quidam ex cœnobio Corbejæ, ſub Ludovico II. per Vandalorum provincias tranſeuntes, ad Ranos, ſeu Rugianos, (qui habitant in corde maris) veniunt: & prædicando verbum Dei [illegible] licèt non adeò purè, gentem illam Chriſtianam faciunt; ac templum in honorem Viti exſtruunt: quem miſeri [illegible] homines, [illegible] de Chriſto ejusq; ſanâ doctrinâ affec[illegible], paulò pòſt, [illegible]ltis ſacerdotibus, colunt pro Deo; eiq; ſacrificia offerunt; & ab eodem reſponſa petunt, ex omnibus Sclavorum [illegible] vinciis. *Helmoldus in Chronico Sclavorum,** *Crantzius in Vandalia.** Ac duravit illa Idololatria in eo loco, uſq; ad Heinricum Leonem, per annos circiter 250. *Chronicon Saxoniæ.*

* cap. 6
* lib. 2 cap. 15.

¶ Bior[illegible] [Go]thorum & Sueonum Rex, à Carolo Magno petiit ſacerdotes; qui [illegible] & ſubditos ſuos de religione Chriſti doceret. Miſit ergo Carolus Herbertum cum aliis quibuſdam, qui Linconiæ collegit & ædificavit Eccleſiā. Cùm autem Biornus videret opus eſſe pluribus doctorib⁹, ad propagationem verbi in ſuo regno, legatos ad Carolū remittit, & rogat, ut ſibi plures doctos viros concedat. Erat interea Carolus defunctus. Quare ad Ludovicū Legati diverterunt: & nihil minùs, quam ſperabant, impetrarunt. Miſit enim cum eis Anſgarium, Corbejenſem monachum: Anno Domini 816. *Lupoldus, de zelo Chriſtianæ religionis.* Collegit autem Eccleſiam Anſgarius, in Birca, metropoli Suediæ: ſed non diu iſthic moratus eſt: ut apparet ex *Helmoldi Chronico.**

* cap. 5.

Ludovicus etiam, in Synodo Aquiſgrani, de Gotthorum & Sueonum converſione, cum patribus conſilia capeavit. *Johannes Magnus.** Ac poſtea Anſgarium epiſcopum Hamburgenſem conſtituit: eiq; præcipit, ut ad vicinos Danos & Suecos Chriſti religionem propaget. Ab eo ergo tempore, maximis doctorum laboribus deſudatū eſt, de converſione iſtarum gentium: ſed, ob inveteratam idololatriæ conſuetudinem, & bellorum motus, res ſucceſſit tardius. *Helmoldus.** Poſtea ſub Ludovico II. cum Anſgarius in Daniâ fundamentum quoddam jeciſſet ad plantationem, cùm literis & legatis Erici, Regis Danorum, ad Olaum navibus in Sueciam tendit: & in Byecâ civitate ubi priùs diſſeminaverat verbum, à piis excipitur; & Olaum converſum baptizat; ac impetrat licentiam docendi Euangelium eos, qui cupiant audire & ſuſcipere: eâq; occaſione plurimos ad agnitionem Chriſti adducit, Eccleſiis epiſcopos & presbyteros paſsim ordinat: eosq; ad conſtantiam in fide cohortatus, redit ad Eccleſiam ſuam Hamburgum. Ab eo tempore, ſemen verbi Dei, jactū apud Sueones, ubertim fructus proferre cœpit. *Helmoldus.** Anno Domini 833. *Peterſius in Chronico.**

* lib. 17. hiſt. Goth.
* cap. 4.
* cap. 5.
* cap. 5.

¶ Ad Danos verò, Dominus noſter Jeſus Chriſtus hoc modo regnum ſuum prorogavit. Concitat Reges Danorum contra Francos, a quibus dum illi cæduntur & ſuperantur: ſubindè per epiſcopos, & conſtantes doctores aliquos ad fidem convertit. Sic, ſub Carolo Magno, Biliba[l]dus quoſdam Danos Chriſto lucratus eſt: ut *Honorius* annotat. Deinde, inter Danos excitat inteſtinum belli[um], in quo Harioldus, ſeu Fraeldus, regno exſuitur. Eâ calamitate motus, ad Ludovicum Imperatorem confugit, [illegible] anno [illegible] 81[illegible]. *Annales Francorum, & Sigebertus. Peterſius* annum Dñi [illegible] habet. Apud eum de religione Chri[ſti] [illegible], [illegible] tur in Daniam, cum Anſgario. Sed neq; Rex neque Anſgarius, a Danis tūm receptus eſt. Quare Hario[ldus], ſeu S[illegible]baldus, ad Ludovicum reverſus, cum uxore & [illegible] baptizatur Moguntii, a Rabano: & parte quâdam de Daniā, a Francis occupatâ, & de Friſia, donatur, anno Domini 825. *Sigebertus, Scotus. Crantzius, Gaguinus, Martinus in Chronico. Annonius.**

* lib. 4. cap. 115.

Anſgarius etiam, Hamburgi epiſcopus conſtitutus, ſedulò cum ſuis laborat de Danorum converſione: ac ad eā rem homines idoneos in Scholis præparat. Tandem ſub Ludovico II. ad Ericum Regem Danorum miſſus, cùm de aliis, quæ erant apud eum expedienda; tractaſſet, petit ab eo, ut ſibi liceat populum ipſius de Chriſti fide [illegible]re: & impetrat edictum; *Ne quis, volentes baptizari, & fidem Chriſti amplecti, impediat.* Hoc privilegio fretus, in Sleſevvick & Ripæ eccleſias erigit; & ſacerdotes ac doctores, ad meſſem faciendam immittit. *Helmoldus de Sclavis,** *Saxo de Danis. Crantzius in Metropoli,** *Johannes Gothus.** *Peterſius in Chronico Holſatorum.*

* cap 5.
* lib 1 c. 36 & 42.
* lib 17. cap 2.

Ibbo etiam, Remorum epiſcopus Danis per unam æſtatem concionatus dicitur, cum Imperatoris Ludovici & Pontificis conſenſu: *in Annalibus Francorum.* Sed tamen *Crantzius in Metropoli** ea de re dub[illegible]tur.

* lib 1. c[illegible]

DE AMPLIATIONIBUS.

In Saxoni[â] [illegible] a Carolo Magno inſtitutæ incrementa [illegible] ad numerum [illegible] plures [illegible] patus plures inſtituti ſunt. Sic Carolus Magnus Mar[illegible]

genſem & Zycenſem epiſcopatus, anno 803. fundavit. *Chronicon Saxoniæ.*

Eodem anno, Baſileæ & Wormaciæ epiſcopatus volunt eſſe a Carolo conſtitutos.

Reginoburgi, & Auguſtæ, templa exſtrui cœperunt, anno Domini 807. *Chronicon Saxoniæ.*

DE CONVERSIONIBUS.

Baſilius, Imperator Conſtantinopolis, multos Judæos, largitionibus & promiſsionibus, ad fidem Chriſti adduxit. *Zonaras.** [* Tomo 3.]

Hundeus, Normannorum Rex, Chriſti fidem amplexus, baptizatus eſt, & a Carolo de Baptiſmo ſuſceptus: anno Domini 896. *Sigebertus.*

Slaomir Rex Abodritorum, cùm ab exſilio reductus eſſet, & graviter decumberet; baptizatus eſt. *Annonius.** [* lib. 4. cap. 108.]

Godefridus Rex Normannorũ, & Rex Danorum Sigfridus, cum numeroſo exercitu in Gallias progreſsi, a Carolo III. obſidentur. Cum autem in anguſtias ſe-ſe redactos cognoſcerent: fœdus cum Carolo ineunt; fidemque Chriſti ſuſcipiunt, & baptizantur. Giſlam, Lotharii filiam, uxorem ducit Godefridus; eiq; Friſia provincia reſtituitur: anno Domini 884. *juxta Sigebertum, & Reginonem,** *Lupoldus Bebenburgenſis.* [* lib. 2.]

Froco, Danorum Rex, in Britanniam irruit, recuperaturus ſuorum Majorum ditionem. Hoc commodi indè recepit: ut à Chriſtianis, quos ſubegit, & ipſe Chriſtum agnoſcere diſceret; & ſigillo gratiæ obſignatus, in ejus caſtra & fidem ſeſe conferret. *Crantzius in Daniâ.** Circiter annum Domini 870. [* lib. 4. cap. 15.]

Gurundus, ſeu Gormo, Frotonis filius, à Rege Britanniæ Elfredo cæſus, & captus, cum triginta Proceribus, & maximâ turbâ ſatellitum, baptizatur: ac ſortitur provincias Orientalium Anglorum, & Northumbrorum. *Vincentius* * *ex Helmando, ſub Ludovico II. & Wilhelmus.** [* lib. 24. cap. 40. * lib. 2. cap. 14.]

Soltvveliæ Carolum idololatriam deſtruxiſſe, & ad fidem Chriſti incolas ejus perduxiſſe, circiter annum Domini 807. *Chronicon Saxoniæ* annotat.

Eodem anno, Waltſtadenſes & Crunenſes, à Carolo victi, & Chriſtiani facti ſunt.

DE INSTAURATIONE.

In Hiſpaniâ, Navarri & Pompilonenſes, qui ſuperioribus annis ad Saracenos defecerant, in fidem recepti ſunt. *Regino.** Anno Domini 806. *Annonius.** [* lib. 2. * lib. 4. cap. 92.]

Et Carolum, cum exercitu ancillarum Gallicenſium, Regem ad deditionem, & fidei Chriſti ſuſceptionem, compuliſſe, *in Chronico Saxoniæ* ſcribitur, ad annũ Domini 807.

DE DEFORMATIONIBUS.

Ut ſeculo ſuperiori Pontifex Romanus, paſsim per ſuos Legatos, Eccleſias in Germaniâ & Britanniâ, ſuis characteribus, nimirum doctrinæ corruptelis & ſuperſtitioſis cultibus, inſignivit, ſibiq; ſubjecit: ità hoc ſeculo idẽ ſtudii habuit, & ſummo conatu id egit: ut illæ, quæ ex Gentibus colligebantur Eccleſiæ, ſtatim in initio jugum Pontificium ſubirent. Sic, cùm a Conſtantinopolitanis doctoribus Bulgari eſſent converſi, & Græcorum doctrinam & ritus ſuſcepiſſent: Romanus Pontifex Nicolaus, & Adrianus, Ludovici Imperatoris autoritate freti, ſuos eò miſerunt præſtigiatores; (inter quos erat Formoſus Portuenſis) qui novellæ Eccleſiæ imprimeret Antichriſti characteres: anno Domini 866. *Regino,** *Sigebertus, Liber Pontificalis in vitâ Nicolai & Adriani.* [* lib. 2.]

Et, cum apud Sclavos & Polonos Cyrillus ac Methodius plantaſſent Eccleſias; linguâq; populari ſacra peragi in cœtu inſtituiſſent: Nicolaus Pontifex conatus eſt, inter alios characteres, etiam illum, de uſu Latini ſermonis in ſacramentorũ adminiſtratione, inurere. Sed illi graviter ſe-ſe oppoſuerunt: & Romæ in Synodo, dicto Pſalmi;* *Omnis ſpiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei;* Pontificem refutarunt. Sed ille nihilominus ſimulavit, quâdam diſpenſatione & [illegible] ſe Sclavis largiri poteſtatem, in [illegible] linguâ t[illegible]iendi ſacra. *Chronicon Poloniæ.** *Bergomenſis.** [* Pſal. 150. verſ. 6. * lib. 2. cap. 13. * lib. 11.]

Etiam in Bavariam Methodium [illegible] eſſe, & [illegible] ex Eccleſiis illis Latinum ſermonem, qui, ex decreto Caroli M[illegible] annos 8; in uſu fuerat, expugnare, ſed [illegible] Pontificiis ſacrificiis, Regum brachio expulſum eſſe: *Aventinus.**

Eccleſias Danicas, ab Anſgario plantatas, reformari petiit Froto à Pontifice Agapito: abſq; dubio a Pontificis larvis perſuaſus; qui etiam in illas Eccleſias affectabant dominium, & ſuæ avaritiæ fructum exquirebant. *Crantzius in Daniâ.** [* lib. 4.]

Moravorum Eccleſias, quæ ſub Bathavienſis epiſcopi diœceſi, poſt fidei ſuſceptionem, fuerant, Johannes IX. Pontifex, circa annum Domini 880. poſt tres epiſcopos, Johannem, Benedictum, & Danielem, ità reformavit; ut unum epiſcopatum Bathavienſem in quinque divideret, contra Canones: ut queruntur epiſcopi Bavarici, in epiſtolâ ſuâ ad Johannem IX. [* lib. 4. cap. 15.]

CAPUT III
DE PERSECUTIONE ET TRANQUILLITATE Eccleſiæ.

SUB CAROLO MAGNO.

CAROLUS Magnus, Imperator Romanus à Pontifice Leone deſignatus, año Domini 801. *juxta Sigebertũ*, imperat añis 16. Fuit prudens & pius Imperator: ac de pleriſque capitibus doctrinæ rectiùs ſenſit, quam multi alii. Imaginum certè adorationem, tanquam teterrimam idololatriam, improbavit: ut patet ex libris ejus, contra Synodum Nicænam II. ſcriptis & evulgatis. Nutritium & patronum eccleſiarum in Occidente ſingularem egit: &, quantum in ipſo fuit, gentium furores paſsim coërcuit; atq; ad propagationem verbi, epiſcopatus & cœnobia, (quæ Scholæ tũ erant) & academias, Pariſienſem & Ticinenſem, inſtituit. Multis ergo in locis, ſub ipſius imperio, Eccleſia pacẽ habuit: ſed tamen non ubiq;. Nam Goticus, ſeu Godefridus, Danorum Rex, acerrimus Chriſtianæ fidei perſequutor, conatus eſt omnibus viribus ſuis, Saxones, qui fidem Chriſti receperant, aſtutiâ, minis, & crudelitate ſuâ, iterum indè abſterrere: ac ſubindè potentiores, qui a verâ pietate alieni erant, concitavit, ad affligendum eos, qui plantabant Eccleſias; & ad opprimendum magiſtratus, a Carolo cõſtitutos. Sed, virtute & bonitate Dei, tyrannus iſte fractus, pacem tandem cum Carolo fecit: anno Domini 811. *Urſpergenſis. Sigebertus* annum Domini 804. habet, item *Johannes Gothus.**

Et Salvius epiſcopus, in Galliis, à Winigardo, Procuratore fiſci, interficitur: anno Domini 801. *Sigebertus.* [* lib. 17. cap. 2.]

Avares etiam, & Hunni, contra Francos arma ferentes, multis diis fuerunt exitiales: ſed repreſsi & illi ſunt: anno Domini 805.

Sclavi & Bohemi, ob odium Chriſtianæ religionis, Avares infeſtant: ſed illi, Caroli aſſenſu, locum habitationis mutant; & inter Sabariam & Caruntum conſident. Poſtea Carolus Bohemos & Sclavos, eam ipſam ob cauſam, aggreditur, victosq; ſibi ſubjicit: anno Domini 806.

Saraceni, Sardiniam aggreſsi, Chriſtianos affligunt: verum armis Pipini propulſantur: anno Domini 807. Poſtea verò in Siciliam irrumpentes, Lampadusã ſpoliarunt: ac Græcorum claſſem, exploratũ miſſam, comprehenderunt, omnesq; nautas interfecerũt. Porrò, quadraginta navibus in inſulam Perontiam & Eſchlam irruentes, monachos & alios afflixerunt: ut narrat *Leo, in epiſt. ad Carolum.*

Mauros de Patalariâ inſulâ ſexaginta monachos abduxiſſe, & in Hiſpaniis vendidiſſe, *Annonius** indicat. Paulò pòſt in Corſicam illapſi, civitatem quandam expugnãt: & præter epiſcopum, & paucos ſenes atq; infirmos, in eâ nihil relinquunt. *Annonius.** [* lib. 4. cap. 95. * lib. 4. cap. 95.]

[illegible]liones, ſeu Livones, trans Albim, & Hunni, ac Sclavi [illegible] Pannoniis, & quidam Britones, gentili ſuperſtitioni adhuc addicti, res novas moliuntur, in fidelium perniciem. Sed Carolus, copiis in iſtas partes miſsis, pacem reſtituit: anno Domini 810. *Annonius.** [* lib. 4. cap. 97.]

In imperio Orientis, Saraceni, cũ trecentis millibus Ni[illegible] horum oppugnantes, paſſim multa piis intulerunt mala, [illegible] atque in C[illegible]prum irruptionem

facientes, Ecclesias destruunt incolasque omnes captivos abducunt: in Tyanâ vero, templum Mahometo erigunt, ad blasphemias illas in vicina loca propagandas: anno Nicephori 4. qui fuit Domini 804.

Rhodum etiam infestãr Saraceni, duce Chumeid; Myramque capiunt: ac Nicolai ecclesiam & arcam conterere conantur. *Paulus Diaconus.* * Anno Domini 8 7. *Sigebertus.* * lib. 24

Intestinum bellum inter duos fratres, Ducis Saracenorum filios, ortum, non modò respublicas in Syriâ, Ægypto & Libyâ, turbavit, sed etiam Christiani multas clades attulit: anno 7. Nicephori. *Paulus.* † † ibid.

Constantinopoli, eodem anno, in pios & innocentes viros sævitum est. Nam Theodorus Egumenus, & Joseph frater ejus, Plato quoque cum monachis suis, recusaverant cum Tarasio patriarchâ communicare. eò quòd consensisset in Constantini scelus: qui, repudiatâ uxore, Theodoram quandam duxerat, eamque Augustam more solenni creaverat. Read Nicephorum delatâ; Tarasii, quem ad omnia promtum habebat, defensionem illi suscipit: & collecto cœtu episcoporum, illos indictâ causâ damnari curat; ac monasteriis atque urbe expellit. Postea quoq; Christianis exsulibus, qui Saracenorum manus effugerant, calamitates auxit: dum eos, bonis suis exutos, in Sclavinias ferri jussit. Suos etiam subditos miris artibus argento emunxit. *Idem.* * * ibid.

Nicephoro & Stauratio filio ejus extinctis, Ecclesiæ & Resp. in Thraciâ & Constantinopoli cœperunt meliuscule habere. Nam Michaël Imperator paci studiut: & Theodorum, Platonem, ac Josephum, cum patriarcha reconciliavit: contraque Manichæos Attinganos, in Phrygiâ & Lycaonia multos inficientes, capitalem sententiam promulgavit. Patriarcha etiam synodicas literas, ad Leonem Romanum Pontificem dedit: id quod antea Nicephorus interdixerat. Sed non fuit diuturna hæc tranquillitas. Bulgari enim Debeltum expugnant, & episcopum reliquosque Christianos abigunt: & Michaël in eos, qui Imaginum cultum damnabant, sævire cœpit: & Nicolaum eremitam, sociumque ejus, eò quòd imaginem Mariæ, ob impiam venerationem, removerant, afflixit. Nicolaum palinodiam cantare coëgit: & alteri, id facere detrectanti, linguam præcidit, ex quo dolore extinctus est. Sævitum etiam est in alios, Imaginum cultui juxta verbum Dei contradicentes. *Zonaras.* † † Tomo 3.

Thebir in Christianos movet persecutionem. Sed à Leone Prætore de copiis ejus duo millia cæduntur. Mesembriæ quoque & Debelti expugnatio, & strages, quam Bulgariæ Rex fecit in Thraciâ, multis Christianis funesta fuit.

Digladiantibus inter se-se Saracenis, Christiani in Syriâ, Ægypto, & Africâ, prædæ & dilaniationi expositi erant quibusvis facinorosis hominibus. Hierosolymis loca sancta, ut Resurrectionis, Calvariæ. Mariæ, & alia, in odium Christianæ religionis, subvertuntur a Saracenis: monasteria & ecclesiæ, Lauræ, Caritonis, & Sabæ, ac similia, destruuntur: multique ex piis trucidantur, per Palæstinam & Syriam. Alii verò, metu periculi, fugâ sibi consulunt, atque in Cyprum trajiciunt: indeque Byzantium veniunt. Michaël Imperator monachis illis, qui in Cypro manebant, talentum auri largitur. Aliis, qui Byzantium venerant, monasterium donat. Usus est etiam Nicephorus patriarcha, munificentiâ & liberalitate erga exsules, & calamitosos illos Christianos. *Paulus.* * * lib. 24.

SUB LUDOVICO PIO.

ANnis illis 26. quibus Imperio in Occidente præfuit Ludovicus Pius Ecclesiæ quidem ipso usæ sunt patrono & defensore sed tamen non cessavit Satanas, per Saracenos, Danos Nortmannos, & Bulgaros, partim Mahometicæ partim Gentilium superstitioni deditos, & per hypocritas ac inquietos homines, imò etiam per Antichristi Romani mancipia, passim vera Ecclesiæ membra divexare, & veluti aurum in igni probare: ut infrà, in capite *de Motibus politicis*, dicendum erit.

Initio imperii, Leo, errore de Imaginum cultu fascinatus, in dissentientes austerior erat ac iconolatræ, occasione, adversarios suos premebant. Sed Leo à monacho quodam, & Theodoto M[illegible], veritatem edoctus ex Esajâ: † *Cui assimilastis Dominum? nam imaginem ejus facit faber? aut aurifex similitudinem ejus paravit?* agnovit illam idololatriam verè esse causam communium calamitatum & imagines aboleri edicto jussit. † cap. 40 v. 18. 19. Hæc res piis halcyonia quædam paravit. Sed improbitas Iconolatrarum contra Imperatorem adeò excrevit ut coactus sit, Nicephorum patriarcham, qui concionibus & scriptis adorationem imaginum, contra verbum Dei, propugnabat, in exilium mittere, ad seditionem avertendam quod *Zonaras* * vehementer reprehendit: licèt aliàs Leonem, propter diligentiam in administrando imperio, & justitiam in coërcendis sceleratis, egregiè commendet. * Tomo 3.

Successit autem Theodorus, qui veram doctrinam de Imaginibus professus est: sub quo pii nonnulli respirarunt; ac mitigavit Deus communes miserias: fuitque a Bulgaris & Saracenis mediocris tranquillitas. Id verò Satan more suo molestè tulit: ideoque Michaëlem Balbum, & alios Proceres ejus, partim regnandi cupiditate, partim præpostero zelo, quo Imaginum adorationem tuebantur, exstimulat & inflammat: ut per insidias bonum Imperatorem in sacrario divina carmina cantantem, adoriantur; manibusque & capite amputatis, reliquum cadaver in circum equestrem ignominiosè trahant; filiosque ejus castratos in exilium mittant. *Zonaras.*

Michaëlem, qui Leoni successerat, sperabant Imaginum cultum promoturum. Ideoque Nicephorus patriarcha ad eum scribit, & rogat, ut eas restituat. Verùm ille respondet: se neque in religione, neque in statu Ecclesiæ, quicquam mutaturum; neque coacturum quenquam, ut aliter, quàm vellet, de Deo sentiret. Cùm autem Iconolatræ, mendacii & cædis spiritu agitati, non cessarent turbas ciere contra rectè-sentientes: coactus fuit & ipse in illos animadvertere. Inter alios autem Euthymium, Sardium archiepiscopum, imaginum adoratorem, in exilium ejecit, quem martyrem superstitiosa cohors celebrat: & Methodium in carcerem inclusit. *Zonaras* commemorat, Michaëlem confusam religionem, ex Judaismo & hæresi Athinganorum, amplexum esse, & Prophetas irrisisse resurrectionem mortuorum, & dæmones, negâsse, scortationem non pro crimine habuisse, de Judæ salute opinatum esse, Sabbata jejunari, & Pascha alio tempore, quàm consueverat, celebrari jussisse: ideoque Orthodoxos persecutum esse.

Saraceni, cognitâ Leonis morte, armis arreptis, invadunt Christianorum provincias: atq; in insulas se-se effundunt; magnasq; clades piis inferunt. Thomæ etiam & Michaëlis conflictus, multis Ecclesiis erat funestus.

Saraceni, ex Hispaniis egressi, insulas Romanas populantur: & Cretam occupantes, Cyrillum Gortynium episcopum, odio Christianæ religionis, interficiunt.

Quosdam Romanos, Soldanum Babylonicensem in Italiam accersivisse per literas, anno Domini . 34. *Raynulphus* * indicat: eumque advenisse, & Romam, Thusciam, & Siciliam, spoliâsse. * lib. 3. c. [illegible]

Sicilia, proditione Euphemii, capta à Saracenis, ex Africâ evocatis, multorum Christianorum sanguine & cruore adspersa & fœdata est. *Zonaras.* † Ea de re exstat, in *Chronico Casinensi*, epistola Siculorum: cujus adscriptionem existimamus Lectori gratam futuram esse. † Tomo 3.

Sancta ac Deo digna congregationi Casinensi, Patri ac decenti, servi & filii eorum in Sicilia commorantes. Sic hujus vitæ pelagum currere, ut portum quietis valeant apprehendere, diversis attriti miseriis, & innumeris calamitatibus oppressi, de profundis ad Te clamamus, rogantes, illam misereri afflictæ & desolatæ Siciliæ. Tot enim ac tantis tribulationum pressuris deprimimur: ut jam nulla spes vitæ relinquatur. Saraceni namq; ab Alexandria, cum immenso exercitu, ad Siciliam venientes, omnem ferè insulam igne & gladio deleverunt & monachos, in sancti Christi martyris Placidi commorantes cœnobio, diversis suppliciis affectos morti tradiderunt. Redacta est terra

tudinem: & [illegible] ab illis hominibus ferarum saltus effecta est. Et nonaginta & octo civitates & villæ, vobis in Sicilia subditæ, incensæ, subversæ & desolatæ sunt. Sanctorum quoque domicilia destruentes, altaria Domini suffoderunt: & clericos cujuscunque ordinis & dignitatis, diversis suppliciis affectos, occiderunt. Facta sum in derisum, clamat Sicilia, omnibus gentibus: canticum eorum tota die; In tristitia sedens clamo, non est qui consoletur me. Jam enim pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, domini mei, unica spes salutis meæ: quia manus Domini tetigit me.

¶ Theophilo porrò Imperante, mediocris erat Constantinopoli tranquillitas Ecclesiæ. Nam & pietatis & justitiæ erat acerrimus patronus: ac, quantum poterat, conabatur populum ab idolomaniâ & imaginum cultu abducere. Cùm aviam filias suas quinque ad imaginum adorationem solicitare intellexisset, non amplius ad eam permisit illas accedere. Uxorem etiam Theodoram, cùm per morionem cognovisset, imagines clam adorare; graviter arguit, & idololatram appellavit. Multos eum fecisse martyres, *Zonaras* narrat: inter quos Lazarum monachum pictorem, & Theophanem, & Theodotum, nominat: sed pseudomartyres sinè dubio fuerunt. Nam non pro veritate & justitiâ; sed pro idololatriâ, & suâ pervicaciâ, ac seditionis studio, supplicia justa passi sunt.

Saraceni, Romanas provincias populantes, & Amorium excidentes, plurimos interficiunt: ingentemque multitudinem mulierum, puerorum, & Ducum præcipuorum, in captivitatem abducunt, utpote Craterum, unà cum aliis 42. atque ad abnegationem Christianæ religionis, & perterrefaciendos alios, crudelibus suppliciis subjiciunt. *Zonaras.*

Fridericus, Trajectensis episcopus, qui ad Ludovicum dixerat; *Non licet tibi habere Judith, filiam Ducis Bavariæ, tibi sanguine proximam. Aut dimitte illam: aut ego autoritate Omnipotentis te excommunicabo. &c.* per insidias ab Imperatrice interfectus scribitur, *in Chronico Hirsaugiensi.*

Ericum, Regem Danorum, Ecclesiam Dei persecutum esse, ac multos interfecisse, *Crantzius in Dania* refert, *& Johannes Gothus.** [* lib. xv. &c.]

Paschalis Pontifex, monachos Rabani, literas ejus afferentes, de privilegio sui monasterii, in carcerem misit; & illum damnare instituit. *Rabanus in epistola ad Hattonem.*

SUB LOTHARIO.

IN illo curriculo quindecim annorum, quo præfuit Imperio Lotharius, Ecclesia Dei, quæ crucem Christi bajulat, multas vidit & experta est miserias. Nam Constantinopoli, extincto Theophilo; licèt is moriturus, uxorem suam Theodoram & Teoctistum, graviter obtestatus esset, ne ob Imaginum restitutionem Ecclesias turbarent: tamen illi cœperunt eâ de re movere turbas, frustra ad tempus Manuele reluctante. Johanne itaque patriarchâ ab officio suo remoto, Methodius ei surrogatur: qui, Synodo institutâ, Imaginum adorationem acriter defendit atque restituit. Pii contradicentes affliguntur; inter quos est Johannes patriarcha: cui Theodora jussit oculos effodi; eò quòd statuæ Mariæ oculos exsculpsisset. sed mitigatâ ira illius, ducentis plagis cæsus est. Eâdem pœnâ quidam episcopus Thessalonicensis affectus est.

Rex Bulgariæ amplexus fidem Christi, à suis subditis seditione affligitur ob mutatam religionem: sed Dei auxilio motus illi compescuntur; & inter Romanos & Bulgaros pax constituta ad sanationem Ecclesiarum prodest.

Bardas ob dimissam uxorem & consuetudinem cum nuru sua ab Ignatio [illegible] ex Ecclesia: eamque excommunicationem etiam alii Sacerdotes probant. Bardas, injuriam [illegible] amitians, Episcopum ab officio removet & [illegible] includit, tandem in exsilium deportat: similiter in alios grassans, qui excommunicationem non damnabant.

A Legati Romani Pontificis Constantinopolim advenientes, eos, qui adorationem imaginum non laudabant, superbè damnant: Bardamque absolventes, Ignatio omnem dignitatem abrogant. *Zonaras.** [* Tomo 3.]

Saraceni, Cycladas insulas populantes, multos Christianos cædunt: & plurimos abducunt captivos, desertos ab imperatore Michaële. *Zonaras.*

Grassabantur etiam Nortmanni eò crudelius in Frisones, B Gallos & Francos: quòd molestè ferebant, ethnicas suas superstitiones damnari & abrogari. Urbem Namnetum ingressi, in sabbato Paschatos, Episcopū Baptisma celebrantem trucidant; & clerum atque populum perimunt. Turoniæ templum Martini inflammant, plurimis interfectis.

Eàdem crudelitate passim in pios sæviunt, circa annum Domini 853. ut *Sigebertus* refert. Dani ecclesiam atque urbem Hamburgensem recèns ædificari cœptam, Vulcano tradunt: & Ansgarium, cum sacerdoti- C bus ac discipulis suis pellunt: totamque Nordalbingorum regionem ferro & igne vastant. *Helmoldus in Chronico Sclavorum.*† [cap. 5.]

SUB LUDOVICO II.

LUdovicus II. Imperium Occidentis administrat annis 21. Erat is quidem Imperator satis bonus: non tamen potuit Ecclesiam Dei ab hostibus externis ubique conservare tutam & securam: Britonibus, Nortmannis, Sclavis, & Saracenis diversis in locis grassantibus. D Præter intestina autem dissidia Romanorum quoque Pontificum atque aliorum tyrannides, multis piis calamitatum gravissimarum causa exstiterunt.

Nam Constantinopoli, Basilius Imperator, Photium patriarcham, a quo prohibitus fuerat a communione, propter cædem Michaelis, ab officio removet: non eam, quæ reverà erat, causam præ se ferens; sed prætextum comminiscens, quòd Ignatio a Bardâ injustè repulso successisset. *Zonaras.*† [† Tomo 2]

Saraceni, ex Alexandriâ & Ægypto Babylonii & E Africâ, in Siciliam ingenti multitudine irrumpunt, & in morem locustarum omnia vastant: arbores fructiferas succidunt; monasteria & templa inflammant: episcopos, sacerdotes & monachos trucidant, non tam ab eis fidei confessionem; quam pecuniam, exigentes: ut patet ex *epistola Siculorum ad Apollinarium, abbatem Casinensem, in Chronico Casinensi.*

Apud Bulgaros nuper conversos filius Regis qui patri, monasticum vitæ genus ingresso, successerat a fide deficit; & idola ac religionem ethnicam instaurare incipit, non sine fidelium afflictione. Verum parens ejus, in- F dignitate rei motus, ex monasterio egressus, copias conscribit: & filium impium capit, atque oculis orbatum, in carcerem conjicit. Illæ autem ecclesiæ, pacem consecutæ, incrementa faciunt in pietate: anno Domini 865. *Sigebertus, Zonaras, Regino.*† [† lib. 2.]

Abbas Fuldensis in epistolâ ad Ludovicum, valde queritur, suos a latronibus, Sigeberto & sociis ejus, infestari.

SUB CAROLO CALVO; ET ALtero Carolo, Ludovici filio.

G EO spatio, quo Carolus Calvus duos; alter verò duodecim, imperando exegerunt annos, Ecclesia publicis motibus & calamitatibus, pluribus in locis miserè est dilacerata. Unde REMIGIUS Antisiodorensis, qui hoc tempore floruit inquit:† *Diversa sunt tempora persecutionum. Unum, quando impetus Paganorum sævit in Christianos. aliud, quando mala voluntas Christianorum persequitur fideles. Quod adhuc durat in Ecclesia. quoniam, etsi baptizati sunt Reges Pagani, & persecutores cæteri, non est tamen baptizatus Diabolus, qui occulte sævit per occultos, id est, malos Christianos.* [in Psal. 69]

Et PATRES in Synodo Moguntinâ, prolixè queruntur de miseriis hujus temporis.† *Quis sic oculorum luminibus* inquiunt *valeat enumerare mala gentis nostræ, & sancto-* [† Tomo 3 Concil.]

A *rum? Videte & considerate, quam præclara & nobilia servorum Dei ædificia destructa & incensa sint, & funditus ad nihilum redacta? Altaria defossa, & penitus conculcata: ornamenta Ecclesiarum Dei, valde pretiosa & mirifica, direpta, & igni exusta: Episcopi & sacerdotes, & cæteri ordinis Ecclesiæ viri gladio truncati, & diversis pœnarum generibus morti addicti: omnis ætas utriusque sexûs, gladio & igne, diverso mortium genere, consumti. Quid ergo amplius hic dici potest? Omnia desiderabilia & pretiosa nobis ablata sunt: veluti olim sub comminatione & eversione Judaici templi, illis dictum est:* Ecce ego tollam à vobis de-* B siderabilia oculorum vestrorum, super quo pavet anima vestra. *Multi ergo nostrûm, quibus hoc malum contigit, nobilium ædificio templorum gregiq; sibi commisso metuebant: quæ omnia, ut oculis intuentium patent, ablata sunt, & penitùs subversa. Cujus subversionis periculum, incolæ monasteriorum utriusque sexûs metuentes huc illucq; vagantur incerti: penitusq; omni solatio destituti, quid agendum, quòve declinandum, errabundi, cum periculo suæ professionis, & sine pastore, ignorant.*

[* Ezech. 24 vers. 21.]

Nam illi Francorum Regum conflictus, multos pios è C medio tulerunt. Deinde Normanni & Dani, ob ethnicas suas superstitiones vindicandas, passim in ecclesias & Christianos igni & ferro sævierunt, per Lotharingiam & Franciam: anno Domini 882. *Helmoldus.** Ut infra, in capite de *Mutationibus politicis*, commemoravimus.

[* lib. 1. c. 7.]

In Saxoniam etiam Dani excurrentes, circa pagum Ebbechstorp, Brunonem, cum multis episcopis & Christianis, inter quos erat Theodoricus, & Marquardus Hildesiorum episcopus, & Drogo Osnaburgensis, Dudo Badeburnensis, Erlulphus Verdensis, interfecerunt. *Crantzius in Daniâ,** & *in Metropoli.*† *Helmoldus.**

[* lib. 4. c. 16] [† lib. 12. sub finem.] [* lib. 1. c. 7.]

D Saraceni monasterium Casinense occupant; & igne idolomanias & libidines monasticas expiant: atque Bertharium abbatem, ad altare Martini, mactant: spoliisque onusti, Garllianum redeunt: anno Domini 884. *Leo Hostiensis.*†

[† lib. 1. c. 46.]

SUB ARNULPHO.

Annis duodecim, quibus præfuit Arnulphus in Occidente, & Leo in Oriente, haud melior sors Ecclesiæ fuit, quam sub antecessoribus. Nam Bulga- E ricum bellum, in quo Leo aliquoties victus est, multos Christianos absumsit: & Saraceni, Taurominium & Lemnum insulam occupantes, crudeliter sævierunt in Christianos. *Zonaras.** Idem in Italiâ fecerunt, capto Fraxineto: anno Domini 891. *Regino.*† *Sigebertus.*

[* Tomo 3.] [† lib. 2.]

Normanni & Dani, in Galliis, & Burgundiâ, ac Lotharingiâ, in pios grassantur: & in castello ad sanctum Loth, per deditionem capto, contra datam fidem, episcopum Constantiensem & omnes cives trucidant. *Regino.** Et Wormatiam usque excurrentes, Moguntinum episco- F pum Sunderoldum, cum plurimis aliis, interficiunt: anno Domini 895. Unde *Helmoldus in Chronico Sclavorum* inquit: † *Urbes cum civibus, Episcopi cum toto grege, simul obruti sunt: Ecclesiæ illustres, cum fidelium caterva simul incensæ sunt.* Nec priùs Ecclesia ab iis pacem habuit, quam ab Arnulpho Imperatore propemodum deleti sunt: & Rex eorum Hundeus, consilio Caroli, fidem Christi amplexus est. *Sigebertus* Nihilominùs tamen reliquiæ eorum, in Daniam recedentes, Prumiense monasterium populantur; & monachos interficiunt. Idem Arduennæ, & G aliis in locis, fecerunt. *Regino.** & *Chronicon Hirsaugiense.*

[* ibid.] [† cap. 9.] [* lib. 2.]

Moravi, qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi conversi, spe recuperandæ libertatis pristinæ, arma capiunt: ac religione abjecta, Ungaros sibi adjungunt; & more eorum c..ta pro.. us detondent: Christianos infestant captivitate, cæd.., fame, siti. Ecclesiasque incendunt; adeò ut in totâ Pannoniâ tantum una superesset Ecclesia. Narrant hoc, *Theodomarus Juvaviensis.* & *Waldo Frisingensis, & alii Bavariæ episcopi,* ad Johannem IX. Pontificem.

H Ungari, ab Arnulpho contra Moravorum Regem accersiti, multis Christianis vim fecerant: ut *Luitprandus* indicat. Et Sclavi, Arnonem Herbipolensem episcopum, cum Poppone, Duce Thuringorum, in pugnam progressum, trucidarunt. *Regino.**

[* lib. 3.]

A In postremò hac persecutione hujus temporis, Synodus *Triburiensis* sic inquit: * *Undique bella consurgunt; hostes sæviunt. Inimica gens Paganorum, insequitur populum Christianorum. Impletum est enim, quod Evangelica testatur historia:* † Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum, &c. *Et alibi scriptum est:* * Pugnabit orbis terrarum pro eo, contra insensatos. *Quapropter zelo divinæ æmulationis accensus Christianorum exercitus, procedunt ad bellum, confidentes in eum, qui dixit:* Vos ad certamen acceditis; ego B prælior pro vobis. *Fit conventus Christianorum & Paganorum: fortiter dimicant isti pro fide; illi contra fidem. Unde fortissimo confortante Domino (sicut Matathias pater Machabæorum ait † non in multitudine exercitûs fit victoria belli; sed de cœlo venit fortitudo. Sæpe fit victoria Christianorum, victa est pars Paganorum. Quare una cum interfectis Paganis perempti fuerunt Christiani, captivi à Barbaris: quia in impetu belli nequeunt distingui.*

[* cap. Tom. 3 Conc.] [† Matth. 24 vers.] [* Sap. 5 vers. 21.] [† 1. Maccab. 3 v. 19]

DE POENIS PERSECUTORUM.

C De pœnis persecutorum, in genere Rabanus inquit: * *Imperatores Mundi, Regesq; & Duces, qui Ecclesiam Dei, propter odium nominis Christi dudum persecuti sunt, & confessores nominis ejus atroci morte interemerunt, modo cum sua posteritate deleti sunt: & Martyrum gloria in veneratione fidelium ubique excellit. Illorum quippe memoria, oblivioni perpetuæ traditur: & istorum laus & victoria, sine cessatione in Ecclesia Christi prædicatur.* Idem: † *Laqueus æternæ perditionis, captivat persecutores Christianorum, & omnes, qui oblectantur casu justorum, vel moliuntur deceptionem Proximorum suorum.* D *Dolor autem invidiæ atque malitiæ suæ, intus illos ante finem vitæ suæ excruciat. Quibus tamen, post mortem, sine defectione mors succedet perpetua.*

[* lib. 3 in Eccles. c. 3.] [† lib. 8. in Eccles. c. 7]

Mauri, bis ab exercitu Caroli Magni victi, pluribus tum navibus, tum sociis amissis, testati sunt, se divinitùs puniri, propter captos & venditos monachos, ex insulâ Patalana. *Annonius.**

[* lib. 4. c. 93]

Chumeid, Saracenorum Dux, ob piorum in Rhodo afflictionem, punitur tempestate: quâ classes & copias amisit, & vix ipse præter omnem spem evasit. Quam rem E *Paulus* * superstitiosè virtuti Nicolai, cujus arcem voluerit conterere: sed *Sigebertus* Dei vindictæ adscribit; anno Domini 807.

[* lib. 24.]

Nicephorus Imperator, qui ob suam avaritiam, non modò suos subditos, sed etiam calamitosos exules spoliavit, & multos bonos & innocentes viros exsiliis & morte mulctavit; tandem pœnas luit. Nam Crumnus, Bulgarorum Rex, ei victo & interfecto caput amputavit, & ex cranio ejus poculum fecit. † *Paulus.* Anno Domini 810. *Sigebertus.*

[† lib. eod.]

F Michaëlem Rangabin, in eos sævientem, qui Imaginum cultum & vitam monasticam non tuebantur, puniit Deus infelicitate belli contra Bulgaros, & Imperii amissione. Licet *Paulus Diaconus* * putet, istas miserias ei accidisse propter alios; qui contra sanctas & venerabiles imagines, & monachicum habitum, convitia edidissent.

[* lib. eod.]

Michaël Balbus, qui in Leonem, bonum & pium Imperatorem, filiosque ejus, crudelis fuit, ac multis aliis piis calamitatem attulit, seditione & bellis; tandem phrenitide ac G intestinorum dolore pœnas luit. *Zonaras.*†

[† Tomo 3.]

Euphemius, Princeps Siciliæ; qui Saracenos in eam insulam introduxit, crudeli..imè interfectus scribitur à *Zonara.**

[* ibid.]

Bardas, avunculus Michaëlis Imperatoris, ob Theoctisti injustam cædem, & piorum afflictionem, cùm diu in au'â maximâ usus fuisset dignitate & potentiâ; tandem ad pedes Imperatori supplex, à Basilio transfossus, ab aliis sociis conjurationis, membratim conciditur. *Zonaras, sub Michaele.*

H Michael, qui cum matre Theodorâ imaginum adorationem restituerat, sin..lari piorum afflictione, non tulit id impunè. Nam, cùm in convivio bene-potus, cuidam Basilino Remigi calceos purpureos tradidisset; cumque Imperatorem salutâsset: Basilius, qui aliquantò antè ab

ip

ipso Cæsar designatus erat, molestè id ferens, eâ nocte per conjuratos illum interfici curat. *Zonaras.*

Tarsenses & Melitinæi Saraceni, post stragem ab Andreâ Duce acceptam, instaurant bellum: & convitia scribunt, nihil profuturum Romanis Mariæ filium: se enim omnes suspensuros de imagine Mariæ. Andreas, fretus auxilio Dei, (licèt *Zonaras* velit, eum Mariam invocâsse) in aciem copias suas educit: commissoque prælio, cædit Saracenos; ac blasphemum Ducem Ameram jugulat, paucis elapsis. *Zonaras.*

Normanni & Dani, qui per annos 70. Christianos passim afflixerant, tandem à Deo per Arnulphum Imperatorem puniti sunt: qui centum-millia de eorum exercitu concidit, vix uno atque altero ex suis amisso. *Helmoldus in Chronico Sclavorum.** Anno 895. *Sigebertus, & Regino.*†

[* cap 7. † lib. 2.]

Regnerus, Rex Daniæ, qui, abolitâ religione Christi, idola restituerat, graves pœnas Deo persolvit. Nam ab Helle, quem expulerat, captus est auxilio Gallorum; & in carcere, à serpentibus diu excruciatus, periit. *Crantzius in Daniâ.**

[* lib. 4. c. 10.]

Salvii episcopi interfectores, a Carolo oculis & genitalibus membris mulctantur: & nihilominùs Dei ultrices senserunt manus. *Sigebertus, & Vincentius ex Turpino.*

Saraceni, qui Italiam ac Romam afflixerant, reversuri in Africam, tempestate obortâ, naufragium faciunt. *Liber pontificalis, & Martinus in Chronico.* Anno Domini 834. *Raynulphus.*†

[† lib. 5. c. 30.]

Ragenarius, Dux Nortmannorum, qui anno Domini 846. Parisiis Germani monasterium spoliârat, magnificè se-se efferens ob victoriam, subitò concidit; & post triduũ expiravit: socii verò ejus, dysenteriâ plerique perierunt. *Annonius.**

[* lib. 5. c. 20]

Monachus quidã, qui a fide Christi defecerat, & Nortmannos in Christianos ferociores reddiderat, capitur; ac supplicio capitali afficitur. *Annonius.*†

[† lib. 5. c. 33.]

Soror Kenelmi, Regis Merciorum, quæ fuerat autor illius cædis, cùm funus deduceretur, Psalmum 109. *Deus laudem meam, &c.* nescio quo præstigio nequitiæ, retrogradè dixit: sed oculos amisit, cum sanguinis profluvio. Exstant adhuc signa cruoris, Dei ultionem spirantia, in ejus psalterio, quod tùm manu tenuit. *Raynulphus in Polychronico.**

[* lib. 5. c. 20]

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

PLurimùm laboravit Carolus Magnus, in doctrinæ puritate custodiendâ. Verum liberi illius, atque eorum successores, subindè magis magisque à pietate degenerarunt. Invaluerunt igitur in Ecclesiâ Domini, ceremoniæ, statuta humana, cultus peculiari arbitrio hominum suscepti: quibus tenebris lux articulorum fidei horribiliter obscurata est. Celebrium etiam Doctorum numerus subindè decrevit.

Quæ autem saniora sunt, & quæ fermentum Pharisaicum sapiunt, in doctoribus hujus seculi, deinceps usitato ordine annotabimus.

¶ Symboli summa recitatur in SYNODO Arelatensi:† *Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unius deitatis atque substantiæ confitemur: in personarum diversitate trinitatem credentes; in divinitate unitatem prædicantes. Nec personas confundimus; nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum, vel genitum, dicimus: Filium a Patre, non factum, sed genitum, asserimus, Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum; sed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipsum autem Dominum Jesum Christum, Dei Filium, & creatorem omnium, ex substantiâ Patris ante secula genitum, descendisse ultimo tempore pro redemtione Mundi a Patre, qui nunquam desiit esse cum Patre. Incarnatus est enim ex Spiritu sancto, & sanctâ gloriosâ Dei-genitrice Mariâ, & natus ex ipsa solus, idem Dominus Jesus Christus, unus de sanctâ Trinitate, animam & carnem perfectum sine peccato suscipiens hominem: manens, quod erat; assumens quod non erat: æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem: habens in unâ persona duarum naturarum proprietatem. Natura enim in illo duæ, Deus & Homo. Non enim duo filii, & dii duo: sed idem, una persona in utraque natura perferens passionem & mortem pro nostra salute: non in virtute divinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos; ut Sanctos, qui ibidem tenebantur erueret: devictoque mortis imperio, resurrexit. Assumtus deinde in cœlos, venturus est in fine, ad judicium vivorum & mortuorum. Cujus morte & sanguine mundati, peccatorum remissionem consecuti sumus; resuscitandi ab eo in die novissimo, in hac quâ nunc vivimus carne; & in ea, qua surrexit idem Dominus formâ: percepturi ab ipso, alii, pro justitiæ merito, vitam æternam; alii, pro peccatis, supplicii æterni sententiam. Hæc est catholica Ecclesiæ fides: hanc confessionem servamus atque tenemus. Quam quisquis firmissimè custodierit; perpetuam salutem habebit.*

[† Tomo 2. Concil.]

Item in WORMATIENSI Consilio:† *Confitemur & credimus, sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem & Filiũ & Spiritum sanctũ, unum Deum naturaliter esse, unius substãtiæ, unius naturæ, unius majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem, non genitum, non factum, sed ingenitum profitemur. Fons ergo & origo ipse est totius Trinitatis. Pater namque, ineffabili substantiâ Filium genuit: nec tamen aliud, quam quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucem. Filium quoque de substantiâ Patris, sine initio ante secula natum, nec tamẽ factum, fatemur. Igitur non, sicut Filius à Patre, ita Pater à Filio est: quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationẽ accepit. Filius ergo Deus de Patre: Pater autem Deus; sed non de Filio. Si enim Pater fuit; semper habuit filium, cui pater esset: & ob hoc Filium de Patre natum sine initio, confitemur. Spiritum enim sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unũ atque æqualem cum Deo Patre & Filio, credimus esse Deũ, unius substantiæ, unius quoque naturæ: nec tamen genitum, vel creatum; sed a Patre Filioque procedentem, amborum esse Spiritum. Nec enim procedit de Patre in Filium; nec de Filio tantum procedit, ad sanctificandam creaturam: sed ab utroque procedere monstratur, quia charitas sive sanctitas amborũ esse agnoscitur. Et nec Patris tantùm, nec Filii tantum, sed simul Patris & Filii Spiritus sanctus dicitur. In relativis vero personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur. Quæ cum relativè tres personæ dicãtur: una tamen natura vel substantia creditur. Nec, sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus: sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filiũ: & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est. Similiter Spiritus sanctus, non ad se, sed ad Patrem & Filium relativè refertur, in eo, quòd Spiritus Patris & Filii prædicatur. In hac ergo sanctâ Trinitate tres personas, unum Deum, cõfitemur. Ergo non ipsum, qui est Pater, dicimus esse Filiũ, vel Spiritum sanctum; nec ipsum Filium, Patrem vel Spiritum sanctum, nec Spiritum sanctum, Patrem vel Filiũ dicere valemus: sed, quod Pater est, hoc esse Filiũ, hoc esse Spiritũ sanctũ, sine ullâ ambiguitate pronuntiamus. Personas enim distinguimus, non naturam deitatis separamus. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas, sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus: cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine aliâ, vel exstitisse, vel quippiam operata esse aliquando creditur. Inseparabiles enim inveniuntur, & in eo quod sunt; & in eo quod faciunt. Habet enim Pater æternitatem, sine nativitate: Filius æternitatem, cum nativitate: Spiritus verò sanctus æternitatem processionis à Patre & a Filio, sine nativitate. De his verò tribus personis, sola Filii persona hominem verum, sine peccato, pro liberatione humani generis, ex Mariâ virgine, novo ordine, novaque nativitate assumsit. Novo ordine: quia invisibilis divinitate, visibilis monstratus in carne. Novâ autem nativitate est genitus quia & incorrupta virginitas, virilem coitum nescivit; & fœcunda per Spiritum sanctũ, carnis materiam ministravit. Dei enim Filius, nõ personam hominis accepit, sed naturam. Naturam quippe nostram, in unitatẽ suæ personæ assumsit: & idcirco Filius Dei, & Filius hominis unus est Christus. In eo namque, quòd Filius est Dei, æqualis est Patri: & in eo, quod Filius est hominis, minor est Patre. Qui etiam, ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit; mortique addictus & crucis, veram carnis mortem accepit. Tertiâ quoque die, virtute propriâ suscitatus, de sepulcro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri, in hac carne, qua nunc sumus & movemur, resurrecturos nos credimus. Idem autem Dominus & Salvator noster, peracto resurrectionis suæ triumpho, p-*

ternam

[illegible] dei; fi[illegible] sit. malum. [illegible] fane [illegible] redemtam, cum [illegible] mus in [illegible] am. [illegible] dimus & confitemur unum B[aptism]a in remissionem peccatorum omnium. Ha[nc] [illegible] inviolatam nos retinere, & ab ea nunquam deviare, promittimus: hancq; qui salvum esse [illegible] [illegible] t.

Confessi[illegible] m [illegible] n A[illegible] u [illegible] Hinmarum, [illegible]. Profiteor unam fidem e[illegible] eamq; operante gratia [illegible] me tenere [illegible] pradicare atque defendere: quam a Deo inspiratam, & ab Apostolis traditam, atque a successoribus eorum [c]ustoditam, habemus. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum unam Apostolicam & universalem Ecclesiam in qua [illegible] p[ossu]nt relaxari peccata, in nomine Patris & [F]ilii & Spiritus sancti tam per catholicum Baptisma, quam & per di[vin]os [illegible] a fructus, & Apostolica autoritatis largitam sibi a Domino potestatem. Extra hanc autem Ecclesiam catholicam, neminem salvari posse, confiteor. Sex denique sanctas & generales ac [illegible] Synodos, quas sancta & apostolica Ecclesia recipit, me recip[er]e & venerari profiteor: videlicet Nicoenam trecentorum decem & octo Patrum, sub Sylvestro Papa, & Constantino Imperatore, contra Arium, & ejus sectatores, celebratam, Constantinopolitanam, centum-quinquaginta Patrum, contra Mac[ed]onium & Eudoxium, temporibus Damasi Papa, & Gratiani [Pri]ncipis actam, Ephesinam, ducentorum Patrum, contra Nestori[u]m sub Theodosio Magno Principe, & Papo Cœlestino cui per suos vicarios prafedit idem beatus Papa Coelestinus & [illegible] Cyrillus Alexandrinus episcopus, Chalcedonensem, [se]xcentorum triginta Patrum, cui prafedit per vicario[s] suos [illegible] Leo [Pa]pa, temporibus Martiani Principis contra Euty[che]n, ne[illegible] omnium prasulem monachorum, celebratam, item [Co]nstantinopolitanam, temporibus Vigil[ii] Papa, sub Justiniano Princip[e], contra Theodorum, & omnes haereticos: item Constantinop[olitanam] centum-quinquaginta Patrum, sub Agathone Papa, Co[n]sta[n]tini & Heraclii ac Tiberii Principum temporibus, pro adu[na]tione facienda sanctarum Dei Ecclesiarum, de duabus [vol]untatibus & operationibus, in una persona Dei & Hominis filii Domini nostri JESU CHRI[ST]I. Eos autem quicunque ab eisdem sanctis Patribus, in memorat[is] [S]ynodis [illegible] positis, similiter per Spiritum sanctum sententiis diversis [illegible] teris divinitus inspiratis damnati leguntur, e[a]ndem venerandam Patrum autoritatem sequens, condemno. [illegible] & epistolam beat[illegible] re ordationis Leonis, Apostolica sedis antistitis, ad Flavianum Co[n]sta[n]tinopolitanum episcopum datam, & omnes ejus Epistolas de fidei firmitate perscriptas, per omnia & in omnibus inviolabiter custodire, & me libere semper pradicare, profiteor. In quibus inter caetera, (sicut & [illegible] Sermone beati Athanasii, quem in Ecclesia catholica venerando usu frequentare consuevit, qui ita incipit: Quicunq; vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catho[l]icam fidem) post documentum, quo docemur, quomodo trinitas personarũ in unitate divinitatis, & unitas deitatis in trinitate personarum, veneranda sit; evidentissime continetur, unam ex eadem sancta Trinitate personam, Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, Dei Hominisq; filiũ, ex duabus & in duabus naturis, [illegible] di[vi]na & humana, in una persona consistentibus & in sua proprietate differentiaq; manentibus esse credendum & pradicandum: qui s[ec]undum Apostolicum Symbolum de semper-virgine Maria, qua & veraciter Dei est genitrix, secundum carnem natus pa[ssus] mortuus, resurrexit, & in cælos ascendit, [se]det quoque ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos & mortuos: ad cujus adventum omnes homines resurgent cum corporibus suis, & reddent de fact[is] prop[ri]is rationem & recipiet unusquisque prout gessit, & in factis suis persever[av]erit ab eodem [illegible] judice; & sine fine regnante [illegible] ibunt impii in ignem aeternum, justi autem in vitam aeternam. Anathemat[iz]o quoque omnes haereses ac schismata, qua [c]atholi[c]a & apostolica Fi[de]s anathematizat & quicquid sane fi[de]i [illegible] contradicit, respuo & anathe[ma]tizo: & quicquid catholica & apostolica Ecclesia recipit & tenet, me, adjuvante Domino recipere & sequi: & [illegible] Canonibus, atque a regulari [illegible] Apostolica sedis, de ecclesiasti[ci]s ordinibus & disciplinis [illegible]

[illegible] R[illegible] po[st] Apo[illegible] [illegible] sanctum, un[illegible] num inv[isi]bilem: ita ut [illegible] [illegible]

B omnino [illegible] [illegible] [illegible] lum nec genitum, nec ingenitum [illegible] F[ili]um a Patr[e] nasci [illegible] o.edendo non nasci. Ipsum quoque Fil[ium] [illegible] lum ex [V]irgine, sine peccato hominem suscepisse, ut quem sola bonitate creaverat, spo[n]te [illegible] sua misericorditer repararet: [illegible] eum veraciter crucifixum, & terti[a] die resurrexisse, [illegible] dem [illegible] carne glori[fi]cata a[sc]endisse in caelum [illegible] qua & a[illegible] & mortuis judex exspectatur venturus & quod [illegible] su[b]stantiam, in utroque per [illegible] pe[rs]ona gestaverat, quia nec geminavit utri[us]que substantia integritas personam, nec confudit geminam unitas persona substantiam: altero quippe neutrum exclusit, quia utrumque unus[qu]isque [illegible] jure servavit. Quod novi & veteris Testamenti [illegible] autoritas: illa per prophetiam, ista per historiam, veraciter persoluta. Et quod neque de Deo, neque de creatura [illegible] fit cum Pa[g]anis aut cum Haereticis aliquid senti endum, in his rebus, in quibus [illegible] ritate dissentiunt. Sed in utroque [T]estamento divina protestas [illegible] [illegible] tummodo [illegible] quod sive homi[nibus] [illegible] sive univer[so] nullā

D Deus necessitate [illegible] caverit: nec ullam esse omnino visibilem invisibilem [illegible] [sub]stantiam: nisi aut que Deus sit aut a bono Deo bona creatura [illegible] sed Deus summe [illegible] in omnes [illegible] bonus; creatura vero [illegible] & mutabiliter [illegible] [illegible] anima in erta sit & quod Angelorum natura, vel [illegible] non sit pars divina substantia sed Dei [cr]eatura, ex nihilo [illegible] incorporea quia ad imaginem Dei creata est. De pietate morum, sine qua fides divini cultus otiosa torpescit, & cum qua integritas divini cultus perficitur & ut unusquisque Deum propter Deum, & Proximum in Deo diligat; ut perficiendo perve-

E niat. Alterum quoque [illegible] posse pe[illegible] ubi par voluntatis non tenetur con[s]ensus. Le[gi]timas nuptias non credis damnandas: licet eas cu[illegible] [illegible] noxia credant nasci posteritas. [illegible] continentium praferenda [illegible] Ne[illegible] Baptisma Trinitatis quod [illegible] eque, pro [illegible] itate tradentium ministrorum, [illegible] quib[illegible] [illegible] eo singulari [illegible] donati, de quo dicitur legimus [illegible] quem vide[ris] Spiritum de[scendentem], & manentem super eum; hic est qui [baptizat in] S[piri]tu [sancto]. Et e-

F go vidi, & testimonium perhibui, quia hic est F[il]ius Dei. Et ne pœnitentia remedii non egere putemus, pro quotidianis humanae fragilitatis excessibus, sine quibus in hac [vi]ta esse non possumus: ita ut, pœnitentia compunctione fructuosā, universa fateamur deleri pe[c]cata, sicut [s]criptum e[st]: Beati, quorum remissae sunt iniquitates, [&] quorum te[ct]a sunt peccata! Beatus vir, cui non imputavit Dominus pe[cc]atum. Nullum quoque suis vir[ibus] [illegible] sed per divinam [gr]atiam, capiti Christo subjunge; atque [illegible] in unita[t]e E[ccl]esia [illegible] [illegible] t N[illegible] tam a[illegible] bone quidquam de-

G putandum, ext[illegible] [illegible] prop[illegible] voluntatis Deomnem numerum [illegible] Bo[n]a quoque temporalia, bonis malis [illegible] communia [illegible] dispensatio [illegible] [illegible] in unoquoque [illegible] tum, non habitum [illegible] aut probandum. [illegible] on[illegible] [illegible] tam [illegible] detinere [illegible] [illegible] nem hi sustentari [illegible] posse [illegible] spe[illegible] [illegible] per[illegible] Quod do[illegible] [illegible] [illegible] exemus. [illegible] que nos [illegible] ordi[illegible] [illegible] mus. [illegible]

It.a In[illegible] lorn. c.3

* I Ioan. 1 v.33.34.

+ Psal.32 vers.2.

A ... non ... amant ... mutantes; ... tantum
... itatem & vitia deponentes. Ipsum quoq; Satanam, cum an-
gelis suis atq; cultoribus, æterno incendio condemnandum: neque,
se undum quorundā sacrilegam dispensationem, ad pristinam, id
est, angelicam dignitatem, ex qua propria malignitate cecidit, re-
ducendum. Hæc est catholicæ traditionis fidei integritas: de qua
si unum quodlibet respuatur, tota fides credulitatis amittitur.

* in cap. 14 Oseæ. HAYMO ait: * unusquisque nostrum vitulos, hoc est, lau-
des, Deo omnipotenti reddit, cum confitetur, se credere in Deum
B patrem ingenitum, Filium genitum, verum Deum & Hominem
credens, Spiritum sanctum procedentem a Patre & Filio. ...
tatem in distantia personarum ... unitatem in deitatis potentia
habere.

† in cap. 13 lib. 1 Regū. ANGELOMUS etiam summam quandam recitat,
dicens: † Rursum tempore quieto nil amplius Doctoribus eccle-
siæ catholicæ, plebibus qui præsunt, prædicare convenit, quam ut
credant, Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius substan-
tiæ atque deitatis: Filium vero, non aliunde, quam de Patris sub-
stantia ... sine initio; ac per omnia ... atri similem & coæ-
C qualem: Spiritum vero sanctum ex Patre & Filio procedentem,
unius substantiæ cum iis a quibus procedit.

DE VERBO DEI.

Primò de appellationibus Verbi Dei quædam assignan-
da sunt.

* in Psal. 17. HAYMO: * Scripturæ dicuntur semita: quia benè intelle-
† in Psal. 18. ctæ ducunt ad vitam. Itèm: † Promissio Christi, testimonium
dicitur: quia nos certos reddidit de vita æterna, quæ erat incerta
* in Ps. 21. nobis. Item: * Scripturæ dicuntur fauces Dei: quia per eas in-
corporat sibi aliquos; sicut per fauces belua sibi incorporat aliquid.
D † in Ps. 103. Item: † Allegoricè per Cœlum possumus intelligere divinam Scri-
pturam; quæ continet arcana cœlestia: quæ sicut pellis extendi-
tur; quia nos undique munit & protegit. Cujus Scripturæ supe-
riora teguntur aquis: quia ipsæ Scripturæ portant nobis quasi in
manifesto aquas Baptismi, ut in ipsis peccata deponamus, & Spi-
* in Ps. 131. ritum sanctum recipiamus. Et: * Doctrina Christi dicitur ven-
ter: quia continet in se arcana Dei; & nutrit homines, sicut ven-
ter puerum.

† lib. 8 in Exclus. cap. 7. RABANUS inquit: † Verbum Dei dicitur in catholicâ
* lib. 3 in Eccl. cap. 10. doctrinâ scutum veræ fidei, & gladius spiritûs. Et: * Sacra Scri-
E ptura dicitur domus sapientiæ; ubi ipsa latet, & velamento li-
terarum tegitur: sed a piè quærentibus salubriter invenitur. Pa-
rietes autem illius, duo sunt testamenta: in his qui figit palum, hoc
est, scribendi adhibet studium, secundùm regulam utique fidei, &
sensum catholicum, remunerationis suæ non perdet præmium.

in Psal. 118. ¶ Unde sit Verbum Dei, HAYMO docet: † Gratia
Dei, Deum timentibus aperit occulta Scripturarum.

* lib. 2. in Apoc. cap. 3. De subjecto Verbi Dei, idem dicit: * Principalis intentio
sacræ Scripturæ, ad Christum pertinet: cujus nativitatem, mor-
tem, resurrectionem, ascensionemq;, & secundum adventum ad
F † in cap. 1 ad Rom. judicium, continet. Itèm: † Constitutus in Euangelium Dei.
Marcus vero dicit: Initium Euangelii Jesu Christi. ut Filius o-
mnia Patris sua sunt; & sua Patris: ideoq; unum Euangelium
communiter possident, hoc est, bonum nuntium. Nam sicut una
substantia est Patris & Filii, una potestas, una deitas: ita unum
Euangelium est Patris & Filii.

* lib. 2. in Apoc. c. 5. De forma ejus HAYMO inquit: * Inquirentibus nobis
Scripturas, primus gesta rei textus occurrit; ubi nulla insunt my-
steria. Secundo, allegoricus gestus occurrit. Tertius modus est al-
legoricus, & historicus. Quartò quod nobis aliquando propriè, a-
G liquando verò mysticè, Creatoris nostri divinitas sacris intimatur
opusculis. Quintus modus est parabolarum. Sextus, est de gemi-
no Salvatoris adventu. Septimus modus, geminam præceptorum
vere et qualitatem: id est, vita agenda, vitaq; figuranda.

† lib. 4. in Ecclesi. c. 7. Nihil adiiciendum esse verbo Dei, RABANUS mo-
net: † In meditando & legendo Scripturas sacras, debemus esse
cauti: nec quid adiicere ad ea, quæ scripta sunt, ... detrahere ali-
quid ab eis, quæ ab autoribus divinarum Scripturarum in libris
comprehensa sunt; sed ea ... summa veneratione habere, quæ ibi
inve... ntur, & omni ... adimplere, quæ ibi præcepta sunt.

H * in cap. 5 Cantic. S... non ex... ri posse, HAYMO docet: *
Plerunque cum spiritualia ... tractare volumus, quantò subti-
lius ... ta ... cordis reverberatur. Quantò enim
qu... contemplationem divinam, purificatione carnis,
... ad quærebat, esse invenit.

A ... A ... AN ... in
epistola ad Orgarium arc... m. Frustra ... niti-
tur divina constituta quæ Ecc... catholica, divinitus sibi com-
mendata inconvulsa tenet, per pravam machinationem ... evertere:
2. ... vers. 19. cum Paulus Apostolus dicat: * Firmum Dei stat fundamen-
tum habens signaculum veritatis.

† in Ps. 93. Verbo Dei credendum esse, REMIGIUS docet: †
Dominus scit cogitationes hominum; homo autem nescit cogita-
tiones Dei. & ideo relinquat homo cogitationes suas vanas, & per-
B scrutetur cogitationes Dei veras.

* in cap. 1. Job. De potentia verbi Dei, inquit HAYMO: * Dominus di-
... isse est.

Non autem apud omnes fructificat verbum Dei. RE-
MIGIUS: ... Sicut in arena maris nullus exoritur fructus: ita
in cordibus infidelium, nullum habuit divinus sermo profectum.

* ... Ecclesi. ... De pœnis contemti verbi Dei, inquit RABANUS: *
... contemtores fuerimus mandatorum ejus; sequitur nos in
furore pœna gehennæ. Quod & evidentioribus consequenter expri-
mit ... verbis: Ante hominem vita & mors; bonum & malum:
C quod placuerit ei, dabitur illi.

† lib. 3 de Serm. in proprietat. cap. 2. De prophetiarum generibus, inquit RABANUS: †
Prophetiæ genera septem sunt. Primum genus, ... quod est
mentis excessus: sicut vidit Petrus vas illud submissum, in stupore
† cap. 6. v. 1. mentis. Secundū genus, visio: sicut apud Esajam legitur; † Vidi
Dominum sedentem super solium. Tertium genus, somnium:
sicut Jacob subnixam in cœlos scalam dormiens vidit. Quartum
genus, per nubem: sicut ad Mosen, & ad Job post plagam, loquitur
Deus. Quintum genus, vox de cœlo: sicut ad Abraham sonuit, di-
* Genes. 22. vers. 12. Act. c. 9. vers. 4. cens: * Ne inijcias manum in puerum. & ad Saulum in
D via: Saule, Saule, quid me persequeris. Sextum genus acce-
pta parabola: sicut apud Solomonem in Proverbiis. & apud Ba-
laam, cum evocaretur ad Balac. Septimum genus, repletio Spiritus
sancti: sicut pene apud omnes Prophetas. Alii tria genera visionum
esse dixerunt. Unum secundùm oculos corporis: sicut Abraham
vidit tres viros sub ilice Mamre; Moses ignem in rubo, & Disci-
puli transfiguratum Dominum in monte. Alterum, secundum
spiritum, quo imaginamur ea quæ per corpus sentimus. Sicut vi-
dit Petrus discum illum submitti de cœlo cum variis animalibus:
& sicut Esajas Dominum in sede altissimâ, non corporaliter; sed
E spiritualiter, vidit. Non enim Deum forma corporea circumter-
minat. Sed, quemadmodum figuratè, non propriè, dicuntur
RABANUS inquit: b *Matrimonium, est nubilium justa conventio & conditio. Conjugium, est legitimarum personarum inter se coëundi & copulandi nuptiæ. Tribus autem de causis ducitur uxor. Prima est proles, de qua legitur in Genesi:* c Et benedixit eis, dicens; crescite, &c. *Secunda causa adjuto-* C *rii, de quâ in Genesi dicitur:* * Non est bonum, hominem esse solum. *Tertia causa incontinentia. unde dicit Apostolus:* d Qui se non continet, nubat.

¶ De gradibus cognationis, inquit RABANUS: e *Quod autem proximis temporibus Romanorum Pontificum scripta continent, usque ad sextam vel septimam generationem conjugii usum deserendum: magis ex consuetudine humanâ, quam ex lege divinâ, hoc eos præcepisse credendum est.* Et paulò pòst: *Scimus enim, quod, qui in lege cognationis jus observare constituit; ipse in Evangelio fœdus conjugii non dissolvendum præcepit:* f D

f Matt. 19. v. 9.
g 1 Cor. 7. v. 10.

ita sanè, ut, si quis dimitteret uxorem, exceptâ causâ fornicationis, faceret eam mœchari. Sic & Apostolus, eandem rationem sequens, in epistolâ suâ jussit. g *mulierem à viro non discedere. Si enim, ubicunque aliquid proximitatis vel consanguinitatis, licèt longinqua, inter conjugatos inveniri potest, statim matrimonium dissolvitur: vereor, quòd adulterium & fornicationis scelus multiplicetur. Quòd, cùm conjugato adolescenti vel juveni societas comparis sua denegatur; nec aliquid ei solatii impenditur, unde continentiam servare possit: libidine inflammatus per Diaboli instigationem, multiplici fornicatione forsan polluitur; ac* E *sic in præcipitium mortis æternæ anima demergitur. Unde Apostolus, hujuscemodi vitium amputare volens, scripsit:* h Bonum est, mulierem non tangere: propter fornicationem autem, unusquisque uxorem suam habeat, &c. *His ergo omnibus consideratis, bonum mihi videtur, ut Legis divina constitutio inviolata servetur.* Tandem concludit: *Reor magis sequendum, ut post quintam generationem jam licitum conjugium fiat: quia nec lex divina contradicit; nec etiam sanctorum Patrum dicta hoc prohibent. Si autem & in quinta ab inscius copula fuerit* F *peracta: melius mihi videtur, ut cum pœnitentia humiliatione, si se inuxoratus continere non vult, Deo satisfaciat: & tamen ei prædicetur, quàm bonum sit, ut ab hujuscemodi copulâ se abstineat, si fortè det illi Deus pœnitentiam, & resipiscat à Diaboli laqueis.* Itèm: i *Alii tertiâ, vel quartâ, alii quintâ, alii sextâ generatione, legitime fieri posse conjugia, judicabant: sed illud ibi præcipuè considerandum est, quid lex divina præcipiat. Manifestum est enim, quòd sacri Canones eos anathematizant, qui de propriis cognationis, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem. & ideò ibi summa cautela est habenda: ne forte, pro incesti noxâ, æterna damnatio sequatur.* Et paulò pòst: *Patet ex Cæsa-* G *reensi Concilio: quod æque malum est hoc, quod mulier duobus fratribus nupserit: & illud, cùm vir duas sorores duxerit, aut pater & filius si cum unâ muliere dormierint.* Et: k *Verùmtamen, si quis voluerit se continere, usque ad quintam, vel sextam, vel etiam septimam generationem, non prohibendus est: sed magis hortandus, quod, quantò longior sit à discrimine, tantò securior erit de incarnatione. Nam Apostolo testante,* l Honorabiles sunt nuptiæ, & thorus immaculatus. *Ideo Christianum decet, omnia honestè & secundum ordinem facere. &c.* H *De his prohibitionibus, ... quisque, quod velit: ita tamen, ut discretionem in judicio, veritatem conservet in facto.*

i Epist. ad Regimb. Chorep.
k Epist. ad Bonosum abb.
l Hebr. 13. v. 4.
m Can. 54.
n Can. 56.

CONCILIUM Moguntiacum: m *In quarta generatione, nullus ampliùs conjugio copuletur: &, si post interdictum factum inventum fuerit, separetur.* Et: n *Si quis uxorem vi-*

A *duam duxerit; & postea cum filiastrâ suâ fornicatus fuerit; seu duabus sororibus nupserit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio: tales copulationes anathematizari & destringi præcipimus, nec unquam ampliùs conjugio copulari.* Et: o *Si quis cum novercâ sua dormieret: nec ille, nec illa, possunt ad conjugium pervenire. Si quis cum filiastrâ sua dormierit: similiter sententia potest stare. Qui etiam duabus sororibus dormierit; & una ex illis antea ei uxor fuerit: nullam uxorem postea habeat; nec illa soror habeat virum.*

o Can. 63.
p in cap. 5 lib. 3 Reg.

B ¶ Contra Polygamiam, ANGELOMUS scribit: p *Nunc, Reges si plures habeant uxores vel concubinas, in crimine computatur: quia jam transierunt figura, pro quibus uxorum vel concubinarum venia concedebatur. At nunc, quia figuræ transierunt, venia nulla datur.*

DE MAGISTRATIBUS.

q Epist. ad Bernvvard. abb.
r in Psal. 9.
s in Psal. 88.
t Epist. ad Bernvvard.
u Act. 4. v. 19.

DE officio Magistratuum, inquit RABANUS: q *Nulli Regum licuit divina profanare mandata: sed magis semper boni Reges studuerunt, Regi regum semet-ipsos subjicere,* C *& ejus præceptis obedire. Unde etiam superiores effecti sunt omnibus inimicis suis.*

REMIGIUS ait: r *Antiqui Judices in portâ judicabant ad terrorem: ut ingredientes & egredientes mali pœnam cernerent, boni præmium.* Itèm: s *Principes majori potentiâ subdi debent Deo, quàm subditi: quia major vis Domini apparuit in conversione Regum, quam in conversione Pauperum.*

¶ Quatenus Magistratui non sit obtemperandum, RABANUS monet: t *Si aliquis mihi opposuerit, dicens, Regalis mihi potestas hoc jussit, ut sacerdoti non obedirem, nec ullam rationem* D *ministerii mei coram eo facerem: huic S. Petri sententiâ respondebo:* u Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.

DE MORTE.

x de Morte. cap. 1.
y lib. 7 de Ser. propr.
z de Morte. cap. 13.
a cap. 26.

QUid sit Mors, IDIOTA exponit: x *Mors nihil aliud est, quam finis & defectus vitæ; quando scilicet anima desinit corpus vivificare. Mors namq, non est aliquid positivũ, sed privativũ. Tu enim mortẽ non fecisti, Domine, nec lætaris in perditione vivorum. Verùm sicut cætera omnia, quæ sunt hic, naturaliter (quod fit contrarietate quatuor elementorum) corru-* E *ptioni obnoxia sunt; ut patet in animalibus, arboribus & fructibus: ita nos quoque, qui elementis contrariis constamus, ideo varietati & mutabilitati subjecti sumus. Hinc est, quod necesse est omnes homines per mortem corrumpi, deficere, & multiplici subjacere miseria.*

RABANUS inquit: y *Mors, non solùm carnis obitum; sed etiam interitum animæ, & damnationem inferni, significat.*

¶ Distinguit mortem IDIOTA: z *Triplex est vita; cui triplex Mors opponitur. Scilicet vita naturæ: cui opponitur* F *mors corporalis; quæ nihil aliud est, quam animationis cessatio, & recessio animæ à corpore. Vita gratiæ: cui opponitur mors spiritualis, quæ est peccatum mortale, per quod anima privatur gratiâ, quæ est vita ejus. Est etiam vita gloriæ. cui opponitur mors gehennæ seu inferni; quæ est principalis catena divinæ visionis, quam comitatur in adultis pœna sensualis, & animæ tormentum.* Itèm: a *Mors criminalis nihil aliud est, quam mors peccati quæ animam occidit, & hominem peccatorem mortuum reddit.*

b in cap. 2. Jonæ.
c lib. 1 in Apoc. c. 2.
d lib. 2. in Eccl.
e Ezech. 18 v. 20.
f lib. 5. in Eccl. c. 5.
g lib. 6 c. 5.
h lib. 7 de Ser. propr. cap. 9.

HAYMO: b *Nostra mors dupla est: quia in animâ morimur* G *per peccatum; & in corpore per pœnam. Christi autem mors simpla tantum fuit: quia in corpore tantùm mori potuit: in animâ verò nunquam mortem admisit, quia nunquam peccavit.* Itèm: c *In sacrâ Scripturâ tres mortes sæpe ponuntur: una scilicet peccati, altera carnis; tertia verò, supplicium æternæ damnationis.* Et: d *Duæ mortes sunt: corporis, & animæ. Mors corporis, est exhalatio & transitio animæ. Mors animæ, est peccatum & perpetratio sceleris. sicut dicitur in Lege:* e Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.

RABANUS: f *Duæ sunt mortes: una corporis, quæ omnibus* H *hominibus est communis, alia animæ, quæ peccatoribus solummodò est specialis. Una in præsenti seculo terminatur: altera autem in æternum non finitur.* Itèm: g *Tolerabilius est, mortem subire temporalem; quam æternam in gehennâ pro peccatis sustinere combustionem.* Et: h *Tria sunt genera mortis: acer-*

ba immatura, & naturalis. Acerba, infantium; immatura, juvenum; matura, naturalis senum.

¶ Unde sit Mors, IDIOTA docet: [a] *In Adam, id est, in peccato Adam, omnes moriuntur.* Itèm: [b] *Statutum est hominibus, propter peccatum primorum parentum, semel mori. Mortis autem modus est subitus & imperceptibilis: nihilque certius est morte, horâ autem mortis, & loco, ac modo, nihil incertius.* Itèm: [c] *Cum magnâ patientia mors exspectanda est: quia propter peccatum debetur nobis.* Et: [d] *Mors est omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domina, omnium receptaculum, & est finalis repositio omnium mortalium.*

HAYMO: [e] *Interitus totius generis humani fit, propter inobedientiam primi hominis.*

RABANUS ait: [f] *Cogita, quòd per invidiam Diaboli mors introivit in totum orbem terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius.* Et: [g] *Mortis sententia propter peccatum data est hominibus.* Itèm: [h] *Primus homo, vetitæ arboris pomum mordens, mortem incidit.*

¶ Omnibus esse moriendum, IDIOTA monet: [i] *Omnes homines vadunt ad mortem, & subter terram manent, & nullus indè revertitur super terram.*

RABANUS: [k] *Mors, ab Adam ducta, omnibus filiis ejus dominatur: & manet tum illud privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur:* [l] Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

¶ De fine bonæ mortis, inquit IDIOTA: [m] *Lucrum est, mors. Per bonam mortem enim, commutat homo, in securitatem, timorem: per bonam mortem evadit omnem periculum, amittendi gratiam tuam.* Itèm: [n] *Laborem in tranquillitatem, inopiam in societatem; tristitiam in jucunditatem. Melius est ergo, commutare statum bene moriendo: & transire statim ad locum, ubi, propter sublimitatem & æquitatem Judicis, nihil erit confusum, nihilque turbulentum, aut quod possit aliquam tristitiam ingerere, quam esse diutiùs in hoc mundo.*

RABANUS inquit: [o] *Bonum est cultoribus Christi, judicium mortis præsentis; quoniam per ipsum transeunt ad vitam æternam.*

¶ De consideratione Mortis, inquit IDIOTA: [p] *Assidua memoria mortis, prodest ad hominis humiliationem. Unde antiqui, volentes se humiliare, ponebant cineres super capita sua, in memoriam mortis, & quòd in cinerem redigerentur. Prodest ad fugienda peccata, item ad deprimenda carnalia desideria, & ad abigendas tentationes varias & diversas, quæ separant animam a Deo. Prodest etiam ad erogationem eleemosynarum, & ad provocandum & inducendum peccatorem ad veram pœnitentiam.* Itèm: [q] *Consideratio mortis bonorum, est utilis ad nostram animationem, quia boni, qui mortui sunt, in te speraverunt, & contra hostes animæ fortiter dimicarunt. & ideò talium exempla nos similia animare debent; & similibus de causis consolari. Consideratio mortis malorum, est ad nostram cautionem: ut desistamus à concupiscentiis: ne, ut & illi, præoccupemur vinculis mortis.*

¶ Consolationem in morte suppeditat IDIOTA, dicens: [r] *Mors non est timenda viro justo: tum quia certa est & necessaria; tum quia utilis est & meritoria; tum quia brevis & transitoria.*

DE RESURRECTIONE.

DE duplici resurrectione, HAYMO inquit: [s] *Duæ resurrectiones sunt a Domino prolatæ, & a nobis creditæ. Prima est, quæ fit in anima & fide: quando homo, qui mortuus est in infidelitate, in inobedientiâ, in injustitia, omnibusque peccatis, venit ad Baptismum; & per fidem, quâ credit in Deum omnipotentem, & per gratiam Baptismatis, resurgit ad fidem & obedientiam. Altera est generalis corporum, quæ erit in die judicii.*

¶ Quid resurgat, HAYMO declarat: [t] *Ceterùm credendum est, carnem nostram in resurrectione, absque corruptione vel fragilitate mortis, in veritate substantiæ, esse resurrecturam, juxta illud, quod Job testatur, dicens:* [u] Scio, quòd redemtor meus vivit.

¶ Qui sint resurrecturi, RABANUS docet: [x] *In resurrectione ex mortuis, sexûs forma non mutabitur: sed vir mortuus resurget in formâ viri; & fœmina in formâ fœminæ, non carens sexu: sed tamen hujus vitæ tantùm conditione, specie naturali: ne non sit vera resurrectio, si non id resurgit quod cadit.*

¶ Quomodo sit futura resurrectio, HAYMO exponit: [y] *Tam velox erit & celerrima resurrectio electorum, ut illi, qui in corpore vivi inventi fuerint, & super terram, non poterunt prævenire eos, obviam eundo per aëra Domino, qui in pulvere terra jacebant.*

RABANUS: [z] *Erit resurrectio mortuorum hominum, sed una & semel: non prima justorum, & secunda peccatorum, ut fabula somniatur, sed una omnium. Et, si id resurgere debet, quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurget, sicut in veritate cadit, & non (secundùm Origenem) immutatio corporum erit, id est, aliud novum corpus pro carne; sed eadem caro corruptibilis, tam justorum, quam injustorum, caro incorruptibilis resurget: ut vel pœnam sufferre possit pro peccatis; vel in gloria æternâ manere pro meritis. Omnium enim hominum erit resurrectio. Si omnium erit; ergo omnes moriuntur: ut mors, ab Adam ducta, omnibus filiis ejus dominetur, & maneat illud privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur:* [a] Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. *Hanc rationem, maximâ Patrum turbâ tradente, suscepimus. Verùm, sunt & alii æquè catholici & eruditi viri, qui credunt, animâ in corpore manente, immutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos, qui in adventum Domini vivi inveniendi sunt: & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quòd mortalitatem immutatione deponant; non morte. Quomodo libet quis acquiescat, modo non est hæreticus, nisi contentione hæreticus fiat. Sufficit enim in Ecclesia lege, carnis resurrectionem credere futuram de morte. Quod autem dicimus in Symbolo, in adventu Domini vivos & mortuos judicandos, non justos & peccatores judicare, sicut Diodorus significare putat, sed vivos eos, qui in carne inveniendi sunt, dicit, qui adhuc morituri creduntur, vel immutandi: (sicut alii volunt) ut resuscitati continuo, vel reformati, cum antè-mortuis judicentur. Post resurrectionem & judicium, non credamus restitutionem futuram (quam Origenes delirat) ut dæmones vel impii homines, post tormenta, quasi supplicii expurgati, vel illi in angelicam redeant, quâ creati sunt, dignitatem, vel illi justorum societate donentur, eo quòd hoc divina conversatio pietatis, ne quid ex rationalibus pereat creaturis; sed quolibet modo salventur. Sed nos credamus ipsi Judici omnium & retributori justo, qui dixit:* [b] Ibunt impii in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam: ut percipiant fructum operum suorum.

¶ De differentiâ eorum, qui resurgent, inquit HAYMO: [c] *Sit certissima spes omnibus nobis; quia vera resurrectio carnis, quæ præcessit in Christo, sequetur in nobis. Caro illa omnium hominum mortuorum, sive fidelium, sive infidelium, resurget in fine: sed caro infidelium resurget ad pœnam.*

REMIGIUS ait: [d] *Resurgentium alii resurgunt ad judicium; alii non resurgunt ad judicium. Qui resurgunt ad judicium, aut judicabuntur ad salutem, jam purgati in purgatorio; aut ad damnationem, ut illi, quorum perditio non est in hac vita manifesta. Resurgentium non in judicium, alii non judicabuntur, quia judicabunt alios, ut sancti Apostoli, & alii perfecti in Ecclesia. alii non judicabuntur; quia jam evidenter damnati sunt, non solùm apud Deum, sed & apud Ecclesiam: ut Gentiles, Judæi, & Hæretici, & illi, qui in criminalibus peccatis præsentem vitam, sine confessione & dignâ pœnitentiâ, finiunt; licet ignoretur ab Ecclesiâ.*

¶ De fine resurrectionis, HAYMO inquit: [e] *Sicut minima gutta aquæ, in ignem validum projecta, absorbetur, ita ut non ultra videatur: sic mors absorbebitur & deglutietur in victoriâ, & virtute resurrectionis; & ultra jam non sentietur.*

DE EXTREMO JUDICIO.

HAYMO ait: [f] *Judicium vocatur dies: quia ibi erunt omnia manifesta quasi in die.*

RABANUS inquit: [g] *In brevi præsens vita finietur; & citò ante tribunal Christi stabimus, rationem reddituri de omnibus actibus & judiciis nostris.* Itèm: [h] *Scio, in quibus angustiis versamur, & sub quibus periculis in hoc Mundo constituti sumus: ita ut quotidie periclitemur, & imparati ad tribunal justissimi judicis hinc rapiamur: ut ibi recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit; sive bonum, sive malum.*

[a] de Morte. cap. 1. [b] cap. 3. [c] cap. 8. [d] cap. 13. [e] in Ps. 1. [f] Epist. ad Abbatem quendam. [g] lib. 8. in Eccle. c. 25. [h] lib. 7. de Ser. propr. cap. 9. [i] de Morte. cap. 2. [k] lib. 4. de Ser. propr. cap. 10. [l] Ps. 16. v. 10. [m] de Morte. cap. 6. [n] cap. 7. [o] lib. 9. in Eccl. c. 2. [p] de Morte. cap. 4. [q] cap. 5. [r] cap. 9. [s] in cap. 2. ep. 2. ad Tim. [t] super Evang. in fer. Pasch. [u] Job. 19. v. 25. [x] lib. 4. de Ser. propr. cap. 10. [y] in cap. 4. ep. 1. ad Thess. [z] lib. 4. de Ser. propr. cap. 10. [a] Psal. 16. v. 10. [b] Matt. 25. v. 46. [c] super Evang. [illegible] Pasch. [d] in Ps. 1. [e] in cap. 15. ep. 1. ad Cor. [f] in Ps. 30. [g] Epist. ad Humb. episc. [h] Epist. ad Otgar. archiep.

¶ [illegible] judi[illegible] HAYMO docet: *Impii infideles ut J[illegible] Gentiles, & qui ab ecclesia expulsi sunt, non in secunda resurrectione judi[illegible]a[illegible]nitur: quia hic jam judicati sunt. [illegible] vero qui in ecclesiâ existentes, à præsenti vitâ recedunt, de quorum operibus an bona, an mala sint incertum e[illegible], judicabuntur: quidam ad vitam, quidam ad mortem. Illi verò, de quorum sanctitate in Ecclesia certum e[illegible], non judicabuntur: quia jam in hac vitâ, ad vitam ab Ec[illegible]lesiâ ducti judicati sunt; sed judicabunt: non tamen omnes, sed illi, qui Apostolorum vicem obtinent; ut Episcop[illegible] & hujusmodi.* Itèm: *Illi venient cum Christo in gloriâ ad judicium, qui mortui sunt ante ejus adventum; & postea in fide passionis ejus & qui ign[illegible] [illegible] sunt muniti atque sacrame[illegible] to corporis & sangui[illegible] e[illegible] die mortis muniti, credentes suam salutem ibi cont[illegible].*

¶ [illegible] Id[illegible]em HAY[illegible] oste[illegible]dit: *Cùm venerit Dominus ad judi[illegible]ium, siccabit mare & flumina, juxta illud.* Et mare [illegible]am [illegible] nerit.

I[illegible]em lib. 2. in Ap. c. 4. ait: *Nostra fides habet, quòd in judicio solummodo persona Filii videbitur: quia in ea forma qua [illegible]d[illegible]atus est judicabit: & Pater non judicat quenquam, sed [illegible]mne judicium dedit Filio. Sed sciendum quia licèt persona Filii in judicio tantum videatur: tamen illic cum illo pariter erunt Pater & Spiritus sanctus, in unitate divinitatis & ipsa invisibilis Trinitatis natur[illegible] per assumptam Filii [illegible] ma[illegible]itatem, judicabit reprobos.* Et: *Non videbitur Filius [illegible] in eâ natura quâ consubstantialis est Deo Patri: s[illegible] in e[illegible] quâ consubstantialis est matri, & homo factus est.* Itèm: *[illegible] die judicii, non apparebit persona Dei Patris reprobis; sed Fi[illegible], ut ipse qui primo adventu humilis apparuit apparcat terribilis, ad perdendos omnes impios, cum patre ipsorum Diabolo, & judicet illos justè, à quibus judicatus est injustè.*

RABANUS inquit: *Salvator noster Jesus Christus judex est vivorum & mortuorum & princeps regum terræ: est ipsa veritas quæ neminem fallit, nec falli potest à quoquam. Hic, secundùm verba, orbem terræ in æquitate judicat: daturus præmium obedientibus sibi; & pœnam æternam inobedientibus.*

REMIGIUS inquit: *Pater non judicat quenquam; sed omne judicium dedit Filio. Ipse enim videbitur terribilis, qui visus est contemtibilis. Demonstrabit in judicio potentiam, qui ostendit in cruce patientiam. Apparebit in judicio homo, sed in claritate. Quia, sicut vidistis eum ire, dixerunt Angeli, sic veniet. Formâ hominis veniet ad judicium: ideo videbunt illum & impii: sed non in forma Dei eum videbunt, quem soli mundo corde videbunt. Apparens ergo in hominis forma, dicet:* Ite maledicti in ignem æternum. *ut impleatur quod dixit Esajas:* Tollatur impius, ne videat gl[illegible]iam D[illegible]i. *Q[illegible] formâ, qui æqualis est Patri, eum non videbunt.*

¶ De Ministris judicii, inquit HA[illegible]O: *Angelorum officium erit, realiter congregare Judices sanctos, & malos in tormenta demittere.*

¶ Differentiam in judicio fore, HAYM[illegible] dicit: *[illegible] omnes in momento resurgant, justi & impii, in die judicii: soli tamen justi occurrent Domino in aëra, deportandi ab Angelis. Impii verò manebunt in terrâ, quousque percipient illam terribilem sententiam Judicis:* Ite maledicti, &c.

¶ Quomodo futurum sit judi[illegible]ium d[illegible]cet HAYMO: *Non tantum de operibus, sed etiam de [illegible] [illegible]mentibus, & de subtilissimis cogitationibus rat[illegible] fiet & vindicta.* Item: *[illegible] Ignis præcedet Dominum, tantum spatium aëris occupans, quantum occupavit aqua in diluvio: qui ardebit terram, & crassitudinem aëris, & purgabit electos. Reprobi autem, audientes à Domino,* Ite in ignem æternum *involventur ab illo igne, & trahentur ad suppli[illegible] inferni.*

RA[illegible]AN[illegible]: *Resurget Dominus in judicio: hoc est, ad retributionem se præparat, & retribuet unicuique juxta meritum suum, & [illegible]xta intent[illegible]nem [illegible]rdis sui secundum quam [illegible] dicta sua temperat. Unde dicitur; Convertere in inferiores partes terræ: [illegible] Judi[illegible] [illegible] etiam voluntatis æternæ.* Itèm: *Examine ve[illegible]turi judicii omnia [illegible]ssipabuntur, & ad nihilum redigentur.* [illegible]: *In [illegible] [illegible] hoc est, in [illegible] [illegible] quando veniens Dominus, illuminabit abscondita tenebrarum, [illegible] manifestabit [illegible] consilia cordium, tu[illegible] [illegible] veniet [illegible]mamentum: quia tunc justitiæ [illegible]rum & firmum per[illegible]piet præmium.* Item: *[illegible] fert secum illa plura bona & plura mala: ut ip[illegible] pœnis habebit ali-quid refrigerii. Qui autem bonorum operum nihil, malorum secum multam copiam defert, quid eum maneat non opus est dicere. Erit enim sine dubio compensatio bonorum operum malorumque. & velut in staterâ posita utraque pars, quæ eminuerit, illa sibi: eam, quod momentum vergitur ope[illegible] [illegible], vindi[illegible] [illegible] ergo malorum multitudo quantitatem bonorum operum superaverit, pertrahet ad gehennam. [illegible] enim ma[illegible] [illegible]erit operum bonorum summa, vi obsistent atque repugnabunt [illegible] [illegible] operatorem suum ad regionem vivorum, ex [illegible] [illegible] gehenna [illegible] [illegible] revo[illegible]abunt. Verum hæc non tam [illegible] nostro [illegible] quam ex divinis Scripturarum sermonibus affirmantur. [illegible] enim Scriptura pronunciat, dicens:* Ipse reddet [illegible] [illegible]que secundum opera sua, &c.

AN[illegible] [illegible]us ait: *Q[illegible]od David Salomonis [illegible]lio suo præcepit de justa retributione eorum qui [illegible] [illegible]atio fuerunt, vel injuri[illegible] ocuerunt, licet ip[illegible]e patiens [illegible] [illegible]e cor regnans toleraret, quid meliùs significare potest, quam futuram retributionem judicii venturi, in quâ impii pro mercede pœnam pe[illegible]etuam, [illegible] justi autem, æternam beatitudinem percipient.* [illegible] *Dominus Jesus Chr[illegible] [illegible]lm Diabolum, latenter homi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]antem a[illegible]te [illegible] [illegible]um, in posterum manifestissime sævientem, in [illegible] judicio puniturus est.*

¶ Quando. HA[illegible]M[illegible]: *Notandum, qu[illegible] [illegible] statim venit Dominus ad judicium, ubi [illegible]terit Antic[illegible] [illegible] [illegible]us [illegible]d, sicut ex libro Danielis intelligemus: post m[illegible]tem [illegible]us, concedentur electis ad pœnitentiam dies quadra[illegible]inta-quin[illegible]. Quantulumcunque ve[illegible] spatium temporis sit, usque quo Dominus veniat [illegible]entibus ignoratur.*

RABANUS: *Christus eâdem horâ, quâ [illegible]surrexit, ad judicandum venturus est.*

¶ Ubi. HAYM[illegible]: *Multi autumantes dicunt, quod Dominus super montem Oli[illegible] [illegible] [illegible]ebit ex quo ascendit ad [illegible]ælos. D[illegible]minus non descendet [illegible] terram [illegible] judicium, sed in aëre [illegible] in nube, contra montem Oliveti. Non descendet ergo in terram, sed in spatio istius a[illegible] [illegible] sedeb[illegible] in nube, contra montem [illegible] [illegible], constipatus agminibus & virtutibus cælorum.*

¶ De fine ju[illegible], ait HA[illegible]: *Transacto judi[illegible]io, electis ampliorem gloriam suæ Christus demonstrabit claritatis. Generalem enim omnium Sanctorum v[illegible] [illegible]cationem, & resurrectionem ordinav[illegible] Deus Pater fieri per F[illegible]ium.*

RABAN[illegible]: *A[illegible] judicium Dei tendimus, [illegible] ut ejus sententiâ, aut pro reatu puniamur, aut pro bonis meritis coronemur.*

¶ Adhortationem de extremo judi[illegible] tal[illegible]m HIN[illegible]MA[illegible] ponit: *Hab[illegible] semper ante mentis ocu[illegible]os, quam terribilis Judex noster sit in consiliis super filios hominum, & quam districtus ad judicandum veniet, cælis & terris ardentibus & universis cælorum virtutibus, atque omnibus creaturis ad obsequium sui terr[illegible] [illegible] commotis: quando ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus: advocans cælum desursum, & terram, discernere populum suum: quando veniet nos judicaturus de cogitationibus, verbis, & actibus nostris. Qui præveniendus nobis est in confessione, & plorandum ante eum, qui fecit nos. Attendendum est etiam, quæ nobis verecundia tunc erit, in conspectu totius humani generis, omniumque virtutum cæl[illegible] [illegible]rum co[illegible]fundi, & po[illegible] confusionem, quæ [illegible] pœna sequetur: cum animam immortaliter morientem reatus involvet, & indeficienter non-deficientem carnem gehenna consumet, si radices cordis hujus seculo perseveranter infixas habuerimus. Quia nemo potest (ut scriptum est) hic gaudere cum seculo, & [illegible] regnare cum Domino. Simus igitur ut docet Apostolus [illegible] quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, at non mortificati: quasi tristes; semper autem gaudentes: si[illegible]ut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil-habentes, & omnia possidentes.*

¶ Mundum crematum i[illegible], RA[illegible]ANUS docet: *Mundus judicii igne cremabitur.* Itèm. *Elementa, [illegible] est, cælum & terram, non credamus abolenda per ignem, sed in melius [illegible]mutanda: figuram Mundi, id est imaginem; non s[illegible]antiam, transituram.*

DE INFERNO

HAYMO inquit: *Inter mortem & inferos hoc interest. Mors est, quâ anima separatur à corpore. Infernus, locus est, in quo animæ recluduntur sive ad refrigerium sive in pœnis, pro qualitate meritorum.*

¶ De da-

Margin notes: a in ep. 1. | b in cap. 4. ep. 1. ad Thess. | c in cap. 1. Nahum. | d Apoc. 21. v. 1. | e super Evang. feria 5. post Letan. | f lib. 2. super Esaj. | g Epist. ad Brunwvar. abb. | h in Ps. 85 | i Act. 1. v. 11. | k Matt. 25 v. 41. | l cap. 26. v. 10. | m in Ps. 49 | n in cap. 3 ad Philip. | o Matt. 25. v. 41. | p in cap. 1. Sophon. | q in cap. 1. ep. 2 ad Thess. | r lib. 4. in Exod. c. 5. | s in cap. 7. | t in 6. c. 6. | u de Modo pœnit. c. 22. | x Rom. 2. v. 6. | y in cap. 1. lib. 3. Re. | z in [illegible] lib. 1. | a in cap. 2. ep. [illegible] | b lib. 3. de Ser. propr. [illegible] 2. in Esa. | d in cap. 6. Osea. | e Epist. ad Humb. Episc. | f Epist. ad Hincm. Laud. c. 54 | g 2 Cor. 6. v. 9 | h lib. 9. in E[illegible] 7 | i lib. 4. de Ser. propr. cap. [illegible] | k in cap. 13 Oseæ.

cremo [illegible] cittentur [illegible] dia. [illegible]

Ha[illegible] nunq[illegible] qual tatem[illegible] perum, sustine[illegible]

R[illegible] carni [illegible] & vermes quia caro peccatorum qua luxuri[illegible] in Mu[illegible] simul cum animus pœnis arcta[illegible] Vermem autem & ignem in gehenna [illegible] Domi[illegible] commemorat, in Euangelio dicit [illegible] Et [illegible] te manus tua, [illegible] In Verme putred[illegible] em gehennæ sicut in Igne, ardorem [illegible] Sive Vermem dici[illegible] pœnitudinem, quæ nunquam in tormentis conscientiam [illegible] rum mordere cessabit. Ut [illegible] sit pœna [illegible] interiens [illegible] dolor interius [illegible] Homo, qui peccatum vivebat, [illegible] ab eis non correxerit, atque a delictis non cohibuerit: morte mulctatur æterna: ubi [illegible] & bestias diabolicas [illegible] sentiet [illegible] terrores: nec jam spem habet evasionis cum nulla requies [illegible] doloris. Item: [illegible] gehenna, tam corpus, quam etiam animam, post diem judicii excruciatur [illegible] plaga non est austas quia, postquam homo sine pœnitentia [illegible] hac vita exierit, [illegible] illuc justo Dei [illegible] Et: Melius est, corporalem temporaliter perdere vitam, quam cum illa societatem in gehenna habere perpetuam [illegible] Verè ibi timor est mortis, ubi continuum incendium est gehennæ ignis, iracundia perseverat & contentio: quoniam nulla pax ibi est, & nulla dolorum mitigatio. Esajas Propheta de reprobis & de supplicio mancipatis, longe ante prædixit. Vermes eorum non moriuntur, & ignis eorum non extinguitur: & erunt eis ad satietatem visionis omni carni. Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest: quam damnationis vulnera suscipere; & dolores vulnerum nunquam finire. In hujus vitæ tormentis, timor dolorem habet; dolor timorem non habet: quia nequaquam mentem metus cruciat; cum pati jam cœperit quod metuebat. Infernis ignibus reprobi traditi, & in supplicium dolorem sentiunt, & in doloribus, angustiis pulsante, semper pavore feriuntur: ut, quod timent, tolerent, & rursum, quod tolerant, sine cessatione pertimescant. Hic flamma, quæ succendit, illuminat; [illegible] ignis, qui cruciat, obscurat. Hic metus amittitur cum tolerari jam cœperit, quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pavor angustat. Item: Horrendo modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate: [illegible] sic videlicet [illegible] damnatum sentire pondus summæ æquitatis debet, ut, quia a voluntate conditoris nequaquam sunt veriti d[illegible] repare, dum viverent; in eorum quandoque interitu [illegible] a suis qualitatibus etiam tormenta discordent: quatenus quos impugnent, cruciatus augeant; & cum variè prodeant, multipliciter sentiantur. Quia inferni supplicia in se demersos, & ultra vires cruciant, [illegible] in eis vitæ subsidium extinguentes servant: ut [illegible] vitam terminus puniat, quatenus semper sine termino cruciatus vivat: quia & ad finem per tormenta properat: & sine fine deficiens durat. Inferus suppliciis peccatoribus deditus fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defunctus sine defunctio: quia & mors vivit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. & mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pavorem fugat: flamma comburit, [illegible] nequaquam tenebras depellit. Quantum per notitiam præsentis vitæ colligitur, supplicia ordinem non habent: quia [illegible] omnia [illegible] tent. [illegible] illic ignis [illegible] ad [illegible] non lucet, tamen ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Sequaces quoque suos secum in tormenta reprobi, flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter, contra præcepta conditoris, amaverant; ipsorum quoque eos interitus in augmentum suæ damnationis affligat. Quod & Euangelio testante [illegible] in quo, Veritate nunciante, dives ille, quem [illegible] ad æterni incendii tormenta descendere, quinque fratrum meminisse describitur: qui Abraham petit, ut ad eorum eruditionem Lazarum mitteret; ne illuc eos quandoque venientes par pœna cruciaret. [illegible] igitur, ad doloris sui cumulum, propinquorum absentium meminit; constat proculdubio, quia ad augmentum supplicii, [illegible] potuit etiam præsentes videre. Item: Præsentia tormenta finem habent, futura autem nullo termino sentiuntur.

[illegible] pare tam [illegible] cus [illegible] nous [illegible] tem [illegible] apud inferos [illegible] cute p[illegible] quæ prop[illegible] num [illegible]

Pas[illegible]

Cuncta [illegible] nullorum cunctis [illegible] parebunt
Quod cor[illegible] a, manum ten[illegible]
Et quod nun[illegible] squem ve[illegible] verei.
Omnibus [illegible] pariter [illegible] ebit.

¶ Ubi [illegible] dicit [illegible] in terra medio perhibetur.

¶ Quod [illegible] Inferno futuri, docet DIO[illegible] anima cum carne in gehenna cruciandā est.

¶ Cautum [illegible] in æternum homines [illegible] antur R[illegible] BANUS [illegible] mine more: Propter [illegible] illud [illegible] ductio, vindictam perpetuam sa[illegible] et impios subire [illegible]

DE VITA ÆTERNA.

VNde sit vita æterna R[illegible] et: Vita æterna non ex meritis: quia cadere per [illegible] et non surgere non potuimus sed ex voluntate [illegible] est [illegible] cor[illegible]

¶ Quis nos in [illegible] tam æternam [illegible] R[illegible] et: E[illegible] expectamus D[illegible] nostrum [illegible] qui reformabit corpus humi[illegible] corpori [illegible] tatis suæ, & præparat [illegible] Patri sui quos [illegible] Mundi [illegible] vivant semper [illegible]

¶ Qualis sit vita æterna [illegible] unus tunc erit princeps Deus [illegible] tura potestas, in angelis & hominibus [illegible] habit integra charitas: nec jam erit [illegible] dissensio, ac propterea, bonorum spirituum [illegible] princeps unus Deus erit. Et: [illegible] bus, semper latabuntur. Anima quoque infidel[illegible] cum suis corporibus, semper torquebuntur

RA[illegible] Itu divinis rep[illegible] terrenum, nihil transitorium expectemus [illegible] M[illegible] vant non nuptiarum copulam [illegible] Cerinthus & delirant: non quod ad cibum vel potum pert[illegible] autore Terreno & Tertulliano & [illegible] Neque per mille annos, post resurrectionem [illegible] terra futurum, [illegible] Sanctos cum illo in del[illegible] mus: sicut Nepos docuit, qui primam [illegible] impiorum, resurrectionem confinxit [illegible] rum resurrectiones Gentes, ignorant [illegible] rum in carne reservandas, quæ po[illegible] regni in terri justorum, instigante Diabolo [illegible] ad pugnam contra justos regnantes & Domino [illegible] regnante, imbre igneo compescendas: atque ita mort[illegible] pietatem [illegible] ad terrena gaudia in corrupti[illegible] resuscitandos. Item: Possessores suos in medio magnatum [illegible] quando eos cum Patriarchis & Prophetis [illegible] Apostolis [illegible] Martyribus, & cæteris Sanctis reg[illegible] pes. Et: Seculum sanctum [illegible] quæ [illegible] tibi nuncupatur seculum [illegible] seculorum. [illegible] semet-ipsas a terrestrium & [illegible] sancti Angeli in cælesti ga[illegible] jam in futura vita [illegible] quando judicii reverterunt [illegible] studierunt [illegible] semet-ipsum [illegible] totos sine d[illegible] in laqueum [illegible] Qui sanus doct[illegible] bus, hic nimirum pro hujus [illegible] eandem perpet[illegible] cuique sancto [illegible] completo [illegible] terna in cælis quiete remunerantur. Ite[illegible] A[illegible] titudinis requies nullo termino coarctatur

A [illegible] *splendore suo illustrabit credentes & ardore [illegible] suo puniet peccatores.* Item: [a] *Omne tempus vitæ hujus quasi [illegible] momentum omnium, ad æternitatem comparatione videtur esse.* Item: [b] *Providit bonitas Dei, ut in hac brevi & exigua vita agones essent & labores, in illa vero quæ æterna est, corona & præmia meritorum. ut labores quidem citò finiventur, meritorum verò præmia sine fine durarent. Sed hoc sicut lætificat eos, qui per laborum patientiam coronantur: ita affligit & cruciat illos in futuro, qui vident, se parvo & exiguo delictarum tempore, perdidisse quidem bona æterna, mala verò*

B *quæsivisse perpetua.* Item: [c] *Dicitur de æterna vita quodam loco: quod aufugiet ibi dolor, & tristitia, & gemitus. Quid hac beatius? ubi non est paupertatis metus, non ægritudo. Nemo læditur injuste, aut læditur nemo, nemo irascitur, nemo invidet, nulla cupiditas exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honorum pulsat & potestatis ambitio: sed omnis vitiorum labes deposita & penitùs extincta est: pax cuncta continet & lætitia: tranquilla sunt omnia & quieta: jugis splendor; non iste, qui nunc est: sed tanto splendidior, tantò clarior, quanto splendidior est*

C *sol lucerna. Nulla nox ibi, nulla tenebræ; nullus imbrium turbo, nulla frigoris, nulla ardoris asperitas: sed talis quædam erit rerum temperies, quam sciunt illi soli, qui ea digni fuerint perfrui. Neque est senectus ibi, nec senectutis miseria: sed omne, quicquid corruptionis est, exolvit; & gloria incorruptionis cuncta circumdat. Verum super hæc omnia est, sociari consortiis Angelorum, & Archangelorum, omniumque cœlestium supernarumque virtutum contubernio perfrui. Ultra omnem vero hanc hujusmodi est gloriam, ipsius Domini nostri JESU Christi ineffabili adspici conspectu, & majestatis ejus inenarrabili splendore radiare.* Et: [d]

D *Conferamus oculos ad montem illum, in quo transformatus est Christus: & intueamur splendorem ejus illum, quo tunc in transformatione resplenduit. Nec sic quidem inveniemus, [illegible] nobis futuri seculi gloriam par[illegible] actam. Illa enim transformatio patefacta est, non in quantum futurorum bonorum veritas habet, sed quantum ferre oculi poterant intuentium. Sic enim & Evangelium dicit:* [e] Quia resplenduit sicut sol. *Incorruptorum autem gloria corporum, non hoc tantum splendoris emittet, quantum ex ista corruptibili luce procedit: nec talem lucem; qualem nunc mortales oculi capere possunt. sed tantum erit futuræ lucis splendor, quantum corporeum ferre non posset aspectus: cum tamen illum tulerit, qui in montis transformatio-*

E *ne resplenduit. Unde ostenditur, quia tantum revelatum sit, quantum ferre oculi mortalium poterant: nec tamen toleraverunt ex integro; sed ceciderunt, inquit, super faciem in terram.* Et: [f] *Enoch, septimus ab Adam, translatus est, & significat septimam requiem futuræ resurrectionis: quando Sancti transferentur in vitam perpetuæ immortalitatis, & dedicabuntur habitaculum Dei in Spiritu sancto.*

ANGELOMUS ait: [g] *In cœlesti Hierusalem omnes electi, post diem judicii, translati, absque ulla perturbatione, sub ipso Domino, usque in æternum manebunt.* Item: [h] *In præsenti*

F *Ecclesia, talem nos ingredi ac ducere vitam necesse est; in qua dilectionem Dei & Proximi, per fidem & operationem, per patientiam & benignitatem, servemus. In futura autem vita ubi Deum & Proximos in luce æterna beatitudinis videbimus, eadem utique dilectione genuina absque ullo prorsus labore, imo in magna multitudine divinæ dulcedinis, fruemur.*

R[illegible]MIGIUS: [i] *Tota hæc vita quasi non est: quia multis & magnis ignorantiæ & vitiorum tenebris involvitur. Transacta*

G *hac corruptibili vita, cum mortale hoc induet immortalitatem, veniet mane, id est, initium diei nunquam-deficientis. Tunc enim fulgebunt justi sicut sol, in regno patris eorum: claritate virtutum splendidi, nullam maculam corruptionis habentes.* Item: [k] *Christi corpus, hoc est, Ecclesia, priùs nunc ungitur ante Baptismum, & post in Baptismo: præsignans illam tertiam & veram unctionem quam in capite suo, id est, Christo, jam completa [illegible] & tandem in ejus membris complebitur, cum mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile incorruptionem. Cum*

H *[illegible] mus veri Reges, quia tunc spiritus verè reget, & dominabitur [illegible] & veri Sacerdotes, offerentes nos-ipsos Deo hostiam [illegible] sanctam, Deo-placentem.* Et: [l] *Omnes Sancti, dii [illegible] hoc nomen non prius [illegible] accipient, quam cum Deus erit omnia in omnibus.* Item: [m] *Quod sabbatum illud, quod Ju-*

Margin notes (left column): [a] de Mundo [illegible] c. 10. — [b] cap. 11. — [c] cap. 18. — [d] cap. 19. — [e] Matt. 17. [illegible] — [f] lib. 7. de Ser. propr. cap. 1. — [g] in cap. 7. lib. 2. Reg. — [h] in cap. 6. lib. 3. Reg. — [i] in Ps. 5. — [k] in Ps. 26. — [l] in Ps. 81. — [m] in Ps. 91.

A *dæus sub unctum [illegible] in signum futuræ requietis notat liber Geneseos qui cum præcedentes dies per mane & vesperum determinat septimum [illegible] videlicet sabbatum, in quo Dominus ab opere requievit [illegible] vesperum non determinavit. Quia requies illa, quæ per hoc [illegible] batum futura designatur, nullis tenebris obfuscatur [illegible] summa claritate æternaliter agitur.* Et: *Merito [illegible] delictum, senectus dicuntur quia sicuti in senectute [illegible] fuerunt nigri, fiunt albi: ita & ibi, qui prius laboraverant temporali certamine, gaudebunt æterna requie: ubi nulla nigritu-*

B *do erit morum perversorum.*

¶ Duos tantum e[illegible] os, quò perveniunt homines vita functi docet R[illegible]ANUS: [n] *Nusquam omnes boni, nisi in cœlo, nusquam omnes mali, nisi in in[illegible] no.*

DE ASTROLOGIA.

HAYMO: [o] *Legimus, quia una eademque hora, ex iisdem visceribus, Rebecca mater duos filios habuit, Esau scilicet & Jacob: & tamen unus electus; alter vero reprobatus. dicente Domino:* [p] Jacob dilexi Esau autem odio habui

C *Si autem fatum esset: aut uterque electus, aut uterque reprobatus esset. Ex quibus omnibus cognoscimus, quia non fatalis accidentia, sed divina providentia hominum vitam ordinat atque disponit. Sed solent ad hæc Mathematici objicere quia constellatio fatalis in ictu pungentis fiat. Quibus nos econtrario respondemus, quia homo non in ictu nascitur, sed nascendi moras agit. Et si fatum credendum esset, tot cogerentur credi fata, quot sunt hominum membra.*

DE MAGIA.

D RABANUS inquit: [q] *Magicas artes atque incantationes, & superstitiones diversas, quas Gentiles ac falsi Christiani, in divinationibus suis & observationibus perversis, sequi videntur, detestatur lex divina, quæ in libro Exodi ita dicit:* [r] Maleficos in terra tua non patieris vivere. *Et in Levitico:* [s] Non comederis, *inquit*, cum sanguine: non augurabimini; nec observabitis somnia. Item: *Curandum summoperè est omnibus nobis, hoc est, Prælatis & Subditis, majoribus & mino-*

E *ribus, Sacerdotibus & Plebi; ne aliquem seducat, per hujuscemodi illusionem, fraus, dolus & nequitia hostis antiqui: tanquam a mendacibus voluimus discere veritatem, & a pestiferis mor[illegible] rum mortuique auctoribus, quærimus infirmitatis nostræ remedium: sed magis ad Deum vivum, & vivificatorem omnium, confugiendo, devoto corde properemus, per orationes sacras jejunia & eleemosynas illum deprecantes: ut ipse, propter benignitatem suam, consulat servis suis, eripiens nos de omnibus inimicis nostris.*

Definitiones Magorum & similium recitat RAB[illegible]NUS: [t] *Magi sunt, qui vulgò malefici, ob facinorum magnitudinem, nuncupantur. Hi, permissu Dei, elementa concutiunt*

F *turbant mentes hominum, minùs Deo confidentium: ac sine ullo veneni haustu, violentia tantùm carminis, interimunt.*

Necromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui divinare, & ad interrogata respondere: ad quos suscitandos, cadaveri sanguis adjicitur.

Hydromantici, ab aqua dicti [illegible] enim Hydromantia in aquæ inspectione umbras dæmonum evocare, & imagines ludificationis eorum videre, ibique ab eis aliqua audire ubi, adhibito sanguine, etiam inferos perhibentur suscitari.

G *Divini dicti, quasi Deo pleni. Divinitate enim plenos se esse assimulant; & astutia quadam fraudulenta, hominibus futura conjectant. Duo autem sunt genera divinationis: ars, & furor.*

Incantatores dicti sunt qui artem verbis peragunt.

Ariolis vocati sunt, quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt; iisque celebratis, dæmonum responsa accipiunt.

H *Aruspices nuncupati, quasi horarum inspectores. Dies enim & horas, in agendis negotiis operibusque, custodiunt: &, quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt.*

Augures sunt, qui volatus avium & voces intendunt; aliaque signa rerum, vel observationes improvisas hominibus occurrentes.

Margin notes (right column): [n] Epist. ad Heribaldum [illegible] — [o] super Evang. de dileg. — [p] Malach. 1. — [q] Epist. ad Bonosum abb. — [r] Exod. 22. — [s] cap. 19. — [t] Epist. eâd.

Pytho-

Pythonissa [illegible] *Apollinem dicta, quod is autor divinandi fuerit.*

Astrologi dicti eo quòd in astris augurantur.

Genethliaci appellati sunt, propter natalium considerationes dierum. Genesim enim hominum per duodecim cœli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus & eventus prædicere conantur. Hi vulgo Mathematici vocantur.

Horoscopi dicti, quod horas nativitatis hominum speculentur, dissimili & diverso fato.

Sortilegi sunt, qui sub nomine ficta religionis, per quasdam, quas Sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur; aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt.

Salisatores vocati sunt, qui, dum eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt.

Ad hæc omnia pertinent ligaturæ exsecrabilium remediorum, quæ ars Medicorum commendat; seu in præcantationibus, seu in characteribus, vel in quibuscunque rebus, suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus, ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus exsecratione repudianda atque damnanda. Hæc Rabanus.

ANSELMUS ait: * *Nonnulli hoc genus magiæ* (de Pythonissis loquitur) *phantasiæ ab Apolline Pythio repertum, atque ab ejus cognomine sic dicunt esse vocatum. Sed & Hebræum nomen congruit inquiunt, qui Phitona abyssi dicunt: unde & Phitonissam, & Phitones, legendum putant. Quod & nos diligenter investigantes, sic in antiquis voluminibus scriptum reperimus. Alii verò a serpente, qui Phyton dictus est, de cujus pelle divinabant, dictum asserunt. unde & Phytonissam & Phytones legunt. Quod nos arbitrio prudentum Lectoru relinquimus, quid magis vigere placuerit.*

* in cap. 28. lib. 1. Reg.

DE LIBRIS.

CAROLUS Junior, in Responsione suâ ad Epistolam Cleri Ravennatis, inquit: *Sicut beatus Hieronymus, in Præfatione librorū Regum, dicit, viginti-duo elementa sunt apud Hebræos, per quæ scribimus Hebraicè omne, quod loquimur; & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti-duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrinâ, tenera adhuc & lactens viri justi eruditur infantia. Quorum librorum nomina, qui ad autoritatem tenentur, ibidem, quisquis voluerit, potest relegere. Et quicquid extra hos est, inquit, inter apocrypha esse ponendum. Sed quæ tunc temporis inter apocrypha deputabantur, nunc autoritate Carthaginensis Concilii, & decretis beatorum Innocentii atque Gelasii, inter ecclesiasticas Scripturas leguntur & computantur.*

RABANUS inquit: * *Vetus Testamentū ideò dicitur, quia veniente novo cessavit. De quo Apostolus meminit:* ¹ Vetera transierunt; & ecce facta sunt omnia nova. *Testamentum autem novum ideò nuncupatur, quia innovat. Non enim illud discunt, nisi renovati homines ex vetustate per gratiam; & pertinentes jam ad testamentum novum, quod est regnum cœlorum. Hebræi enim vetus Testamentum, Esdra autore, juxta numerum literarum suarū, viginti-duos libros accipiunt; dividentes eos in tres ordines: Legis scilicet, & Prophetarum, atque Hagiographorum.*

* lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 53. Et lib. 1. de Cler. inst. cap. 9.
¹ 2 Cor. 5 vers. 17.

Primus ordo Legis, in quinque libris accipitur. quorum primus est Bereschith, qui est Genesis. Secundus, Ellesmoth, qui est Exodus. Tertius Vajecra qui est Leviticus. Quartus Vajedabar, qui est Numerus. Quintus Ellehaddabarim, quod est Deuteronomium. Hi sunt quinque libri Moysis, quos Hebræi Thorah, Latini Legem, appellant. Propriè autem Lex appellatur, quæ per Mosen data est.

Secundus ordo, Prophetarum, in quo continentur libri octo: quorum primus Josue Bennun, qui Latinè Jesu Navè dicitur. Secundus, Sophtim; qui est Judicum. Tertius Samuel, qui est Regum primus. Quartus, Malachim; qui est Regum secundus. Quintus, Esajas. Sextus, Jeremias. Septimus, Ezechiel. Octavus, Thareasra, qui dicitur Duodecim Prophetarum: qui libri, quia sibi pro brevitate adjuncti sunt, pro uno accipiuntur.

Tertius est ordo, Hagiographorum, id est, sancta scribentium, in quo sunt libri novem: quorum primus Job. Secundus, Psalterium, quod in quinque incisionibus dividitur. Tertius, Masloth, quod est Proverbium Salomonis. Quartus, Cohelet, quod est Ecclesiastes. Quintus, Sir hasirim, quod est Cantica Canticorum. Sextus, Daniel [illegible] *Dibre hajamim, quod est Verba dierum, id est, Paralipomenon, quod* [illegible] *Chronicon. Octavus est Esdras, qui in duos libros dividitur apud Græcos & Latinos. Nonus* [illegible] *Hi ler. Qui simul omnes quinque & octo & novem, faciunt viginti-unum. Quidam autem Ruth & Cinoth, quod Latinè dicitur Lamentatio Jeremiæ, Hagiographis adjiciunt: & viginti-quatuor volumina Testamenti veteris faciunt, juxta viginti-quatuor seniores, qui ante conspectum Dei assistunt.*

Quartus est apud nos ordo veteris Testamenti, eorum librorum, qui in Canone Hebraico non sunt: quorum primus, Sapientiæ liber est. Secundus, Ecclesiasticus. Tertius Tobias. Quartus, Judith. Quintus & sextus, Machabæorum. Quos licet Judæi inter Apocrypha separaverint, Ecclesia tamen Christi eos inter divinos libros honorat & prædicat.

In novo autem Testamento, duo sunt ordines. Primus Evangelicus: in quo sunt, Matthæus, Marcus, Lucas, Johannes. Secundus Apostolicus: in quo sunt quatuordecim Epistolæ Pauli, Petrus in duabus; Johannes in tribus; Jacobus & Judas in singulis; Actus Apostolorum, & Apocalypsis Johannis.

¶ *Alii autem vetus & novum Testamentum in septuaginta-duos libros distinguunt. ita ut primi Legis Moysis libri quinque sint, hoc est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numerus, Deuteronomium. Hos sequuntur historici libri sedecim: Jesu Navè scilicet & Judicum libri singuli, sicque Ruth. Regum etiam libri quatuor, Paralipomenon duo. Tobiæ quoque, & Hester atque Judith singuli, Esdræ duo, & duo Machabæorum. Super hos Prophetici libri sedecim sunt: Esajas, Jeremias, Ezechiel, & Daniel, libri singuli; duodecim quoque Prophetarum libri singuli. Et hæc quidem prophetica sunt. Post hæc versuum octo libri habentur; qui diversi apud Hebræos metro scribuntur: id est, Job liber, & liber Psalmorum, & Proverbiorū, & Ecclesiastes, & Cantica canticorum, sicque Sapientia, & Ecclesiasticus, Lamentationesque Jeremiæ. Sic quoque complentur libri veteris Testamenti quadraginta-quinque.*

Novi autē Testamenti, primùm quatuor Evangelia sunt, Matthæi, Marci, Lucæ, & Johannis. Hos quatuordecim Pauli Epistolæ sequuntur: quibus subjectæ sunt septem Canonicæ epistolæ, Jacobi, Petri, Johannis, & Judæ. Actus quoque duodecim Apostolorū. Quorum omnium signaculum est Apocalypsis Johannis, quod est, Revelatio Jesu Christi: qui omnes libros, & tempore, & ordine subsequitur.

Hi sunt libri Canonici septuaginta-duo: & ob hoc Moyses septuaginta elegit presbyteros, qui prophetarent. Ob hoc & Jesus, Dominus noster, septuaginta-duos discipulos prædicare mandavit. Et quoniam septuaginta-duæ linguæ in hoc Mundo erant diffusæ: congruè providit Spiritus sanctus, ut tot libri essent, quot nationes, quibus populi & gentes, ad percipiendam fidei gratiam, ædificarentur.

Hæc sunt nova & vetera, quæ de thesauro Dei proferuntur, & quibus cuncta sacramentorum mysteria revelantur. Hi sunt duo Seraphim, qui in confessionem sanctæ Trinitatis jugiter decantant Hagios, & dicentes hymnum erumpunt. Hæ literæ sacræ, hi libri, integro numero & autoritate. Aliud cum istis nihil est comparandum. Quicquid extra hos fuerit, inter sancta & divina nullatenus est recipiendum.

Hæc duo testamenta, in multis locis Scriptura sacra præfigurata sunt. Nam illi duo molares lapides sunt, quos Lex prohibet videre, atque in loco pignoris tollere: quia neutrum testamentum auferendum est ab altero: quando utraque necessaria sunt, ad panem cœlestem conficiendum, ut animarū pastum præparent. Item duo Cherubim juxta arcā posita, significant duo testamēta, Ecclesiam Dei protegētia. Item Abacuc propheta duo scribit animalia, in quorū medio Deus innotescit. Summa aūt utriusque testamenti trifariè distinguitur: id est, in historiâ, in moribus, in allegoria.

¶ De autoribus librorum veteris & novi Testamenti.

RABANUS ait: * *Veteris testamenti secundum Hebræorum traditionem, hi scriptores habentur. Primum Moses scripsit Pentateuchum. Jesu Navè edidit librum suum. Judicum autem, & Ruth, & Samuelis primam partem scripsit Samuel. Sequentia Samuelis usque ad calcem, scripsit David. Malachim totum edidit Jeremias: nam ante sparsus erat per singulorum Regum historias. Job librum, Hebræi Moysen scripsisse putant, alii unum ex Prophetis. Psalterium verò scripserunt decem prophetæ: id est, Moses, David, Salomon, Asaph, Ethan, Idithum, Eman, & filii Chore, id est, Asir, Elchana, Ephiasab. Sunt qui & Esdram, & Aggæum, & Zachariam, scripsisse dicant. Salomon scripsit Proverbia, & E-*

* lib. 2. de Institut. Cler. cap. 54.

[illegible] omnin. [illegible] fun[illegible] Da[illegible] rum [illegible] suum.

[illegible] autem [illegible] dum Judas [illegible] Propheta [illegible] corrupta [illegible] testamentu[illegible] & lecta.

Primam, post E[illegible] ram. [illegible] Septuaginta interpretes [illegible] Alexandri[illegible] qui in [illegible] omniumq́ [illegible] Pri[illegible], multa dona mittens ad templum, petiit ut senes [illegible] ex tribubus Israel transmitterentur; qui interpreta[illegible] omnes libros eorum. & ut fidem interpretationis adv[illegible] eorum, qui fuerunt di[illegible] singulas cellulas de[illegible] omnibus, omnes Scripturas [illegible] interpretari. Qui [illegible] septuaginta dies eo negotio adimpl[illegible] omnium simul [illegible] interpretationes, quas per diversas cellas [illegible] nullo ad [illegible] propinquante [illegible] congregavit in unum atque ita omnes [illegible] interpretati per Spiritum sanctum inventi sunt ut non solùm intellectu, verum etiam in sermonibus consonantes [illegible] Hæc fuit prima interpretatio ver[illegible] divina. Hos libros mediatori omnium gentium Ecclesiæ primùm cœperunt eosdemq́ de Græco in Latinum interpretantes, primi Ecclesiarum provisores tradiderunt. Post hæc secundam editionem Aquila, tertiam & quartam Theodotion & Symmachus ediderunt ambo Judæi proselyti. Quintam vero & sextam editionem Origenes reperit, & cum cæteris superadictis editionibus comparavit. Hi sunt igitur tantum, qui Scripturas sacras de Hebræo in Græcum sermonem verterunt, qui etiam & numerantur. Nam Latinorum interpretum, qui de Græco in nostrum eloquium transtulerunt, ut meminit S. Augustinus, [illegible] numerus est. De Hebræo autem in Latinum eloquium, tantummodo Hieronymus presbyter sacras Scripturas convertit: cujus editione generaliter omnes Ecclesiæ usquequaque utuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis & [illegible] verbis.

[illegible] Sapientia Salomon [illegible] probatur [illegible] testimonium, [illegible] legitur: Tu [illegible] inquit, * elegisti regem [illegible] &c. Hoc opus Hebræi (ut quidam sapientium meminit) in[illegible] Scripturas recipiebant. Sed postquam comprehendentes Christum in[illegible] occiderunt, memorantes in eodem libro tam evidentissima de Christo testimonia quibus dicitur: * Dixerunt [illegible] comprehendamus justum [illegible] & contrarius est operibus n[illegible] & promittit se [illegible] habere & Filium Dei [illegible] Et infra: * [illegible] est verè Filius Dei [illegible] & liberabit illum [illegible] de manu contrariorum [illegible] Ut [illegible] reverentiam illius, & probemus patientiam [illegible] morte turpissimâ condemnemus eum. Collatio[illegible], ne nostri eos pro tam aperto sacrilegio derogarent. [illegible] voluminibus possederint, legendum [illegible].

Librum autem Eccl[illegible] Jesus, filius Syrach, Hierosolymitanus; nepos [illegible] meminit Zacharias [illegible] liber [illegible] eloquii similitudinem, Salomonis titulo prænotat[illegible].

Præter[illegible] Judi[illegible] Machabæorum libros qui an[illegible] [illegible] sit.

N[illegible] quatuor libros Evangeliorum. [illegible] ipsorum: quorum [illegible] Matthæus [illegible] per [illegible] eloquio, cæteri [illegible] eodem & Pau[illegible] ex quibus [illegible] Timotheo, Tito [illegible] Phile[illegible] He[illegible] Latinum [illegible] esse [illegible] propter [illegible] sermonis eandemq́ [illegible] [illegible] epistolas, quæ Catholicæ nomi[illegible] esse [illegible] creditur pro[illegible] Jac[illegible] [illegible] sed [illegible] ne eius [illegible] arum [illegible]

homines [illegible] pro[illegible] [illegible] iterum [illegible] aut [illegible] suam [illegible] compositi [illegible] eodem [illegible] in [illegible] a[illegible] tradiuerunt [illegible]

His sunt [illegible] scriptores [illegible] eorum [illegible] eorum divinâ [illegible] ratione loquente ad erud[illegible] Auto[illegible] unde Scripturarum [illegible] [illegible] ipsi, qui per Prophetas suos scribenda dictavit.

¶ De [illegible] R[illegible] * Sancti doctores per quatuor Evangelia [illegible] illuminant. Ch[illegible], per [illegible] Apostol[illegible] quatuor [illegible] Evangelistas per quatuor Orbis [illegible] annuntiatum, ad [illegible] credentes [illegible] dicens * V[illegible]

¶ De Apocryphis A[illegible] Hi[illegible] [illegible] recipiuntur non [illegible] [illegible] sunt ad [illegible] Apostolus, in epistola [illegible] non aliam de [illegible] plur[illegible] verùmetiam [illegible] tantum vidit, exempl[illegible] protulit [illegible] approbaret, sed opportun[illegible] ubi necessarium [illegible]. Hinc [illegible] quod Judas, posito [illegible] plum invenit [illegible] Adam Enoc [illegible] in [illegible] Quod ex [illegible] sed [illegible] verum est, non est repudiendum. Non tamen omnia approbanda sunt, sed necessaria [illegible] tenda.

¶ [illegible] versione Hieronymi [illegible], inquit Remigius: * Cùm beatus Hieronymus, secundum Hebraicam veritatem, ferè omnia [illegible] septuaginta Interpretum correxisset, & nos etiam adhuc, dubitamus in aliquâ litterâ ad eos recurrimus.

INCLINATIO DOCTRINÆ, COMPETENS PECULIARES ET INCOMMODAS OPINIONES, STIPULAS, & ERRORES DOCTORUM.

N[illegible] verâ religione; nævi, stipulæ & opiniones priorum seculorum creverunt & adauctæ sunt. Nos in præsentiâ aliquot [illegible] gnabimus.

DE ANGELIS.

Idiota in [illegible]: * Ex superbenedictâ [illegible] virginis Mar[illegible] angelicam naturam repara[illegible] humanam renovari [illegible] serv[illegible] tem a servitute liberari.

Omnio est, q[illegible] * Et annuntiem [illegible] [illegible] usque ad alti[illegible] ut [illegible] [illegible] per [illegible] enim [illegible] angeli [illegible] [illegible] ficatos [illegible] hom[illegible] [illegible] quia non adorare de[illegible] eum oport[illegible]

R[illegible] corporea [illegible], & omnes [illegible] in carne [illegible] Ex co[illegible] tem corpoream [illegible] anima huma[illegible] quæ carnis [illegible] qui pe[illegible] angelicæ naturæ [illegible].

DE HOMINE.

Opinionem de Hominibus Hin[illegible] turi sint angeli, ait enim: * Homine[illegible] firmus, quibus æqualem ce[illegible] non habemus perfectionem angeli, non [illegible] Diaboli.

Si & Rabanus [illegible] * Tot homi[illegible] Angeli sunt lapsi, ut ita [illegible] pl[illegible]

Ex nihilo nos esse [illegible] testium [illegible] Gene[illegible]

* capite 7.
* c. 2. v. 12. 13.
* vers. 18.
* vers. 19.
* lib. 4. Serm. prope cap. 1.
* Matthæi vers. 18.
* in ca[illegible] 10. lib. 2. Reg.
* in Psal.
* de [illegible] virg. [illegible]
* in [illegible]
* in Psal.
* In [illegible] Apoc. [illegible]
* lib. 4. Serm. prope cap. 10.
* [illegible]
* [illegible] Regula[illegible]
* de [illegible] cap. 1.

HAYMO inquit: * *Quamdiu anima in corpore est, non est immundum humanum corpus: quia habet animam, ad imaginem & similitudinem Dei factam. Statim vero ut anima corpus deseruerit, efficitur corpus immundum: utpote terrenum, & ex carnis voluptate concretum. Hoc dicimus quantum ad naturam. Cæterum Sanctorum corpora, quorum mors est pretiosa, sancta sunt, ex merito sanctæ inhabitatricis animæ.*

(* *hom. cap. 2. Agg.*)

DE ANIMA.

Opinionem de animis ... imitat RABANUS: * *Ante resurrectionem Domini, omnes Sanctorum animæ in inferno sub debito prævaricationis Adæ, tenebantur, donec authoritate Domini, per indebitam ejus mortem, de servili conditione liberarentur. Post ascensionem Domini ad cœlos, omnium Sanctorum animæ cum Christo sunt. & exeuntes de corpore ad Christum vadunt, exspectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur. Sicut & Peccatorum animæ in inferno, sub timore posita, exspectant resurrectionem sui corporis: ut cum ipso ad pœnam convertantur æternam.*

(* *lib. 4. de Serm. propr. cap. 10.*)

REMIGIUS ait: * *Eruisti animam meam ex inferno inferiori: id est, a loco tormentorum: licet non a loco tenebrarum. Legitur enim, quod omnes Sancti, ante resurrectionem Domini mortui descenderint ad inferos, ubi erant in tenebris, sed non in pœnis non in illo loco, unde dives testis est Lazarum, in sinu Abrahæ repositum.*

(* *in Ps. 85*)

DE SANCTIS.

Nimium tribuit Mariæ IDIOTA, dicens: * *Per te (Maria) innocentia reparatur, vita angelica reducitur, Deus hominibus pacificatur & unitur; Diabolus vincitur & convertitur. quia de te scribitur*: Ipsa conteret caput tuum. Item: * *Dedit tibi (virgini Maria) tota supersancta Trinitas nomen, quod est post nomen superbenedicti Filii tui, super omne nomen: ut in nomine tuo omne genu flectatur ... cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c.* Et paulo post, *Mariam in cœlum assumtam esse*, ait.

(* *Contempl. de Maria. cap. 4.* * *cap. 5.*)

HAYMO inquit: * *Hujus margaritæ pulcritudinem, beatissima N. cujus hodie festivam celebramus festivitatem, multis divitiis datis comparavit: quando ejus amore regni potentiam dereliquens, & thorum ... matrimonii spernens, ad spontaneam paupertatem se contulit. ... ideo dignum est, ut, quæ temporalem reginam honore debito veneramur, hanc Deo acceptam reginam devotis precibus supplicemus: ut, quia nos sua exemplo in nomine Christi congregavit, suis nos meritis & orationibus, in præsenti vita ... mundos efficiat, & in futuro acceptos reddat.*

(* *Homil. de Virginib.*)

RABANUS: * *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honorandas, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca divino cultui mancipata affectu piissimo & devotione fidelissimâ adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit: non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur.*

(* *lib. 4. de Serm. propr. cap. 10.*)

DE CRUCE DOMINI.

JONAS Aurelianensis episcopus affirmat: * *Crucem Domini, in ejus honorem imaginatam, colendam, venerandam, atque adorandam esse.*

(* *lib. 3.*)

DE LIBERO ARBITRIO.

Caput de Libero arbitrio, totum fere obscuratum est. HAYMO quoque vulgarem errorem tuetur. * *Quia*, inquit, *liberi sumus arbitrii; pro nostrâ voluntate, aut ad vitia deflectimus, aut ad virtutes.* Et: * *Liberum arbitrium ex parte servatur; dum dicitur.* ...uerit ... &, si nolueritis. *ut in utramque partem, ex judicio Dei sed ex merito singulorum pœna vel præmium fit.*

(* *in cap. 1 Mal.* * *Rh. Super Jon.*)

RABANUS inquit: * *Et ut liberum significaret arbitrium, dicit, se & mala annuntiare genti, & regno illi vel illi, & rursum bona, nec tamen hoc venire, quod ipse prædixerit: sed e contrario fieri, ut & bona malis veniant, si egerint pœnitentiam; & bonis mala, si post repromissionem fuerint ad peccata conversi.* Item: * *Et hoc fecerunt propria voluntate: quia in nostro consistit arbitrio, bonum vel malum eligere.*

(* *Epistol. ad Humb. Episc.* * *lib. 14 1 Ierem*)

DE JUSTIFICATIONE.

Doctrinam Justificationis impurè tradiderunt hujus seculi Scriptores, etiamsi interdum commodiusculas habent sententias.

IDIOTA tribuit Bonis operibus remissionem peccato-

A torum, inquit enim: * *Non est peccatum, quod dilectione tuâ non remittatur: non culpa, non noxa gravis vel enormis, quæ adveniente dilectione tuâ non expellatur: non macula tam fœda, tenax ac etiam inveterata; quæ non tuâ dilectione & amore dissolvatur.* Item affirmat, * *neminem venire ad Filium, nisi enim Maria sua sancta traxerit.*

(* *de Amore div. cap. 17.* * *Contempl. de Maria. cap. 1.*)

... & ... *Illud prætermittendum non est, quod per dationem Spiritus sancti omnium peccatorum remissio tribuitur. Et ipsa quoque, septem modis efficitur. primum, per sacra-*

B *mentum Baptismi: secundum per Eucharistiæ perceptionem: tertio per martyrium: quarto per eleemosynam: quinto per pœnitentiam: sexto per charitatem, septimo quando et nos peccantibus dimittimus.* Item: * *Finem verò, vitam æternam: id est propter consummationem operum vestrorum, habebitis vitam æternam, quæ vobis dabitur pro perseverantiâ vestrâ.*

(* *super Evangel. in 6 Pasch.* * *in cap. 6 ad Rom.*)

RABANUS inquit: * *Necesse est, ad impetrandam veniam pro universis delictis nostris, dum tempus habemus, clementiam illius humilium precibus, ac bonis actibus, nobis consultare studeamus, præoccupemus faciem ejus in confessione; & in psalmis*

C *jubilemus ei.*

(* *Epistol. ad Humb. episc.*)

De Martyrio inquit idem RABANUS: * *Hinc quoque, martyrium, quod pro Christi nomine patiuntur fideles, credens esse purgatio omnium delictorum.*

(* *lib. 5. de Serm. propr. cap. 21.*)

DE FIDE.

De alienâ fide, inquit HAYMO RABANUS: * *Sicut parvulis naturalis, id est, alieno peccata obnoxiis, aliorum, id est, Patrinorum fides, pro eis respondentium in Baptismate fit ad salutem: ita parvulis, quibus Baptismum denegatum dixisti parentum vel patrinorum, corde credentium, & pro parvulis suis fideli verbo Baptisma*

D *expetentium, sed non-impetrantium, fides & fidelis postulatio prodesse poterat dono ejus, cujus Spiritu regenerati sunt, qui, ubi vult, spirat.*

(* *Epistol. ad Hincm. Laudun. cap. 48.*)

DE BONIS OPERIBUS.

Operibus meritum salutis contra sacram Scripturam, non rarò adscribunt, ut IDIOTA: * *Dilectio propriè consistit in anima: nec est supra facultatem hominis, ita quod non possit eam perficere: nec est dilectio longe ab eo, scilicet ultra cognitionem ejus, ita quòd non possit eam apprehendere: sed est juxta hominem, scilicet in ore ejus & in corde, ut adimpleat eam & di-*

(* *de Amore div. cap. 22.*)

E *ligat te, Domine.* Et paulò post: *Ex dilectione vitam homo vivit gratiæ, & multiplicat bona opera, ut terram viventium possideat: & nullo modo nos Deo placere possumus, nisi per dilectionem.* Item: * *Ista vestis nuptialis*, quam interpretatur dilectionem & an... *sola distinguit filios regni & perditionis: quia, qui eam deserit, ... & filium charissimum qui verò ea caruerit, etiamsi ... erat omnes alias vestes id est omnes alias virtutes, expelletur a regno tuo.* Item: * *propter Mundi labores & tribulationes, fructus æternæ gloriæ, ex tua providentia & sola benignitate, exspectamus.* Et. *

F *Patienter sustinendo tribulationes, debitum pro peccatis solvitur.*

(* *cap. 24.* * *de Patient. cap. 7.* * *cap. 13.*)

DE ORATIONE.

Sanctorum etiam invocationem retinuerunt nonnulli, ut IDIOTA, * *Mariam invocandam esse*, vult. Item: * *Ad invocationem nominis Mariæ, cœlum ridere, terram lætari, Angelos congaudere: dæmones contremiscere, & infernum conturbari.*

(* *Prolog. Contemplat. de Maria.* * *cap. 5.*)

RABANUS ait: * *Supplicater posco, ut cum Deo opitulante, ad limina Apostolorum venietis, mei miseri & valdè-peccatoris in sacris orationibus vestris, memores esse dignemini: quatenus princeps Apostolorum, cui claves regni cœlorum commissæ sunt, cum*

G *votis vestris annuerit, & pro vobis apud Dominum intercessor fortissimus exstiterit, tunc etiam mihi veniam peccatorum meorum exorare & impetrare dignetur.* Item: * *De servo qui fugerit dominum suum, interrogabas: si ille in ipsa fuga mortuus fuerit, utrum liceret pro eo Missas cantare, aut psalmodiari? Hoc in divinis libris non invenimus prohibitum. Attamen, si in ipsa fugâ obierit; orandum est pro eo: nisi forte aliquo crimine majore implicetur, aut in perfidiam devolvatur, unde fructuosa pro eo non possit esse oratio.*

(* *Epistol. ad Ogar.* * *ad Reginbald. Chor. epist.*)

DE POENITENTIA.

H Imperfecta est definitio RABANI: * *Quid est enim aliud, pœnitere, nisi irasci sibi, ut horreat, quod fecit: & cruciatum a se exigat, ne judex iratus potius affligat.* Item: * *Pœnitentia vera est pœnitenda non admittere, & admissa deflere.*

(* *lib. 6. in Ezech. cap. 7* * *lib. 4 de Serm. propr. cap. 10.*)

Pœnitentiæ plus justo tribuit RABANUS: * *Certum est,*

quòd ille, qui iniquitatem facit, & peccatum vitare non curat, gratam oblationem Deo offerre non potest; nec veniam promereri delicti: sed qui fugit vitia, & digna pœnitentiâ, ac lacrymarum effusione, delere sua studet peccata; hic Deo acceptabilia offert munera.

Sic tantum ad opera externa deduxit, & non ad fidem in Christum, CONCILIUM Cabillonense:* *Qui verò peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parochiis, confessi sunt, & ab his agenda pœnitentiæ consilium acceperunt: si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum, invisere desiderant: horum est devotio omnibus collaudanda.* (* Can. 25.)

¶ De Confessione, inquit CABILLONENSE Concilium:* *Confessio itaq. quæ Deo fit, purgat peccata: ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata.* (* Can. 33)

DE BAPTISMO.

In fide solâ Parentum, ait HAYMO, Baptismum Infantibus prodesse:* *Qui crediderit, & baptizatus fuerit.] ubi intrusus Lector apponere potest: Quid ergo fiet de Infantibus, qui nesciunt loqui? Ad quod verè respondere potest: Quia sola fides parentum parvulis proficit in Baptismo: ita tamen, ut, cum ad legitimam ætatem pervenerint, instruantur & doceantur.* Euangelium in ascensione Domini. (* super Evang. in Ascens. Dom.)

DE COENA.

RABANI opinio est,* *oportere aquam misceri vino.* (* li. de Euchar.)

De transubstantiatione loqui videtur PASCHASIUS, quando inquit:* *Cogita igitur, si quippiam corporeum potest esse sublimius, cùm substantia panis & vini, in Christi carnem & sanguinem, efficaciter interius commutatur: ita ut deinceps, post consecrationem, jam vera Christi caro & sanguis veraciter credatur, & non aliud, quam Christus panis de cœlo, a credentibus æstimetur.* (* de corp. & sang. Dom. cap. 19.)

DE UNCTIONE.

RABANUS:* *Per unctionem, sanctificatio Spiritûs adhibetur, & hoc de pristina disciplinâ; quâ ungi in sacerdotium & in regnum solebant: ex quo & Aaron & Moses unctus est.* (* lib. 3. de inst. cler. cap. 11.)

DE MINISTRIS ECCLESIÆ

Nimium tribuit HINCMARUS Romanis episcopis. Nam inquit in Epistolâ ad Hincmarum, Laudunensem episcopum: *Non debet credi, vel etiã suspicari, ut ipsi erraverint.*

DE ANTICHRISTO.

HAYMO inquit:* *Nascetur Antichristus in Babylone, de tribu Dan, juxta quod Jacob dicit:** Fiat Dan coluber, &c. *Et cùm venerit Hierosolymam, circumcidet se, dicens Judæis: Ego sum Christus, vobis promissus. Tunc confluent ad eum omnes Judæi.* Itèm:* *De Dan nasciturus est Antichristus, juxta illud Jacob:* Fiat Dan coluber in viâ. (* in cap. 2. epist. 2. ad Thess. * Genes. 49. vers. 17. * in Apoc. cap. 7.)

DE TRADITIONIBUS.

HAYMO:* *Si virtus non esset, vilibus indui vestibus; nequaquam Dominus Johannem, de vestitus sui asperitate laudasset.* (* super Evang. Dom. 3. Advent.)

DE CRUCE.

HAYMO:* *Certum est, quod omnes hi, qui in fide catholicâ pro Christo martyrium sustinent, etiamsi criminalibus impediti sint; omnia tamen in martyrii sanguine diluuntur.* (* in Ps. 115)

DE CONJUGIO.

HAYMO inquit:* *Discant viduæ, secunda & tertia declinare conjugia. Discant etiam, post virorum suorum mortem, carnis vitare lasciviam, quia Anna, a virginitate, postquam amisit virginitatem, septem annis cum viro vivens, octoginta-quatuor vidua permansit.* (* super Evang. infra 8. Nativ.)

DE MAGISTRATU.

RABANUS inquit:* *Duæ dignitates atq. potestates inter homines constitutæ reperiuntur. Una, ex humana inventione reperta; hoc est, imperialis atq. regalis: altera verò, ex divinâ authoritate instituta; hoc est, sacerdotalis. Quarum una hominum corpora parat ad mortem, altera animas nutrit ad vitam.* (* Epist. ad Bruno ... abb.)

DE INFERNO.

Opinionem habet HAYMO:* *quod ante Christum nullus in Paradisum deducebatur; sed etiam justi, quamvis sine pœna, in inferno tenebantur.* Et:* *Abraham & Prophetæ ante adventum Christi, in inferno erant; sed non torquebãtur.* Itèm:* *Multos Sanctorum, in inferno vinculis originalis peccati detentos esse, quos tamen in resurrectione Christi cum eo surrexisse*, asserit. (* in Ps. 11. * in Ps. 85. * in cap. 9. Zachar.)

DE PURGATORIO.

HAYMO:* *Qui verò levia peccata attrahunt, purgantur ab illis, quia a tribulationibus incenduntur in hoc seculo; vel post mortem in igne purgatorii, vel alia afflictione, orationibusq. hominum expiantur. Qui vero plumbum coacervant sibi, in hoc seculo incipiunt cruciari, & ex parte pati; quam futurum plenius passuri sunt.* Et:* *Ne corripias me in irâ tuâ: sed in aliquâ pœna, data post mortem ante judicium, id est, in Purgatorio.* Et:* *Fornicatii nisi dignam in hac vita egerint pœnitentiam, in locis purgatoriis peccatum eorum delebitur.* Et:* *Qui dixerit contra Spiritum, neq. in hoc seculo neq. in futuro remittetur ei.] Ostendit aliqua esse peccata, quæ in judicio per ignem purgatorium remittuntur.* Itèm:* *Multi sunt in igne purgatorio, qui pœnitentiam inchoaverunt; sed surripiente mortis articulo, non ad effectum perduxerunt: qui Domino largiente, in die judicii salvabuntur. Notandum autem, quia non de impiis dicimus, qui in ipsâ impietate transierunt ab hac luce, sed de his, qui post flagitia perpetrata ad pœnitentiam conversi sunt.* (* in cap. 3 ep. 1. ad Cor. * in Psal. 6. * in cap. 6 ep. 1. ad Cor. * super Evang. fer. 4 Pentec. * h. 4. super Ezec.)

DE VITA ÆTERNA.

HAYMO:* *Sicut ante turrim Babel una erat lingua Hebræa: sic, ut quidam putant Doctores, expleto judicio, ipsa remanebit una. Reverà in multis linguis varietas est: & ubi est varietas, ibi dissensio. In Sanctorum regno non erit dissensio: ergo nec linguarum varietas.* Itèm:* *Tot homines sancti assensuri sunt in cœlum, quot remanserunt ibi Angeli, pereunte Diabolo: quoniam in omnibus angelorũ ordinibus, ipsi Sancti locum habebunt.* (* in cap. 13 ep. 1. ad Cor. * h. 3. in Apoc. c. 5. & in Evang. Dom. 5 post Pentec.)

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS.

NON recensentur ab Autoribus multæ hæreses, in hoc seculo grassantes. idque potissimùm eam ob causam factum est, quia magnæ tenebræ, plerisque capitibus doctrinæ sanctæ depravatis, aliàs in Ecclesiam Domini longè lateque ingruerunt. Pontifex enim Romanus, primatu suo jam constabilito, partim suâ potentiâ territabat; partim verò suâ superstitione universas penè Ecclesias Christi miserabiliter fascinabat. Duravit autem hoc seculo bellum de Cultu atque adoratione Imaginum: ità ut illi proclamarentur Anathematisati, ante omnem cognitionem & dijudicationem; qui, quantùmvis modestè, auderent contra adorationem & venerationem picturarum, statuarum & crucium, mutire. Conatus est quidem Carolus Magnus sinceriorem doctrinam conservare; & fovit doctos viros, dum viveret: verùm eo extincto, majores caligines dominium latius acceperunt.

Qualibus verò artibus soleant uti Hæretici, ad decipiendos homines, HAYMO exponit, dicens:* *Hæreticis manifestus est sensus, quòd sophismatibus suis, & arte dialecticâ, oppresserint Ecclesiam. Sed cùm hoc fecerunt, non munditiam veræ fidei; sed sordes sequuntur mendacii.* Itèm:* *Hæretici pravam intentionem tam diu celant, verbis falsa velantes, quo-usque subjecti libenter eorum obtemperent voluntati, & donec corda deceptorum intumescant fermento pravæ doctrinæ illorum. Quæ enim sponte fiunt, diu durant: quæ autem necessitate, citò solvuntur.* Et:* *Vir ecclesiasticus, in malis operibus, vel in sanctarum Scripturarum interpretatione perversâ, ædificat sibi urbes munitas, non auxilio Dei, sed artificio mendacio, dum Scripturam male intelligens, testimoniis divinis suis nititur confirmare errores; quos Dominus igne sui spiritûs succendet, & ad nihilum deducet.* (* in cap. 1. Ephes. * in cap. 7. Oseæ. * in cap. 8. Oseæ.)

De peculiari notâ Hæreticorum, inquit HAYMO:* *Difficile est, (ut beatus Hieronymus dicit) Hæreticum reperire, qui diligat castitatem, licet eam soleat ore proferre: quia aliud loquitur labiis, aliud servat conscientiâ, & implet opere. Unde & abominabiles exstiterunt, facti immundi, sicut & ea quæ dilexerunt.* (* in cap. 9. Oseæ.)

De effectu Hæreticorum, scribit HAYMO:* *Qui doctrinam Hæreticorum suscipiunt, immundi fiunt. Hæreticorum enim conciliabula, non domus Dei sunt; sed spelunca latronum appellantur.* Et:* *Deteriores omnium Hæretici comprobantur, qui in portu fidei, humiles Ecclesiæ deprimere conantur.* (* ibid. * in cap. 5 Amos.)

Quare Deus permittat Hæreticos exoriri, HAYMO docet, inquiens:* *Ad hoc sinit in Ecclesiâ esse Deus Hæreticos, ut vel probent vel exerceant.* (* in cap. Mich.)

ICONOLATRAE.

COmmunis & vulgaris erat hæresis Iconolatrarum: adeò ut pro verâ sententiâ publicè, ab illis, qui Catholici perhiberi volebant, defenderetur. Varii autem prætextus, ut fieri solet in malis causis, quærebantur: & vi atque potentia excellentes, alios infirmiores rectè-sentientes opprimebant. Unum tantùm exemplum hic commemorari, operæ precium est.

JONAS Aurelianensis, adversùs Claudium, natione Hispanum, Taurinensis Ecclesiæ præsulem, qui presbyter fuerat Ludovici Pii, tres libros, seu invectivas potiùs, quàm refutationem, conscripsit: in quibus ei ista capita impingit, veluti hæretica.

1. Imagines & statuas non esse adorandas; sed Deum verum tantùm, nempe Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, eamq; ob causam, picturas & statuas, manifestæ idololatriæ servientes, abolendas esse.

2. Superstitiosum esse, pœnitentiæ gratiâ Romam proficisci: cùm pœnitentia vera quovis in loco fieri possit.

3. Ad reliquias Sanctorum non currendum esse, religionis aut cultûs gratiâ.

Propter ista axiomata, Jonas in hunc Claudiū laxis habenis fertur; eumq; ait à Diabolo instigari, ut ista doceat ac pronuntiat, eū ab Ecclesiâ meritò esse anathematizatum.

Occasionem autem, & rationes Claudii aliquot, ex libro Jonæ licet escerpere. nam integra Claudii scripta non sunt memoriæ reservata.

Occasio fuit; quòd Claudius inquit: Se factum præsulem in Taurinensi civitate, invenisse omnes basilicas (contra ordinem veritatis) sordibus anathematum, imaginibus nempe, plenas. *Jonas* * Vidit igitur Claudius, imagines apertè superstitioni fœdæ servire; atque idololatriam publicè grassari. Ideò & doctrinam, de verâ unici Dei invocatione, sibi clariùs tradendam; & materiam superstitionis simul tollendam esse, existimavit. [* lib. 1. de cult. imag.]

¶ Rationes quibus utitur Claudius, istæ sunt.

1. Quòd homines non simpliciter haberent, sed colerent atq; adorarent statuas. sicut inquit: *Ideò, quòd homines colebant, ego destruere eas solum cœpi.*

2. Quia distinctè dicitur; non faciendam esse similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt, aut quæ in terrâ.

3. Est ethnica superstitio. Sicut enim gentes ignaræ veri Dei, Jovem, Saturnū, aut Mercurium coluerunt: ità etiam nunc Petrus aut Paulus coluntur. *Nomen* (inquit Claudius) *mutatur; error vero idem ipse permanet semper.*

4. Si adorandi (inquit) fuissent Apostoli: vivi potiùs, quàm mortui, adorari debuissent.

5. Lapides & ligna carent sensu.

6. Si opera manuum Dei non sunt adoranda: Ergo multò minùs opera manuum hominum adoranda & colenda sunt.

7. Sancti nolunt sibi honorem, soli Deo competentem, (qualis est invocatio) attribui.

8. A creatione hominis. *Quid te ad falsas imagines humilias & inclinas? Quid ante inepta simulacra, & figmenta terrena captiva, corpus incurvas? Rectum te Deus fecit. & cùm cætera animalia prona, & ad terrā situ vergente depressa sint; tibi sublimis status, & ad cœlum, atq; ad Dominum, vultus rectus est. Illuc intuere; illuc oculos tuos erige: in superis Deum quære: ut carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis, cum insensata imagine, quam colis, sternis? Quid in ruinam Diaboli per ipsam, & cum ipsâ, cadis? Sublimitatem serva, ad quam natus es: persevera talis, qualis a Deo factus es.* Jonas hæc Claudii verba recitat.* [* lib. 1.]

9. Quia crucem ità venerantur, quasi semper in cruce penderet Christus. Verùm Paulus inquit: * *Etsi noveramus secundùm carnem Christum, sed jam non novimus eum.* [* 2 Cor 5 vers. 16.]

10. Imaginibus, utpote crucium adoratione & veneratione, rursum crucifigi Filium Dei, atq; ostentui haberi.

11. Animæ hominum à vero Deo abducuntur ad creaturas; quæ sunt vanitates, teste Scripturâ.

12. *Aliud Deus jussit; aliud illi faciunt.* Jonas.* Item: *Taliter Deum colere, ab eo recedere est.* [* lib. 2.]

¶ Objectionem, quâ dictitabant Idololatræ, se tantùm ob recordationem adorare & venerari crucem; hisce verbis solvit Claudius. *Contra quos respondendum est: Quia, si omne lignum, schemate crucis factum, volunt adorare, pro eo quod Christus in cruce pependit: & alia multa illis contemnt, quæ Christus egit per carnem. Vix enim sex horis in cruce pependit, & tamen novem mensibus lunaribus & super undecim diebus, in utero Virginis fuit: qui simul sunt dies solares 276. id est, novem menses, & supra dies sex. Adorentur ergo puellæ virgines: quia virgo peperit Christum. Adorentur & præsepia: quia mox natus, in præsepio est reclinatus. Adorētur & veteres panni: quia continuò, cùm natus esset, pannis veteribus est involutus. Adorentur & naves: quia frequenter in navibus navigavit; & de naviculâ turbas docuit; & in navi dormivit; & in dextrâ navigii rete mittere jussit, quando præpedita illa magna captura facta est piscium. Adorentur asini: quia in asello sedendo ad Hierusalem usq; pervenit. Adorentur agni: quia de illo scriptum est;* * Ecce agnus Dei, qui tollit peccata Mundi. *Sed isti perversorum dogmatum cultores, agnos vivos volunt vorare, & in pariete pictos adorare. Adorentur & leones: quia de illo scriptum est:* * Vicit leo de tribu Juda, radix David. *Adorentur & petra: quia, quando de cruce est depositus, in saxeo sepulcro est positus; & de illo dicit Apostolus:* * Petrus autem erat Christus. *Sed Christus petra, agnus, leo, tropicè, non propriè, ut est dictus: per significantiam; non per substantiam. Adorentur & spina ruborum: quia exinde spinea corona, tempore passionis, capiti ejus imposita est. Adorētur & arundines: quia ab eis colaphis a militibus caput ejus cæsum est. Postremo adorentur & lancea: quia unus militum lancea latus ejus aperuit; unde fluxit sanguinis & aqua sacramentum, unde formatur Ecclesia.* Jonas.* [* Johan. 1. vers. 29.] [* Apocal. 5 vers. 5.] [* 1 Cor. 10. vers. 4.] [* lib. 1.]

¶ De profectione Romam versùs, pœnitentiæ ergò, rationes hasce *Claudius* exponit.

1. Quia plerique fiant deteriores, pœnitentiæ causâ Romam proficiscentes.

2. Quia pœnitentiæ causâ in monasteria se homines concludunt. Ergo peccant, qui hoc faciunt, si Romæ tantùm vera pœnitentia agi potest.

3. Est scandalum. Si enim, inquit, ità se res habet; ut, pœnitentiam agere, sit Romam pergere: tùm scandalisantur alii, qui putant se aliis quoque in locis pœnitentiam agere posse.

4. Malè (ait Claudius) intelligi & applicari verba, Matthæi 16.* Sed Claudii sermonem audiamus; qui sic inquit: *Scimus enim, quòd non intellecta evangelica verba Domini Salvatoris, ubi ait B. Petro Apostolo:* Tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. &, Tibi dabo claves regni cœlorum. *Propter ista jam dicta Domini verba, imperitum hominum genus, pro acquirendâ vitâ æterna, postpositâ omni spirituali intelligentiâ, volunt pergere Romam.* Jonas Aurelianensis.* Item: *Quia, si proprietatem verborum Domini subtiliter consideremus, non est ei dictum: Et, quodcunq; ligaveris in cœlo, erit ligatum super terram; & quodcunq; solveris in cœlo, erit solutum & in terrâ.* Item: *Ac per hoc sciendum est, quòd tamdiu antistibus Ecclesiæ illud ministerium concessum est; usq;-dum ipsi peregrinantur in hoc mortali corpore. Cùm verò debitum mortis exsolverint: alii succedunt loco ipsorum, qui eandem obtinent judiciariam potestatem. Ut dicitur:* * Pro patribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos Principes super omnē terram. [* vers. 18.] [* lib. 3.] [* Psal 45. vers. 17.]

5. Redite cæci ad lumen verū, quod illuminat omnem hominem, venientem in hunc Mundum: quod lumen in tenebris lucet; & tenebræ eum non comprehenderunt. Qui, istud lumen non adspiciendo, in tenebris estis; & in tenebris ambulatis, & nescitis, quò eatis: quia tenebræ occæcaverunt oculos vestros.

6. Quia, nisi eandem fidem, justitiam, veritatem teneat, quam illi tenuerunt, per quam placuerunt Deo; salvus esse non poterit.

7. Augustini testimonia etiam Claudius citavit, quæ non sunt annotata. nam sic inquit: *Audite hoc, insipientes in populo; & stulti aliquando sapite; qui intercessionem Apostoli Romam pergendo quæritis; quid contra vos dicat sæpe dictus beatus Augustinus.*

¶ Propositio & conclusio Claudii, disertè à Jonâ exprimitur.* *Hæc, inquit, idcirco dico; ut nemo de merito vel intercessione Sanctorum confidat.* [* lib. 3. in fine.]

De viro quoque Apostolico, inquit: *Certè non ille dicendus est Apostolicus, qui in cathedra sedet Apostoli; sed qui Apostolicum implet officium.* Itèm: *De illis enim, qui eum locum tenent; & non implent officium, Dominus dicit:* * Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo, quæcunq; dixerint vobis, servate & facite; secundùm opera verò eorum nolite facere.

* Matt. 23 v. 2. 3.

¶ *Jonas* verò *Aurelianensis*, qui ingenti fastu Claudium refutare conatur, *primum* objicit & exaggerat; Claudium ab ecclesiasticis traditionibus discedere.

Deinde, Patrum dicta, de crucis & statuarum adoratione & veneratione, imperiosè & operosè accumulat.

Tertio, parcissimè ex verbo Dei probationes aliquas elicere studet; verùm contra textûs sententiam. ut: * *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Christi.* Itèm: † *Tunc signum videbitur Filii hominis in cælo.* Itèm: * *Pacificans per sanguinem crucis ejus.* Nam ista dicta loquuntur de merito Christi; & non de ligni adoratione.

* Galat. 6. vers. 14. † Matt. 24 vers. 30. * Coloss. 1. vers. 20.

Quarto, falsas hypotheses asserit Jonas; dum alium hæreticos nomine persequitur. Nam asseverat:

1. Imagines & statuas esse adorandas. Etsi enim discernit inter adorationem Dei & statuarum; tamen utramque adorationem asserit. Sic enim inquit: * *unde ob recordationem salutiferæ passionis dominicæ, annuatim, in sanctissimo die Parasceves, secundùm traditionem ecclesiasticã, Crucem Christi adorat, id est, supplicando salutat: quæ etiam totum diffusa per Orbem, in Christi laudem prorumpens, gratulabunda canit:* Crucem tuam adoramus, Domine; & sanctam resurrectionem tuam laudamus & glorificamus. *Et iterum:* Ecce lignum crucis, in quo salus Mundi pependit: venite adoremus. *Et B. Gregorius, de cujus dictis nemo (nisi immemor salutis suæ) ambigit. in libro Sacramentorum ita meminit:* Deus, qui unigeniti tui, Domini nostri Jesu Christi, precioso sanguine humanũ genus redimere dignatus es; concede propitius: ut, qui ad adorandam vivificam crucem adveniunt, à peccatorum suorum nexibus liberentur.

* lib. 2.

2. Sanctos esse mediatores apud Deum; ità ut propter ipsorum intercessionem salvemur. Sic enim inquit: * *Salutem sanè animæ nostræ à solo Deo dari, fideliter credimus. Sed quia, commeritis nostris præpedientibus, eam ab eo nancisci non meremur: si suffragiis cœlestium, sive spiritualium creaturarum, illius nos compotes fore veraciter confidimus; nequaquam creaturæ, (ut scripsisti) sed potius Creatori, servire comprobamur. At, si per Sanctorum suffragia salus animarum non acquiritur: ut quid eorum intercessio. Missarum celebrationibus, & cæteris humilimis supplicationibus, apud divinam majestatem flagitatur? Salus igitur animæ, scimus, quia non nisi à Deo datur: sed fideliter credimus. quòd, per eorum interventum, nobis immeritis ab eo largiatur. & pro eo, quod id credimus & speramus, non creaturæ; sed Creatori nostro, servimus.* Itèm: * *Virginem porrò, quæ peperit Christum, non adoramus: sed sanctam Dei-genitricem congruo honore veneramur; ejusq; intercessionem apud divinam majestatem humiliter flagitamus. nec immeritò: quippe quoniam per eam auctorem vitæ suscipere meruimus. & pro eo, quod eadem sancta & intemerata virgo Maria, quæ utiq; Deum & Hominem nobis edidit, Dominum videlicet Jesum, à cunctis fidelibus pio colitur amore, & debito veneratur honore.*

* ibid. * lib. 2.

3. Romam proficiscendũ esse: ut ibi ad sepulcra Apostolorum agatur pœnitentia, & intercessio eorũ flagitetur.

4. Sanctis, post mortem, integram manere judicandi potestatem; id est, claves ipsas. Nam de iis loquitur *Jonas.**

* lib. 3.

Quintò, Claudium falsè & superciliosè exagitat Jonas; eò quòd minùs grammaticè scripserit. Verùm incertum est, an illa errata verborum scriptor ipse, vel descriptor, commiserit. De rebus autem ipsis; & non de sermone, erat disceptatio.

Hoc modo, nempe superbiâ, calumniis, conviciis, potentiâ, sæpè optimæ causæ, & fidelissimi doctores, (quia pares illis peritis, garrulis, & brachio seculari armatis, esse nequeunt) opprimuntur.

PSEUDOPROPHETISSA THEODA.

Anno Domini 848. (ut *Sigebertus* annotat) mulier quædam Suevica, Theoda nominata, (ut *Aventinus* scribit) se prophetissam esse, arroganter profitetur.

Initiò autem in agro Constantiensi emergit; ac multos in sui admirationem, mirabilibus quibusdam præstigiis, pertrahit. Moguntiæ deinde aliquos ex Sacerdotum ordine infatuat: ut, priusquàm technæ ipsius patefierent, eam pro Sibyllâ quâdam haberent. Plebecula autem stulta, munera insuper ei obtulit: & rogavit, ut precibus suis pro se intercederet; ne evenirent ea. quæ prædixisset.

1. Visiones cœlestes, & collocutiones cum superis, jactitabat; ex quibus res arcanas cognosceret.

2. Extremum diem certò definiebat: ut qui eo ipso anno venturus esset.

Usa autem est, ad fascinandos homines, ambiguis dictis: utque majori specie doceret, imagines in templis exsecrata est. *Euagrius.* * Moguntiam verò, Regis jussu, venit: & à Salomone, Constantiensi episcopo, eò deducta est. Rabanus igitur, in templo S. Albani, præsentibus aliis episcopis, doctis & peritis viris, cœpit eam examinare: undenam eam facultatẽ prophetandi consecuta esset? quibúsve niteretur fundamentis? Tandem, convicta de fœdis imposturis, & quòd contra verbum Dei manifestum vaticinaretur; confessa est, se tantùm quæstûs gratiâ ista omnia ementitam esse: atque sic instructam se fuisse à quodam presbytero; qui absq; dubio fuit illius quæstûs particeps.

* lib. 2.

Palo itaque in publico loco alligata, & verberibus affecta, insaniæ notam cum exsibilatione omnium accipit; ac jussa est deinceps ab ejusmodi deceptionibus abstinere. *Sigebertus, Henricus de Erfordiâ, Aventinus.*

Egnatius * narrat, eam à filio Michaëlis Imperatoris in monasterium detrusam esse.

* lib. 2.

GODESCALCI ERROR.

Belga fuit Godescalcus iste (ut *Aventinus* indicat) presbyter professione; erroneas quasdam sententias, sive in diœcesi Moguntiacâ, sive aliquâ vicinâ regione, asseverare non dubitans: idque circa annum Domini 849. ut *Sigebertus* annotat.

Hypotheses.

1. Deum Patrem plus esse, quàm Deum Filium: *ut Chronicon Isenacense refert.* Arianam igitur doctrinam videtur resuscitâsse.

2. Homines quosvis, inevitabili lege & necessitate providentiæ divinæ, sive inferis, sive superis, destinatos esse. *Aventinus.**

* lib. 4.

3. De Libero arbitrio, Prædestinatione, & Sanguine Christi, malè eum sensisse; *Hirsaugiense Trithemii Chronicon* dicit: sed in specie non explicat.

¶ RABANUS ita scribit: * *Divulgatum in his partibus constat, quendam sciolum apud vos manere, qui dogmatizet: quòd prædestinatio Dei omnem hominem ita constringat; ut, etiam si quis velit salvus fieri, & pro hoc fide rectâ atq; bonis operibus certet, ut ad vitam æternam per Dei gratiam veniat; frustra & incassum laboret. si non est prædestinatus ad vitam. Quasi Deus prædestinatione suâ cogat hominem interire! qui autor est salutis nostræ; non perditionis. Et jam hinc multos in desperationem suimet hæc secta perduxit; ita ut dicant: Quid mihi necesse est, pro salute meâ & vitâ æternâ laborare? quia, si bonum fecero, & prædestinatus ad vitam non sum; nihil mihi prodest. si autem malum egero; nihil mihi obest: quia prædestinatio Dei me facit ad vitam æternam pervenire. Hæc traditio multis in istis partibus scandalum est; & prædicatoribus Euangelii homines inobedientes facit: quia jam desperantes de semet-ipsis eos reddit. Dicitur enim ipse doctor vester, multa testimonia excerpsisse, de opusculis beatissimi & doctissimi Patris Augustini; quibus nititur suam sententiam affirmare: cùm memoratus Pater & Doctor catholicus, contra Pelagianos scribens, (qui gratiæ Dei contrarii prædicatores fuerant) defensor ejusdem gratiæ; non destructor rectæ fidei, fuerit.*

* Epistola ad Everhardũ Comitem.

Moguntiæ in Synodo, à Rabano congregatâ, Ille convincitur. Ac prædicat *Hirsaugiense Chronicon* cujusdã presbyteri, cui Lupo-Servato nomen est, strenuam operam in Godescalco refutando: & quòd postea etiam opusculum, de istis materiis, composuerit.

Damnatus autem Godescalcus in eâ Synodo; nihilominùs in suo errore perseverat: ut testatur *Sigebertus*. Ex-

termina-

terminatur igitur; ac mittitur ad Hincmarum, episcopum Remorum, unde oriundus erat: priùs præstito juramento, quòd in Franciam Orientalem, seu regnum Ludovici, non esset unquam reversurus. *Aventinus.*

De isto Hæretico, sic scribit Hincmarus: * *Godescalcus Scripturas detruncare solitus est, & ad suum sensum violenter inflectere.* Et refert, * Godescalcũ, & Gũtarium quẽdam, pertinaciter in erroribus mansisse. Verùm de Guntario *Sigebertus* meminit tantùm, quòd in adulterio deprehensus fuerit.

*epist. ad Hincmar. Laud. cap. 40.
* cap. 47

PAULICIANI ET ATHINGANI.

MAnichæorum nova secta fuit, (ut *Zonaras* * scribit) qui Pauliciani, a Paulo & Johanne composito nomine, & Athingani appellati sunt.

*in vitâ Michaelis

In Oriente autem potissimum hæc pestis sæviit; nempe in Phrygiâ & Lycaoniâ, aliisque propinquis regionibus. Nicephorus quoque Imperator eis fuit conjunctus: ut *Cõtinuator Pauli Diaconi* exponit. Ideò & Constantinopoli ejusmodi impostores fuisse, constat. Ac narrat *Zonaras*, in provinciis Romanorum hoc genus hominum dispersum fuisse.

HYPOTHESIS illorum erat: Non licitum esse, impios excommunicare. *Diaconus.*

Neque verò dubium est, quin plures Manichæorum sententias sint secuti & professi.

Oraculis quibusdam, auguriis, & arcanis ceremoniis, usi sunt: ut *Zonaras in vitâ Nicephori* meminit. Immolationes verò quasdam fecisse, ac responsa dedisse, *Diaconi continuator* indicat. Itaque apparet, ipsorum religionem fuisse confusam ex Gentilismo, Christianismo, & Judaismo.

Michaël verò Imperator, crebris admonitionibus Nicephori Patriarchæ, & aliorum Ecclesiæ Doctorum, motus, tandem edictũ contra Paulicianos & Athinganos promulgat: capitali eos afficiendos esse supplicio, ubicunque sua falsa dogmata spargerent. Verùm aulici Consiliarii, eum zelum Imperatoris infringentes, obtinuerunt, ne executio mandati adjiceretur: eo prætextu, quòd Paulicianis tẽpus pœnitentiæ esset concedendum; ne crudelitatis injustæ accusaretur Imperator. Tandem verò is Athinganos, nullam de ipsis emendationem sperans, in exilium profligat: ut *Continuator Diaconi* commemorat.

ARIANI.

HIlpericus Rex, in Ariana deliria delapsus, edictum quoque promulgavit: *Sãctam Trinitatem, non in personarum distinctione, sed tantùm Deum esse nominandum.*

Conatus autem est blandis verbis, & Salvianum martyrem, in ejus doctrinæ approbationem pertrahere. Verùm is, magno zelo ejus voluntati reluctatus est: ut refert *Vincentius* * *ex Turpino.*

* lib. 24 c. 23.

SADDUCAEI.

MIchaël Balbus Amorçus, quæ juvenis imbiberat in patria suâ Amorio, superioris Phrygiæ urbe; postea creatus Imperator quoque retinuit, atque usurpavit. Tãtum scilicet refert, ad quid juventus a teneris assuefiat! Fuit enim Amorium, veluti hospitium, seu lerna quædam, erroneorum hominum, & turpissimarum hæresium. Cohabitarunt enim in eâ urbe Judęi quidam, confundentes Ethnicismum, Judaismum, & Christianismum, in unum quoddam chaos: item Athingani, & alii, varias opiniones asserentes. Hinc *Zonaras* istum Michaëlem; quia ex tali officinâ prodierat, jamque autoritate & potentiâ armatus, intrepidè ista falsa dogmata profiteretur, foveret, ac præciperet etiam aliis; vocat αὐτο περίαν αἱρέσεων.

Hypotheses.

1. *Nullam esse resurrectionem mortuorum.*
2. *Vanam esse doctrinam de bonis æternis.*
3. *Nullos esse dæmones.*
4. *Prophetarum scripta esse nullius autoritatis.*
5. *Mosis tantùm instituta esse sectanda; exceptâ præputii resectione.*
6. *Scortationem non esse peccatum.*
7. *Judam adhuc salvandum esse.*
8. *Sabbatum jejunandum.*
9. *Pascha, Judæorum more observandum.*

¶ Disputationes oderat & prohibebat, eam ob causam: ne eis præstigiæ & imposturæ duplicarentur. Tandem verò hoc portentum, cum regnasset annos 8. menses 9. nephritide & intestinorum dolore, è rebus humanis sublatum est. *Zonaras.*

FELICIANI.

DUraverunt hoc etiam tempore Felicianorum reliquiæ. Nam sic HAYMO [illegible]: * *Photinus dicit: Christus est homo tantùm, non Deus. Nec ipse intrat per ostium: quia Christus & Homo & Deus est. Huic nova hæresis, quæ nostris temporibus orta est, consentire videtur, affirmando & [illegible] Christum, sicut quilibet suorum, nuncupativus Deus est, & non verus.*

*super Ezai. 9. Fer. 3. Domino.

DONATISTAE.

APparet, tempore Remigii viguisse hæresim Donatistarum; idque ex his verbis: * *O Hæretice, qui dicis nos esse peccatores, & ideò non esse de corpore Christi, nec posse quenquam per nostrum ministerium incorporari Christo, dic mihi: Justus autem scilicet Christus, qui solus est justus, justificat omnes: quid [illegible]? Quid illi imputatur, quòd corpus ejus scinditur, & ab eo separatur? cũ nullus justificetur, nisi per ipsum: sive per ministeriũ peccatorũ sacramenta fides accipiat, sive per ministerium justi hominis. Vos autem dicitis, nullum posse justificari, nisi per ministerium justi alicujus. Nonne corpus Christi separatis ab eo, & potentiam ejus vobis usurpatis?*

*in Psal. 10

CAPUT VI.
DE CEREMONIIS ET ritibus Ecclesiæ.

VT aliis temporibus humanæ traditiones semper tenacius insederunt mentibus hominum; quam illi cultus, qui à Deo traditi præceptique sunt: ità etiam hæc ætas nimiùm studiosa fuit, in ritibus & ceremoniis Majorum suorum, nõ modò custodiendis; sed etiam emulandis & augendis. idq́ue eò magis; quia verâ doctrinâ, de Ceremoniis & rebus adiaphoris, obscuratâ, opiniones de cultu & necessitate operum humanorum, passim apud doctos quoque regnarunt.

DE CONGRESSIBUS PUBLICIS.

SAcros congressus interdiu & noctu celebrare solebant: ut in sequentibus dicetur.

Ad eam verò rem destinata erant templa, oratoria, basilicæ, ecclesiæ, capellæ, (quæ erant sacella, ecclesiis majoribus subjecta: ut patet ex *epistola Hincmari ad Tornacensem ecclesiam*) & similes ædes sacræ: quarum aliæ superioribus seculis exstructæ, quædam verò hoc tempore leguntur ædificatæ.

Aut in honorem Christi. Carolus enim in Aquis Salvatoris basilicam ædificavit. *Regino* *

* lib 2.

Aut Trinitatis. Ludovicus enim Imperator, in casâ aureâ præcepit exstrui ecclesiam, in honorem sanctæ Trinitatis. *Leo Hostiensis.* *

* li. 2 c. 19

Aut Angelorum. Sic Basilius Michaëli archiduci multa nova templa Constantinopoli exstruxit. *Zonaras.* *

* Tom. 3

Aut Mariæ. Ita Carolus basilicam, in honorem Mariæ, Aquisgrani fieri curavit. *Regino,* * & *Eginhardus in vita ejus.* Hildesiæ constituta est ecclesia Mariæ per Altfridum episcopum, anno Domini 872. *Chronicon Quedelburgense.*

* lib 2.

Aut Apostolorum: ut Coloniæ, ecclesia Petro exstructa & consecrata scribitur, *a Sigeberto.*

Aut Martyrum masculorum. Basilica Wigberti confessoris dedicata est, anno Domini 849. *Chronicon Quedelinburgense.*

Aut Episcoporum. Bun & Raban abbates, fundamenta ecclesiæ Wigberti foderunt. *Schaffnaburgensis in Chronico.*

Aut Fœminarum. Paschalis Cæciliæ virgini & Valeriano ecclesiam condidit. *Sigebertus,* anno 821.

¶ Alias autem ligneas, alias lapideas ecclesias fuisse, indicant autores. Nam Fridericus reliquiis Adelberti ligneam ecclesiam exstruxit, anno 8 Ludovici II. *Erfordiensis*

Alias majores, alias minores, (quas Capellas vocabant) ædificâsse; constat *ex Decretu Nicolai.** nam is majorem ecclesiam, passus 40. per circuitum: capellam verò, seu minorem ecclesiam, 30. habere jussit.

¶ De donariis, ecclesiis oblatis, sic *Diaconus* scribit:* Michaël obtulit preciosissimum stemma, in sancto altari. In vasis aureis, & lapidibus venustis, & quadrangulis; velis antiquitusea auro & purpurâ clarè contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatum.

Ad eundem modum Carolus Imperator, pannum ad altare Petri, de vestimentis suis aureis compositum, cum duabus coronis aureis, gēmis intertextis, misit. *Annonius.** Idem mensam auream, quæ formâ quadrāgulâ descriptionem Constantinopoleos continebat, inter alia donaria Romam, ad basilicam Petri, misit. *Eginhardus in vitâ ejus.*

¶ Ritus oblationis describitur, *in Supplicatione Populi, Wormacia Carolo Imperatori oblatâ.* Quisquis nostrûm suas res ecclesiæ tradit, Domino Deo illas offert atque dedicat, & non alteri. Dicendo talia, & agendo, itâ facit scripturam de ipsis rebus, quas donare desiderat: & ipsam scripturam coram altari, aut supra, tenet in manu; dicens ejusdem loci sacerdotibus atque custodibus: *Offero Deo, atq; dedico omnes res, quæ in hac chartulâ tenentur inserta pro remissione peccatorum meorum, ac parentum & filiorum,* (aut pro quibuscunque illas liberare voluerit) *ad serviendum ex his Deo, in sacrificia, Missarumque solennia, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum alimoniis, & cæteris divinis cultibus, atque hujus ecclesiæ utilitatibus. Si quis autē eas indè (quod fieri nullatenus credo) abstulerit: sub pœnâ sacrilegii, ex hoc, Domino Deo, cui eas offero atque dedico, districtissimas reddat rationes.* [Cùm autē Christus solus, pro remissione peccatorum nostrorum, se-se obtulerit: quanta superstitio & impietas est, hoc tali dono imputare, quod, quantumcunque sit, priùs est Dei, utpote creatoris omnium rerum?]

RITUS CONSECRATIONIS ET dedicationis.

Consecrationes ac dedicationes, ab Episcopis & Archiepiscopis fiebant, in nomine Trinitatis.

In cœtu hominum Coloniæ, à tribus metropolitanis episcopis, ecclesia Petri dedicatur, anno 871. *Sigebertus.*

Sed non priùs fiebat dedicatio; quàm Ecclesiæ satis esse prospectum de sumtibus, quibus alendi essent ministri, & luminaria, & alia. Ut *Canon 3. Wormacensis Synodi* decernit.

Imponi autem solebant nomina, vel Christi, vel Angelorum, vel Martyrum. Basilius ædi, in Regiâ conditæ, nomen Michaëlis fieri curavit. *Zonaras.**

Et gratis episcopus consecrare debebat; nō, tanquam ex dubito, munus aliquod à fundatore Ecclesiæ requireret. *Can. 3. Synodi Wormaciensis.*

¶ Etiam altaria consecrari solebant. *Canon 24. Concilii Aquensis,** altaria erigit, eisque oleum superfundit; ac sancto chrismate perungit, ac de factis dictisque Jacob melodiam Christo canit: & à fidelibus oblationes, vota, & preciosarum diversarumque rerum, ad decorem & honorem divini cultûs, sacerdotum cæterorumque ministrorum Christi usus, pauperumque receptionem ac recreationem, suscipit donaria.

Quæ contenta in templis.

In illis autē locis sacris habere solebant, imagines & statuas, Christi. Sic cruces aureas in ecclesiâ Salvatoris habuerunt. *Casinensis Leo.** Et Sanctorum: ut Mariæ, Apostolorum, Martyrum, & aliorum. *Constant hæc ex Vitis Pontificum.*

Habuerunt porrò in templis, & alia. Ut Codices sacros. *Transmitto vobis unum Missale, cum Lectionibus & Evangeliis, unumq; Psalterium, & librum Actuum Apostolorum:* inquit RABANUS, in epistolâ ad Simeonem. Et HATTO, in epistolâ ad Otgerum, petit sibi membranam mitti, in quam describat Lectionarium & Missale Gregorianum.

Pulpita: ad quæ Cantores adstabant, & ex sacris codicibus psallebant. *Cap. 76. Aquisgranensis Synodi.*

Altaria. *Leo Hostiensis,** *Rabanus.*†

Eaque picturis ornata; aut velaminibus obducta. RABANUS, in epistolâ ad Simeonem: *Mitto vobis tres vestitus, ad tria altaria.*

Ac erant isthic reorum asyla: ut patet ex epistolâ RABANI ad Humbertum. Et SYNODUS Moguntinensis:* *Reum, confugientem ad ecclesiam, nemo abstrahere audeat; nec indè damnare ad pœnam, vel ad mortem: ut honor Dei & Sanctorum ejus conservetur.*

Columnas. *Eginhardus, in vitâ Caroli.*

Cruces: ut constat *ex epistolâ Rabani ad Humbertum.* Et Stephanus Papa, crucem magni ponderis & æstimationis, à Ludovico donatam, Romam ad S. Petrum attulit. *Platina.* Et JONAS Aurelianensis ait:* *Neque enim nostro tempore usus irrepsit, figuram Crucis in basilicis Sanctorum statui; sed mos antiqua observationis legitimus id instituit: ut cunctis sapientibus & rusticis, non solùm memoriam spiritalem præformet quandam, imaginis crucis, figuram; sed etiam corporalis ipsius intuitus, crebram menti præfigat dominicæ passionis victoriam. Si enim quantitas tanta venerabilis ligni, in quo Dominus & Salvator noster pependit, foret; ut ex eo, minutatim diviso, cuncta Deo dicata templa possent imaginem crucis habere: nullatenus ex aliis lignis, ejusdem formam in basilicis locaremus.*

Cancellos. *Eginhardus in vitâ Caroli.*

Candelas, Lucernas, & Candelabra ad imagines collocata, & Suffimenta. Luminarium in ecclesiâ Aquisgranâ, meminit *Eginhardus in vitâ Caroli.* Et Ludovicus, cùm vidisset, in Fuldensi ecclesiâ lucernas ex adipe porcorum ali; promisit, in Italiâ se donaturum isti cœnobio olivetum. ut patet *ex epistolâ Rabani ad Ludovicum, & Irmingardem uxorem ejus.* [Creverat enim tùm in hisce rebus superstitio. ideò omnes conferunt oleum & operam.]

Thuribula. *Leo Hostiensis.**

Reliquias Sanctorum. Ut Hilduinus, Sebastiani reliquias, & Gregorii Papæ, in Medardi basilicam Suessione collocavit. *Sigebertus anno 825. & sequenti.* Arnulphus, in templum Urinense, Maximilianum, Felicitatem, brachium Philippi, & alia sacra, recondidit. *Aventinus.**

Horologium. Nam Rex Persię misit Carolo Magno æneum horologium, & duo candelabra: quę ille Aquisgrani in templum Mariæ reposuit. *Chronicon Saxonia.*

Bibliothecas. Carolus Ecclesiam Jacobi libris ornavit. *Vincentius** *ex Turpino.*

Vestes sacerdotales: quas RABANUS hoc ordine describit.

Primum eorum indumentum, est Ephod Bad, quod interpretatur Superhumerale lineum: quod significat munditiam bonorum operum. *Lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 14.*

Secundum, est linea Tunica, quæ Græcè ποδήρης, Latinè talaris dicitur: eo quòd ad talos usque descendat. *Cap. 16.*

Tertium vestimētum, est Cingulum, sive Baltheus: quo utuntur, ne tunica ipsa defluat, & gressum impediat. Hoc nimirum custodiam mentis significat. *Cap. 17.*

Quartum verò, Mappula sive Mantile, Sacerdotis indumentum est; quod vulgò Phanonem vocant. Quod ob hoc eorum tunc manibus tenetur, quando Missæ officium agitur: ut paratos ad ministerium mensæ Domini populus conspiciat. *Cap. 18.*

Quintum quoque est, quod Ornarium dicitur: licèt hoc quidam Stolam vocēt. Hoc enim genere vestis solummodò eis personis concessum est uti, quibus prædicandi officium est delegatum. *Cap. 19.*

Sextum est, quod Dalmatica, à Dalmatiâ Græciæ provinciæ, in quâ primùm texta est, nuncupatur. Hæc vestis in modum crucis est facta, & passionis dominicæ indicium est. *Cap. 20.*

Septimum sacerdotale indumentum est, quod Casulam vocant: dicta autem per diminutionem, à casâ; eò quòd totum hominem tegat, quasi minor casa. Hæc supremum omnium indumentorum est; & cętera omnia per suum munimen tegit & servat. *Cap. 21.*

Induunt quoque Sacerdotes pedes Sandaliis, sive Soleis. Quod genus calceamenti, Evangelicâ autoritate est concessum: ut Marci Evangelium* testatur. *Cap. 22.*

Super hæc autem omnia, Summo pontifici, (qui Archiepiscopus vocatur) propter apostolicam vicem, Pallii honor decernitur. Quod genus indumenti, crucis signaculum purpureo colore exprimit: ut ipso indutus Pontifex, à

A tergo & [illegible] mente pie & dignè de passione Redemtoris cogitet, ac populo, pro quo Dominum deprecatur, redemtionis suæ signaculum demonstret. *Cap. 23.*

Idem RABANUS, in epistolâ ad Simeonem, inquit: *Transmitto vobis duos vestitus sacerdotales; casulas duas, & camisias duas, bina bororia, cum binis mappulis seu cingulis, item corporale & pallium.*

Organa musica. Constantinopoli organa erant ex auro facta, quæ Michaël Imperator conflavit. *Zonaras.** [* Tomo 3.] B Et Carolus Magnus, per Georgium, organa more Græcorum fieri curavit. *Annonius.** [* lib. 4. cap. 113.]

Suggestus. Leo Pôtifex, ambonem in basilicâ Petri conscendens, purgat se sejurejurando, de objectis criminibus, coram totâ ecclesiâ. *Annales Francorum anno 8?0.*

¶ Distincta erant loca Laicorum & Clericorum. Nam in presbyterio, seu in choro, ut nos vocare solemus, non licebat Laicis esse, eo tempore, quo Missarum solennia celebrabantur: *juxta decretum* Leonis IV. anno 847. *Sigebertus.* C

¶ Pulsus campanarum, erat index temporis, quo conventus habebatur. Tanco, Monachus Suevorum, tintinnabula fudit. *Aventinus.** [* lib. 4.] Theophilus, singulis hebdomadibus, eques per forum, cum satellitibus Imperatoriis, in ædem Deiparæ, Blacherniam ivit. *Zonaras.** [* Tomo 3.]

RABANUS, in epistolâ ad Simeonem, inquit: *Mitto vobis unam gloggam, & unum tintinnabulum.*

QUAE IN CONGRESSIBUS facta sint.

D IN cœtu fiebant cantiones, precationes, lectiones sacræ, conciones, administratio Cœnæ dominicæ, gratiarum-actiones, oblationes seu eleemosynarum collectiones.

DE CANTIONIBUS.

Versus illi, *Gloria, laus & honor*, qui in Gallicanis ecclesiis in die Palmarum cantari solebant, à Theodulpho, abbate Floriacensi, compositi sunt. *Sigebertus. anno 843.* Et Hubaldus monachus, de multis Sanctis, cantus dulci & regulari modulamine composuit; qui passim cœperunt cantari. *Sigebertus, anno 8?9.* Et Notgerius, monachus S. Galli, Consequentias composuit: quas Nicolaus Pontifex cantari concessit. *Martinus in Chronico.* E

In festo Palmarum, solebat in Græcâ ecclesiâ cãtari carmen, a Theophilo Imperatore musicis concentibus ornatum: *Exite gentes, exite populi. Zonaras.** [* Tomo 3.] Psalmos quinquaginta, in singulis Ecclesiis, omni die Mercurii cantari, instituit Alstanus, Schireburnensis episcopus. *Wilhelmus.** [* lib. 2. c. 7.]

Maximè cavendum est, ut præcentori, in choro canenti, succentores concorditer in choro respondeant. *Remigius.** [* in Psal. 87.]

F Quæ per se ad laudem Dei grata sunt, conjuncta gratiora redduntur. Idecetiam in Ecclesiâ, ex diversis psalmis vel laudibus, antiphona vel cãtus aliquis conjungitur. *Haymo* * [* in Psal. 107.]

Non licebat aliis, præter cantores, ad pulpitum ascendere, & cantare. *Can. 76. Aquisgranensis Synodi.*

DE PRECATIONIBUS.

Alstanus, pro Rege vivente, & postea pro defuncto, precationes in Ecclesiis fieri jussit. *Wilhelmus.** [* lib. 2. c. 7.]

Collectæ, quam Leo Neapolitanus contra Saracenos fecit, meminit *Raynulphus.** [* li. 5. c. 31.] Quia Ecclesia non cognoscit determinatè, qui sunt salvandi: pro omnibus orat discretè. *Haymo.** [* in Psal. 109.] G

DE LECTIONIBUS.

Synodus Wormaciensis, * [* Can. 86.] & Nicolaus Papa, volumen, in quo Græcæ & Latinæ lectiones erant, quæ a Subdiaconis legi in ecclesiis solebant, reparasse scribitur, *in Lib. Pontificali.*

Carolus Magnus Paulum Diaconum jussit, ex Scriptis Patrum lectiones, unicuique festivitati congruentes, seligere: easque in ecclesiâ statutis diebus legi præcepit. *Sigebertus, anno Domini 807.* H

Post lectionem, episcopus, presbyteri, & alii de clero, solebant codicem Euangelii osculari: ut *Jonas Aurelianensis,** [* Præf. li. 1 de imag.] indicat.

DE CONCIONIBUS.

A *Salutate invicem osculo sancto.** [* Rom. 16 v. 16.] Ex hoc loco, aliisq; similibus, mos traditus est Ecclesiæ: ut convenientes fideles in Ecclesiâ, ad audiendum verbum divinum [illegible] missarum celebrationem, post orationes, osculo dilectionis suscipiant se invicem. *Haymo.** [* in loc. [illegible]]

Si fortè Episcopus non fuerit in domo suâ, aut infirmus est, aut aliquâ causa exigente non valuerit: nunquam tamen desit diebus dominicis, aut festis [illegible] [illegible] verbum Dei prædicet juxta quod intelligere vulgus potest. *Moguntinensis Synodus.** [* cap. 25.] B

De SYNAXI sacrâ, seu Communione, postea dicemus.

DE OBLATIONIBUS.

SYNODUS Triburiensis: * [* cap. 31.] *Diebus dominicis, & Sanctorum festis, vigiliis & orationibus insistendum, & ad Missas cuilibet Christiano cum oblationibus esse [illegible] randum, & tantummodo Deo vacandum.*

C HAYMO: * [* in cap. 4 Osea.] *Ea, quæ nunc in templo Domini offeruntur, in usum transeunt Sacerdotum. Unde & in Canonibus dicitur, ut Laici de consecratis non comedant.*

¶ Solebant etiam in templis Synodi celebrari. Moguntiæ, in basilicâ Albani martyris, Synodus habita est, in causâ Godescalci. *Hatto, in epistolâ ad Organum.*

Et conventus, & judicia politica. Quod ARELATENSIS Synodus vetat: * [* Can. 22.] *Placita publica & secularia, neque in atriis basilicarum, neque in ipsis basilicis, fiant.*

D Et juramenta seu homagia præstari. Nam Romæ, in ecclesiâ Senatus & Cives Lothario Imperatori fidelitatem promiserunt. *Liber Pontificalis in vita Sergii.*

RITUS CIRCA BAPTISMUM.

MUnus baptizandi obibant Episcopi & Sacerdotes. Nam Hatto, archiepiscopus Moguntinus, Ludovicum baptizat. *Aventinus.** [* lib. 4.]

In primordio fidei, omnes baptizabant: & non solùm viri, sed etiã fœminæ, si quando necessitas imminebat. Sed, ne tantum mysterium vilesceret, aut non rectè a simplicioribus impleretur: crescente numero fidelium, per universas civitates & villas, decretum est à sanctis Patribus, ut E Episcopi tantùm & Presbyteri baptizarent, &, si necessitas fuerit, Diacones. *Haymo.** [* in c. 1 ep. 1 ad Cor.] Et *Rabanus*, in epistolâ ad Reginbaldum, probat ex Ambrosio & Actis apostolicis, omnes docuisse & baptizâsse, quibuscunque diebus & temporibus & loco fuisset occasio: nullum etiam jejunium interpositum esse. Postea verò, crescente Ecclesiâ, conventicula cõstituta esse, & rectores, cæteraque officia in ecclesiis ordinata: ut nullus de clero auderet, qui quidem ordinatus non esset, præsumere officium; quod [illegible] sibi [illegible] editum vel F concessum esse. Unde nunc neque Diaconi in populo prædicant; neque cæteri clerici baptizant: neque quacunque die credentes tinguntur, nisi ægroti.

Tempus verò ordinatum, erat Pascha, & Pentecoste. sed tamen in necessitate, quolibet tempore licebat baptizare. *Rabanus,** [* lib. 2 de instit. cler. cap. 32.] & *Canon 4. Moguntinensis Synodi.* & *Canon 1 Synodi Wormaciensis.* Et RABANUS, in epistolâ ad Hadub[illegible] archypresbyterum, inquit: *De Baptismatis perceptione, bonum mihi videtur, ut novella gens illa, quæ inter Paganos cõstituta, sub tuo regimine gubernatur, non nimis co[illegible] stringatur. ad illa duo legitima tempora, Paschatis & Pentecostes servanda.* G

¶ Cæterum, tam infantes, quam adultos, baptizabant. *Rabanus.** [* lib. 1 de Inst. Cler. cap. 26.] Et *Hincmarus* Remensis episcopus, in epistolâ ad Laudunensem, testimoniis Siricii Papæ, Leonis, Gelasii, Gregorii, & Concilii Africani, aliorumque, probat; Infantes etiam esse baptizandos.

Adultos autem oportebat priùs in fide institui, atq; ante baptismum examinabantur. RABANUS. * [* lib. eod. cap. 27.] *Primùm interrogetur Paganus, si abrenunciet Diabolo, & omnibus damnosis ejus operibus atque fallacibus pompis?* ANGELOMUS: * [* in c. 4 li. 3 de R. R.] *In Baptismo, abrenuntiare Satanæ, ac fidem Domini confiteri, præcipimur.* H REMIGIUS: * [* in Psal. 77.] *In Baptismate, Mundo, & omnibus pompis ejus, abrenuntiamus.* HAYMO: * [* in c. 2 ad Col.] *Interrogante Sacerdote, juxta fontem stantes, abrenuntiamus Diabolo, & omnibus pompis ejus.*

Et Symbolum r[illegible] tabant. Nam sic narrat RABANUS:* *Exquiritur ex eo, si credat in Deū Patrem omnipotentem? & in Filium ejus unicum, Dominum nostrum? & in Spiritum sanctum? unum Deum in trinitate & unitate? Si confiteatur, unam esse Ecclesiam catholicam? & si credat remißionem peccatorum, & carnis resurrectionem, &c.*

* lib. 5. de Cler. Instit. cap. 27.

Et certis ceremoniis quasi exorcizabantur baptizandi, & consecrabantur. RABANUS:* *Postea exsufflatur ab eo seva potestas: ut, per pium Sacerdotis mysterium Spiritus S. cedat fugiens spiritus malignus: signaturque ipse homo signaculo sanctæ crucis, tam in fronte, quam in corde, ut ipse apostata Diabolus, in vase suo pristino sua interemtionis cognoscens signum, jam sibi deinceps sciat esse alienum. & exinde jam dicuntur super eum orationes, ut fiat Catechumenus. Tunc datur ei Sal benedictum: ut, per sal typicum, sapientia sale conditus, fœtore careat iniquitatis, & ne a vermibus peccatorum ultra putrefiat; sed magis illæsus servetur, ad majorem gratiam percipiēdam. Dehinc iterum exorcizatur Diabolus: ut suam nequitiam agnoscens, & justum super se judicium Dei timens, discedat ab homine; nec jam contendat eum arte suâ subvertere, ne Baptismum consequatur: sed magis honorem Deo creatori suo exhibens, reddat opus factori suo. Postea tanguntur ei nares & aures cum saliva, & dicitur ei: Ephata; quod est, Adaperire. Hoc enim sacramentum hic agitur: ut per salivam typicam Sacerdotis, & tactum, sapientia & virtus divina salutem ejusdem Catechumeni operetur. ut aperiantur ei nares, ad percipiendum odorem notitiæ Dei: ut aperiantur illi & aures, ad audiendum mandata Dei, sensuque intimo cordis reponendum. Deinde sacerdotali benedictione munitur. ut ad sacrum Baptismum cum fide acceptâ custodiatur. Ungitur etiam tunc pectus de oleo sanctificato, cum invocatione sanctæ Trinitatis: ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo residæant, sed in fide sanctæ Trinitatis mens ejus confortetur. Ungitur & inter scapulas de eodem oleo: ut undique muniatur, & ad bona opera facienda, per Dei gratiam roboretur. Posthac ergo consecratur fons: ut ad ipsum Baptismum Catechumenus accedat: & sic, in nomine S. Trinitatis, trinâ submersione baptizetur. Et rectè homo, qui ad imaginem S. Trinitatis conditus est, & per invocationem S. Trinitatis ad eandem renovatur imaginem: ut, qui tertio gradu peccati, id est, consensu, cecidit in mortem, tertio elevatus de fonte, per gratiam resurgat ad vitam. Potest & hæc trina immersio, triduanam sepulturam significare. Oportet igitur, cum invocatione S. Trinitatis sub trina mersione Baptismum confici: ut & secundum unitatem substantiæ unum baptisma fiat. Postquam autem baptizatus ascenderit de fonte, statim signatur in cerebro a Presbytero cum sacro chrismate: sequente simul & oratione; ut regni Christi particeps fiat, & a Christo Christianus posset vocari.*

* ibid. cap. 20. & 27.

Edebant etiam confessionem peccatorum suorum adulti: eisque injungebatur pœnitentia, aut 40. aut 20. aut 7. dierum. *Haymo.**

* in c. 6. ad Hebr.

Patrini etiam adhibiti sunt: quos oportebat esse in doctrinâ Christi mediocriter institutos, & a pietate non-alienos. Sic Godefridum Carolus Crassus de sacro fonte suscepit. *Sigebertus, anno 884.* Et Carolus Rex, Hundeum Nortmannorum, anno Domini 896. *Sigebertus.* Manuel Michaëli, Imperatoris filio, testis Baptismi fuit. *Zonaras.**

* Tomo 3.

Ac iis nomina ibi imponebantur. Rollo, inter baptizandum, Ruperti nomen accepit. *Aventinus.**

* lib. 4.

¶ Utebantur autem linguâ Romanâ, non solùm in Italiâ, sed etiam in aliis locis, Pontificiæ tyrannidi subjectis. Sed tamen etiam aliis linguis baptizatum esse; constat ex *Historiâ de Sclavorum conversione.*

De more porrò Romanorum, aqua baptismi benedici seu consecrari solebat. *Rabanus.** [Verùm ea res superstitiosam impietatem complectitur: quia aqua non peccavit.]

* lib. 1. de Inst. Cler. cap. 28.

Ter immergebantur aquæ baptisandi, pronuntiatis verbis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. *Rabanus.** & *Synodus Wormaciensis.**

* ibid.
* cap. 1.

Baptizatum statim presbyter in cerebro, seu summitate capitis, chrismate [illegible]nabat: sequente simul oratione, ut regni Christi particeps fieret, & a Christo Christianus vocaretur. *Rabanus.**

* lib. & c. cit.

Tegebatur post sacram unctionem caput, mystico velamine. *Idem.**

* cap. 30.

A[lb]is quoque vestibus baptizati induebantur. RABANUS:* *Post Baptismum traditur Christiano vestis candida, designans innocentiam & puritatem Christianam.*

* ibid.

¶ Baptismum iterare non licebat. *Rabanus.**

* de Rechar. c. 34.

DE CONFIRMATIONE ET *Chrismate.*

Episcopi de facultatibus ecclesiæ. Balsamum emebant; idque consecrabant, & presbyteris dabant, ad usum in Ecclesia: ut patet *ex Canonibus Concil[i]orum.*

Chrismate autem inungere, Episcoporum tantum munus erat. *Rabanus.** Sed tamen apud Ægyptum, Presbyteros consignare, si præsens nō sit episcopus: *Rabanus* refert.*

* lib. 1. de Inst. Cler. ca. 30
* Epist. ad Regenb.

Inungebantur autem, tum adultiorum, tum pueri post Baptismum. *Fit remißio peccatorum in Baptismate in Confirmatione verò, confortatio ad bene operandum.* Ita *Haymo** ex communi superstitione docet.

* in Psal. 26.

Infantes consignari ab Episcopis, indicat *Hincmarus, in epistola ad Tornacensem ecclesiam.*

Ceremoniæ publicæ erant istæ. Fiebat impositio manuum, & consignatio frontis per oleum chrismatis: adhibebantur etiam Patrini, ut ad Baptismum. *Rabanus.** Et *Haymo** impositionem manuum appellat cōfirmationem, per quam plenissimè credītur accipiēdus Spiritus S. Quod post Baptismum, ad confirmationem unitatis in Ecclesia, a Pontificibus fieri solet. [Sed hæc, & pleraque alia, sinè autoritate sacræ Scripturæ, asseruntur superstitiose.

* lib. 1. de Inst. Cler. ca. 30.
* in ca. 6. ad Hebr.

De Patritis, ad confirmationem adhibitis, Nicolaus Papa testatur, in epistolâ ad Radulphum Bituricensem. *Caus. 30. q. 1. c. De his qui filiastros suos.*

CASUS VARII CIRCA BAPTISMUM.

1. A quodā Judæo, nescio utrùm Christiano, an Pagano, multos in patriâ vestra baptizatos asseritis: & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profectò, si in nomine Trinitatis, vel tantùm in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt: unum quidem idemque est, ut S. Ambrosius exponit: qui non illorum, sed ejus est, rebaptizari non debent. *Tomo 2. Conciliorum. De Consecratione. Dist. 4. c. A quodam. Ad consulta Bulgarorum. cap. 3.*

2. De baptizandis Infantibus nihil esse exigendum præcipit *Hincmarus* episcopo Tornacensi, in epistolâ ad Ecclesiam ejus.

3. De illo, qui Presbyterum se esse finxit, cùm non esset ordinatus, & Baptismi officium exercuit, requirendum est, utrùm ipse baptizā[ns] baptizatus esset. Ut, utrùm in nomine S. Trinitatis, sub trinâ mersione, baptizaverit? Quod si ità erat: non est iterum baptizādus, sed per impositionem manûs episcopalis, & unctionem sacri chrismatis, id, quod factum est, confirmandum. Quia, quod semel in sacramento Baptismatis est confectum, non licet iterari. Attamen ille, qui præsumtuosè egit, & non pro necessitate; aliquâ canonicâ disciplinâ est coercendus. *Rabanus, in epist. ad Reginbaldum.*

4. Addunt etiam, quòd nulli Presbyterorum liceat infantes eorum, nisi in Paschate, & in Pentecoste, quanquam etiam infirmi sint, baptizare: nisi ipsi parentes in altari, sive in reliquiis Sanctorum, ante jurent; quod alicuius infans diutiùs non possit vivere. & cùm hoc noluerint Parentes facere; quia inscii sunt de eorum longævitate: plurimi jam ex ipsis infantibus, non consecuto Christi Baptismate, defuncti sunt. Quod quàm absurdum sit facile adverti potest. *Rabanus, in epistolâ ad Haduwardum archiepiscopum.*

Casus circa Chrisma.

Presbyteri quidam Chrisma, sub prætextu medicinę, ægrotis solebant dare. Id *Canone 18. Arelatensis Synodi* prohibetur.

RITUS CIRCA CLAVES.

De Clave ligante.

Utebantur Clave ligante, contra obstinatos, & notoriè-impios; ut contra hæreticos & blasphemos: ut patet *ex Synodorum Actis.*

Et contra manifestè-facinorosos & contumaces: ut Ca-

rolus

[illegible] Calvus, in epistolâ ad Adrianum [illegible] monet. [illegible] Waldradam, pellicem Lotharii, excommunicat Legatus Nicolai Papæ anno 864. *Sigebertus.* Ecclesiasticæ & publicæ leges, confessum vel convictum, sine dilatione, vel retractatione, judicari præcipiunt. *Hincmarus, in epistolâ ad Laudunensem.** Publico crimine convicti, publicam pœnitentiam agant. *Canon 26 Arelatensis.*

Ac tales arcebant ab aditu Ecclesiæ, & à communione: licèt nondum essent solenni ritu Ecclesiæ indicati. Photius Patriarcha Basilium [illegible] die festo in magnam ecclesiam ingressum, a communione arcet [illegible] eò quòd homicida esset. *Zonaras.* Et Ignatius Bardam, qui uxorem suam repudiaverat, & cum nuru suâ consuescebat, sacram ædem ingredi vetuit. *Idem.*

¶ Abusi tamen etiam interdum sunt eâ potestate. Vel in causis levioribus, ut patet *ex Cap. 13 Wormaciensis Synodi.*

Vel contra innocentes. Id quod fecit Hincmarus Laudunēsis, qui in parochiis suis præcipit Sacerdotibus, ne quis Missam cantaret, aut communionem præciperet. quod *Hincmarus Remensis,* in suo scripto ad ipsum, prorsus improbat.

Et ad exigendum debita. RABANUS, in epistolâ ad Hadubrandum archipresbyterum: *Ajunt, quod ab eis modò, per sacramenta, decima eorum exigantur: nemini eorum liceat ecclesias intrare, & Missas audire, atque communicare; nisi prius sacramentum det, quod omnium rerum suarum decimam ritè oblatam habeat.*

¶ Præcedebant autem, præsertim in delictis non omnibus notis, admonitiones de pœnitētiâ. quibus frustra factis sequebatur excommunicatio. Ut patet *ex epistolâ Hincmari ad Tornacenses.* Et Carolus Magnus, in privilegio quodam inquit: *Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat: & res usurpatas injustè, qui abstulit, adhibitâ æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit: postea prædonem sacerdotalis dictatio maturata percellat.* HINCMARUS Remēsis, in epistolâ ad Laudunensem,* ostēdit ex scriptis Patrum; in notoriis & manifestis delictis, nō opus esse judiciario processu. NICOLAUS tamen Pontifex, cùm excommunicâsset Waldradam, concubinam Lotharii; scripsit eidem epistolam: in quâ eum monet ut ab eâ abstineat; ni velit & ipse Ecclesiæ indicari, & ut ethnicus & publicanus haberi. *Regino.**

In excommunicatione autem, ratio habebatur delictorum; ac pro eorum diversitate, ferebantur etiā diversæ sententiæ: ut *Rabanus* indicat, *in epistolâ ad Otgarium.* Canonicę enim excommunicationis, ni fallor, quinquepartita divisio est: hoc est, inter audientes; inter catechumenos; inter eos, qui solâ oratione fidelibus communicāt; inter eos, qui oblationes offerunt; & inter eos, qui ab altaris communione tantummodò suspenduntur. Quarum disciplinarum coarctatio, pro differentiâ culparum, delinquentibus impendenda est.

In actu autem solenni, intererant Episcopi, Sacerdotes & Clerici, & tota Ecclesia. Excommunicat quidem episcopus, ut os Ecclesiæ: cui consentit Ecclesia tota; dicens, Amen. *Haymo.**

¶ Extat *apud Reginonem* * forma excommunicationis; qua usus est Nicolaus adversùs Waldradam: quam adscribimus.

Decreveramus quidem, circa Waldradam mœcham, & pertinaciter in impœnitentiâ permanētem, vindictæ modum ministerii districta temperare; &, juxta quod merebatur, non ita pro scelere sententiam in eā justæ punitionis proferre: nisi obstinato animo in mœchiæ volutabro, perenniter permanere proposuisset. Igitur, quia monita nostra & crebras exhortationes contempsit; quia culpam suam nec-dum cognovit, nec confessa est, nec missis nobis legationem, qui causam ipsius exsequendam suscepimus, veniam postulavit; postremò, cum recto itinere nos illi fuerat adeundum, & beati Petri apostoli suffragia inquirenda, retrò est conversa post Satanam, nec-non & Thietberga Regina dolos struere, captā interundis meditatione, non cessat: cum egregio Apostolo dicimus quod contra eam, contraq; ejus similes, sæpius replicandum est; quia secūdum duritiā suā, & cor impœnitens, thesaurizat sibi irā in die iræ. Idcirco nos eam de salute sua excōmunicavimus, donec Ecclesiæ Christi nobisq; præcipuè qui ejus principaliter curam gerimus, quoque causam ipsius exsequi ac investigare cœpimus, satisfecerit; donec etiam sinistram omnem suspicionem [illegible] consilium nostrum suscipiens adimat. ac a pretiosi corporis & sanguinis Domini perceptione, atq; ab omnimodo consortio [illegible] sanctis [illegible] beatorumq; Apostolorum Petri & Pauli judicio & nostra mediocritatis autoritate, fecimus prorsus [illegible] universis complicibus, & communicatoribus [illegible] fautoribusq; suis penitus exterrem. Hanc sententiam 4 Non. Februarii, a nobis promulgatam meminimus, eamq; scripto vobis destinavimus: & ne labor vester inanis constituatur, spiritalis nobiscum vestra fraternitas, adversus [illegible] dictam mœcham & communicatores ejus [illegible] & [illegible] sua excommunicatam hanc fautoresque suos, una voce an[illegible] denuntiet, donec nostro speciali judicio digna se pœnitentiæ [illegible] submittat.

¶ Cum excommunicatis porrò non licebat familiariter conversari; neque Ave eis dicere; neque cibum cum ipsis capere: multò minùs in rebus sacris participare. *Canon 72 Concilii Aquensis.**

De Clave solvente.

Excommunicati, aut notoriè-scelerati, si pœnitentiam agebāt, recipiebātur. CABILONENSIS Synodus * *Si quis publicè peccat publica mulctetur pœnitentia & secundum ordinem Canonum, pro merito suo excommunicetur, aut reconcilietur.*

Publicè etiam absolvebantur illi qui [illegible] excommunicati. Sic [illegible] in Metensi civitate, cùm in Synodo [illegible] suam innocentiam [illegible] septem Archiepiscopi [illegible] celebr[illegible] septem orationibus de ejus reconciliatione. *Aimo[illegible].**

Requirendi [illegible] enumerare & cōfiteri peccata. S[illegible] Monachus quidam, pœnit[illegible] coactus est publicè sua facinora confiteri. *Paulus Diaco[illegible].** Idem constat ex *Rabano.** Ac ea res tandem adeò necessaria est habita; ut damnari eum putarent, qui non confiterentur, ut patet ex *Haymone.** Et CABILLONENSIS Synodus inquit: * *Solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena sit confessio [illegible] & ea confiteantur quæ per corpus gesta sunt, & ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficilè vivitur, confessionem faciat quia aut cogitatione, aut quod est gravius opere, eorum instinctu, peccavit.*

Solebant etiam ad Cœnam sacram accessuri, priùs confiteri, apud Francos. Unde TURPINUS inquit: Eodem die Rolandus Eucharistiam acceperat, & fecerat cōfessionem delictorum suorum, antequam ad bellum iret. Quia iste mos erat semper pugnaturis inter nos: ut priùs confiterentur & communicarentur. *Vincentius.** *Rabanus.*†

Confessis Sacerdotes imponebant satisfactiones. Nam meminit *Rabanus** satisfactionis. Idem inquit [illegible] *Quidquid mammoneus homo nequiter egisse, per confessionem Sacerdoti patefaciat: & pro hoc ipse pœnitentiam condignam gerat.* Et SYNODUS Turonensis:* *Episcopus & Presbyteri [illegible] diligenti cautelâ pertractandum est; qualiter hominibus sua sibi delicta confitentibus, tempus abstinendi adscribant: & juxta modum peccati, abstinentia judicetur.*

Romæ, pœnitentes ferrea vincula gestabant. *Rapulphus.**

¶ Canones de Satisfactione, passim repetuntur. RABANUS scribit: * *Quorum peccata in publico sunt in publico debet esse pœnitentia, per tempora, quæ episcopi arbitrio pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, decernuntur. Eorumq; reconciliatio in publico esse debet, ab episcopo sive a presbyteris jussu tamen episcoporum, sicut Canones Africani Concilii testantur: ubi ita scriptum est: Cujuscunque ergo pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absidam manus ei imponatur. Quorum autem peccata occulta sunt, & spontaneâ confessione soli tantummodo presbytero sive episcopo ab eis fuerint revelata: horum occulta debet esse pœnitentia, secundum judicium presbyteri sive episcopi, cui confessi sunt, ne infirmi in Ecclesia scandalizentur; videntes eorum pœnas, quorum penitùs ignorant causas.* Idem, *in libro de Modo pœnitentiæ & de Nuptiis consanguineorum,* plures [illegible] canones recitat.

Wo ma ... ens s Synodus.* *Si vir ... jug ... duxerit, quæ ex priore marito filiam habuit; & cum eadem filia postmodum concubuerit, conjugium modis omnibus dissolvatur; & vir ... pœnitentiæ subjaceat sanctionibus. ita ut, per triennii tempus, à sacro corpore Domini nostri Jesu Christi suspendatur, & sanguine: carnem non manducet, abstineat à vino, & singulis diebus ... jejunium celebrare festinet, exceptis festis diebus atque dominicis orationibus omni insistere sollicitudine, integritérque perficere, summoperè studeat.* Exstant etiam apud *Gratianum, & in Tomo 2. Conciliorum*, Canones Nicolai, de Pœnitentiâ.

Et Maguntina Synodus:* *Qui Sacerdotem morti voluntariè tradiderit: carnem nõ comedat, nec vinum bibere præsumat, omnibus diebus vitæ suæ. Jejunet autem usque ad vesperam; exceptis diebus festis atque dominicis. Arma non sumat: & ubicunque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur; sed propriis pedibus proficiscatur. Ecclesiam per quinquennii tempus non ingrediatur: sed dum ... rarum orationum officia, aut Missarum solennia, celebrantur, ante fores basilicæ perseveret, orans ac deprecans Dominum, ut tanto crimine abluatur. Post expletum verò quinquennii tempus ingrediatur Ecclesiam; non tamen communicet: sed inter audientes tantummodò stet; vel, dum facultas conceditur, sedeat. Dum autem duodecimi anni cursus fuerit finitus, communicandi ei tribuatur medela. Maneat tamen in reliquis observationibus, tres dies per hebdomadam: ut ad perfectionis purificationis mereatur venire culmen.* Idem in *Can. 4. Triburiensi* repetitur.

Similis est *Canon 30. Synodi Wormaciensis*, de pœnitentiâ parricidæ aut fratricidæ. Et *in Synodo in villâ Theodonis celebratâ*, plures Canones de satisfactione statuuntur: ut patet ex Actis.

¶ Ritus receptionis & absolutionis, Carolus Calvus, in epistolâ suâ adversùs Ravennatem clerum, his verbis indicat: *Sacra antiquorum Patrum regula decreverunt; ut cujuscunque pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absidam ei manus imponatur: & hujusmodi pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium ac cinerem super capita, à sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur.*

VARII CASUS CIRCA CLAVES.

1. De eo, qui non schismatis contentione, sed simplicitatis errore, Baptismum iteraverat, *Rabanus, in epistolâ ad Humbertum*, scribit: quòd nullo modo ab ordinis & gradûs sui honore dejici debeat: eò quòd nec Apollo, qui non nisi Johannis baptisma sciebat, ab Apostolis de officio prædicationis sit remotus.

2. *Rabanus*, disciplinâ & jejunio corripiendos illos censet: qui de jecinore rabidi canis, medicamenti loco, dederant illi, qui ab eodem morsus fuerat. *in epistolâ ad Reginbaldum.*

3. Idem, in eum, qui cum cane fœminâ & vaccâ coierat, repetit veterem satisfactionis canonem. *in epistolâ eâdem.*

4. Quidam in partibus Thuringiæ, germani sui uxorem ipsâ nesciente, noctu oppressit. ... de re *Rabanus* judicat: quòd, si mulier queat probare, se delusam, & invitam tale peccatum patrâsse, debeat, pœnitentiâ legitimè peractâ, ad mariti sui thorum redire. Mœchum verò jure matrimonii privat; & perpetuæ subjicit pœnitentiæ. *In epistolâ ad Reginbarium chorepiscopum.*

5. *Hincmarus*, in epistolâ ad Laudunensem,* scribit: *Sicut tu absolvi non potes, si contraria ore prædices & contraria unâ eodémque tempore manu subscribas: sic ipsa omnium vestra collectio absolvi non potest, si contraria dicat & contraria faciat: id est, si communicet sacerdoti, à cujus prædicatione & subscriptione dissentit.*

RITUS CIRCA COENAM.

Ab Episcopis, Sacerdotibus, & Presbyteris, Cœna Domini adm... tur. Lothario Regi Cœnam Domini ... Pontifex communicat. *Regino.**

In tem... ver... super ... mensis ad eam rem accommodatis, ... fiebat. S... Pontifex Lotharium invitat ad mensam Chri... *Regino.* ... *Bertramus* ... stodit, corpus Domini & sanguinem super ... mensam poni, & indè populo dist...bui.

In vasis verò metallicis, & consecratis, Cœnam dispensabantur *Rabanus.**

¶ Communicabant autem, vel quotidiè: ut *Bertramus* † indicat, & *Rabanus.**

Vel singulis diebus dominicis. Quod in Francorum Ecclesiis factum, indicat Co...ilium Aquisgranense:* *sub Ludovico sanè, communicatio corporis Domini omni die dominica debuit celebrari. Ideoque necesse est, quantum ratio permittit ut moderna corrigatur consuetudo: ne fortè, qui longe est à sacramentis, quibus est redemptus, longe fit à salute, quam fuerat consecuturus.* Et Rabanus:* *Quotidie Eucharistia communionem percipere, nec vitupero, nec laudo: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit.* Eadem repetit etiam alibi.*

Vel in festis solennibus. Rabanus:* *Sacramenta corporis & sanguinis Christi, celebrantur ob memoriam dominicæ passionis, non solùm per omnes Paschæ solennitates, singulis annis, verum singulis in anno diebus.*

Vel ad minimum ter in anno. Juxta Synodum Turonensem:* *ut ter laici homines in anno si non frequentiùs, communicent: nisi fortè quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur.*

¶ Utebantur pane azymo, & vino aquâ misto: ut *Rabanus* * indicat. Et panem azymum Dominum in primâ Cœnæ institutione usurpâsse; *Rabanus* * autumat & *Bertramus.*

Præter panem & vinum cum aquâ mixtum, aliud offerri non debet. *Synodus Wormatiensis.* † Et solum vinum aut solam aquam offerre. *Synodus Triburiensis.**

¶ In consecratione, non tantùm verbis Institutionis; sed etiam aliis cantionibus & precationibus, usi sunt: ut *Rabanus* * indicat. In initio mos iste cantandi non erat, qui nunc in Ecclesiâ ante sacrificium celebratur: sed tantùm Epistolæ Pauli recitabantur, & S. Euangelium. Cælestinus autem, 45. episcopus, post Petrum, Romanæ ecclesiæ, traditur primus statuisse; ut Psalmi 150. ante sacrificium psallerentur, antiphonatim ex omnibus. Fertur etiam & longè antè Telesphorus Papa constituisse, id est, nonus post Petrum, ut ante sacrificium hymnus, *Gloria in excelsis Deo*, diceretur. Quod tamen non semper agitur; sed in diebus tantum dominicis, & in Sanctorum festis ... itatibus. Quod Symmachus Papa 56. post Petrum, ità fieri mandavit.

Panem conse...ratum & calicem sublevabant; ut conspici à populo possent. *Rabanus.**

Administr... erant ... vestibus ad eum usum factis. *Synodus Aquisgrana sub Ludovico.**

¶ Neque mutilatam, sed integram Cœnam, tam laicis, quam clericis, distribuebant. Nam Romanus Pontifex accipit in manus corpus & sanguinem Domini, & Lothario tradit. *Regino.* * Et *Rabanus* † omnes baptizatos corpore & sanguine Dominico confirmare jubet. In Ecclesiâ fideles quotidie comedunt corpus Christi, & sanguinem ejus bibunt. *Haymo.* * Et *in Canone 36. Wormaciensi*, incestuosus arcetur à corpore & sanguine Christi.

¶ Post communicationem, Sacerdotis voce dicitur: Pignus æternæ vitæ capientes, humiliter imploremus; ut, quod imagine contingimus sacramenti, manifestâ participatione sumamus. *Bertramus.* Itèm: *Perficiant in nobis, Domine, quæsumus tua sacramenta, quod continent: ut, quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.*

¶ Nondum-baptizatos, vel etiam adhuc-excommunicatos, vel manifestè-flagitiosos, vel nondum-plenè-institutos de capitibus doctrinæ cœlestis, vel qui nondum satisfecerant disciplinæ ecclesiasticæ, arcebant à communione. Sic Photius Basilium, parricidam Michaelis, ad Cœnam noluit admittere. *Zonaras.**

¶ Quem mortalia crimina post Baptismum commissa premunt, hortor priùs publicâ pœnitentiâ satisfacere: & ita sacerdotis judicio reconciliatum, communioni sociari. *Rabanus.**

Quâ fronte præsumit ille, sine districtâ & diuturnâ pœnitentiâ, ad percipiendum corpus & sanguinê Christi,

sacro altari appropinquare; qui non timuit illud, in injuriam Dei, humano sanguine per homicidium fœdare? *Rabanus, in epistolâ ad Humbertum.*

Indignè ad altare Domini properare permittitur; qui res ecclesiasticas, aut audet rapere, aut injustè possidere. *Carolus Magnus in Privilegio.*

¶ Jejuni utebantur Cœnâ. RABANUS: * *Sic per Apostolos placuit Spiritui sancto; ut, in honorem tanti mysterii, primitus corpus Christi & sanguis sobrio acciperetur, quàm cæteri cibi. Et ideò per omnem ecclesiam Christi, mos iste jacit docentes ac provide tenetur. Neq; observandum, (sicut Apocryphorum monumenta decernunt) donec digerantur in corpore, ne communi cibus accipiatur: sed satis invigilandum, ut antea se quisq; semper paret, & post acceptam gratiam, nullus indignum se reddat. Spiritualiter enim hæc accipienda; non carnaliter.* Idem & Haymo *super Evangelia Dominicalia* asserit.

DE MISSA.

COenam Domini, in theatricum spectaculum transformatam Romani Pontifices etiam hoc seculo retinuerunt, & subinde novis ritibus auxerunt, & de tempore, loco, modo, & fine, Canones fecerunt.

Formam Missæ, qualis hoc tempore omnes penè Occidentis Ecclesiæ, ad imitationem Romanæ, observarunt, *Rabanus* * describit.

Primùm, in celebratione Missæ, ad introitum Sacerdotis ad altare, Antiphona cantatur à clero. Dicitur autem antiphona, eò quòd ex duobus choris alternatim psallebatur.

Post introitum, Letaniæ aguntur à clero: ut generalis oratio præveniat specialem Sacerdotis. Subsequitur oratio Sacerdotis: & pacificâ primùm salutatione populum salutans, pacis responsum accipit. Deinde Lector legit lectionem canonicam, & Cantor dicit responsorium: quod indè dictum est, quòd, alio desinente, alter respondeat. Inter responsoria & antiphonas hoc interest: quòd in responsoriis unus dicat versum, in antiphonis autem, alternent versibus chori. Responsorium quidam Graduale vocant. Post illud cantatur Alleluja, & Amen. Hinc Diaconus recitat Evangelium: & offeruntur à populo oblationes, & cãtatur Offertoriũ à clero: quod ex ipsâ causâ vocabulũ sumpsit, quasi offerentium canticum. Immittiturque super altare corporale pallium: quod significat linteum quo corpus Salvatoris involvebatur: quod ex lino puro textum esse debet, & non ex serico, vel purpurâ, neque ex panno tincto.

Ponuntur quoque tunc vasa sancta (quod calix est, & patena) super altare. Postea cantatur Missa à sacerdote. Qui postquam loquitur ad populum, de elevatione cordis ad Deum; exhortaturque eos ad gratias agendas Domino: laudibus os implet, rogatque ut ipse omnipotens Deus Pater, cui deferunt cœlestes potestates suâ gratiâ illorũ vocibus jubeat humanas associare confessiones. Quam deprecationem mox subsequitur laus ex angelicis & humanis cantibus confecta: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt cœli & terra gloria tua, &c.* Dehinc jam consecratio corporis & sanguinis Domini fit, & deprecatio valida ad Deum: inter quæ & Dominica oratio decantatur. Post quam enim ad communicandum, & ad percipiendum corpus, ventum fuerit, pacis osculum sibi invicem tradunt, cantantes: *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miserere nobis:* ut pacifici sacramentum percipientes, in filiorum Dei numero (remissis delictis omnibus) mereantur computari. Post communionem ergo, & post ejusdem nominis canticum, datâ benedictione à Sacerdote ad plebem Diaconus prædicat, Missæ officium esse peractum, dans licentiam abeundi.

Susceptis oblationibus revertitur Sacerdos ad altare, & lavat manus suas, & extergit. De oblata facit duas cruces supra calicem, & elevat, & partem in vinum mittit, inquiens: *Fiat commixtio corporis & sanguinis Domini accipientibus nobis, ad salutem mentis & corporis, in vitam æternam.* Tunc Populus [illegible] Sacerdos rumpit oblatam ex [illegible] dextro: & unâ particulâ relictâ super altare, [illegible] tenente eam Diacono.

¶ Ad [illegible] Missæ etiam alludit HAYMO: * *Obsecro igitur, primò omnium fieri obsecrationes &c.* Tradit Paulus omni ecclesiæ formam, quomodo deberent Missarum solennia celebrare, & pro omnibus hominibus orare. quam formam vel exemplum omnis Ecclesia modò retinet. Nã obsecrationes sunt, quicquid præcedit in Missarum solennitatibus usque ad illum locum, ubi incipit Sacerdos consecrare mysteria corporis & sanguinis Domini, inquiens: *Te igitur, clementissime Pater, petimus.* Orationes sunt, quas fundit Sacerdos in consecratione Eucharistiæ usq; ad fractionem corporis Domini: videlicet quãdo particulam quandam Sacerdos in calicem ponit. Postulationes sunt, benedictiones episcopales, quas dicit episcopus super populum, invocans nomen Dei super illum.

¶ Sed tamen non ubique eadem observata est missificandi ratio. Nam CAROLUS junior, in epistolâ ad clerum Ravennatem, * testatur, hoc suo tempore, aliam rationem Missæ celebrandæ Hierosolymis, aliam Constantinopoli, aliam Romæ, aliam Mediolani, aliam in Hispaniâ Toleti, observari. ac certè indicat; sub abavo suo Pipino, Gallicanas Ecclesias aliter, quàm Romanam vel Mediolanensem, divina celebrâsse officia.

Leo IV. decrevit: ne quis ex Laicis in presbyterio stet, aut sedeat, aut ingrediatur; dum sacra Missarum solennia celebrentur. *Sigebertus, anno Domini 847.*

¶ Episcopo, cui à Pontifice pallium erat concessum, licebat in Missâ eo uti: ut patet ex *Decreto Nicolai Papæ.* *

¶ Missas vivis & mortuis prodesse, *Rabanus,* * Gregorii autoritate, asserit. Et *Canon 39. Cabilonensis,* in Missis, pro defunctorum spiritibus Dominum deprecari, jubet.

Et Ethelvvulfus, Rex Angliæ, pro se & suis Ducibus, sive viventibus, sive mortuis, Missas celebrari instituit. *Vvilhelmus* *

Cœperunt etiam Missas pro bellatoribus facere, ut patet ex decreto CAROLI: *Episcopi, qui apud ecclesias suas remanent, pro nobis & cuncto exercitu nostro, Missas, letanias, oblationes, & eleemosynas faciant.*

¶ Novum est, quod Leo IV. hoc seculo, Missis, aquâ benedictâ, circuitione & precibus, Leopolin urbem recens exstructam lustravit, & consecravit: ut esset propugnaculum contra Saracenos. *Liber Pontificalis in vitâ ejus.*

VARII CASUS CIRCA COENAM & Missam.

1. Morem se-se purgandi de criminibus, per celebrationem Missæ, ac Cœnæ usurpationem, Pontificii hoc seculo invenerunt. Nam finitis ceremoniis Missæ, summus Pontifex Lotharium Regem invitat ad mensam Christi: acceptoque in manus corpore & sanguine Domini, ità eum alloquitur: *Si immunem te recognoscis, à prohibito atq; interdicto tibi à Nicolao adulterii scelere; & hoc firmamento statutum habes, ut nunquam diebus vitæ tuæ, VValdrada pellice tua, dudum à te repudiata, miscearis nefario concubitu: fiducialiter accede; & sacramentum salutis æternæ, tibi ad remissionem peccatorum profuturum, percipe. Si autem tua conscientia te accusat, & lethali vulnere sauciatum proclamat; aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabro, nequaquam sumere præsumas: ne fortè ad judicium & condemnationem tibi adveniat; quod fidelibus ad remedium præparavit divina providentia.* Sed ille, Placentiæ in itinere moritur; & omnes ejus proceres eodem anno interierunt. *Sigebertus, anno 870.*

Ad imitationem istius facti, SYNODUS Wormaciensis sic inquit: * *Sæpe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur; &, qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, ut, quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus. & sic in ultimâ Missæ celebratione, pro expurgatione suâ, corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant: quatenus ità inde innocentes se esse ostendant.* Eadem Synodus, * Episcopos aut Presbyteros, de cæde, aut adulterio, aut furto, aut alio maleficio, accusatos, jubet se-se purgare Missæ celebratione & communione.

* in cap. 2. ep. 1. ad Tim.
* cap. 5.
* cap. 9.
* cap. 10.

[illegible] Michaël, Imperator Constantinopolis, [illegible] nefarios adolescentes alebat: à [illegible] ad mala omnia inflammabatur. Ii Pontificum [illegible] tum tumebant, & incruentam victimam se immolare simulabant, ipso etiam Michaële in eo cœtu versante, ludum minimè ludicrum, sed horrendum potiùs, ludentes. & aceto ac sinapi in vasis aureis & gemmatis temperato, eam potionem sodalibus & collusoribus suis impertiebant. Hæc impia consuetudo, in octavâ generali Synodo Constantino[politanâ] damnatur, & abrogatur: ut in Capite de Synodis indicabimus.

3. Quosdam puram aquam, propter sobrietatis imaginem, in Cœnâ usurpâsse, *Rabanus* * indicat.

4. Plegilis presbyter, quotidie preciosa munera offerens, poscebat sibi præmonstrari, quæ foret species latitans sub formâ panis & vini. non quia de corpore Christi dubius esset: sed quia vel sic Christum cernere vellet, quem nemo mortalium, jam super astra levatum, in terris conspicere potest. Venerat ergo dies, ut idem, celebrans piè solennia Missarum, more solito procumberet genibus. *Te precor*, inquit, *Omnipotens, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam corporis Christi: ut mihi liceat eum prospicere præsentem corpore visu, & formam pueri, quem olim sinus matris tulit vagientem, nunc manibus contrectare.* Qui cùm talia precaretur, Angelus de cœlo adveniens, affatur: *Surge*, inquit, *propere, si Christum videre placet: adest præsens corporeo vestitus amictu, quem sacra puerpera gessit.* Tum venerabilis presbyter pavidus, ab imo vultum erigens, vidit super aram Patris filium puerum, quem Simeon infantem portare suis ulnis promeruerat. Cui Angelus inquit: *Quia Christum videre placuit, quem priùs sub specie panis verbis mysticis sacrare solebas, nunc oculis inspice, manibus attrecta.* Tùm Sacerdos, cœlesti munere fretus, (quod dictu mirum est) ulnis trementibus puerum accipit; & pectus proprium Christi, pectori suo junxit. Deinde profusus in amplexum, dat oscula Deo, & suis labiis pressit pia labia Christi. Quibus ita ex[ple]tis, præclara filii Dei membra restituit in verticem [illegible], & replevit cœlesti pabulo Christi mensam. Tunc rursus homo prostratus, deprecatus est Deum, ut dignaretur ipse [illegible] verti in pristinam speciem. Qui, expletâ oratione, surgens è terrâ, invenit corpus Christi in formam remeasse priorem, uti deprecatus fuerat. *Rabanus.* *

Eodem planè modo, & iisdem verbis, narrat hoc factum *Paschasius.* * [Fides esto penes autores.]

5. Nonnulli in farinâ modiorum, corpus Domini accipiunt, & in amphorâ vinum, sanguinis mysterium. *Angelomus.* *

6. De servo, qui fugerit Dominum suum, interrogatus; si ille in ipsâ fugâ mortuus fuerit, utrùm liceat pro eo missas cantare, aut psalmodias? Hoc in divinis libris non invenimus prohibitum. & postea dicit, pro eo orandum esse: nisi majoribus criminibus implicatus fuisse probetur. *Rabanus, in epistolâ ad Reginbaldum.*

7. Quidam presbyteri, post Cœnæ consecrationem & communionem, solebant pueris, aut aliis quibusvis adstantibus, corpus Domini tribuere. Id verò *Canon 19. Turonensis* vetat.

RITUS CIRCA ORATIONES.

Certis horis, tum privatas, tum publicas, preces fecerunt. Sic cùm Michaël Imperator Odis matutinis interesset, & unà hymnos cantaret, a sicariis interfectus est. *Zonaras.* *

Horas canonicas observarunt: ut sunt, [illegible] 6. 9. preces matutinæ, vespertinæ, com[pl]etorium, vigiliæ nocturnæ. *Rabanus* * mysticè exponit. [Id]em cum oratione opera inchoare, & ad mensam a[c]cedere, & [in]de recedere jubet. * Item privatas & per[illegible] preces tradi[t]. *

¶ Et in locis ad eam [illegible] destinati[s illegible] peregerunt: nimirum in e[cc]lesi[illegible] & [illegible] dictum est. Inte[illegible] etiam ad statuas [illegible] orâsse leguntur. Nottingus V[illegible] episcopus, ad [sep]ulcrum Aurelii noctu orar[illegible].

Et ad crucem C[hr]isti Na[illegible] die Parasceves Ecclesia crucem Christi adorat, id est, [illegible] & canit: *Crucem tuam adoramus, Domine.* Item: *Ecce lignum crucis, in quo salus pependit: venite adoremus.* & [illegible] collectam Gregorii: *Deus, qui unigeniti tui, Domini nostri Jesu Christi, precioso sanguine, humanum genus redimere dignatus es, concede propitius: ut qui ad orandam vivificantem crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur.* Jonas Aurelianensis. *

Ad loca etiam remota, ex superstitione, profecti sunt precatum. Sic Caro[l]us, orationis gratia, ad Turonos profectus est, ubi Martinus colebatur. *Annales Francorum.* Et Egila, monachus Brumensis, Romam orationis gratiâ abiit: cui Thioto abbas Fuldensis, ad N[icola]um Pontificem literas dedit. Plura testimonia [illegible] de Peregrinatione ad loca sancta, assignabimus.

¶ Fit etiam mentio gestuum. ut genuflationis. Nam *Turonensis Synodus* * sanxit, ut Ecclesia [illegible] in terram genibus oret, omni tempore; exceptis diebus dominicis, & illis solennitatibus, quibus & universalis Ecclesia, ob recordationem dominicæ resurrectionis, solet stando orare.

Elevationis manuum *Remigius* * me[min]it: *Levamus manus, ut si opera ab oratione discrepant, fiant orationi consona.*

Corporis in terram prostrati, meminerunt *Monachi in epistola ad Regem Francorum.*

Formulæ quædam orationum, in capite de Doctrinâ adscribuntur.

Exomologeseos, id est, confessionis peccatorum, & petitionis veniæ a Deo, meminit *Rabanus*, & à Litaniis discernit. *

Et Litaniarum. Populus, cum summo sacerdote, litanias celebrat Constantinopoli, sub Mi[chaël]e, cum esset bellum cum Bulgaris. *Paulus Diaconus.* * Le[o] instituit, ut tribus diebus, ante ascensionem Domini, litaniæ celebrarentur. *Luitprandus in vita ejus.* De Litaniis etiam meminit *Rabanus.* * Quòd [d]ies Litaniarum, n[on] post ascensionem, sed ante ascensionis Domini diem, a nobis aguntur: hæc res in causâ est. Nam cùm, exigentibus peccatis, Galliarum popul[us] luporum rabie acriter interimerentur; nec hujus flagelli [ali]quod remedium inveniri posset: [con]gregati dicuntur Galliarum episcopi apud Viennam, præcipuam Galliæ urbem, atque in commune statuerunt, ut in triduano jejunio Domini misericordiam implorent, antiquorum Patrum vestigia sequentes. Cumque ad eorum preces oculus divinæ misericordiæ respiciens, flagel[lum] hujus pestis misericorditer abstulisset: hi dies in consuetudinem annuæ celeb[r]itatis venerunt, ut per Galliarum provincias, ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus ergo & nos hos dies, pro modulo nostræ parvitatis, cum digmâ reverentiâ & veneratione, cum abstinentiâ carnis, & humilitate cordis. *Haymo super Euangelia Dominicalia.*

Et Processionum. *Leo Hostiensis.* *

CASUS CIRCA ORATIONES.

Litanias celebrantes preciosis vestibus se-se ornabant, & equis insidebant, ep[isc]opi Germani. Sed eum morem abrogat *Moguntina Synodus* * ac jubet discalceatos, cinere & cilicio indutos, litanias peragere.

RITUS CIRCA VOCATIONEM ET ordinationem Ministrorum ecclesiæ.

Ius eligendi & vocandi episcopos, sacerdotes, & alios ministros, erat penes totam Ecclesiam; hoc est, penes cleri[c]os & laicos. Sic omnis clerus & populus Coloniensis, Wilibertum elegit episcopum. *Regino.* * Et *Hincmarus*, in epistolâ ad Hadebertum Sylvanectensem episcopum, præcipit; ut clericos, & monasteriorum & rusticanarum parochiarum presbyteros & laicos, nobiles & cives, ad electionem episcopi, in Beluacensi ecclesiâ convocent: quia ab omnibus debeat eligi, [q]ui ab omn[ibus] debeat obediri.

Ut episcopi per electionem cleri & populi constituantur; *Carolus* in [pr]i[vi]legio [co]ncessit.

Et in *Synodo Romana* * [s]ancitur, ut electio Romani

Pontificis

Pontificis, in potestate Cardinalium episcoporum [illegible] ità, A ut, si quis Apostolicæ sedi, sinè præmissâ concordi & canonicâ electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum, clericorum & laicorum consensu, inthronizatur; non Papa Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

¶ Facta electione, testimonium ab omnibus subscriptũ, ad Archiepiscopum ferebatur: qui eâ de se cum Rege consilium communicabat, ante ordinationem: ut patet *ex Agendâ, & Epistolis Hincmari.*

B In Episcoporum tamen metropolitanorum, & archiepiscoporum, electione & vocatione, vicinorum episcoporum & magistratus requirebatur consensus. *Luitpertus* episcopus, ad clerum & populum Coloniensem inquit: *Si electionem nobis a Rege concessam despicitis; in arbitrio & potestate Regis est quem nobis velit dare episcopum. Regino.** (* lib. 2.)

Et *Hatto*, in epistolâ ad Leonem Papam, dicit, Rabanũ, Fuldensem abbatem, cum magno favore Principum gentis Francorum, & contentaneâ cleri & populi electione, Maguntinensis ecclesiæ archiepiscopum esse ordinatum.

C Rembertus, Hamburgensis episcopus, ferulam pastoralem, hoc est, investiturã feudalem, à Ludovico Rege Germanorum; sed pallium à Papa Nicolao suscepit. *Crantzius in Metropoli.** (lib. 2. c. 2.)

¶ Romani autem Pontifices, sibi, in electione & ordinatione confirmandâ, supremam potestatem vendicabãt. Sic Nicolaus Regi Francorum præcipit: ne quem episcopum in Trevirensi urbe, & Coloniâ Agrippinâ, eligi patiatur; antequam ad Sedem apostolicam eâ de se scripserit. *Tomo 2. Conciliorum.*

D ¶ Per ordinem graduum ecclesiasticorum promoveri solebant. *Rabanus.** (* li. 1. Institut. Cler. c. 13.) Canones & decreta Zosimi papæ decernunt; ut clericus, qui ad sacrum ordinem accedit, inter Lectores sive Exorcistas, 5. annos exsolvat: exinde Acolythus, vel Subdiaconus, 4. annis fiat. Ad benedictionem quoque Diaconatûs, non minoris ætatis, quàm 25. annorum, accedat. In quo ordine, 5. annis expletis, si inculpabiliter ministraverit; ad presbyteratus honorem promoveri poterit: non tamen ante 30. annos ætatis; licèt valdè dignus sit. Quia & Dominus noster non ante 30. annum prædicare exorsus est. E De quo gradu, si eum auctior ad bonos mores vita perduxerit; summum Pontificatum accipere poterit: hac tamen lege servatâ, ut neque bigamus pœnitens, nec neophytus, ad hos gradus possit admitti.

¶ Electi primùm examinabantur. *Presbyteri non ordinentur, priusquam examinentur*: statuit WORMACIENSIS Synodus.* (* cap. 56.) HINCMARUS, in epistolâ ad Hadebertum: *Eundem electum, ad nos adducere secum examinandum procura.*

Etiam chirographo suo profitebantur, suo ordinatori metropolitano, de fide suâ; & promittebant ei obedientiã F & reverentiam, & Canonum observationem: ut patet ex Epistolâ ADALBERTI, Morinensis episcopi, ad Hincmarum Remensem.

*Reverendissimo Patri, Hincmaro, Remorum archiepiscopo. Quia fundamentum bonorum operum, per quod ad cœleste regnũ gratiâ Domini pervenitur, fidem, quæ per dilectionem operatur, esse, non dubium est: non abs re censuit veneranda Ecclesiæ catholicæ consuetudo, ut ab eis, qui ad prædicationis promoventur officium, fidei integritas & confessio requiratur. Quia, sicut magister egregius, & doctor gentium, Paulus declarat:** (* Rom. 10. v. 10.) G Corde creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem. *Et ideò mox, gratiâ supernâ, per sacrosanctum ministerium vestrum, Morinensis Ecclesiæ futurus episcopus, profiteor, unam fidem esse; eamq; operante gratiâ superni largitoris, me tenere, prædicare atq; defendere: quam à Deo inspiratam, & ab Apostolis traditam, atq; à successoribus eorum custoditam, habemus. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum. unam apostolicam & universalem Ecclesiam, in quâ solâ possunt relaxari peccata, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. tam per catholicum Baptismum, quàm & per dignos pœnitentiæ fructus,* H *& apostolica autoritate largitam sibi à Domino potestatem. Extra hanc autem Ecclesiam catholicam neminem salvari posse, confiteor. Sex denique sanctas & generales de fide Synodos, quas sancta & apostolica Ecclesia recipit, me recipere & venerari, præ[illegible] [illegible]licet Nicænam 318. Patrum, sub Sylvestro Papâ, & Constantino Imperatore, contra Arrium & ejus sectatores, celebratam. Constantinopolitanam, 150. Patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi Papæ & Gratiani Principis, actam, Ephesinam, 200. Patrum, contra Nestorium, sub Theodosio Magno Principe, & Papa Cælestino, cui per suos vicarios præsedit idem beatus Papa Cælestinus, & sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus; Chalcedonensem, 630. Patrum, cui præsedit per vicarios suos sanctus Leo Papa, tem-* B *poribus Martiani Principis, contra Eutychen, nefandissimum præsulem Monachorum, celebratam, item Constantinopolitanam, temporibus Vigilii Papæ, sub Justiniano Principe, contra Theodorum & omnes Hæreticos; item Constantinopolitanam, 150. Patrum, sub Agathone Papâ, Constantini & Heracl[illegible] ac Tiberii Principum temporibus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum, de duabus naturis & operationibus, in unâ personâ Dei & Hominis Filii, Domini nostri Jesu Christi. Eos autem, quicunq; ab iisdem sanctis Patribus, in memoratis Synodis, vel postea, similiter per Spiritum sanctum sen-* C *tientibus, diversis vicibus, literis divinitus inspiratis, damnati leguntur, eandem venerandam Patrum autoritatem sequens, condemno. Sed & Epistolam beatæ recordationis Leonis, Apostolicæ sedis antistitis, ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datam, & omnes ejus Epistolas, de fidei firmitate perscriptas per omnia & in omnibus inviolabiliter custodire, & me libere semper prædicare, profiteor. In quibus inter cætera, (sicut & in Sermone beati Athanasii, quem in Ecclesiâ catholicâ venerando usu frequentare consuevit, qui ita incipit.* Quicunque vult salvus esse, ante omnia opus est D ut teneat catholicam fidem) *post documentum, quo docemur, quomodo Trinitas personarum in unitate divinitatis, & unitas deitatis in trinitate personarum, veneranda sit, evidentissime continetur; unam ex eadem sancta Trinitate personam, Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, Dei Hominisq; filium, ex duabus & in duabus naturis, hoc est, divina & humanâ, in una personâ coexistentibus, & in suâ proprietate differentiâq; manentibus, esse credendum & prædicandum: qui (secundum Apostolicum symbolum) de semper-virgine Mariâ quæ & veraciter Dei est genitrix, secun-* E *dum carnem natus, passus, mortuus, resurrexit, & in cælos ascendit; sedet quoq; ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos & mortuos. Ad cujus adventum omnes homines resurgent, cum corporibus suis, & reddent de factis propriis rationem: & recipiet unusquisq; prout gessit, & in factis suis perseveraverit, ab eodem justo judice, & sinè fine regnante: cum ibunt impii in ignem æternum, justi autem in vitam æternam. Anathematizo quoq; omnes hæreses ac schismata, quæ catholica & apostolica Ecclesia anathematizat & quicquid sanæ fidei intelligentiæ contradicit, re-* F *spuo & anathematizo: & quicquid catholica & apostolica Ecclesia recipit & tenet, me, adjuvante Domino, recipere & sequi, & à sacris Canonibus, atq; a regularibus decretis Apostolicæ sedis, de ecclesiasticis ordinibus, & disciplinis canonum, promulgatis, seu a Synodalibus constitutionibus, quas catholica Ecclesia ad autoritatem recipit; me per contemtum pertinaciter non deviaturum, profiteor. Privilegio etiam metropolis Remorum ecclesiæ, ac ejus præsulis, secundum sacros sanctorum Conciliorum canones, & decreta sedis Apostolicæ, ex sacris canonibus & legibus promulgata, præesse & posse, absq; dolo & si-* G *mulatione, vel indebita & pertinaci contradictione, me obediturum, profiteor. Sed & observatione ac regularia mandata, sacrorumque Conciliorum placita quæ post ordinationem episcopalem, in literis canonicis, secundùm morem ecclesiasticum, propriis subscriptionibus roborata, collecta, & mihi tradenda coram omnibus prædixistis, me servaturum profiteor, & omnibus supra-scriptis, cum cordis & oris professione, subscribo.*

¶ Postea advocantur in basilicam, Presbyteri à dextris ejus; & Diaconi à sinistris: ipse verò, inclinato capite, in H medio eorum incedit; usque-dum veniat ad altare. tunc exuitur casulâ; & induit eum Pontifex planetâ, & legit Brevem, hunc modum continentem: *Cives*, inquit, *nostri elegerunt sibi illum pastorem. Oremus itaq; Deum pro hoc viro, ut Deus omnipotens infundat in eum gratiam Spiritûs sui:*

ut dignum

ut dignus habeatur, * *cathedram episcopatus regendam* Extespondetur à Scholâ: *Christe, audi nos.* & cantatur Litania *agenda.*

¶ Deinde ordinabantur. Vel ab Episcopo metropolitano: ut patet *ex epistolâ Hincmari ad Carolum.*

* lib. 2.

Vel ab Archiepiscopo. Ita Luitpertus, archiepiscopus Moguntinus, Wilibertum consecrat. *Regino.**

Vel à Pontifice Romano. ut Leo III. Papa ordinavit, per diversa loca, episcopos 126. *Onuphrius in vitâ ejus.*

In præsentiâ vicinorum episcoporum. ut *Hincmarus*, in epistolâ ad Tornacẽsem ecclesiam, inquit: *Fratrem jam & coepiscopum nostrum vobis ordinantes, præsentiâ, vel consensu, ac literis coepiscoporum, totius nobis commissæ provinciæ, secundum sacros Canones, sacerdotem, pastorem quoque ac rectorem.*

Gratis. *Suis etiam commonistru gratis conferat ordinationẽ.* Hincmarus, in epistolâ ad Tornacensem ecclesiam.

Ad sacramentam: ubi ordinandus confessionem suæ fidei edebat, & Canones sacros sibi propositos se amplecti affirmabat. *Hincmarus, in epistola ad Laudunensem episcopum.*

Jusjurandum quoque præstitit. *Abeo, quos ordinaverit, indebitum, & contra sacras regulas, sibi sacramentum fieri, non compellat.* Hincmarus, in epistolâ ad Tornacensem ecclesiam.

* in c. 7. lib. 1. Reg.

Postea eis impositæ sunt manus. *Angelomus* * *Hincmarus,* in Epistolâ ad Hadebertum, inquit: *Tua dilectio solerti curâ in hac electione invigilet: præsertim cùm nobiscum tibi necesse erit, ei, qui ordinandus est, manum imponere.*

Traditus baculus, & annulus. *Sacerdoti, dum consecratur, datur baculus: ut ejus inductio subditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Et annulus, propter signum Pontificalis honoris, vel signaculum secretorum.* Canon 9. Aquisgranensis.

¶ Romani Pontifices, à tribus ordinabantur; ut in seculo superiori: & propria sua nomina, quæ in Baptismo acceperant, abnegare hoc seculo cœperunt. Nam Os porci, cùm ordinaretur, Sergii nomen sortitus est. Quæ res legis vim accepit; adeò ut postea omnes Papæ sua nomina mutarent. *Raynulphus,** tres rationes ejus rei affert. Quia Christus Apostolorum nomina mutârit: & quòd ea res typum gerat, vitæ in perfectiorem statum commutandæ: & ne turpi appellatione pontificia dignitas deformetur.

* lib. 5. c. 31.

Idem verò etiam simiæ pontificiæ imitati sunt. Nam Ansgarius & Ibo, Gaudebertum consecrantes, Simonem vocaverunt, eumque in Sueoniam miserunt. *Crantzius in Metropoli.**

* lib. 1. c. 32.

Romani Pontifices, in primâ Missâ, solebant eos, qui excommunicati fuerant, ad communionem admittere. Sic Adrianus II. Thergandum, Zachariam, Anastasium, à suis antecessoribus excommunicatos, absolvit, & ad Cœnam admisit. *Liber Pontificalis.*

Ritus ordinandi Diacones.

Diaconi, sicut Episcopi, ante ordinationem probandi sunt. *Canon 7. Aquisgranensis Synodi, sub Ludovico.*

Item Subdiaconos.

Subdiaconi initiò castitatem pollicebantur. Deinde patenam & calicem de manu Episcopi, & ab Archidiacono scyphum aquæ cum aquâ, mantili & manutergio suscipiebant; sed absque impositione manûs. *Rabanus,** & *Canon 6. Concilii Aquisgranensis sub Ludovico.*

* lib. 1. Instit. Cler. c. 8.

Ritus ordinandi Exorcistas.

Exorcistæ, cùm ordinantur, accipiant de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi: dicente eis Episcopo: *Accipite, & commendate memoriæ: & habete potestatem imponendi manum super energumenos sive catechumenos: ut imperetis immundis spiritibus, & abjiciatis.* Eadem Canon 4. Concilii Aquisgranensis, sub Ludovico, habet.*

* Tomo 2. Concil.

Ritus ordinandi Lectores.

Lectores dum ordinantur, primùm de eorum conversatione Episcopus verba facit ad populum. Deinde tradit eis coram plebe codicem apicum [illegible], ad Dei verbum annunciandum. *Canon 3. Concilii Aquisgranensis.**

* Tomo eod.

CASUS CIRCA ORDINATIONEM.

1. Carolomannus, filius Caroli Regis Francorum, à Parente, contra suam voluntatem, clericorum ordini adscriptus, cùm Diaconus designatus esset, abjecit id vitæ genus: & sociis sibi adjunctis, conatus est regnum invadere. *Sygebertus anno 872. Regino.**

* lib. 2.

2. Carolus Coloniensibus Hilduinum episcopum dederat: atque is, cum cleri & populi assensu, presbyter erat ordinatus. Sed Ludovicus, re cognitâ, Luitpertum Moguntinum episcopum ablegat, qui jubet populum & clerum, alium ex suo ordine eligere: ac Wilibertum electum, insitum consecrat, & in sedem pontificalem collocat. *Regino.**

* lib. eod.

3. In Canonibus dicitur: Si tales (qui sunt extra Ecclesiam; ut Hæretici) iterum Ecclesiæ conjungi per rectam fidem voluerint, accipiant manûs episcoporum impositionem: quatenus sic possint recipere Spiritum S. quem perdiderunt. *Haymo.**

* lib. 2. in Apoc. c. 4

4. Dictum est interea de quibusdam fratribus, quòd eos, quos ordinaturi sunt, jurare cogant; quòd digni sint, & contra Canones non sint facturi, & obedientes sint episcopo, qui eos ordinat, & ecclesiæ, in quâ ordinantur. Quod juramentum quia periculosum est: omnes unà inhibendum statuimus. *Canon 13. Concilii Cabilonensis.*

5. Servos oportebat priùs manumitti, quàm ordinarentur: juxta *Canonem 29. Triburiensis Synodi, & Ludovici decretum in Synodo Aquisgranâ.* Annonius.*

* lib. 5. c. 10.

Si non poterant in clero aliquem invenire, idoneum ad episcopi officium; ex vicinis diœcesibus licebat aliquem eligere: ut patet *ex epistolâ Hincmari ad Beluacensem ecclesiam.*

7. Si electus à plebe & populo erat insigniter ineptus; tùm Archiepiscopus, cum suis collegis, alium illis præficiebat: ut patet *ex eâdem epistolâ.*

8. Non licebat bigamum, neque qui viduam duxisset uxorem, neque illiteratum, neque corporis aliquâ parte mutilatum aut vitiatum, neque ex publicâ pœnitentiâ vel curiâ, aut cuilibet conditioni obnoxium, neque in alterius potestate constitutum, neque à probatâ fide alienum, ordinare episcopum aut presbyterum. *Hincmarus in epistolâ ad ecclesiam Tornacensem.* Neque eum, qui aliquando mentis furore correptus, aut à dæmone obsessus, aut de ambitione aut Simoniâ convictus esset. *Rabanus.**

* lib. 4. de Strum. propr. cap. 10.

DE EXORCIZATIONE.

Neque in ecclesiâ, neque in domibus, licebat iis exorcizare, qui non erant ab episcopo ordinati: *juxta Caput 79. Synodi Aquisgranensis, sub Ludovico Pio.*

Dæmonium, quod in pago Camonti, non procul à Bingio, suis præstigiis incolas affligebat, sacerdotes & presbyteri Maguntini, litaniis & aquâ benedictâ, (*Aventinus* salem lustricum addit) tandem abegerunt: Anno Domini 858. *Sigebertus, Aventinus.**

* lib. 4.

Et Luidbertus, cum filius Ludovici II. à cacodæmone vexaretur, Missam celebrat; obsesso vociferante, Væ væ! Dæmonio autem non cedente; ille ad sacra loca Martyrum per episcopos ducitur. *Annonius.**

* lib. 5. c. 30.

RITUS CIRCA JEJUNIA.

Certis & statutis temporibus Jejunia observabant: ut in Quadragesimâ. nam quadragesimale jejunium Noviomagi celebrâsse Carolus Magnus [illegible] *in Annalibus Francorum*, anno 806. Jejunii tertiæ quartæ & sextæ, meminit *Rabanus*: * & quadragesimæ † & jejunii Pentecostes: * item jejunii ante Nativitatem Domini, quod fit in 9. & 10. mense: * Jejunii quatuor Sabbatorum, in quibus duodecim lectiones sunt, & ordinationes: † & jejuniorum privatorum: * & jejunii biduani & triduani.*

* lib. 2. Inst. Cler. c. 18.
† cap. 20
* cap. 21.
* cap. 22.
† cap. 24
* cap. 25.
* cap. 26

De Jejuniorum temporibus, extat CANON 34. Maguntinus:

timus: *Constituimus, ut quatuor tempora anni, ab omnibus cum jejunio observentur: id est, mense Martio, hebdomadâ primâ: & feriâ quartâ & sextâ, & sabbato, veniant omnes ad Ecclesiam horâ nonâ, cum litaniis, ad Missarum solennia. Similiter in mense Junio, hebdomadâ secundâ, feriâ 4. & 6. & sabbato jejunetur, usq; ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembri, hebdomadâ tertiâ & in mense Decembri, hebdomada, quæ fuerit plena ante Vigiliam Natalis Domini; sicut est in Romanâ ecclesiâ traditum.*

In publicis calamitatibus, indicebantur jejunia, propter orationes: ut patet *ex Canone 47. Turonensi.*

¶ Novum est, & superstitiosum; quòd jejunia loco satisfactionis indicebant pœnitentibus. RABANUS:* *Conversionis ordo, ut indictione pœnitentiæ prædicetur jejunium parsimoniæ: ut, qui per luxum, non-cavendo vitia, in peccatum inciderant, per abstinentiam & afflictionem corporis, eadem peccata abluere contendat.*

Nec tamen licebat die dominico jejunare; juxta CANONEM 68. Aquisgrani repetitum: *Si quis, propter cõtinentiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die dominico jejunat; anathema sit.*

RITUS CIRCA CIBOS.

TEmpore Quadragesimæ, quidã ex superstitione carnibus abstinebãt. Sic *Bernhardus in vitâ Caroli* narrat; Episcopum, qui ob valetudinem recuperandam comederat carnem, in desperationem incidisse: undè ægrè fit liberatus, consiliis & consolationibus sacerdotum.

CANON verò 63. Concilii Aquisgranensis ex Concilio Ancyrano citatus, damnat clericos, planè carnes abhorrentes, eosque ab ordine cessare jubet.

Carnes tempore Quadragesimæ comedentes, damnat *Rabanus*; eisque pœnitentiam præscribit. *In Epist. ad Reginbaldum.*

DE FESTIS.

FEriabantur die dominico. *Rabanus.* * SYNODUS Moguntina inquit:* *Omnes dies dominicos, cum omni veneratione decrevimus observari; & à servili opere abstinere: & ut mercatus in iis minimè fit, nec placitum; ubi aliquis ad mortem, aut ad pœnam judicetur.*

Et diebus solennibus. Ut sunt Natalis Domini: quem Ludovicus Pius, anno 818. Aquisgrani celebravit. *Annales Francorum. Rabanus.* *

Epiphaniæ. *Rabanus.* *

Purificationis. *Rabanus,* * *Antoninus.* †

Septuagesimæ, & Sexagesimæ, & Quinquagesimæ. *Rabanus.* *

Dominicæ Palmarum meminit. *Sigebertus, Zonaras, in vitâ Theophili, & Rabanus.* *

Cœnæ Domini est feria quinta, ultimæ hebdomadis Quadragesimæ; quâ Dominus Cœnam instituit. *Rabanus.* *

Parasceve, est sexta Sabbati; quâ Christus in cruce mortuus est *Rabanus.* *

Sabbatum sanctum est, quo Christus in sepulcro requievit. *Rabanus.* *

Paschæ. Carolus Magnus, Aquisgrani, Pascha ad sanctum Richarium celebravit, anno 800. *Annales Francorum, Rabanus.* *

Pascha, & Resurrectionem Domini, per singulos annos celebrari, *Bertramus* indicat, *in libro de Corpore & sanguine Domini.*

Ascensionis meminit *Luitprandus in vitâ Leonis, & Rabanus.* *

Pentecostes meminit *Rabanus.* *

Assumtionis Mariæ, & octavæ ejus celebrationem, Leo IV. instituit; anno Domini 847. *Sigebertus.*

Natalem Johannis, apud Hiporediam celebravit Carolus, anno Domini 801. *Annales Francorum.*

Martini & Andreæ festos dies Ludovicus egit Aquisgrani. *Annales Francorum.*

Bonifacii festum, Nonis Junii celebrat Theodoto, abbas Fuldensis: quo die ad se invitat Adalgarium abbatem sancti Viti, & Ansgarium. *In epistolâ suâ ad eosdem.*

Omnium Sanctorum festum, in Galliâ & Germaniâ à Ludovico imperatur celebrari, Calendis Novembris: anno Domini 835. *Sigebertus.* Cùm hactenus, per annos 220. tertio Idus Maii fuisset observatum. *Martinus, in vitâ Gregorii IV.*

¶ Postremò, de festis exstat CANON 36. in Concilio Moguntino, in hunc modum: *Festos dies celebrare sancimus: hoc est, diem dominicam Paschæ, cum omni honore & sobrietate venerari; similiter feriam secundam, tertiam & quartam. A feriâ quintâ ante Missam, licentia sit arandi, vel seminandi, & hortum & vineam excolendi, & sepem circumcludendi; ab alio verò opere cessare decrevimus: post Missam autem, ab opere vacare. Diem Ascensionis Domini pleniter celebrare: item Pentecosten similiter, ut in Paschâ. In Natali Apostolorum Petri & Pauli, diem unum; Nativitatem S. Johannis Baptistæ; Assumtionem S. Mariæ; Dedicationem S. Michaelis; Nativitatem S. Remigii, S. Martini, S. Andreæ. In Natali Domini dies quatuor, octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem S. Mariæ. Et illas festivitates Martyrum vel Confessorum observare decrevimus, quorum in unaquãq; parochia sancta corpora requiescunt: Similiter etiam dedicationem templi.*

RITUS CIRCA NUPTIAS.

SPonsalia nuptias præcedebant: *ut constat ex Paulo Diacono.* * Lotharius Waldradâ, præmissis dotibus coram testibus, secundùm legem & ritum, quo nuptiæ celebrari solent, accepit uxorem. *Caus. 31. q. 2.*

Zundibolchus, filius Arnulphi, cùm patris consensu, Odam, Ottonis filiam, petit uxorem. *Regino.* *

Novi conjuges in Ecclesiâ à Sacerdote conjungebantur ritu solenni. Ità NICOLAUS Papa, ad consulta Bulgarorum inquit:* *Nostrates, tam mares, quàm fœminæ, non ligaturam auream vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissio, fœdera quoq; consensu eorum, qui hæc contrahunt, & horum, quorum in potestate sunt, celebrant. Et postquam arrhis sponsam sibi sponsus, per digitum fidei annulo insignitum, despondererit; dotemq; utriq; placitam sponsus ejus, scripto pactum hoc continente, coram invitatis ab utrâq; parte, tradiderit: aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere præsumant, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primùm in ecclesiam Domini, cum oblationibus quas offerre debent Deo, per Sacerdotis manum statuuntur: sicq; demum benedictionem & velamen cœleste suscipiunt.*

Et sequebantur convivia nuptialia, & ludi ac spectacula: ut patet ex SYNODO Aquisgranensi, sub Ludovico Pio:* *Non oportet sacerdotes aut clericos, quibuscunq; spectaculis, in scenis aut in nuptiis, interesse: sed, antequam thymelici ingrediãtur, exsurgere eos convenit, & indè discedere.* Carolus Calvus Bosoni nuptias fecit magno apparatu, & ludorum splendore. *Regino.* *

Scholastici carmen solebant cantare in nuptiis, in laudem sponsi & sponsæ. *Remigius.* *

CASUS CIRCA NUPTIAS.

1. Carolus Crassus, cùm vidisset, suam uxorem familiariter cum Luitwaldo, Vercellensi episcopo, colludere; eam repudiavit. & quò honestius id fieret; in concione dixit, se nunquam cum eâ coiisse: ac illa gloriata est, se virginem adhuc esse; & in monasterium secessit. *Sigebertus, anno Domini 889.*

2. Nicephorus Theophaniam, alteri viro desponsatam, separavit; & filio suo Stauratio conjugem dedit. *Paulus Diaconus.* *

3. Nisi accedat consensus de matrimonio; coitũ ipsum non facere connubium legitimum: *Nicolaus Papa.* *

4. Maritum & uxorem, de communi consensu, copulam connubii exsuere; & ad vitam privatam, ob religionẽ, redire posse: *Nicolaus Papa* * ad Tebergam, Lotharii conjugem rescripsit. [Sed hæc cũ ordinatione divinâ pugnant. Nam, quos Deus conjunxit; neque homo alius, neque ipsi conjuges, dissolvere possunt.]

5. Ubi nõ est consensus utriusq; ibi nõ est conjugium.

Ergo

Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & è converso; nihil faciunt: nisi uterque puerorum, postquam venerint ad annos discretionis, consentiat. *Cauſ. 20. q. 21. c. 1.*

6. Quicquid mulier contra te cogitaverit, vel si te accusaverit; non est (exceptâ causâ fornicationis) rejicienda, vel odio prorsus habenda. *Cauſ. 32. q. 2. c. Quicquid. Ad conſulta Bulgar.*

7. Hi, qui matrimonium sani contraxerunt; & uni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit: ob hanc infirmitatem & causam, conjugia talium solvi non possunt. Similiter sciendum est de his, qui ab adversariis excæcantur, aut membris truncantur; aut à Barbaris exsecti fuerint. *Cauſ. 31. q. 8. c. Hi qui. Carolo Moguntinenſi archiepiſcopo.*

8. Inter hæc Sanctitas vestra addere studuit: si cujus uxor adulterium perpetraverit; utrùm marito illius liceat, secundum mundanam legem, eam interficere? Sed sancta Dei Ecclesia, mundanis nunquam constringitur legibus. Gladium non habet, nisi spiritualem: quo non occidit; sed vivificat. *Cauſ. 33. q. 2. c. Inter hæc. Alvino archiepiſcopo Januenſi.*

9. Nec uxorem ducere, nec convivia facere, in quadragesimali tempore, convenire posse ullo modo, arbitror. *Cauſ. 33. q. 4. c. Nec uxorem. Ad conſulta Bulgarorum.*

10. Nosse desideras, utrùm mulier, quæ vi[r]i filium, ex aliâ fœminâ genitum, de sacro fonte levavit, postmodùm possit cum eodem viro copulari? Quos ideò cōjungi posse decernimus; quia secundùm Canones sacros, nisi amborū consensu, nullius religionis obtentu, debet conjunx dimittere conjugem. Pertinet autem ad ingens uxori exitium; quæ habens odio virum, vel infirmitatem ejus non considerans, quasi causâ pietatis operatur impietatem: maximè cum Apostolus præcipiat;* *Nolite (inquiens) fraudare invicem: niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi. Cauſ. 30. q. 1. c. Noſſe. Salonitano epiſc.*

* 1. Cor. 7. v. 5.

11. De his, qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent, id est, qui filios uxoris suæ de priori viro, dum chrismātur ab episcopis, super se sustinent; si in scientiâ (sicuti asseris) fiat: licèt sit peccatum, non tamen usq; ad separationem conjugii puniendum est. Lugeant tamen, & dignâ pœnitentiâ hoc diluentes, Domino dicant:* *Delicta ignorantiæ noſtræ ne memineris. Ibid. c. De his. Radulpho Bituricenſi archiepiſcopo.*

* Pſal. 19. v. 13.

12. Ita diligere debet homo eum, qui suscepit ipsum de sacro fonte, sicut patrem. *Item:* Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio: quæ dicenda non est consanguinitas; sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos, arbitror, non posse fieri quodlibet legal[e] conjugium: quandoquidem nec inter eos, qui naturâ, & eos, qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ Leges matrimonia contrahi permittunt. *Item:* Si inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit: quantò potiùs a carnali inter se contubernio cessare illos, quos per cœleste sacramentum regeneratio sancti Spiritûs jungit? Longè ergo congruentiùs, filius patris mei, vel frater meus appellatur, is, quem divina gratia potiùs, quàm humana voluntas, ut filius patris mei vel frater meus esset, elegit; prudentiusque ab alternâ corporis commixtione secernitur. *Cauſ. 30. q. 3. c. 1. Ad conſulta Bulgarorum.*

13. Sciscitatur a nobis Sanctitas vestra, si aliquis homo duas commatres habere valeat, unam post alteram? In quo meminisse debet, scriptum esse;* *Erunt duo in carne una.* Itaque cùm constet, quia vir & mulier una caro per connubium efficiuntur: restat nimirum, verum compatrem constitui mulieri, cujus matrimonio assumta uxor, commater esse videbatur. *Cauſ. 30. q. 4. c. 1. Salomoni Conſtantienſi epiſcopo.*

* Gen. 2. v. 24.

14. Si quis cum matre fornicatus fuerit spirituali; anathemati (ut scitis) percutitur ictibus. Similiter & illis percutere promulgamus; qui cum eâ, quam de sacro fonte Baptismatis susceperit; aut cum illâ, quam ante episcopum tenuerit, cùm sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus. Legitimam si habuerit, non dimittat uxorem. *Cauſ. 33. q. 2. c. Si quis.*

15. De consanguinitate suâ uxorem nullus ducat, usque post generationem septimam; vel quousque parentela cognosci poterit. Laicus verò, uxorem simul & concubinam habens, non communicet Ecclesiæ. *Cauſ. 35. q. 3. c. de conſanguinitat. Suffraganeis Eccleſiæ Almalſicanæ.*

16. Rabanus scribit in epistolâ ad Reginharium, quosdā modicę fidei, vel potiùs inimicos veræ fidei, illud, quòd Christus adulteram absolvit, de codicibus suis auferre: quòd illo exemplo metuant, mulieribus suis peccandi impunitatem dari.

17. In nuptiis Christianorum saltationes piè fieri, negat *Rabanus* easque planè prohibet.*

* de Nupt. conſang. c. 26.

RITUS VISITANDI ægrotos.

Munus visitandi ægrotos, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, erat commune: ut in capite de Politiâ indicabitur.

Edebant autem ægroti suas confessiones. Ludovicus quotidie, confessionis suæ munus, sacrificiumque spiritûs contribulati, & cordis humiliati, offerebat. *Annonius.**

* lib. 5. c. 19.

Et communicabant. Carolus Magnus, paulò ante mortem, usus est Cœnâ Domini. *Eginhardus in vitâ ejus.* Ludovici ægrotantis cibus erat solummodò per quadraginta dies dominicum corpus. *Annonius.**

* ibid.

Qui signo crucis sunt muniti, atque sacramento corporis & sanguinis ejus, in die mortis; illi venient cum Christo in gloriâ ad judicium. *Haymo.**

* in c. 4. ep. 1. ad Theſſ.

*Idiota** petit à Deo, ut sibi concedat, in horâ mortis, devotam Eucharistiæ perceptionem.

* de Marie virg. c. 20.

Benedicebantur etiam ægroti ab episcopis. Ludovicus Drogonem accersivit; & ab eo benedici petiit. *Annonius.**

* lib. 5. c. 19.

De ægrotantium unctione per oleum, à Pontifice benedictum, *Haymo ſuper Evangelia* nugatur: quòd ab Apostolis ea consuetudo sit Ecclesiæ tradita.

RITUS SEPULTURAE.

Defunctos plangebant. Sic Carolum Magnum planxit Populus Aquisgrani. *Eginhardus in vitâ ejus.*

Et cadavera lavabant, atque aromatibus condiebant. Ità Caroli corpus more solenni lotum, & curatum est. *Eginhardus in vitâ ejus.*

Ad funus episcopi, presbyteri, aut diaconi, Pōtifex Romanus venire, decreto Benedicti III. cogebatur. *Platina.*

Feretris ad sepulcra ferebant. Ità Caroli Calvi cadaver feretris portatum esse, indicat *Regino.**

* lib. 2.

Ac fiebant cantilenæ lugubres. Tempus autem variat. Alii enim eodem die, quo defungebantur, humati sunt: ut de Carolo Magno scribit *Eginhardus.*

Locus sepulturæ, erant Cœmeteria: easque tum intra, tum extra urbes.

Aut templa. Sic Lotharius in basilicâ Salvatoris sepultus est. *Adon.** *Regino.** Et Carolus Aquisgrani, in basilicâ Salvatoris & Mariæ. *Regino.* Et Ludovicus in basilicâ Arnolphi, in urbe Metensi, requiescit. *Regino.*

* Ætat. 6.
* lib. 2.

Aut monasteria. Irenes cadaver in monasterio sepelitur, ab ipsâ exstructo. *Paulus Diaconus.** Ludovicus in monasterio Nazarii, apud Lorashaim, conditur. *Regino.*

* lib. 24.

Epitaphia etiam habuerunt. Sic arcus super tumulum Caroli Magni deauratus, & cum imagine ac titulo exstructus; cujus hæc verba fuerunt: *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni atq; Orthodoxi Imperatoris; qui regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos 47. feliciter tenuit. Deceſſit ſeptuagenarius, anno Domini 814. Indictione 6. quinto Calendas Februarii.* Eginhardus in vitâ ejus.

Memorias mortuorum, anniversariâ die, cōcionibus & orationibus repetebant. Ità Michaël & Procopia Tarasii memoriam celebrant, & sepulcrum ejus 95. libris argenti obducunt. *Paulus Diaconus.**

* lib. 24.

Offerri etiam aliquid solebat, ab amicis, parentibus, hæredibus; ecclesiis, ubi sepulti erant sui mortui. Id quod accipere quidem; sed non exigere licebat: ut testatur *Hincmarus, in epiſtolâ ad Tornacenſem Eccleſiam.*

Pro animabus mortuorum Pontificii orabant. *Vvilhelmus.** Et Monachos, suis precibus, Lotharii Imperatoris animam liberâsse à cacodæmonum raptu; nugantur *Raynulphus.** & *alii.* Et Benedictus jussit, ad funus Sacerdotum o-

* lib. 2. c. 7.
* lib. 5. c. 51

mnes

mnes [illegible] um [illegible] corpori defuncti; tum commendandæ animæ gratiâ. *Platina.* Carolum Magnum, pro animabus interfectorum in Hispaniâ, apud Arelatem distribuisse eleemosynas duodecim millia unciarum argenti, & totidem talenta auri; nugatur *Vincentius* *ex Turpino.*

CASUS CIRCA DEFUNctorum sepul*tu*ra.

1. Leo Imperator Michaëlem, Chrysopoli sepultum, effodit, & cum magno co[mi]tatu, & honore regi[o] in sanctorum Apostolorum ædem, areâ marmoreâ reponit; fratribus ejus Alexandro & Stephano patriarchâ prætermissis. *Zonaras.**

2. Alvredus, Rex Anglorū, in episcopali ecclesiâ Wintoniensi sepelitur. sed pro deliramento Canoni[c]orum, dicentium, regios manes resumto cadavere noctibus per domos oberrare; filius ejus Eduardus, [o]ssa genitoris tulit, & in novo monasterio posuit. *Raynulphus in Polychronico.**

3. Sepulturas vendi, & Lai[c]os in ec[c]lesia[s] sepeliri, vetat *Synodus Tribur[i]ensis.* *Hincmarus* addit rat[i]onem, cur non sint vendenda [l]oca sepulturæ: quia sit terra concessa pre[tio] d[ivi]nis, & non deceat de alien[o] luctu facere compendium. *In epistolâ ad ecclesiam Tornacensem.*

DE RELIQUIIS SANCTORUM.

Ethnica superstitio. Sanctos mortuos eorumque ossa colligendi, effodiendi, transferendi, & religiosè colendi, ab Antichristo, in templo Dei sedente, in ecclesias introducta, etiam hoc seculo in usu passim fuit. Nam de collectione & elevatione, hæc in historicis occurrunt testimonia.

In Franciâ, apud cœnobium Clunense, sanctus Amandus, anno à morte ejus circiter 152. elevatur à Lanthario. *Sigebertus, anno 812* Ursinarius, Confessor Lobiensis, elevatus, anno 823. *Sigebertus.* Corpus Martini levatum est de tumulo suo, tempore Lotharii, post annos 406. mortis ejus. *Martinus in Lothario.* Hamburgenses, circa tempora Caroli Calvi, corpus Werburgæ virginis, diu ibidem conditum, ad Cestriam, tanquam ad locum tutiorem, transtulerunt. *Raynulphus.**

Atque ideò de translatione exstant plurima exempla. Nam Legati Caroli, ab Aarone Ammirâ reversi, corpora Cypriani Carthaginensis, & Sperati Scyllitanorum martyris, & caput Pantaleonis, secum in Franciam adferunt; anno Domini 802. *Sigebertus*, *Eginhardus*, *in vitâ Caroli*, *Vincentius.* Corpora Severi Ravennatis episcopi, & uxoris ejus Vincentiæ, & filiæ ipsius Innocentiæ, ab Orgario episcopo Moguntiam translata sunt: anno Domini 824. *Sigebertus.* Et Walchandus, Leodiensis episcopus, corpus Hucberti, à Leodio ad Andagium monasterium transfert; anno eodem. *Sigebertus.* Hilduinus Sebastiani reliquias, Româ acceptas, in basilicam Medardi collocavit. *Sigebertus, anno 825.* Corpora Marcellini & Petri, de Româ in Franciam; & Gregorii ad urbem Suessionis, translata sunt. *Ibidem.* Radulphus Calixti Papæ corpus in Franciam transtulit. *Sigebertus, anno 824.* Cùm Liborius transferretur, Turonenses cives cum reliquiis Martini ei obviam venerunt. *Martinus in Chronico.*

De [v]eneratione & adoratione. Nicolai reliquiæ in arcâ, in Myreâ, cultæ sunt: ut apparet *ex Sigeberto, anno 807. & Vincentio.** In Liparâ insulâ, Bartholomæi ossa colebantur. *Sigebertus anno 831.* Helena in Franciam, à Theogiso monacho, in Remensem diœcesim, Româ translata, magnâ Francorum veneratione colitur: *anno 849. Sigebertus.* [C]orpus Marci, à mercatoribus Venetias ex Alexandriâ deportatum, in maximâ veneratione fuit; exstructo egregio templo, in celebriore loco urbis. *Platina.* Nottingus Aure[li]um his verbis scribitur invocâsse, *in Chronico Hirsaugiensi: Aureli, decus meum, amicumq; post Deum animæ præsidium meæ, tibi expando desiderium famuli tui; quod, Deo conjunctum, procul dubio nescire non potes. rogo te per divinum amorem, qui te mihi venerabilem, ecclesiæ celebrem, ægris medicum, unumq[ue] cum Deo sanctum & immortalem effecit; ne me diutius in hoc ambiguo fluctuare permittas: sed exaudi me famulum tibi prostratum, & doce me ut[…]am, quid agere [debeam, ut] cum Dei ejusq; voluntatem.* Walbertus, à Leone Pontifice, reliquias Alexandrini mar[ty]ri[s] accepit, & in W[i]eshusense collegium addumit, religiosèque veneratus est. *Crantzius in Saxoniâ.**

DE PEREGRINATIONE ad loca sacra.

Quia evanuit doctrina de vero Dei cultu, & de invocatione ejus; quòd Deus ubivis locorum in spiritu & [ver]e, rectè possit invocari; & talis persuasio mentes hominum subiit, quasi alius locus alio sacratior sit ad invocationem, & quasi in alio atque alio loco, Sancti mortui magis sint præsentes & propitii: ideò ex alio in alium oberratum est locum; modò ad hujus, modò ad illius Sancti implorandam opem. Sic Carolus Magnus Turonos ad sanctum Martinum, orationis gratiâ profectus scribitur, *in Annalibus Francorum, anno 800.*

Solebant etiam ob[s]essos ad loca sacra ducere, & à Sanctis mortuis petere liberationem. *Aimonius.**

Abdiæ sepulcrum usque hodie, cum mausoléo Elisæi & Johannis Baptistæ, in Sebaste, quæ olim Samariâ dicebatur, in magnâ veneratione habetur. *Haymo.**

Nunc ad tumulum Piscatoris flectuntur genua Imperatoris. *Idem.**

De monumento Domini ferunt, qui nostra ætate Hierosolymis in Britanniam venêra, quòd domus fuerit rotunda. *Idem super Evangelia.*

Cœperunt hoc seculo, obsessos ad loca sacra & reliquias Sanctorum ducere, opinantes, à Sanctis expelli dæmones; ut paulò antè de Ludovici fili[o] d[i]ximus. Unde *Rabanus*, in admonitione ad populum, Reginbario episcopo missâ, inquit: *Rugiunt dæmones juxta reliquias & sepulcra Sanctorum illum.*

DE MONACHATU, ejusq; ritibus.

Hac etiam ætate monasteriorum, tum virorum, tum virginum, auctus est numerus. nam hæc ædificata commemorantur.

Andagium cœnobium, in Ardanâ, construxit Wachandus, anno Domini 809. *Sigebertus.* Cigniacense & Cluniacense cœnobium, Berno, Comes Burgundiæ, exstruxit, anno Domini 895. *Sigebertus.* Irene in insulâ Principis m[on]asterium ædificavit: & Bardanes in insulâ primâ. *Paulus Diaconus.** Swarzachense cœnobium, Megingandus Comes, in honorem Christi, Mariæ, Sebastiani & [F]elicitatis, exstruxit. *Ursbergensis in Chron.* Hatto, F[r]i[sin]gensis episcopus, monasteriū We[i]hen stephan[ens]e [construx]it; anno 830. *Bruschius.* Cœnobi[um] [Ful]biense [...] & Selingstadense, meminit *Heinricus Erfordiensis, & Chronicon Hirsaugiense*, anno Domini 882. *Chronicon Quedelburgense, & Crantzius,** dicit, collegium monachorum, ex Corbejâ in Franciâ, ad flumen Summæ, translatum esse à Ludovico in Saxoniam, ad Visurgim.

Hirsaugiensi cœnobium Erlafridus, è Notingo filio, episcopo Vercellensi, persuasus, in honorem rel[iq]uiarum Aurelii, condidit; anno Domini 830. *Tritthemius in Chroni. Hirsaugiensi.* Aldelingiense monasterium Altredus construxit. *Raynulphus.*

Et Virginum, seu mulierum, Wormaciæ enim cœnobium virginum, anno Domini 842. institutum est. *Bruschius de monasteriis.* Dominarum monasterium in [L]in[…] strâ Limagi situm, vulgò [Frawmünster] Canonissarum, ex illustribus Principū, Comitū, & Baronū famil[i]is, natarū, ann. Dom. 833. fundatum est, [à] Ludovico Germanorū Rege. *Bruschius.* Monasterium Walpurgis, Aystadii Adogerus episcopus, ann. Dom. 870. extruxit. *Bruschius.* Gandersheimense cœptū est ædificari anno Domini 841. à Leodo [f]o Duce Saxonum. *Bruschius.* Ermundense cœnobium Thiedericus, sub episcopo Trajectensi Edbaldo, constr[u]xit, & Nonnis tradidit, anno 8. Ludo[vici] [...] L. *Heinricus Erfordiensis.* Steftoniense cœnobium Sanctimonialibus replevit Altredus *Raynulphus.** Monasterium pu-

billium puellarum in Herfordia Ludovicus ædificavit. *Erfordiensium vita ejus.*

¶ Erant etiam cœnobia seu collegia Canonicorum: quorum meminis *Synodus Arelatensis* * & *Turonensis.* *

Et Canonissarum monialium. Lindaviense cœnobium Canonissarum nobilium, ab omni voto immunium, nullâque prorsus veste monasticâ indutarum, nec ullo jurejurando ab honestis nuptiis exemtarum, cœpit anno Domini 810. *Bruschius.* Richardis, Caroli Crassi uxor, à marito repudiata, ob familiaritatem cum episcopo Vercellensi, Andeloviense cœnobium, pro duodecim Canonissis, & totidem Canonicis, liberaliter dotavit, anno Domini 88 *Bruschius de Monasteriis.*

¶ Monasteria recèns exstructa, solebant consecrari. Sic Albani monasterium dedicatum, anno Domini 806. scribit *Marianus Scotus.* Gandersheymense cœnobium consecratum est ab Altrado, Hildesiorum episcopo; anno Domini 852. *Bruschius.* Hirsaugiense cœnobium ab Otgario Moguntino sub honore Petri & Aurelii, in præsentiâ multorum Principum, Episcoporum & Abbatū; quos ex Ne-[illegible]tensi Synodo evocaverat Comes Erlafridus; consecratur, anno Domini 838. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Et authoritate Pontificiâ confirmari solebant. Sic Otgarius donationem, cœnobio Hirsaugiensi factam per Erlafridum, vice Gregorii IV. confirmavit. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Cœnobium virginum Brunteshusii, à Lupoldo Saxonum Duce exstructum, Nicolaus Papa confirmavit. *Chronicon Saxonic.*

Vel etiam Imperatorum & Regum. Ludovicus enim I. Hirsaugiense cœnobium, suâ quoque authoritate & privilegio ornavit. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Et *Rabanus* in Epistolâ ad Otgarium probat, monasterii sui bona esse Imperatoris. Casinensis Cœnobii privilegia Ludovicus, anno Domini 866. sicut sui Majores, confirmavit. *Chronicon Casinense.* *

¶ In quibusdam locis, virginum & monachorum cœnobia non ità procul aberant à se invicem. In Andeloviensi Canonissæ & Canonici duodeni simul habitâsse videntur. *Bruschius de Monasteriis.*

Quædam cœnobia, præsertim Canonica, certos reditus habebant: unde fratres victitabant. Erlafridus monachis Hirsaugiensibus prospexit, de rebus ad victum necessariis. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Canon 8. *Concilii Arelatensis,* vetat, plures in monasteriis Canonicos recipi, quàm possint ali.

Fuldense cœnobium, præter alia bona, etiam publica telonia habuit: ut apparet *ex epistolâ abbatis Fuldensis, ad Judith, Imperatoris conjugem.* Et Ludovicus, in Synodo Aquisgranâ, curavit compingi librum, de Canonicorum disciplinâ & stipendiis, eumque per civitates & monasteria Canonici ordinis misit; & conscripta stipēdia ministrari jussit: ut tam viri, quàm sanctimoniales, sub illo ordine viventes, nulli præpediti necessitatibus, Domino servirent. *Aimonius.* * Hilduinus abbas Parisiensis ordinavit, ut suis monachis quotannis daretur, de puro tritico, modii 144 & in susceptionem hospitum, 1520. de vino, modiorum 2000. de legumine, modiorum 180. de caseo, pensæ 160. de pinguedine, aut modii 2 aut porci 15. *Idem ibidem.*

¶ Erant autem monasteria, quasi Scholæ; in quibus Artes dicendi & Philosophia tradebantur. Arx Altendo florentium Principum, in domum Dei conversa, pietatis & literarum gymnasium esse cœpit, circiter annū Domini 8 *Bruschius de monasterio Vinearum.* Rabanus, in Fuldensi cœnobio, non solum sacras literas docuit monachos; sed etiam artes. *Trithemius de Hirsaugiensi cœnobio.* Idem postea inquit: *His temporibus erat consuetudo monachorum Benedictinorum, ut Schola monachorum in singulis pene cœnobiis haberentur: quibus non seculares homines, sed monachi moribus & eruditione præficiebantur ornatissimi: qui non solum in divinis Scripturis docti essent, verumetiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica, Geometriâ, Musicâ, Rhetoricâ, Poesi, & in cæteris omnibus secularis literaturæ scientiis eruditissimi haberentur. Ex his multi, non solùm in Romana linguâ doctiorant, sed etiam in Hebraicâ, Græca, & Arabica, peritissimi: quod ex eorum opusculis facilè dinoscitur.* In Sangallensi cœnobio Schola fuit; in quâ Principum & Nobilium liberi instituebantur. *Bruschius de Monasteriis.*

Et Theologia tradebatur. Nam Bernhardus, filius Ludovici Imperatoris, in Fuldensi cœnobio, in adolescentiâ, sacras literas didicit, usque ad juvenilem ætatem sed postea ad patrem in aulam remissus est: ut patet ex *Epistolâ Fuldensium ad Imperatorem.* Et Richardus I. in cœnobio Aurelii, (ut Megenfredus testis est) monachis divinas Scripturas & seculares literas, more Fuldensium, legere cœpit. *Trithemius de Hirsaugiensi cœnobio.*

¶ Ex Monachis quidam ad Ecclesiæ gubernationem eligebantur. Viguit hoc tempore in monasterio Fuldensi religio, sub Rabano abbate: eratque [illegible] monachorum celebris fama in orbe terrarum & apud Reges, Principes ac Imperatores, magni fiebant, non tantum propter hypocrisin sed etiam propter scientiam sacrarum literarum, quâ aliis excellebant. Unde multi ex eis, in diversis Ecclesiis, ad apicem Pontificatûs sunt assumti. *Trithemius in Chronicô Hirsaugiensi.* Clerus Ravennas, in epistolâ ad Carolum, indicat, ex Monachis quosdam Canonico [illegible]ne, ad episcopalem dignitatem consecrari.

¶ Monasteriis præerant Abbates sub quibus erant Præpositi, Decani, Presbyteri Diaconi, & Monachi. ut patet ex Canonibus eorum quos pauló pòst adscribemus. Fuldensi cœnobio præfuit Rabanus Maurus. *Sigebertus.* Collegiis Canonicorum præerant Prælati, Præpositi, Decani, & similes: ut patet ex *Concilio Aquisgranensi,* * *sub Ludovico Pio.*

Quidam etiam Abbates, non tantùm unius; sed plurium monasteriorum, erant inspectores. Sic Hilduinus, abbas Dionysii, inter plurima, quæ ei Augusti benignitate commissa fuerant monasteria, habebat procurationem nobilis cœnobii, in prospectu urbis Suessonum. Simili modo, post decessum Ermonis, regebat locum S. Vincētii, Levitæ & Martyris, in suburbano urbis Parisiacæ. *Aimonius.* * Carolomannus, Regis Caroli filius, abbas plurimorum monasteriorum reputatus est. *Idem.* *

Interdum Episcopi etiam abbatum fungebantur munere: ut in Capite de Politiâ dicemus.

¶ In aliis plures, in aliis pauciores, degebant monachi. In Fuldensi, hoc tempore, 270. fuisse viros religiosos, & in sacris literis probè institutos ab Rabano, *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi* scribit. In Thebaide, tempore Rabani, sub uno abbate, quinquies mille monachos fuisse, *Hedio* * annotat.

¶ Abbates, aut à Monachis creabantur. Sic Hirsaugiense cœnobium accepit a Pontifice & Ludovico I. potestatem liberè ex se-ipsis, aut ex alio ejusdem ordinis monasterio, abbatem eligendi. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Aut a Pontificibus designabantur: ut patet *ex Veterum.*

Aut a Regibus & Imperatoribus eligebantur, & constituebantur. Luidbertus, primus abbas Hirsaugiensis, a Ludovico confirmatur. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Alfredus Johannem abbatem in Adelingiâ constituit. *Wilhelmus.*

¶ Munus Abbatum erat: Regulam seu normam monasticam custodire. Turonensis Synodus: * *Abbates provideant, ut Monachi horas canonicas custodiant.* Ibidem Abbates jubentur, regulam Benedicti diligentiùs custodire.

Et sua prospicere de rebus necessariis, juxta Canonem 24. Turonensis Synodi: *Abbates monasteriorum solicitè sui provideant Canonicis; ut habeant claustra & dormitoria, simulq; reficiantur.*

Et delinquentes castigare; probare recipiendos & initiandos: ut postea in Statutis eorum di[illegible] Et Leo Papa jussit ta[illegible] Abbates constitui: qui suu[illegible]ium possint rectè exsequi, & ea, quæ [illegible]trum negligentiâ acciderent, agnoscere & emendare. *Luitpr[illegible]* In Thebaide qui cupiebant recipi in cœ[illegible]b[illegible]ebantur ad minimum de-

[illegible] dece dies præ foribus jacere, & [illegible] [illegible] euntibus præbere calcandum. *Heito.*

Eosque attondere. Sic *Regino* dicit [illegible] manu totondisse. Sed tamé ne tonsu[illegible] [illegible] [illegible] & spontaneâ voluntate. & cum [illegible] *Canon 23 Moguntina Synodi* cavit.

Et cum impositione manûs caput eorum operiebant *Carolus Calvus* indicat, *in epistola ad Clerum* [illegible]*ennatem*. A cogebantur illi, qui recipiebantur [illegible] secum [illegible] regulam promittere, eique sub[illegible]ibere. *Carolus in epistola eadem.*

Commentarios in sacra Biblia [illegible]ere. Sic Rabanus abbas, tractatum in [illegible] eum Sapientiæ & Ecclesiast[illegible] ad Otgarium archiepiscopum dedit. *Sigebertus in Chronic.*

Præceptores & magistros Monach[illegible] præbere. Ut Hado monachorum Au[illegible] [illegible] *Aventinus.* Et Rabanus, adhuc monachus, pub[illegible]cam in cœnobio Fuldensi scholam habuit. [illegible] *enbemius de Hirsaugiens cœnobio* anno[illegible] Rut[illegible]ardus & [illegible]dus, in cœnobio Aurel[illegible], monachorum [illegible] [illegible] tes fuerunt. *Idem.*

Libros [illegible] geriere. Theoto abbas Fuldensis, à Nicolao petiit Demaium de Pontificibus, cum continuatione *in e[illegible] ad eundem.*

Fungebantur interdum legationibus, tum abbates tum monac[illegible]. Nam Theotonem abbatem, Ludovicus Imperator, ad Nicolaum Pontificem ablegavit: ut patet *ex epistolâ ejus.*

Commune ferè omnibus Abbatibus & Monachis est miris artibus argento & bonis emungere opulentiores, precando & emendicando. Ludovicus Fuldensibus promiserat olivetum quoddam in Italiâ. id ut acciperent jam ad Imperatorem, modò ad Irmingardem Lotharii uxorem, modò ad Batuticum archicapellanũ, modò ad alios, eâ de re scribunt. Telonia a Normannis ipsis erant erepta: quæ ut restituantur, Judith, Ludovici conjugem, solicitant per epistolam.

Interdum etiam bellis & conflictibus intererant. Sic Ebulo, abbas Dionysii, castrum quoddam in Aquitaniâ expugnans, ictu lapidis periit. *Regino.** Et Hugo & Gautridus abbates, cum Normannis confligentes, aliquot ex eis interfecerant. *Annonius.**

¶ De Abbatissarum officiis, testatur CANON 42. Synod. Cabillonensis: *Talem debet se abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni conversatione: ut eis ad cœlestia regna pergentibus ducatum præbeat.* CANON 58. Cabillonensis. *Abbatissa habeat studium, aut in ædificando ea, quæ ad Sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.*

¶ Erant præterea pleraque monasteria Episcopis subjecta: a quibus etiam visitari, & corrigi solebant, si quid minùs rectè ageretur. Sic statutum est: * *Abbatissa, absque sui episcopi licentia, foris monasterium egrediendi non habeant potestatem, nisi cum ad Imperatorem proficisci voluerint.* Et Canon 22. *Cabillonensis* præcipit Episcopis, ut monachos, e Benedicti regulâ discedentes, in ordinem redigant.

Licebat tamen Abbatibus, ab Episcopo ed Principem & Concilium provocare: ut apparet *ex Rabani epistola ad Otgarium*, de causâ Saxonis fugitivi monachi.

Operâ Monachorum sæpè episcopi usi sunt. Ità Episcopus Hierosolymorum duos monachos ad Carolum misit, cum re[illegible] *Regino.** Et Reginarius & Aistolphus, episcopi, a Rabano petierunt, sibi Homilias conscribi: ut patet *ex epistolis ejus.*

¶ Nec licebat Abbatibus, sine Principum & Regum assensu, peregre abire. Quare Theoto abbas Fuldensis scribit; se Romam orationis gratiâ venturum, Deo volente, & Principe ac Rege permittente. *in epistola ad Benedictum.*

Aut de bonis Cœnobii aliquid perdere. R[illegible], in epistolâ ad Otgarium: *Præterea sunt ut no[illegible] [illegible] in monasterio, & ecclesia ad eam perti[illegible]. pr[illegible] [illegible]ommunicalis, quæ Domino Imperatori [illegible] paterna [illegible]sione, hic adhuc jure pervenit. ideò timemus inde aliquid perdere.*

¶ [illegible] etiam Monasteria, quasi carceres & exsilioru[illegible] [illegible] [illegible] dejecti, vel dignitate [illegible] ab Imperio d[illegible] [illegible] *Paulus D[illegible]* [illegible] chaële Imperatore [illegible] tondi[illegible] & [illegible] chicis indutus [illegible] cum Procop[illegible] & [illegible] capillo det[illegible] [illegible] vestes induit: [illegible] novisset [illegible] [illegible] rium & Leone[illegible] designatum. *Idem.** [illegible] cid[illegible], monasterium de [illegible] & Deo [illegible] [illegible] scripta ejus re[illegible], in q[illegible] que gratis m[illegible] fieres. *Zonaras.** [illegible] suis, è regiâ in monasterium [illegible] gus mona[illegible] [illegible] municare jussa est [illegible] nec archi[illegible] opi[illegible] eum di[illegible] *Rabanus in epistola ad Otgarium.* [illegible] Lud[illegible] dente cœnobium e[illegible] [illegible] *la Abbatem Drogonem*

¶ Statuta multa & varia [illegible], quorum passim fit mentio. Hæc Aquisgrani, anno Domini [illegible]16. a Monachis & Abbatibus sunt proposita.

1. *Ut, si quis negligenter somnum fecerit, vel aliud quid excesserit in refectorio, mox a Priore veniam petat.*

2. *Ut nullus plebejus, aut [illegible] in monasterio recipiatur ad habitandum [illegible] fieri monachus.*

3. *Ut nemini liceat sermonem juramenti aut affirmationis proferre, nisi sicut sancti Pa[illegible] loqui est, Crede mihi frater, aut [illegible] Dominus, seu Novit Dominum.*

4. *Ut Abbatibus liceat cellas habere in quibus monachi sunt, aut canonici & a[illegible], ne minus du[illegible] monachos habitare permittat.*

5. *Ut Schola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt.*

6. *Ut in præcipuis solennitatibus reficiantur: id est, In Natale Domini, in octavis Domini in Epiphaniâ, in Pascha quoq; & Ascensione Domini, in Pentecoste, & in Sanctorum festivitatibus, id est, sancti Stephani beati Johannis Evangelistæ, in Natali Infantium, in Purific[illegible], in Assumtione seu Nativitate sanctæ Mariæ: similiter [illegible] apostolo um festis, in sancti Johannis Baptistæ, in [illegible] [illegible] sancti Martini, seu Natali cujus[illegible] et Sancti cujus honor in qualicunq; parochiâ specialiter celebratur.*

7. *Ut in Parasceve non aliud, nisi panis & aqua sumatur.*

8. *Ut benedictio post completorium a sac[illegible] [illegible]: & deinde aqua benedicta ant[illegible] dormitum, super capita [illegible] a Priore [illegible]spergatur.*

9. *Ut de omni[illegible] [illegible], tam Ecclesiæ, quam fratribus, decima pauperi[illegible].*

10. *Ut opus b[illegible] in Prioris consistat.*

11. *Ut in octavis Paschæ vacantur.*

12. *Ut, præter [illegible] Psalterii, Psalmi speciales pro eleemosynariis & defunctis canantur.*

13. *Ut in hebdomada Pentecostes non flectantur genua: & non jejunetur, nisi tantum [illegible] jejunii, natura temporum, jejun[illegible] [illegible] Annuntiatione [illegible] Assumtione Nativitate. Jejunatur [illegible] in Natali omnium Apostolorum, seu sancti Johannis Bapt[illegible] de martyrio, seu in Natali cujuslibet Sancti [illegible] [illegible] tam [illegible]*

14. *Ut Laicis in [illegible] causa manducandi [illegible] bendi, non duca[illegible]tur.*

15. *[illegible] quoties necessitas exp[illegible] [illegible]menta, calceamenta, & omnia nec[illegible] fratri [illegible]*

16. *Ut monachus, pro[illegible] alia, scabiis dimbus cucullâ velatus capite.*

17. *Ut puerum pater, aut mater, altari tempore oblationis offerant, [illegible] petitionem [illegible] laicis testibus faciant: quam [illegible] intelligibili ipse puer confirmet.*

18. *Ut, qui præponuntur, [illegible] vocentur: hoc est, paterna reverentia.*

19. Ut junior Decanus reliquis decanis [illegible] Abbate vel Præposito præsente, locum proprium teneat.

[illegible] Ut Præpositus D[illegible] cellarii [illegible] de eorum monasterio, nisi causa utilitatis aut necessitatis, non commoveantur.

21. Ut infantes oblati [illegible] carnem, nisi causa infirmitatis, non manducent.

22. Ut mensura cucullæ duobus consistat cubitis.

23. Ut dormitorium juxta oratorium constituatur, ubi supervenientes monachi dormiant.

24. Ut Canonica [illegible] cum monachis in itinere, nisi ad generale placitum, non [illegible].

25. Ut Monachi apud dispositas præter villosas, non habeant.

[illegible] Ut duo tantum signa, ad tertiam, sextam, nonamque pulsentur.

27. Ut Abbas, Præpositus vel Decanus, quamvis presbyter non sit, Lectionibus benedictionem tribuat.

28. Ut docti fratres eligantur qui cum hospitibus loquantur.

29. Ut defunctorum [illegible] ex [illegible] a sanguine & corpore Christi fiat, quousque culpas illius confiteatur.

30. Ut, si frater adversus fratrem pro qualibet culpa, testimonium protulerit, fratri perfectiori credatur.

31. Ut Psalmus invitatorius, & Gloria pro defunctis non cantetur.

32. Ut baculis Monachi, pro necessitate, aut infirmitate, ferantur.

33. Ut ad capitulum primitùs martyrologium legatur, & dicatur versus: deinde regula aut homilia qualibet legatur.

34. Ut quando fratres jejunant, post sextam dormiant, hoc est æstivo tempore: post hæc celebrent Missam.

35. Ut, data a Priore sapone & unctura mensurâ, & reliqua, quæ ibi sunt necessaria a[illegible] suos, habeant lectum, propter causam infirmitatis.

36. Ut lectio ad capitulum tradatur similiter ad collationem, si tempus fuerit opportunum.

37. Ut qui noxa tenetur, die dominica remissius habeat; & veniam non petat.

38. Ut pro Abbate defuncto, anniversarium fiat officium.

39. Ut ad Missam, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicant stantes: post hæc, Pater noster [illegible] alias orationes, genua flectentes, quando tempus opportunum est, dicant.

40. Ut volatilia, in Nativitate Domini & Paschâ, tantum octo diebus, si fuerit unde, aut qui voluerint, comedant.

¶ Et postea eodem anno hæc.

1. Ut Abbates suam regulam [illegible] intentes, pleniter legant & intelligant: Domino que opitulante, efficaciter cum monachis suis implere studeant.

2. Ut Monachi omnes, qui possunt, memoriter regulam disc[illegible].

3. Ut officium divinum juxta quod in regula sancti Benedicti continetur, celebrent.

4. Ut in jejunio quatuor temporum, nullus cibus sumatur antea, nisi ille, sicut in Quadragesima constitutum est a sanctis Patribus: similiter in capite jejunii.

5. Ut in coquina, in pistrino, & in cæteris artium officinis propriis manibus operentur.

6. Ut nullo unquam tempore post v[illegible] dormi[illegible] di ne[illegible] contigerit eis ante horam [illegible] ad lectos redeant suos.

[illegible] Ut non in Quadra[illegible], ne in [illegible] ba, in alio enim tempo[illegible] semel [illegible]

[illegible] Ut poma [illegible] quan[illegible] omi[illegible].

[illegible] Ut certum pl[illegible] que [illegible] quod ne[illegible] datur [illegible]

[illegible] Ut quando jeju[illegible] betur priusquam [illegible] hortum [illegible]

[illegible] Ut [illegible] Pé[illegible] suo [illegible] fuerit Mon[illegible] culpa [illegible] D[illegible] pe[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Ut filii videlicet, [illegible] sive alio fratre [illegible] in vitâ non diregantur.

13 Ut sibi compatres [illegible] non faciant: & nullam unquam quamlibet mulierem os[illegible]tur.

[illegible] Ut n[illegible] pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus, non flagellentur [illegible] semper sit [illegible]

[illegible] Ut si necessitas fuerit, eo tempore [illegible] frugibus colligendis constitutum legendi [illegible] & pausandi tempus permutatum & operantur, [illegible] murmurent.

16 Ut quart[illegible] ante nonam, aut post nonam si necessitas erit, juxta Prioris arbitrium [illegible] operâ.

[illegible] Ut in Quadragesima, libros de Bibliotheca, secundum [illegible] dispositionem [illegible] ut Prior decreverit [illegible]

18. Ut in vestimenta, nec multum vilia, nec multum preciosa, sed mediocria, dentur.

[illegible] Ut si infra posita mensura [illegible] ne [illegible] appiam augere in [illegible] in hoc omnino providcat, ut camisias duas, tun[illegible] una, & [illegible] pedules quat[illegible], ad talos unum fasciol[illegible] duos.

20. Ut in Quadragesima [illegible] sicut in alio tempore [illegible] pedes lavent & ant[illegible] decantent. In Cœna vero Domini, pedes lavet [illegible] Abbas lavet & osculetur [illegible] manu propria poculum eis porrigat.

21. Ut in hebdom[illegible] non [illegible] sed lectio divina ab omnibus teneatur, [illegible] Pentecostes, & in omnibus diebus dominicis [illegible] in Natali Domini, [illegible] in omnibus Sanctorum festis præcipuis.

[illegible] Ut mandatum [illegible] tempus canonicum, tam fratrum, quàm etiam peregrinorum [illegible] fiat.

[illegible] Ut ea quam Monachis suis habent mensurâ sint Abbates contenti, in mand[illegible] in [illegible] bendo, in [illegible] miendo, in vestiendo, in operando, quando in aliis non necessariis utilitatibus occupati.

24. Ut villas frequenter, & nisi necessitas coegerit, Abbates non circumeant [illegible] Monachis custodiendas committant: & si eos ire ad eas necessitas fuerit, expleta necessitate [illegible] ad sua monasteria redeant.

25 Ut Abbas [illegible] quispiam fratrum, ad portam monasterii, cum hospitibus non reficiatur. In refectorio autem, omnem eis humanitatem manducandi exhibeat [illegible] mensura contentus sit, quam cæteri fratres [illegible] hospitem [illegible] ad [illegible] mensam cum fratribus, [illegible] aliquid augere in suâ maneat potestate.

[illegible] Ut in domo infirmorum non manducent sine licentia Prioris, neque bibant.

[illegible] Ut servitores non [illegible] unam mensam sed in proprio loco, post lectionem [illegible] quibus eadem lectio, quæ fratribus recitata e[illegible]tur.

[illegible] regula jubet [illegible]

[illegible] immutatur

[illegible] Ut [illegible] monasterium post Abbatem, [illegible] in habeat potestatem.

[illegible] Ut Mona[illegible] monachus sit, non constituatur Præpositus.

32 Ut senatorum, monasterium circumeuntium, quidam cum fratribus in obedientiam exeant, quidam in mon[illegible] propter custodiam, remaneant.

33 Ut novitio non facilis monasterii tribuatur ingressus: & [illegible] hospitum, probationis causa hospitibus serviat. Rerum [illegible] quas habet parentibus suis, aut monasterio [illegible] Expleto probationis suæ anno se undique, quod regula præ[illegible] tiat. [illegible] vestimenta pr[illegible] priusquam obedientiam [illegible] regulam sancti Benedicti, p[illegible] ionem in Ecclesia faciat.

34. Ut quando fratres post sextam [illegible] lucrat [illegible] aut in lect[illegible]

[illegible] Ut [illegible] fratres [illegible] [illegible] [illegible] in T[illegible] Synodis

Synodis: quæ, in cap. de Synodis, ejus rei studiosus Lector inquirat.

Monachorum studium esse, nemini molestiam exhibere, neminem concutere, nemini calumniam facere, neminem detestari; sed erga omnes misericordiam & benevolentiam exercere; & ea aliis præstare, quæ sibi fieri velint: Monachi Fuldenses, *in epistolâ ad Ludovicum* indicant.

Anno Domini 854. Monachis Lindisfarnensibus concessum est, bibere vinum, aut cerevisiam: cùm hactenus lac, aut solam aquam, bibissent.

Piscibus vesci, Monachis licere, *Haymo* * indicat. (* in Ps. 80.)

Sinè Abbatis veniâ, non licebat Monachis foràs monasterium ire. Quare *Rabanus*, in epistolâ ad Brunvvardum abbatem, scribit: *Concede presbyteris tuis, ut veniant ad episcopum suum; & petant ab eo veniam, propter excessus suos; quibus contra ejus voluntatem, & contra sacros Canones, egerunt.*

Non valebant contractus, ab Abbate & Monachis facti, de rerum emtione aut commutatione, sinè Regum assensu. Quare Monachi Fuldenses petunt; ut Carolus commutationem, quam fecerant cum quâdam matronâ, confirmaret. Iidem *in Epistolâ ad Ludovicum* fatentur, se esse sub ejus jurisdictione.

Processionem Monachorum Cassinensium, quam observabant tertiâ post Pascha, describit *Leo Hostiensis, de Cassinensi Cœnobio.** (* lib. 1. c. 34.)

De tonsurâ Monachorum, exstat *Canon 23. Synodi Moguntinæ.*

¶ Singuli distributas operas habebant: ac quidam ex iis artificia manuaria calluerunt. Sic Tanto monachus tintinnabula fudit. *Aventinus.** Lazarus monachus pictor fuit. *Zonaras.** (* lib. 4. * Tomo 3.)

Quidam codices & missalia sacra describebant: ut patet *ex epistolâ Jattonis ad Otgerium archiepiscopum, & Ludovicum.* Idem monachos ac virgines sacras jussit, libros omnium professionum transcribere. *Aventinus.** (* lib. 4.)

Quidam etiam Nigromantiæ dediti fuerunt. Talis celebratur Theodorus, Santabarenus monachus, *à Zonarâ.*

¶ Leges & statuta Monialium.

Nec clericus, nec monachus juvenis, ad puellarum congregationem habeant accessum; nisi aut paterna, aut germana necessitudo, probetur admittere. Canon 7. Arelatensis Synodi.

Juniores viduas, antequàm probata sint, citò velare, prohibet Canon 27. Synodis Arelatensis.

Et *virgines, ante 25. annum ætatis, velare, nisi in casu necessitatis*, ibidem interdicitur.

Abbatissa, cum viris, clericis sive laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quicquid cum masculis, de rebus necessariis, peragere debet; à primâ horâ usq; ad vespertinam peragat: & hoc non cum singulis; sed coram pluribus. Canon 55. Cabillonensis.

Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur; nisi per licentiam episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet. Canon 57. Cabillonensis.

Sanctimoniales habeant studium in legendo, & in cantando, in Psalmorum celebratione, sive oratione: & omnes, exceptâ quã infirmitas tenet, in dormitorio dormiant; & omnibus diebus ad collationem veniant. Canon 59. Cabillonensis. Et in sequenti Canone prohibentur *in cellis suis edere aut bibere cum masculis.* Et in 62. Can. jubentur *se-se in monasterio continere, & nusquam pedem efferre; nisi ab Abbatissâ aliquò fortè mittantur.*

Sanctimoniales, in monasterio constitutæ, horas Canonicas, matutinam videlicet primam, tertiam, sextam, nonam vespertinam, completorium, pariter celebrent. Canon 59. Cabillonensis.

Sanctimoniales fornicantes, post tertiam verberationẽ, in carcerem mittebantur; ibique cum pane & aquâ, per annum, pœnitentiam agebant: juxta Bonifacii decretum, in Synodo factum, anno Domini 742. *Rabanus in epistolâ ad Humbertum.*

¶ Castitas Monachorum & Monacharum. *Humbertus episcopus, in Epistolâ ad Rabanum*, queritur, fornicationis ludibrio non solùm laicas; sed etiam ecclesiasticas diffamari personas: & maximè in illis locis, ubi sanctimonialium fœminarum casta debuit esse conversatio. Tam spurca enim ibidem, in aliquibus locis, fieri narrantur libidinis inquinamenta: ut incesti crimen pro nihilo ducatur. & cùm tanta infamia in ore vulgi indè circumquaque disseminetur: nulla pro hoc talibus personis nascitur erubescentia, ac ordinis reverentia; sed, sub prætextu ac velamine consanguinitatis, quasi sub specie pietatis, celant sordes impietatis. In hujusmodi, *Rabanus*, gravem vindictæ severitatem, si tam nefandæ rei veritas cognoscatur, vult exerceri. Ubi verò scelus latet; propter suspicionem, nullam vult geri vindictam. Probat id Scripturæ testimoniis, de non vindicando: itèm exemplo Dei, qui non statim post clamorem punivit Sodomitas.

¶ Vestitus eorum erant; cuculla, casula, cappa, vel scapulare, vel melotus, vel amphimallus: cingebantur funibus aut cingulis. Et singulæ nationes, suum peculiarem habebant habitum Monachi; sed non utebantur femoralibus: ut *Carolus Calvus in epistolâ ad Clerum Ravennatem* indicat. ubi tamen non contra regulam esse asserit; si Abbatis consensu quis femoralibus utatur.

In Ravennatensi ecclesiâ, Monachi, ad regimen Ecclesiasticum vocati, & Episcopi facti, sacerdotali habitu utebantur. Sed in aliis ecclesiis Monachi, etiam in episcopatu, suas monasticas vestes retinebant: ut patet *ex epistolâ Cleri Ravennatis ad Carolum, & ex responsione Caroli.*

Monialibus Bruteshusii, Nicolaus Papa, albis vestibus concessit uti. *Chronicon Saxoniæ.*

¶ Superstitiones monasticæ multæ sunt. ut sunt, Cultus reliquiarum; quas hoc seculo etiam in monasteria transferre cœperunt. Ac pleræque translationes reliquiarum, per monachos hoc seculo leguntur factæ. Sic Valentini & Genesii cadavera, in Augiam translata scribuntur à Sigeberto, anno Domini 828. Reliquiæ Hermetis martyris, à Lothario in Gallias missæ, ad Indam monasterium repositæ sunt, anno Domini 851. *Sigebertus.* Corpus Mauri in Burgundiam, ad Fossacense cœnobium, transfertur, ut tutum sit à Nortmannis: anno Domini 869. *Sigebertus.* In Gandesheimensi cœnobio, Anastasius & Innocetius martyres culti sunt. *Chronicon Quedlinburgense.* Vincentii corpus, monachus Andaldus, à Valentiâ Hispaniæ civitate, ad Benedicti cœnobium deportavit anno Domini 855. *Annonius.** Monachi Fuldenses, in epistolâ suâ ad Ludovicum Imperatorem, qua pro Bernhardo filio ejus intercedunt, apertè nugantur; ipsum Bonifacii spiritum, cum adjunctis sibi spiritibus omnium sanctorum Martyrum & Confessorum, Kiliani, Albani, Nazarii, Ferrucii, Wicberti, Antonii, Eonii, Emmerani, atque cunctorum, qui, per latitudinem regni Ludovici, diversa loca suis sacris ossibus ornant, idem ab Imperatore postulare: ut scilicet filium suum in gratiam recipiat. (* lib. 5. c. 40.)

Adoratio Imaginum. Monachi ad Manuelem inquiunt: Si cultui sacrarum imaginum suffrageris; & Imperatricem ad eandem cohorteris: non multo pòst, & corporis vires recuperabis; & animi salutem adipiscèris. *Zonaras.** (* Tomo 3.)

Fiducia operum suorum; & nimia commendatio suarum precum. Sic Monachi Fuldenses, in epistolis suis ad Ludovicum Imperatorẽ, & alios Reges Francorum, prolixè jactitant suas, quas pro ipsis faciant, preces.

Missificatio superstitiosa, & Baalismus. Nam etiam in Virginum cœnobiis, Presbyteri & Diaconi Missas celebrarunt: ut patet *ex Actis Synodi Arelatensis.** Monachi Fuldenses, pro Rege Francorum, qui in Bulgariam susceperat expeditionem, & patre & exercitu ejus, in Quadragesimâ mille Missas, & totidem psalteria, se murmuràsse jactitant: *in epistolâ ad eandem.* [Quasi verò Deus Baaliticis & Pharisaicis prolixis delectetur orationibus! *Matth. 6. v. 5. & 7.*] (* Tomo 2 Concil.)

Peregrinatio ad loca sancta; & maximè ad urbem Romanam: ut patet *ex epistolis Hattonis ad Leonem, & Theotonis ad Benedictum.*

¶ Sæpè pro sceleratis intercesserunt Monachi & Abbates, tanquam insignes scelerum patroni. Sic Theoto, in epistolâ ad Nicolaum Pontificem, rogat; ut Albinum nepo-

tem suum, qui Caroli Regis filium vulneraverat, tueatur. A Ac monachi Fuldenses, pro eodem intercedunt ad Ludovicum. Itèm in aliâ epistolâ, pro Bernhardo, filio Ludovici, orant, ut in gratiam recipiatur. Et Abbas Fuldensis, in epistolâ ad Marquatdum Prumiensem, petit, ut, pro Ebbone restituendo, ad Carolum Imperatoris filiũ intercedat.

¶ Abbates diversorum monasteriorum, inter se invicem conjuncti erant, consensu regulæ, mutuis precibus & officiis. Nam Theoto Fuldensis, Adelgarium abbatem Viti, ad se, ad festum Bonifacii, invitat; seque ejus precibus B commendat: *in epistolâ ad eundem.* Rabanus, in epistolâ quâdam, abbatem, officio suo dejectum, consolatur multis Scripturæ testimoniis.

CASUS CIRCA MONASTERIA.

1. Rex Bulgarorum, habitum monasticum deposuit; cùm videret, filium suum idololatriam Gentilium instaurare: atque arreptis armis, filium capit; & juniori regnũ tradit; atq; ad monasterium redit anno 865. *Sigebertus, Regino.** [* lib. 2.]

2. Leo IV sanxit; ut, sicut spontè monasterium ingressis nõ liceat egredi: ità nec præter suam voluntatem intrusi retineantur: quia, quod quis non petat, id haud ullo modo observet. *Luitprandus.* C

3. Filiis aut filiabus, à Parentibus in ætate puerili in monasteria traditis, prorsus negãt licere egredi, & nuptias contrahere: ne votum, à Parentibus factum, irritum reddatur. *Canone 22. & 23. Synodi VVormaciensis.* [Hoc quid aliud est; quàm approbare crudelitatem Parentum, qui suos natos Molocho impiè sacrificabant?]

4. Godescalcus, qui invitus & coactus votum monasticum fecerat, in Synodo Moguntinâ absolutus est. *Hatto, in epist. ad Otgarium.* D

5. Cœperunt quidam Reges, Comites, & Præfecti monasteria, prædia, & alias res cœnobiorum occupare; & vice Abbatis sub se Monachos habere & regere; ac reditus illos possidere. Sed *Carolus Magnus* id planè damnat & vetat, *in Concessione privilegiorum.*

DE EREMITIS.

Plura sunt genera Monachorum. Cœnobitę; quos nos in communi viventes possumus appellare. Anachoretę sunt, qui propter cœnobialẽ vitam deserta petunt, & soli E habitãt per deserta: & hi etiã Eremitæ vocantur. *Rabanus.** [* lib. 4. de rerum propr. cap 6.]

Nicolai Eremitæ meminit *Paulus Diaconus.** Megintadus, Augiensis monachus, non procul à Tiguro cellã struxit; anno Domini 860. ibique jejuniis & orationibus Antichristo serviit. [contra Christi edictum. Matth. 24.* *Si dixerint, Ecce in cella, ecce in eremo Christus est; nolite exire.*] *Bruschius. Sigebertus.* [* lib. 24.] [* ver. 26.]

Eremitæ soli erant: sed non habitabant in saltu; verùm in amœnitate viretorum. *Haymo.** [* in cap. 7. Mich.]

MORES CHRISTIANORUM.

Occurrunt in historia hujus seculi, tum virtutũ, tum vitiorum exempla: quorum aliqua annotabimus. F

EXEMPLA VIRTUTUM.

Prima Tabula Decalogi.

Patientia in cruce. Irene, à Nicephoro, servo suo, Imperiali dignitate dejecta, inquit: Ego quidem Deo acceptum refero, quòd me orphanam & indignam ad Imperii clavũ collocavit. Quòd verò me jam dejici permittit; meis peccatis adscribo. In cunctis autem, ac talis omnibus, sit nomen Domini benedictum. *Paulus Diaconus.** Et Carolus G Crassus patienter tulit suorum omnium defectionem; & Arnulphi successionem. *Regino.** [* lib. 23.] [* lib. 2.]

Studium religionis. Religionis divinæ plurima Carolo fuit cura. Psallendi legendique officia in Ecclesiâ discrevit: ipse se choris psallentium immiscuit: coram se, ubicunque esset, divinum peragi religiosè curarit officium ac ministerium: Sermones Patrum, Homilias Sanctorum, nec minùs Martyrologia, diligenter inquiri atque conscribi jussit. *Crãtzius in Saxonia.** Alfredus, Rex Anglorum, Psalmos & H orationes in unum libellum compegit; quem Manualem appellans, secum jugiter tulit. Scholam Oxoniæ aperuit: Psalterium transferre cœpit. *Raynulphus.** [* lib. 2. c. 9.] [* lib. 6. c. 1.]

Humilitas. *Rabanus* in epistolâ ad Simoné magnũ sacerdotem, inquit: *In Sermonibus meis, si aliquid gratũ vobis inveneritis, ad Dei laudem referatis. Cæterùm, si qua vituperanda perspexeritis, nostra imperitiæ atq; fragilitati deputetis.* Eadem verba repetit, in epistolâ ad Eberhardum Comitem.

Jusjurandum. Ludovicus, in summo periculo constitutus, Adalgiso juraverat: quòd nunquam fines Beneventanorum esset ingressurus; neque ulterius injuriam ab ipso illatam. Sed à Pontifice absolutus ab istâ obligatione, ipse quidem non venit eò; sed Reginam suam, cum exercitu, ad exercendum vindictam in hostem, misit. *Regino.** [* lib. 2.]

Secunda Tabula.

Quinto 10. Studium & cura parentum in avocandis filiis à superstitionibus. Cùm Theophilus Imperator cognovisset, Theoctistam filiabus suis, ad se venientibus, proponere imagines Sanctorum; easque murmusculis pellicere, ad earũ exosculationem & adorationẽ: non permisit illas ampliùs ad aviam superstitiosam venire. *Zonaras in vitâ ejus.*

Fortitudo in bello. Nicephorũ Imperatorem, in acie jamjam capiendum, viri quidam fortissimi liberant. *Paulus Diaconus.** Insigne exemplum fortitudinis in Hurfando, Duce Britonum, *Regino** proponit. Is enim cum mille viris, Pasquitani exercitum, qui erat ad tria millia virorũ, aggreditur, & victoriam obtinet, plerisque omnibus cæsis. Et postea in lecto decumbens, se-se in aciem produci jussit: suisque iterum autor fuit victoriæ. [* lib. 24.] [* lib. 2.]

Mansuetudo. Ludovicus, in conventu ad villam Theodonis, iis, qui cum Bernhardo nepote suo contra se conspiraverant, non modò vitam donavit; sed etiam possessiones, judicio Legis in fiscum redactas, restituit: & Hardũ & Bernhardum, ab exsilio revocatos, in Corbejense cœnobium remisit; ac de suâ nimiâ asperitate publicam confessionem fecit, & pœnitentiam egit. *Annonius.** [* lib. 4. c. 108.]

Studium discendi. Carolus, inter cœnandum, aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiæ, & antiquorum Regum gesta. Delectabatur & libris Augustini; præcipuè iis, quos de Civitate Dei inscripsit. *Eginhardus in vitâ Caroli.* Agarenorum Principẽ, theoremata erudita & philosophica studiosè audiisse, & Geometricis methodis deditum fuisse, *Zonaras* prodidit.

Diligentia in annotandis rebus memoriâ dignis. Carolus, cũ se de nocte in lecto reponeret, solitus erat, ad caput suum, pennam & encaustum cum pergameno reponere: ut, si in strato aliquid utile, futuro tempore faciendum, cogitatui occurreret, signare posset; ne è memoriâ laberetur. Habebat etiam, circa lectum suum, parietem cerâ litum, & stylum: ut, si quid ei in tenebris occurrisset, consignaret. *Eginhardus in vita Caroli, & Henricus Erfordiensis.*

Liberalitas. Michaël Imperator, & Procopia Augusta, erga sacerdotes, senatores, monachos & pauperes, se-se exhibuerunt beneficos. *Paulus Diaconus.** [* lib. 24.]

Idem Christianis, ex Ægypto & Syriâ, ob Saracenorum crudelitatem, ad se confugientibus, hospitia, & aliquot auri talenta, prębuit. *Idem.** Adelfredus, cunctos reditus in æquas duas partes divisit: primam hæredibus suis reliquit: alteram, partim pauperibus suæ regionis, partim monasteriis, partim scholasticis, partim transmarinis Ecclesiis, æqualiter distribuit. *VVilhelmus.** [* lib. eod.] [* lib. 2. c. 10.]

Defensio subditorum & miserorum. Cùm Crumnus, Bulgarorũ rex, a Michaële postularet; ut aut fugitivos & profugos restitueret, aut bellum expectaret: Imperator potiùs bellũ voluit sustinere, quàm miseros & calamitosos Christianos tyranno reddere. *Paulus Diaconus.** [* lib. 24.]

Justitia. Ludovicum nemo muneribus corrumpere potuit: neque quisquã ab eo ecclesiasticam aut politicam dignitatem, assecutus est pecuniâ. *Regino.** Theophilus justitiæ cultor erat; & gravem se ac inexorabilem delinquentibus præbebat: rerum venalium curam habebat, &, quanti quęque venderentur, curiosè per forũ transiens indagabat. Quòd si qua magno venirent: Pręfecto, de iis interrogato, vel magistratum abrogabat, si peccasset; vel objurgato eo, quid agendum esset, præscribebat. *Zonaras.* [* lib. 2.]

Conservatio ordinum & dignitatum. Appulit aliquando ad Regiæ portum navis oneraria, pondere sarcinarum gravis; eoque usque ad extremum vinculum demersa. Imperator, supernè prospectans, navemque admiratus; per pe-

dissequum,

dissequam, cujus ea sit, percontatur? Ut Augustæ esse cognovit, recens à mercaturâ reductam, quam ab Imperatrice missi in Syriæ partibus fecissent: si quid sarcinarum in navi haberent, id statim efferre jussit; & nihil, quod ad Augustam pertineret, attingere. Quo facto, pulsis indè nautis, græco igni injecto, navim cum ipsis sarcinis cremavit, Imperatricem maledictis insectatus. Nam, cùm me Deus (inquit) Imperatorem designârit; tu me naucleum facere contendis. Scito autem, mercaturam privatis hominibus esse attributam: ut eâ tolerandæ vitæ occasionem habeant. Quòd si nos, præter Imperii opes, etiam mercaturæ emolumenta interceperimus: undenam fortunæ tenuioris homines victum comparabunt? *Zonaras.*

Usus bonorum. Alfredus, Rex Anglorum, cunctos suos reditus in æquas duas partes dividebat, rursusque primam in tres: quarum primam, ministris suis curialibus; secundam, operatoribus, quos jugiter in novarum ædium exstructionibus, mirabili & ignoto Anglis modo, habebat, tertiam advenis. Secunda pars redituum ità dividebatur: ut prima portio pauperibus regionis suæ; secunda monasteriis, tertia scholasticis; quarta transmarinis ecclesiis, daretur. *Wilhelmus Malmesburiensis.*

EXEMPLA VITIORUM
contra I. Tabulam Decalogi.

Idololatria. Nicephorus immolationibus, oraculis, & incantationibus Manichæorum, deditus fuit. *Paulus.* Romani, Galli, Germani, passim reliquias coluerunt; & Sanctos, tanquam deos suos, venerari sunt: ut suprà diximus.

Invocatio deorum alienorum. De te, Maria, canimus: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ; tu nos ab hoste protege; in hora mortis suscipe. *Idiota.*

Fiducia auxilii Sanctorum. Leo, à Bulgaris obsessus, consolatur populum; quòd Deus inopinatè, per intercessionem intemeratæ Dei-genitricis & Sanctorum, esset opem laturus. *Paulus Diaconus.*

Artes magicæ. Canon 42. Turonensis. Et monachû Theodorum Sâtaberenum, præstigiatorê fuisse, *Zonaras* indicat.

Obstinatio. Nicephorus, clamores pauperum audiens, dixit ad Theodosiû: Si Deus obdurans obduravit cor meû, ut Pharaonis; quid boni erit his, qui sub manu meâ sunt, à Nicephoro? & postea: Quis ibit, & decipiet Achab? Quia sive Deus, sive Adversarius, trahit me nolêtê. *Paulus Diaconus.*

Perjuria. Nicephorum, multis perjuriis insignem, demonstrat *Paulus.*

Contemtus Ministerii, & persecutio. RABANUS, in epistolâ ad Hadubrandum archipresbyterum: *Audiebam, populum tua cura subjectum, contra te murmurare, & de ægritudine tuâ gratulari.* Et Laici Presbyteros, absque Episcopi judicio, ex Ecclesiis ejiciebant; & alios pro suo arbitrio surrogabant. quod vetat *Canon 4. Synodi Arelatensis.* Et Carolus Rex ad Nicolaum scripsit; majorem partem suorum Episcoporum, dies & noctes, cum aliis fidelibus, contra piratas vigilare. *Caus. 23 quæst. 8.*

Contra II. Tabulam.

Magistratûs negligentia, in administradâ justitiâ. Humbertus episcopus Rabano questus est; superbos multiplicia passim, ob feritatem animi, committere parricidia: qui nec seculari vindictâ, nec ecclesiastica coërcentur disciplinâ. ut patet *ex epistolâ Rabani ad Humbertum.* Carolus, Galliæ Rex, stolidus, ac quotidie magis desipiens, seditiosos animos turbulentis in se parare coëgit. *Simoneta.*

Disciplina neglectus. At nunc, quò majus est studium, in varietate præbendâ ciborum & poculorum, & in cultu vestium atque domorum habendo: eò minor est diligentia, in observantiâ bonarum disciplinarum, & major iniquitas, in transgressione divinorum mandatorum. *Rabanus.*

Apostasia. Carolus Rex Francorum, Carolomannum filium, qui, abjecto habitu sacerdotali, quem invitus & coactus induerat, regnare moliebatur, cepit, & oculis privavit. *Sigebertus, anno Domini 872. Regino.*

Ingratitudo. Nicephorus servus Irenes, omnium beneficiorum dominæ immemor, eam imperio privat, & in exsilium mittit. *Paulus Diaconus.* Carolus Crassus, à Principibus Francorum, post multa præclara facinora, removetur ab Imperio: & à suis desertus, ab Arnolpho successore victum humiliter petit. *Regino.*

Temeritas. Carolus juvenis, experiri cupiens Albuini audaciam, & celebrem fortitudinem, alium se simulat: & ex venatione redeunti occurrit, armis & equo instructus; illumque conatur capere, & abducere. Sed ille, evaginato gladio, caput ejus ferit; & in terram dejecto vulnera infligit, atque armis & equo spoliat, ignarus Regis filium esse: qui paulo post obiit. Albuinus verò, fugâ periculum mortis evasit. *Regino.*

Monomachia. Monomachiam (inquit Nicolaus Pontifex) in legem non assumimus; quam præceptam fuisse non reperimus. quia, licet inisse quosdam legimus, sicut sanctû David contra Goliath prodidit historia: nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sanxit autoritas. Cum hæc, & hujus sectatores Deum solum tentare videantur. *Caus. 2. quæst. 4. & Antoninus.*

Cædes. Multi ex Christianis, qui jussu Nicephori in Sclavinia versabantur, suis bonis mulctati, suspendio sibi vitam abstulerunt. *Paulus Diaconus.* Per comessationem, ebrietatem, & turpia verba ac joca in conviviis celebrata, [illegible] atque homicidia perpetrantur exceptis his, quæ latrones, & maligni homines, quotidie in insidiis, ob cupiditatem agere solent. *Rabanus, in epist. ad Humbertum.* Quidam in Humberti parochiâ in ecclesiam irruperat, & sicarium, qui fratrem ejus occiderat, unà cum cognatis suis eò confugientibus juxta altare interfecit: & capsas cum reliquiis Sanctorum, & cruces, huc illucque dispersit. *Rabanus in epistola ad Humbertum.* Basilius Michaëlem, patronum suum adoptivum, interfecit. *Zonaras.*

Seditiones. Contra Nicephorum aliquoties seditiones excitatæ scribuntur, in vitâ ejus, *à Paulo Diacono.* Etiam contrà Michaëlem turbas movens & Constantini filios ad Imperium restituere conatur. *Paulus.* Hucbertus abbas, frater Thietbergæ, contra Lotharium seditionem movet; & tandem à Comite Conrado interficitur. *Regino.*

Crudelitas. Nicephorus, irrationabilia quoque animantia, & infantes, & omnem ætatem, miserabiliter occidi jussit; & cadavera interfectorum spoliata abjecit insepulta. *Paulus Diaconus.*

Libidines. Stauratius alterius sponsam duxit: & duas alias virgines, quas ex cœtu plurimarum delegerat, in die nuptiarum stupravit. *Paulus Diaconus.* Patrem & filium, vel duos fratres, vel avunculum & nepotem, cum eâdem uxore consuetudinem habuisse; patet *ex epistolâ Rabani ad Reginbaldum.* Lotharius Thietbergam reginam repudiat; & cum Waldradâ concubinâ suâ nuptias celebrat: & neptem Guntherii stuprât, & cum ludibrio ad avunculum remittit. *Regino.* Anno Domini 864.

Incestus. Quidam fratris sui uxorem dormientem compressit, in Thuringiâ: ut *Rabanus* indicat *in epistolâ ad Reginbaldum.* Bardas Cæsar, uxorê suam repudiavit; & cum nuru suâ consuetudinê habuit. *Zonaras.* Coitûs cum cane & vaccâ, exempla recitat *Rabanus, in epist. ad Reginbaldi quæstiones.*

Divortium. Ludovicus Balbus, absque consensu parentis, duxit Ansgardin uxorem: ex quâ cùm duos filios suscepisset: à patre suo coactus est, illius consuetudinem abjurare; & aliam conjugem ducere. *Regino.*

Furta. Quidam fratres Christianos furabantur, & Paganis vendebant. *Rabanus, in epistolâ ad Reginbaldum.*

Injustæ exactiones. Nicephorus Imperator injustis exactionibus, ob avaritiam suam, valdè dejectus fuit. Cerularius quidam erat in foro, ex laboribus suis locuples, & nihil agens, quo accersito omnium vox Imperator ait: Pone manum tuam in vertice meo, & jura, quantum sit tibi aurum. Qui parum, tanquâ indignus, recusans, coactus est ab eo facere hoc: & centum se libras habere dixit. Quas ille eâdê horâ auferri præcepit, dicens: Tu quid opus habes sollicitari? prande mecum: & tolle libras decem; & his vade contentus. *Paulus Diaconus.* *Zonaras.*

Sacrilegia. Nonas & decimas, quas, qui res ecclesiasticas tenent, solvere rectoribus ecclesiarum ordinati sunt, ad luminaria & stipendia clericorum, multis in locis abstractas esse vidimus. *Synodus Turonensis, Canon 46.*

A *Obtrectationes.* Nicephorus omnes Imperatores, suos antecessores, improvidos accusabat: & asserebat, neminem posse Imperatorē circumvenire; si voluerit strenuè principatum tenere. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.]

Mendacia. Nicephorus Irenæ amplâ promittit; si omnes Imperii thesauros sibi tradat: sed postea contrarium præstat, acceptis bonis. *Paulus Diaconus.** [lib. 23.] Idem Bardani Patricio, quem exercitus sui Imperatorem proclamaverant, scripto promisit securitatem: quod Patriarchæ & omnium Patriciorum subscriptione erat firmatum. B Sed tamen postea fidem fefellit: & sicarios subornavit, qui eum interficerent; & ad ecclesiam confugerent. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.] Constātinopoli quidam portam sepulcri Constantini subitò aperiunt; & quendam indè super equum elevant; & clamorem edunt, surrexisse Constantinum, ac ad Bulgaros debellandos tendere. Sed Præfectus ex aliquibus comprehensis fraudem agnovit. *Idem.** [lib. eod.]

Simulationes. Bardanem interfectum Nicephorus septem diebus luget, & in sicarios inquiri jubet: cùm tamen esset ejus necis autor. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.] C Adalgisus simulat se amicum Ludovici: & postea datâ occasione, cùm de illius consilio dimisisset copias suas, arcem, in quâ erat, obsidet; & flammis illum cogit jurare, quòd nunquam velit Beneventanorum fines ingredi. *Regino.** [lib. 2.]

Falsi testes. Contra Thietbergam, Lotharii conjugem, in Synodo Metensi, falsi testes dixerunt: quòd audierint eam confitentem, se cum fratre suo rem habuisse. *Regino.** [lib. eod.]

Perfidia. Nicephorus pactum de pace cum Saracenis violat; & sibi ac suis magnas clades accersit. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.] D Ludovicus Rex, contra jusjurandum, regnum fratris sui occupat; persuasus à seditiosis quibusdam Principibus, qui Carolo infensi erant, ob quosdam supplicio affectos. Sed postea illi ipsi à Ludovico deficiunt ad Carolum: eoque restituto, illum ex finibus suis propulsant. *Regino.** [lib. 2.]

RITUS CIRCA JUSJURANDUM.

Iuramenta ad reliquias Sanctorū fieri solebant. Sic Irene Nicephoro jurat, ad preciosa & vivifica ligna. *Paulus Diaconus.** [lib. 23.] Leo Papa, ferēs Euangeliū in basilicā Petri, ambonem conscendit: E invocatoque Sanctæ Trinitatis nomine, de objectis criminibus jurejurando se purgat. *Annales Francorum, anno Domini 800.* Sed tamen *Rabanus, in epistolâ ad Reginbaldum*, juramenta ad altare vel Sanctorum reliquias facta damnat, ut verbo Dei contraria.

Solitos etiam esse Francos, jurejurando aliquid confirmantes, stipulas dextris manibus tenere; easque ejicere coram Deo & Angelis ejus: patet ex *Supplicatione Populi ad Carolum.* Engiltruda Nicolao Pontifici jurat, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; & per quatuor Euangelia F Christi Dei, quæ ore osculabatur, & manibus suis tenebat: quòd velit Romam venire. *Regino.** [lib. 2.]

RITUS DEMONSTRANDI innocentiam.

Apud Francos hoc tempore in more erat, ut, innocentiam suam testaturi, ferrum candens manibus gestarent; aut in aquam calidam manus suas immitterent. Quòd si non lædebantur: testimonium erat innocentiæ. Sin verò lædebantur: signum erat, quòd rei essent. Solebat autem ferrum candens sic consecrari: *Deus judex justus, qui autor es pacis, & judicas æquitatem; te suppliciter rogamus: ut* G *hoc ferrum, ordinatum ad justam examinationem cujuslibet dubietatis faciendam, benedicere & sanctificare digneris: ita ut, si innocens (de prænominatâ causâ, unde purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus acceperit, illæsus appareat: &, si culpabilis atque reus, justissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarando, quatenus justitiæ non dominetur iniquitas, subdatur falsitas æquitati per Dominum nostrum, &c. Aventinus.** [lib. 4.]

Aqua verò calida his verbis: *Deus judex justus, fortis & patiens, qui es autor & amator justitiæ, qui judicas æquitatem; judica Domine, quod justum est: quia recta tua judicia sunt; qui* H *respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotēs, qui per adventum Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, Mundum salvasti, & per ejus passionem genus humanum redemisti: tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica, qui tres pueros, id est, Sa-* A *drach, Misach, Abdenago, jussione Regis Babylonis missos in caminum ignis, servasti: tu clementissime præsta, ut, si quis innocens in hanc aquam ferventem manum mittat, sicut tres pueros suprà dictos de camino ignis eripuisti, & Susannam de falso crimine liberasti; ità Domine manum illius salvam & illæsam perducas. At, si quis culpabilis, vel incrassante Diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere: tua justissima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore tuâ virtute manifestetur, & anima illius per pœnitentiam salvetur.* Ibidem.

B

RITUS INAUGURANDI Imperatores.

Imperatores Constantinopolitanos à Senatu & Ordinibus electos plerunque esse, testantur historiæ. Sic Michael scribitur electus. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.] Et Leo à Prætoribus, cum Patriarchæ consensu, Imperator constituitur. *Idem.** [lib. eod.]

Archiepiscopi & Patriarchæ solebant ab iis, quos suspectos habebant de pietate, ante inaugurationem, scriptam promissionem exigere. Sic Tarasius à Michaële chirogra- C phum accepit, de rectâ fide; & quòd à Christianorum sanguine manus abstinere, & sacris hominibus, & monachis, & omnibus ecclesiasticis viris, patronus esse vellet. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.]

Coronabantur autem in ambone Ecclesiæ: & post coronationem, munera archiepiscopo, clero, senatui, & populo, dabant: ut scribit de Michaële *Paulus.** [lib. eod.] Ac tandem ad regiam ibant: ut Leo fecisse scribitur ibidem.

Ad hunc modum Carolus Magnus scribitur inauguratus. Ipse, cùm die sacratissimâ Natalis Domini, ad Missa- D rum solennia, basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus; & coram altari, ubi ad orationem se inclinaverat, assisteret: Leo Papa coronam capiti ejus imposuit; cuncto Romanorum populo acclamante: *Karolo Augusto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria!* Post quas laudes à Pontifice, more antiquorum Principum, adoratus est: ac deinde, omisso Patricii nomine, Imperator & Augustus appellatus. *Annales Francorum, anno Domini 801.* Statuæ ejus ad aram Petri collocatæ: prætereuntes, capite adaperto, genua submittebant. *Aventinus.** [lib. 4.]

E Ludovicus à Stephano Papâ in Missâ coronatur; eique munera offert, & conviviis honorat. *Annonius.** [li. 4. ca. 102.]

Et Imperatrices. Procopia coronata, multis donis Senatum cumulat: & mulieribus militum Thematicorum, qui fuerant in Bulgariâ peremti, quinque talenta auri dedit. *Paulus Diaconus.** [lib. 24.]

¶ Vestitus Græcorum Imperatorum. Carolus, post adeptum Imperium, consuetudines Francorum vilipendens, Græcas glorias & insolitos habitus affectabat: & talari Dalmaticâ indutus, & desuper baltheo accinctus, pendente us- F que ad pedes; capite verò involuto velamine serico, & diademate superimposito, procedebat. *Sigebertus, anno Domini 876.*

CAPUT VII.
DE POLITIA ET GUBERNATIONE ECCLESIÆ.

SI Doctores hujus ætatis, cum superioris seculi viris conferantur; longissimo intervallo ab illis distare cognoscentur. G Nam neque Haymo, neque Rabanus, neque Angelomus, neque ullus alius, vel cum Bedâ, vel cum Albino, comparari ullo modo queat.

Plerique autem omnes ex monasteriis prodierunt: ubi non tam praxim, seu verum usum pascendi oves Christi certo Dei verbo, quàm otiosam theoriam, de ceremoniarum pompis, & theatricis ostentationibus, didicerunt. Nam Rabanus, ex Fuldensi cœnobio, ad Moguntinam ecclesiam venit. *Hatto, in epistolâ ad Leonem.* Et Theodulphus, abbas H Floriacensis, factus est episcopus Ambianēsis. *Raynulphus.** [li. 5. c. 30.] Hatto, abbas Augiensis, Moguntinus episcopus consecratur. *Regino.** [lib. 2.] Salomon, abbas sancti Galli, Constantiensis ordinatur episcopus. *Regino.** [lib. eod.] De plurimis aliis, in Capite de Vitis episcoporum dicetur.

Ac opor-

[illegible] apon [illegible] um m[illegible] nac [illegible]
[illegible] *[illegible] arolt [illegible] rum Ra-ven[illegible]* [illegible] pacemonach [illegible] & [illegible] e dot- [illegible] de[illegible] & parergi distiīcti [illegible] quid [illegible]

& [illegible] Nomenclatorem, defendentes causam Lothario [illegible] fecerunt. Cùm autem Paschalis eâ de re esset suspectus, purgavit se-se jurejurando. *Platina in vitâ ejus.*

Dissidium ob Imaginum cultum.

Cùm Leo Armenius, Imperator Constantinopolis, Imaginum cultum edicto prohibuisset: Nicephorus Patriarcha, & alii iconolatræ, pro concione & scriptis in eum invehuntur. Sed cum non possent verbo Dei suam opinionem probare. Nicephorus in exsilium deportatur. *Zonaras.** Qui postea a Michaële Balbo, per literas, & sui & imaginum restitutionem petit: sed non impetrat. Nam is, cùm ad Ludovicum Pium Legatos misisset, ejusque sententiam petiisset de imaginibus; nihil responsi accepit. *Balaus, in vitâ Eugenii.* Methodium & Euthymium, ob imaginum defensionem, malè tractavit. *Zonaras.* Theophilus etiam Imperator coactus est, Iconolatrarum turbas compescere, & quosdam pœnis afficere. *Zonaras.*

* Tomo 3.

SUB LOTHARIO.

Dissidium ob Imagines.

CUm Theodora, uxor Michaëlis, mortuo marito, ad Imperium cum filio venisset: cœpit Imagines restituere; & cultum ac venerationem earum improbantes removere, pœnisque afficere. *Zonaras.*

SUB LUDOVICO II.

Dissidium ob reprehensa scelera Imperatoris.

IGnatius, episcopus Constantinopolis, Michaëlem Imperatorem, qui uxorem suam sine causâ dimiserat, & cum nuru consueverat, à communione prohibuit. Id ille ægrè ferens, Ignatium in exsilium mittit: quem Legati Romani Pontificis in Synodo damnant, unà cum omnibus suis assectis. Quod ubi cognovit Nicolaus Pontifex; protestatus est, se Legatis suis id non dedisse in mandatis: scriptâque epistolâ ad Michaëlem Imperatorem, & aliâ ad omnes Catholicos in Asiâ ac Libyâ, acta Legatorum suorum rescindit: & Ignatii depositionem, & Photii consecrationem, illegitimam esse, pronuntiat. *Tomo 2. Conciliorum.* Sed postea Ignatius a Basilio restituitur, eo nomine; quòd non justè esset depositus. *Zonaras.*

Aliud simile dissidium.

Photius Patriarcha Basilio, ob cædem Michaëlis, sacris interdicit. Sed ille, dissimulans odium, colligit Synodum: quæ eum occupationis alienæ sedis accusat, & deponit; Ignatiumque restituit. Sed eo mortuo, postea & ipse recipitur. *Zonaras.*

Dissidium inter Pontificem Romanum, & Johannem Ravennatem.

Johannes Ravennas Archiepiscopus, veterem suæ ecclesiæ dignitatem & libertatem recuperare desiderans, Ludovici Imperatoris aulam sibi conciliat; gloriamq; beati Petri, hoc est, Pontificum principatum, damnat; & appellationem ad Pontificem vetat; ac illam peregrinationem versùs Romam, religionis ergò, incusat, ac prædia aliaque bona, quæ à Pontifice occupata erant, Imperio vel Ecclesiis restituit. Pontificii autem eum accusant, de his & aliis capitibus; criminaque plura fingunt: quòd temerè communicaret, quos vellet: quod alios bonis [illegible] spoliaret; alios carcere, alios ergastulis squalidis, præter jus & æquum affligeret; alios verò cogeret ea de se crimina fateri, quæ nunquam patrassent. Vocatur is aliquoties Romam, ad dicendum causam in Synodo. verùm [illegible] negat, se agnoscere Papam pro suo domino, & non comparet. Papa verò eum communione privat. Quod [illegible] ad aulam Ludovici queritur: quæ Legatos pro [illegible] ad N[illegible]m mittit. Excipiuntur [illegible] eo quod cum e[illegible] communicato consortium habeant: ac jubetur ad Synodum venire Johannes. Quod cum ille neg[illegible]eret [illegible] quidam Ravennates Senatores & Æmilienses a Pontifice petunt, [illegible] ab isto Johanne l[illegible]. Pontifex collectis [illegible] Ravennam [illegible]operat. Quo cognito [illegible] fugit. Sed cum eò venisset [illegible] jam [illegible] Johannem esse excommunicatum. Ideò [illegible] consortio abstinent; nec ei quicquam ver[illegible] patiuntur. & ipse ab Imperatore responsum accipit; ut ad Pontificem eat, eique se submittat: quem & ipse Imperator, & tota Ecclesia, agnoscat suum antistitem. Hac re ille motus, Pontifici coram Synodo fit supplex: eique se & totam suam Ecclesiam ita tradit, ut tantum non mancipium ejus fiat. *Liber Pontificalis. & Platina.*

Dissidium inter Romanos & Constantinopolitanos, de Bulgarorum diœcesi.

Bulgaria, olim Christiana, occupata a Scythis circa annum Domini 5[illegible]. gentiles superstitiones [illegible] quas iterum circiter annum 8[illegible]. abjecit, & ad fidem Christi conversa est. Cùm autem Pontifex Romanus, & Patriarcha Constantinopolis, potiùs ad prædam [illegible], quam ad salutem animarum, intenti essent: cœperunt disceptare inter se-se, utrius diœcesi illæ Ecclesiæ d[illegible] subjectæ? Romanus sibi eas adscribit: quia habeat sacerdotes à se eò missos. Constantinopolitanus, ad [illegible] pertinere contendit: quia Græcorum utatur ceremoni[illegible]; & ea regio ferè subjecta sit Imperatori Orientis. Re in Synodo Constantinopoli inter Romanos & Græcos, diu disceptatâ: nihil quidem concluditur; sed tamen Bulgari, per Legatos, a Romani petunt & accipiunt Reformatores, Sylvestrum Subdiaconum, Leopardum Anconitanum, Dominicum Tarvisinum. Sed non [illegible] multò post, Bulgari, Romanas expilationes animadvertentes Latinos sacerdotes pellunt; & Græcos recipiunt. Quæ res auxit dissidia & turbas, inter Græcos & Romanos. *Liber Pontificalis, & Platina in Adriano II.*

SUB CAROLO CALVO.

Dissensio de Corpore & Sanguine Christi, in Cœna Domini.

TEmpore Caroli Calvi, quidam asserebant, quòd nullâ sub figurâ, nulla sub obvelatione; sed ipsius veritatis nudâ manifestatione, Corpus & sanguis C[illegible] in Cœnâ administraretur. Quidam verò, id sub mysterii figurâ contineri; & aliud esse, quod corporis sensibus appareat; aliud autem, quod fides adspiciat; affirmabant. Hæc diversitas sententiarum mov[illegible] Carolum Calvum: ut Bertramum eâ de re consuleret; propositis duabus quæstionibus: An in mysterio, an veritate, corpus & sanguis Christi accipiatur? &, utrùm ipsum corpus sit, quod de Mariâ natum est, & passum, mortuum, sepultum, resurrexit, ad cœlos ascendit, & ad dextram Dei sedet; an verò diversum?

Definit autem BERTRAMUS: † Licèt oculis corporalibus hominum exterius non cernatur ipsum corpus & sanguis Domini: sed tantùm sub mysterii figurâ contineatur; ità ut panis ille vinumque figuratè Chri[illegible] corpus & sanguis existant: tamen in veritate illud corpus interiùs spiritualiter comedi, quod in cruce pependit; & illum sanguinem bibi, qui in cruce pro nobis effusus est. Fidem enim inniti certissimis & veracissimis ipsius Christi verbis. *Bibliander in Chronographia, anno 844.*

† lib. de Corpore & Sanguine Christi.

Dissidium inter Hincmarum Remensem, & Hincmarum Laudunensem, episcopos.

Hincmarus, Laudunensis episcopus, quædam Bona ecclesiastica, sinè Archiepiscopi & aliorum consensu, concessit Carolo Calvo: ut ea Normanno beneficii loco conferret. Sed postea facti pœnitens ab eo bona illa repetiit. Quæ cum ille non statim redderet; [illegible] volebat enim Regi restituere, a quo acceperat: ab Episcopo irato excommunicatur. Res ad judicium Archiepiscopi & Synodi Wormatiæ defertur: excommunicatio illa improbatur. Episcopus appellat ad Pontificem Romanum. Sed Synodus & Carolus negant, [illegible] legitimè appellari posse in istâ causâ: & proponunt Canones Africani Concilii, quòd in qualibet provinciâ, ubi lis orta est ibi [illegible] gnosci & dirimi debeat. [illegible] erum ille, non [illegible] Sacerdotibus interdicit omnibus operis min[illegible], ne Missas celebrarent, aut Parvulos baptizarent. Hincmarus autem Remensis, i[illegible] decretum planè im-

pium

[illegible] *ut patet ex ejus epistola ad Laudunensem, & Adrianum [illegible].*

Dissensio Hincmari & Romani Pontificis.

Hincmaro Remensi [illegible] Pontifex Adrianus II. ob plures causas. *Primum*, quia vetuisset Laudunensi episcopo, ne appellaret ad Pontificem. *Deinde*, quia literis Pontificiis jussus, ut Laudunensem cùm aliis tribus episcopis Romam mitteret, non paruisset. *Tertiò*, quia Carolum Calvum Lotharii regnum occupantem, non excommunicâsset. *Quartò* quia Normannum, res Ecclesiæ Laudunensis occupantem, non anathematizâsset.

¶ Sed Hincmarus, in epistola ad Adrianum, satis bene se tuetur. Ac *primùm* negat, se prohibuisse appellationem, & profectionem ejus versus Romam. *Ad alterum* ait: se non habere potestatem, extra regnum egrediendi, sine Regis voluntate; multò minùs alios emittendi. *De tertio* inquit: Carolum plane negare, se injuste fratri bona occupare; sed ratione pactorum & federum sibi ea deberi. & Proceres regni affirmare, illa nova & inaudita esse quòd Papa velit sibi de jure regnorum judicia sumere, non posse eum simul Episcopum & Regem esse: debere illum suâ spirituali jurisdictione contentum esse. Ac sane graviter monet illum, ne Rempublicam & Ecclesiam Francorum turbet. *De quarto*, mendacium esse Pontifici propositum. Normannum enim non invasisse res ecclesiæ; sed Episcopum concessisse Regi, ac Regem donasse [illegible]: & tamen postea a Rege partem esse ecclesiæ redditam, alteram vero partem ab episcopo Normanni filio collatam, *ut patet ex epistola Hincmari ad Adrianum II.*

Dissensio inter Adrianum Pontificem, & Carolum Calvum.

Cùm Carolus Calvus non statim ad Hincmari Laudunensis appellationem contentisset: Adrianus per literas, eum perjurum, tyrannum, perfidum, & distractorem rerum ecclesiasticarum, insimulavit. *Deinde* arguit eum, quòd non patienter Pontificia mandata & correctiones suscepisset. *Tertiò* edictum ei his verbis proposuit: *Volumus, & autoritate apostolicâ jubemus, ipsum Hincmarum Laudunensem episcopum, vestrâ fretum potentia, ad limina Sanctorum, nostramq; venire Clementiam. Quo sane veniente, veniat pariter accusator idoneus, qui nulla possit autoritate legitimâ respui. Et tunc in præsentia nostra, [illegible] totius Sedis Romanæ synodali collegio, causa illius prudenti ventilata examine, ac diligenter inquisita, secundùm Deum ac sacrorum Canonum constitutiones, Spiritu Dei prolatas, sine protelatione aliquâ finiatur.* In epist. [illegible] Caroli C. ad Adrianum.

¶ Hæc Carolus indignissimè [illegible]: ut patet ex ejus responso. Nam *principio* ostendit minimè decere Pontificem, tam contumeliosas ad se scribere literas: cùm ipse magistratum agat, & inculpatè [illegible] gesserit, adeò ut de nullo unquam crimine sit legitimè accusatus, nedum convictus in episcoporum judicio. & cùm antecessores Adriani simile quippiam nunquam commiserint, ut adeò ineptas & imperiosas scriberent literas ad Reges Francorum. Ac vehementer reprehendit, quòd sine probatione sibi crimina objiciat: & tantùm pungendi studio; & non sanandi, sit deditus. Ideoque contra officium boni pastoris esse demonstrat: qui debeat obedientes, mites & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare, negligentes autem & contumaces, increpare & corripere; & de criminalibus peccatis, aut ultrò confessos, aut ordine judiciario comprobatos atque convictos, secundùm modum culpæ, legaliter & regulariter judicare.

Deinde negat, se mandata & correctiones veras & non contrarias Verbo Dei & Canon[illegible] patienter [illegible] pere. & crimen [illegible] atque ostendit Pontificem [illegible] esse, qui nul[illegible] admittere reprehensi[illegible] exemplum Pet[illegible] & dictum [illegible] qui inquit. *[illegible] Pastor ecclesiæ, Apostolorum princeps, non dedignatus est, in causâ reprehensionis suæ, rationem humiliter reddere: quanto [illegible] nos peccatores, cum de re aliqua reprehendimur, nostros ratione humili placare debemus.*

Tertio loco edictum illud prætorium oppugnat. A *primum* monet, esse contra morem prædecessorum Adriani, & contra Dei [illegible] nus in templo suo, id est, [illegible] inducere in ecclesiam suam; quæ [illegible] simplicitatis & humilitatis, diem Domini videre desiderantibus præferat. *Deinde*, esse contra jus & potestatem Pontificis præcipere, ut Rex, corrector iniquorum & districtor [illegible] ac secundùm leges ecclesiasticas atque mundanas [illegible] criminum, reum, legaliter ac regulariter pro ex[illegible] damnatum [illegible] suâ fretum potentiâ, Romam dirigat. Maxime autem illum, qui & ante depositionem [illegible] custodiam publicam, & contra quietem moliri, in tribus Synodis ex[illegible] deprehensus, [illegible] copa[illegible] Paternitati vestræ directis, continetur. & post depositionem suam, & per se, & per quoscunque potuit, [illegible] cacis non quievit. *In epistola ad Adrianum.* *Tertiò*, id esse contra jus & morem Regum Francorum. quia Reges Francorum, ex regio genere geniti, non episcoporum vice-domini; sed terræ domini, ha[illegible] computati. Et, ut Leo ac Romana Synodus [illegible] Reges & [illegible] res, quos terris divina potentia præcepit præesse, jus distinguendorum negotiorum ep[illegible] sanctis, juxta di[illegible] constituta, permiserunt: non autem episcoporum villici exstiterunt. Et S. Augustinus dicit: *Per jura Regum possidentur possessiones.* Non autem per episcopale imperium Reges [illegible] tunt, actoresque episcoporum. Et Dominus, quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo, reddi præcepit: qui etiam censum Regi reddidit. Et A[illegible] voluit servire Regibus: voluit honorari, & non [illegible] Reges. *Regem*, inquit, *honorificate.* Et iterum: *Omnis*, inquiens, * *anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Reddite ergo omnibus debita.* Et paulò superius: † *Ideo necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed & propter conscientiam.* *Quarto*, exemplis literarum Pontificum ad Reges Franciæ demonstrat; talia mandata suos Majores à Pontificiis nunquam accepisse, quale hoc sit, etiam in similibus tactis. *Quintò*, ex Africano V. Concilio Canonem profert, quo prohibetur, ne quis clericum, judicio Episcoporum damnatum, defendat. *Sextò*, Valentis, Gratiani, & Valentiniani constitutionem citat, quæ sic habet: *Quicunque, residentibus Sacerdotibus, fuerit episcopali loco detrusus, & eo nomine, si aliquid contra custodiam publicam, vel contra quietem molitus fuerit deprehensus, rursumq; sacerdotium petere, a quo videtur expulsus procul ab urbe, quam infecit, secundùm legem divæ memoriæ Gratiani, centum-millibus vitam agat: sit ab eorum coetibus separatus à quorum est societate discretus: sitq; hujusmodi personis illicitum, hujus legis tenore sacra nostra adire secreta, & impetrare scripta.* Atq; tandem sic concludit: *Cum ita sacræ leges, tam ecclesiastica, quàm & mundana, de damnato in episcopali & synodali concilio decernant: non est nostri regii ministerii reum, & sacrorum Canonum judicio condemnatum, atq; Apostolicæ sedis diffinitione (sicut in gestis Synodi invenire potestis) anathematizatum, nostrâ potentia fretum, quoquam dirigere. Cùm apertissime Canones sacri diffiniant, & leges Justiniani, ac cæterorum Imperatorum catholicorum edicta; qualiter, & pro quibus, debeat episcopus judicari, & post judicium, quid, & qualiter, & per quos, sit inde Apostolicæ sedi agendum. Quæ non abnuimus; sed incunctanter ac competenter annuimus. A quibus diffinitionibus, nulli est licitum deviare. Quia ut sanctus Hilarius Papa dicit) non minùs in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones; quam in injuriam ipsius Domini prosilitur.* Et paulò pòst: *Nos te igitur, ut præmisimus, ex vestro nomine, vel Apostolicæ sedis autoritate, [illegible], vel excommunicationum intentationes, contra sanctarum Scripturarum tramitem, prædicationemq; majorum. a[illegible] sacrarum legum sanctorum Canonum constitutiones nobis a[illegible] atere [illegible], [illegible] permittit [illegible] precamur.* *Septimò* indicat [illegible] Romam ve[illegible] Hincmarum Laudunensem [illegible] cus[illegible] a Paganis regnum suum fuerit li[illegible] accesserit [illegible].

Postremo [illegible] & [illegible] episcopis ac primatibus [illegible] talia scri[illegible] & [illegible] quæ [illegible] possint respui.

¶ Porrò [illegible] fuerit [illegible] eventus [illegible] est memoriæ proditum. Sed ex eo, quòd Ludov[illegible] mortuo,

Romanus Pontifex Carolum illum Imperatorem inaugurâsse [illegible] bitur; colligi potest, fuisse controversiam illam ad Pontificum voluntatem compositam.

Dissensio inter Carolum Calvum, & Ravennatem clerum.

Ravennates, qui ex monachis ad sacerdotium adhibebantur, deponebant vestitum monachalem; & sacerdotali utebantur. Id reprehendit Carolus Calvus. Quare illi in epistolâ ad ipsum, suam consuetudinem defendunt: & ostendunt, vestitum esse rem liberam; nec in eo pietatem aut religionem consistere. Sed Carolus per literas iis respondet, ac omninò contendit: Monachos, in sacerdotes receptos, pristinum vestitum retinere debere. *ut patet ex illa epistola.*

Rationes cleri Ravennatis sunt: I. Quòd Cœlestinus & Leo, Romani Pontifices, censeant, discernendos esse Sacerdotes à plebe, doctrinâ; non veste: conversatione; non habitu: mentis puritate; non cultu. II. Quòd propositum Monachi, in devotione sanctæ conversationis; & non in vestium cultu, consistat: qui multiplex & varius sit, pro locorum & regionum diversitate, in Græcorum & Latinorum Ecclesiis. III. Quia Romana Ecclesia idem observet. IV. Quia sui antecessores eam consuetudinem hactenus tenuerint. V. Quia eo utantur liberè; & nemini legem præscribant.

Rationes verò Caroli Calvi sunt: I. Quòd habitus monasticus, sit sanctitatis & religionis; & signet renunciationem & contemtum Mundi. II. Quòd regula Benedicti, Basilius, Innocentius, Ambrosius, & alii Patres, censeant, Monachos, ad sacerdotium ex monasterio assumtos, monachali habitu non debere nudari. III. Quòd sicut Leges, desertores militiæ; ità Canones, monachos desertores regulæ suæ, graviter puniant. IV. Quòd monachus Benedictinus, in episcopum consecratus, licèt totam regulam possit observare; tamen non queat Psalterium semel per septimanam legere. V. Quòd necesse sit, monachos fieri perjuros; si habitum suum abjiciant. VI. Quòd eo modo turbent concordiam; quam cum Gallicanis ecclesiis debeant habere.

SUB CAROLO CRASSO.

Dissidium Romanum, ob coronationem Cæsaris.

Carolo Calvo mortuo, Johannes IX. Pontifex, Ludovicum; Senatus verò Romanus, Carolum III. capiunt Imperatorem. Ex dissensione illâ oritur seditio; & Pontifex in vincula ducitur. unde elapsus, ad Ludovicum in Franciam fugit; eumque Regem inungit. Romani paulò pòst, à Sarracenis afflicti, Pontificem revocant. Sed Carolus obtinet imperium. *Platina in vita ejus.*

Dissidium inter Leonem abbatem, & Gibertum Nemausensem episcopum.

Gibertus Nemausensis, Leoni abbati, monasterium Ægidii vi eripuerat. Res illa ad Johannē IX. Pontificem, in Galliis Arelati commorantem, defertur. Is litem dirimit, ac Leoni monasterium adjudicat. *Platina in vita illius.*

SUB ARNULPHO.

Dissidium ob Polygamiam.

Cum Leo quartam uxorem duxisset: Nicolaus Patriarcha eum ecclesiasticâ censurâ notavit. Imperator, nihilominus [illegible] iteris nuptias quartas prohibitas esse, affirmat. Cùm diu multumque esset eâ de re disceptatum & Nicolaus recusaret Imperatorem absolvere: ab [illegible] remotus, & in exsilium deportatus est. Ac parum abfuit quin decretum fuisset promulgatum: quòd liceat cuilibet, exemplo Imperatoris, uxoribus defunctis, secundam, tertiam, & quartam ducere. *Zonaras in Leone.*

Dissidium Romanum ob electionem.

Formosus, qui urbem Romanam abjuras erat, & in Laicorum ordinem redactus fuerat, datis muneribus, Pontificatum adipiscitur: cùm paulò antè à Stephano V. esset liberatus à juramento. Sergio autem Diacono eandem dignitatem ambiente dissidium oritur. ad quod compescendum, For[illegible] Carolomann[illegible]ium, spe imperatoris nominis, Romam invitat, & suis adversariis capite mulctatis, obtinet Pontificatum. *Liber Pontificalis, Platina, Baleus in Actis Pontificum. Stephanus [illegible].*

Dissidium inter Adalgarium & Hermannum, de Bremensi ecclesiâ.

Hermannus, Coloniensis episcopus, Bremensem ecclesiam, quæ a Ludovico erat Hamburgensi ecclesiæ subjecta, ad se pertinere, contendit cum Adalgario. Res defertur ad Pontificem Stephanū V. qui in Wormatiensi Synodo eam cognosci curat. Sed postea Formosus Pontifex pronunciat in Synodo Triburiensi, Bremensem ecclesiam debere Coloniensi subjectam esse. *Crantzius in Metropoli.*

CAPUT IX.

DE SYNODIS.

SUB CAROLO MAGNO.

SYNODUS COMPOSTELLENSIS.

Carolus Magnus, rebus in Hispaniis utcunque pacatis, Compostellæ Synodum celebrat: in quâ Turpinus cum aliis novem episcopis fuit; atque cum episcoporum ac presbyterorum assensu statuit: ut omnes episcopi præsulesque Hispani, & Galliciani, præsidem Ecclesiæ Jacobi pro suo primate agnoscant. *Vincentius ex Turpino.*

SYNODUS PARISIENSIS.

Carolus, ex Hispaniis reversus, Parisiis in Synodo ordinat: ut omnes Reges Franciæ & Episcopi, præsentes & futuri, Episcopo ejus ecclesiæ subsint & pareant: nec sine ejus consensu Reges coronentur, aut Episcopi ordinentur. Deinde sancit, ut cujusque domûs domini, annuatim de eâ quatuor nummos, per totam Galliam, Dionysii templo solvant. *Vincentius.* †

SYNODUS BAVARICA

Salisburgensis.

Tempore Caroli Magni, ob decimas, opesque sacras, inter monachos & sacerdotes in Bojariâ litigatum est. Jussu verò Caroli, Salisburgium Concilium indictum est, ad XVII. Calendas Decembris. Interfuère episcopi & monachi, atque sacerdotes Bojariæ, & maximè quorum intererat: Arno archiflamen Bojorum; & pontifices, Atto Fruxinensis, Adalovinus Reginoburgensis, Heinricus Sabonensis, Hatto Laureacensis. Decretum, juxta legis Christianæ instituta, Majorumque ecclesiæ placita; donaria templorum, bona ecclesiastica, in quatuor dividenda esse portiones; atque unam sortiri episcopos; alteram sacrificulos, quorum quidem munus accuratius pascere oves esset, recipere; tertiam pauperum esse; quartâ, sacras ædes refici instaurarique oportere. Monachi quoque jussi sunt decimas suis episcopis pendere. Pontificibus imperatum est, [illegible] quod in jure pontificio præcipitur: ut egenos, valetudinarios, vitio membrorum obnoxios, qui ob valetudinem adversam, aut vitia corporis, manibus laborare nequeant, quoad fieri liceat, pascant, vestiantque [illegible] os jure suo; victum & amictum administrent. *Aventinus.*

SYNODUS HALLENSIS.

Anno Domini 803. Carolus, in Palatio Saltz, conventum celebrat: in quo Saxones antiquâ libertate donat; eosque, pro fide catholicâ conservandâ, omni tributo liberat: exceptis decimis; quas sacerdotibus reddi jussit. *Chronicon Quedelburgense.*

SYNODUS AQUISGRANA.

Anno Domini 809. mense Novembri, Carolus Aquisgrani episcopos & sacerdotes in cœtum vocat; inter [illegible] erat Bernhardus Wormatiensis, & Adelhardus Corbejensis abbas: eisque quæstionem proponit de proc[illegible]one Spiritûs sancti; quam Johannes monachus Hier[illegible]ymitanus moverat.

Re diu disceptatâ, recordantur, sine Pontificis Romani assensu nihil esse definiendum. Ideoque d[illegible]os Romam ablegant ad Leonem; ut ejus judicium & sententiam cognoscant.

Delibe-

Definitum [illegible] emendatione ordinis ecclesiastici, sed propter rei magnitudinem, quia difficilius se-se corrigi patiebantur pseudo-episcopi [illegible], nihil decernitur. *Annales Francorum. Aventinus,* * *Ammonius.* *

SINODUS MOGUNTINA.

Jussu Carol Magni. Moguntiæ Synodus est habita, anno Domini 813. V. Idus Junii. *Segebertus in Chronico.* Occasionem præbuerunt dissoluti mores, tum ecclesiasticorum, tum plebejorum hominum, quos Carolus corrigi cupiebat: ut, ex hac vitâ discedens, bene-constitutas ecclesias successori suo relinqueret. Convenerunt Episcopi 30. Abbates 25. & plures Sacerdotes, Monachi, Comites & Judices. Præsederunt autem, Hildebaldus sacri Palatii archiepiscopus, Ricolfus & Arno archiepiscopi.

Cum triduo esset jejunatum, & litaniis & publicis precibus Dei auxilium imploratū: Patres operas inter se partiuntur; & tres turmas constituunt. In primâ consederunt Episcopi, cum quibusdam Notariis; legentes atque tractantes S. Evangelium, nec-non Epistolas & Actus Apostolorum; Canones quoque, ac diversa sanctorum Patrum opuscula, Pastoralemq; librum Gregorii, cum cæteris sacris dogmatibus: diligenti studio perquirentes, quibus modis statum Ecclesiæ Dei, & Christianæ plebis profectum, sanâ doctrinâ & exemplis justitiæ, inconsultum, largiente gratiâ Dei, perficere & conservare potuissent. In aliâ verò turmâ consederūt Abbates ac probati Monachi, regulam sancti Benedicti legentes, atq; tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum atq; augmentum, cum Dei gratiâ, perducere potuissent. In tertiâ deniq; turmâ sederunt Comites & Judices, in mundanis legibus decertātes, vulgi justitias perquirentes, omniūque advenientium causas diligenter examinantes, modis, quibus poterant, justitias terminantes. *Tomo 2. Conciliorum.*

Canones autem hos condiderunt:

De Fide catholica firmiter tenenda.

Caput I.

Initium enim actionis nostræ de fide esse decrevimus; quæ bonorum omnium est fundamentum. Et quamvis *sine fide* (ut dicit Apostolus *) *impossibile est placere Deo*; fides tamen indiget opere: *quia fides sine operibus mortua est.* * Ideò B. GREGORIUS: *Ille*, inquit, *vere credit, qui exercet operando, quod credit.* Quapropter de fide verâ, omnes omnino Christianos, alterutrum inter se jugiter admonere & docere oportet: maximè tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

De Spe habenda in Deum.

Caput II.

Spes verò in Deum firmiter à cunctis Christianis tenenda est. Unde Psalmista cōmemorat: * *Sperate in eo omnis cōgregatio populi*, & reliqua. Et iterum: * *Spera in Domino, & fac bonitatem.* Et iterum: * *Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit.* Et Apostolus: * *Spe enim salvi facti sumus*.

De Charitate. Cap. III.

Charitas Deus est, ut ait Apostolus. * *Qui manet in charitate, in Deo manet; & Deus in eo.* Itèm Paulus Apostolus, *Finis*, inquit, * *præcepti est, charitas de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non-fictâ.* Charitatem ergo qui habet, omnia bona habet. Quam ideò commemoravimus: quia volumus, ut firmiter ab omnibus equè Catholicis conservetur. AUGUSTINUS quoq; in Sermone de laude Charitatis, dicit: *Si ergo non vacat omnes paginas perscrutare, omnium Scripturarum secreta penetrare: tene charitatem, ubi pendent omnia. Ibi tenebis, quod ibi didicisti.* Ille itaque tenet, & quod patet, & quod latet in divinis sermonibus; qui charitatem tenet in moribus.

De Sacramentis Ecclesiæ.

Caput IV.

Sacramenta itaq; Baptismatis, volumus, ut, sicut sancta vestra fuit admonitio, ita concorditer atque uniformiter singulis parochiis, secundùm Romanum ordinem, inter nos celebrentur jugiter [illegible] conserventur: id est, scrutinium ad ordinem Baptismatis, sicut in decretis Leonis Papæ in duobus continentur capitulis. Capitulo undecimo: *Hæc duo tempora, id est, Pascha & Pentecoste, ad baptizandum, à Romano Pontifice, legitima præfixa sunt.* Itèm Capitulo duodecimo: *Non interdictâ licentiâ: quia, in Baptismo tribuendo, quolibet tempore periclitantibus subvenitur.* Et Syricius: *Si in qualibet necessitate opus fuerit sacra unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri.*

De Pace & Concordiâ.

Cap. V.

Ut pax & cōcordia sit, atq; unanimitas in populo Christiano: quia unum Deum patrem habemus in [illegible] & unam matrem Ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Ideo in unâ pace & unanimitate concorditer vivere debemus: si ad unam & veram hæreditatem regni cœlestis cupimus pervenire. Quia *non est dissensionis Deus, sed pacis.* * ut ipse ait: * *Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur.*

De Orphanis & Exhæredatis subveniendo.

Caput VI.

Propter istius itaque pacis & concordiam conservandam, placuit nobis de Orphanis & Pauperibus, qui de [illegible] vel indebitè dicuntur amisisse hæreditatem paternam vel maternam suis, ad se legibus pertinentem: si alicubi inventi fuerint, quos patres vel matres, propter traditiones illorum, exhæredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut petitionibus, vel aliquo ingenio; omninò volumus atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem, juxta voluntatem Dei, & vestram sanctam admonitionem & considerationem. Quod si fortè extra officium nostrum alicubi inventum fuerit: admonere vestram clementiam audeamus, ut emendetur.

Ut res Pauperum, vel minùs-potentum, malâ occasione non emantur.

Cap. VII.

Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis: ut nec Episcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nullusq; omninò, sub malâ occasione, vel malo ingenio, res Pauperum vel minùs-potentum, nec emere, ne vi tollere audeat. Sed, si quis ex eis aliquid comparare voluerit: in publico placito, coram idoneis testibus, & cum ratione, hoc faciat. Ubicunque autem aliter inventum fuerit factum: hoc omninò emendetur, per jussionem vestram.

De potestate Episcoporum pro rebus ecclesiasticis; ac de convenientiâ Episcoporum cum Laicis. Cap. VIII.

Ut Episcopi potestatem habeant, res ecclesiasticas providere, regere, gubernare, atq; dispensare, secundùm Canonum autoritatem, volumus: ut & Laici in eorum ministerio obediant episcopis, ad regendas ecclesias Dei, viduas & orphanos defendendos; & ut obedientes sint eis, ad eorum Christianitatem servandam. Et Episcopi consentientes sint Comitibus & Judicibus, ad justitias faciendas; & ut nullatenus, per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neq; per perjurium, aut per præmium, lex justa in aliquo depravetur.

De vitâ Canonicorum.

Cap. IX.

In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas, decrevimus: ut Canonici clerici canonicè vivant, observantes divinæ Scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum: & nihil sine licentiâ Episcopi sui, vel magistri eorum, compositi agere præsumant, in unoquoque episcopatu: & ut simul manducent & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt; & in suo claustro maneant, & in singulis diebus manè primò ad lectionē veniant, & audiant, quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant: & obedientiam, secundum Canones, suis magistris exhibeant.

Item de vitâ Clericorum.

Cap. X.

Discretionem igitur esse volumus atq; discrevimus, inter eos, qui dicuntur seculum reliquisse, & adhuc seculum sectantur. Placuit igitur sancto Concilio, ut ita discernantur; sicut in regulâ Clericorum dictum est. His igitur lege

Patrum caveatur, ut vulgari vitâ seculi, à Mundi voluptatibus se abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; convivia inhonesta & turpia fugiant. Tamen HIERONYMUS, in epistolâ ad Nepotianum, dicit: *Omnium Christianorum domos, quasi proprias, amare debemus: ut consolatores nos in mœroribus suis potiùs; quàm convivas in prosperis, noverint.* Item ISIDORUS: *Clerici tamen convivia privata, non tamen pudica; sed & sobria, colant.* Usuris nequaquam incumbant; neq; turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studiũ, appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum, fugiant. Secularia officia negotiaq; abjiciant: honorum gradus per ambitionem non subeant. Pro beneficiis Dei, mercedis munera non accipiant: dolos & conjurationes caveant: odium, æmulationem, & obtrectationem, atq; invidiam, fugiant. Non vagis oculis, non infreni linguâ, aut petulanti tumidoque incedant: sed pudorem ac verecundiam, mentis simplici habitu incessũq; ostendant. Obscenitatem etiam verborum, sicut & operum, penitùs exsecrentur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant: contubernia fœminarum nullatenus appetant: castimoniã quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant. Senioribus quoq; debitam præbeant obedientiam: neq; ullo jactantiæ studio se attollant. Postremò in doctrinâ & lectionibus, psalmis, & hymnis, & canticis, exercitio jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos studeant exhibere: scilicet, ut, dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

De vitâ Monachorum.

Cap. XI.

Abbates autem censuimus ità cum Monachis suis pleniter vivere; sicut ipsi, qui in præsenti Synodo aderant, palàm nobis omnibus promiserunt: id est, secundum doctrinam regulæ sancti Benedicti; quantum humana permittit fragilitas.

Ne Monachi placita secularia facere audeant. Cap. XII.

Ac deinde decrevimus, sicut sancta regula dicit; ut monasterium, ubi fieri possit, per Decanos ordinetur. quia illi Præpositi sæpè in elationem incidunt, & in laqueũ Diaboli. Hoc tamen omninò volumus, ut Monachi ad secularia placita nullatenus veniant; neq; ipse Abbas, sinè consensu Episcopi sui. & cùm necessitas exigit: tũc per jussionem & consilium episcopi illuc vadat. Nequaquam tamẽ contentiones aut lites aliquas ibi movere præsumat: sed quicquid quærendum, vel etiam respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat. Abbates & Monachi, usq; ad interrogationem, silentium habeant: & cùm interrogantur; cum humilitate & reverentiâ respondeant: aliàs querelas omninò devitent. In eorũ claustro permaneant: nullusq; ex eis forâs vadat; nisi per necessitatem ab Abbate mittatur in obedientiam. Nec forâs manducent, neq; bibant, sinè permissione Abbatis: nec ad convivia secularia vadant.

De sacris Virginibus. Cap. XIII.

Abbatissas autem, cum sanctis Monialibus, omninò rectè & justè vivere censemus. Quæ verò professionem sanctæ regulæ Benedicti fecerunt, regulariter vivant. Sin autem canonicè vivant: pleniter & sub diligenti curâ custodiam habeant; & in claustris suis permaneant; neq; forâs exitum habeant. Sed & ipsæ Abbatissæ in monasteriis sedeant; nec forâs vadant, sinè licẽtiâ & cõsilio Episcopi sui.

De Negotio seculari. Cap. XIV.

Ministri autem altaris Domini, vel Monachi, nobis placuit, ut à negotiis secularibus omninò abstineant. Multa sunt ergo negotia secularia: de his tamen pauca perstrinximus: ad quæ pertinet omnis libido, non solùm in immunditiâ carnis; sed etiã in omni concupiscentiâ carnali: quicquid plus justo appetit homo; turpe lucrum, munera injusta accipere, vel etiam dare pro aliquo seculari quæstu; precio aliquem conducere; contentiones & lites vel rixas amare; in placitis secularibus disputare, exceptâ defensione orphanorum aut viduarum; conductores aut procuratores esse secularium rerum; turpis verbi vel facti joculatorem esse, vel jocum secularem diligere; aleas amare; ornamentum inconveniens proposito suo quærere; in deliciis vivere velle; gulam & ebrietatem sequi; pondera injusta vel mensuras habere; negotium injustum exercere. Non tamen justum negotium est contradicendum, propter necessitates diversas. quia legimus, S. Apostolos negotiâsse: & in regulâ S. Benedicti præcipitur prævidere, per quorum manus negotia monasterii transeant: Canes verò & aves sequi ad venandum; in omnibus quibuslibet causis, superfluum esse. Ecce, talia, & his similia, Ministris altaris Domini, nec-non & Monachis, omninò contradicimus. de quibus dicit Apostolus: * *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.*

De Imitatione apostolicâ.

Cap. XV.

Apostolus dicit: * *Imitatores mei estote, & observate eos qui ità ambulant, sicut habetis formam nostram. non eos observantes, qui sunt inimici crucis Christi: quorum finis interitus; quorum Deus venter, & gloria in confusione ipsorum; qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cœlis est.* Sicut HIERONYMUS, in epistolâ ad Galat. ait: *Aemulantur alii bene, qui cùm videant, vel audiant, esse in aliquibus gratias, dona, virtutesq;; ipsi tales esse desiderant; & fidem, vitam, atq; industriam eorum, qua per illa meruerant, nituntur imitari: ut possint ea quoq;, quæ bonâ æmulatione digna sunt, consequi: magis quærentes spiritualia, quam carnalia: ut perseveranti gradu, ad finem boni operis pervenire, possint.* AUGUSTINUS, in primo libro de Agone Christianorum, hanc sententiam interpretans, dicit: *Imitatores mei estote; sicut & ego Christi. Quare intelligendum est, etiam ipsum Apostolum in semet-ipso triumphâsse de potestatibus hujus Mundi: sicut de Domino dixerat; cujus se imitatorem esse profitetur. Imitemur ergo & nos illum, sicut hortatur; & castigemus corpus nostrum, & in servitutem redigamus: si mundum volumus vincere. Aliquando quidem suo exemplo Christianos fieri imitatores jubet, dicendo:* * Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *Aliquando autem, de se respiciens ad Deum, ad ipsius nos imitationem hortatur, dicens:* * Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi. *Jam verò demonstrans, quia nihil hanc imitationem pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum ejus in commune proficiat, atq; universis utiliora provideat; adjunxit:* * Ambulate in charitate. *Ideò, cùm dixisset,* Imitatores mei estote: *continuò de charitate disseruit: quia hæc præcipuè virtus Deo homines proximos faciat.*

De eo, quid sit Relinquere mundum.

Caput XVI.

Seculum autem relinquere, est, (sicut Gregorius dicit) seculi voluptatibus contraire. Hinc Paulus admonet, dicens: * *Qui emunt, tanquam non-possidentes; & qui utuntur hoc Mundo, tanquam non utantur.* Et GREGORIUS in libro Pastorum: *ut videlicet sic rebus suppetant, & exterius serviant; quatenus à superna dilectionis studio animum non reflectant.*

De Armis dimittendis.

Cap. XVII.

Nos autem, qui reliquimus seculum, id modis omnibus observare volumus: ut arma spiritualia habeamus; secularia dimittamus. Laicis verò, qui apud nos sunt, arma portare non præjudicemus: quia antiquus mos est, & ad nos pervenit.

De fictis Virtutibus, & veris Vitiis, discernendis. Cap. XVIII.

Dominus dicit in Euangelio: * *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecùs autem sunt lupi rapaces.* Hinc HIERONYMUS, in Commentario Matthæi, dicit: *De omnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt; aliud opere demonstrant. Item in alio loco:* * Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. *Nec his quidem accommodanda fides est; qui, cùm polleant integritate fidei, turpiter vivunt. & doctrinæ integritatem operibus destruunt. Utrumque enim Dei servis necessarium est: ut opus sermone, & sermo operibus comprobetur.* Et BEDA, in tractatu in Euangelium Lucæ, dicit: *Id enim sinè est, ut nihil duplici animo faciamus. Si veram, inquit, & non-fictam vis habere justitiam: quæ verbis ostentas, actis compensare curato. Et Apostolus:* * Dilectio sine simulatione; odientes malum; adhærentes bono.

Ut in Monasteria nimis multi homines, non mittantur. Cap. XIX.

Ut plus non mittatur in monasteria Canonicorum, vel Monachorum, aut Puellarum, quam sufferri possit.

De locis Monasteriorum, vel ædificiis providendis. Cap. XX.

Deinde dignum ac necessarium est, ut missi per quæque loca directi, simul cum episcopis uniuscujusque diœcesis, perspiciant loca monasteriorum, Canonicorum pariter & Monachorum, similiterque Puellarum; si in apto & in congruo loco sint posita: ubi commodum necessarium possit acquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterii: sicut in sanctâ regulâ dicitur. Monasterium autem ità debet constitui; ut omnia necessaria intra monasterium exerceantur: ut non sit necessitas monachis, vel clericis, vel puellis, vagandi forâs, quia omninò non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti missi, & cum eis episcopi, per diversa loca prævideant, si apta sint, & congruenter sanctæ professioni composita: vel, si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animæ in eis commorantium, sub disciplinâ canonicâ vel regulari. Ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omnimodis episcopus loci ipsius faciat emendari: ita ut condignam professioni eorum custodiam habeant Canonici, vel Monachi, atque Nonnanes, ne detur eis occasio malefaciendi: quod absit!

Ut Episcopi sciant, qualiter Canonici vivant, qui cum Abbatibus sunt.

Cap. XXI.

Præcipimus, ut unusquisque Episcopus sciat, per singula monasteria, quantos quisque Abbas Canonicos in monasterio suo habeat, & hoc omnino ambo pariter provideant: ut si Monachi fieri voluerint, regulariter vivant: sin autem, canonicè vivant omninò.

De Clericis vagis. Cap. XXII.

De Clericis vagis, seu de Acephalis, id est, de his qui sunt sinè capite, neque in servitio Domini nostri, neque sub Episcopo, neque sub Abbate; sed sinè canonicâ vel regulari vitâ degentes: ut in libro Officiorum, secundum capitulum & tertium de eis dicit. Hos neque inter laicos, aut secularium officiorum studia, neque inter clericos, religio tenet divina; sed solivagos atque oberrantes, sola turpis vita complectitur, & vaga: quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur: quasi animalia bruta, libertate ac desiderio suo feruntur: habentes signum religionis; non religionis officium. Hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omninò, ubicunque inventi fuerint, præcipimus, ut Episcopi, sinè ullâ morâ, eos sub custodiâ constringant canonicâ: & nullatenus eos amplius ità errabundos & vagos, secundùm desideria voluptatum suarum vivere, permittant. Sin autem Episcopis suis canonicè obedire noluerint: excommunicentur, usque ad judicium Archiepiscopi regionis illius. Et, si ille eos corrigere non valuerit; tunc omninò sub vinculis constringantur, usque ad Synodum: ut ibi eis indicetur, utrum ad judicium Domini nostri, aut ad istam magnam Synodum afferantur, sub custodiâ publicâ.

De Clericis injuste tonsuratis.

Cap. X[illegible]III.

De Clericis verò hoc statuimus: ut hi, qui hactenus inventi sunt, sive in canonico, sive in monachico ordine, tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ità permaneant. & deinceps cavendum, ut ni[illegible]us tondeatur, sive legitima ætate, & spontaneâ voluntate vel [illegible]um licentiâ domini sui.

De Clericis adeuntibus Imperatorem.

Cap. XIV

De Clericis adeuntibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis observare; quod de eis in sacris Canonibus constitutum est.

Ut prædicatio sancta assiduè in Ecclesiâ fiat.

Cap. XXV.

De officio prædicationis, si forte Episcopus non fuerit in domo suâ, aut infirmus est, aut aliquâ causâ exigente non valuerit: nunquam tamen desit diebus dominicis, aut festivitatibus, qui verbum Dei prædicet, & juxta quod intelligere vulgus potest.

Presbyteri tantum, ad Missarum solennia, introitum habeant in monasteria Puellarum.

Cap. XXVI.

Ut Presbyteris, per monasteria Puellarum, opportuno tempore liceat Missarum solennia celebrare; & iterum ad proprias ecclesias redire.

Ut Presbyteri chrisma diligenter custodiant.

Cap. XXVII.

Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma: & nulli, sub prætextu medicinæ, vel maleficii, donare inde præsumant. Quod si fecerint; honore priventur.

Ut Presbyteri assiduè utantur orariis.

Cap. XXVIII.

Presbyteri sinè intermi[illegible]ione utantur orariis, propter differentiam sacerdotii dignitat[illegible].

Ne Laici Presbyteros ejiciant de Ecclesiis.

Cap. XXIX.

Ut Laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis; neque constituant, sinè consensu Episcoporum suorum.

Ne Laici a Presbyteris munera exigant.

Cap. XXX.

Ut Laici omninò munera injusta non exigant a Presbyteris, propter commendationem Ecclesiæ cuiquam presbytero.

De fugitivis Clericis. Cap. XXXI.

Ut unusquisque Episcopus, in suâ parochiâ, diligenter Presbyteros vel Clericos inquirat, unde sint: & si aliquem fugitivum invenerit, ad suum Episcopum redire faciat.

Quid sit Litania. Cap. XXXII.

Litaniæ autem Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur Rogationes. Inter [illegible] autem & [illegible] hoc differt: quod Exomologeses pro solâ peccatorum confessione agantur; Litaniæ verò indicantur, propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed jam nunc utrumque vocabulum sub unâ dignatione habetur.

De Litaniâ majore. Cap. XXXIII.

Placuit nobis, ut Litania major observanda sit à cunctis Christianis, diebus tribus; sicut legendo reperimus, & sicut sancti Patres nostri instituerunt: non equitando, non preciosis vestibus induti, sed discalceati, cinere & cilicio induti: nisi infirmitas impedierit.

De quatuor Temporibus observandis.

Cap. XXXIV.

Constituimus, ut quatuor tempora anni, ab omnibus, cum jejunio observentur: id est, mense Martio hebdomadâ prima, & feriâ quartâ, & sextâ, & sabbato, veniant omnes ad ecclesiam horâ nonâ, cum litaniis, ad Missarum solennia. Similiter in mense Junio, hebdomadâ secundâ, feriâ quartâ & sextâ, & sabbato, jejunetur usque ad horam nonam; & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembri, hebdomadâ tertiâ: & in mense Decembri, hebdomadâ, quæ fuerit plena, ante vigiliam Natalis Domini: sicut est in Romanâ ecclesiâ traditum.

De indicto Jejunio. Cap. XXXV.

Si quis indictum Jejunium superbiendo contempserit, & observare cum cæteris Christianis noluerit: in Gangrensi Concilio præcipitur, ut anathematizetur; nisi emendare se studeat.

De Festivitatibus. Cap. XXXVI.

Festos dies in anno celebrare, sancimus: hoc est, diem dominicam Paschæ, cum omni honore & sobrietate venerari. Similiter feriam secundam, tertiam, & quartam. A feriâ quinta, ante Missam, licentia sit arandi vel seminandi, & hortum & vineâ excolendi, & sepem circumcludendi: ab alio verò opere cessare, decrevimus; post Missam autem, ab opere vacare. Diem ascensionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecosten similiter, ut in Pascha In Natali Apostolorum Petri & Pauli diem unû, Nativitatem S. Johannis Baptistę, Assumtionem sanctę Mariæ, Dedicationem sancti Michaëlis. Nativitatem S. Remigii,

S. Martini,

S. Martini, S. Andreæ. In Natali Domini dies quatuor, Octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem sanctæ Mariæ. Et illas festivitates Martyrum, vel Confessorum, observare decrevimus, quorum in unâquâq; parochiâ sancta corpora requiescunt. Similiter etiam Dedicationem templi.

De Dominicis diebus.
Cap. XXXVII.

Omnes dies Dominicos, cum omni veneratione decrevimus observari, & à servili opere abstinere: & ut mercatus in eis minimè sit; nec placitum, ubi aliquis ad mortem, vel ad pœnam, judicetur.

De Decimis. Cap. XXXIIX.

Admonemus atq; præcipimus, ut decima de omnibus dari non negligatur: quia Deus ipse sibi dari constituit. Quia timendum est, ut, quisquis Deo debitum suum abstrahit; ne fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Ut Ecclesia pacem habeant.
Cap. XXXIX.

Reum, confugientem ad ecclesiam, nemo abstrahere audeat; nec inde donare ad pœnam, vel ad mortem: ut honor Dei & Sanctorum ejus conservetur. Sed rectores Ecclesiarum pacem & vitam membra ejus obtinere studeant. Tamen legitimè componat, quod iniquè fecit.

De Pace Ecclesiarum. Cap. XL.

Præcipimus, ut in Ecclesiis, aut in domibus Ecclesiarum, vel atriis, placita secularia minimè fiant.

Ut antiqua Ecclesia honorem habeant.
Cap. XLI.

Ecclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus priventur; ità ut novis oratoriis tribuãtur.

De Beneficiis ecclesiasticis.
Cap. XLII.

Quicunque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas, omninò adjuvent; & novam decimam reddant.

Ne Presbyter solus Missam cantet.
Cap. XLIII.

Nullus Presbyter, ut nobis videtur, solus Missam cantare valet rectè. Quomodo enim dicet, *Dominus vobiscum*, vel *Sursum corda* admonebit habere, & alia multa his similia; cùm alius nemo cum eo sit?

De Oblatione & pace in Ecclesiâ faciendâ.
Cap. XLIV.

Oblationem quoq; & pacem in Ecclesiâ facere, jugiter admoneatur populus Christianus: quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarum; & in ipsâ pace verâ & unanimitas & concordia demonstratur.

De Symbolo & Oratione dominicâ.
Cap. XLV.

Symbolum, quod est signaculum fidei, & Orationem dominicam discere, semper admoneant Sacerdotes populum Christianum. Volumusq;, ut disciplinam condignã habeant. qui hæc discere negligunt: sive in jejunio, sive in aliâ castigatione emendentur. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad Scholam, sive ad Monasteria, sive forâs Presbyteris: ut Fidem catholicam rectè discant, & Orationem dominicam; ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in suâ linguâ hoc discat.

Ut malum Ebrietatis vitetur omninò.
Cap. XLVI.

Magnum malum Ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cavere. & qui hoc cavere noluerit, excommunicandum esse decrevimus, usq; ad emendationem congruam.

De spiritualibus Filiolis.
Cap. XLVII.

Deinde præcipimus, ut unusquisq; Compater, vel Proximi, spirituales filios suos catholicè instruant.

Ut canticum luxuriosum circa Ecclesias non deferatur. Cap. XLIIX.

Canticum turpe atq; luxuriosum circa Ecclesias agere, omninò contradicimus: quod ubiq; vitandum est.

De subintroductis Mulieribus.
Cap XLIX.

Omnibus igitur Clericis, fœminas secum in domibus suis habere, ultra licentiam Canonum, firmiter sit contradictum.

De Præpositis vel Advocatis, sive Vicedominis. Cap. L.

Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cuncto clero, omninò præcipimus; Vicedominos, Præpositos, Advocatos sive Defensores bonos habere: non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes; sed Deum-timentes, & in omnibus justitiam-diligentes. De Judicibus autem, vel Centenariis, atque Tribunis seu Vicariis, dignum esse censemus: ut, si mali reperti fuerint, de ministerio suo abjiciantur.

Ut non corpora Sanctorum transferantur de loco ad locum. Cap. LI.

Deinceps verò corpora Sanctorum, de loco ad locum nullus præsumat transferre, sinè consilio Principis, vel Episcopi & sanctæ Synodi licentiâ.

Qui mortui in Ecclesiâ sepeliantur.
Cap. LII.

Nullus mortuus intra ecclesiam sepeliatur; nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles Laici.

De Incestuosis. Cap. LIII.

Ut Episcopi incestuosos pariter investigari studeant, omninò præcipimus. Et, si pœnitere noluerint, de ecclesiâ expellantur; donec ad pœnitentiam revertantur.

Ne in quartâ generatione Conjugium copuletur. Cap. LIV.

Contradicimus quoq;, ut in quartâ generatione nullus ampliùs conjugio copuletur: &, si post interdictum factum inventum fuerit, separetur.

Ne proprium filium de Baptismo suscipiatur. Cap. LV.

Nullus igitur proprium filium, vel filiam, de fonte Baptismatis suscipiat: nec filiolam, nec commatrem, ducat uxorem: nec illam, cujus filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit; separentur.

De damnatis Nuptiis. Cap. LVI.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastrâ suâ fornicatus fuerit; seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio: tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus; nec unquam ampliùs conjugio copulari; sed magnâ districtione feriri.

SYNODUS REMENSIS.

Remensis Synodus coiit anno Domini 813. *juxta Sigebertum.* Præsedit Vulfarius archiepiscopus. Condiderunt autem Canones 44. quorum argumenta recitantur *in 2. tomo Conciliorum.*

1. est de Fidei ratione: Ut unusquisq;, juxta intellectum suæ capacitatis, Domino largiente, disceret & intelligeret, atq; operibus plenè observaret.

2. Ut orationem, quam Dominus noster Jesus Christus Discipulos suos orare docuit, discerent, & sensu bene intelligerent: quia illam ignorare nulli Christiano licet.

3. Ut, quicunque ad gradus ecclesiasticos condignè ascendere voluerit, unusquisq; intelligeret; qualiter, secundùm possibilitatem intellectûs sui, in eo gradu, ubi constitutus est, Deo militare, & se-ipsum valeret custodire.

4. Ut ea, quæ scripta sunt superiùs, unusquisq;, secundùm à Deo sibi collatum gradum, operibus perficere valeret. Et præsentibus cunctis lecta sunt Epistola Pauli; qualiter Subdiaconis ministerium est, eundem Apostolum legere: ut officium sibi commissum implere rectùs potuisset.

5. Lectum est Evangelium, ut Diacones etiã instruerentur, qualiter Christe, cujus funguntur officio, condignè valerent ministrare.

6. Missarum ibi discussa est ratio: ut Presbyteri, minùs antea scientes, intelligerent, qualiter Missarum solennia deinceps digniùs celebrare deberent.

7. Baptisterii & Catechumenorum ventilata est ratio: ut Sacerdotes plenius intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

8. Lecti [illegible] legem [illegible] tamq; suam [illegible] : quod [illegible] non expedit, sicut [illegible] Dei rerata [illegible] nocentes.

9. Lecta est [illegible] S. Benedicti ut ad [illegible] eam reducerent Abbates [illegible] tribus si qui sui e assueverint, qualiter & se ipsos [illegible] regularem, custodire valerent, atque gubernarent.

10. Lecta sunt sententiæ libri Pastoralis B. Gregorii. ut Pastores ecclesiæ intelligerent, quomodo ipsi viverent, qualiter sibi subjectos deberent [illegible] monere. Qui [illegible] teste eodem B. Gregorio, aliter admonendi [illegible] prælati, aliter subditi.

11. Deversorum [illegible] Sententiæ relatæ sunt Patrum. ut audientes in omnibus, quæ supra inserta leguntur, tam prælati, quam subditi, in Dei laudibus roborati, de his, quæ audierant, fructum boni operis contenderent reddere.

12. Omnibus his actis, ventilata est ratio Pœnitentiæ. ut Sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessiones reciperent, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem, pœnitentibus deberent indicare.

13. Ventilata est ratio octo principalium Vitiorum. ut unusquisq; diversitatem illorum sciret, & ab illis, Domino auxiliante, se intelligerent custodire & aliis prædicare.

14. Ut Episcopi diligentius operam dent lectioni, q; divinæ insumbant, id est, Canonicis libris & opusculis Patrum: & verbum Dei omnibus prædicent.

15. Ut Episcopi sermones & homilias sanctorum Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ prædicare studeant.

16. Ut Episcopi & Presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicent; & tempus pœnitentiæ constituant.

17. Ut Episcopi & Abbates ante se joca turpia facere non permittant; sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant: & lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude Domini secundum Apostolum, * sive manducent sive bibant, omnia in laudem Dei faciant.

18. Episcopi, & Dei ministri, non debent commessationibus & [illegible] incumbere: sed considerent sententiam Domini, dicentis * Attendite, [illegible] graventur corpora vestra in crapula & ebrietate. Moderate enim cibum & necessarium potum sumant ut (juxta Apostoli [illegible]) sobrii sint parati ad servitiū Domini.

19. Ut Episcopi [illegible] Judices judicia discernant: quia sunt quædam judic[illegible], quædam Dei judicio reservanda. Scriptum [illegible] * Nolite ante tempus judicare, quoad-usq; veniat Dominus: qui [illegible] bit a[illegible] ndita tenebrarum [illegible] & manifestabit [illegible] um. & tunc laus erit uni[illegible] a Deo. Et illud memores sint * In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.

20. Ut Presbyteris de minore titulo ad majorem non liceat transmigrare.

21. Ut, quicunq; Presbyter per pretium gradum & ecclesiam acquisierit, ab Episcopo deponatur.

22. Ut a Sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus tradicetur: cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur præter illam, quæ in Nicænâ Synodo permittitur; id est, matrē aut sororē, vel has tantùm personas, a quibus omnes suspiciones effugiant.

23. Ut in victu & vestitu, vel conservatione Abbatū, q; Monachos habere cernuntur, Dei voluntas & Domini Imperatoris impleatur.

24. Ut Præpositi & [illegible] edamini, [illegible] undum regulam vel canones constituantur.

25. Ut Monachi & Canonici pleniter consilium habeant, qualiter Deo militare, animas [illegible] eorum melius valeant custodire: ne propter aliquam n[illegible] cessitatem, a[illegible] quæ tamen vagando, & suetat ipsos propter hoc locus tent[illegible] detur Diabolo.

26. Ut Monachi & Canonici tabernas ad edendum vel bibendum, non ingrediantur: sicut in Concilio Laodicensi & Africano legitur esse interdi[illegible].

27. Ut in civitatib[illegible] & monasteriis non major numerus servientium Deo mittatur, quam possibilitas eis ministrandi fuerit.

28. Ut cupiditat[illegible] av[illegible] tia nullatenus sectetur: sicut Carthaginense [illegible] cit Concilium.

29. Ut Monachi ad [illegible] la[illegible] sæcularia nullatenus vadant.

30. Ut nemo Sacerdotum vel Monachorum, negotiis illicitis se implicet quoniam scriptum est: * Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.

31. Ut [illegible] sit [illegible] & absconsè per[illegible].

32. Ut [illegible] lucra & usuras minimè exerceant. sicut ipsum habet Concilium.

33. De monasteriis Puellarum considerandum est & Imperatoris misericordia imploranda: ut victum & necessaria a sibi prælatis consequi possint Sanctimoniales [illegible] ut vita illarum & castitas secundum fragilitatem sexus diligenter provisa tueatur.

34. Ut Viduæ non sint in d[illegible], sed secundum Apostolum sub potestate Episcopi vitam [illegible] ducant [illegible].

35. Ut diebus dominicis secundum Domini præceptum nec opera servilia quilibet perfi[illegible], nec ad placita conveniat, nec etiā donationes in publico facere præsumat, neq; mercata exerceat.

36. Ut quicunq; per cupiditatem [illegible] malum ingenium [illegible] rum res sibi acquisierint, & pro ipsis eis [illegible] Ecclesiæ illis in precar[illegible] reddiderint, & in-postmodū d[illegible] storibus displicuerit, pars Ecclesiæ, quod suū est, habeat; & illi quæ sua sunt [illegible] ullius contradictione recipiant. Post hac vero [illegible] malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ pœnitentiam ag[illegible] ut & deinceps res aliorū cupidè & procaciter recipere non præsumant: nisi tantū quantū pro solâ eleemosyna eas Deo dare voluerint; vel etiam ipsas, quas donāt in nomine suo & filiorum suorum, in precariā recipere voluerint.

37. Ut, si quilibet hominum res Ecclesiæ per mendacia vel aliū mala ingenia, in precariā sibi acquirere & habere voluerit & post factas precarias, eadē mēdacia ad aures custodū rectoris Ecclesiæ delata fuerint: ipsa Ecclesia res suas, q; ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter, absq; ullius cōtradictione omnimodis recipiat ille verò, qui res suas per eadem mendacia, ꝓpter cupiditatē [illegible] eidem Ecclesiæ tradidit, simili modo in suā recipiat dominatione.

38. Ut Decimæ pleniter dentur.

39. Ut nullus homo munera pro placito requirat, aut recipere præsumat.

40. Ut pro domino Imperatore, suâq; nobilissima prole, orationes & oblationes, super has, quæ hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblata sunt, augeantur: ut eos suis temporibus, in præsenti seculo, cum omni felicitate custodiat, & in futuro, cum sanctis Angelis suis, piâ miseratione gaudentes efficiat.

41. Ut Dominus Imperator, secundum statutum bonæ memoriæ Domini Pipini misericordiam faciat. ne Solidi, qui in Lege habeantur per quadraginta Denarios discurrant. quoniam ꝓpter eos multa per[illegible], multa falsa [illegible] monia reperiuntur.

42. Ut in [illegible] firmiter statuat ne quilibet fortè per agentibus servitium ullatenus prohibere audeat mansionem; neq; aliis, quibus necessitas incumbit.

43. Ut per suum magnificum & coruscum imperium suo & futuris temporibus [illegible] ctetur capitulum sive ab anno 30. [illegible] adhuc testes haberi possint seu etiam ab illo, a quo felicissimum regnum ejus sumsit exordium qualiter omnes lites & jurgia in sua misericordia terminum habere potuissent. Quoniam pro [illegible] multa pericula, multæq; dissensiones, oriuntur in populo.

44. Ut de [illegible] testibus, eius simili modo p[illegible] mum firmetur capitulum qualiter & hoc, quod ille Romanis statuit, firmissimum habeatur; & adhuc quæratur, quatenus in suâ piissima misericordia, si qua necessaria sunt, augeantur. Nam propter eorum falsa testimonia, iniqua perjuria, tot damna, totq; injustitia oriantur.

SYNODUS TURONENSIS.

Anno Domini [illegible] juxta Sigeb. Episcopi & Abbates Turonis jussu Caroli Magni convenerunt, & ad disciplinam ecclesiasticam promovendā hæc capita consignarūt, atq; Imperatori exhibuerūt.

Primo omnium admonuimus [illegible] eraliter cunctos, qui nostro conventui interfuere: ut obedientes sint Domino excellentissimo Imperatori nostro; & fidem, quam ei promissam habent, inviolabiliter conservare studeant. [illegible] rationes quoq; assiduas intentè unidere, pro eius stab[illegible] itate ac incolumitate [illegible] nes se velle secundum nostram admonitionem unanimiter professi sunt, ut misericors divina longiori ævo illius Mansuetudinem conservare dignetur.

2. Ut omnes Episcopi studiose operā divinæ dent lectioni: sanctum Evangelium & Epistolas beati Pauli Apostoli, non solùm ore, bro lectitent; sed etiā, quantum po[illegible] nt, memoriæ studeant accommodare sanctorumq; Patrum opuscula, super eadem exposita, devotè frequentent. Similiter & de cæteris libris Canonicis faciant.

3. Nulli Episcopo liceat, Canones, aut librum Pastoralem, à beato Gregorio [illegible] pa editum si fieri potest, ign orare: in quibus se et unusquisq; quasi in quodam speculo, assiduè considerare.

A 4. [illegible] pus gregem [illegible], [illegible] sum [illegible] quid agere, quidve [illegible] mare. Et ipse Episcopus [illegible] habeat, forma [illegible] sancta, sua sit [illegible] exemplum, ut [illegible] dominum [illegible] videant opera ejus bona & glorificent patrem Deum, qui in [illegible].

Matth. 5.

5. E[illegible] opus non oportet [illegible] protelare convivia: sed parce [illegible] moderato [illegible] ne videatur [illegible] sententia [illegible] * Attendite [illegible] ne graventur [illegible] & [illegible] &c. Et qui [illegible] potius [illegible] ante mensam ejus recitetur, quam [illegible] ore [illegible] resonent verba.

Lucæ 21. vers. 34.

B 6 [illegible] & pauperes [illegible] convivia sint [illegible] quibus non solum corporalis [illegible] spiritualis reficiantur alimento.

7. [illegible] omnibus, quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent [illegible] unde vigor animi emolliri posse credatur, quod de [illegible] generibus musicorum, [illegible] nonnullis rebus sentiri potest, Dei sacerdotes abstinere debent. Quia per aurium oculorumque illecebras vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscœnorum insolentiam jocorum, & ipsi animo effugere, cæterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

C 8 Sacerdotibus non expedit, secularibus & turpibus quibuslibet interesse jocis. Venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

9. Presbyteri quoque & Diaconi, in omnibus bonorum operum exhibitionibus, sui Episcopi vestigia sectentur: & in bonorum morum probitate, quæ Episcopo sunt observanda, eadem & sibi observanda esse agnoscant.

10. Episcopi quidem maximam curam & solicitudinem circa pauperes habeant, & res ecclesiasticas, ecclesiis collatas cauta circumspectione dispensent: quasi Dei ministri, non quasi turpis D lucri sectatores: illisque ità utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

11. Licitum sit Episcopis, præsentibus Presbyteris & Diaconis, de thesauro ecclesiæ familiæ & pauperibus ejusdem ecclesiæ secundum canonicam institutionem, juxta quod indiguerint, erogare.

12. Presbyterum ordinare non debere ante legitimum tempus, hoc est, trigesimum ætatis annum. Sed, priusquam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in episcopio, discendi gratia officium suum, tamdiu, donec possit & mores & actus ejus animadvertere. Et tunc si dignus est, ad sacerdotium promoveatur.

E 13. Ut unusquisque Episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari noverit: ne aliquis Presbyter, ab [illegible] in parochiam suam commigrans, officium celebrare præsumat sine literis commendatitiis: sicut olim multis in locis actum esse, repertum est.

14. De titulo minori ad majorem migrare, nulli Presbytero licitum sit: sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inventus fuerit contra statuta [illegible] fa[illegible], eadem servetur sententia, quæ Episcopus, si de minore ad majorem transmigravit sedem.

15 Quicunque Presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam ille contra ecclesiasticam regulam disciplinam agere dinoscitur, qui alium Presbyterum, legitime ad F prædictam Ecclesiam ordinatum, per pecuniam excludit. Quod vitium late diffusum, summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur Clericis, sive Laicis: ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam, sine licentia & consensu Episcopi sui.

16. Ut Decimæ, [illegible] singulis dabuntur Ecclesiis, per consulta Episcoporum, a [illegible] eris, ad usum Ecclesiæ & Pauperum, summa diligentia [illegible] pen entur.

17. [illegible] unanimitati nostræ: ut quilibet Episcopus habeat Homilias, continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti G erudiantur [illegible] de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum; de resurrectione quoque futura, & [illegible] judicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut easdem Homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam: quo facilius cuncti possint intelligere, quæ dicuntur.

18. [illegible] porum sit magna [illegible] ndo P[illegible] tradere Baptismi [illegible] amentum. & quid in eodem renunciandum, quidve [illegible] credendum sit. Renunciandum [illegible] D[illegible]o, & omnibus operibus [illegible], & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur & sunt H homicidia, fornicationes, adulteria, eb[illegible] ate, & multa alia his similia, quæ [illegible] diaboli instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. [illegible] pa[illegible] ero ejusdem sunt, superbia, jactantia, [illegible] elatio, vana gloria, [illegible] & [illegible] quam plurima, quæ ex his oriri videntur.

A 19. [illegible] Missarum solemnia peregerit, [illegible] communicaverint [illegible] aliis quibuslibet personis astantibus [illegible] non tribuant [illegible] se majorem [illegible] magis sibi damnationem quam [illegible] sumere [illegible] juxta sententiam A[illegible] [illegible] ent [illegible] em, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet [illegible] em se ipsum homo & sic de pane illo edat & de [illegible].

1. Cor. 11. v. 27 &c.

B 20. Item P[illegible] endum est, ne [illegible] Chrismatis vas cum clave dimittant [illegible] libet attingere [illegible] eodem chrismate [illegible] aut potatos, neque [illegible] ullo examine de [illegible] multi [illegible].

21. Servandum Presbyteris [illegible] statuimus ne tabernas ingrediantur, comedendi bibendive causa. [illegible] statuta sacerdotes præsumserint canonica decernimus [illegible].

22. [illegible] opus & Presbyteri [illegible] pœnitentia ulla, qualiter hominibus sua [illegible] tempus abstinendi adscribant ut juxta modum peccati, pœnitentiæ abstinentia indicetur, quoniam varie aliquibus sacerdotibus, & indiscretè, hæc judicia proferuntur. Ideo necessarium videbatur nobis, cum omnes episcopi ad [illegible] palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cujus antiquorum [illegible] Pœnitentialis potissimum sit sequendus.

23. Canonicos & Clericos [illegible] tatum, qui in episcopiis conversantur, consideravimus, ut in claustris habitantes, simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno [illegible] refectorio, quo [illegible] possint ad horas canonicas celebrandas occurrere; ac de vita & conversatione sua admoneri & doceri. Victum & vestimentum, juxta facultatem Episcopi, accipiant: ne, paupertatis D occasione compulsi, per diversa vagentur, ac turpibus se implicare negotiis cogantur, dimisso [illegible], incipiant indisciplinate vivere, & propriis deservire voluptatibus.

24. Simili modo & Abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, solicite provideant Canonicis: ut habeant claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque refectionem. Horas canonicas [illegible] ludeant: victum & vestimenta, juxta quod potest Abbas, habeant: quo occasio ad [illegible] non possint constringi. Si [illegible] Abbates [illegible] bene vivendo duces & prævii, viamque demonstrent, qua recte gradiendo ad meliorem vitam pervenire valeant.

E 25 Monasteria Monachorum, in quibus olim regula S. Benedicti patris conservabatur, sed nunc fortè qualicunque negligentia subrepente, remissius ac dissolutius custoditur, vel certe penitus abolita negligitur, bonum videtur, ut ad pristinum revertantur statum: & Abbates eorundem in eodem habitu ac vita, qua ipsa regula præcipit eos incedere, vivere studeant. Quoniam [illegible] quæ sunt monasteria, in quibus jam pauci sunt Monachi, qui prædicti patris regulam, suis abbatibus promissam, habeant: quippe [illegible] Abbates magis canonice, quam monachice antes suos [illegible], et [illegible] deantur.

F 26. Porro in monasteriis Puellarum multa [illegible] possunt, quæ emendatione indigent. Nam quædam Abbatissarum, negligentius, quam oporteat, vivere dicuntur: & ob hoc earum vita & conversatio a multis diffamatur. Sed & talium actus subditarum familiam imitari velle, credendum est. [illegible] etiam a vestimenta, aliaque nonnulla necessaria, quæ jure ab Abbatissis præparari debuerant, abstracta sint eadem conqueritur familia.

27. Ut juvenes [illegible] nequaquam velentur; usque dum probetur illarum religio, & bona ab eis vota [illegible] facto, ne forte de eisdem dici possit ab Apostolo: * Quæ autem in [illegible] G sunt, viventes mortuæ sunt.

1. Timoth. 5.

28. Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum decreta Patrum minus dicunt, ante [illegible] an[illegible] forte a[illegible] necessitate, pro qua licitum e[illegible] statuta mutare ut in Canonibus requiratur invenire poterit.

29. Presbyteris, Diaconis, [illegible] Clericis [illegible] monasteriorum Puellarum non sit concessum habitare [illegible] trent monasteria, nisi tempore, quo Missarum [illegible] celebranda sunt vel alia qualibet ecclesiastica officia [illegible] peracta, statim egrediantur: ne ibi postea [illegible] tam H similiter & aliis hominibus, eadem mon[illegible] importune frequentare cupientibus omnis aditus [illegible].

30. Abbatissæ, aliique sui episco[illegible] monasteriorum [illegible] habeant potestatem, [illegible] Imperatorem nostrum proficisci voluerit, sed [illegible] permaneant monaste-

A *monasteriis; ibique & per ipsas custodire sibique commissas servare, quanta poterunt vigilantia, decertent.*

31. Ut in monasteriis Canonicorum, Monachorum, seu Puellarũ, major hominum numerus non admittatur, quam facultas monasterii possit sufferre.

32. Omnes homines & maxime Christiani studeant inter se pacem, unanimitatem, & concordiam habere, odium vero & discordiam longè à se propellere. Neque pro terreno & caduco quæstu quis, invidiæ stimulis agitatus, felicitati fratris invideat, sed potius bona, quæ sibi optat, eadem & Proximus æqualiter cupiat.

B *33. Comitibus, Judicibus, reliquoque populo expedit, ut suis sint Episcopis consentientes & obedientes, propter Dei amorem, suique gradus honorem: & semper ab eis utile quærant auxilium, illorumque salubria non spernant monita; sed intentâ cordis aure audiant. Similiter verò & Episcopi, & prædictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant, & sic se-se mutuis studeant sublevare consolationibus.*

34. Summoperè admonendi sunt Comites, & Judices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere. C *Quoniam multi sunt, qui pejerare pro nihilo ducunt: in tantum, ut, pro unius diei satietate, aut pro quolibet parvo pretio, ad juramentũ conduci possint; animasque suas perjurio perdere minimè formidant. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quòd non solùm qui pejerant, sed etiam qui perjuriis consentiunt, simili plectendi sunt damnatione.*

35 Nullum Christianum, pro quolibet placito vel judicio, à qualibet personâ, munera exigere aut accipere debet. Quoniam id divina Scriptura, multis in locis, magnâ interdicit autoritate; teste Scripturâ, quæ ait: *Munera excæcant oculos sapientum, & subvertunt verba justorum.

** Deut. 16. v. 19.*

D *36. Omnibus communiter intimetur, ut unusquisque, omni tempore suam familiam, & ad se pertinentes inopes, alere ac vegetare studeat. Quoniam impium est, & Deo odibile, eos, qui divitiis affluunt, nimiumque opibus abundant, non adjuvare miseros & indigentes.*

37. Sciendum est, quòd, exceptis diebus dominicis, & illis solennitatibus, quibus & universalis ecclesia, ob recordationem dominicæ Resurrectionis, solet stando orare; fixis in terram genibus, suppliciter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam, deposcendum est: cujus rei in Evangelio ipse Dominus E *nobis dedit exemplum. Sed & Stephanum Martyrem, & Apostolum Paulum eadem fecisse, liber Actuum Apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur, oportere Christianum humiliter ad terram prosterni: ne fortè illi dicatur,* †Quid superbis terra & cinis?

† Syr. 10. v. 9.

38. Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad Ecclesiam conveniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur: ita quâ etiam, quàm diu orationis causâ morãtur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes. Sed & tempore, quo Missarum solennia celebrantur, non solum ab otiosis & inutilibus verbis, verumetiam & à perniciosis cogitationibus, funditus abstinendum est.

F *39. Placita quidem secularia, in ecclesiis, vel in atriis ecclesiarum, à Comitibus Vicariisque, usque modo multis in locis habita, ne ultra fiant, interdicendum est; cum autoritate Domini: qui expulsis de templo negotiatoribus, asseruit, debere domum Dei domum esse orationis.*

40. Itemque interdicatur, ne mercata & placita usquam fiant die dominicâ: quia oportet omnes Christianos à servili opere, in laude Dei & gratiarum-actione, usque ad vesperam, perseverare.

41. Incestuosi, parricidæ, homicidæ, multi apud nos (heu proh dolor) reperiuntur. Sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare; volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per secularis potentiæ disciplinam, à tam prava consuetudine coercere; qui per salutifera Sacerdotum monita nolunt revocari. Quorum aliquos jam excommunicavimus: sed illi hoc parvi-pendentes, in eisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra decernat Mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

42. Admoneant Sacerdotes fideles populos, ut noverint, magicas artes incantationesque, quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quicquam mederi: non ligaturas ossiũ vel herbarum, cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis; quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

A *43. Omnes homines admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suæ assertionis, nomen Domini in vanum assumant. Quod ipse Dominus interdicit faciendum, ubi ait:* * Ne adsumas nomen Domini tui in vanum. *In vanum etenim nomen Dei adsumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult ut sibi ab alio credatur, Deum omnipotentem, testem rei, de qua agit, invocat, eumque sibi ita esse adjutorem, sicut ea vera sunt, quæ loquitur. Nam & ipse Dominus in Evangelio, hoc modo prohibens omne genus juramenti:* † Nolite, *inquit*, omninò jurare, neque per B cœlum, neque per terram, neque per caput tuum, &c.

** Exodo 20.*
† Matth. 5. v. 34. 35. 36.

44. Propter diversas occasiones, res pauperum multis in locis valdè attenuatæ sunt, eorum scilicet dumtaxat, qui liberi esse noscuntur, & sub potestate potentiorum sunt constituti. Quorum si negotia & causas Clementia piissimi Principis nostri diligenter investigare jusserit: reperientur quamplurimi, diversis occasionibus, ad ultimam paupertatem jam redacti.

45. Quòd mensura & pondera justa ubique habenda sunt, testis est Salomõ, qui dicit, * quòd statera dolosa abominatio sit apud Deum, & pondus æquum voluntas ejus. *Et Dominus in Evangelio;* * In quâ mensurâ, *inquit*, mensi fueritis, remetietur C vobis. *Quod licet de animabus dictum intelligi possit, tamen non absurdè & de hac re dictum accipi valet.*

** Prov. 11. v. 1.*
** Matth. 7. v. 2.*

*46. Nonas ac Decimas, quas, qui res ecclesiasticas tenent, solvere rectoribus ecclesiarum ordinati sunt, ad luminaria & stipendia clericorum, multis in locis abstractas esse videmus. Quod sæpe jam in suo vestris, in publicis indicavimus placitis. Sed inde hactenus aut parvum, aut nullum consecuti sumus effectum. Similiter & de restauratione tectorum, nobis necessitas incumbit indicare: quia non tantùm domus monasteriorum, sed & ipsa ecclesia, propter tectorum in*D *opiam, ruinas minantur.*

47. Jejunia, quando generaliter pro aliquâ necessitate indicuntur, diligenter ab omnibus custodienda sunt, & observanda. Nec se aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi; ut de communi consortio sequestratus, effectum jejunii, quem cum cæteris abstinendo consequi debuit, ingluvie ventris victus, turpiter amittat.

48. Ebrietatem & crapulam fideles sectari non debere, Dominus in Evangelio auctor est; qui suis auditoribus ita præcepit: Attendite, *inquit,* * ne graventur corda vestra in crapulâ & ebrietate. *Quæ vitia modò apud homines nullius momenti esse pu*E*tantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facilè non possunt comprehendi. Generantur enim de illis quamplures noxiores corporum morbi: ut Physici testantur. Ad statum quoque mentis evertendum, quantum noceat ebrietas, facilè deprehendi poterit: quippe cum pene omnium malorum, quæ ab hominibus rapiùs perpetrantur, causa sit & origo ebrietas.*

** Luc. 21. v. 34.*

*49. Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos piè & misericorditer agant, nec eos qualibet injustâ occasione condemnẽt, non vi opprimant, non illorum substantiolas injustè tollant. Nec ipsa debita, quæ à subditis reddenda sunt, impiè ac crudeliter exi*F*gantur.*

50 Ut, si non frequentiùs, vel ter, laici homines in anno communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur.

51. Diligenter tractare & inquirere partes cœpimus in conventu nostro, sicut pia serenissimi Principis nostri nobis injunxit admonitio, de illis hominibus, qui exhæredati esse dicuntur: si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere, se à quolibet nostrûm illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, aut frater, vel propinquorum aliquis, ad ecclesias Dei dedissent, & in ejus nomine iterum G *precaria, à rectoribus ecclesiarum, acciperetur. Sed in eodem conventu nostro neminem reperimus, qui de hac re adversùs nos conqueri voluisset. Nam penè nullus est, qui res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis aut tantum, quantum donavit, aut duplum aut triplum, usufructuariò accipiat. & quibus ille tunc, vel quantum filii aut propinqui à rectoribus impetraverit, post discessum ejus eadem conditione, quâ ille tenebat, posteri ejus sibi vindicent. Hic usus, & hæc ratio, apud nos usque modo de talibus tenebatur. Nam & nobis visum est, prædictis hæredibus hanc dare optionem, ut, si voluissent traditiones parentum suorum consequi, de* H *quâ illi jam erant per legem exclusi; rectoribus ecclesiarum se commendarent, & hæreditatem illam in beneficium, unde se adjuvare ac sustentare possent, acciperent.*

Hæc non in conventu nostro ità ventilavimus sed quomodo deinceps piissimo Principi nostro de his agendum placebit, nos fideles

ejus famuli, libenti animo, ad nutum & voluntatem ejus, parati simus.

SYNODUS CABILONENSIS.

Jussu Caroli Magni, Episcopi & Abbates, ex Gallia Lugdunensi Cabilonem convenerunt, anno Domini 813. *Sigebertus.* & Capita 67. de emendatione status ecclesiastici, conscripserunt: quæ Imperatori sunt exhibita.

1. *Decrevimus, juxta sanctorum Canonum constitutionem, & ceterarum sanctarum Scripturarum doctrinam, ut Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrina fulgore splendeant; & verborum Dei alimento animas subditas satiare non cessent, & cum David quotidie dicant:* † Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: *ita videlicet, ut illas Scripturas notissimas habeant, quæ catholicæ appellantur, & earum sensum per Patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligant, & librum B. Gregorii Papæ de cura pastorali: & secundum formam ibidem constitutam, & vivant, & prædicent.*

2. *Ut ea, quæ legendo perscrutantur, opere compleant, juxta illud:* † Cœpit Jesus facere & docere. *Et illud:* Et memoriam tenentibus, ut faciant ea. *Et illud:* * Beati, qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirunt ea. Non enim, qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. *Et* † Quia non auditores legis; sed factores ejus justificabuntur. *Et:* * Regnum Dei non in sermone, sed in opere. *Et sint subditis norma vivendi: ita videlicet, ut & verbis, & exemplis, populo, ad æternam patriam pergenti, ducatum præbeant: ut vita eorum & doctrina nequaquam discordent: sed, quæ docent, faciant; & quæ faciunt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce justitiæ, a credentium mentibus, vitiorum spinas eradicent; & verbi Dei semine, agros mentium eorum ad fœcunditatem perducant.*

3. *Oportet etiam, ut (sicut Dominus Imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, justitiæ & temperantiæ, præcepit) Scholas constituant: in quibus & literaria solertia disciplinæ, & sacræ Scripturæ documenta, discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Domino,* † Vos estis sal terræ: *& qui condimentum plebibus esse valeant: & quorum doctrina, non solum diversis hæresibus; verumetiam Antichristi monitis, & ipsi Antichristo, resistatur: ut merito de illis in laude Ecclesiæ dicatur:* * Mille clypei pendent ex ea; omnis armatura fortium.

4. *Opportunum ducimus, ut humilitatem atque religionem, & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent: ut bene-agentes & habitu & vultu demulceant, male agentibus vero ipso suo visu terribiles sint: juxta illud, quod in tabernaculo Dei boum & leonum effigies expressæ memorantur. Et Dominus in Evangelio,* * *& astutiam serpentis, & simplicitatem columbæ habendam, percenset.*

5. *Ut, juxta Apostoli vocem,* † *sacerdotes irreprehensibiles sint, & moribus ornati. Et nequaquam turpibus lucris deserviant; juxta illud quod ait Scriptura:* † Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se probavit. *Et à turpibus lucris & usuris, non solum ipsi abstineant, verumetiam plebes sibi subditas abstinere constituant.*

6. *Imputatur quibusdam fratribus, eò quod avaritia causa hominibus persuadeant, ut, abrenunciantes seculo, res suas Ecclesiæ conferant. Quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum etenim salutem inquirere Sacerdos, non lucra terrena, debet. Quoniam fideles, ad res suas dandas, non sunt cogendi, neque circumveniendi. Oblatio namque spontanea esse debet; juxta illud, quod ait Scriptura.* † Voluntariè sacrificabo tibi. *Et illud:* * Omnis populus mente devota obtulerunt donaria Domino. *Ecclesia vero sancta, non solum fideles spoliare non debet, quin potius in opulis opem ferre: ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes, sancta Ecclesia, ut pote a pia matre, & omnium gubernatrice, subsidium accipiant. Quia res Ecclesiæ, quibus Episcopi, non ut propriis, sed ut commendatis, uti debent, precia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viventium.*

7. *Constitutum sane fuerat iste conventus: ut Episcopi sive Abbates, qui non in profectum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumveniendo totonderunt; & res eorum mala persuasione, non solum verbis, sed potius fraudulenter, pœnitentia, canonica sive regulari, utpote turpis lucri sectatores, subjaceant. Hi vero, qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus persuasi, metu inopes effecti, rerum suarum dominos esse nescientes, comam deposuerint, in eo, quod cœperunt, perseverare cogantur. Res namque, quæ ab illectis & negligentibus datæ, ab avaris & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, hæredibus reddantur: qui dementia parentum, & avaritia incentorum, exhæredati esse noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis aut Abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse convincuntur, Episcopi & Abbates decidant, ille verbi rapacitate & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quisque Deo juste & rationabiliter de rebus suis offert, Ecclesia tenere debet.*

8. *Oportet etiam, ut, si quando Sacerdotes fruges vel quosdam redditus terræ, congregant, & præcellunt; non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & thesauros congregent: sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.*

9. *Ab omnibus oculorum auriumque illecebris Sacerdotes abstinere debent: & canum, accipitrum, falconum, vel cæterarum hujuscemodi rerum, curam parvipendere. & histrionum sive scurrorum, & turpium seu obscœnorum jocorum insolentiam, non solum ipsi respuant, verumetiam fidelibus respuenda percenseant.*

10. *Ut sobrietatem Sacerdotes teneant, & hujus habendam fidelibus prædicent. Quia non potest libere prædicare, qui se vino usque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de comessationibus, & de cæteris pestibus, ad gastrimargiam pertinentibus, servandum est.*

11. *Ut Episcopus ad forum, neque ubi publicè negotia judiciaria exercentur, non pergat, sua causa suffragaturus: nisi forte, ut aut pauperibus oppressis succurrat, aut de verbo Dei Judices admoneat, ut (juxta Domini præceptum) justa judicent judicia. Hoc & de Abbatibus, & de Presbyteris & Diaconis, & maxime Monachis, observandum est. Si vero eorum, qui in clero sunt, propria causa agenda est: cum licentia Episcopi, & advocato peragat, & sua causa cum justitia suffragetur.*

12. *Ut neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Monachi, villici fiant.*

13. *Dictum est interea de quibusdam fratribus; quod eos, quos ordinaturi sunt, jurare cogant, quod digni sunt, & contra Canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo, qui eos ordinat & ecclesiæ, in qua ordinantur. Quod jusjurandum, quia periculosum est, omnes inhibendum statuimus.*

14. *Cavendum sane est, ne, cum Episcopi parochias suas peragrant, quandam damnosam erga subditos, seu erga socios, tyrannidem exerceant: nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam judiciaria invectione, stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus: ut, si quando eis peragranda parochia necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in deprædandis & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus, operam dent. Et, si quando eis, ad peragendum ministerium suum, a fratribus aut subditis aliquid accipiendum est: hoc summopere observare debent, ne quem scandalizent, aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est; ut & verbi Dei prædicator, ubi proprii desint, & tamen fratres, illius præsentia non graventur, exemplo Apostoli Pauli, qui, ne quem gravaret, arte & manibus victum quærebat.*

15. *Dictum est etiam, quòd in plerisque locis Archidiaconi, super Presbyteros parochianos, quandam exerceant dominationem, & ab eis censum exigant, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ordinem, pertinet. Si enim Episcopi (juxta Petri Apostoli * sententiam) non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo: multò minus illi hoc facere debent: sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram. Et quod eis ab Episcopis injungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem & avaritiam præsumentes.*

16. *Quidam fratres dixerunt, consuetudinis antiquæ fuisse in eorum ecclesiis; ut pro balsamo emendo, ad chrisma faciendum, sive pro luminaribus ecclesiæ concinnandis, binos vel quaternos denarios Presbyteri darent. Unde omnes uno consensu statuimus ut, sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo, sive luminaribus emendis, nihil Presbyteri, chrisma accepturi, dent. Episcopi namque de facultatibus Ecclesiæ balsamum ematur: luminaria singuli in Ecclesiis suis concinnanda provideant.*

17. *Inventum est, quòd in quibusdam locis Presbyteri dominicum*

vel quaterdenos den[arios] Episcopis in censum, annis singulis, darent. Quod penitus abolendum omnes decrevimus.

18. Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi, & Comites, ab incestuosis, & ab his qui Decimas non dant, valides accipiant; & a presbyteris, pro quibusdam negligentiis: & inter se pecuniam dividant. Quod penitus abolendum decrevimus: ne forte avaritia locus detur. Et constituimus, ut incestuosi, juxta canonicam sententiam, pœnitentia mulctentur. Qui vero Decimas, post crebras admonitiones & prædicationes Sacerdotum, dare neglexerint; excommunicentur. Juramento vero eos constringi nolumus, propter periculum perjurii.

19. Questi sunt præterea quidam fratres, quod essent aliqui Episcopi & Abbates, qui Decimas non sinerent dari Ecclesiis, ubi illi coloni Missas audiunt. Proinde decrevit sacer iste conventus: ut Episcopi & Abbates, de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habent, Decimas ad ecclesias dari faciant: familia vero ibi det Decimas suas; ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.

20. Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, docente Apostolo: † Sequimini pacem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: multo magis inter Episcopos & Comites esse debet; qui, post Imperialis apicis dignitatem, populum Dei regunt. Ità enim inter se concordare debent: ut alterutrum sibi, ad Dei servitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solum non noceant; quin potius adminiculo sint. [† Hebr. 12. v. 14.]

21. Comitibus verò & Judicibus hoc summopere observandum est: ut juste judicent; & nequaquam in judicio munera seu personas accipiant, docente Domino: * Non accipies personam, nec munera. quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum. Sed & ministros, quos Vicarios & Centenarios vocant, justos habere debent: ut forte eorum avaritia aut rapacitate populus gravetur; & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Testes verò probatissimi, & pauci de pluribus, esse debent tales; de quorum fide non dubitetur. Multum autem, pravorum testium cupiditate & falsitate, læditur Respublica. [* Deut. 16. v. 19.]

22. De Abbatibus verò & Monachis, idcirco hic pauca scribimus quia penè omnia monasteria regularia, in his regionibus constituta, secundùm regulam S. Benedicti se vivere fatentur: quia beati Benedicti documenta per omnia demonstrant, qualiter eis vivendum sit. Inquiratur ergo diligenter, ubi secundùm ipsum ordinem vivitur; & ubi ab ipso ordine digressum est: ut juxta ejusdem beati viri institutionem vivere certent; qui se, ut ita viverent, cum attestatione professi sunt.

23. Decrevimus etiam, secundùm institutionem Presbyterorum, Diaconorum, & cæterorum graduum inferiorum, ordinationes statutis temporibus fieri debere.

24. De Episcopis vero, Presbyteris, & Diaconis, & Monachis interfectis, quærendum à Domino Imperatore est; cui illius homicidii precium exsolvendum sit.

25. Pœnitentiam agere, juxta antiquam Canonum constitutionem, in plerisque locis ab usu recessit; & neq; excommunicandi, neq; reconciliandi, antiqui moris ordo servatur: ut à Domino Imperatore impetretur adjutorium: qualiter, si quis publicè peccat, publicâ mulctetur pœnitentia; & secundùm ordinem Canonum, pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur.

26. Perlatum ad nos est, quòd inter hæredes ecclesiæ, in rebus propriis constructæ dividantur; & tanta per eandem divisionem simultas oriatur: ut unius altaris quatuor partes fiant; & singulæ partes singulos habeant presbyteros. quod sine discordia & simultate nullo modo geri potest. Unde nobis visum est, quòd hujuscemodi Ecclesiæ inter hæredes dividi non debeant. & si in contentionem venerint, & simultates inter eos surrexerint, per quas Sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit: præcipiatur ab Episcopo civitatis, ut nullo modo ibi Missarum solennia celebrentur; donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque consilio ecclesia illa sacerdotem canonicè habeat, qui libere ibi suum ministerium peragere possit.

27. Dictum nobis est, quòd quidam de plebe, bis & ter ab Episcopis, ignorantibus eisdem episcopis, confirmetur. Unde nobis visum est, eandem confirmationem, sicut nec Baptismum, iterari minimè debere.

28. Interrogaverunt nos quidam, de affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia jungenda sint. Quibus nos ad Canones currere præcepimus: & quod in eis continetur,

A bo. ab eis in megina, sicut & in cæteris, observari debere.

29. Sane quæ in proprio viro, hoc utinerum in uxoris parentelâ, de lege Nuptiarum, regula custodienda est. Quia ergo constat, eos dum esse in carne una, communis illis utrinque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: * Erunt duo in carne unâ. [* Gen. 2. v. 24.]

30. Dictum est nobis, quod quidam legitima servorum matrimonia, potestativa quadam præsumptione, dirimant, non attendentes illud evangelicum: * Quod Deus conjunxit, homo non separet. Unde nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur, etiamsi diversos dominos habeant: sed in uno conjugio permanentes, dominis suis serviant. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum. [* Matt. 19. v. 6.]

B

31. Dictum etiam nobis est, quasdam fœminas desidiosè; quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus: ut, si qua mulier filium suum, desidia aut fraude aliqua, coram episcopo ad confirmandum tenuerit; propter fallaciam suam vel fraudem, quamdiu vivat, agat pœnitentiam: a viro tamen suo non separetur.

C 32. Sed & hoc emendatione egere perspeximus; quòd quidam, dum confitentur peccata sua Sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo constat, hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore; & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena fit confessio: scilicet ut & ea confiteantur, quæ per corpus gesta sunt; & ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor; ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile vivitur, confessionem faciat. quia aut cogitatione, aut (quod est gravius) opere, eorum instinctu peccavit. Odium etenim, invidia, superbia, vel cætera hujuscemodi animæ pestes, tantò periculosius lædunt; quantò subtilius serpunt.

D

33. Quia quidam solummodò Deo confiteri debere dicunt peccata; quidam vero Sacerdotibus confitenda esse percensent: quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam: ita duntaxat, ut & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum David dicamus: * Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi: dixi, Confitebor adversum me injustitias meas Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. & secundùm institutionem Apostoli, † confiteamur alterutrùm peccata nostra; & oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis autor & largitor, plerumque hanc præbet sua potentia invisibili administratione, plerumque Medicorum operatione. [* Psal. 31. v. 5.] [† Jac. 5. v. 16.]

E

34. Quia igitur, Apostolo teste, † non est personarum acceptio apud Deum; & in omnibus judiciis cavenda est: multo magis in hoc pœnitentiæ judicio peccaveri debet: ut nullus Sacerdotum unquam, aut gratia, aut odio alicujus personæ, secus judicet, quam quod in Canonibus sacris invenerit, aut quod illi, secundum sacrarum Scripturarum auctoritatem, & Ecclesiasticam consuetudinem, rectum visum fuerit. Si ergo Medici, qui corporibus medicinam cum ferro conantur, nequaquam propter personæ cujuslibet acceptionem, his quos sanare cupiunt, cauterio aut ferro, aut cæteris aliis quibuslibet rebus, parcunt: multo magis id-ipsum his observandum est, qui non corporum, sed animarum Medici existunt. Neque enim pensanda est pœnitentia quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum, Deus non spernit.* [† Rom. 2. v. 11.] [* Psal. 51. v. 19.]

F

G

35. Multi (quod sine dolore dicendum non est) in pœnitentia, non tam peccati remissionem; quam temporis constituti exspectant expletionem. Et, si carnium & vini usus eis interdictus est: mutata, non voluntate; sed ejusdem cibi aut potûs perceptione, in tantum deliciis suis indulgent: ut deliciosius, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu, vivere cognoscantur. Spiritualis autem abstinentia est, quæ in pœnitentibus vigere potissimum debet, & quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet. Ille, siquidem, ille magis parsimoniam servare censendus est: qui sibi non solùm quarundam rerum perceptiones; sed delectationes corporis, penitus interdicit.

H

36. Sed nec hoc prætereundum putavimus. quòd quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem, quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccata

juxta illud:* Ignem ardentem extinguit aqua; & eleemosyna extinguit peccata: sed ea, quæ aut necessitate, aut casu aut qualibet fiunt fragilitate. Ea vero, quæ ex industria, aut cujuslibet libidinis explendæ causa, idcirco fiunt, ut eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt. Quia, qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet, ut eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet; quia peccavit. Mentem enim & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

*Syr. 3 v. 30.

37. Cum igitur omnia consilia Canonum, qui recipiuntur, sint a Sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis vivendum & prædicandum: necessarium duximus, ut ea, quæ ad fidem pertinent; & ubi de exstirpandis vitiis, & plantandis virtutibus, scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur.

38. Modus autem pœnitentiæ peccata sua confitentibus, aut per antiquorum Canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum autoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem, (sicut superius dictum est) imponi debet; repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos Pœnitentiales vocant: quorum sunt certi errores; incerti autores. De quibus recte dici potest: † Mortificabant animas, quæ non moriuntur; & vivificabant animas, quæ non vivebant. Qui, dum pro peccatis gravibus leves quosdam, & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos: consuunt pulvillos, secundum Propheticum sermonem, * sub omni cubito manus; & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis, ad capiendas animas.

† Ezech. 13 v. 19.
* ibid. v. 18.

39. Visum propterea nobis est: ut in omnibus Missarum solemnitatibus, pro defunctorum spiritibus, loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viventibus, & pro quibuslibet necessitatibus, Dominum Ecclesia deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Missarum solemnibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur sancta Ecclesia tenet: ut & in Missarum solennitatibus, & in aliis precibus, Domino spiritus quiescentium commendet: dicente beato AUGUSTINO: Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum; quas faciendas pro omnibus, in Christiana & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, quos sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: ut, quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati vel amici; ab una eis exhibeatur matre communi.

40. Dictum nobis est, Presbyteros propter suam negligentiam canonice degradatos, seculariter gradu amisso vivere; & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Unde statuimus, ut, gradu amisso, agendæ pœnitentiæ gratia, in monasterio, aut canonico, aut regulari, mittantur. Si vero hoc fieri causa qualibet prohibuerit: ubicunque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem, amisso gradu, seculariter vivere voluerint; & pœnitentiam agere neglexerint: ab Ecclesiæ communione separentur.

41. Presbyter, proprio loco dimisso, ad alium migrans, nequaquam recipiatur: nisi suæ migrationis causam dixerit; & se innocenter vixisse in parochia, in qua ordinatus est, sub testibus probaverit; literis etiam probaverit, in quibus sint nomina episcopi & civitatum plumbo impressa. Quibus cognitis, & talibus inventis, quibus fides adhiberi possit recipiatur.

42. Inventum est, quod multi, arbitrii sui temeritate, & (quod gravius est) ducti cupiditate, Presbyteris quibuslibet, absque consensu suorum Episcoporum, ecclesias dant, vel auferunt. Unde oportet, ut, canonica regula servata, nullus, absque consensu Episcopi sui, cuilibet presbytero ecclesiam det. Quam si juste adeptus fuerit: hanc non nisi gravi culpa sua, & coram Episcopo, canonica severitate amittat.

43. Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt episcopos esse; & multos negligentes, absque licentia dominorum suorum sive magistrorum, presbyteros & diaconos ordinant. Quorum ordinationem, quia plerumque incidit in Simoniacam hæresin, & multis erroribus subjacet, modis omnibus irritam fieri debere; omnes uno consensu decrevimus.

44. Superius scripsimus, Presbyteros villicos esse non debere & nimis, aut in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam sive Turonum absque licentia episcopi sui adire, penitus decrevimus inhibendum.

45. Nam & a quibusdam, qui Romam Turonumve, & alia quædam loca, sub prætextu orationis, inconsulte peragrant, plurimum erratur. Sunt Presbyteri & Diaconi, & cæteri in clero constituti, qui negligenter viventes, in eo purgari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere: si præfata loca attingant. Sunt nihilominus Laici, qui putant se impune aut peccare, aut peccasse; quia hæc loca orationis frequentant. Sunt quidam Potentum, qui acquirendi census gratia, sub prætextu Romani sive Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: & quod sola cupiditate faciunt; orationum sive sanctorum locorum visitationis causa se facere, videri affectant. Sunt Pauperes, qui vel ideo id faciunt, ut majorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero sunt illi, qui circumquaque vagantes, illo se pergere mentiuntur: vel qui tantum sunt vecordes, ut putent se sanctorum locorum sola visione a peccatis purgari, non attendentes, quod ait beatus HIERONIMUS: Non Hierosolymam vidisse; sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. De quibus omnibus, Domini Imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia exspectetur. Qui vero peccata sua Sacerdotibus, in quorum sunt parochiis, confessi sunt; & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt: si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum, invisere desiderant: horum est devotio omnibus collaudanda.

46. In perceptione corporis & sanguinis dominici, magna discretio adhibenda est. Cavendum est enim, ne, si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat; dicente Domino: † Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait Apostolus: * Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit. Juxta ejusdem ergo Apostoli documentum, * probare se debet homo; & sic de pane illo manducare, & de calice bibere. ut videlicet, abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum: exemplo David, † qui, nisi se fassus fuisset abstinuisse ab opere conjugali, ab heri & nudiustertius, panes propositionis nequaquam a Sacerdote accepisset.

† Joh. 6. v. 53.
* 1. Cor. 11. v. 29.
* ibid. v. 28.
† 1 Sam. 21. v. 5.

47. In Cœna Domini a quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est) percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat: cum etiam pœnitentes eadem die, ad percipienda corporis & sanguinis dominici sacramenta, reconcilient.

48. Secundum beati Jacobi Apostoli documentum, * cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopo benedicitur, a Presbyteris ungi debent. Sic enim ait: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus: &, si in peccatis sit, dimittentur ei. Non est itaque parvipendenda hujuscemodi medicina, qua animæ corporisque medetur languoribus.

* Jac. 5. v. 14. 15.

49. In quibus locis, & quo apparatu, Missarum solennia, exceptis basilicis, celebrari debeant; & utrum celebrari debeant: quia in Concilio Laodiceno ita scribitur; quod non oporteat in domibus celebrari ab Episcopis, vel a Presbyteris.

50. Dies interea dominici observatio & veneratio plerumque negligitur. Unde oportet, ut authentica constitutione, illius veneranda dies observatio, juxta imperium Domini Imperatoris, statuatur.

51. Quia ergo constat, in Ecclesia diversarum conditionum homines esse, ut scilicet nobiles & ignobiles, servi, coloni, inquilini, & cætera hujuscemodi nomina: oportet, ut, quicunque Prælati sunt, clerici, sive laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab eis operibus, sive in accipiendis tributis, & quibusdam debitis. Sciant quoque, eos fratres suos esse, & unum secum habere patrem, cui clamant; Pater noster, qui es in cœlis: unam matrem, sanctam Ecclesiam, quæ eos intemerato sacri fontis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima, & gubernatio opportuna, adhibenda est: disciplina, ne indisciplinate vivendo autorem suum offendant: gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus, Prælatorum adminiculo destituti, deficiant.

52. Monasteriis sunt puellaribus tales præferri debent feminæ, & Abbatissæ creari: quæ & se, & subditum gregem, cum magna religione & sanctitate custodire noverint; & his, quibus præsunt,

prodesse

prodesse non desinant; sed & se & illas ita observent, utpote vasa sancta, in ministerio Domini præparata. Talem enim se debet Abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut, eis ad cælestia regna pergentibus ducatum præbeat. Sciat etiam, se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddituram.

53. Libuit namque huic sacro conventui, quasdam admonitiunculas breviter eis Sanctimonialibus scribere, quæ se Canonicas vocant. Quoniam hæ, quæ sub monastica regula normam degunt, totius vitæ suæ ordinem, in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent.

54. Abbatissa diligentem habeat curam, de congregatione sibi commissa: & provideat in lectione, & in officio, Psalmorum modulatione; ut ipsæ Sanctimoniales strenuæ sint. & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat; utpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditurа: & stipendia Sanctimonialibus præbeat necessaria; ne forte, propter indigentiam cibi aut potus, peccare compellantur.

55. Abbatissa cum viris, clericis sive laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quicquid cum masculis, clericis sive laicis, de rebus necessariis, peragere debet; a prima hora usq; ad vespertinam peragat. Et hoc non cum singulis: sed coram pluribus.

56. A vespera usq; ad primam, neq; Abbatissa, neq; alia Sanctimonialium, cum quibuslibet masculis ullum colloquium habeant: nisi forte talis fuerit occasio, quam evitare non possint. & si necessitas incubuerit; id coram testibus facere debebunt.

57. Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur; nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet: nisi forte aut Imperialis jussio eam cogat; aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de Sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat.

58. Habeat etiam Abbatissa studium, aut in ædificando ea, quæ ad Sanctimonialium necessitatem pertinent; aut in restaurando.

59. Sanctimoniales, in monasterio constitutæ, habeant studium in legendo, & in cantando, in Psalmorum celebratione, sive oratione. Et horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam sextam, nonam, vespertinam, completoriam, pariter celebrent. Et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant: & omnibus diebus ad collationem veniant.

60. Non debere Presbyteros amplius in monasterio puellari immorari: nisi donec Missarum solennia celebrent, aut aliquid ibi de Dei servitio, & suo ministerio, expleant.

61. Non debere Sanctimoniales, in propriis mansionibus, cum aliquibus masculis, cler: sive laicis, consanguineis sive extraneis, bibere sive comedere. Sed si quando id agendum est, in auditorio agatur: & ubi auditorium deest, non fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibi coram testibus.

62. Sanctimoniales, nisi forte Abbatissa, pro aliqua sua necessitate incumbente, illas mittere; nequaquam de monasterio egrediantur. Hæ vero, quæ famulos aut famulas non habent, ad exercenda negotia, ad portam monasterii perveniant, & ibi coram testibus negotia sua exerceant.

63. Nullus vassus Abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus, claustra ancillarum Dei ingrediatur: nisi forte quando necessitas operandi incumbit

64. Portaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

65. Quicquid in his capitulis minus fuerit, ab Episcopo suo Abbatissa perquirat. Et ita illis in omnibus obediens sit, secundum canonicam constitutionem: sicuti justum & rectum est.

66. Interea omnis iste conventus, gratissima deliberatione decrevit: ut ab omnibus indesinenter orationes fiant, pro vita & incolumitate, pro salute animæ & corporis, Domini Imperatoris, prolisq; ejus, pro statu regni, pro remissione peccatorum, & cælestis regni collatione: ita duntaxat, ut semper magis ac magis, per incrementa temporum, talis crescat observatio. Dixit etiam, se Scripturarum sanctarum monita, & Canonum instituta, diligenti indagatione perquirere; & indefessa atq; infatigabili observatione, auxiliante Domino, velle perficere.

67. Hæc itaque pauca de pluribus, quæ necessaria perspeximus, cum magna brevitate, Domini Imperatoris prudenti judicio præsentanda, annotavimus. Cæterum, quid generaliter in omnibus & ab omnibus, sequendum sit, quidve vitandum, qualiterve intra sanctam Ecclesiam sit vivendum, qui plenius nosse desiderat; sanctarum Scripturarum prata percurrere non desistat.

SYNODUS ARELATENSIS.

Eodem studio & fine, Arelatensis Synodus, ad Caroli mandatum, anno Domini 813. juxta Sigebertum, VI. Idus Majas, convenit, in basilica Stephani: & capita 26. consignat offerenda Imperatori.

In 1. Fidei suæ confessionem proferunt.

In 2. pro Imperatore & liberis ejus orare jubent.

In 3. monent Episcopos & Sacerdotes, ut sacras literas sedulò legant; & plebem rectè doceant; & sacramenta ritè administrent.

In 4. vetant, ne Laici Presbyteros, sine Episcopi consensu, de ecclesiis expellant.

In 5. Ne propter munera Presbyteri ordinentur.

In 6. præcipitur Episcopis, ut attendant, quo singuli juxta regulam vivant.

7. Ut in monasteria Puellarum, non nisi probatæ vitæ, & ætatis provectæ viri, ad quascunque earum necessitates vel ministrationes, permittantur intrare. Ad faciendas vero Missas, qui ingressi fuerint, statim ex illo ministerio regredi festinabunt. Alias autem, nec clericum, nec monachum juvenem, ad puellarum congregationem habebunt accessum: nisi aut paterna, aut germana necessitudo, probetur admittere.

8. Ut non amplius suscipiatur in monasterio Canonicorum atq; Monachorum, seu etiam Puellarum: nisi quantum ratio permittit; & in eodem monasterio, absq; necessariarum rerum penuria, degere possint.

9. De Decimis: ut unusquisque de propriis laboribus Decimas & Primitias Deo offerat, sicut scriptum est: * Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo. * Exo. 22. v. 29.

10. De Prædicatione. Providimus enim, pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi: ut non solum in civitatibus, sed etiam in parochiis omnibus, ut Presbyteri ad populum verbum faciant; & ut bene vivere studeant; & populo sibi commisso prædicare non negligant.

11. De incestis conjunctionibus, sicut a sanctis Patribus institutum est, nihil prorsus veniæ reservamus: nisi cum adulterium separatione sanaverit. Incestos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus: Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione violaverit; si quis fratris germanam, uxorem acceperit; si quis novercam duxerit, si quis consobrinæ suæ se societ; si quis relictæ, vel filiæ avunculi, misceatur, aut patrui filiæ, vel privignæ suæ, concubitu polluatur: vel si quid est hujusmodi, quod & hic annotare longum est, & in inferni barathrum negligentem quemlibet immergit.

12. De Pacis bono atque concordia: ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur, inter Episcopos & Comites, inter Clericos & Monachos, & omnem populum Christianum: ut beatus Apostolus Paulus docuit, dicens: * Sectamini castitatem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. * Hebr. 12. v. 14. Et idcirco, quicquid illud est, quod ad veræ pacis studium & charitatis perfectionem, provocat; totis viribus nostris sectandum est: quicquid nos ab illa disjungit; ut venenum mortiferum a nobis cavendum est.

13. Ut Comites, Judices, seu reliquus Populus, obedientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justitias faciendas: & munera pro judicio non recipiant, nec falsos testes; ne per hos pervertant judicia justorum, quia scriptum est: † Justitia elevat gentem; injustitia verò miseros facit populos. * Prov. 14 v. 34. Et Psalmista: * Beati, qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. * Psal. 106. v. 3.

14. Ut unusquisque tempore famis aut cujuslibet necessitatis ad se pertinentes, pro viribus suis, gubernare studeat, quia scriptum est: * Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur. * Matth. 5. v. 7. Et iterum: † Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis. † Luc. 6 v. 37. 38.

15. Ut pondera vel mensuræ ubiq; æqualia sint & justa, sicut scriptum est. * Æquus modius, & æquus sextarius. * Levit. 19 v. 36. Et iterum † Pondus & pondus, mensura & mensura; utrumque abominabile est apud Deum. † Prov. 20 v. 10

16. Ne in dominicis diebus publicata mercata, neq; causationes

disceptationesq; exerceantur; & penitus à rurali & servili opere cesse tur: his solummodo peractis, quæ ad Dei cultum & servitium pertinere noscuntur.

17. Ut unusquisque Episcopus, semel in anno, circumeat parochiam suam, & noverit sibi curam populorum & pauperum, in protegendis ac defendendis, impositam. Ideòque dum conspiciunt, Judices ac Potentes pauperum oppressores existere; prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendare errorem insolentiâ; Regis auribus intimetur. ut, quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat.

18. Ut Presbyteri sub sigillo custodiant Chrisma; & nulli, sub prætextu medicinæ, vel cujuslibet rei, donare præsumant. Genus enim sacramenti est: & non ab aliis, nisi a Sacerdotibus, contingi debet. Quod si fecerint, honore priventur.

19. Ut Parentes filios suos, & Patrini eos quos de fonte lavacri susceipiunt, erudire summopere studeant illi, quia eos genuerunt, & eis a Domino dati sunt: isti, quia pro eis fidejussores existunt.

20. Ut ecclesia antiquitùs constituta, nec decimis, nec aliâ ullâ possessione priventur.

21. Ut, de sepeliendis in basilicis mortuis, illa constitutio servetur; quæ ab antiquis Patribus constituta est.

22. Ut placita publica & secularia, neq; in atriis basilicarum, neq; in ipsis basilicis fiant: dicente Domino; † Domus mea, domus orationis.

† Matth. 21. v. 13.

23. Nec Comites, vel Vicarii, seu Judices, vel Centenarii, sub malâ occasione vel ingenio, res pauperum emant; vel per vim tollant, aut quolibet argumento subripiant: sed, si cui aliquid possessionum emendum aut vendendum sit; id in publico, coram Comite & Judicibus, & Nobilibus civitatis, facere debebit.

24. Ut unusquisque Episcopus, in sua parochiâ, Presbyteros vel Diaconos diligenter inquirat: & fugitivos omnes clericos ad loca sua redire jubeat; & propriis episcopis, aut rectoribus quærentibus, reddat.

25. Ut, si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet; ad tecta ejusdem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas, omninò adjuvet.

26. Ut, qui publico crimine convicti sunt, Reipublicæ indicentur; & publicam pœnitentiam agant, secundum Canones.

Hac igitur sub brevitate, quæ emendatione digna perspeximus, quàm brevissime annotavimus, & Domino Imperatori præsentanda decrevimus; poscentes ejus Clementiam, ut, si quid hic minus est, ejus prudentia suppleatur: si quid secùs, quàm se ratio habet, ejus judicio emendetur: si quid rationabiliter taxatum est; ejus adjutorio, divinâ opitulante clementiâ, perficiatur.

SYNODUS TRIBURIANA.

Apud Triburiam, 22. Episcopi, Canones fecerunt de Pœnitentiâ eorum, qui interfecissent episcopum: ut patet *ex decreto Caroli Magni, in Synodo ad Villam Theodonis, Tomo 2. Conciliorum.*

SYNODUS AD VILLAM Theodonis.

Cùm Johannes episcopus in Vasconiâ esset interfectus; & passim tyranni in sacerdotes sævirent: Aistulphus Moguntinus, Hadabaleus Coloniensis, Hatto Trevirensis, Ebbo Rhemensis, & plures alii Galliæ & Germaniç episcopi, ad Villam Theodonis, jussu Caroli Magni, conveniunt; & Canones condunt, de pœnis ecclesiasticis & politicis adversùs eos, qui Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris & Episcopis, calumniam aut injuriam faciant. Quos Carolus Magnus, & Ludovicus, & Galliæ Principes, cofirmant; edicto in eandem sententiam promulgato. *Exstant in 2. tomo Conciliorum.*

SUB LUDOVICO PIO.

SYNODUS AQUISGRANA.

ANno Domini 816. Imperii Ludovici tertio, (Annales Francorum habent 819. & Sigebertus annum Domini 820. Aquisgrani habita est Synodus: quæ ex Hieronymi, Augustini, Prosperi, Gregorii, & Isidori scriptis, & ex Canonibus Conciliorum, duos libellos composuit. Unum, de vitâ, moribus, & officiis hominum religiosorum, Monachorum, Clericorũ, & Canonicorum: qui exstat *tomo 2. Conciliorum. Chronicon Cassinense* dicit, † Capitula 62. esse, anno Ludovici 4. conscripta, de Monachorum disciplinâ. Alterum, de moribus & disciplinâ Sanctimonialium.

† lib. 1. c. 13

Reperimus in quodam manuscripto libro Canones 34. quos Abbates & Monachi, in conventu Aquisgrani, anno Domini 816. & alios item 24. quos anno sequenti, Monachi & Abbates, de disciplinâ monasticâ, composuerunt. De illis autem suprà, in capite de Ceremoniis & Monachatu, quosdam adscripsimus.

Scripsit etiam epistolam Ludovicus, ad Arnonem Saltzburgensem episcopum, de istius Synodi Canonibus suscipiendis; & in suâ diœcesi proponendis.

SYNODUS WORMACIENSIS.

Ludovicus Imperator, cum omni Episcoporum consensu, in generali suo placito, apud Wormaciam habito, per Lotharium filium suum, & Hiltuuinum archicapellanum, de hac re (scilicet omnibus ubique licere, in universis episcoporum parochiis, non solùm clericis & abbatibus; sed etiam laicis & vasallis dominicis, Ecclesiæ titulos, ad se pertinentes, cum episcopi consensu, propriis presbyteris commendare) jussit intimare. *In Epistolâ Rabani & Monachorum Fuldensium, ad Otgarium archiepiscopum.*

SYNODUS MOGUNTINA.

Anno Domini 829. imperii Ludovici 16. mense Junio, Synodus Moguntii, in claustro basilicæ Albani martyris, celebratur. Convenerunt, Otgarius ejusdem Moguntiacẽsis ecclesiæ archiepiscopus, Hatto archiepiscopus, Haduhaldus archiepiscopus, Bernvvinus archiepiscopus, Adalram archiepiscopus, Crogo episcopus, Bernoldus episcopus, Benedictus episcopus, Nidgarius episcopus, Folcuicus episcopus, Wolfleoz episcopus, Adalingus episcopus, Baturatus episcopus, Wolfgarius episcopus, Harud episcopus, Theotgrinus episcopus, Hildi episcopus, Frotharius episcopus, Waldgoz episcopus, Wil ricus episcopus, Fridericus episcopus, Gerfridus episcopus, Geboinus episcopus, David episcopus, Udalricus episcopus, Hitto episcopus, Baturicus episcopus, Reginher episcopus, Erbeo episcopus, Hubertus chorepiscopus, Eburaccar chorepiscopus, Wolfgrinius chorepiscopus, Manno chorepiscopus, Rabanus abbas, Sigimarus abbas, Winibertus abbas, Sindolfus abbas, Albuinus abbas, Theotgerus abbas.

Interpellavit Rabanum abbatem Gotthescalcus, filius Berni, Comitis Saxonis: asserens, se & invitum fuisse attonsum; & violenter ab eo monasticæ vitæ mancipatum. Habitâ ratione, cùm in conventu Sacerdotum, secundùm divina humanaq; jura, diligenti studio causa discuteretur: inventus est is, qui interpellabat, autoritate canonicâ esse solvendus. ac per hoc, eorum judicio, paternæ restitutus est libertati: eâ tamen ratione, ut, si Abbati ità placeret, controversiæ eorum finis, inter eos, istius ac propinquorum suorum, esset juramentum. Quod quidem si abbas suscipere vellet: omnem ei injuriam, quam perpessus est, secundùm legem componeret. si autem ille juramentum nollet exigere: nec iste compositionem suæ quæreret injuriæ; sed tantùm legitimâ frueretur libertate. *Epistola Rabani. & Epistola Hattonis ad Otgarium.* Sed Rabanus, cum Otgarii licentiâ, appellavit ad Synodum, in quâ præstò esset Imperator: ut patet *ex ejus epistolâ ad Otgarium.*

SYNODUS AQUISGRANA.

Est & alia Synodus Aquisgrani celebrata, tempore Pipini, filii Ludovici Pii: cui interfuit Aldricus Genomanensis, & Herchinradus Parisiensis episcopus. Scripserunt autẽ tres libros, ad confirmanda sacrificia & bona ecclesiastica; contra eos, qui negabant, peccatum esse, res sacras, Deo & Ecclesiæ donatas, ad alios usus conferre. *Exstant in tomo 2. Conciliorum.*

Alia Synodus Aquisgrana.

Anno Domini 830. Aquisgrana Synodus celebrata est; cui præsedit Gregorius IV. *juxta Mutium* † *& Naucler um.* * Constitutum autem inter alia est: ne Episcopi & Clerici cujusvis gradûs, preciosas & exquisitas vestes, utpote seri-

† lib. 10.
* Gener. 29.

cas, &

cas, & coccini coloris aut bracteatem; neve in digitis gemmas, nisi dum Præsules sacrificant; ne in cingulis, calceis aut crepidis, aurum & argentum ferant. *Platina, in vita Gregorii IV.* Et ut unaquæque ecclesia habeat proventus, ad cōmunem victum clericorum sufficientes. *Nauclerus.*

SYNODUS MOGUNTINA.

Excitato dissidio inter Ludovicum & filios ejus, Moguntiæ Synodus indicitur; eâ cōditione, ne quis cum armis eò veniat. Cùm autem Hildo & Valaico abbates cum armis venissent: exclusi sunt a congressu; & tractata est causa Ludovici; & inquisitum in conjuratos & seditiosos: ac Theodulphus, abbas Segeriensis, & alii seditionis faces, relegati sunt. *Gangninus.**

* Ibi 4.

Meminit *Regino* & *Sigebertus* Synodi; in quâ Ebbo Remensis episcopus, & plures alii, qui conspiraverant in depositionem Ludovici Imperatoris, ab officiis remoti & exsiliis affecti sunt: anno Domini 835.

SYNODUS AQUISGRANA.

Anno Imperii Ludovici 24. Domini verò 838. *juxta Sigebertum*, (licèt Acta habeant, 833. Aquisgrani Synodus celebratur, jussu Imperatoris: in quâ renovantur Canones, quales episcopi & presbyteri esse debeant, qui præsint ecclesiæ. *Deinde*, quæ illos scire & facere oporteat. *Tertiò*, quæ episcopi & abbates, in gubernatione suorum, agere debeāt. *Quartò*, quæ ad Imperatoris officium pertineant, in juvandâ gubernatione Ecclesiæ, & rectè administrandâ Repub.

SYNODUS LUGDUNENSIS.

Hilduinus abbas Dionysii, & Vala Carbejensis, Hugobertus Lugdunensis, & Bernhardus Viennensis, & plures alii episcopi, Ludovicum, ob Judithæ uxoris ejus libidines & tyrannidem, excommunicant, & ab imperio removent; filiosq; ejus contra ipsum concitant. *Aventinus.*†

† Ibi 4.

SUB LOTHARIO.

SYNODUS MELDENSIS.

CArolus Junior, cùm ad regnum Francorum venisset; Synodum apud Meldensem urbem congregavit: in quâ hi Canones tribuuntur facti.

1. Dolus, qui se incestis pollutione commaculant, placuit: ut, quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantùm Catechumenorum in ecclesia admittamus. Cum quibus etiam nec cibum sumere, ulli Christianorum (sicut Apostolus jussit) fas est. Salubriter præcavendo sancimus: ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequò affinitatis lineamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari: quoniam scriptum est:†* Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinē ejus.

* 1. Cor 5. v.11.
† Levit. 18. v.6.

2. Et quoniam Episcopi, qui nostris & suis communibus Ecclesiæ, ut totius Regni necessitatibus occupati sunt, non valent cuncta soli prospicere, quæ intra fines parochiæ illorum perpetrantur: statuimus, ut, quotiescunque Episcopi a propria civitate digrediuntur, tales adjutores unusquisque in sua civitate relinquat, qui hæc omnia prudentissimè in suâ civitate peragant: ut pauperes, sanguine Christi redempti, semper in civitate præsentem inveniant, a quo responsum & consolationem accipiant. In vicis autem & villulis longè à civitate remotis, constituat unusquisque Episcopus reverendos & cautos, atq; providentia morum temperatos Presbyteros, qui suâ vice superius-statuta modestè perficiant, & ad quos alii presbyteri juniores & minùs-cauti suam causam referant.

3. Ut Canonum statuta sinè præjudicio ab omnibus custodiantur; & nemo in actionibus, vel judiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate, ducatur. In exponendis etiam vel prædicandis divinis Scripturis, sanctorum catholicorum Patrum, & probatissimorum, sensum quisque sequatur: in quorum scriptis (ut beatus dicit Hieronymus) fidei veritas non vacillat.

*4. Ut quisque Episcopus talem juxta se pro viribus habere decernet; qui, juxta sincerissimum & purissimum sensum catholicorum Patrum, fide & observatione mandatorum Dei, seu etiam prædicationis doctrinâ, presbyteros plebium assiduè instruat & informet: ne domus Dei vivi, quæ est Ecclesia, sinè lucerna verbi divini remaneat. Sed idem talis existat, quem amor pecuniæ non vexet; aut reprobi mores, & conversatio reprehensibilis, contemtibilem reddant. Hinc est, quòd, cum Moses querelam in conspectu Dei deponeret, non se posse portare tantum onus quod ei fuerat impositum, audivit a Domino:** Congrega mihi septuaginta viros, de senioribus Israël; quos tu nosti, quòd senes populi tui sint, ac magistri: & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis; ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris. *Quid in Mose, nisi summum sacerdotium? Quid in 70. viris, nisi presbyteros accipimus? Quòd autem Dominus aufert de spiritu Moysi, traditq; eis: patenter ostendit, quòd hi, qui ab episcopo in conspectu Dei vocati sunt, ut secum onus populi sustentent, eadem quæ Christus debent sentire, eadem velle, & impartito sibi onere totis viribus cooperari. Hoc enim significat, quòd non alium, sed eundem Moysi spiritum, accipiunt.*

* Num 11. v.16.17.

5. Ut nemo Episcoporum, vel quilibet minister ecclesiasticus, propter sacrum chrisma, aliquid muneris accipiat; neque denarios, vel qualibet munuscula, quæ per ministros episcoporum, a presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet Presbyteros tamen, cum voluntariis eulogiis, tempore congruo, visitare & venerari suos episcopos.

6. Ut Presbyteri nullatenus ubicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant: sed assiduè apud suas ecclesias esse studeant, propter sacra mysteria, vel ministeria fidelibus exhibenda; nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcunque habitationem habeant in locis, in quibus Presbyteri aliquē recursum habuerint. Quod si observare parvipenderint: ut transgressores & qui contra interdicta fecerint, judicentur.

7. Cavendum, & summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum Episcopis: ut Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus & electoribus quorumcunque, atque consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per Simoniacam hæresin regiminis locum obtineat, quacunque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione, per se, aut per emissam personam. Cùm Spiritus sanctus inter cætera documenta, per os dicat Gregorii: Cur non perpendit, quia benedictio illi in maledictionem convertitur? *Et alibi:* Dolens, *inquit*, dico: gemens denuncio: quia sacerdotium, quod apud vos intùs cecidit, foris diu stare non poterit.

8. Ut nemo Laicorum, Presbyteros ecclesiarum suarum, turpi villicationis, & (secundùm Apostolum) seculari & inhonestæ negotiationi implicare; nec secum aliorum contra autoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumserit, excommunicetur.

9. Nemo Presbyterorum baptizare præsumat; nisi in vicis & ecclesiis baptismalibus, atque temporibus constitutis: nisi causa ægritudinis, vel certæ necessitatis, & vici autoritate, & privilegia debita permittant.

10. Qui verò ex nostris parochiis, aut ad titulum, aut absolutè ordinari petuntur; nullatenus ordinentur: nisi aut in loco certo & religioso, vel etiam in civitate uno anno immorentur: ut de vita & conversatione atque doctrinâ illius, certitudo possit agnosci. Et nemo absolutè ordinare quenquam præsumat: sicut sancti sanxerunt Canones. Si quis de ordine sacerdotali contemtu minoris Ecclesiæ, ambitiosè & improbè ad potiorem adspiraverit: canonica ergà eum definitio conservetur.

11. Hi, qui ex rebus ecclesiasticis nonas & decimas persolvere, & sarta-tecta Ecclesiæ, secundùm antiquam autoritatem & consuetudinem, restaurare debent: & hoc non solùm negligunt, verùm & contemnendo dimittunt, atque clericos fame & penuria afficiunt, ecclesiastica quoque ædificia dissolutione annihilari permittunt: tam-diu ab ecclesiastica communione separentur, usquedū diligentiâ emendare studeant, quod socordia neglexerunt. Quòd si iteraverint post excommunicationem satisfactionem, regia potestate compulsi, juxta legale & antiquum edictū; Qui negligit censum, perdat agrum.

12. De Decimis, ubi antiquitùs fuerunt Ecclesiæ baptismales, & devotio facta fuit, juxta quod Episcopus ipsius parochiæ ordinaverit, omnimodis fiant donatæ. Et, si per donationes Regum, aut fautorum Deum-timentium bonorum hominum, ad episcopia seu monasteria aliquæ res delegatæ sunt; & ex ipsis rebus antiquitùs, ad ipsas ecclesias priores decimæ datæ fuerunt: ipsa antiqua donatio vel devotio, firma & stabilis permaneat. Tamen, ut supra diximus, Decimas de ipsis rebus, qui eas possidere videtur, persolvat.

13. Ut nullus Presbyter annonam, vel fœnum, in ecclesiam mittere præsumat.

14. Servi Ecclesiarum, quibuscunque potestatibus subditi, unde melior consuetudo, vel devotior commendatio, & tempore & jussione Domini Ludovici, vel certè Domini Caroli, seu etiam Pipini, non exstitit; saltem viginti diebus in anno, eidem Ecclesiæ, ad resarciendas ipsius ruinas, absq; molestia servire sinantur. Ubi autem & amplior commendatio, & melior consuetudo inde haberetur: pro hac nostra necessitudinis consideratione non decidat.

15. Ut, secundùm canonicam autoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici, de agro ecclesiastico, & manso, ac mancipiis, quæ ipse in suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ largitus fuerit Ecclesiæ, neque de Decimis & oblationibus fidelium, quemquam Presbyterum aliquem censum persolvere cogat: nec quisque cujuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquam subtrahat; & redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit: communione usque ad satisfactionem privetur, & regiâ potestate hoc emendare legaliter compellatur.

16. Raptores item virginum & viduarum, qui etiam voluntate parentum eas, quasi desponsatas, sub dotalitii nomine, in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ subjugentur: & post publicam pœnitentiam, ne in pejus corruant, iterum convenientes, de cætero eleemosynis, & cæteris quibuscunq; salvificæ conversationis actionibus, inservire procurent: usque-quò ab opere conjugali, ex consensu, se valeant abstinere.

17. Filii verò, ex hujuscemodi vituperabili conjunctione, ante conjugium minus laudabiliter procreati, ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo provehantur, nec de tali conjugio generati, ecclesiasticis ordinibus applicentur: nisi fortè eos, aut maxima Ecclesiæ utilitas & necessitas postulet; aut evidens meritorum prærogativa commendet.

18. De his, qui sponsas alienas rapiunt, antiqua & synodalis sententia observetur. Quòd & si fortè in Ecclesiâ eventus talis reperiri dinoscitur; ut pro salute & religione competentiâ humanius quiddam debeat tractare Pontifex, sicut canonica (ut ejusdem verbis utamur) docet autoritas: quia prior (inquiens) definitio duriùs, posterior autem, quiddâ tractavit humaniùs. Nullo modo (ut ad maximam indulgentiam descendamus) alterius sponsa accipiatur, sinè publicâ transeat pœnitentiâ; & sponso legaliter mulctam imponat. Quòd-si ad hæc obedire noluerit: sinè ulla refragatione anathematizetur; fautores verò illius, juxta modum culpæ, episcopali decreto pœniteant. Si verò (quod nos optamus) de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se assensorem vel interventorem manifestè prodiderit; à gradu proprio repellatur. Et, si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonice se purget.

19. De puellis raptis, nec-dum desponsatis, in Chalcedonensi Concilio scriptum est: Eos, qui rapiunt puellas, sub nomine simul habitandi, cooperantes & consentientes raptoribus, decrevit sancta Synodus: siquidem clerici sunt; decidant à gradu proprio: si verò laici; anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali autores damnandi sunt: quãdo participes & consentientes tanto anathemate feriuntur. Et, juxta canonicam autoritatem, ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possunt.

20. Si autem, qui nec-dum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum, privata desponsione, vel dotalitii nomine in conjugium sumeas habent: quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum conjunctione separentur; & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem, parentibus legaliter restituantur. Post actam vero publicam pœnitentiam, si ætas & incontinentia exegerit, ut legitimo & ex utrisq; partibus placito conjugio socientur. Nam in his non regulam constituimus: sed (ut verbis Magni Leonis utamur) quod sit tolerabilius, æstimamus. Quòd-si unus ex conjugatis obierit is qui publicam pœnitentiam egerit, & superstes exstiterit, iterare conjugium non præsumat: nisi fortè episcopus prævideriṫ aliquam concedere indulgentiam, ut graviorem possit amovere offensam.

21. Qui vero deinceps rapere Virgines præsumserit, & viduas: secundum synodalem beati Gregorii definitionem, ipsi & complices eorum anathematizentur; & raptores, sinè spe conjugii perpetuò maneant.

22. Ut illæ, quæ quasi Sanctimoniales, sub velamine religionis, degere videntur; sed potiùs in deliciis viventes, mortuæ in divinis oculis computantur, provincias discurrentes, curiose & verbosè libidinibus, cæterisq; carnis voluptatibus, inservire accusantur si manifestè detegi potuerint; episcopali autoritate & regiâ potestate, in talibus locis residere, sub testimonio religioso, cogantur, ubi pœnitentiam si fecerint dignam assequantur, & suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & ut religiosius de cætero vivant, & in monasterio convertentur, episcopali decreto & regiâ potestate coërceantur. De his enim Apostolus dicit:* Quæ cùm fornicatæ fuerint, in Christo nubere volunt.

* 1. Tim. 5. v.11.

23. Ut nemo quemlibet mortuum in ecclesiâ, quasi hereditario jure, nisi quem episcopus aut presbyter, pro qualitate conversationis & vitæ, dignum duxerit, sepelire præsumat: nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulcro suo ejicere, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quoquo modo violet: sed unumquemque in loculo, sibi à Deo parato atque concesso, adventum sui Judicis præstolari concedat: maximè, cum non solum divinæ leges, sed etiam humanæ apud humanam Rempublicam, sepulcri violatores reos mortis dijudicent. Sed neque pro loco sepulturæ, (ut verbis sancti Gregorii utamur) de terrâ concessa putredinis quærere, & de alieno velle facere luctu compendium, aliquo modo temet. Si quando autem proximi, vel heredes, spontè aliquid offerre in ecclesia voluerint, in eleemosyna defuncti; accipere non vetamus. Pati vero, aut aliquid exigi, omninò prohibemus ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis, quod absit, dicatur ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

24. Quicunque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum, religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint tanquam sacrorum Canonum contemtores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprii gradûs amissione mulctentur. Quia non possunt simul Deo & seculo militare.

25. Episcopos itaque monemus ut, sive per se, sive per vicarios, pabulum verbi divini sedulo populis administrent. Quia (ut ait beatus Gregorius) iram contra se occulti Judicis excitat Sacerdos, si sinè prædicationis sonitu incedit.

26. Ut regia magnificentia liberiorem libertatem episcopis, ad peragendum in eorum parochiis ministerium, præstet; quam hactenus, propter diversas perturbationes, habuissent. Ipsi autem episcopi, concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in divinum & officiosum convertant negotium, quatenus studentes prædicationibus, correctioni atque confirmationi, (quod hactenus per parochias suas neglectum) solerter de cætero sit emendatum.

27. Providendum, ne Episcopi, propter suam quietem, ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium negligentes, proprias deserant civitates: sed ut parochias suas cum officii efficaciâ circumeant; aut cum religione in suis civitatibus canonice cum filiis suis degant. Presbyteros etiam sibi commissos, doctrina, castitate, & sobrietate, atq; hospitalitate, secundum suum ministerium ornari compellant.

28. Ut quorundam episcoporum reprehensibilis, imo damnabilis consuetudo, omnimodis corrigatur: qui plebes sibi creditas, aut rarò, aut nunquam, per se-ipsos, juxta ordinem evangelicum & apostolicum atque ecclesiasticum, visitant: cùm Dominus dicat:† Speculatorem dedi te domui Israël; & audies ex ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me: & cætera, quæ divinus sermo complectitur.

† Ezec. 33. v.7.

29. Hi, qui ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi in loco certo & religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur: ut de vita & conversatione, atque doctrinâ illius, certiùs possit agnosci.

30. Investigandum, si nihil patrimonii habens Presbyter, quando provectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cujus juris sunt, quomodo ecclesiæ esse debent. Unusquisque enim Presbyter proprias res, quas post diem consecrationis acquisierit, ecclesiæ relinquat. Si autem alieno nomine res comparaverit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad ecclesiam ibidem collocaverit: contra decreta Canonum hoc malum agitur. quia sacrilegium est, & par crimen Judæ furis esse dinoscitur, qui sacras oblationes furabatur.

MOGUNTINA SYNODUS.

Rabanus, archiepiscopus Moguntinus, jussu Lotharii Imperatoris, seu Ludovici Regis, Moguntii Synodum indicit, anno Domini 848. Cõveniũt Hetto archiepiscopus

Trevirensis, Hildeboldus Coloniensis, Altfridus Hildesheimensis, Haymo Halberstadensis, Ludericus Bremensis, Luidbertus abbas Hirsaugiensis, Waldo abbas Fuldensis, Einhardus abbas Selgenstetentis, Brunvvart Hirsteldensis, Bertolfus Mediolanensis, Adventitius Metensis, Rodulphus Suessionensis, & alii plurimi Episcopi, abbates & monachi.

Occasionem præbuit Godescalcus presbyter: qui de Libero arbitrio, de Prædestinatione, & de Sãguine Christi, malè docuisse scribitur. Disputavit cum eo Lupus Servatus presbyter, Rabanus, & alii: ac in sententia perseverantem damnant. & postea, ad utilitatem decoremque Ecclesiæ, leges condunt. *Sigebertus, Leopoldus Bebenbergensis, Chronicon Hirsaugiense, Quedlinburgense, & Schaffnaburgensis.*

SYNODUS CONSTANTINOPOLIS.

Tempore Johannis IIX. Constantinopoli Synodus habita est: ad quam 383. episcopi convenerunt. Romani Pontificis vicem ibi sustinuerunt. Petrus presbyter Cardinalis, Paulus Antiochenus episcopus, & Eugenius Hostiensis. Actum est de conjunctione Ecclesiarum Orientis & Occidentis: quò animis & viribus associati, ad Saracenorum impetus sustinendos & propulsandos, paratiores essent. *Martinus in Chronico, Flores temporum, Johannes de Oppido,*
* Anno 6. *Schedelius.*

SYNODUS ROMANA.

Leo IV. consilio & voluntate Lotharii Imperatoris, & Ludovici Regis, Romæ Synodum coëgit episcoporum 47. Agitur de disciplinâ ecclesiasticâ. Canones 44. promulgantur: qui exstant *apud Luitprandum in vita Leonis*, in hunc modum.

1. Instituit, ut Episcopus (juxta Pauli discretionem & admonitionem) irreprehensibilis, & boni operis desiderabilis consecretur.

2. Quisque Sacerdos caveat, ne præmio consecrationem adipiscatur: ne, exemplo Simonis, in laqueum incidat Diaboli.

3. Ut bono opere Episcopus existat, & bene speculetur, qualiter populum verbo prædicationis instruere debeat.

4. Ut, si Episcopus inveniatur indoctus, a Metropolitano proprio admoneatur: & presbyteri, diaconi, & subdiaconi, a suo episcopo, ut docere possint, admoneantur: & interim tales presbyteri & clerici, celebrare divina mysteria & officia suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium pervenire.

5. Confirmat id, quod Cælestinus & Magnus Leo de episcopis instituerant: videlicet, ut non conveniat episcopum consecrari, nisi a clericis & populo fuerit postulatus. Quia nulla ratio sinit, ut aliter consecrati inter episcopos habeantur. Et cum in eadem ecclesia dignus non inveniatur: tunc primum alter de alterâ ecclesiâ eligatur. & quamvis necessitas inveniat: tamen invasione nullo modo consecretur.

6. Præcepit, ne (juxta Sardicensem Synodum) ultra trium hebdomadarum spatium, episcopi a propriis ecclesiis moveantur: nisi forte per jussionem Metropolitani, vel Principis, ex necessitate contingat. Quia absentia episcopi plerunque fit calamitas plebis.

7. Necessariò servato præcepit, ut juxta ecclesiam claustro constituantur; in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis imbuantur: & omnibus unum sit refectorium ac dormitorium, sive cætera officina, ad usus clericorum necessaria. Ministri verò, præter episcopum, tales eligantur; quorum vita & doctrina illos potius exornent, quam dehonestent.

8. Ut episcopi diligenter curam habeant, ut baptismalibus plebibus: & cum necessitas in eis presbyteros ordinandi occurrerit, ut reverentiùs observentur; nec sine consensu ibidem habitantium fieri conveniet.

9. Ut in congregationem clericorum non plures admittantur, quam facultas rerum eis canonice attributa sufficere posse.

10. Ut Sacerdotes conditum non oporteat; nec ecclesiis aut specialis monasteriis deputentur: ne necessitas in secularibus domibus illa habitandi occurrat. Alioquin a propriis episcopis, aut in episcopio, aut in monasterio, causa habitandi & conversandi, pro exercẽdo officio, constituantur: ubi mulieres nullam habeant copiam conversandi.

11. Ut Sacerdotes divina eloquia sedulo perscrutentur: & populum admoneant: & ludos aliquos ante se fieri non delectentur. Trãsgressores quippe admonitione episcopi ulterius agere desinant. sin autem, canonice judicentur.

12. Ut Sacerdotes, qui ad debita & opportuna officia in ecclesiis indifferenter adesse debent, sæculari aliquo, aut venatione, vel aliquâ aucupatione rusticorum, ministerio omnino non occupentur: nec sine ornatu sacerdotali extra domum suam appareant; & ea solummodo, quæ Patrum constituto videntur, observent. contrarii denique inventi, aut deinceps desinant; aut canonicæ disciplinæ subjaceant.

13. Ut Sacerdotes in secularibus negotiis, pro testimonio, aut conficiendis instrumentis, non rogentur: quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eventu causa aliquid viderint, aut audierint, ubi nulla secularium idonea persona inveniantur: ne veritas occultetur, & malus ut bonus existimetur: in præsentia sui episcopi, ut coram se, & competentibus judicibus, hanc aliter veritatem honorificè attestant.

14. Ut Sacerdos, aut quis alius in ecclesiastico ordine provectus, si in eo scelere inveniatur, quo abscondendus sit: depositus providentiâ episcopi, bene proviso loco constituatur, ubi peccato lugeat, & ulterius non committat.

15. Ut si episcopus, presbyter, diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacunque feminâ crimine fornicationis suspicatus, post primam & secundam & tertiam admonitionem metropolitani, vel alterius episcopi, cui ejus causa subjacere videtur, inveniatur sibi solam cum ea, aliquolibet modo conversari, canonice judicetur. Quia cui propriam uxorem habere non permittitur, ab omni fœmina debet se abstinere.

16. Ut nulli episcoporum liceat res immobiles de subjectis plebibus, aliisque piis tollere locis: ne in tali facto pauperes inveniantur. Contra agens, canonicâ auctoritate coercendus existat.

17. Ut presbyteri omnium ad se currentium, in quibuscunque locis, oblationes ad Missarum solennia recipiant. Quia cum Dei & hominum mediatores existant; in exercendis votis, & relaxandis peccatis, largissimam debent orationem peragere.

18. Ut episcopus sibi subjecto sacerdoti, vel alii clerico, nisi ab alio rogatus, dimissorias non faciat. & ne falsitas vero credantur, & vera, ut falsa suspicentur: universalis Pontificis, vel Imperialis, vel Metropolitanis bullâ, eas roborari oportet.

19. Ut episcopi, universique sacerdotes, quia ad solam Dei laudem, honoremque, operum actionem, constituuntur, debeant, tam pro ecclesiasticis, quam pro propriis suis actionibus, excepto publico crimine, habere advocatum, non mala famâ suspectum, sed bonæ opinionis & laudabilis artis inventionis: ne, dum humana lucra intendunt, æterna præmia perdant.

20. Ut, si quispiam sacerdotum inventus fuerit, qui advocatum in judicio proferre non valeat; coram plebe propria suus episcopus ipsum sacerdotem discutiat, si bona an mala conversationis existat; aut cujus rei causâ debito advocatum habere non possit. Male verò inventus pro qualitate culpæ, secundum Canonum normam, emendari curetur.

21. Ut monasterium, vel oratorium canonicè constructum, a dominio constructoris, eo invito, non auferatur: liceatque illi eidem presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœceseos, & bonæ auctoritatis dimissione, cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare: ita ut ad placitum, & justam reverentiam illius episcopi obedienter sacerdos succurrat; alioquin canonicis ultionibus subjaceat.

22. Sancivit, ut, si quispiam comprobatus invasor dicat, pro parte ecclesiæ se egisse, de privatâ sibi re pertinente, ab ipso sicque hærede persolvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpâ pauper inventus, à proprio canonice judicetur episcopo; episcopus a metropolitano: ne ecclesia, sibi commissa, damnum sustineat de invasione.

23. De monasteriis monachorum sive sanctimonialium, & de omnibus aliis, pro diversis necessitatibus ad eleemosynam constitutis, præcepit ut per episcoporum sollicitudinem, in quorum diœcesi hæc existunt, ordinentur ad easdem utilitates, quibus constituta sunt.

24. Disposuit de ecclesiis, quæ in diversis regionibus, sacerdotibus & solitudine destitutæ, nullo debito officio resonant. ut episcopus, si proprio juri ecclesiæ sunt subjectæ, ibidem sine intermissione presbyterum constituat. aut, si in secularium hominum sunt jure constitutæ, ab episcopo admoneantur: &, si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium, ibidem neglexerint constituere, absque neglectu Principis episcopus urgeat, ut ejus sententiâ emendetur.

25. Ut ecclesia qualibet destructa, proprio stipendio restaurentur: non sufficiente verò necessario, a populo plebis auxilientur.

26. Ut

26. Ut nulli episcoporum liceat, à subjecto sacerdote, vel alio quolibet clerico, ex prætexto, donationes ultra statuta Patrum exigere; aut superimposita in angariis inferre.

27. Ut abbates tales constituantur, qui juxta sui vocabulū, ministerium Deo possint indubitanter supplere. ita doctis, ut, quæcunque fratrum negligentiâ acciderint, omninò cognoscere possint, & emendare.

28. Ut episcopus in suâ diœcesi diligenter perscrutetur illos, qui solo habitu monachi existunt; & ad proprium monasterium eos redire cogat; aut prospectu congruo in aliud mittat, ut regularem vitam servent.

29. Ut fœminæ, quæ habitum religiosum, aut velamen, obtentu religionis susceperunt, deinceps viro sociari non permittantur: prævaricatæ autem, ad pœnitentiam coërceantur.

30. Ut die dominico nullus audeat mercationes, nec in cibariis rebus, aut qualibet rustica opera facere: alioquin, ut transgressor ad pœnitentiam redigatur.

31. Ut dominico die personam suspectam, & reatu infamē, aut optimâ satisfactione solvant; aut in custodiis constituant, ut licitis diebus judicetur. Nam legibus infirmatur judicium, dominico die depromptum.

32. Ut nulli Laicorum liceat, in eo loco, ubi presbyteri & cæteri clerici existunt, (quod Presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur, consistere. quia, sicuti in ecclesia singula loca videntur exposita: ità virorum pars & mulierum, partibus suis debet esse contenta.

33. Statuit, ut sicuti hi, qui monasteria elegerant, à monasteriis egredi non permittuntur: ita hi, qui inviti, sine justa offensionis crimine, monasteriis sunt intromissi non-volentes, non teneantur. quia, quod non petunt, non observant.

34. Ut magistri & doctores in singulis locis, in quibus necessitas occurrit, constituantur; qui liberales artes assidue doceant. Et si tales non inveniuntur: tamen divinæ Scripturæ magistri, & institutores ecclesiastici officii, nullatenus desint.

35. Ut sacerdotes admoneant viros ac mulieres, qui festis diebus ad ecclesiam concurrunt; ne balando, & turpia verba decantando, choros teneant ac ducant, similitudinem Paganorum peragendo. Quia tales, si cum minoribus peccatis ad ecclesiam veniunt, cum majoribus revertuntur. Si verò non cessant admoniti; à communione modis omnibus suspendantur.

36. Ut nulli liceat, exceptâ causâ fornicationis, uxorem relinquere, & aliam sibi copulare: alioquin transgressorem convenit sociari priori conjugio. Si autem vir & uxor, solummodo pro religiosâ vitâ, divertire inter se consenserint: nullatenus sine conscientia episcopi fiat; ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, pro tali re matrimonium non solvatur.

37. Ut nulli liceat uno tempore habere uxorem & concubinam: quia, cùm domui non sit lucrum; animæ sit detrimentum. Alioquin ecclesiastica communione videatur indignus: &, si perseveraverit, ab ecclesiâ penitus amputetur.

38. Ut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, nullus audeat in conjugium copulare. Si quis verò fecerit, & perseveraverit: sciat se vinculis anathematis innodatum.

39. Ut minimè absolutè presbyter ordinetur: & ut juxta facultatem rerum ecclesiæ, & oblationes, vel reditus clerici, ordinentur.

40. Ut presbyteri urbani, & suburbani, & rurales, omnes indifferenter ad concilium episcopi veniant; aut Canonum correptionibus subjaceant.

41. Ut laicus, qui presbyterum, sinè consensu episcopi propriâ suâ potestate, ecclesiæ cuicunque instituit, à fidelium communione separetur. Presbyteri, si tertiò ab episcopo, vel legato ejus, de alterius ecclesia recedere admoniti, obedire noluerint; proprii officii gradum amittant.

42. Immutabiliter præcepit, ne ullus abbas, aut quilibet alius, præsumat presbyteros in ecclesiis statuere: nisi qui & sacerdotii gradum licitè dare potest, & canonicè de neglectis presbyteros increpare. Sed & ab his venerabiliter sacerdotes, ad divini ministerii officii, expetantur episcopis: quibus singulariter & diœceses pertinent, & qui canonicè debent ipsis ecclesiis providere, & provisas ordinare.

43. Ut unusquisque episcopus, per diœceses & parochias suas, per se & sacerdotes suos, subjectum sibi populum moneat: ut primitias & decimas incunctanter persolvant. Has autem dare nolentes, quousque suppleant, à cibo & potu suspendant. Quod si nec pro hac suspensione supplere curaverint; sacra communione priventur.

44. Ut nullus episcoporum vel sacerdotum, … titulis usurpare aut alienare præsumat. Qui autem hoc fecerit, canonicam subeat ultionem.

¶ Deinde Anastasius presbyter, Cardinalis Marcelli, multis criminibus convictus, damnatur, & ab ecclesiâ rejicitur: eò quòd parochiam suam, per annos quinque, contra Canonum instituta, deseruisset. *Luitprandus, Liber pontificalis, Platina in Leone IV.*

SYNODUS REMENSIS.

Ebbo, ab episcopatu suo dejectus per Ludovicum, septem annos pœnitentiam egit. Cùm autem Lotharius ad Imperium venisset; & sedes Remensis adhuc vacaret: per Synodum provincialem (cui interfuerunt, Reudericus Cameracēsis, & Rothadus Suessionensis, Hildemānus Beluacensis, Ragenarius Ambianensis cum aliis tribus episcopis, restitutus est: eò quòd tempus pœnitentiæ esset absolutum: & quòd exempla vetera testarentur, licere episcopum depositum, post pœnitentiam, cum consensu Episcoporum, Regis, & Plebis, revocari: *ut ipse testatur in Actis istius Synodi.*

SUB LUDOVICO II.

SYNODUS TICINENSIS.

Ticini Synodum indixit Ludovicus II. circiter annum Domini 855. ut patet ex *Actis, tom. 2. Conciliorum.* Cùm autem convenissent Patres: Imperator, per Angilbertum archiepiscopum, & Andream patriarcham, ac Josephum archicapellanum, inquit: *De conversatione episcoporum, presbyterorum, & cæterorum clericorum, de doctrina ac prædicatione in populo, de conscriptione librorum, de restauratione ecclesiarum, de ordinatione plebium & xenodochiorum, de monasteriis virorum seu fœminarum, quæ secundum canonicam auctoritatem disposita esse debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem est, aut per negligentiam præpositorum, aut per desidiam subditorum, vehementer cupio scire, & secundum Dei voluntatem, vestrūmque sanctum consilium, sic emendare desidero: ut in conspectu Dei, nec ego reprobus sim; neque vos & populus mihi commissus iram suæ indignationis incurrat. Quomodo autem istud rationabiliter quæsitum & inventum perficiatur; vobis hoc ad tractandum, ac nobis renunciandum, committimus. De minoribus quoque causis, quæ generaliter omnes, specialiter aliquos tangunt, & indigent emendatione; volumus, ut subtiliter illas quæratis, & ad nostram notitiam reducatis. Sicuti est de Comitibus, & eorum ministris; si justitias negligunt, aut ipsas vendunt; si sunt rapaces, aut ecclesiarum, viduarum, orphanorum, aut pauperum oppressores: si ad prædicationem veniunt; si debitum honorem aut obedientiam sacerdotibus suis impendunt: si aliquas novitates aut argumenta, quæ ad detrimentum populi pertinent, agere præsumunt; sicut est in acquirendis proprietatibus aut irrationabiles preces, aut adjutoria facienda, sive in reliquis causis, quæ ad peccatum nostrum pertinere possunt, ac populi nostri.*

Ad ea verò episcopi respondent: se Deo gratias agere, qui tam pium Principem sibi largitus sit. Deinde inquiūt: *Quoniam religiosa solicitudo vestra, primùm de conversatione episcoporum, & cæterorum clericorum, quærere studuit: nos quoq;, quò regularius melius fieri potuit, eundem ordinem servamus. Et episcopum quidem ita conversari debere promulgamus: ut ejus vita rectè-vivendi sit norma. Presbyteros verò & clericos ita vivere oportet: ut subdita plebs exemplo suæ conversationis proficiant.*

Et quidam coepiscoporum nostrorum, qui bonæ conversationis sibi conscii sunt, palam fateri recusabant: ne sui-ipsorum laudatores viderentur. Qui verò negligentiam suam recognoscunt; more humani ingenii se-ipsos accusare verebantur. Juxta commonitionem tamen vestram, diligentius perscrutantes quosdam, quales desideratis, qualesque populi Dei pastores & rectores esse decet, invenimus. Quorundam verò negligentiam, vel erga clericorum suorum custodiam, vel erga plebium solicitudinem, reperimus. Quibus ut aliquantulum emendandi spatium tribuatis, humiliter petimus. Qui si cito delicta non correxerint; severiori sententiæ subjacebunt. Cæterùm, si quilibet laicorum vel clericorum, contra episcopum, vel alicujus ordinis clericum, aliquid queritur: noverint, nos

... atos & [illegible] praebere audientiam; & , si quid perperam ... si probati fuerint, debita animadversione punire.

Doctrinae verò & praedicationis populum, partim episcoporum & reliquorum sacerdotum, partim verò populi negligentia, non sicut necessarium est, procuratum. Et sacerdotum quidem incuria nullatenus est excusanda. Quidam vero laici & maximè potentes ac nobiles, quos studiosius ad praedicationem venire oportebat, juxta domos suas basilicas habent: in quibus divinum audientes officium, ad majores ecclesias raritus venire consueverunt. Et, dum soli afflicti & pauperes veniunt; quid aliud quam ut mala patienter ferant illis praedicandum est? Hi autem divites, qui pauperibus injuriam facere ... sunt, venire non renuerint admoneri utique possint, ut eleemosynis peccata sua redimerent: ut a fluxu rerum temporalium se abstinerent. Admonendi sunt igitur potentes, ut ad majores ecclesias, ubi praedicationem audire possint, conveniant &, quantum, dono omnipotentis Dei, divitiis & honoribus caeteros antecedunt, tanto ad audiendum praecepta conditoris sui alacrius [illegible]nant. Quidam autem Comites & Vassi domestici, presbyteros & clericos nostros caeteros, (quod nec episcopis facere licet) absque nostra licentia recipiunt. Insuper etiam ubicunque ordinatos, & quosdam, de quibus dubium est, utrum consecrati sint, in parochiis nostris, absque nostra examinatione, Missas celebrare faciunt. Quod ne ulterius fiat, omnimodis est inhibendum. Quare ordinandis plebium rationibus civium instituta serventur; & pestiferae ambitionis vitium radicitus exstirpetur: & neque ob quorundam propinquitatem, neque pro aliquius familiaritatis gratia, neque (quod maxime detestandum) propter pecuniarum acceptionem, indignus quilibet ordinetur. Et primum quidem ipsius loci presbyteri, vel caeteri clerici, idoneum sibi rectorem eligant: deinde populi, qui ad eandem plebem adspicit, sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inveniri non poterit, qui illud opus competenter peragere possit: tum episcopus de suis, quem idoneum judicaverit, inibi constituat.

Sane removenda quorundam Laicorum procacitas; qui hoc solo obtentu, quòd ad electionis consortium admittuntur, archipresbyteris suis dominari praesumunt: &, quos tanquam patres venerari debuerunt, velut subditos contemnunt. Hi igitur intra proprii juris terminos sunt redigendi: &, si extraordinariam dominationem in ecclesiis exercere praesumpserint, regula sunt disciplinae coercendi. Ipsi vero, qui ad gubernandas plebes legitimè provecti sunt, nullatenus a suis episcopis repellantur: nisi aut alicujus criminis reatum incurrerint, aut easdem plebes male tractaverint. Tollenda est enim prava omnino consuetudo, quae in quibusdam locis oriri coepit: quia nonnulli archipresbyteri, vel aliorum titulorum custodes, fruges, vel aliarum ecclesiarum reditus, ad proprias domos abducunt. Quidam vero aliorum possessiones conducunt, ut in eis, quae ab ecclesiis suis male subtraxerunt, recondant. Nonnulli autem laicorum, in tantum eorum nequitiae se complices faciunt: ut, quae hujusmodi transgressores ab ecclesia surripuerint, ipsi in suis domibus abscondant. Tales ergo primum a suis episcopis corripiantur. Quod-si se citius corrigere noluerint: tanquam qui ecclesiasticas res sacrilega temeritate tractaverint, synodali sententia feriantur. Laici vero, qui, post hanc denuntiationem, socios se hujus expilationis praebuerint, tanquam furti reos, judiciaria coercebit authoritas.

De restauratione ecclesiarum, illud capitulum sufficit; quod genitor vester constituit: sed ut serventur, vestrâ indiget admonitione. Similiter & de xenodochiis, sicut in eodem capitulari continetur, observandum est.

De monasteriis autem virorum, seu foeminarum, quae secundum regulam Benedicti, vel secundum canonicam authoritatem, disposita esse debent, quòd inspiratio omnipotentis Dei (credimus) cor vestri moderaminis incitavit, ipsi gratias referimus. Nam, quod jam maxima ex parte ordinem suum amiserunt; omnibus est manifestum. Quae ut ad pristinum statum reducantur; in domini ac genitoris vestri, ac vestra gloriosa dispositione, consistit. Ea quidem monasteria, quae adhuc statum suum retinent, unumquemque episcoporum, in cujus parochia constituta sunt, providere oportet, utrum ordinem suum teneant. Quod-si aliter invenerit, una cum rectore monasterii corrigere debebit. Quod-si rectoris monasterii principaliter culpa fuerit, & se suosque subditos, ad episcopi sui admonitionem corrigere dissimulaverit: Synodica debet authoritate percelli.

Quidam autem episcopi & rectores monasteriorum, res ecclesiarum suarum subtractas, & aliis personis largitas esse, queruntur; & ideo ecclesiasticas utilitates nequaquam se implere posse, dicunt. Quae ut restituantur, vestram regiam majestatem imploramus. Quia, si hi, qui eas pro animarum suarum remedio ecclesiis contulerunt, praemium merentur: sine dubio damnatione digni sunt, qui eas subtrahere moliuntur.

In sacris Canonibus praefixum est, ut Decima, juxta episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis suis habent basilicas, contemta episcopi dispositione, non ad ecclesias ubi Baptismum, & praedicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel propriis basilicis, vel suis clericis, pro suo libitu tribuunt. Quod omnimodis divinae Legi & sacris Canonibus, constat esse contrarium. Unde vestram potestatem, ut hoc corrigatis, expetimus. Sacra docet authoritas, ut publicè peccantes, publica poenitentiae subjiciantur.

Inveniuntur autem quidam, qui incesta matrimonia contraxerunt, & vel proximis suis vel Deo-sacratis mulieribus copulati sunt. Quidam etiam alii, qui publicae possunt poenitentiae subjugari: Petimus, ut Comitum vestrorum auxilio fulciantur.

Quosdam ministros Comitum, propter frequentia placita, pauperiorem populum nimio affligere, comperimus. Unde Majestatem vestram obsecramus: ut capitulare avi vestri, de hac re, observari praecipiatis.

De Comitibus vero, de quorum vita & actibus à nobis quaerere voluit Sublimitas vestra, quosdam tales esse scimus; quales Dei ministros, & vestrae Reipublicae provisores esse decet. Nonnulli autem, ut se suosque ministros corrigant, vestra admonitione indigent. Quibus tamen ut aliquantulum emendandi spatium tribuatis, exposcimus. Qui si se citius corrigere noluerint, regia sunt authoritate reprimendi.

Statuimus etiam, ut episcopi, quando, pro confirmando populum, parochias circumeunt, archipresbyteros suos graveint. ut hujusmodi dispensa contenti sint; panes 100 sestringas 4. vini sextaria 50. pullos 7. ova 50. agnum 1. porcellum 1. annonam ad caballos, modios 6. foeni corbes 3. mel, oleum, cera, quod sufficit.

Petimus etiam, ut immunitates Progenitorum vestrorum ita conservari praecipiatis; sicut a glorioso Genitore vestro constitutum est.

Per singulas parochias, eas festivitates populus observare studeat; quas proprius eorum episcopus venerari praedicaverit: ita ut neque illas negligant, quas sacerdotes colere monuerint; neque nimia superstitione eas celebrare praesumant, quae nequaquam sunt observanda.

Si verò aliqui inventi fuerint, qui sacerdotibus obtemperare noluerint: per ministros Reipub. distringantur, & satisfactionem poenitentiae, quam presbyteri imposuerint, subire cogantur.

¶ Posthaec Imperator edictum promulgat; quo rapinas prohibet. *Tomo 2. Conciliorum.*

Johannes Ravennas ad hanc Synodum etiam venisse, & Imperatoris praesidium, adversus Nicolai Romani Pontificis vim, imploràsse videtur. *Liber Pontificalis, & Platina in vita Nicolai.*

SYNODUS METENSIS.

Lotharius Imperator, Thietbergae uxori infensus, cum Gunthero Coloniensi episcopo consilium init, de eâ repudiandâ: ac promittit ipsi, quòd neptem ejus velit ducere uxorem: si modò efficiat, ut in Synodo episcoporum pronuntietur, ab illâ liber. Guntherus promissis captus, Thietgandum Trevirensem episcopum, hominem levem & indoctum, sibi adjungit. Synodus in Metensi urbe indicitur. Regina vocata coram est: accusatur de multis criminibus: ac testes producuntur qui affirmant, eam confessam esse, quòd cum fratre suo incestam habuerit consuetudinem. Patres statim, juxta Canones sententiam proferunt; eamque ab omni maritali copulâ arcent, & poenitentiae subjiciunt. Anno Domini 864.

SYNODUS AQUISGRANA.

Eodem anno, Aquisgranum episcopi coëunt, jussu Lotharii. Imperator coram Patribus testatur, se non posse sine uxore vivere. Quare, cùm Thietberga a se sit separata; postulat sibi jus tertiae alterius ducendae. Synodus pronuntiat: Thietbergam non fuisse ejus legitimam uxorem; ideoque ei licere aliam ducere, juxta indul[illegible] [illegible] Pauli: *Melius est*

nubere quam uri. Hoc decreto ille fretus, Waltradam, pellicem suam, uxorem ducit: & neptem Guntheri stupratam, cum ludibrio ad avunculum suum remittit. *Regino* †

SYNODUS ROMANA.

Thietgandus & Guntherus archiepiscopi, à Nicolao Pontifice Romam evocati, ad dicendam causam, cur Lothario divortiū & alteras nuptias concessissent: proponunt acta Synodi Metensis & Aquisgranæ. Pontifex verò, Synodo Romæ indictâ, scripta illa examinat, & pro sua authoritate damnat; ipsosq; depositos omni ecclesiasticâ dignitate privat. De quâ re illi ad Ludovicum queruntur: quòd novo & inaudito modo, sine Principis & aliorum Metropolitanorum præsentiâ, injustissimè sint ignominiâ & contumeliâ affecti. Anno Domini 865.

SYNODUS FRANCICA.

Arsenius, Pontificius legatus, in Franciâ Synodum cōvocat: &, juxta Papę præscriptum, Lothariū jubet, sub pœnâ excommunicationis, cum uxore legitimâ reconciliari, & à consortio Waldradæ pellicis discedere. Quod cùm se is facturum recepisset: Waldradæ præcipitur, ut Romam eat, & pro se rationem reddat.

Deinde promulgat excommunicationem in Engiltrudam, Busonis uxorem; quæ, deserto marito, Wangerum in Gallias secuta fuerat. Actum anno Domini 866. *Regino.* †

SYNODUS ROMANA ALIA.

Nicolaus Pōtifex Romæ indicit Synodū, ad cognitionem & judicium causæ Johannis Ravennatis. Conveniunt episcopi & sacerdotes, ex pluribus provinciis. Accusatur Johannes de criminibus, quæ suprà, in Capite de Schismatibus, sub Ludovico II. retulimus. Verùm ille, ab aulâ Imperatoris desertus, & multitudine canum seu luporum obrutus, de causâ suâ desperat; & lacrymis lamentisq; se se totum tradit; & deprecatores sibi parat: *Miseremini mei, miseremini mei,* inquiens, *& clementiam summi Præsulis mihi exposcite: quia ecce paratus sum ad omnia, quæ præceperit peragenda.* Pontifex, misericordiâ ejus affectus, conditiones reconciliationis præscribit: quas ille suo chirographo approbat, & jurejurando tandē confirmat.

Altero die in ecclesiam ducitur: ibiq; de crimine hæreseos se more consueto purgat; & communionem & missificandi potestatem recipit.

Tertiò die, cùm in consessum Patrum esset receptus, episcopi Æmylienses querelas de eo offerunt; ac petunt, sibi satisfieri pro injuriis & damnis acceptis. Synodus sententiā eâ de re profert; ac tandem Pontifex ei has dictitat leges: *Præcipimus tibi, ut, remotâ omni excusatione, præter gravem corporis molestiam, quæ te venire omninò prohibeat ad sedem Apostolicā, semel in singulis properare studeas annis: nisi fortè renovandi licentiam ab Apostolicâ sede percipias. Item sancimus, ut episcopos per Aemiliam non consecres, nisi, post electionem Ducis, Cleri, Populi, per epistolam Apostolicæ sedis præsulis, acceperis eos consecrandi licentiā. Ipsos autem episcopos quotiescunque ad Apostolicam sedem accedere voluerint, nequaquam prohibeas: & nullam dationem, quam Canones non præcipiunt, ab eis aliquando exigas. Præcipimus autem, ut ipsos episcopos illam malam consuetudinem, quæ à quibusdam tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere aut exercere compellas ecclesiæ: nec ullum moretem, qui contra episcoporum privilegium sit, ab eis exigere quoquo modo tentes. Nihilominus præcipimus tibi, ut nunquam res cujuscunque personæ, qualicunque ingenio vel chartula acquisitas & possessas, aliquo modo occupes; aut titulum superimponas: donec in præsentiâ apostolicâ, vel missi ejus, aut Ravennæ legali ordine, illas in judicio convincas.*

Ad hæc vulgus adulatorum pontificiorum tribus vocibus acclamat: *Rectum judicium summi Præsulis. omnibus placet: omnes eadem sapimus, omnes eadem judicamus. Liber Pontificalis, & Platina in Nicolao.*

ALIA SYNODUS ROMANA.

Cùm Ignatius Constantinopoli esset depositus ab officio; & Photius ex laico substitutus episcopus, ac eâ de re alii aliter judicarent: Michaël Imperator petiit à Pontifice Romano, ut Legatos suos, ad dissidii compositionem, mitteret. Pontifex ergo convocat suos in coetum: & re deliberatâ, Rodoaldum Portuensem episcopum, & Zachariam Anagninum, seligit: eisq; literas & mandata tradit, ut isthic tantam rem cognoscant; & à Photii communione abstineant, cultumq; imaginum sacrarum restituant. *ut patet ex epistola Nicolai Pontificis, tomo 2. Conciliorum.*

SYNODUS CONSTANTINOpolitana.

Cum Romani Legati Constantinopolim venissent: in consessu episcoporum & sacerdotum, tractatur de Ignatii depositione, Photii ordinatione, & de cultu Imaginū. Rebusq; diu disceptatis, tādem Imaginum cultus approbatur; & in æde Apostolorum promulgatur, quòd Ignatius justè amotus, & Photius ritè surrogatus esset. *Zonaras, in vita Michaelis, Liber pontificalis, & Epistola Nicolai, tomo 2. Conciliorum.*

SYNODUS ROMANA ALIA.

Pontificiis Legatis reversis, acta Synodi Constantinopolis ab Imperatore mittuntur; & petitur appro[illegible] literas: in quibus quædam cōtra principatum Romani [Pon]tificis erant obiter scripta. Pontifex autem, obnixè [ca]ve[n]s ne quid de suâ authoritate & principatu imminuatur, Synodū colligit: & suos Legatos accusat, de malè-administrato munere legationis, & acta illa omnia rescindit: suosque Legatos, ut qui extra metas delegati muneris excessissent, ecclesiasticâ communione privat. & literis generalibus, ad omnes Asiæ & Libyæ episcopos, & aliis ad Michaëlem, aliis itèm ad Photium ac Bardam, aliis ad Ignatium, matrē & uxorem Imperatoris, & aliis ad Senatores Constantinopoleos, testatur: se nullo modo probare Ignatii depositionem, Photiique ordinationem. *Epistola Nicolai, & Liber pontificalis.*

SYNODUS CONSTANTINOpoleos alia.

Cùm Photius intelligeret Romani Pontificis adversùs se furorem: scripsit librum contra Romani Pontificis tyrannidem; eumq; à pluribus comprovincialibus episcopis, subinde in urbem venientibus, ut in Synodo, approbari, & subscriptione cōfirmari, curavit; & in Bibliothecam inter acta Synodorum reposuit. *Liber pontificalis, Damaso annexus.*

ALIA SYNODUS CONstantinopoleos.

Basilius, cùm, interfecto patre suo adoptivo, Michaële, Orientis imperium adeptus esset, Constantinopoli Synodum celebrat, circa annum Domini 870. Occasionē præbuit Photii in administrandis clavibus libertas. Nā ipsum Imperatorem parricidam, à cōmunione prohibuit. Quod ille indignè ferens, de ultione cogitabat. Conveniunt episcopi provinciales. Imperator in disceptationem eum adducit; an Photius potuisset jure, Ignatio injustè pulso, succedere? Proferuntur etiā Nicolai Pontificis scripta ad Michaelem & alios: quibus planè contra Canones esse asseritur. Patres, Imperatori magis æqui, quàm Photio, pronunciant: eum injustè sedem invasisse; ideoq; repellendum, & Ignatium restituendum esse. Quòd si nollet huic sententiæ acquiescere; licere ei, coram Romano Pontifice, contra Ignatium instituere actionem. *Zonaras in vitâ Basilii, & Liber pontificalis in vitâ Adriani II.*

SYNODUS ROMANA ALIA.

Romæ Synodum habuit Adrianus II. circiter annum Dom. 871. Occasionē præbuit Photius & Ignatius. Uterq; enim eò miserat suos Legatos, qui causam coram illo agerent. Oratores Photii, præter unum monachū, omnes maris tempestate perierant: sed Ignatii incolumes advenerant omnes. Monachus autem ille causam Photii constanter agit: sed apud judicem, alteri parti nimis deditum, aliud nihil obtinet; quàm ut perfidiæ crimine notatus excommunicetur. *ut patet ex actione 7. Concilii 8. Constantinopolitani.*

Deinde Basilius, Imperatoris legatus, & Johannes metropolitanus Cæsareæ Cappadociæ, Photium accusant; ac librum ejus contra Nicolaum Pontificē, sub nomine Synodi furtim conscriptum, offerunt; ac judicium contra eum expetunt. Pontifex, cum suis asseclis, principiò sinistram famam sui antecessoris purgat: deinde Photium, cum con-

ciliabulo & sociis suis, anathemate ferit; librumq; ejus, pedibus omnium conculcatum, flammis tradit: ac Donatum Hostiensem episcopum, Marinum diaconum, Stephanum Nepesinum episcopum, Constantinopolim amandat, ad eam Ecclesiam parandam, & Amathodiū & Ignatium consecrandum. *Liber pontificalis in vitâ ejus.*

SYNODUS CONSTANTINOPOLEOS, Octava generalis appellata.

Cùm Legati Adriani Constantinopolim venissent: advocantur Orientis patriarchæ, metropolitæ, & episcopi, ad Synodum. Excogitaverat autem Romanus, ad suam tyrannidem stabiliendam, hoc artificium. Libellum Legatis suis dederat; quo omnes ad subjectionem, obedientiam & reverentiam Romanę sedis, obligabantur, qui vellent in Synodo illâ esse. Istum libellum porrigunt singulis, ad consessum accedere cupientibus. Illi, qui subscriptione probabant, intromittuntur: qui verò id facere recusant, cum ignominiâ foris relinquuntur. Cùm hoc modo mancipia Rom. Pontificis essent collecta; & optimi quique exclusi: decem sessionibus conciliabulum illud absolvitur.

Actio I.

Anno tertio piissimorum Imperatorū, Basilii & Constantini, convenientibus Donato & Stephano episcopis, & Marino diacono, & locum-tenentibus Adriani, sanctissimi archiepiscopi senioris Romę, & Ignatio archiepiscopo Constantinopolitano novæ Romæ, &c.

Hic primò Synodus exegit à Legatis Romanæ sedis literas: quibus notam facerent potestatem suam, ut præsiderent in Synodo. At illi produxerunt epistolam Adriani Papæ, ad Basilium Imperatorem, cujus titulus est: *Adrianus episcopus, servus servorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto, Christianissimo & desiderabilissimo filio. Legationi excellentia tua, &c.* Et post pauca subjungit: *Volumus, per vestræ pietatis industriam, Constantinopoli numerosum celebrare Concilium: cui nostri quoq; missi præsidentes, & culparum personarumq; differentias liquido cognoscentes, (juxta quod in mandatis acceperunt) singulorum liberè discretionem exerceant. In quo sacrato cœtu, exsecranda vanitatis concilii, quod adversum hanc Sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria, à possessoribus suis ablata, (contemplantibus cunctis) igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his omnibus, saltem unum jota vel unum apicem: nisi quis totius clericatûs, imo totius nominis Christiani, (anathemate perculsus) carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium, nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio, comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos, Donatum sanctæ ecclesiæ Hostiensis, & Stephanum ecclesiæ Nepesinæ, reverendos episcopos, atque filium meum Marinum, Apostolicæ sedis diaconum, consiliarios nostros, tuæ commendamus pietati. Precamur, ut eos, ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli, (à quorum sede mittuntur) benignè suscipias; & tanquam nobismet-ipsis auscultando illis accommodes.*

Deinde productus est libellus, à sanctâ Romanorum ecclesiâ missus, & lectus audiente Synodo; cujus summa est:

Anathematizamus omnes hæreses, simul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta, repente de curiali administratione, secularique militiâ sublatus, (superstite Ignatio patriarchâ) Constantinopolis est pervasor, imo tyrannicè, à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis, institutus ecclesiâ: donec sedis Apostolicæ sanctionibus inobediens perseverans, ejus sententiam, tam de se, quam de patriarchâ nostro Ignatio, sprevit, & conciliabuli acta, quod se autore contra sedem Apostolicam congregatum est, anathematizare distulerit. Sequimur autem sanctam Synodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, (cui & ipse domine Evangelice, summe Pontifex Adriane, subscripsisti) ante sacratissimum Petri & Pauli (Apostolorum eximiorum) corpus celebravit; simul & quam tu ipse nuper egisti. Et omnia, quæ in his statuta sunt, secundum decreti vestri moderationem venerabiliter conservabimus: recipientes, quos recipiunt; & damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipuè jam-dictum Photium, & Gregorium Syracusanum, patricidas videlicet; qui contra spiritualem patrem suum, linguas exserere minimè timuerunt: atq; perseverantes in schismate sequaces eorum, & qui in illorum communionis societate permanserint.

Sancta Synodus dixit: *Omnibus placet libellus, à sanctâ Romanorum Ecclesiâ expositus.*

¶ Deinde lecta est definitio episcoporum Orientis, super depositione Ignatii, quæ facta fuerat priùs, quam vicarii senioris Romæ venissent: quæ conveniebat cum eâ, quæ facta fuerat à Synodo Romanâ, præsente Nicolao papâ. Et absoluta est actio prima.

Actio II.

Ad hanc sessionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi: & proferentes libellos pœnitentiæ coram Synodo, recepti sunt ab eâ, cum solâ manûs impositione. Et absolutus est conventus secundus.

Actio III.

In hoc conventu lecta est epistola Imperatoris Basilii & epistola Ignatii patriarchæ ad Nicolaum Papam; & deinde epistola Adriani Papæ ad Ignatium patriarcham, super damnatione Photii, & suorum sectatorum.

Actio IV.

In hac sessione, *primò* legitur epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, missa per Rodoaldum & Zachariam olim episcopos: in quâ ostendit Cæsari, hominem laicum non promovendum ad sacerdotium subitò; sed per suos gradus: sicut Sardicense Concilium (ut de laicis non eligerentur antistites) *in cap.13* per omnia prohibuit. Itèm & Celestinus Papa, in Decreto suæ sanctionis, *cap.21.* & Leo, Romanæ sedis pontifex, hoc-ipsum in Decretalibus suis prohibuit, *cap.33.* Itèm & Gelasius, non solùm episcopos de laicis fieri prohibuit; sed etiam presbyteros, ne talia præsumerent, vetuit, in Decretorum suorum *cap.3.*

Accedit, quòd prædecessor noster Adrianus I. in epistolâ, quam Constantinopolim pro venerandis Imaginibus destinaverat, ità instituit: ut ampliùs de laicis nullatenus ordinarentur antistites. *Hæc Nicolaus.* Subinde verò commendat venerationem sanctarum Imaginum.

Secundò legitur altera ejusdem Nicolai ad Photium epistola: in quâ invehitur in illum, propter usurpatum sacerdotium, contra ordinem sacrorum Canonum. Deinde ad illud, quod scripserat ad Nicolaum Papam, quòd exemplo aliorum Patrum fecerit, respondet: *Temerè & imprudenter ad tanti honoris culmen ascendere præsumpsisti, assumens tibi quasi à sanctissimo viro Nectario occasionem: quem sancta secunda Synodus, non ob aliud, ad sacerdotalem eligere atque ordinare, ex laicali ordine, voluit dignitatem; nisi quia magna necessitatis constrictione anxiabatur: eo quòd in Constantinopolitanâ ecclesiâ nullus clericorum inveniri poterat, qui pessima hæreseos nimbosâ caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc, ne diu jam-dicta Ecclesia, sub destitutione pastoris, quasi viduata maneret: prædictum Nectarium, expugnatorem hæreticorum, & defensorem ecclesiarum, ad ecclesiasticam curam, & dignitatem sacerdotum, secunda sancta Synodus elegit. Sed ut hoc iterum fieret, non confirmavit; nec instituit. Et ideò, licèt contra Patrum atque canonicas institutiones quod per necessitatem fieri eventus comprobatur, non in authoritate tenendum est, sed ne iterum talis perveniat necessitas, magis magisq; cavendum. De Tarasii quidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu, ad patriarchatûs exemplò culmen promotus est, quam & vos quasi in authoritate vestra defensionis assumere vultis: si sanctam (quæ apud vos, tempore sanctissimi viri Adriani Papæ, celebrata est) Synodum diligentius scrutati fueritis; invenietis, quid in eâdem sanctissimus vir consultus decrevit: & quòd, dum ejus consecrationis reprehenderat actus, & viatorem se, pro tam præsumptiva factione, non-minimum sustinere, profitebatur. Dixit enim: quòd, nisi in erigendis imaginibus ferventius, contra illarum depositores atque conculcatores, ut verus miles Christi, extiteris; nequaquam vestra consecratio* [illegible] *aut in ordine patriarchatûs vestram* [illegible] *quæ tantum declaratur inordinatè promota, quam* [illegible] *batur contra apostolica decreta enormiter præsumpta. Beat-*

mum quoque Ambrosium, splendidissimam lucernam Ecclesiæ, qui ex catechumeno (divino præsagio) ad episcopalem, per continuos gradus, promotus est dignitatem: cur nobis pro vestro tutamine opponitis? Qui non instinctu hominum, sed divina vocatione, per miraculorum prodigia, electus est.

Tertio, legitur & alia epist ola N olai ad Imperatorem, quæ idem tractat argumentum.

Actio V.

Ad sessionem venit Photius, & stantem in præsentiâ Patrum, interrogaverunt eum ter Legati, si suscìperet constituta sanctorum Patrum? At Photius non respondit verbum. Sed tamen urgentibus vicariis senioris Romæ, tandem dixit: *Vocem meam, etiam me tacente, Deus audit.*

Præsidentes Synodi dixerunt: *Per silentium non effugies manifestiorem damnationem. Et eo præsente fecerunt, ut legerentur epistolæ, quæ in actione 4. fuerant lectæ. Quibus lectis, vicarii senioris Romæ dixerunt. Nos ergo non novum aliquod, vel recens judicium, judicabimus aut introducemus; sed vetus, ex multo tempore judicatum a beatissimo Papâ Nicolao, firmatum autem a sanctissimo Papâ Adriano. Et nos non possumus commoveri a paternis definitionibus & legibus. Quem ergo nec sedes nostra Apostolica, nec sedes recepit uni Orientali , qui de cætero (Christianus esse volens) ulterius suscipiet? Sed talem conatum abjicimus & anathematizamus, ne ulterius contra Ecclesiam talis qualibet alia sorte, in omne seculum, maligna introducatur actio; nec temere a mundanâ potestate ejiciatur legitimus Pontifex: & pro eo subrogetur alter inique & illegaliter.*

Sancta & universalis Synodus exclamavit: *Recipimus hæc omnia; valde quippe sunt discreta, & congrua ecclesiasticis regulis atq; legibus.* Et sic commonitus est ad pœnitentiam Photius, & dimissus: & absoluta est actio quinta.

Actio VI.

Vocati sunt ad Synodum episcopi Photii: ante quos lectæ sunt epistolæ Nicolai Papæ, ad Michaëlem Imp. & Photium, per Leonem á secretis missæ: (quasque quarta continet actio) & cùm nollent respicere, commonuit eos coram Synodo Basilius Imp. Et cùm nec sic agnoscerent errorem suum; denuò cōmonuit eos Imperator, dicens: *Ecce, qualiter & quoties admonuimus vos, & audistis? & non est vobis rationis sermo. Iterum vultis subjici admonitionibus omnium nostrum: ecce potus & medicina: quòd si non; imperium nostrum præbet vobis inducias septem dierum, ut, siquidem curam gesseritis salutis vestræ: bene & optimè: si verò minimè, ventura sexta feria, in sanctâ & universali Synodo stabitis omnes: & quicquid definierit universalis Synodus, fiet.* Et absoluta est actio sexta.

Actio VII.

Ingressus est Photius ad Synodū, baculo innixus, quem ab eo Marinus, vicarius Romanus, jussit auferri, dicens: *Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet: quia lupus est, non pastor.* Et hortabantur illum vicarii senioris Romæ, ad faciendum libellum pœnitentiæ: & tota Synodus provocabat illum ad pœnitentiam. Sed ille eos è cōtrario, cum suis episcopis, ad pœnitentiam magis impellebat.

Lecta epistola Nicolai Papæ ad clerum Constantinopoli: in quâ late tractat hoc argumentum, de scelestâ depositione Ignatii, & introductione Photii.

Mox recitata sunt gesta Synodi, quæ facta est ab Adriano Romanorum Papâ, super promotione Photii. In tertiâ autem allocutione Adriani ad Synodum, sic habetur: *Romanum Pontificem de omnium ecclesiarum præsulibus judicasse, legimus, de eo verò quenquam judicasse, non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum: sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus, propter quam solum licitum est minoribus, majorum suorum motibus resistere, vel pravos sensus libere respuere. Quamvis & ibi nec patriarcharum, nec cæterorum antistitum cuiquam, de eo quamlibet fas fuerit proferre sententiam, nisi ejusdem primæ sedis Pontificis consensus præcessisset.*

¶ Adrianus Papa, de profano conciliabulo, Constantinopoli congregato, penitùs abolendo.

Conciliabulum vanitatis, a Photio, & hujus fautore, Michaele videlicet, tyrannice imperante, Constantinopoli nuper, adversus Apostolicæ sedis reverentiam & privilegium, congregatum, utpote veritatis inimicum, & omni falsitate repletum, cum & sibi consentientium animas interficiens, Ephesino latrocinio comparandum esse statuimus: & ipsius exs randa gesta, quibuscunq; habeantur monumentis inserta (summi udi ni Domini nostri Jesu Christi, sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli, nostraq; mediocritatis authoritate, penitus abolenda decernimus, ita ut igni tradantur & anathemate perpetuo per ellantur. Similiter & de cæteris scripturis quæ (viris jam nominatis authoribus) contra e dem sedem tempore diverso sunt editæ, gerendum definimus. Pari etiam modo de conventiculis, ab eisdem viris, Michaele scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano invaso, bis adversus atrem & episcopum nostrum Ignatium factiosè collectis, deliberamus.

Photium, qui licet sit a decessore meo & a nobis, pro criminibus ante-patratis, jure damnatus & anathematizatus: nunc tamen, quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cœlum os suum, adversus veneranda Sedis apostolicæ privilegia nova temeritate prorupit, cui resistere minimè formidavit, Apostolica autoritatis censura iterato damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen vivâ voce ac proprio scripto, Apostolicæ sedi in omnibus obedire spoponderit, & profanum conciliabulum a se Constantinopoli celebratum, damnaverit: laica communionis gratiam non negamus.

His sententiis subscripsit Adrianus Papa etiam, & alii episcopi.

¶ Post hæc verò, Stephanus diaconus fecit anathematismum Photii, & sequacium & cooperatorum ejus: in quo ipsum Photium, ut secularem & tyrannum, ut schismaticum & vanum, ut mœchum & parricidam, ut fabricatorem mendacii, & ut novum Dioscorum, anathematizat, cum omnibus sequacibus & fautoribus ejus.

Actio VIII.

In conventu octavo, tractatum est de abolendis chirographis injustis, & universi act Con iabulorum; quæ a Photio, contra papam Nicolaum, & ha ham Ignatium, celebrata sunt. Quæ universa, pr Imperatoris & Syno mbusta sunt.

D inde venerunt ad Synodum aliqui sacerdotes Iconomachi: & moniti ánctæ Synodi & Imperatoris conversi, recepti sunt, cum solâ manus impositione.

Postremò, Stephanus diaconus e suggestu anathematizavit Iconomachos, & Photium, in ha forma: *Consilium qui adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. Hi qui sumunt divina Scripturæ dicta, quæ sunt adversus idola, contra venerandas imagines anathema.* Cætera, nos septimâ & universal, one 7. in fine.

Actio IX.

Quæ nonâ continentur actione. Nunciatur Synodo, venisse Joseph, vicarium Alexandrinæ sedis. Hujus, hortante Synodo, epistola commendatitia legitur: & ipse receptus, quæ sunt in octo actionibus prædictis, approbat.

Mox examinantur falsi testes, qui contra Ignatium juraverant: &, cum præscriptâ a Synodo satisfactione pœnitentiæ, recepti sunt ad communionem ecclesiæ. Sic recepti sunt & cæteri, qui defecerunt ad Photium, dejecto legitimo antistite Ignatio.

Actio X.

In decimâ Sessione, Canones recitantur 27. quorum summas Carranza recitat.

1. Regulas, quæ sanctæ catholicæ & apostolicæ, tam a sanctis Apostolis, quàm ab Orthodoxorum universalibus, necnon & localibus Conciliis, vel etiam a quolibet Deiloquo patre ac magistro, Ecclesiæ traditæ sunt, servare ac custodire profitemur: quibus & propriam vitam & mores, & omnem sacerdotii catalogum, regimus. Sed & omnes qui Christiano censentur vocabulo, damnationibus & justificationibus, quæ per illas prolatæ sunt, canonicè jici decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus, sive per sermonem, sive per epistolam Sanctorum, qui ante fuerunt, Paulus apertè admonet. 2. Thess 2. v. 15.

2. Secundus Canon habet, ut conserventur definitiones synodicæ, à beatissimo Nicolao Papâ & Adriano, Romanis patriarchis, pro defensione ecclesiæ Constantinopolitanæ, ac restitutione

A Ignatii, atq; Photii neophyti expulsione, [illegible] condemnatione ejusdem Photii [illegible] quibus in actione 4.

3. Sacram imaginem Domini nostri Jesu Christi, [illegible] omnium Salvatoris aequo honore cum l[illegible] so a[illegible]rum Evan[illegible] rum adorare decernimus. Sicut enim per [illegible] abarum eloquia quae in [illegible] bro feruntur, salutem consequuntur omnes: ita per colorum imaginariam operationem, & sapientes & idiotae uncti, ex eo quod in promtu est, perfruuntur utilitate. [illegible] na enim in [illegible] abu[illegible] ermo, hac & pictura in coloribus praedicat & commendat Di[illegible] num est e[illegible] nim, ut secundum congruentiam rati[illegible], & antiquissimam tra-
B ditionem, propter honorē qui ad principalia ipsa refertur, etiam derivative imagines honorentur & adorentur ut sanctorum Evangeliorum sacer liber, atq; typus preciosae Crucis.

4. Quartus Canon declarat, quod neophytus Photius nunquam fuerit episcopus: nec illi, qui in sacerdotali gradu consecrati sunt ab eo, putentur esse sacerdotes. sed subvertenda esse omnia, quaecunq; ille, ad dandum aliis gradum sacerdotii, operatus est.

5. Nullus de senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine, nuper tonsus eligatur, vel suscipiatur patriarcha: nisi secundum definitionem, quae prolata est ab hac sancta & magna Syn-
C odo, scilicet, si omnem gradum ecclesiasticum transigens, per definita nunc tempora, irreprehensibilis inventus extiterit, & probatus: ita ut in gradu Lectorum annum compleat; in Subdiacono vero duos; sitq; Diaconus tribus, & Presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctae & universali Synodo, eligi hunc & admitti.

6. Anathematizamus Photium, primo propter nequissimam invasionem ecclesiae Constantinopolitanae, cum aliis malis operibus suis. Secundo, propter inventionem falsorum vicariorum. Tertio, propter concilium vanitatis, quod celebrare tentavit. Quarto,
D propter crimina, quae falso contra sanctissimum Papam Nicolaum, in suo conciliabulo, proposuit.

7. Valde proficuum est, & venerabiles Imagines pingere, sed & proximos disciplinas divinae ac humanae sapientiae docere. Non autem bonum est, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia, nequaquam imagines operari in sacris templis; sed neq; in quovis loco docere, anathematizatos ab hac sancta & universali Synodo, definimus & promulgamus; usq; a propria seductione ac malitia convertantur. Quisquis ergo post hanc
E definitionem; ad picturas sanctarum imaginum in ecclesiis, aut doctrinae actionem, quoquo modo eos admiserit, siquidem clericus fuerit; proprii gradus periclitetur: si laicus, communione privetur.

8 & 9. Apparet ex Actis octava Sessionis hujus Synodi, solitum fuisse Photium, cum ejus vigebat haeresis, extorquere chirographas, tum a quovis ordine clericorum, tum etiam a laicis nobilibus & ignobilibus, usq; ad cerdones & pelliones, & reliquam plebis faecem: quibus promittebant, se illi adhaesuros pugnaturosq; pro ejus opinione. Ipse praeterea Photius solebat aliis vicissim chirographas
F dare: quibus facultatem dabat ad docendum, vel discendum. Ex hoc improbo more, arripuere ansam & Catholici, ut vellent a piis sacerdotibus habere syngraphas, ut discerent & docerent; essentq; tuti & securi, talibus muniti scripturis. Ob hoc sancitum est his duobus Canonibus, octavo & nono: ut, qui creantur episcopi vel patriarchae, nullas chirographas a catalogo clericorum expostulent: sed tantum fiant solennitatem de more; & ut liceat omnibus idoneis discere vel docere libere, sine facultate per chirographas.

10. Nullus clericus ante diligentem examinationem, & syn-
G odicam sententiam, a communione proprii patriarchae se separet; licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse praetendat: nec recuset nomen ipsius referre inter divina mysteria. Idem statuimus episcopis erga proprios metropolitas: similiter & de metropolitis circa patriarcham suum. Qui vero contra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honore decidat.

11. Apparet, quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, ut, hominem duas animas habere, impudenter dogmatizent. Tales igitur impietatis inventores, & similia sentientes, cum vetus & novum Testamentum, omnesq; ecclesiae Patres, unam animam rationalem habere hominem asseverent; sancta & univer-
H salis Synodus anathematizat.

12. Si quis episcopus, per versutiam, vel tyrannidem Principum, dignitatis consecrationem susceperit; deponatur: utpote qui non ex voluntate Dei, & ritu ac decreto ecclesiastico; sed ex

A voluntate carnalis [illegible] ex hominibus & per homines, Dei donum [illegible] dere voluit vel consensit.

13. Decernimus, ut [illegible] letici magnae ecclesiae qui in minoribus ordinibus morati sunt ad majores gradus & honores [illegible] lesiasticos, si digni inventa[illegible] aff[illegible] ndere debeant. Nullo tamen modo [illegible] qui [illegible] ri sunt ad tales dignitates vel honores admittantur.

14. Qui divinā g[illegible] atiā episcopalem sortiunt dignitat[illegible], ordinem coel[illegible] lis hierarchiae ver[illegible] interris. Quare meritò sancimus, ut digne in honore sam[illegible] rincipibus quam a caeteris [illegible] ha-
B beantur. Non opo[illegible] tet ita [illegible] ut P[illegible] incipibus, vel viris militari dignitate praditis obviam longissime procedant a[illegible] orum [illegible] fium: nec a mulis equisq; descendant in occursu, aut timide ab[illegible] eis ante genua procidant veluti adoraturi. Imò vero non accu[illegible] ut ad mensas secularium Principum: sed cum omni modestia, quae spiritualem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vectigal cui honorem. [illegible] uummodo Principes, & qui Imperatores agnoscant si[illegible] aequales episcopos: ut libere audeant reprehendere, increpareq; & Principes & caeteros, qui militari honore fruuntur, si quid pecca[illegible] erint. Si quis vero episcopus post hanc san-
C ctionem, suam dehonestaverit dignitatem, cadens ab honore sibi per Canones debito, vixeritq; abjecte secundum veterem & agrestem consuetudinem: amoveatur per annum, & Princeps, qui in causa fuerit, excommunicetur per biennium.

15. Decernimus, ut Episcopo vendere, vel utcunq; alienare, vasa aut vestes sanctas, nec alias rusticas possessiones venundare, non liceat: nec propter hoc ecclesiastici redditus laedantur: quod ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustentationem, esse definimus. Nec etiam per emphyteusim [illegible] alaria ecclesiarum tribuere possit: excepta causa, quae ab anti-
D quis Canonibus ordinata videlicet in redemtionem capti[illegible] rum.

16. Colligere licet, solenne fuisse in aulis Principum, statis quibusdam diebus comp[illegible] nere aliquem Laicum insignibus episcopalibus: qui & tonsura, & caeteris ornamentis personarum episcoporum ageret: & creasse etiam ridiculum patriarcham, quo se oblectarent. Quae omnia, ut in dedecus ecclesiae accersita, prohibentur sub gravibus censuris.

17. Quia depravata exemplaria reddunt hunc Canonem insigniter obscurū: visum est hoc [illegible] summa [illegible] tim complecti; & non integrum transcribere. Triaq; continet Ca-
E non praesens.

Primum: quòd Metropolitani super universos episcopos, qui ab ipsis promoventur & sive per manus impositionem, sive per palludationem, episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem; videlicet ad communicandum eos (urgente necessitate) ad Synodalem conventum; vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Hoc primum, est ex Canone 6. Niceni concilii detumtum, quem refert in hac formā: Quia & in Romanorum civitate hujusmodi mos praevaluit.

F Secundum: Quoniam sunt quidam episcoporum, qui ut secundum vocationem Apostolici praesulis occurrant, se a Mundi Principibus impeditos causantur: placuit, talem excusationem omnimodo esse invalidam. Cum enim Principes suas causas frequenter conventum agant, impium est, ne summos praesules ad synodos, pro ecclesiasticis negotiis celebrandas, impediant; vel quosdam a Conciliis eorum prohibeant. Licet tale impedimentum, & fictam prohibitionem, episcoporum suggestione diversis modis fieri didicerimus.

Tertium est: Illud autem, tanquam perosum quiddam, ab
G auribus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitur: non posse Synodum absq; principali praesentia celebrari. Cum nusquam sacri Canones, convenire seculares Principes in Conciliis sanxerint; sed solos antistites. Unde nec interf[illegible] [illegible] idos Synodis, exceptis Conciliis universalibus, invenimus. N[illegible] enim [illegible] est [illegible] peculiares Principes spectatores fieri rerum, quae Sacerdotibus Dei nonnunquam eveniunt.

18. Placuit huic sanctae & magna Synodo: ut res vel privilegia, quae Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, et sive a divinae recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus, in-
Itèm placuit de Infantibus: quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sinè dubitatione testentur; nec ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere; absq; scrupulo eos esse baptizandos: ne ista trepidatio eos faciat sacramentorũ purgatione privari. Hinc enim Legati Maurorum, fratres nostri, consuluerunt: quia multos tales à Barbaris redimunt. *Cap. 70.*

Rursus constitutum est: ut, quoties clericis convictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem Hæreticorum atq; Gentilium, si fortè causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contempserint: nulla eorum vox penitùs postea audiatur. *Cap. 71.*

Sanè, quoniam de hoc, sicuti de cæteris, consulere voluit Dilectio tua: adjecit filius meus Celestinus Diaconus in epistolâ suâ, sic esse à tuâ Dilectione positum illud, quod in beati Apostoli Jacobi epistolâ est conscriptum: * *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & suscitabit illum Dominus. & si in peccatis fuerit, dimittentur ei.* Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere; qui sancto oleo chrismatis perungi possunt: quod ab episcopo confectum, non solùm sacerdotibus; sed omnibus etiam Christianis licet, in suâ aut suorum necessitate, ad ungendum. Cæterùm, illud superfluum videmus adjectum; ut de episcopo ambigatur, quod presbytero licere non dubium est: quia episcopi, occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterùm, si episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquos à se visitandos: & benedicere & tangere chrismate sinè cunctatione potest; cujus est, ipsum chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud fundi non potest: quia genus est sacramenti. Nam, quibus reliqua sacramenta negantur; quomodo unum genus putatur concedi? *Cap. 72.*

* cap. 5. vers. 14.

Diaconissam non ordinandam ante annum 40. & hoc cum summo libramine. Si verò suscipiens manûs impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens, semet-ipsam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens: anathematizetur hujusmodi, cum eo, qui eidem copulatur. *Cap. 73.*

Conjurationis vel conspirationis crimen, & ab exteris legibus est omninò prohibitum: multò magis hoc in Dei ecclesiâ, ne fiat, admonere convenit. Si qui ergo clerici, vel monachi, reperti fuerint conjurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis aut clericis: gradu propriè penitùs abjiciantur. *Cap. 74.*

Non licere clericis, post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere: sicut antiquis quoq; Canonibus constitutum est. Quòd-si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt. *Cap. 75.*

Quoniam quidam metropolitanorum, quantum comperimus, negligentiùs commissos sibi greges, & ordinationes episcoporum, facere differunt: placuit sanctæ Synodo, in tres menses ordinationes celebrari: nisi fortè necessitas excusabilis præparet, tempus dilationis extendi. Quòd-si hoc minimè fecerit; correptioni ecclesiasticæ subjacebit. Veruntamen reditus ecclesiæ viduatæ, penes œconomum ejusdem ecclesiæ integri reserventur. *Cap. 76.*

Eos, qui rapiunt mulieres, sub nomine simul habitandi, cooperantes aut conviventes raptoribus, decrevit sancta Synodus: ut, siquidem clerici sunt; decidant gradu proprio: si verò laici; anathematizentur. *Cap. 77.*

Contradicimus quoque, ut in quartâ generatione nullus ampliùs conjugio copuletur. ubi autem, post interdictum, factum inventum fuerit; separetur. Sanè eadem, quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentelâ, de lege nuptiarum, regula custodienda est. Quoniã constat eos duos esse in carne unâ: ideò cõmunis illis utrinq; parentela esse credenda est, sicut scriptũ est: * *Erunt duo in carne unâ. Cap. 78.*

Ut episcopi incestuosos punire & investigare studeant, omninò decrevimus. Qui si pœnitere noluerint: de ecclesiâ expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quòd-si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos per secularis potentiæ disciplinam, à tam pravâ consuetudine coërceri. *Cap. 79.*

Quæsitum est ab aliquibus fratribus, de his, qui in patibulis suspenduntur pro sceleribus, post confessionem Deo peractam; utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ, an non? Quibus respondimus: Si omnibus, de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus, communio in fine, secundùm canonicum missum, danda est: cur non etiam, qui pro peccatis pœnam extremam persolvunt? Scriptum enim: * *Non vindicat Deus bis in id-ipsum.* Nam Dominus ait: * *In quocunque die conversus fuerit peccator; peccata ejus non reputabuntur ei.* Et iterum: † *Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur, & vivat.* Salutem ergo hominis adimit; quisquis mortis tempore pœnitentiam denegârit. Et desperat de misericordiâ Dei, qui eam ad subveniendum morienti sufficere, vel in momento non credit posse. Latro ergo perdidisset in cruce præmium, ad Christi dextram pendens: si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Nam, cùm esset in pœnâ, pœnituit: & per unius sermonis professionem, habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potiùs est æstimanda, quàm tempore. Prophetâ hoc aliter asserente: * *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris. Cap. 80.*

SYNODUS TRIBURIENSIS.

Triburiæ Synodus est celebrata sub Arnulpho, regni sui 8. anno, Domini 895. *juxta Reginonem,* * & *Acta, in tom. 2. Conciliorum.* Aut anno Domini 899. *juxta Sigebertum.* Nisi quis geminam diversis annis existimet habitam.

Convenerunt episcopi 22. ut Acta habent: nimirum Hatto Moguntinus, Hermannus Agrippinensis, Rathbodus Trevirensis, Waldo Fritingensis, Erchanbaldus Eistatensis, Tuto Radasbonensis, Adalpero Augustensis, Salomon Constantiensis, Theodolfus Curiensis, Fringus Basiliensis, Baldrammus Strasburgensis, Lotechaneus Spirensis, Theotelaus Wormaciensis, Adalgarius Brumensis, Dado Wirdunensis, Wigbertus Hiltineshemensis, Rudolfus Wirtziburgensis, Sigismundus Halvarastatensis, Ruodbertus Metensis, Druogo Minsidensis, Biso Padarbrunensis,

brunensis, Egilmarus Osnebruggensis. *Regino* quatu... super addit, præter abbates & monachos: inter quos ... timum locum obtinuit Adalgarius Hamburgensis. *Crantzius in metropoli.* Occasionem ... exhibuerunt pol... vitia, qui autoritatem episcoporum imminuere conabantur: ut *Regino & Sigebertus* annotat. ... erat, ut eradicarent hæreses, schismata componerent, clericorum vitia corrigerent, scandala vulgi averterent ... more, clericorum & laicorum rectius instituerent: *teste Gratiano.*

* li. 2. c. 19.

Inter alia, quæ isthic acta sunt, etiam de lite ob Bremensem ecclesiam, Hermanni Coloniensis, & Adalgarii Hamburgensis episcopi, tractatum est: & autoritate summi Pontificis, privilegia ecclesiæ Bremensis sunt abolita; estque ea Coloniensi episcopo subjecta, & Hamburgensi erepta. *Crantzius in Metropoli.*

* li. 2. c. 19.

¶ *Deinde,* tractatur causa presbyteri, à laico excæcati: & instituitur querela, quòd laicus iste, sententiam Synodi de pœnitentiâ, petulanter contempserit. Quamobrem Rex edictum promulgat, cum assensu Synodi, in hunc modum.

Nos, quibus regni cura, & solicitudo ecclesiarum Christi commissa est, aliter regnum & imperium jure ecclesiastica regere & gubernare non possumus; nisi hos, qui ecclesiam Christi, non-habentem (ut Apostolus ait) *maculam neque rugam, conturbant, zelo fidei persequamur. de quo Rex David testatur:* * Nonne, qui oderunt te, Deus, oderam illos; & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. *Et cùm Evangelium legeretur, audivimus:* * Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. *Et alibi.* Qui percutit malos in eo, quòd mali sunt, minister Domini est. *Idcirco, non potentiam ostendentes, sed justitiam exhibentes præcipimus, & autoritate nostra injungimus, omnibus regni nostri Comitibus: postquam ab episcopis anathematis excommunicatione percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipsis comprehendantur, & ante nos perferantur: ut, qui divina judicia non verentur, humanâ sententiâ serventur. unde per quendam Sapientem dictum est:* * Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo. *Si enim tam rebelles exstiterint, ut comprehendentibus repugnare studuerint; & in tali temeritate interfecti fuerint: judicio episcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia; & præcepto nostro, Weregeldi nulla ab eis extorqueatur compositio: constringanturq́ Proximi & eorum Cognati cum juramento, ne in illis eas vindicent, sed pacem ad eos & concordiam servent.*

* Ephes. 5. vers. 27.
* Psal. 139. vers. 21. 22.
* Matth. 18. vers. 17.
* Prov. 20. vers. 8.

Si quis Presbyter (quod absit, quia Sacerdos altissimi Dei est) vulneratus, vel quolibet injuriis & contumeliis dehonestatus evaserit, & supervixerit: tota compositio persolvatur presbytero. Si autem articulo mortis præventus obierit; precium Weregeldi tripartitâ partiatur divisione: id est, alteri, cui ordinatus fuerat, pars una; episcopo, in cujus diœcesi erat, altera; tertia parentibus de quibus ortus fuerat. Si verò in atrio ecclesiæ, aliquid ex istis presbytero factum fuerit supradicto modo: presbytero & propresbytero solvatur. Sed quia (ut Hilarius Papa, omnibus episcopis per diversas provincias, in epistolâ suâ scribit) injuria sacerdotum & ecclesiarum sacrilegium est: sacrilegium in atrio factum, altari, & domino ejusdem loci, persolvatur. Sacerdotes enim nō sunt lacerandi, sed potius exornandi. Quia de his Ecclesiasticus liber loquitur, dicens: * In totâ animâ tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica, & ministros ejus non derelinquas; & honorifica sacerdotem. *Et Isidorus:* His enim, sicut & episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est. Præsunt enim ecclesiæ Christi, & in consecratione divini corporis & sanguinis, consortes sunt episcopis: similiter & in doctrinâ populorum, & in officio prædicandi.

* cap. 7. v. 31. 33.

Si quis sacerdotem, non coactus, sed propriâ voluntate seductus, morti tradiderit: secundùm sententiam apostolicorum, & nostrorum modernis temporis sacerdotum, quinquennio plenissimæ castigationis pœnitentiæ substernatur: ita ut carnem non manducet, nec vinum bibat: jejunet autem usque ad vesperam, exceptis dominicis & diebus festis. Arma non portet; & ubicunque eat, pedibus incedat: ecclesiam non intret; sed ante fores stet, orans Dominum puro corde, ut abluatur tanto crimine. Expleto verò quinquennio, introducente episcopo, ingrediatur ecclesiam: nondum tamen communicans, sed inter audientes stans. Et aliud quinquennium indulgentius introeat indultum. Quo verò expleto cum decimi anni ... fuerit ... gratia communicandi, & ... cedatur ... Maneat autem in reliquum ... tribus tres dies per hebdomadam: ut purificationis mereatur ...

Si q... ... atri... ... vaginato gladio præsumptuosus intraverit, sacrilegium ... sacrilegium ... in atrio Domini ... altari & Domino ... tur. Dominus ... in Evangelio. * Omnes enim, qui ... gladium ... gladio peribunt ... *per peccatum ... in animam ... quanto magis ... qui secundum atrium, quod Dominus sibi præ cæteris segregavit locum, sua sancta ... ad honorem, polluit, & temerarius irruperit: gladio pe... & iniquitatis sua mortuus jacuerit? Quapropter opus est pœnitentia: ut resurgat ad vitam, qui gustavit mortem.*

* Matt. 26. vers. 52.

Quicunque timorem Domini postponentes, & ecclesiastica judicia non-verentes, res ecclesiæ rapiunt vel auferunt, (ut in epistola Anacleti Papa legitur) sacrilegium faciunt. Papa dixit: Ergo qui Christi ... cunias & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat: homicida est: atque homicida ante conspectum Judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam Proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. *Unde tantâ autoritate apostolica sententia suffulti, sancimus, & unanimes judicamus: ut res Ecclesiæ triplicitur componantur; insuper verò bannum episcopalis exquiratur. Qui verò exteriores ecclesiæ res rapiunt vel ... dant, Comitis agente correctione: ut res ablatæ legitimè restituantur & componantur. Si verò non procuraverint, vel non emendaverint: ab episcopo canonicè constringantur, ut res restituantur.*

Nemo contemnat, neque transgrediatur bannum ab episcopis superpositum. Stat & abhorreat, in epistolâ beati Clementis dictum contra se scriptum: Si vobis episcopis non obedierint omnes, tam majores, quàm & inferiores ordinis, atque reliqui populi, tribus & linguæ: non solùm infames; sed etiam extorres à regno Dei, & consortio fidelium, à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. *Et audiant ipsum Dominum, in Evangelio dicentem:* * Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. *Quapropter nos, Evangelicam & Apostolicam considerantes autoritatem, non quæstum pecuniarum, sed lucrum quærentes animarum, statuimus & confirmamus, ut, si quis, post hanc hujus sancti Concilii diffinitionem, inventus fuerit, corrupisse bannum ab episcopis impositum; quadraginta dierum castigatione corripiatur, tantùm in pane, sale, & aquâ.*

* Luca 10. vers. 16.

Cum autem Episcopus, ecclesiam à Domino Deo sibi commissam regens, episcopatum circumeundo perrexerit; & placitum canonicè constitutum decreverit, populumq́ sibi creditum illo invitaverit: atque Comes eâdem die ... placitum ab episcopo condictum vel nesciens, placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse, idemq́ populus, post episcopum festinè pergant: scientes, se non illic seditiosâ contentione decertare, sed pro fide catholica invigilare: non cumulum pecuniarum; sed lucrum congregare animarum. Unde in eâdem Clementis epistolâ: Vestrum, qui legatione D... fungimini, est, docere populos. Eorum verò est, vobis obedire, ut Deo. *Et in epistola Alexandri Papa, succ... Evar...:* Si quis autem legationem vestram impedi... , sed multorum profectum avertit: & sicut multis nocet, ita à multis est arguendus. & qui Dei cau... impedit, & statum ecclesiæ conturbat, ideo à liminibus ... *Quapropter nullus Comes, nullus Judex, nullus autem ... clericatu vel sæculari habitu constitutus, legationem episcoporum impediat, vel conturbare præsumat. Ut autem unanimitas & concordia fit inter Episcopos & Comites: placuit, ut, si quis ... residens, conventum populi esse ... & ... eâdemq́ die placitum esse dixerit: ... obtineat, qui prior indicaverat: salvâ tamen dignitate ... potestate episcopi.*

¶ *Tertiò.* Canones aliquot conduntur, ad disciplinam ecclesiæ pertinentes: qui extant *tomo 2. Conciliorum.*

Ut Episcopus non deponatur nisi à duodecim episcopis.

Presbyter à sex; Diaconus à tribus. Caput 1.

Statutum est in hac sancta & universali Synodo: ut nullus epi-

lus episcopus deponatur, nisi à duodecim episcopis, Presbyter à sex, Diaconus à tribus. In concilio Carthaginensi, capite 12. Felix episcopus dixit: *Si quis episcopus in reatum aliquem incurrerit, & non potest plurimos congregare episcopos, ne in crimine remaneat, à duodecim episcopis audiatur. & Presbyter à sex, cum proprio suo episcopo, & Diaconus à tribus episcopis audiatur.* Et in eodem Concilio, cap. 20. *Ut Presbyter à sex, Diaconus à tribus discutiatur episcopis.* Reliquorum clericorum causas, etiam solus episcopus loci cognoscat, & definiat.

Si quis Clericus homicidium fecerit, ab ordine cessare debebit. Caput 2.

Si quis Clericus, quamvis nimiùm coactus, homicidium fecerit: sive sit presbyter, sive diaconus, deponatur. Legimus in Canonibus Apostolorum: quòd episcopus, presbyter & diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur. Quantò magis is, qui hoc immane scelus fecerit, ab ordine cessare debebit? Qui enim Christum sequi desiderat, debet, sicut ipse ambulavit, & ipse ambulare. Qui cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm pro nobis pateretur, non comminabatur. Et ipse in Euangelio suo præcepit: * *Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe illi & alteram.* Non enim debemus occidere; cùm Dominus dicat: * *Audistis, quia dictum est antiquis; Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.* Nec malum pro malo reddere; sed, sicut Apostolus, Romanis scribens, ait: * *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Si quis Clericorum præsens erit, ubi homicidium fuerit: & neque consensu, neque consultu, neque in aliquo homicidii reatu pollutus esse convincitur; nihil ei obsit, quin consecratus in gradu permaneat: non consecratus, si aliâs dignus sit, promotionis accedat.

[* Matth. 5. vers. 39.] [* capit. eod. v. 21. 22.] [* Rom. 12. vers. 21.]

Ut, præter Pascha & Pentecosten, Baptisma non celebretur, excepta necessitate periclitantium. Cap. 3.

Sacrosanctum Baptismi mysterium, sciant omnes in Christo regenerati, non nisi præfixis & legitimis in anno celebrari temporibus: cùm hoc sibi privilegium (ut epistolâ Siricii Papæ legitur, capite 2.) & apud nos, & apud omnes ecclesias, specialiter, cum Pentecoste suâ, dominicum Pascha defendat; in quo (ut legitur in epistolâ Leonis Papæ, capite 9.) orta est virtus muneris, & species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet: quòd ipse Dominus Jesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, Discipulis suis formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: * *Euntes, docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* De quo utique ante passionem potuisset eos instruere: nisi propriè voluisset demonstrare, regenerationis gratiam ex suâ resurrectione cœpisse. Additur sanè huic observantiæ, etiam Pentecostes, ex adventu sancti Spiritûs, sacra solennitas: quæ de Paschalis festi pendet articulo. Nam, cùm ad alios dies alia festa pertineant: hæc semper ad eum diem recurrit, qui resurrectione Domini est insignis: porrigens quodammodò manum auxiliantis gratiæ; & eos invitans, quos à die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas, interclusit: ut desiderii sui effectum, dono sancti Spiritûs, consequantur. Ipse enim unigenitus Dei, qui in Pascha resurrexit, in fide credentium, & in virtute operum, nullam inter se & Spiritum sanctum voluit esse distantiam: quia nulla est diversitas in naturâ. Unde utrique sit proprium. Non dissimile esse festum; ubi unum est sacramentum. Sicut tunc, ità & nunc, in remissionem peccatorum, Baptismi celebratur sacramentum: qui idem Spiritus sanctus; cujus hîc celebramus adventum, est remissio omnium peccatorum. Trina namque in Baptismate immersio, triduanam imitatur sepulturam: & ab aquis elevatio, instar est resurgentis de sepulcro. Periculo quocunque modo præoccupatis & desperatis, omni tempore subveniendum, & Baptismi sacramentum est tribuendum: quia necessitas vix habet legem. Si enim validâ infirmitate occupati, & desperati, ad ecclesiam provehi non possint: loco mundo perspecto, Baptisma celebretur; & procuratione presbyteri cautè observetur & collocetur. Usq; ad octavam namq; diem, ipsa regeneratio sacra ab omni Christiano populo celebrabitur: quia resurrectio Domini octo diebus colitur.

[* Matth. 28. vers. 19.]

De Decimis. Cap. 4.

De Decimis Augustinus, doctor mirabilis, sub brevi ratiunculâ satis videtur dilucidasse, cùm ait: *Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus? nempe, Meus es, ô homo: Mea est terra, quam colis: Mea semina quæ spargis: Mea animalia, quæ fatigas: Meus est Solis ardor. Et, cum omnia mea sint, tu, qui manus accommodas, solam decimam merebaris. Sed serva tibi novem, da mihi decimam. Si non dederis decimam; auferam novem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo novem.* Si ergo quærit aliquis, cur Decimæ dentur? sciat, quòd ideò dandæ sunt; ut hac devotione Deus placatus, largiùs præstet, quæ necessaria sunt: & ut ministri ecclesiæ exinde relevati, liberiores fiant ad spiritualis servitii expletionem: & ut munus populi ea binc, in quotidianâ oblatione, Domino immoletur; nec-non secundùm statuta Canonum, in sustentationem pauperum, & restaurationem ecclesiarum, proficiant. Quatuor enim fieri partes, juxta Canones, judicamus; de decimis & oblationibus fidelium: ut una sit episcopi; altera clericorum, tertia pauperum; quarta restaurationi ecclesiarum servetur: sicut in epistolâ Gelasii Papæ, capite 27. legitur.

De Decimis antiquarum & noviter consecratarum ecclesiarum. Cap. 5.

Placuit huic sancto Concilio: ut, secundùm sanctiones Canonum, decimæ, sicut & aliæ possessiones, antiquis conserventur ecclesiis: sicut in Chalcedonensi sancto Concilio statutum est, capite 17. *Si quis autem in affinitate antiquæ ecclesiæ, novalia terra excoluerit; decima exinde debita antiquæ reddatur ecclesiæ. Si verò in qualibet sylvâ, vel deserto loco, ultra milliaria quatuor aut quinque, vel eò amplius, aliquod dirutum collaboraverit; & illic consentiente episcopo ecclesiam construxerit, & consecratam perpetraverit: prospiciat presbyterum, ad servitium Dei idoneum & studiosum. & tunc demùm novam decimam nova reddat ecclesiæ; salvâ tamen potestate episcopi.*

De Sepulturâ mortuorum. Cap. 6.

Restat, propter instantem, quæ tunc maximè occurrit, necessitatem, ubicunque facultas rerum & opportunitas temporum suppetat, sepulturam morientium apud ecclesiam, ubi sedes est episcopi, celebrari. Si autem hoc, propter itineris longinquitatem, aut adjacentem alicujus inopportunitatis difficultatem, impossibile videatur: expectet eum terra sepulturæ suæ, quo Canonicorum aut Monachorum, sive Sanctimonialium, congregatio sancta communiter degat: ut eorum orationibus judici suo commendatus occurrat; & remissionem delictorum, quam meritis non obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quòd-si & hoc ineptum & difficile æstimetur: ubi decimam persolvebat vivus, sepeliatur mortuus.

Ut sepulturam morientium nemo vendat. Cap. 7.

Abhorrendus & Christianis omnibus devitandus mos iniquus subrepsit; sepulturam mortuis debitam sub precio vendere, & gratiam Dei venalem facere. cùm hoc nusquam sub euangelicâ gratiâ meminimus nos invenisse, vel legisse. In Ecclesiastico namque scriptum est: * *Mortuo non prohibeas gratiam; sciens, quia omnes morimur.* Et itèm: * *Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertuntur.* Quid terra terram vendis? Memento, quoniam terra es, & in terram ibis: & quoniam mors tibi futura est; appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed (ut Psalmista * commemorat) Domini est terra, & qui habitant in eâ. Si terram vendis; invasione alienæ rei reus teneberis. Gratias accepisti à Deo: gratias da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omninò Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare. Nisi fortè proximi & amici defuncti, propter nomen Domini, & redemtionem animæ viri, gratis aliquid donare velint.

[* cap. 7. v. 37.] [* cap. 40. v. 11.] [* Psal. 24. vers. 1.]

Ut nullus Laicus in ecclesiâ sepeliatur. Cap. 8.

Secundùm statuta sanctorum Patrum, & experimenta miraculorú, prohibemus & præcipimus: ut deinceps nullus Laicus in ecclesiâ sepeliatur. Quidam mirabilis Doctor, nostræ diffinitioni consentiens, inquit: *Nemo enim in ecclesiâ sepeliatur: nisi fortè talis sit persona sacerdotis, aut cujuslibet justi hominis, qui per vitæ meritum, talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit.* Corpora antiquitùs in ecclesiâ sepulta nequaquam projiciantur: sed pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesiæ reverentia conservetur. ubi verò hoc, præ multitudine cadaverum, difficile sit facere: locus ille cœmeterium & polyandrium habeatur; ablato indè altari, & constituto, ubi religiosè sacrificium Deo valeat offerri. Beatus Gregorius, in miraculis Patrum, memoriâ dignum, & huic rei congruum refert miraculum, in Genuensi urbe contigisse. Ibi namque quidam, Valentinus nomine, Mediolanensis ecclesiæ defensor, defunctus est: cujus corpus in ecclesiâ beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem mediâ, in eâdem ecclesiâ factæ sunt voces, ac si quis violenter ex eâ repelleretur foràs. Ad quas nimirum voces cucurrère custodes: & vidère duos quosdam teterrimos spiritus, qui ejusdem Valentini pedes cum ligaturâ constrinxerant; & ab eâ ecclesiâ clamantem animam vociferantes forâs trahebant. Qui videlicet exterriti, ad sua strata reversi sunt. Manè autem facto, aperientes sepulcrum, ubi idem Valentinus positus fuerat, ejus corpus non invenerunt. Cumque extra ecclesiam quærerent, ubi projectum esset: invenerunt hoc in sepulcro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut de ecclesiâ fuerat abjectum. Ex quâ re colligendum est; quia hi, quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciunt, restat, ut etiam de suâ præsumptione judicentur: quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset. Quid igitur sacra loca sepultis prosunt: quando, hi qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis divinitùs projiciuntur?

Sancta Synodus dixit: Mira res, & multis expavescenda; ideoque per futura temporum curricula ab omnibus observanda.

De vasculis, quibus mysteria sacra conficiuntur. Cap. 9.

Vasa, quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & episcopus interrogatus si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: *Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc econtra lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus.* Zepherinus, 16. Romanus episcopus, patenis vitreis Missas celebrari constituit. Tum deinde Urbanus, 18 Papa, omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus, magis & magis, per incrementa temporum, decus succrevit ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui servi patrisfamiliâs sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminuatur; sed magis cumuletur & amplificetur: statuimus, ut deinceps nullus sacerdos, sacrum mysterium corporis & sanguinis Jesu Christi Domini nostri, in ligneis vasculis nullo modo conficere præsumat: ne, unde placari debet, indè irascatur Deus.

Ne in calice, aut vinum solum, aut aqua sola, offeratur. Cap. 10.

Alexander, successor Evaristi, dixit: *Non debet enim, ut à Patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri; sed utrumque permixtum: quia utrumque ex latere ejus profluxit. ut videlicet per hoc indicet, populos, qui secundùm Johannem* * *aquæ sunt, à Christo, cujus sanguis in calice est, dividi non debere.* Cujus rei veritatem in hac sanctâ Synodo confitemur, credimus, & confirmamus: ne ullus, sinè commixtione vini & aquæ, mysteria sacra conficiat: sed ut duæ partes sint vini; quia major est majestas sanguinis Christi, quàm fragilitas populi: tertia aquæ; per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

* Apoc. 17. vers 15.

De injuriâ Clericorum. Cap. 11.

Si quis irreverens, timorem Domini postponens, in servos ejus sævire præsumpserit; quos ipse præ cæteris peculiari singularitate sibi segregavit, & coronæ suæ similitudinem (tradente Apostolorum principe) gestare fecit, & servos suos dici & esse voluit, sortemque illorum se constituit: sicut de eis scriptum est, loquente ipso Domino; * *Ego hereditas eorum.* Item: * *Dominus hereditas mea est.* Si quis (ut diximus) ullum eorum, quocunque ordine consecratum, cæsis vulneribus, vel quibuscunque injuriis, angustaverit: jubeat eum Dominus Episcopus, per bannum a se impositum, ante se venire; & advocet cognitorem & adjutorem Comitem: & constringat protervum Episcopus auctoritate canonicâ, ut eidem clerico, cui contra divinas & humanas leges contumelias ingessit, justam & debitam persolvat compositionem: & Comite agente, persolvat bannum Regibus debitum. Si verò, agente protervià, venire contempserit, justitiæque consentire detrectaverit: agantur super eum omnia, quæ suprà scripta sunt in secundo & tertio capitibus; nisi iterum veniat, & justitiæ concordet.

* Deut 18. vers 2. * Psal 15. vers. 5.

De querimoniâ inter Presbyterum & Laicum. Cap. 12.

Si quis Presbyter contra Laicum, vel Laicus contra Presbyterum, aliquam habet querimoniæ controversiam: Episcopo præcipiente, sinè personarum acceptione, finiatur: & Laicus per juramentum, si necesse sit, se expurget; Presbyter verò, vice juramenti, per sanctam consecrationem interrogetur. Quia Sacerdotes ex levi causâ jurare non debent. Manus enim, quâ corpus & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur? absit! cùm Dominus in Evangelio Discipulis suis, quorum vicem nos indigni in sanctâ gerimus Ecclesiâ, dicat: * *Nolite omnino jurare. sit autem sermo vester. Est, Est, Non, Non: quod autem his abundantius est, à malo est.* Non dixit; Quod amplius est, malum est: sed à malo, id est, à malo homine, de cujus incredulitate cogimur jurare. Ut enim in quâdam Homiliâ beati Bedæ presbyteri legimus, si fortè nos incautiùs jurâsse contigerit, quod scilicet observatum, pejorem vergat in exitum, liberè illud mutandum noverimus, salubriori consilio.

* Matth. 5 vers 34 37.

De eo, si quis liber aliquo crimine infamatur. Cap. 13.

Si quis fidelis, libertate notabilis, aliquo crimine aut infamiâ deputatur: utatur jure, juramento se excusare. Si verò tanto talique crimine publicatur, ut criminosus à populo suspicetur, & propterea superjuretur: aut confiteatur, & pœniteat; aut episcopo, vel suo misso discutiente, per ignem candendi ferro cautè examinetur. Deus omnipotens, cùm omnia nuda & aperta sint oculis ejus, (ut in epistolâ Evaristi Papæ scriptum legimus) quò nos à dubiis & incognitis sententiam proferre compesceret, mala Sodomæ noluit audita judicare, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait: * *Descendam. & videbo, utrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita ut sciam.* Quo exemplo moniti, ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus; aut temere indiligenterque indiscussa quæque quo modo judicemus: sed exemplo Domini descendamus, videamus, & justo examine criminosos diligenter perscrutemur; sicut ipse Sodomam: ut videamus, utrùm clamorem populi compulerint, necne. Nam mala audita nullum moveant; sed antè audita diligenter inquirat.

* Genes. 18. vers 21.

De his, qui velatas, Deo-consecratas, in conjugium duxerint. Cap. 14.

Si quis sacro velamine consecratam in conjugium duxerit; &, post dicatum Deo propositum, incesta fœdera sacrilegaque miscuerit: (ut in constitutis Gelasii Papæ, cap. 20. legitur) protinus æquum est à sacrâ communione detrudi; &, nisi per publicam probatamque pœnitentiam, omninò non recipi. Si tamen pœnituerint: transeuntibus de seculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi Concilio, capite 16. *Hoc perpetrantes excommunicentur: confitentibus, auctoritate episcopi, misericordia largiatur.* In epistolâ Papæ Syricii, cap. 6. *Velatæ, Deo-consecratæ si, abjecto proposito sanctitatis, clanculum sacrilegâ se contagione miscuerint, vel de illicitis complexibus publice & libere filios procreaverint: hæc impudicas detestabilesque personas, à monasteriorum cœtu, & ecclesiarum conventibus eliminandas esse, judicatum est: quatenus, retrusæ ergastulo, tantum facinus continua lamentatione de-*

ficant. Unde verbo Domini, & canonicâ autoritate, in hac sanctâ Synodo præcipimus: ut omninò separentur; & juramento colligentur, ulteriùs sub uno non cohabitare tecto, nec familiari sivi colloquio, excepto in ecclesiâ & in publico: aut pariter ullam habere communionem, unde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facti, justè possit oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sint, dividant: & uterque sua provideat.

De Virgine ante 12. annos velatâ, non consentiente patrono, sub cujus erat patrocinio. Cap. 15.

Quæcunque Virgo sub patrocinio, ante annos 12. non coacta, sed propriâ voluntate, sacrum velamen sibi imposuerit, annumque & diem, nullo repetente, velata permanserit: ab eodem sancto habitu ulteriùs non recedat; sed sponsa vero Regi Christo, immaculato agno, ulteriùs incorrupta & immaculata deserviat. Si verò idem patronus, post annum & diem, sanctum propositum corrumpere, & velatam studuerit repetere, atque Christo suam sponsam rapere: secundùm præstituta Canonum præjudicamus, ut vires non obtineat; sed Christo Regi suam sponsam relinquat. Si quis de Virginibus velatis curiosiùs & diligentius investigare perstiterit; insistat cap. 16. Carthaginensis sancti Concilii, & 93. Africani. In Carthaginensi cap. 16. continetur: *ut ante 25. annum Virgines non consecrentur.* In Africano 93. *ut, quicunque episcoporum, aliquâ urgente necessitate, vel periculo mortis angustiante, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit, seu velavit, ante 25. annum ætatis, virginem: non ei obsit Concilium quod de isto annorũ numero constitutum est, quin velata & consecrata permaneat.*

De Viduis velatis. Cap. 16.

Viduas autem velare, Pontificum nullus attentet: prout constitutum est in decretis Papæ Gelasii, cap. 13. quòd nec authoritas divina, nec Canonum forma præstituit. Quæ si propriâ voluntate continentiam professa est; (ut in ejusdem Gelasii capite 21. legitur) ejus intentio pro se reddat rationem Deo. Quia sicut, secundùm Apostolum, * si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur: sic, secum habitâ deliberatione, promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Quâ authoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conventu sancimus, & liberè judicamus: quòd si sponte velamen, quamvis non consecratum, sibi imposuerit, & in ecclesiâ inter velatas oblationẽ Deo obtulerit; velit nolit, sanctimoniæ habitum ulterius habere debebit: licèt sacraméto confirmare velit, eo tenore & ratione velamen sibi imponere; ut iterũ possit deponere.

[* 1 Corin. 7. vers. 9.]

De Monachis regulariter exeuntibus, sive fugâ regularis disciplinæ elapsis. Cap. 17.

Si quis Monachus, pro lucro animæ vel animarum, à suo monasterio exire, & aliud proposuerit intrare; consentientibus episcopo, abbate, & fratribus: cõsentimus & concordamus, quia id fecisse multos Sanctos legimus. Si verò fugam regularis disciplinæ elapsus, propositum sanctitatis calcaverit: omnimodis coërcendus, & ab hominibus detestandus, atq; omni onere est gravandus: ut saltèm rubore verecundiæ confusus, & onere paupertatis afflictus, redeat; quẽ relictâ singularitatis professione inimicus tenebat. Si autem tam irreverens & pertinax est; ut ad monasterium redire, & propositum monachi reluctaverit observare: impleantur super eum constituta, quæ de eo scripta sunt in sancto Canone, in Concilio Chalcedonensi, cap. 4. Papæ Syricii 6. Leonis 26. quatenus retrusus ergastulo, decoqui possit pœnitudinis igne purgatorio.

De Clericis, qui semel in clero deputati sunt. Cap. 18.

In Synodo Chalcedonensi, cap. 7. statutum est: *ut clerici, qui semel in clero deputati sunt, neq; ad militiam, neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & pœnitentiam non agentes, quò minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitùs elegêre, anathematizari.* Nos autem, eandem sequentes canonicam authoritatem, statuimus: ut clericus, ecclesiasticè nutritus in ecclesiâ coram populo vel legens, vel cantans, si postmodum, relicto clericatûs habitu, à castris dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabitur, & ad seculum egreditur; ab episcopo canonicè coërceatur, ut ad signũ matris Ecclesiæ revertatur. Quòd si in hac disciplinatione perdurat, ut comam nutriat: constringatur, ut iterum detondeatur; & postea nec uxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat. Si vero huic hujus sancti Concilii reluctatus fuerit definitioni: secundùm præstitutam Chalcedonensis capituli constitutionem, anathematizetur. Sanctus Isidorus, tales hippocentauris dicit esse similes: qui nec equi, nec homines, atq; quasi bruta animalia, libertate ac desiderio suo feruntur.

Ut nullus Episcopus alterius ministrum ecclesiasticum solicitet. Cap. 19.

In Niceno sancto & universali Concilio continetur: *Propter multam perturbationem, & seditiones, quæ fiunt, placuit, consuetudinem omnimodis amputari, ita ut de civitate ad civitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur, &c.* In Chalcedonensi cap. 20. *Clericos in ecclesiâ ministrantes, in alterius civitatis ecclesiam statutos fieri non oportet. Si quis episcopus, post hanc definitionem, [illegible] clericum ad alium pertinentem: suscipiens & susceptus communione privetur; donec is, qui migraverat, ad propriam fuerit regressus ecclesiam.* Item in Synodo Sardicensi, cap. 18. *Ut nulli liceat episcopo, alterius episcopi ministrum ecclesiasticum solicitare, & in suis parochiis ordinare.* In Africano, cap. 21. *Ut clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter ejus arbitrium, cujus fuerit clericus, &c.* Item in decretis Papæ Leonis: *Alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo solicitet; nisi fortè, ex placito charitatis, id inter dantem accipientemq; convenerit.* Quibus constitutis sanctorum Canonum operam dantes, & vestigiis Patrum inhærentes, hoc secundùm præfixos sanctos Canones statuimus, & justum esse decernimus.

Ut nullum servum, ante perfectam libertatem, Episcopus ordinare præsumat. Cap. 20.

Secundùm decreta sanctorum Patrum præjudicamus, & nos id acturos profitemur: ut nullum servum episcopus ordinare præsumat, antequàm perfectâ ditetur ingenuitate. quia non debet illius persona fungi sacerdotii dignitate. Leo Papa, in epistolâ suâ, capitulo 5. *Debet enim esse ab aliis securus, qui divina militiæ fuerit aggregandus: ut a castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.* Gregorius in decretis suis, capitulo 7. *Multos ex ecclesiasticâ familiâ novimus, ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humanâ servitute liberi, in divino servitio valeant conversari. Si verò festinantes ad omnipotentis Dei servitium incautè retinemus, illi invenimur quædam negare, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut ab humano servitio liber recedat, qui divinis obsequiis districtam subire appetit servitutem.* Sancta Synodus dixit: Præfinita Patrum statuta inviolabilem habeant firmitatem.

De eo, si quis ab Apostolico falsam detulerit epistolam. Cap. 21.

In memoriam beati Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam Apostolicam sedem: ut, quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas: ut, licèt vix ferendum ab illâ sanctâ sede imponatur jugum, conferamus, & piâ devotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet, sive sit presbyter, sive diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod indè non convenerit: salvâ fide, & integrâ circa Apostolicum humilitate, penes episcopum sit potestas, utrùm eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam: usquequò per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos, Apostolicam interpellet sublimitatem: ut potissimùm suâ sanctâ legatione dignetur decernere, quid de talibus justo ordine sedes Romana statuat diffinira; ut & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

De Furibus & Latronibus. Cap. 22.

Tranquillitatem sanctæ Dei ecclesiæ inquietari, & pacem fraternam infestari, testantur fures & latrones: qui

ambulant

[A] ambulant inter nos ovinâ pelle obumbrati: sed lupinâ mente recedunt alienati, res ecclesiarum sæ â mente adducti rapientes, & gregem dominicum spoliando laerantes. De quibus Salvator in Evangelio commemorat: * *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, ille fur est & latro.* Atque subjungit: * *Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat.* Ubi quamvis Hæreticos, qui fidem furantur Ecclesiæ, designet: tamen, insecutione furum & latronum, turbatam monstrat pacem ecclesiasticam. De talibus Apostolus ad Philippenses: * *Videte canes: videte malos operarios.* Canes vocavit, quòd non habent verecundiam: malos operarios, quia nulla faciunt, quæ pietati conveniunt. Et Dominus per Prophetam Esajam: * *Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam.* Unde nos, quæ Dominus diligit, diligentes; & quæ odit, odio habentes, statuimus & judicamus: ut, si quis post hæc Evangelica & Apostolica atq; Prophetica verba, & diffinitionem pacatissimæ Synodi, inventus fuerit furtum aut rapinam exercere; & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere; nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data, nec [C] in memoriam clericorum, nec pauperum, veniat; sed exsecrabilis sordescat. Beatus Augustinus de talibus horribilem profert sententiam, dicens: *Nemo te post mortem tuam fideliter redimit; quia tute redimere noluisti.* Si autem ille fur vel latro vulneratus elabitur; & exspectatione mortis desperatus putatur; atque reconciliari se mysteriis sacrosanctis, habitu corporis & voluntate piæ mentis, deprecatur; Deoque & sacerdoti, comite vitâ, emendationem morum & actuum confitetur: communionis gratiam non negamus tribuendam. In Nicæno magno Concilio statutum [D] legimus: *Si quis egreditur è corpore, ultimo & necessario viatico minimè privetur, &c.* Itèm de ultimâ pœnitentiâ, in epistolâ Innocentii Papæ, capite 21. *Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo liberentur exitio.* Itèm de eodem, Carthaginensi 7. & Celestini 15. ubi ait: *Quid, rogo, aliud est, ultimam pœnitentiam negare periclitanti, quam mortem addere morienti?*

De ecclesiâ à compluribus cohæredibus obsessâ. Cap. 23.

[E] Quæcunq; ecclesiâ à compluribus cohæredibus sit obsessa, concordi unanimitate undiq; procuretur: ne propter aliquas disceptationes servitium Dei minuatur, & cura populi irreligiosè agatur. Si verò contingit, pro eâ comparticipes dissidere, & sub uno presbytero nolle eam procurare; & propterea jurgia & contentiones, tam inter ipsos, quàm inter clericos, incipiant frequentare: quia (juxta Apostolum *) servos Dei non oportet litigare: episcopus tollat indè reliquias, & sub magnâ curâ honorificè collocet eas: atque ejusdem ecclesiæ claudat ostia, & sub sigillo [F] consignet ea: ut sacrum ministerium nullus celebret in eâ, antequam concordi unanimitate unû omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit sacrosanctum locum procurare, & populo Dei utiliter præesse. Hanc autem habeant authoritatem Episcopi, ut in nullis ecclesiis, nec constituantur presbyteri, nec expellantur, illis inconsultis, & nonconsentientibus. In epistolâ beati Papæ Clementis legitur: *Attendendum summoperè est omnibus presbyteris, & reliquis clericis; ut nihil absque episcopi proprii licentiâ agant: non utique Missas, sinè ejus jussu, quisquam presbyterorum in sua parochia agat. Similiter & reliqui populi, majores scilicet & minores, per ejus licentiam, quicquid agendum est, agant. Animæ* [G] *verò eorum ei creditæ sunt: ideò omnia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto nihil.*

De claudis, & aliquâ parte corporis minutis; si sacro ordini possint adjungi. Cap. 24.

In Nicæno sancto & universali Concilio statutum cap. 1. ut, *si quis a Medicis per languorem defunctus est, aut barbaris abscissus; in clero permaneat.* In epistolâ Innocentii [H] Papæ, cap. 28. *Qui igitur volens cujuslibet partem digiti sibi abscidit; hunc ad clerum Canones non admittunt. Cui verò casu aliquo contingit, hunc Canones præcipiunt & clericum fieri: &, si in clero fuerit repertus, non abjici.* Itèm in decretis Gelasii Papæ, cap. 26. *ut nemo liceat nesciens, vel aliquâ parte cor-*

[A] *poris imminutus, promoveatur ad clerum.* Hanc authoritatem sanctorum Patrum confitemur, & confirmamus, sequimurque: ita ut, si quis a Medicis per languorem detunctus est, vel per aliquam infirmitatem claudus effectus est, inveniatur aliàs dignus; permaneat clericus, & sacro ordini aptus.

De eo, si quis in hoste contra Paganos, interficit captivos Christianos. Cap. 25.

[B] Undiq; bella consurgunt; hostes sæviunt; inimica gens Paganorum insequitur populum Christianorum. Impletum est enim, quod Evangelica testatur historia: * *Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum &c.* Et [ubi] scriptum est: * *Pugnabit orbis terrarum pro eo contra insensatos.* Quapropter zelo divinæ æmulationis accensus Christianorum exercitus, procedunt ad bellum, ... eum, qui dixit: *Vos ad certamen ... estis, ego prælior pro vobis.* Fit conventus Christianorum & Paganorum: fortiter dimicant isti pro fide; illi contra fidem. Unde fortissimo [C] confortante Domino, sicut Matathias pater Machabæorum ait: * *Non in multitudine exercitus fit victoria belli; sed de cælo venit fortitudo*: sæpè fit victoria Christianorum; & fracta est pars Paganorum. Quare unâ cum interfectis Paganis peremti fuerunt Christiani, captivi a Barbaris: quia in impetu belli nequeunt disting[ui]. Idcirco justum decernentes, statuimus: cum interfectoribus misericordiùs agendum; itâ ut quadraginta diebus pœnitentiæ indulgentiâ transactis, penes episcopum sit authoritas & potestas ut perpendat culpam, agat indulgentiam.

[D] *Ut nullus Comes, nullusq; Judex, diebus festis vel dominicis, seu Jejuniorum aut Quadragesimæ, placitum habere præsumat: & nullum pœnitens illò vocat. Cap. 26.*

Secundùm sanctorum statuta Patrum, in hoc sancto præjudicamus Concilio: ut nullus Comes, nullusque omninò secularis, diebus dominicis, vel Sanctorum in festis, seu Quadragesimæ aut jejuniorum, placitum habere, sed nec populum illò præsumat coërcere. Quia indè irascitur Deus: cùm tantùm suo sancto servitio debet populus desudare; inveniantur lites & contentiones frequentare. [E] Diebus verò dominicis, & Sanctorum festis, vigiliis & orationibus insistendum; & ad Missas cuilibet Christiano cum oblationibus est currendum; & tantummodò Deo vacandum. Diebus Quadragesimæ & Jejuniorum, summâ devotione jejunandum; & omni intentione est ...dum; atque unicuique pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ; & nullæ lites vel contentiones habendæ. Arguit enim eos, qui contentiones & lites tempora jejuniorum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus per [F] Prophetam, dicens: * *Ecce, in diebus jejuniorum vestrorum inveniuntur voluptas vestra, & omnes debitores vestri repetitis: ecce, ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impiè.* Ideò nobis, qui gregis Dei curam accepimus pastoralem, summoperè curandum & prohibendum est: ne, nostrâ desidiâ agente, præfatis diebus ullus placitum habere, & populum nobis commissum à servitio Dei nostri audeat im[pedi]re. Præterea sancimus & præcipimus: ut nullus Comes ... pœnitentem ad placitum ire compellat: nec ipse veniat; ne fortè, dum jejunare & orare, atque pro salute suæ ani[G]mæ debet invigilare, vaniloquiis & contentionibus cogatur laborare.

De eo, si duo fratres simul arborem succiderint; & cadente arbore, unus eorum interfectus fuerit. Cap. 27.

Si contingat, duos fratres simul arborem succidere, sive in sylvâ, sive quocunque loco; & cadente arbore, alter alteri, Fuge, vel Cave, dixit; & ipse stans, sive fugiens, sub ipsam arborem devenerit, & mortuus fuerit: superstes frater innocens de morte defuncti dijudicetur. Quia non voluntate, non incuriâ illius, non denique contentu, nec ullo [H] suo mortem incurrit reatu: sed, dum ambo insisterent operi necessario, incautus & imperatus casu arboris depressus est, nemine penitùs adjuvare valente. Hanc eandem statuimus diffinitionem de cæteris similibus, sive cognatus, sive nullâ proximitate conjunctis. Istam diffinitionem

* Johan. 10. vers. 1.
* vers. 10.
* Philip. 3. v. 2.
* Esai. 61. v. 8.
* 2 Tim. 2. vers. 24.
* Matth. 24. vers. 7.
* Sapient. 5. vers. 21.
* 1 Machab. 3. vers. 19.
* Esai. 58. v. 3.

[illegible] patres nostri, Apostolici viri: ideo eorum exempla sequentes, per futura tempora inviolabilem eam custodimus, & posteris nostris sequendam transmittimus. Quia grave peccatum est, & nostro ministerio contrarium, innocentem opprimere; & securum crimine scientem criminosum habere. Quidam de Sapientibus ait: *Premit insontes debita sceleri noxia pœna; justusq; tulit crimen iniqui.*

De muliere, cujus infans aliquo casu, propter negligentiam ejus, moritur. Cap. 28.

Si quæ mulier, ut sæpè contingit, infantem proprium prope ignem collocaverit; & alius, qui caldarium super [illegible] ignem pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipsa per ignem fervens egreditur, & infa[ntem] superfunderit, & propterea mortuus agitur: mater infantis, propter negligentiam, judici[o] [sac]erdotum, pœniteat: & homo, qui caldarium pependit, securus permaneat. Simili modo de cæteris similibus, quæ sæpè diversè solent evenire, & judicamus & esse volumus.

Si quis liber libertam duxerit, ulterius habere debebit. Cap. 29.

In decretis Papæ Leonis cap. 18. scriptum est: *Non omnis mulier viro juncta, uxor est viri: quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales. Itaq; aliud concubina, aliud uxor, sicuti aliud ancilla, aliud libera. Igitur si quis filiam suam viro habenti concubinam, in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam conjugato dederit: nisi forte illa mulier, & ingenua sit facta, & dotata legitimè, & in publicis nuptiis honestata videatur.* Unde paternam sequentes authoritatem, sub præsenti hujus sancti catalogo Concilii, statuimus, & liberè judicamus: ut, quisquis liber libertam, hoc est, ex ancillâ per manumissionem & regalem largitionem liberam factam, legitimè in matrimoniū duxerit, ulteriùs habere debebit, tanquam unam ex nobili genere progenitam; exceptâ fornicationis causâ: &, quamdiu illa vivat, nullam aliam accipiat. Est igitur (ut ex decretis Papæ Leonis prædiximus) ingenua facta, & dotata legitimè, & in publicis honestata nuptiis: & propterea jam non est concubina; sed uxor legibus acquisita. Hæc eadem lex, pro qualitate sexûs, sit fœminis & viris libertis.

Si quis alienigenam in matrimonium duxerit, habere debebit. Cap. 30.

Quicunq; alienigenam, hoc est, alienę gentis fœminam, (verbigratiâ, Francus mulierem Bajoaricam) [illegible] consultu propinquorum, legitimè, vel sua vel mulieris lege, acquisitam, in conjugium duxerit: vel [illegible] tenenda erit; nec ultra ab eo separanda, ex[cepta] fornicationis causâ. Quamvis enim, ut Apostolus* ait, unus dominus, una fides, unum baptisma, utriq; communis sit nationi: legem tamen habent diversam, & quantū ad seculum, interdum longè disjunctam. Quare, si unus e duobus, unam carnem in duas dividere, & copulam nuptialē machinetur disjungere; dicendo, non secundùm suæ gentis legem jura matrimonii contraxisse, & idcirco separari posse: canonicâ institutione [illegible], & nostro omniumq; Orthodoxorum judicio statuimus; ut, quod legis imperfectum sit perficiatur, & jus matrimonii nequaquam resolvatur. Synodus Romana ait: *quod non dimittenda sit uxor post Baptismum, quæ habita est & ante Baptismum.* In Baptismo solvuntur crimina; non tamen legitima conjugia. Cùm enim in Baptismo transmigrat de vitâ in vitam; & nō mutat uxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam; sed transit de gente ad gentem? Igitur, quia jam suffugium non habent separandi; impleant dictum Apostoli:* ut unanimes, unum sentientes, permaneant in Christo Jesu Domino nostro. Nos autem [c]ognita referimus: quia quendam Francum & mulierem Saxonicā talia egisse cognovimus. Si quis posthac, hujus sancti Con[cilii] [illegible] nem parvipendens, aliam duxerit; cujuscunq; gentis sit: canonicè arceatur, & priori cum pœnitentiâ copuletur.

De eo, qui quandam uxorem alterius vivente eo constupravit: & insuper juramento confirmavit eum mortuo, conjugem eam accipere. Cap. 31.

Audivimus rem exsecrabilem, & Catholicis omnibus detestandam. Quendam [illegible] fornicationis opere alicujus uxorem, vivente eo, commaculâsse: & in augmentum iniquitatis, juramento confirmâsse, si ejus legitimū supervixissent ambo maritū, ut ille fornicator [il]lam adulteram, adulterio pollutam, sibi associaret thoro & legitimo matrimonio. Si hoc jure dici matrimonium potest; per quod oriuntur, quæ Apostolus* enumerat, mala; quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, &c. ad ultimum verò, veneficia & homicidia. Quia pro tam illicito am[o]re, alii veneno, alii gladio, vel aliis diversis sunt peremti maleficiis. Idcirco acutis[s]imo ferro, & totius generis artificio, rescindenda; per quæ cœlestia regna sunt occludenda. Quoniam, ut idem Apostolus ait,* qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Tale igitur connubium anathematizamus; & in Christianis omnibus observamus. Non licet ergo, nec Christianæ religioni oportet, ut ullus eâ utatur in matrimonio, cum quâ priùs pollutus est adulterio.

De eo, si quis duxerit uxorem, & concumbere non valens cum eâ, frater ejus clam violaverit illam. Cap. 32.

Si quis legitimam duxerit uxorem; & impediente quacunque domesticâ infirmitate, uxorium opus non valens implere cum illâ, frater verò ejus, suadente Diabolo, adamatus ab ipsâ, clanculùm eam humiliaverit, & violatam reddiderit: omnimodò separentur, & a neutro ulteriùs eadem mulier contingatur. Igitur conjugium, quod erat legitimum, fraternâ commaculatione est pollutum: & quod erat licitum, illicitum est factum. ut Hieronymus ait: *Mulier duorum fratrum non ascendat thorum. si autem ascendit, adulterium perpetrabit.* Quia verò humana f[ra]g[ili]tas proclivis est ad labendū, aliquo modo muniatur ad [illegible]. Idcirco Episcopus, consideratâ mentis eorum imbecillitate, post pœnitentiam suâ institutione peractam, si se continere non possint; legitimo consoletur mat[r]imonio: ne, dum sperantur ad alta sublevari, corruant in cœnum.

Si quis de uno in alium transmigrat ep[iscop]atum, & consanguineam suam polluerit, vel al[iq]uod crimen commiserit. Cap. 33.

Si quis de uno in alium omninò transmigrat episcopatum; & si (quod absit) contingat eum filiam sororis suæ, amitæ aut materteræ, avunculi vel patrui, polluere, aut aliquod crimen committere: Episcopus, in cujus tunc diœcesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat jus & potestatem, secundùm canonicam authoritatem, & nostram synodalem institutionem, flagitiosum coërcere, & ad pœnitendum emollire. Per quos enim melius rei veritas ventilatur & emendatur; quàm per hos, inter quos habitat, & criminosus apparet?

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit; & eo nesciente, filius ejus, vel frater, inscius violaverit eam. Cap. 34.

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit; & eo nesciente, filius ejus, vel frater, ejusdem rei inscius, cum eâdem se polluerit, & postquam se pollutum esse cognoverit, confessus fuerit; & hoc se nescire, cum juramento confirmaverit: quia hoc pœnituit & confessus fuit; post peractam congruam pœnitentiam, legitimo utatur matrimonio. ne iterum, mordente crudel[i] [d]irâ [li]bidinis bestiâ sauciatur, & voraginem fornicationis incidere videatur. Nam, ut Hieronymus ait, *ferreas mentes domat libido.* Mulier verò, quæ tantum nefas commiserat, ulteriùs pœniteat; atque continens & innupta permaneat.

Si quis cum aliqu[â] [fo]rnicatus fuerit, & [fr]ater [ejus] ignarus duxerit illam uxorem. Cap. [illegible]

Si quis cum [ali]quâ cr[imen] [fornicati]onis fecerit; & frater ejus, ejusdem sceleris ignarus, duxerit illam uxorem; frater, qui [eam] per forni[ca]tionem polluerat, [il]lam quia non indicavit fratri uxorem ducenti, prædurâ arceatur pœnitentiâ, & condignâ ca[st]igatione. Quâ peractâ, si continens esse non possit; indulgentiâ sublevetur: ne libidini prosternatur: quatenus legitimo consoletur matrimonio. De muliere verò sancimus, sicut de eâ in Neocæsariensi sancto Concilio diffinitum legimus, cap. 2. *Mulier, si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Veruntamen in exitu, propter misericordiam [f]ructum pœnitentiæ consequatur:*

si promiserit [illegible] conjunctionis vincula dissolvat. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis [illegible] ficilis erit pœnitentia in vita permanens. Episcopus vero potestatem habeat secundum conversationem ipsius, aut ad [illegible] negligentis aut minuere pœnitentiam. Tamen ulterius continens, & vero disjuncta permaneat.

Si quis cum duabus sororibus fuerit pollutus. Cap. 36.

Simili modo, secundum [illegible] Canones, diffinimus & judicamus de eo, qui cum duabus sororibus fuerit pollutus: ut usque in exitum vitæ pœnitens & continens permaneat. Soror autem, quæ [illegible] aculeis, sciens se cum eodem commaculatam, usque in finem vitæ pœnitens & continens permaneat. Si autem improvisè contingit: condigna stringatur castigatione, &, si velit, legitima utatur viri conjunctione.

Si cujus uxor consupata fuerit, & propterea maritus perdere illam machinatus fuerit. Cap. 37.

Si cujus uxor [illegible] fuerit, & propterea maritus capitali [illegible] machinatus fuerit: ipsa verò, urgente morte [illegible], ad episcopum confugerit, & [illegible] operam [illegible] pro labore desudet, ne occidatur. Si verò non potest: nullo modo liceat ei, requirenti eam reddere [illegible] ad [illegible] dendum, quæ se ei obtulit ad defendendum: sed solerti curâ transmittet eam ad locum, quem ipsa delegerit, ut secura vivere possit. Si verò interim maritus eam invenerit, & repererit: secundùm seculum potestatē habeat, quid agere ei velit. Sed audiat S. Augustinum, dicentem: *Cùm enim Vir a virtute nomen accepit, & Mulier à mollitie ad est fragilitate: quare [illegible] crudelissimam libidinis bestiam, vult unusquisque uxorem [illegible] esse victricem; cum ipse ad primum libidinis ictum [illegible] cadat? Nam, quicquid contra fidem catholi[illegible] mulieribus non licet, nec viris licet.* Si autem eadem mulier, timore perter[illegible], de loco, ubi eam Episcopus destinavit, aufugerit; & vir ejus, ab Episcopo semel aut bis vel sæpiùs repererit: si vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat: sin autem; omnino non reddat. Maritus verò, quamdiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat.

Si quis spiritualem habet compatrem, cujus uxor commater non est: eo defuncto, ejus viduam licet ei ducere uxorem. Cap. 38.

Qui spiritualem habet compatrem, cujus filium de lavacro sacri fontis accepit; & ejus uxor commater non est: [illegible] ei, defuncto compatre suo, ejus viduam ducere in uxorem, si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? numquid non possunt conjungi; quos nulla proximitas carnalis vel nulla generatio secernit spiritualis?

De eo, si quis suæ spiritualis commatris filiam duxerit uxorem. Cap. 39.

Illud etiam nec canonicâ institutione diffinimus, nec introductione aliquâ refutamus; sed propter eos, qui diversè de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. [illegible] quis suæ spiritualis commatris filiam fortuitò, & ita contingente rerum casu, in conjugium duxerit: consilio maturiori servato habeat; atque honestè legitimo conjugio operam det.

De his, qui in adulterio filios genuerunt: ut omninò separentur. Cap. 40.

De his, qui in adulterio juncti, per incentiva libidinis malæ, filium vel filiam genuerunt, canonicè præjudicamus: ut, quando ab Episcopo justâ divisione separantur, eo tenore sejungantur; ne ultrà spe reversionis deludantur. Quare, si quid inter se proprietatis aut pecuniæ, communi donatione, tradiderant; utique communi servant instanti. De reliquâ verò proprietate & pecuniâ, nullam ulteriùs habeant communionem: sed uterq; suâ provideat, &, ut velit, faciat. Et ut hoc veriùs credatur, atque firmius observetur: verbo Domini præcipimus, & canonica atq; synodali impositione injungimus; quatenus juramento colligentur deinceps & ultra sub uno non cohabitare tecto, nec familiari sui colloquio, excepto in ecclesiâ & in publico; nec ullam habere communionem in proprietate, aut mancipiis, vel pecuniâ, sive ullis rebus, unde su-

ipsius [illegible] facti, [illegible] [illegible]deri juste possit oriri.

De eo, si quis aliquem per illusionem à [illegible] fide subverterit vel perdiderit: ut duplicem [illegible] [illegible] Cap. 41.

Si quis verò, sive sit vir, [illegible] mulier, aliquem à rectâ credulitate & catholicâ fide, illusioni[illegible] ab[illegible] [illegible] pedierit: ut evangel[illegible] intonat, [illegible] suspendatur* mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Quia, qui scandalizaverit [illegible] Deum offendant, ac de verâ fide & salute [illegible] multò melius esset ei, ut propriis vitæ suæ vi[illegible] & immunditiâ pollutus puniretur, quam pro suis & [illegible] in infernum demergeretur. Et si quempiam veneno vel herbis, aut diversi generis [illegible] perdiderit velut pessimus homicida, dupl[illegible] [illegible] plectetur pœnitentiâ.

* Matt. 18. vel 16.

De eo, si quis cum uxore alterius, vivente eo, fornicatus fuerit. Cap. 42.

Illud verò communi decreto, secundùm Canonum instituta, diffinimus & præjudicamus: ut, [illegible] alterius, vivente eo, fornicatus fuerit, [illegible] synodali [illegible] aditus excl[illegible]datur [illegible]: neu [illegible] conjungatur matrimonio, quam priùs polluit adulter[illegible]. Nolumus enim, nec Christianæ rel[illegible] ut ullus ducat in conjugium, quam priùs pollu[illegible] per [illegible].

De homicidio non sponte commisso. Cap. 43.

P[illegible] [illegible] ho[illegible] [illegible] inter[illegible], quod [illegible] Ancyrano [illegible] Concilio cap[illegible] legimus [illegible]: *De homicid[illegible] non spontè commis[illegible] [illegible] septennem pœnitentiam perfect[illegible] con[illegible] [illegible] secunda ve[illegible] [illegible] pœnitentia. [illegible] [illegible] dantur ve[illegible] præcept[illegible] & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus.*

De eo, si quis filium suum non sponte, sed casu contingente, occiderit. Caput 44.

Si quis filium suum quod[illegible] non spontè, sed casu contingente occiderit, sec[illegible] homicidia spontè commissa pœniteat: ut sequenti subinfertur capitulo.

De his qui voluntariè homicidium fecerunt. Cap. 45.

De his, qui voluntari[illegible] homicidium fecerint, Ancyrano sancto Concilio, cap. [illegible]: *ut pœnitentiæ quidem [illegible] se submittant; perfectionem verò, id est, communionis gratiam, circa vitæ exitum consequantur.* Instituta canonum & sanctorum Patrum decret[illegible] & omnium Orthodoxorum judicio, inviolabilem habeant firmitatem. [illegible]bis autem, qui pastores Christi ovium [illegible] pro[illegible] temporis qualitate, & [illegible] & utile videtur: ut his, qui voluntarie homi[illegible] authoritate synodali, & judicio gene[illegible] [illegible]gationis imponamus, & [illegible] pœnit[illegible] tempus præmonstremus: ne prolixum [illegible] tiæ generet [illegible] negligentibus; sed [illegible] crescat opus salutis.

De Pœnitentia 40. dierum. Ca[illegible]

Si quis sponte homicid[illegible] fecerit 4[illegible] ab ing[illegible] ecclesiæ arceatur. Et nihil mandu[illegible] [illegible] solum panem & [illegible] neque b[illegible] [illegible]. Nudis pedibus incedat. Lineis non induatur vestibus, [illegible] tantum femoralibus. Secularia arma non [illegible]. Nullo vehiculo utatur. Ad nu[illegible] feminam [illegible] uxorem, [illegible] diebus m[illegible] Nu[illegible] [illegible] illis 40. diebus, cum aliis Christianis, neccum [illegible] pœnitente, in cibo vel potu, aut ullis rebus. Si ve[illegible] aliqui [illegible] vitæ suæ insidiatores; ut præ illis non possit dignè pœnitere: interim differatur ei eadem pœnitentia, d[illegible] ab Episcopo proprio pax ei ab illis sit facta. Si enim ali[illegible] corporali infirmitate detentus sit, ut non possit ritè jejunare: adhibeatur ei misericordia, quousque convalescat, & tunc demum pœniteat. Si verò longo tempore eâdem sit occupatus infirmitate: ad episcopum pertinebit, ut prudenter pertractet, quomodo infirmum peccatorem curare disponat. Quia (ut Gregorius Pastorali commemo-

tas libro) occultiora sunt vulnera mentium, quam corporum: & ars est artium, regimen animarum.

Post 40. dies, pœnitentia primi anni. Cap. 47.

Post illos quadraginta dies, unum annum integrum ab introitu Ecclesiæ suspendatur. Et abstineat se à carne & caseo, à vino, & medone, ac mellitâ cerevisiâ: nisi dominicis & diebus festis, qui per illum episcopatum publicè celebrantur apud cunctum populum: & nisi vel in hoste; aut in aliquo magno sit itinere, vel longè aut diu ad Dominicam curtim; vel si infirmitate detentus sit. Tunc licitum sit, ei tertiam feriam & quintam, atq; Sabbatum, redimere uno denario, vel precio denarii; sive tres pauperes pro nomine Domini pascendo: ità duntaxat, ut vel carne, vel vino, vel medone, id est, de tribus unâ re, utatur; non omnibus vescatur. Postquam autem de itinere domum revertatur, aut de infirmitate liberetur: prædictas ferias non redimat; sed statuto modo pœniteat. Completo verò unius ejusdemque anni curriculo, ità castigatus ritè & ordinabiliter, more pœnitentium introducatur in ecclesiam.

Pœnitentia secundi & tertii anni. Cap. 48.

Secundum verò & tertium annum simili modo pœniteat: excepto, quòd prædictas tres ferias redimere jus habeat, ubicunq; est, sive in domo, sive in itinere. Cætera per omnia observet, ut in primo anno faciebat.

Pœnitentia quarti, quinti sexti, & septimi anni. Cap. 49.

Quartum enim annum, & quintum, sextum, & septimum, isto modo observet. Jejunet autem his singulis tres Quadragesimas. Unam ante Pascha Domini, à caseo, & pinguibus piscibus, à vino & medone, & mellitâ cerevisiâ. Alteram, ante nativitatem sancti Johannis Baptistæ. Si verò desint quadraginta dies ante nativitatem: impleantur post nativitatem. Tertiam Quadragesimam ante nativitatem Domini Salvatoris jejunet; & abstineat se à carne, & cæteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis, tertiâ feriâ & quintâ, ac sabbato, manducet & bibat, quodcunq; libeat. Et secundam atq; quartam feriam denario, aut prædicto denarii precio, redimere, jus habeat. Sextam verò feriam cautè observet. His septem annis ritè expletis, reconcilietur; & more pœnitentium, sacris altaribus & sanctæ communioni restituatur; atque perfectionem consequatur. *Tomo 2. Conciliorum.*

CAPUT X.

DE EPISCOPIS ET DOctoribus Ecclesiæ.

I. DE ASIATICIS DOCTORIBUS. Et quidem

DE HIEROSOLYMITANIS.

THOMAS.

Thomas, episcopus Hierosolymitanus, fuit cultor alienorum deorum: & reliquias Sanctorum Carolo magno misit, per Georgium & Felicem monachos de Israël. pro quibus ampla munera recepit. *Annonius.**

JOHANNES.

Metropolitanus Cæsareæ Cappadociæ, à Basilio ad Pontificem Adrianum II. ablegatus, obtulit munera & literas, & Photii librum, contra Nicolaum Papam, & adversus principatum Romanæ ecclesiæ scriptum: ac petiit ejus de illo judicium & sententiam. *Liber Pontificalis, in vita Adriani II.*

EUTHYMIUS.

Sardium archiepiscopus, defendit cultum imaginum: ideoq; ab Imperatore Michaële Balbo in exsilium missus est. *Zonaras in vita ejus.*

INGERUS.

Monachus, factus est episcopus Nicænus: & fuit unus ex illis, qui adorationem imaginum damnabant. Johannic[illegible], præ[illegible] ejus mortis, per Basilium monuit illum, ut ab errore discederet, & imaginum cultum approbaret. Verum ille in suâ sententiâ mansit, & piè obdormiit. *Metaphrastes in vitâ Johannicii, in Novembri.*

THEOPHANES.

Frater Theodori, & consors opinionis de imaginum cultu, & afflictionis particeps, episcopus Nicænus designatur; postquam ab exsilio rediit, mortuo Theophilo Imperatore. Scripsit Expositionem Canonū & Hymnos. Fratris sui corpus in arcam recondidit: quod postea Chalcedonem ex Apameâ est translatum. *Metaphrastes in vitâ Theodori.*

JOHANNES.

Episcopus Cyzicenæ ecclesiæ, cultum imaginum defendit: & familiaris fuit Theodoro & Theophani; ut patet ex epistolâ ad eundem ab ipsis scriptâ. *Metaphrastes in vitâ Theodori.*

II. DE DOCTORIBUS IN insulis maris Mediterranei.

GEORGIUS.

Georgius sacerdos Venetiis oriundus, à Baldrico comite Pannoniæ Ludovico Pio commendatus, musicæ hydranticum instrumentum, quod Organon vocant, ad aquas Granenses conflat. Annonius libro 4. capite 113. de Francis: Aventinus libro 4. Annalium.

III. DE EPISCOPIS Europæis.

1. MACEDONIÆ.

Joseph, episcopus Thessalonicensis, frater Theodori abbatis Studiensis, Constantinopoli, unà cum Platone, sese à communione Tarasii, & postea Nicephori, avulsit: eamque ob rem cum aliis in carcerē conjectus est, seu in exsilium pulsus: ut *Paulus Diaconus* habet. Inde à Michaële Rangabe dimissus. *Zonaras.**

2. THRACIÆ.

De Constantinopolitanis.

NICEPHORUS.

Nicephorus, homo laicus, qui Imperatori erat à secretis, mortuo Tarasio. communi suffragio, (licèt Plato, & Theodorus magister Studiensis cœnobii, reluctarentur; eò quòd non esset ex clericorum numero) designatur.

Superstitionem, de adorandis imaginibus, de reliquiis Sanctorum, & de intercessione eorum ad Deum, amplexus est: & Hæreticos vel delendos; ac Profugis fidem datam non-servandam, si aliquid periculi propter eam sit sustinendum, sensit. Ut colligitur *ex Paulo Diacono.**

Scripsit Synodicam epistolam ad Leonem Papam; & aliam epistolam ad Imp. Michaëlem Balbum, pro Imaginum restitutione.

Disciplinæ ecclesiasticæ, & religionis pristinæ, studiosus conservator fuit. Nam Michaëlem Rangabem, & postea Leonem, non priùs inauguravit Imperatores; quam scripto promitterent, se nulla Ecclesiæ instituta violaturos; neque Christianorum sanguine, manus suas contaminaturos esse. *Zonaras.**

Contra Hæreticos, non modò voce pugnavit & stylo: sed etiam Imperatori Michaëli hortator fuit, ut contra Manichæos & Attinganos capitalem sententiam promulgaret. *Paulus Diaconus.**

Platonis, Theodori, & Josephi Thessalonicensis archiepiscopi, qui ab ipso ob ordinationem dissidebant, persequutor fuit. In carcerem enim sunt conjecti: nec priùs inde dimissi, quam cum eo essent reconciliati.

Literas synodicas ad Leonem, Pontificem Romanum, misit; eumq; sibi reconciliavit. *Paulus.**

Imperatores, Michaëlem, & filiū ejus Theophylactum, & Leonem, inauguravit; muneribus satis amplis acceptis.

Consiliis Imperatorum nonnunquam interfuit. Nam, cùm Rex Bulgariæ transfugas & alia quædam postularet, aut bellum minaretur: ille suasit, ne propter paucos [illegible] ferretur bellum toti regioni. Sed aliorum sententias [illegible] probavit Imperator.

¶ Cùm [illegible] de [illegible] cultu, si [illegible] ex ecclesiis [illegible] eret, & [illegible] phorus se sacris quam debebat opponeret, nec tamen ex verbo Dei posset suam opinionem pr[illegible]e: in [illegible] pulsus est. *Zonaras in vitâ Leonis Armenii, & Metaphrastes in vitâ Johannicii.*

Cùm in exilio circiter annos [illegible] exegisset; & Michaël Balbus Imperator esset factus: scriptis ad eum [illegible] ac oronuit, ut sacras imagines ecclesiis restitueret. *Zonaras in vitâ Michaëlis.*

THEODOTUS.

Ex Natoliâ oriundus, Me[illegible]ssenus & Cassiteras duplici cognomine dictus, familiaris Imp. Michaëli, conciliavit sibi Leonis Armenii amicitiam & gratiam [illegible] ùm ei vaticinium cujusdam lunaticæ mulieris exposu[illegible]et, quo indicabatur, eum fore Imperatorem. Effecit etiam, ut Monachus quidam Leone[illegible] oneret de cultu simulacrorum reijci; apertè minaretur æternas pœnas, nisi illam idololatriam aboleret. Q[illegible]e ab eodem postea designatus est Patriarcha, & suffectus Nicephoro, in exilium deportato. *Metaphrastes in vitâ Johannicii.*

Audacter in imagines est grassatus: & Leoni hortator fuit, ut eas ex templis removeret, propter abusum.

Coronavit Michaëlem Balbum Imperatorem, parricidam Leonis; & Judaicis & hæreticis opinionibus deditum.

Cùm annis 6. præsedisset, obiit diem suum, sub Imperio Michaëlis Balbi.

Imaginum cultum & abusum improbavit; usus dicto Esaiæ: * *Cui assimilastis Dominum? Num imaginem ejus fecit faber? aut aurifex similitudinem ejus paravit?*

ANTONIUS.

Antonius Cassimatas, successor Theodoti, cultum & adorationem imaginum improbavit; easque ex templis ejecit: & Imperatori ejusque asseclis hortator fuit, ut severiùs animadverteret in Iconolatras. Præfuit annis 13. & mortuus est sub Theophili imperio.

JOHANNES.

Johannes Syngelus, præceptor Theophili & Legatus, surrogatur Antonio. Hæreticum & præstigiatorem Zonaras eum accusat: sed errorem ejus nullum indicat; nisi quòd Imaginum cultum & adorationem improbârit. Cùm autem reverà sententia ejus erronea non sit: inter Hæreticos locum non habet. Cùm præfuisset annis 6. & mortuo Theophilo, uxor ejus Theodora, ex superstitione, imagines restitueret: a dignitate episcopi dejectus, flagris cæsus, & in monasterium quoddam conclusus est, eò quòd imagini Mariæ effodisset oculos. *Zonaras in vitâ Theodoræ.*

METHODIUS.

Homo superstitiosus, & Imaginum venerator ac patronus, à Michaële Balbo, ob eam hæresin, in carcerem conjectus; & à Theophilo paulò pòst in Panormum Antigoni insulam relegatus, & inter duos latrones conclusus: quorum altero mortuo & putrescente, fœtore propemodum enecatus, à Theodorâ, pulso Syngelo, constituitur Patriarcha.

Errorem, de Imaginum cultu & adoratione, mordicùs defendit. Sanctos mortuos invocare jussit. Preces mortuis prodesse, somniavit.

Juxta errorem suum, Imaginum restitutionem, ut rem maxime necessariam, jussit: & crudelis persecutor exstitit secùs sentientium.

Propagationem fidei Christianæ ad Bolgaros adjuvit: & Regem eorum ipse (ut videtur) baptizavit. Pro Theophilo defuncto oravit. & Theodoræ pro certo affirmavit, Deum illi ignovisse illud peccatum, quòd sacras Imagines esset persecutus, propter Sacrificorum intercessiones.

A Michaële Imperatore Romam missus, munera [illegible] b[illegible]tulit Niculao Pontifici: & petiit, ut Legatos Constantinopolim mitteret, qui causam Ignatii & Photii cognoscerent. *Liber Pontificalis, in vitâ Nicolai.*

¶ Adversarii ejus subornaverant mulierculam, quæ affirmabat, se ab ipso stupratam esse. Ipse verò calumniam istam refutabat; ostensis genitalibus, quæ planè erant exsiccata, & ad Veneris actus inepta. Interrogatus autem, unde [illegible] e[illegible]et? respondet, se Romæ aliquando fuisse, & [illegible] cum [illegible] b[illegible] [illegible] ssimi, pe[illegible] tu[illegible] de castitate, rogasse P[illegible] & Pa[illegible]m, ut sibi opem ferrent. Quare ipsi o[illegible] illo[illegible] n ar[illegible]sse: & Petrum, [illegible] [illegible] vim libidinis [illegible] ademisse.

Familiaris ei fuit Johannicius: qui etiam Epi[illegible] ad ipsum scripsit, de excommunicandis iis, qui I[illegible] cultum damnarent. *Metaphrastes in vitâ Johannicii.*

Cum annis 14. Ecclesiam administrâsset; mors [illegible] um [illegible]cuta est. *Zonaras.*

IGNATIUS.

Imperatoris Nicephori ex filiâ nep[illegible], [illegible] haël[illegible] Rangabis filius, [illegible] castratus, & in [illegible] designatur Pontifex Constanti[illegible]opol[illegible].

Communem errorem, de adoratione Imaginum, & Sanctorum invocatione, amplexus est.

[illegible] est [illegible] e ligante. [illegible] Bardam Cæsarem, [illegible] rem sinè causâ dimiserat, & cum suâ nuru consuevisse dicebatur, al aditu [illegible] ædem repulit. *Zonaras in [illegible] Michaëlis & Theodoræ.*

Bardas eum, ob excommunicationem sui, ab officio removet, & sepulcro inclusit: ac indè extractum, in M[illegible] lenem insulam deportavit: & Photium substituit. Ea verò res peperit dissidia & turbas inter Doctores: cùm alii Photium, alii Ignatium, defenderent. Quare Imperator Michael ad Pontificem scribit, & petit, ut Legatos suos eo mittat: qui dissidium, de Imaginum adoratione, & de ordinatione Photii, ac depositione Ignatii, componant. Ablegantur à Pontifice Rodoaldus & Zacharias: ac præscribitur, quæ agenda sint. Illi, transgressi mandatum Pontificis, Ignatium damnant: cùm tantùm cognoscendæ causæ potestatem haberent. Pontifex, re cognitâ, acta Legatorum rescindit: & Ignatium ac Photium Romam mitti jubet, ad dicendam causam in judicio Sacerdotum, ut patet *ex epistolâ Nicolai Pontificis ad Michaëlem, in tomo 2. Concil.* Mortuo Michaële, Basilius Photium removet, & Ignatium restituit.

Cùm annis 11. rexisset Ecclesiam, mortuus est, sub im[illegible]rio Basilii. *Zonaras.** Sed Nicolaus Pontifex, in epistolâ suâ ad Michaëlem,* asserit; eum, post duodecim annos, à Bardâ remotum esse ab officio.

* *Tom. [illegible] Tom. 2. Concil.*

PHOTIUS.

Vir insignis, primarius à secretis, & ab eruditione celeberrimus; judicio *Zonaræ*: sed adulter & neophytus, de foro ac seculari militiâ & habitu, à Palatinis ædibus eductus, & subitò consus, contra sacros Canones, (ut Nicolaus Papa autumat, in Epistolâ ad omnes episcopos per Asiam & Lybiam; quæ exstat *tomo 2. Concil.*) [illegible]triarcha Constantinopoleos designatur, à Bardâ & Michaële.

Basilium (qui Michaëlem adoptivum suum parentem, interfecerat) ab adito Ecclesiæ & communionis, eò quòd parricida esset, prohibuit. Quâ in re præclarè egit. *Zonaras in vitâ Basilii.* Propagationem fidei ad R[illegible]os adjuvisse [illegible]detur. nam ea ejus tempore accidit, & ex Constantinopoli Pontifex ad ipsos venit.

Basilio dissuasit, ne filium suum Leonem, falsò delatum, quòd patri insidias struxisset, interficeret. *Zonaras.**

* *Ibid.*

Fuit ei lucta cum Ignatio, & ejus sectatoribus: qui eum accusabant, quòd non rectè [illegible] sse Ignatio, contra jus & Canones deposito. *Deinde* etiam cum Pontifice Romano, [illegible] de re certamen ingens fuit, quòd is ex ambitione sibi dominatum [illegible] omnes controversias, ad [illegible] arbitrium & sententiam, definiri contenderet. Ac scripsit librum contra Nicolaum Pontificem, quem à pluribus episcopis [illegible] curavit: ut patet ex *Libro Pontificali, in vitâ Adriani II.* Tertiò cum Basilio parricidâ: qui eum ab officio remo[illegible] [illegible] causam veram; & prætendens aliam quòd alienam sedem, nimirum Ignatii, injustè obtineret: & jussit eum Romam [illegible] Ignatio, eâ de re, corâ Adriano II. litigare. Misit etiam librum illius, cōtra Nicolaum [illegible] ad Adrianum, qui isthic in Synodo damnatus & exustus est. ac missi Legati, Constantinopoli in Synodo, Photium declaraverunt depositum & excommunicatum: ut patet *ex Actis ejus Synodi.* Postea tamen, cùm Basilius Romanas fraudes melius

agn[illegible]visset [illegible] è vivis sublatus esset: Photium re[illegible] [illegible] dem. Unde iterum eum expulit Leo Phil[illegible] [illegible] in monasterium Armenianorum re[illegible]: in quo videtur mortuus esse. *Zonaras in vita Leonis.*

[ST]EPHANUS.

Frater Imperatoris Leonis Philosophi, depulso Photio patriarcha designatur: qui non ità multò pòst obiit. *Zonaras.*

ANTONIUS.

Cognomine Cauleas, successit Stephano[illegible] & ipse non diu præfuit. *Zonaras.*

NICOLAUS.

A' Leone, defuncto Antonio surrogatur, qui præter [illegible]lias erroneas opiniones, sensit, peccatum [illegible] le du[illegible] ere quartam uxorem. Nam Leonem, ob quartas nuptias, censurâ [illegible]asticâ notavit. Rogatus, ut eum v[illegible] [illegible] absolveret, recu[illegible]. Quare depositus, & in Galaciençum cœnobium est rel[illegible]tus, succedente illi Euthymio. Sed postea restitutus, a[illegible] huc annis 13. præfuit. *Zonaras in vitâ Lacapeni.*

EUTHYMIUS.

Euthymius Syngelus, & ipse quartas nuptias improbavit & Imperatori Leoni restitit; ne legem conderet, ut [illegible] exemplo cuivis liceret, secundam, tertiam, & quartam uxorem ducere. Alexander verò, frater Leonis, potitus Imperio, Nicolaum restituit; & Euthymium dignitate sacerdotis privat. *Zonaras.*

3. DALMATIÆ.

DONATUS.

EPiscopus Jadertæ, cum legatis Venetorum & Dalmatorum ad Carolum Magnum venit, cum muneribus; & quæ voluit, impetravit: anno Domini 806. *Annales Francorum, Annonius,* Blondus.*

METHODIUS ILLYRICUS.

Ab Urolpho Moravis Juliomontanis, Venedorum populo, episcopus & doctor co[n]stituitur, sub Ludovico Pio. *Aventinus.** Ille verò, i[n] [illegible] regionibus oberrans, & ad vicinas etiam gentes excurren[s], i[n]ter Sclavos & Polonos colligit ecclesias. Nam ad Polonos Methodium etiam fidem Christi propagâsse, *Cromerus* annotat. Ut autem [illegible] ejusque propagationem v[illegible] promoveret: invenit characteres literarum Vandalicarum, & sac[ras] literas in vulgarem sermonem convertit. Sacra etiam, non Latino, sed [S]lavonico sermone peregit. Vocatus eam ob causam Romam, acriter contra Latinos [dis]putavit: & sententi[a] P[salmi],* *Omnis lingua laudet Dominum*, obtinuit; ut Pontifex consentiret, ut apud Slavos vernaculâ linguâ sacra fi[er]ent. Ille, domum reversus, non modò apud Slavos eo pacto sacra peregit: sed etiam Dalmatis & Illyricis hortator fuit: ut, abolito Latino & peregrino sermone, vulgari in sacris mysteriis peragendis uterentur, & [illegible] pontifici[o]s ex Ecclesiis suis expellerent.

Cum videret, lupos M[illegible] & Slavos offendi [illegible] quòd Boei, unde acceperant [illegible] m.al o te n[illegible] ne in sa[illegible] uterentur: [illegible], ac cœpit illic etiam [illegible] dam [illegible] : ut [illegible] Latino sermone [illegible] peragerent propter ædificationem Ecclesi[æ] [illegible] priori [illegible] nem, quæ fuit [illegible] Carolo Magnum, redirent. Sed Pontificii sacerdotes, R[illegible]da, Adel[illegible] [illegible] Juv[illegible] entes, qui hactenus ex decreto [illegible] Magni, per annos 85. Latino sermone sacra peregerant. Reges adeunt; a[illegible] [illegible] ionibus & epistolis populum concitant adversus Metho[di]um. Verùm ille in Moram, Juliomontem recedit [illegible] mortuus ac sepul[tus] [illegible] mo io[illegible] post [illegible] tem habitus est, [illegible]

[illegible] ità tempore Lud[ov]ici Pii usque ad Arnulphi im[perium]: si non duo existimentur fuisse ejus nominis, de [illegible] Aven[tinus] [du]bitat.

OSUALDUS.

Venedorum, Illy[ri]cum N[illegible] Pannoniam [illegible] ein-

[illegible] lentium epi[sc]opus [illegible] po[illegible] [illegible] Ro[illegible] anorum [illegible] pistolæ Po[illegible] eandem [illegible] priore Sacer[illegible] cuis [illegible] tem [illegible] usus defe[illegible] [illegible] side [illegible] Laicorum [illegible] gium: in posteriore verò, Presbyter, [illegible] m [illegible] ter verbe[illegible] erat [illegible] ju[illegible] & [illegible] ex communicatur. *Aventinus.**

CYRILLUS.

Unà [cum] Me[thodio] doctrinam Evangelii [præ]dicavit [illegible] *[C]romerus** [illegible] Contra Pon[tifici]orum sent[entiam] [illegible] D[illegible] nuit, S[ac]ra pa[illegible] term[illegible] ne esse [illegible] Clem[entis] Nicolai Pontificis Romam [illegible] Clementis attul[it]: & [illegible] hic obiens [illegible] ener[illegible] [illegible] inato, in ec[clesia] C[l]ementis sepul[tus] [illegible] Quin etiam [illegible] mendac[illegible] pro confirmanda ocm[illegible] de Sanctorum [illegible] *Sinem*, edidisse, *[illegible] Rajnulphus in Polychronico.* Antoninus.**

4. ITALIÆ.

Episcopi Romani.

STEPHANUS IV.

STephanus natione Romanus, [pa]tre Marino, (*ut Continuator Damasi*) [ve]l Julio, *ut Platina refert* natus, in patriarchio Lateranensi, ab Adriano Ponti[fice] educatus & institutus, ac postea à Leone Subdiaconus, & deinde Diac[on]us ord[inatus] est: [in] quo munere cùm be[ne] gessisset, & populi favorem [illegible] onc[ili]asset largitionibus: mortuo Leone surrogatus est Pontifex, non expectato [illegible] Imperatoris, quod [er]at contra privilegium à Leone & Romanis Carolo Magno concessum. *Annonius.**

Opera veri pastoris ab eo facta scriptores propemodum nulla: ni[si] quod [se]mel P[illegible] & Episcop[os] a[li]quot ordinavit. Nam neque docuisse, neque sacramenta administr[asse] [illegible] ne[que] [illegible] officiis Ecclesiæ profu[isse], in[venimus]. Sed ut [illegible] legatum & mancipium se [illegible] gessit.

Nam [re]gna [illegible] Mundi, & gloriam ejus, sibi arrogavit. Ludovicum [illegible] Remis inauguravit Imperato[rem] & [illegible] Augustam, [illegible] nis ad eam ceremonias R[illegible] m, eum finem, ut paulatim in [illegible] [illegible] pi [illegible] em confirmaret, quasi summa p[illegible] n esset.

[illegible] muna [illegible] m [illegible] atorem argento. Munere huscemn a[illegible] [illegible] sest: & secum attu[illegible] Cru[illegible] [illegible] sed auro, argento [illegible] gem[illegible] ornata: [illegible] e[illegible] averat. Majest[a]tem e[illegible] [illegible], & regni Antichristi [illegible] pe [illegible] tum eveher[illegible] ona[illegible]. [illegible] cùm electio Romani Pontificis, decreto A[drian]i & Le[onis] [illegible] esset Imperatori [illegible] jecta, [illegible] ipse cu[illegible] i[illegible] te[illegible] [illegible] m sub potestate Imperatorum esse [illegible] mac[illegible] na[illegible] [illegible] subjectionis & servitutis a[illegible] em. [illegible] lata autem erat occasio. Ipse enim, incon[sulto] Imperatore, erat à clero & [illegible] [illegible] & ordinatus. V[illegible] [illegible] [illegible] ian id Ludov[icus] [Imper]ator molestè [fer]ret. Ad [illegible] go excurrit in Galli[am], & f[a]ctum excusat; ac petit con[fir]mationem. Cùm au[tem] animadvertisset [illegible] id vicinos [illegible] dmodum esse [illegible] cem: rever[sus] Romam, suo[illegible] [illegible] ulat[illegible] am esse [illegible] m[illegible] po[illegible] [illegible] ac licere Pont[ificem] [illegible] m fine ej[us] a[illegible] tat eligere [illegible] non oporte[re] [illegible] ari [illegible] us assensu, & Legatorum ejus præsentia.

Egi[t] patronum [illegible] d[illegible]. Nam [illegible] proscriptos, & Româ e[illegible], [pro]pter injuriam Leoni illatam, petit [illegible] mitti. [Pl]at[i]na. in vit. ejus.

Dec[illegible] a[illegible] San[illegible] m[illegible] nos, [illegible] & argento. Barbaræ & [illegible] [illegible] ve[illegible] [illegible] & aureas cru[illegible] c[illegible] [illegible] es a [illegible] *ut pa-*

[illegible]

Ex Galliis Romam reversus, mense [illegible] sui pontificatus obiit: anno Domini 817. *Platina, Balæus.* * *Luitprandus in vitâ ejus, Annales Francorum, Volaterranus, Sigebertus.*

Raynulphus * ei adscribit annos tres.

P A S C H A L I S I.

Paschalis, natione Romanus, ex patre Bonoso, in patriarchio Lateranensi educatus, Pontificiis imbibitartes a teneris. Professus vitam monasticam, a Leone abbas designatus est, in cœnobio S. Stephani: ubi se-se liberalem etiam erga peregrinos exhibuit. Populus aũt & Clerus eum, in Stephani locum, absq; Imperatoris assensu, elegit, & substituit: anno Domini 817. *Sigebertus.*

Scripsit epistolam ad Ludovicum: in quâ se-se excusat, quòd sibi invito honor pontificius sit impositus. *Antoninus.* *

Scripsit etiam epistolam cõmendatitiam pro Ebbone, ad omnes episcopos & proceres Germaniæ: ut eum juvent, in propagandâ doctrinâ Christi ad Danos & Suecos.

Suo antecessori non admodum dissimilis fuit. Bis ordinavit episcopos & presbyteros: & aliquot captivos redemit. Quæ sanè opera tolerabilia videri possint. In cæteris verò, Antichristi patronum & mancipium se-se præstitit strenuum.

Nam reliquias Sanctorum mortuorum, translatione templorum ædificatione, & dedicatione, oblatione, adoratione, argento, auro, vestibus, picturis, coluit: aliisque, ut idem facerent; edixit, ut patet ex *Continuatore Damasi, & Platinâ in vitâ ejus.*

Incendium, quo Schola Anglorum, quæ Romæ erat, & [illegible] dicebatur, absumi cœperat, repressit suâ quâdam superstitione: locum flammæ designans, quem transgredi non voluit, propter affusam à civibus aquam. (O insigne miraculum!)

Architectum egit monasteriorum, ad usum & exercitium doctrinæ dæmoniorum, de interdictis Nuptiis, * & ad promovendum Baalismum. Nam cœnobium in honorem Praxedis exstruxit: & Græcos monachos eò collocavit; qui Mortuos sanctos ibi sepultos, dies & noctes modulando, peregrinâ & ignotâ linguâ excitarent & obtunderent: ut, si fortè Latina obliti essent, Græca ab ipsis discerent. Idem fecit cum monasterio Cæciliæ. Finxit, Cæciliam sibi in somnis apparuisse, & locum, ubi reliquias suas inveniret, monstrâsse. *Liber Pontificalis.*

Magistratum suo jure, quod in Pontificem Romanum habebat, per fraudem spoliare molitus est. Nam se-se passus est ordinari Pontificem, absque Imperatoris assensu. & cùm id Ludovicus indignè tulisset, & non modò Majorum instituta & pacta, sed etiam majestatem suam læsam dixisset: per nuntios & literas se quidem purgavit, sed tamẽ fraude & insidiis eò induxit, fascinatum superstitione: ut jus eligendorum Pontificum, Carolo datum, Romanis relinqueret; & donationes Majorum suorum (illicitâ violentiâ partas) scriptis confirmaret. si tamen vera sunt, quæ *Bibliothecarius*, domesticus testis, scripsit. Nam historiç Lotharii, & sequentium Imperatorum, diversum arguunt: & *Platina ipse in Adriano III.* testatur; illos primùm circiter annum 895. cœpisse id decretum facere, ne in creãdo Pontifice Imperatoris autoritas exspectaretur.

Ac Theodorum primicerium, & Leonem nomenclatorem, jus Imperatoris defendentes, oculis & vitâ, subornatis sicariis, privavit. Ejus seditionis & cædis autor cum apud Ludovicum esset insimulatus: Synodum ex suis affeclis collegit; & se-se jurejurando purgavit, Imperatoremque per Legatos placuit: & nihilominus interfectores absolvit; & cæsos reos læsæ majestatis egit; jureque occisos pronuntiavit. *Annales Francorum, Sigebertus, Antoninus.* *

Suis mancipiis regna hujus Mundi, & gloriam eorum distribuit. Lotharium coronavit: & Clericis prohibuit, ne à Laicis beneficia acciperent. *Luitprandus.*

Usus etiam est [illegible] apertâ. Nam Monachos, Rabani epistolam afferentes, in carcerem conjecit: & Rabanum excommunicare minatus est. *Epistola Rabani ad Hattonem.*

V[illegible] Antichristi annis 7. gessit, usq; ad annum Domini 824. *Sigebertus & alii.*

E U G E N I U S I I.

Eugenius Romæ natus, patrem habuit Boemundum [illegible] [illegible] Romano [illegible] anno [illegible] *Sigebertus*: [illegible] rius, in Ita[illegible], magistratum de [illegible] Romano[illegible] quod libertate qu[illegible] Ludovi[illegible] erant, nimis abusi [illegible]. *Platina in vita [illegible], Antoninus.* *

Deos alienos, mortuos Sanctos, coluit. Nam [illegible] templum [illegible] & aliis ornamentis decoravit. Michaëlis Imperatoris Legatus, de cultu Imaginum firmas rationes ex verbo Dei [illegible] temes, sinè responso ut videtur dimisit, & Michaëlem arrogantiæ accusavit. *Simonetta.* * *& Balæus.*

Rei frumentariæ curâ ita gessit: ut multò vilius, quam Romæ, annona veniret. In pauperes liberalis fuit. Judices Romanos, à Lothario bonis mulctatos, & in Gallias abductos, precibus suis liberavit: & ab exilio reductos, in bona parentum suorum restituit; & suis sumtibus juvit.

Siconem, Beneventanum Ducem, obsidentem Neapolitanos, hortatus est ut in Saracenos arma verteret, qui [illegible] in Siciliâ occupaverant. *Platina in vita ejus.*

Decretum nuptias Sacerdotum damnavit, & monasticas superstitiones & Benedicti regulam, confirmavit. ut patet *ex tomo 2 Conciliorum.*

Cum annis 4. Pontificem egisset: descendit ad patres suos; sed non sicca morte ut *Stella & alii* retulerunt. Dissimulatur causa: quam suspicantur quidam fuisse, seditionem [illegible] machinationem adversus Francos, qui ad jus dicendum Romanis erant constituti. *Balæus Bergomensis.* *

V A L E N T I N U S.

Valentinus ex Leontio Romæ natus, à pueris in scholâ pontificiâ educatus, & à Paschale ac Eugenio institutus, & Diaconus ordinatus; ob eruditionis facundiç, hypocriseos, & quarundam virtutum simulacra, Pontifex ex Diacono creatur: anno Domini 827. ac post dies 40. è vivis excedit. *Liber Pontificalis, Platina, & alii. Antoninus* * dicit, eum vix in Pontificatu unum mensem complevisse.

G R E G O R I U S I V.

Gregorius, Leo IV. etiam dictus (*ut Sigebertus indicat*) Romanus natione, ex nobili familia patre Johanne natus; a Paschale Pontifice Subdiaconus, & postea Sacerdos ad S. Marcum, consecratus; Valentino mortuo, à clero & populo eligitur Pontifex. Sed ille, aliorum periculis cautior factus, noluit priùs munus [illegible] pere, quam Imperator ejus approbâsset electionem. *Antoninus,* * *Liber Pontificalis, Balæus & Platina.*

Scripsit Epistolam ad Otgarium Moguntinum a[illegible] episcopum: in quâ gratias ei agit pro muneribus; ac [illegible] mittit Reliquiarum communicationem.

Pontifici[illegible] erroribus plenus fuit, de Sanctorum mortuorum cultu, de [illegible] monast[illegible] quibus humanis ad salutem necessar[illegible] de P[illegible] patu Romanæ ecclesiæ, de Sacerd[illegible] bus.

Sedens in ten[illegible] quæ [illegible] aliquam pietatis referenti[illegible] fec[illegible] Aquisgrani, anno D[illegible] [illegible] proventus [illegible] stri [illegible] & ne ulli gradûs clerici [illegible] tur, neque [illegible] erant [illegible] gant. & [illegible] equo[illegible] tum [illegible]: ne Monachi gulæ & crapulæ indulgeant. Item quòd ecclesias visitasse, episcopos & presbyteros ord[illegible] ribitur. *In Libr. Pontificali.*

¶ Sed tamen notas Antichristi plures habuit, ejusque opera fecit.

Nam deos alienos, Sãctos mortuos, coluit, Fa[illegible] gonii, & aliorũ cadavera, ex loco in locũ transtulit. Barbo-

lomæo, Sebastiano, & Gregorio, suos dies festos ordinavit; eisque altaria dedit. Festum omnium Sanctorum, (quod hactenus Galli & Germani ignorabant; & Itali, 13. Maii celebrabant) ad Calendas Novemb. transtulit; sacrumque esse, per Ludovici Pii edictum jussit. idque eam ob caussam; quòd tùm temporis in otio, & omnium rerum abundantiâ, magno Deo Ventri, & novis illis Sanctis, opimiora sacrificia possent offerri. Martini tandem in montibus, novis fabricis exstruxit: & templa aliorum Sanctorũ collapsa renovavit, aut alioquin picturis, stamis & aliis rebus exornavit. quod *Cõtinuator Damasi* prolixè describit.

Dominatum super ecclesias affectavit. Nam Ansgarium constituit Hamburgensibus archiepiscopum: & Pontificium legatum, in omnia regna Aquilonis: ut eo modo ecclesias Septentrionis, quæ tùm colligi incipiebant, suæ tyrannidi subjiceret. *Crantzius in Metropoli.**

Dissidium in Ludovicum, & filios ejus, simulavit quidem se componere velle; sed magis auxit. Nam Româ in Germaniam, ad Lügenfeld in Alsatiâ, ubi copiæ & acies instructæ erant, veniens; se-se primùm adjungit filiis Ludovici. Eam ob rem ab Imperatore per Legatos increpatus, quòd non more Majorum suorum ad Imperatorem accederet; semel ad ipsum se contulit, & dixit, se pacis faciendæ gratiâ venisse. Dimissus ab eo, cum integrâ potestate agendi de pace, non redit: sed rumorem spargit, quasi Ludovicum excommunicârit. Hoc commoti Episcopi, Duces, & Milites; deserto Imperatore, ad filios ejus transfugiunt: qui Parentem, suorum prædio destitutum, capiunt. *Aventinus,** *Sigebertus, anno Domini 832.* Sed tamen postea, cùm Ludovicus recuperâsset pristinam dignitatem; se ad ejus partes reclinavit.

Bellatorem & architectum egit. Nam, ut à Saracenis se & idola sua præstaret tuta; ex suburbio circa ecclesiam Petri, novam urbem, Leoninam nomine, seu Gregoriopolin, (*ut Continuator Damasi habet*) fecit; eamque probè munivit; ac superstitiosis ceremoniis (ut suo loco diximus) consecravit. *Sigebertus, anno 836.*

Præfuit annis 16. Mortuus est anno Domini 843. *Sigebertus, & alii.*

SERGIUS II.

Os porci, patriâ Romanus, ex nobili familiâ ortus, à Leone III. in Scholam Cantorum missus, cùm celeriter boandi percepisset artificium, inter Acoluthos sortitur locum. Deinde à Stephano Subdiaconus; à Paschali Presbyter ad Sylvestrum; à Gregorio IV. Archipresbyter ordinatur: & mortuo Gregorio, Pontifex designatur; non exspectato Imperatoris judicio & assensu: oppresso etiam Johanne, qui armis eam dignitatem sibi vendicare cœperat: anno Domini 844. *Sigebertus, Liber pontificalis, & Platina.*

Notis Antichristi conspicuus fuit. Nam idololatriam, & venerationem Sanctorum mortuorum, graviter & solerter promovit. Sylvestri enim & Martini basilicas ampliavit: & monasterium iis adjunxit. Divinorum tumbas ibidem erexit: & multorũ cadavera seu reliquias eò transtulit. Alias etiam basilicas novis fabricis, picturis, imaginibus, & aliis ornaribus ad cultum Dei Maozim, exornavit. Quæ prolixè *Continuator Damasi* annotat, & *alii Pontificii scriptores.*

Suis traditionibus testamentum Domini deformavit: & inter architectos Missæ haud-postremus voluit censeri. Quare, ut *Agnus Dei* ter câtetur, & hostia interim in tres partes dividatur, præcepit. *Balæus.*

Monasterium, in honorem Petri & Pauli, & Bacchi, Sylvestri & Martini, ad exercitium Baalismi, ac doctrinæ dæmoniorum de impuro cœlibatu, ædificavit. *Liber pontificalis.*

Primus fuit, qui nomen Christo datum, & in ipso Baptismo susceptum, propriâ voluntate abnegavit; ac aliis suis successoribus exemplum proposuit: quod plerique postea imitati sunt. Nam Sergius, & non Os porci, in Pontificatu dici voluit. *Stmonetta.**

Majestatem sprevit. Nam se-se passus est ordinari Pontificem, non exspectato Imperatoris assensu: quod erat contra privilegia ejus. Deinde voluit committere, ut Populus Romanus Ludovico, filio Lotharii, sacramentum præstaret: licèt Drogo Metensis, & alii archiepiscopi, qui ex Galliis cum Ludovico advenerant, acriter eâ de re cum ipso contenderent. Inquit enim ad Episcopos & Legatos: *Si vultis, Domino Lothario, Imperatori magno, hoc sacramentum ut faciant solummodò, consentio & permitto. Nam Ludovico ejus filio ut hoc peragatur; nec ego, nec omnis Nobilitas Romanorum consensit* Liber Pontificalis.

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, affectavit. Penes se enim voluit esse potestatem, Reges & Imperatores, quos vellet, inaugurandi. Nam Lotharium coronavit: & Ludovicum, filium ejus, Regem Longobardorum designavit. Ludovici filios, de regno digladiantes, ad pacem per Legatos cohortatus est: & regni partitionem approbavit. *Crantzius in Metropoli.** Et Siconulfo Beneventano, in terram prostrato, pedes suos osculandos præbuit. *Ibidem.*

Cum annis 3. Antichristi vicarium egisset; collectus est ad suos majores: anno Domini 846. *Sigebertus, Ado Viennensis, Erfordiensis, Onuphrius, & alii.*

LEO IV.

Leo IV. (*ut plerique volunt*) seu V. (*juxta Sigebertum & Raynulphum*) patriâ Romanus, ex Radulpho genitus; in monasterio Martini, extra Romam sito, literas didicit, & monasticum habitum sumsit. Gregorius Papa eum, indè evocatum, in Lateranense patriarchium collocavit; & Subdiaconum fecit. Postea à Sergio, Presbyter, ad titulum Quatuor coronatorum, consecratur. Mortuo verò illo, cùm res Romanæ in maximo essent periculo, ob Saracenos; à clero & populo eligitur: & inscio Imperatore, consecratur Pontifex, interposita tamen protestatione, de salvo ejus jure: anno 847.

Platina, quatuor Collectas, ab eo compositas, annotat.

Pontificias corruptelas & errores fovit. Christum mediatorem ignorat. In Sanctorum nomine invocare, eosq; argẽto & auro colere, somniat esse maximum cultum Dei. Pontificem jus utriusq; gladii habere, & regna hujus Mundi possidere, Ecclesiæ & Reipublicæ dominari debere, existimavit.

Narrant, eum, docendi munere fungentem, multos convertisse.

Anastasium, presbyterum Marcelli, in Synodo deposuit, ob desertam parochiam suam: & quædam decreta, ad disciplinam ecclesiasticam pertinentia, fecit: quæ *Luitprandus* recitat, & nos *de Synodis* adscripsimus.

Fuit cultor Sanctorum mortuorum, seu deorum alienorum. Nam Christi nomen oblitus, Petri & Pauli in suis Collectis usurpat: ob quorum intercessionem & merita, liberationem ab hostibus petiit. Inquit enim: *Deus, cujus dextra beatũ Petrum, ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; & coapostolum ejus Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius: & concede, ut amborum meritis, horum fidelium tuorum brachia, contra inimicos Ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia, omnipotenti dextrâ tua corroborentur & convalescant: ut, de recepto triumpho, nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. Platina in vita ejus.* Idem facit in aliis tribus Collectis, in Leoninâ urbe portis inscriptis: quæ exstant *apud Platinam in vitâ ejus.*

Deinde translatione reliquiarum, & fabricatione templorum, altarium ac testorum constitutione, Sanctos veneratus est. Nam templum Mariæ novæ exstruxit: & in reliquiis quatuor Coronatorum, nimirum Semproniani, Claudii, Nicostrati, & Castorii, ac aliorum (de quibus dubitatur, an verè sancti fuerint) altare dedicavit. Et octavam Assumtionis Mariæ, in Ecclesiâ Romanâ, (quod antea non fiebat) celebrari jussit. Horam etiam vespertinam, in natali Pauli, quotannis à cuncto clero observari præcepit. *Liber pontificalis, Platina, Sigebertus.*

Doctrinam dæmoniorum, vitæ monasticæ cõmendatione, & monasteriorũ ædificatione propagavit. Baalismũ etiam magnifecit. Ideoq; cœnobium Corsicum instauratũ Vestalibus tradidit; ut quotidie in eo cantus resonarent.

Urbem à se exstructã, publicis ceremoniis, circuitione, litaniâ, cinere, aquâ benedictâ, poculis impiis, planè ethnico more, lustravit. *Liber pontificalis.*

Ne Laici in presbyterium, dum Missa celebratur, introëant, vetuit. *Sigebertus.*

Architectum potiùs, quàm Episcopum, egit. Nam Solanum, à Leone III. inchoatum, absolvit; arcem S. Angeli instauravit; & in vestibulo atrii Lateranensis, ex marmore sedilia fecit. Turrim in Vaticano apud S. Petrum extruxit: urbis mœnia, & portas vetustate collapsas, restituit: & propugnacula quindecim fundamentis adjecit, quorum duo ad exitum Tiberis collocata erant, ad retundendam vim hostiû, qui navibus ad urbem accedere hactenus poterant. Vaticanum muro cinxit; atque in urbis formam redegit: quam Leoninam vocavit, & superstitiosis ritibus ac precationibus consecravit.

Majestatem sprevit. Nam absque consensu Imperatoris Pontificatum iniit. *Liber pontificalis.*

Utrumq; gladium usurpavit, contra illud Christi: * *Principes gentium dominantur, &c.* itèm: * *Petre, reconde gladium tuû in vaginam.* Exercitum enim contra Saracenos conscripsit, & eduxit: ac cùm indulgentiis & communione sacrâ suos armâsset, ut putarent se regnum Dei adepturos, si strenuè pro S. Petro pugnarent: irruit in hostes, eosque cæcidit.

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, affectavit. Nam consilium, de Imperii dignitate à Francis ad Græcos reducendâ, iniit: licèt, eâ de re accusatus, jure-jurando se-se purgârit. Ethelvvolfum monachum, suâ dispensatione, fecit Regem Angliæ: qui, gratitudinis ergò, de qualibet domo, nummum argenteum quotannis ei numerari sanxit: anno Domini 847. Crucem papalem, contra Aquisgranensis Concilii statuta, gemmis exornavit, & ante se ferri jussit. Pedes populo deosculandos præbuit. *Liber pontificalis, Platina, Balæus.*

Adscribunt ei miracula; quæ mendacia & fabulosa videntur. qualia sunt: quòd oratione suâ basiliscum ex cavernis, ad basilicam Luciæ, expulerit: & incẽdio, Saxonum & Longobardorum domos depascenti, crucis signo metam præfixerit; quam transgredi nequiverit: & Saracenorum naves, excitatâ precibus seu incantatione tempestate, in mari submerserit.

Cùm præfuisset annis 8. mensibus 3. & aliquot diebus, descendit ad suos Majores. *Luitprandus, Platina, Sigebertus, & alii.* Sed *Raynulphus** tantùm quatuor annos attribuit.

J O H A N N E S V I I I.

Sacrificus quidam Anglicus, uxorem, seu scortum gravidum, secum duxit Moguntiam. Cùm autem isthic esset, venit dies partûs ejus: & peperit filiam; cui nomen Gilbertæ inditum est. Contigit autem illi ingenium amplius, quàm pro muliebri naturâ. Quare, in ipsâ ætate adolescentiæ, apud aliquem hominem eruditum educata, literas didicit: ac in cœnobium Fuldense, sexum mentita, à Monacho quodam, ejus rei non-ignaro, introducta est. Ubi cùm inter amplexus ejus, habitu monastico non diu latère posse videretur: peregrinationem ille Athenas, discendi gratiâ, instituit; ac Gilbertam, quasi juvenem, secum abduxit. Ibi autem illa inter homines doctos versata, operam literis egregiam navavit; ac Latinè & Græcè didicit; ac disputandi solertiam sibi comparavit. Mortuo isthîc suo amatore, seu marito; Romam abiit: ac pro homine Anglo suscepta, in Scholis seu Cœnobiis docere cœpit: ac suâ eruditione, & disputandi promtitudine, in magnam autoritatem & existimationem venit; adeoq; sibi hominum favorem conciliavit: ut Leoni, communi cleri & plebis suffragio, ac Imperatoris assensu, Pontifex crearetur; & Johannes VII. (*ut Sabellic** *vult*) aut VIII. (*ut Platina*) vocat* sit: anno Domini 854. *juxta Martinû*; aut 854. *juxta Sigebertû.*

De Necromantia scripsit librum unum. *Balæus**

In officio, aliorum Pontificum more, contulit sacros ordines: Presbyteros & Diaconos ordinavit; Episcopos consecravit; Abbates constituit; Missas celebravit; Altaria & Templa consecravit; Sacramenta administravit.

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, usurpavit. Nam pedes suos aliis exosculandos præbuit.

Lothario in Prumiense cœnobium recondito; Ludovico, filio ejus, regni sceptra & coronam solenni ritu contulit. In quo re-ipsa impletum est, quod *Apoc. 17.** scribitur, de Regibus meretricem Babyloniam adoraturis, & potestatem ab eâ accepturis. *Chronicon Saxoniæ, anno Domini 856.*

Ab Ethelvvolpho, Anglorum Rege, tributum, ac munera alia accepit.

Romanæ ecclesię privilegia, non nisi centum annorum præscriptione, tolli posse, decrevit: ut aliqui scribunt.

Libidines, sub sanctitatis & castitatis velamento, horrendas exercuit, quas Deus mirabili modo patefecit: ut ejus, & aliorum Pontificum, quorum viva imago in hac meretrice expressa fuit, turpitudo, omnium piorum oculis esset exposita. Nam libidini tam-diu indulsit; donec à Cardinale domestico, qui solus scribitur cum eâ rem habuisse, (sed quis facilè credat, illam procacem pellicem uno contentam fuisse?) imprægnata, uterum quidem occultavit: sed, Dei judicio & singulari providentia, cùm ex Vaticano, in processione solenni, Lateranensem basilicam inviseret, inter Neronis Colosseum & Clementis fanum, obortis repentè partûs doloribus, enixa est; & eo loci defuncta: cùm annis 2. mensib. 5. & diebus 4. meretrix, in sede Petri, vicarium Antichristi egisset: anno Domini 857. Sine honore pontificio sepulta est, & ex catalogo nomen ejus rejectum: ac cautum est, ne Pontifex, per illam plateam, in Lateranensem basilicam eat; &, ut in sellâ Petri sedentis novi Pontificis virilia à Diacono explorentur attactu, & exclamatione: *Habet, habet.* Qui quidem mos hodie abolitus esse dicitur; quia non opus eo sit: cùm pellices, concubinæ, & spurii, eâ de re certissimum dicant testimonium. *Martinus in Chronica, Marian** *Scotus, Sigebertus, Raynulphus,** *Balæus,** *Volaterranus, Platina, Bergomensis & alii.*

In *libro pontificali*, & aliis quibusdam, omissa est ejus vita. Et *Aventinus** opinatur fabellam esse: quæ indè orta sit, quòd Theodora, nobile scortum, quæ Romanis post mortem Arnulphi dominabatur, Johannem IX. amatorem suum, primùm Bononiensibus, deinde Ravennatibus, & postremò Romanis, imposuerit sacerdotem. Sed temporis ratio, & Autorum etiam pontificiorum consensus, & vetustatis testimonia, Aventini opinionem refutant.

Onuphrius etiam conatur fidem isti historiæ derogare: eò quòd nullus ante Martinum Polonum, qui vixit circiter annum Domini 1320. ejus fecerit mentionem; & quòd tempus, quod illi adscribitur, non habeat locum, juxta Anastasii & Bibliothecarii, qui hoc tempore scripserint, cõputationem. Sed rationes istæ, non modò infirmę; verùm etiã falsæ sunt. Nam *Marianus Scotus*, Fuldensis monachus, qui & 244. annis ante Martinû fuit, eadè scribit: quæ absq; dubio in suo cœnobio annotata reperit; aut ex certorum hominum relatu cognovit. nam vix ab eo tempore 169. anni effluxerant. Et post eũ *Sigebertus Gemblacensis*. Nomen autem, & tempus ejus, Pontificio-scriptores consultò omisisse, propter fœditatem rei, & sexum fœmineum; *idem*, & *Raynulphus in Polychronico,** testantur.

Marmorea statua, in eo loco, ubi Pontifex peperit, erecta fuit, ad rei memoriam. *Antoninus.**

B E N E D I C T U S I I I.

Benedictus, ex Petro cive Romano natus, à Gregorio Subdiaconus ordinatur: & postea, Johanná Anglicâ in partu mortuâ, invitus à clero & populo eligitur Pontifex; & cùm Diaconus testiculos ejus explorâsset, creatur: non expectato Imperatorum assensu: (ut *ex Luitprando* constat) anno Domini 857. *juxta Marianum Scotum*; aut 854. *juxta Sigebertum.*

Scripsit Epistolam ad Ratulaldum, de Pœnitentiâ patricidæ. *Luitprandus.*

Composuit Collectam, *Dirige*, pro mortuis. *Balæus.*

Antichristi errores & hæreses eum amplexum esse, constat ex operibus ejus.

Non fuit suis Majoribus dissimilis: licèt in initio etiam cum lacrymis testatus sit, se indignum esse tanto honore: ut *Massæus & Luitprandus* indicant.

Ægrotos invisit; pauperes aluit; calamitosos consolatus est; viduas & pupillos defendit: Clericos ordinatè incedere, & honestè vivere, jussit. *Martinus in Chronico.* Et Papam funus episcopi, presbyteri, & diaconi; ac vicissim totum

* Luc. 22. v. 25.
* Matth. 26. v. 52.
* lib. 5. c. 11.
* Cent. 13. cap. 12.
* Apoc. 17.
* Lib. 5. c. 32.
* Cent. 2. cap. 10.
& Cent. 13. cap. 10.
* lib. 4.
* li. 3. c. 52.
* Tit. 16. c. 1. §. 7.

tum clerum. Pontificis funus, ornare suâ præsentiâ debere, sanxit. *Platina.* Et quædam alia, ad hypocritis fucum pertinentia, egit: sicut in templo seu ecclesiâ Dei sedentem decuit.

Notas aût Antichristi haud-paucas, nec obscuras, habuit.

Nam, ob venerationem Sanctorum, multas ecclesias instauravit; easque preciosis donis locupletavit: ne sinè argento, auro & gemmis, Deus Maosim esset. *Platina, Balæus.*

Suis decretis Ecclesiæ Dei dominatus est. Nam, ut pro Mortuis orationes fierent, & Collecta illa *Dirige, &c.* diceretur, primus (ut fertur) instituit. *Balæus.* Et parricidæ indixit pœnitentiam annorum 12. in epistolâ ad Ratholdum: *Volumus, ut per 12. annos sub onere pœnitentiæ constituatur: ità ut omnibus diebus jejunium celebret, usq; ad vesperum; & absq; carne, vinoq; ac pisce, cibum sumat; exceptis diebus festis ac dominicis, & à Paschate usque Pentecosten. Per quinquennium verò tempus, in ecclesiam intrare non præsumat; neq; communicet: ante fores ecclesiæ tantummodò perseveret, dum sacra celebrantur officia. Cùm autem quinq; annorum fuerint adimpleta curricula: ingrediatur in ecclesiam; & inter audientes stet, cum omni timore & obedientiâ. Dum verò ad annum pervenerit decimum: sanctæ communionis consors existat; & inter fidelium consortium maneat. Si verò, ante constitutum tempus, finis vitæ illum advenerit: viaticum ei non negetur, juxta traditiones Canonum.* Luitprandus.*

* cap. 106.

Majestatem contemsit. Nam sinè Imperatorum consensu pontificatum iniit: & Anastasio, qui erat ab Imperatore Ludovico & Lothario pontifex designatus, noluit cedere. Nam *Luitprandus* narrat, Legatos, à Romanis ad Imperatorem missos, ut agerent de confirmatione Benedicti, pro Anastasio callidè intercessisse, ut Imperator, in eum consentiens, miserit Legatos, qui in sedem Pontificis illum collocarent, Benedicto repudiato: & sic factum esse, ut Benedictus in carcerem sit adductus; Anastasiusq; surrogatus. Sed cùm turbæ moverentur à populo; & Anastasium plerique abhorrerent; propterea quòd à Leone Pontifice esset excommunicatus: indicto & celebrato jejunio tridui; & re ultrò citroque agitatâ: tandem Imperatoris Legati, vi quasi coacti, in Benedictum consenserunt; Anastasio in carcerem conjecto. *Sigebertus.*

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, usurpavit. Nam pedes suos osculandos præbuit plebi; seq; tanquam idolum terrenum adorari passus est. *Platina.* Et Theodo, abbas Fuldensis, petit in epistolâ ad ipsum: ne suis Monachis, orandi gratiâ Romam venientibus, liceat ad sancta vestigia ejus appropinquare, & benedictione ejus frui, juxta privilegia à Pontificibus Bonifacio olim concessa.

Præfuit annis 2. mensibus 6. diebus 6. *juxta Marianum. Raynulphus* ei quatuor annos assignat. Et obiit anno Domini 859.

NICOLAUS I.

Romæ, patre Theodoro, seu Theodosio, natus, ab ineunte ætate literis operam navat; parente suo usus præceptore: qui, vaticinio cujusdam monachi, quòd Pontifex aliquando esset futurus, excitatus, clericorum illum cœtui adjunxit. Deinde à Sergio Subdiaconus; & postea à Leone Diaconus, consecratur. In eo munere se-se præstitit mancipium fidele, & obsequens Pontificibus. Ideò charus & intimus, tum aliis, tum verò maximè Benedicto, fuit: qui ejus usus est operâ, in condendis & promulgandis decretis. Mortui Benedicti funus, unà cum aliis Diaconis, portavit; & terræ tradidit. A' clero, populo, & Ludovico Imperatore præsente, designatur Pontifex. *Liber pontificalis. Luitprandus, & Platina.* Anno Domini 867. *juxta Sigebertum*; aut 860. *juxta Marianum.*

Scripsit Epistolam ad patriarchas, metropolitas, episcopos, & omnes fideles, per Asiam & Libyam. Aliam quoque ad Michaëlem Imperatorem. Quæ exstant *tomo 2. Conciliorum.* Et Epistolam ad Carolum Regem, pro Thietbergâ, contra Lotharium: cujus fragmentum exstat *apud Reginonem.** Et Epistolam ad omnes Germaniæ & Galliæ episcopos, de excommunicatione Waldradæ: cujus summam *Regino* etiam annotat. Et aliam ad Lotharium Regem: in quâ ei minatur excommunicationem; ni à consuetudine Waldradæ abstineat: quam *Regino* eidem adscribit. Scripsit Epistolam de Ecclesiæ Bremensis & Hamburgensis connexione: quæ exstat *in Crantzii Metropoli.** Ad consulta Bulgarorum multa respondit: quæ Decreti inserta sunt.

* lib. 2.

* lib. 1. c. 37. & 38.

Errores Antichristi, non modò voce & scriptis; sed etiam ipso usu, asseruit & exercuit: ut ex sequêtibus patebit.

Sanctos mortuos colendos, & Imagines adorandas esse, sensit. Romanum Pontificem, ut Deum, non posse à quoquam judicari. *Distinct. 96.* Matrimonia, unius conjugis consensu, ob religionem dissolvi posse, contra verbum Dei, decrevit. *Caus. 27. q. 2.* Laicis non licere de Presbyteris judicare, neque de vitâ eorum inquirere; in Rescriptis ad Bulgaros monet. *Distinct. 28.*

Tempore Quadragesimæ, nisi urgeat magna necessitas, præliari vetat. *Caus. 23. quæst. 8.*

Coluit deos alienos; nimirum Sanctos mortuos. Nam basilicas Mariæ, Pauli, Laurentii, Stephani, Sylvestri, & aliorum Sanctorum, vestibus, velis, fabricis, altaribus, auro, argento, gemmis, & aliis preciosis rebus, exornavit. Clemêtis reliquias transtulit. *Platina. Liber pontificalis.* Ex autoritate Petri & Pauli sua decreta facit. *Crãtzius in Metropoli.**

* lib. 1. c. 39.

Dominatum in ecclesias usurpavit. Nam Johannem, Ravennæ archiepiscopum, pristinam suæ sedis libertatem asserentem, dignitate privavit; eamq; ecclesiam in perpetuam servitutem redegit. Nam jus ordinandi episcopos, aut impediendi appellationem & peregrinationem Romam versùs, & de bonis ecclesiæ tractandi, episcopo illi planè ademit. *Liber pontificalis, & Platina.* Bremensem ecclesiam Hamburgensi conjunxit: & episcopum ejus Ansgarium, ac successores, ità sibi subjecit; ut eos vicarios suos, super ecclesias Danorum, Suecorum, & Slavorum, dato pallio, constitueret. Ac quidem expressè, ad omnia decreta Romanæ sedis observanda, Ansgarium obligat. Bulgariæ ecclesias etiam pontificio charactere insignivit, sibiq; subjecit. *Platina. Liber pontificalis, & Caus. 15. q. 8. Crantzius in Metropoli.** Et primam sedem, Romanam scilicet, à nullo vult judicari. *Distinct. 21.* & judicia ejus à nullo vult retractari posse. *Caus. 9. q. 3.*

* lib. 1. c. 37. & seqq.

Ad Missæ fabricationem, suum quoque pensum addidit: ut eò magis Christi institutio contaminaretur traditionibus humanis. Nam *Gloria in excelsis,* in Cœnæ dominicæ festo, ad Missam cantari mandavit: & *Sequentias* in ecclesiis Gallicanis, Notgero abbate procurante, cantari permisit. *Trithemius, de Scriptoribus illustribus.*

Nuptias Sacerdotum damnavit; & ad vitam cœlibem eos cogere instituit; frustra ab Hulderico eâ de re objurgatus: ut in vitâ ejus dicemus. Nam decretum fecit: ne quis à Sacerdote sacramenta suscipiat, quem sciret habere concubinam seu uxorem. *Distinct. 32. Nullus.*

Decretis, & traditionibus humanis, laqueos conscientiis posuit. Quorum multa passim *in Jure Canonico* annotantur; & pleraq; in unum libellum collecta exstant, *tomo 2. Conciliorum.*

Baalitmum propagavit; & sacra Latino sermone ubiq; in Ecclesiis celebrari jussit: ut agnosci characteres pontificii possent. Sclavis tamen & Polonis, à Methodio expugnatis, indulsit; ut vernaculo sermone sacra facerent. *Balæus.*

Abusus est potestate clavium. Nam Thetgandum & Guntharium excommunicavit ac deposuit, ante causæ cognitionem: ut patet *ex epistolâ ipsorũ.* Rothaldum, ab Hincmaro excommunicatum, absolvit. *Liber pontificalis.*

Supra magistratum se-se extulit, seu (*ut Petrus * vocat*) dominationem contemsit. Nam *Distinct. 96.* negat, Imperatores synodalibus conventibus interesse debere; nisi ubi de fide tractetur: & planè Pontificem vult esse ἀνυπεύθυνον. Inquit enim: *Satis evidenter ostenditur, à seculari potestate nec solvi posse prorsus, nec ligari Pontificem; quem constat à Principe pio Constantino Deum appellatum. cùm, nec posse judicari Deum ab hominibus, manifestum sit.* Unde REGINO ait: * *Regibus ac tyrannis imperavit; eisq;, ac si dominus orbis terrarum esset, autoritate præfuit.*

* 2. ep. 2. v. 10.

* lib. 2.

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, accepit. Nam Ludovicus Imperator, ei obviàm factus, ex equo descendit; & frenum

& frenum equi Pontificii apprehendens, in castra duxit. *Liber Pontificalis & Platina.* Equo insidens, & stipatus satellitibus, in templum Petri ire solebat. *Liber Pontificalis in Adriano II.*

Episcopos & Monachos, mancipia sua, honorificè tractavit. *Regino.** Theodonem, abbatem Fuldensem, magni fecit; & Damasum de Vitis Pontificii, & Continuatorem ejus, misit illi: ut patet *ex epistolâ Theodonis.*

¶ Certamen illi fuit cum Michaële Imperatore Constantinopolitano, & cum Photio, qui librum contra illum [illegible]psit; qui postea ab Adriano combustus est, in Synodo Romanâ. *Liber Pontificalis, in vitâ Adriani.*

Deinde, mitis modis exagitavit Lotharium, ob Thietbergam uxorem dimissam, & Waldradam pellicem susceptam: ac coëgit eum tandem, utrâque repudiatâ, vitam monasticam profiteri, *ut narrat Regino.* * Lotharius queritur de ejus præcipiti & præpostero judicio; quòd se inauditum damnârit, confisus inimicorum calumniis & mendaciis; inquiens in epistolâ ad Adrianum: *Plus apud Sanctitatem illius valuêre inimicorum insidia, & simulata deceptiones; quam nostra simplex & pura defensio. Nos enim literis & verbis indefinenter proclamantes, & diversis legationibus eadem repetentes, humiliter postulavimus: ut nos, & accusatores nostri, juxta divinas & humanas leges, sua Pontificis audientiam mereremur, ut ratio docet, nostram præsentiam exhibendo. Sed semper repulsi sumus.* Regino.* Anno Domini 868.

Guntharium & Thetgandum, ob divortium Lotharii approbatum, in Synodo Metensi Romam evocatos, non-auditos, neque convictos, planè illegitimè excommunicavit, deposuit, & oppressit: sicut illi queruntur in epistolâ ad eundem; ut *in Vitis ipsorum* dicemus.

Suos legatos, Zachariam & Radoaldum, qui mandatû ejus non fuerant exsecuti Constantinopoli, in causâ Ignatii & Photii, excommunicavit.

Cùm annis 7. & mensibus 9. & diebus 13. *juxta Platinam*; aut 8. *juxta Marianum & Raynulphum,* * in Pontificatu exegisset: ad suos majores collectus est, anno Domini 867. *Sigebertus. Trithemius* duos annos addit, *de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

ADRIANUS II.

Romæ, patre Talaro episcopo natus, à Gregorio IV. Subdiaconus, a Sergio verò Presbyter ad S. Marcum, ordinatus est. in quo munere cùm se-se erga pauperes liberalē exhibuisset, & populi favorem demeritus esset: mortuo Nicolao, in magno populi concursu & tumultu, quē monachi jactitantes sibi visionibus divinis esse revelatum de ejus pontificatu, excitâsse videntur, Pontifex eligitur, & cōsecratur à Petro Gavensi, Leone Sylvæ candidæ, Donato Ostiensi, sinè suffragio & consensu Legatorum Imperatoris. *Liber Pontificalis, & Platina.* Anno Domini 868. *Sigebertus:* 19. imperii Ludovici.

Scripsit epistolam ad Bulgaros, & ad Ludovicum, de liberatione captivorum. Scripsit etiam epistolam ad Carolum Calvum; itèm ad Hincmarum Remorum archiepiscopum.

A teneris imbutus pontificiis erroribus, eosdem, postquam ad fastigium elatus est, voce, scriptis, & operibus propagavit & usurpavit: ut ex sequentibus patet.

Cultum deorum alienorum totis viribus promovit: ac ad eam rem, basilicam, à Nicolao cœptam, absolvit; & picturis variis exornavit. Et in Synodo Constantinopolitanâ, Imaginum cultum ecclesiis Græcorum obtrusit.

Patronum sceleratorum egit: & per literas à Ludovico impetravit, ut Româ proscriptos, & alioquin ob mala facinora captos, dimitteret.

Dominatum in ecclesiam usurpavit. Nam ad Synodum Constantinopolitanam neminem admisit: nisi priùs libello subscripsisset, in quo ea sistebat professio, quòd Romanum Pontificem agnosceret caput omnium Ecclesiarum: ac operâ Basilii, qui patrem suum adoptivum interfecerat, iterum Ecclesias Orientis sibi subjecit. Et ut Bulgaros & Dalmatas, in suum rete à Nicolao pertractos, retineret: misit tres legatos episcopos, Sylvestrum, Leopardum, & Dominicum; qui omnia in Ecclesiis illis ad sententiam ejus constituerent. Ac Legati ejus in Synodo Constantinopolitanâ, contra [illegible] patriarcham Basilio [illegible] ecclesias Bulgariæ debere Romano Pontifici esse subjectas. Sed Bulgari paulò pòst, ex[illegible] pontifi[illegible] [illegible] sacerdotes expulerunt retentis Græcis. *Liber Pontificalis, & Platina.*

Decreti [illegible] quæros [illegible] conscientiis posuit, quorum aliqua *Luitprandus in vitâ ejus* commemorat. Ve[illegible] [illegible] causas [illegible] judi[illegible]. *Fl[illegible] temporum, Marianus, Henricus Erfordiensis.*

Exaltavit [illegible] magistratum, & domi[illegible] contemsit. Nam se Pontificem designari passus est, sinè suffragiis Legatorum Imperatoris: [illegible] molestè [illegible] tulerunt, tamen invit[illegible] tranquillitatis gratiâ, consenserunt. Idem etiam Imperatori [illegible] fecit; nō animadvertens, Romanos commodo sibi jus [illegible] & planè [illegible] ab electione & confirmatione Pontificis Imperatores excludere. In quem finem etiam decretum fecit in Synodo octavâ: *Neminem Laicorum Principum vel Potentum, semet inserere electioni vel promotioni cujuslibet Patriarchæ, archiepiscopi, vel metropolitani, aut episcopi, debere.* ut patet ex Actis.

Lothario, Romam venienti, ac se-se de objectis criminibus purganti, ità Cœnā administravit: ut ipse paulo pōst in redîtu moreretur, & omnes satellites ejus intra annum extinguerentur. Quòd-si innocens ille fuit, argumentū est veneni: sin verò reus adulterii; certum indicium divini judicii. *Sigebertus, & Regino.**

Photii librum, contra Primatū Romanæ ecclesiæ scriptum, non verbo Dei refutavit; sed Vulcano tradidit planè absumendum. *Liber Pontificalis.*

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, usurpavit, ut sui antecessores. Lampertum, Spoletanum Ducem, eò quòd Romam sp[illegible] verat, excommunicavit, & Franc[illegible] brachio, ducatum ejus sibi subjecit. *Liber Pontificalis.* Alfredū, Anglorum Regem, in filium adoptavit, eumque primùm inauguravit: in testimonium, quòd regnum Angliæ Romano Antichristo esset subjectum: anno Domini 872. *Balæus.*

Certamen ei fuit cum Carolo Calvo, & Hincmaro episcopo Remensi, de Laudunensis episcopi appellatione ad sedem Romanam. Sed Hincmarus & Carolus satis bene illum suis epistolis refutarunt: ut [illegible] loco de Schismatibus indicatum est.

Commendatur à liberalitate in pauperes, & pietate in Nicolaum antecessorem: cujus acta confirmavit, & memoriam æternitati consecravit. Et ab humilitate, nam episcopis, quos convivio exceperat, ministravit, pedesque lavit, ac in terram prostratus, cum iis hymnos & psalmos cecinit. Miraculum etiam accidisse volunt. Nam ministrum ejus, de 40. denariis, ingenti multitudini peregrinorū ternos singulis distribuisse, & tamen 6. [illegible] isse [illegible] ac respondisse Adrianum, Vides, quàm largus est Dominus Jesus, qui ex illâ quantitate, quam dicebas non sufficere, mihi quoque & tibi tres servavit? *Liber Pontificalis, & Antoninus.**

Moritur anno 872. cùm Papatum rexisset annis [illegible] mensibus 9. diebus 12. *Platina. Raynulphus** duos annos tantùm ponit.

JOHANNES IX.

Patre Gundo Romæ natus, ex Diacono Pontifex creatur, anno Domini 873. quo Ludovicus Imperator mortuus est. Fuit Latinè & Græcè doctissimus.

Ante pontificatum, scripsit quatuor libros de vitâ Gregorii Magni, & quædam e Græco Latina fecit. *Sigebertus, Platina, Trithemius.* In Pontificatu, scripsit epistolā ad Ludovicum Balbum: Romanæ Ecclesiæ privilegia tolli non posse, nisi præscriptione centum annorum.

Eadem sensit de capitibus doctrinæ, quæ sui antecessores, nec insignia Antichristi ullo modo deposuit: ut constat ex operibus ejus.

Veneratus est deos alienos. Nam reliquias Sanctorū religiosè coluit: & aliis, ut rem planè divinam, non sinè munerum spe, contulit. Sic Senonensi episcopo, caput Gregorii Papæ, & brachium Leonis, dedit. *Antoninus.**

* lib. 2.

* ibid.

* lib. 5. c. 32.

* lib. 2.

* Tit. 16. c. 1. §. 10.

* lib. 5. c. 32.

* Tit. 16. c. 1. § 11.

Principatum in Ecclesias usurpavit. Nam Flandris episcopum dedit: & in Galliis apud Trecas Concilium coëgit, in quo contentiones quasdam composuit, & pro Pontificio regno decreta fecit non-pauca. *Platina, Baleus.* Et Formosum, Portuensem episcopum, Romam & episcopatum abjurare coëgit. *Sigebertus.*

Magistratûs potestatem valde labefactavit: dum suos sacerdotes, monachos, & bona ecclesiastica, à jurisdictione eorum removit & subtraxit; & privilegia Romanæ Ecclesiæ, nullis temporibus posse tolli, autumavit; & res Romanæ Ecclesiæ, non nisi præscriptione centum annorum, abalienari dixit. *Conf. 16. q. 3.*

Decretis suis laqueos conscientiis fecit: quorum quædam *Luitprandus* & *Antoninus* recitant.

Jusjurandum, quod Ludovicus Adalgiso dederat necessitate compulsus, dissolvit: & Senatum Romanum incitavit, ut Adalgisum publicum hostem denunciarent. *Sigebertus.*

Capuanam Ecclesiam duobus episcopis, contra Canones, distribuit. *Leo Hostiensis.**

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, possedit & usurpavit. Nam acceptis muneribus, Carolum Calvum inauguravit Imperatorem: ac eo mortuo, contra Senatûs Romani voluntatem, elapsus ex carcere, & fugiens in Galliam, Ludovicum Balbum Fráncorum Regem coronat. Et postea Romam reversus, etiam Carolum Crassum, Germanorum Regem, Cæsarem pronuntiat; & diademate Imperii adornat.

Bellatorem egit; & Saracenos, parato exercitu, ex Italia & Sicilia profligavit. Adalgiso etiam, Beneventano Duci, bellum induxit, ob perfidiam. *Sigebertus, anno Domini 873.*

Certamen ei fuit cum Senatu, de coronando Ludovico Balbo: ac à Martino & Formoso, ac aliis, effectum est; ut in vincula eam ob rem conjiceretur, à Caroli Crassi ministris. *Platina.*

Cùm decem annis functus esset vice Antichristi; obiit, anno Domini 885. *Sigebertus, Platina, Antoninus.**

MARTINUS II.

Natione Gallus, patre Palumbo necromantico, ut ferunt, sacrificulo, Pontificatũ iniit, anno Domini 882. *juxta Antoninum*; aut 885. *juxta Marianum Scotum.* Malis artibus eum sibi dignitatem istam acquisivisse, *Platina & Simoneta** scribunt, sed non explicãt. *Baleus* addit, non esse expectatam Cæsaris autoritatem, in ejus electione.

Ante pontificatum, cùm Johannes IX. Ludovico Balbo, imperii coronam censeret conferendam; ipse, cum Senatu Romano, favit & studuit partibus Caroli Crassi, Germanorum Regis: ac effecit, ut Pontifex in vincula conjiceretur. In papatu verò suo, etsi parum de eo in literas relatum est; tamen non fuisse suorum majorum dissimilem, facile est cogitare.

Scholas Saxonum, prece Alfredi Regis, omni tributo relaxavit, & magnam partem sanctæ Crucis eidem misit. *Reynulphus.**

Formosum, Portuensem episcopum, qui jurejurando Johanni Papæ affirmârat, se nunquam Romam venturũ, neque episcopatum suæ urbis repetiturum; absolvit, & dignitati pristinæ restituit: ut indicat *Sigebertus & Platina.*

Johannes Stella à superbiâ & ambitione illum commendat: quæ virtutes ipsi sunt cum aliis ejus ordinis cõmunes.

Curriculum ejus fuit, annus 1. & menses 5.

AGAPETUS.

Successit Martino, *juxta Marianum Scotum, Sigebertum, & Reynulphum*, anno Domini 887. & præfuit anno uno. A *Platinâ* & aliis quibusdam prorsus omittitur.

ADRIANUS III.

Filius Benedicti, Romanus. Pontificatum anno Domini 889. *juxta Sigebertum*, adipiscitur.

Deos alienos coluit: dominatum super Ecclesias usurpavit, more suorum majorum. Dominationes seu Magistratũ contẽsit: & Imperatoribus omne jus, quod in Pontificem & urbem Romam hactenus habuerunt, ademit. Nã consilia & machinationes, quæ à suis antecessoribus erant institutæ, ad excludendam Imperatoris [illegible]tatem, in eligendo & confirmando Pontifice, quàprimum pontificatũ adiit, in actum perduxit: occasione [illegible] ansus, quòd Imperator occupatus esset bello Normãnico. Decretũ enim cum Senatûs & Populi assensu fecit: ne, in creando Pontifice, ampliùs exspectaretur Imperatoris autoritas; sed ut semper libera essent & cleri & populi suffragia. *Simoneta,** & *Martinus.* Factum anno Domini 895. *juxta Platinam.* Sed is numerus, *juxta Mariani, Sigeberti & Martini* cõputationem, non satis congruit. *Liber Pontificalis* habet 885. Deus verò istũ seditiosum Antichristi vicariũ, justo suo judicio, brevitate vitæ puniit. Anno enim primo, & mense secundo, pontificatûs sui, ad inferos abiit. *Platina. Luitprandus* duos menses ei insuper addit.

BASILIUS.

Pontifex designatur anno Domini 890 *juxta Marianum & Sigebertũ*, sub Arnulpho Imperatore: ac præfuit annos 4. *Antoninus* negat, in Catalogo Pontificũ nomẽ ejus reperiri.

STEPHANUS V.

Adriani, Romani civis, filius, eo tempore Papatũ iniit; quo Gallia à Normannis, Anglia à Dacis, Pannonia ab Hunnis, & Italia à Saracenis, affligebatur: circiter annum Domini, *juxta Sigebertum*, 895.

Sanctos mortuos, deos suos, religiosè coluit. ac, cùm Martino Turonensi periculum immineret à Normannis; curavit, ut Altisiodorum transferretur: ubi, propter sacros denarios, Monachi, qui Germanum venerabantur, litem contra Martini sacrificos moverunt. *Platina.*

Dominatum in Ecclesias usurpavit, & decretis hominũ conscientias obligavit. Nam, Romanæ ecclesiæ statuta omnibus necessariò observanda esse, primus decrevit. *Dist. 19. cap. Enimverò.*

Cùm Hermannus, Coloniensis episcopus, cum Adalgario, de Bremensis ecclesiæ jurisdictione litigaret: Hi[illegible]coni Remensi archiepiscopo vicem suam commisit; ut in Synodo Wormaciensi causam cognosceret, sibique referret: ut indicat *Luitprandus.*

Judicium candẽtis ferri & fervẽtis aquæ, quod tũ in usu erat, Christianis inhibuit, ꝓpter superstitionẽ. *Causâ 2. qu. 4.*

Luitprandum Ticinensis ecclesiæ diaconum, Walcridum Bavarum, Bernardum Pictaviensem, familiares Stephano fuisse, *Platina* scribit.

In templo Dei sedit, ac pro Deo sese ostentavit, ad annos 6. & dies 11. *Luitprandus & Platina.* & ad patres suos descendit, anno Domini 899. *Sigebertus.*

FORMOSUS.

Portuensis episcopus, à Nicolao Pontifice ad Bulgaros missus est: ut eorum ecclesias, à Græcis collectas, Romanis imbueret ritibus. *Liber Pontificalis, in vitâ Adriani II* Postea dissensit à Johanne IX. Pontifice, de Ludovico Balbo in Imperatorem eligendo: ac se cum Senatu conjunxit; qui Johannem in vincula conjecit. Liberato Pontifice, metuit tyrannidem: & episcopatu suo deserto, aufugit in Gallias. Revocatus Romam, ad dicendam causam, contumeliosè omni ecclesiasticâ dignitate privatur; & laicali vestitu ornatur. Hanc contumeliã molestè ferẽs, cùm ab urbe discederet, jurat, se nunquam postea, vel Romam, vel ad episcopatum, reversurum. Martinus verò Pontifex, qui & ipse inter adversarios Johannis fuerat, bono viro injuriam factam agnoscens, illum à jurisjurandi religione absolvit; & in patriam ac pristinam dignitatem restituit. Mortuo Stephano, pars de populo & clero Formosum eligit Pontificẽ, pars verò Sergium. sed ea, quæ Formosum elegerat, cũ Sergius ordinandus esset, irruit in Ecclesiã, & illo ab altari remoto, Formosum consecrat: anno Dom. 895 *juxta Marianũ Scotũ.*

Scripsit epistolam, in quâ privilegia ecclesiæ Hamburgensis, à Gregorio & Nicolao, & ab Imperatore Ludovico concessa, abolevit. Exstat exemplum *apud Crantzium in Metropoli.**

Deorum alienorum cultor fuit, & basilicam Petri levi picturâ exornavit. *Platina.* Et ecclesiam Emerani Ratisbonæ consecravit. *Acta Trevirensium.* Cũ à Romanis affligeretur; Arnulphũ, Carolomanni filiũ, attraxit cũ exercitu: qui, expugnatâ urbe, ejus adversarios capitali supplicio affecit; ac ab eodem Imperii coronam, gratitudinis ergò, accepit.

Luitprandus commendat eum à sanctitate. cui [illegible] faciat: nugatur, imagines sacras suis cadaver, in loculo positum, venerabiliter salutâsse, in q[illegible] Petri. *Simonetta* corporis ejus proceritatem, & formam [illegible] commendat. Quinque annos, & tres menses, in pontificatu sede Antichristi vicarium egit. Quæ verò circa ejus cadaver acciderint, in sequentium vitis commemorabuntur.

BONIFA[CI]US.

Natione Thuscus, successor ejus, tantum dies 26. in pontificatu vixit: veneno fortassis sublatus, ab hominibus factiosis. *Marianus, Platina, Simonetta.*

STEPHANUS VI.

Patriâ Romanus, Anagninus episcopus a Formoso ordinatus, Romam transfertur ad pontificatum, anno Domini 900 *juxta Marianum*: alii verò 896. numerant.

Præter alia opera, quæ more suorum antecessorum, prout decebat vicarium Antichristi fecit; insigne facinus diabolicæ immanitatis perpetravit: quod successores ipsius imitati sunt. Nam collectâ Synodo, omnia decreta Formosi fecit irrita: & ordinatos ab eo, denuò per vim Romæ ordinavit; sed non extra Romam: & cadaver ejus, sepulcro extractum pontificali habitu spoliavit, & seculari veste indutum, sepulturæ Laicorum mandavit: duosque ejus digitos, quibus in consecratione sacerdotes utuntur, abscidit, & in Tiberim abjecit; eò quòd cõtra jus-jurandũ Romam & sacerdotium repetiisset, quo à Johanne IX. orbatus fuisset. *Leo Hostiensis in Chronico Casinensi.* * Primo anno pontificatûs sui, mense tertio, obiit. *Platina, Martinus. & Marianus Scotus* annum unum ei assignant. *Raynulphus* scribit, * eum, relicto papatu, monachum esse factum.

ROMANUS.

Romanus nomine, & patriâ (licèt aliqui Hispanũ fuisse putent) successit Stephano: & [illegible] in Formosi [illegible] obiis, antecessoris sui decreta & acta rescidit: & tertio mense, veneno fortè à factiosis propinato, obiit; anno Domini 898. *Balæus, & Platina.*

THEODORUS II.

Patriâ Romanus, ordinatos a Formoso, quos Stephanus deposuerat, recepit: & libros abrenunciationis reddidit, ignique cremari jussit. Quamobrem vigesimo die, à factiosis (ut credibile est) è medio tollitur: anno Domini 899. *juxta Balæum. Sigebertus.*

DE ROMANIS PRESBYTERIS.

ANASTASIUS.

Vir Latinè & Græcè eruditus, Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius, tẽpore Adriani II. à Ludovico Constantinopolim legatus missus est: & cùm Synodus illhic finita esset, acta, Græcè conscripta, Latinis episcopis jussus est prælegere, & indicare, an bonâ fide omnia essent facta, ut narrat *Continuator Damasi in vita Adriani III.*

Jussu Nicolai Pontificis, Vitam Johannis eleemosynarii transtulit, *lib.* 4. & Dionysii Hierarchiam. *lib.* 1. Et vitas Sanctorum, rogatu Caroli III. Scripsit alia plura: & claruit sub Ludovico II. & Carolo III. *Trithemius de Viris illustribus, Bergomensis,* * *Sabellicus, Nauclerus, & Sabellicus.* *

ARSENIUS.

Episcopus Ludovici Imperatoris, (ut *Aventinus* indicat) à Nicolao Pontifice in apocrisiarium, seu consiliarium, aut legatum, non sinè causâ, ut nimirum omnia arcana Imperatoris explicaret, electus, nomine Pontificis, cum Ludovico Francofordiæ fœdus renovat. *Aventinus.* * Et in Franciâ, autoritate pontificiâ, Synodum episcoporum cogens, Lotharium Regem alloquitur, ut unum è duobus eligat, aut propriæ uxori Thietbergæ reconcilietur, abdicato Waldradæ pellicis consortio: aut sciat, se una cum omnibus, qui in eâ re ipsi assensum præbeant, protinus anathematis fulmine percutiendum. Idem Waldradam Romam se jubet ut pro se rationem Põtifici reddat. Engiltrudam, uxorem Botonis, quæ neglecto marito, cum Wagnero in Gallias aufugerat, excommunicat: & adversùs eandem, cùm Wormaciæ ei obviam venisset, & jurejurãdo se-se adstrinxisset, quòd vellet unà cum ipso (ut nimirum Apostolicis illa haberet socium itineris) Romam ire; & tamen ab eo in Franciam po[illegible] ul[illegible] semper literas ad omnes episcopos Galliæ, Germaniæ & Neustriæ, anathematis denunciationem gravissimè repetit. *Regino.* * Anno Domini 866. *Liber Pontificalis, in Nicolao.*

IDIOTA.

Idiotam in hanc classem rejecimus: non quòd certò sciamus, eum fuisse Romanum [pr]esbyterum: sed quòd videtur Italus fuisse, & quòd pontificios errores, de Mariæ intercessione & adoratione, strenuè, more tamen Neminalistarum, hoc est occulto nomine, velut pestis in tenebris grassans, promovit. Fuit quidam Ido Paderburnensis clericus, qui de miraculis Liborii scripsit *teste Crantzio in Metropoli:* * sed [illegible] Claudio Taurinensi se-se [illegible] graviter [illegible] de Imag[inum] cultu [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] quia omnis: qui tamen [illegible] [illegible] nomen suum non ausus fuit exprimere.

[illegible] Contemplationes de Amore divino, de virgine Mariâ, de verâ P[atientia] [illegible] Con[flictu] carnis & animæ, de [illegible] pe[illegible], de [illegible] Stylus h[illegible], [illegible] ratione h[ujus] seculi, purus.

De pl[eris]que capitibus doctrinæ mediocriter scripsit. De Justificatione eleganter dicit: * *Salva me peccatorem, per gratiam tuam, quem damnare potes [per] justitiam.* Item *Multò* [illegible] *quàm* [illegible] Major est [iniqui]tas mea, [quàm] ut ven[iam mere]rear. *Absit enim, Domine, ut major sit iniquitas mea, [quàm] misericordia tua! [Nam] defectus à bono, quæ est iniquitas, summo bono comparari non potest: quæ est misericordia tua, Deus.*

Sed tamen habuit etiam suas stipulas. Nam fidem formatam charitate, & operantem per dilectionem, justificare asserit. *

De sanctâ Mariâ crassissimos errores habet, ut: quòd illius animæ nihil unquam adfuerit vitii, aut peccati, aut turpitudinis. *cap.* 2. Quòd de eâ scriptum sit in Genesi, Ipsa conteret caput tuum. *cap.* 4. Quòd ei datum sit nomen, post nomen Christi, ut ad ejus appellationem flectatur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum. *cap.* 5. Quòd nemo veniat ad Filium, nisi eum Maria suis subsidiis traxerit. *cap.* 1. Quòd advocata nostra sit apud Deum. *cap. eodem.* Quòd invocata ab hominibus, deferat preces ad Dei conspectum. *In prologo libri de Maria. Ipse cap.* 4. invocat eam; ut pro se intercedat apud Filium, quo mundetur ab omni peccato.

Vixit, ut quidam volunt, anno Domini 850.

DE ALIIS ITALIÆ
Episcopis.

PORTUENSES.

RADOALDUS.

Portuensis episcopus, una cum Zachariâ Anagnino, à Nicolao ablegatus Constantinopolim, ut causam Photii & Ignatii cognosceret, contra præcepti tenorem aliud egit: & cum Photio communicavit, Ignatiumque damnavit. & postea in Gallias missus, itidem contra mandatum Pontificis egit. Quare ambo in Synodo accusati, & excommunicati sunt. *Liber Pontificalis, in vita Nicolai.*

JOHANNES.

Sylvæ candidæ episcopus, cum Benedicto archidiacono Romano, a Paschale Pontifice Romano ad Ludovicum missus, rogavit ut illam suspicionem & malam famam, quâ contendisse sanecem Francorum qui Romæ interfecti erant, intimulabatur, demoneret: anno Domini 8[illegible]. *Annales Francorum, & Aimoinus.* *

PETRUS.

Centumcellensis episcopus, a Paschali Pontifice ad Ludovicum missus est, unà cum Leone nomenclatore, anno Domini [illegible]. *Annales Francorum.*

NOTTINGUS.

Filius Erlafridi, Comitis de Calve, vir eruditus, à Carolo Magno Vercellensis episcopus constitutus, [illegible]

idololatrá fuit: si vera sunt, quæ de eo scribit *Trithemius, in Chronico Hirsaugiensi.* Nam reliquias Aurelii Armenii, non modò Mediolano Vercellas transtulit; sed easdem, cacodæmonis hortatu, quem sub Aurelii prætextu adoravit, in Germaniam, delusis Vercellensibus, asportavit: & ut parés a: frater ejus Hirsaugiense cœnobium, in Aurelii honorem, exstruerent, effecit; circiter annum Domini 830. sub Ludovico: idque aureis & argenteis crucibus ac calicibus, libris sacris, variisque ornamentis, quę Vercellensibus abstulit, locupletavit. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

LUPUS.

Lupus Servatus presbyter, episcopus Thoenensis, seu Textinus, designatus est. Fuit homo literatus.

Scripsit de tribus quæstionibus; scilicet de Libero arbitrio, de Prædestinatione, & de Sanguine Christi lib. 1. & Epistolas plures ad diversos.

Interfuit Synodo Moguntinæ: & disputavit cum Godescalco, eumque graviter refutavit, cum Rabano. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Cum Drogone Metensi, & aliis episcopis, tempore Lotharii, Romæ, contra Sergii Pontificis ambitionem & seditionem pugnavit. *Liber Pontificalis.*

Rabano fuit familiaris: qui etiam ipsi octo libros in Epistolam ad Romanos dedicavit.

Obiit circiter annum Domini 851. succedente Hilario, Diacono Casinensi. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & Hostiensis in Chronico Casinensi.**

LEO.

Successor Hilarii, hostis fuit conjugii sacerdotū. Nam, cùm Capuani Laudenolphum, nobilem & conjugem, elegissent episcopum: Leo cum Berthario, Casinensi abbate, Romam adiit ad Pontificem: eique persuadere conatus est, ne illum consecraret episcopum. sed nihil efficit. *Chronicon Casinense.**

NORDBERTUS.

Rhegiensis episcopus, cum Richuino Comite Patavino, ad Leonem Imperatorem Constantinopolim missus, à Ludovico Pio, renovat cum eodem amicitiam & fœdus, anno Domini 814. *Annales Francorum.*

ATHANASIUS.

Neopolitanus episcopus, omnem potestatem de Cellâ in casâ Gentianâ, restituit Casinensi cœnobio. *Hostiensis.**

JOHANNES.

Ravennas archiepiscopus, scripsit epistolam ad Carolum Calvum, nomine cleri Ravennatis.

Opposuit se-se Nicolao Pontifici: nec voluit suis concedere, ut Romam visitarent, & ad Pontificē appellarent. Prædia quædam Pontifici ademit: & ambitionē ejus, quòd dominaretur Ecclesiis, redarguit. Vocatus Romam, venire detrectavit: & in suâ Ecclesiâ, quæ sibi videbantur, constituit; non exspectato assensu Pontificis. Id molestissimè Nicolaus tulit; ac collectâ Synodo, eum excōmunicavit. Verùm Johannes Papiam ad Ludovicum accessit; ac Pontificem accusavit: acceptisque ab eo sociis, quorum patrocinio tutus esset, Romam adiit; ac coràm suam causam egit. Sed Pontifex in suâ sententiâ perstitit; & fraude sibi Ravennates conciliavit; ac tandem ad eos excurrit, & Johannem fugavit. qui cùm Papiam ad Imperatorem venisset; & ab episcopo ejus loci excommunicatio esset repetita; Ludovicusque jussisset eum cum Pontifice in gratiam redire: fractus animo, Romam adiit, & in Synodo veniam petiit: quam, cùm se & suam Ecclesiam plenè Pontifici subjecisset, via impetravit. *Liber Pontificalis, & Platina.* Sed tamen postea, unà cum Gregorio fratre suo, & Haganone, & Gūthario ac Thetgando, se-se conjunxit; & Pontificis ambitionem, ut vicarii Antichristi, voce & scriptis insectatus est. *Ibidem.*

Deinde lis ei fuit cum Imperatore, de illâ quæstiōne: An liceat monachis, si adhibeantur ad episcopi functionem, abjicere pristinum habitum, & uti eo, quem alias solebant Episcopi usurpare? Ac sensit ille, vestitum omninò rem liberam esse; nec in eo religionem aut pietatem consistere.

A Imperator verò alteram sententiam propugnat: & Johannem accusat falsatorem testimonii, quod ex Celestino protulerat. Quibus autem rationibus usus sit Carolus, indicavimus in *Capite de Schismatibus.*

LUTHARDUS.

Ticinensis episcopus, mancipium Pontificis Nicolai fuit; & Johannem Ravennatem juvit opprimere. Cùm enim ille venisset ad Imperatorem, excommunicatus & fugatus à Pontifice: incitavit suos cives, ut planè à consortio
B ejus abstinerent; nec Johanni & sociis ejus quidquam venderent, sed in plateis incedentes dicteriis impeterent: ut narrat *Continuator Damasi in vitâ Nicolai.*

MEDIOLANENSES.

ANSHELMUS.

Anshelmus Mediolanensis, & Wolfoldus Cremonensis, & Theodulphus Aurelianensis, episcopi, cum Bernhardo Italiæ Rege, adversùs Ludovicum Pium conspirant; eumque Imperatorem designare conantur, anno Domini
C 817. *Annales Francorum.* Quamobrem in Synodo damnantur, & monasteriis mancipantur. *Aimonius.**

ANGILBERTUS.

Mediolanensis archiepiscopus, coluit & invocavit Ambrosium: ut patet ex epistolâ Theodonis, abbatis Fuldensis. Et sub Ludovico I. præsidet Synodo Ticinensi, cum Andreâ patriarchâ, & Josepho archicapellano: ut patet *ex Actis Tom. 2. Concil.* Et familiaris fuit Hattoni, abbati Fuldensi.

DADO.

D Successor ejus, homo fuit ejusdem farinæ & studii. Scripsit ad eum epistolam Theodo abbas Fuldensis: in quâ petit, ut pro se apud Ambrosium preces faciat, ac vicissim ei promittit preces suas apud Bonifacium.

REGINHARIUS.

Meginharii filius, (cujus avus Hartradus olim contra Carolū Magnum cōspiraverat) alicubi in Italiâ episcopus, cum Anshelmo & Wolfoldo, ac aliis, Bernhardi factioni favet: *apud Aventinum.** Rabanus ei concionē præscripsit, & Sermones homiliaticos, de Festivitatibus, & principali-
E bus Virtutibus ac Vitiis misit: ut patet *ex epistola ad eundem.*

CLAUDIUS.

Natione Hispanus, (ut *Jonas Aurelianensis* narrat in præfatione suâ) & discipulus Felicis, Presbyter in palatio Caroli Magni fuit, & à Ludovico Taurinensi episcopus designatus est.

Scripsit epistolam ad Theodomitum abbatem; cujus fragmenta *Jonas Aurelianensis*, in suis libris de Imaginum cultu, recitat. Idem Jonas* blaterat, Grammatices ignarum & contemtorem eum esse; sed tamen multæ lectionis
F Patrum & Philosophorum.

Quantum ex epistolâ illâ colligi potest; doctrinam puram & sinceram professus est, de Deo, de Creatione, deq; verâ Invocatione Dei, de Pœnitentiâ, de Fide, (quòd ea debeat in promissiones Dei respicere) de Justificatione, (quòd, nisi quis eandem fidem, justitiam & veritatē teneat, quam alii Sancti, qui Deo placuerunt, salvus esse non possit) de Ecclesiâ, ejusque potestate. Et corruptelas Pontificias, non modò abhorruit, sed etiam refutavit.

Veritatem cœlestem sedulò docuit & propagavit: ac er-
G rores, corruptelas, & superstitiones, de adoratione Imaginum, intercessione & reliquiis Sanctorum, de Peregrinatione versùs Romam ob pœnitentiam, de Primatu Pontificis Romani, indicavit & confutavit.

Imagines & Cruces removit ex Ecclesiâ, propter adorationis abusum: *ut patet ex epistolâ ejus, & narrat Jonas Aurelianensis.**

Paschalis Pontifex, & Theodomirus abbas, ac alii Pontificii in Galliis & Germaniâ, eum novæ hæreseos insimularent, propterea quòd corruptelas illorum refutaverat: ut
H patet. Fuit autem pugna de his capitibus.

Pontificii asserebant Imaginum adorationem: eamque volebant fucare, quòd tantùm esset recordatio Christi & Sanctorū; ac quòd talis cultus non esset prohibitus in verbo Dei. Sed Claudius *primò* dictum Moysis urget: * non

faciendam

faciendam esse similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt, aut quæ in terrâ. Idque non tantùm de idolis Gentilium; sed omnibus creaturis, dictum, contendit.

Deinde, cùm Sancti viventes non passi sint se adorari; colligit, nullo modo eos velle, ut post mortem imagines eorum adorentur.

Tertiò, cùm imagines Deus non sint; colligit eas esse creaturas: ac postea ostendit, prohibitum esse, creaturas potiùs, quàm Deum, colere. *Rom. 1.* * (* vers. 25.)

Quartò, ex eo, quòd Deus hominem erectum condidit, infert: debere eum vultus & manus ad Deum attollere; & non coram imaginibus prosterni.

Quintò, ex resurrectione Christi demonstrat, non esse de Christo, ut de mortuo; sed ut de vivente Domino, cogitandum.

Sextò, per absurdum colligit: quòd si ideò adoranda sit crux, quia Christus in eâ pependerit; etiam sequi aliarum rerum adorationem: ut virginum & puellarum; quia virgo Christum peperit; & præsepis, pannorumque, quia in iis jacuerit; & navium, quia in iis navigârit; & agnorum, quia dicatur agnus; & petrarum & leonum, quia petra & leo appelletur.

¶ Deinde, Pontificii asserebant, quòd pœnitentiam agere, esset Romam peregrinari; propterea quòd Petro sint claves datæ regni cœlorum. Claudius verò negat, pœnitentiam esse peregrinationem: ac indè probat, quòd ipsi Pontificii non omnes pœnitentes Romam mittant. Deinde, dictum Christi ostendit ab imperitis hominibus non rectè intelligi, de Petro mortuo, & per vicarios Romæ præsidente; sed de omnibus sacerdotibus.

¶ Tertiò, Pontificii Sanctorum intercessionem commendabant. At Claudius opponit dictum Ezechielis: * *Si fuerint in medio ejus Noe & Daniel & Job. &c. non liberabunt filium.* Ac indè concludit, neminem debere de merito & intercessione Sanctorum confidere. (* c.14. v. 14)

¶ Quartò, Pontificii Romanum Sacerdotem apostolicum, hoc est, pro eo qui errare non possit, haberi volebant. Sed Claudius inquit: *Non ille dicendus est Apostolicus, qui in cathedrâ sedet Apostoli, sed qui Apostolicum implet officium.*

Quædam excepta ex libro ejus contra Theodomirum abbatem, Ludovicus ad Jonam misit: ac ei præcepit, ut suâ sententiam de iis exponeret. Sed ille metuit, ne posset veritatem expugnare: ideoque cunctanter rem peragit. Interea Ludovicus & Claudius moriuntur. Quare ille postea animo confidentiori in lucem prodit; & ad Carolum II. tres libros contra mortuum scribit: in quibus flagitiosè Claudium traducit de Arianâ hæresi, quæ ei nunquam in mentem venisse videtur, & de Eustasii & Vigilantii, &c.

Claruit circiter annum Domini 820. tempore Ludovici Pii, & Paschalis Pontificis Romani. *Balæus.* * (* Cent. 14. c. 31.)

BELLATOR.

Presbyter alicujus Ecclesiæ, cujus nomen non reperitur annotatum, inter multa alia scripsit Libros 7. in Sapientiam Salomonis. Claruit sub Ludovico Imp. anno Domini 840. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

FORTUNATUS.

Gradensis Patriarcha, in bello Pannonico, quod Dux Ludovicus gerebat, contra Præfectos Ludovici Pii Imperatoris, sensit cum hoste; eumque, quantum potuit, consilio & subsidio juvit. Id cùm presbyter ejus, nomine Tiberius, animadvertisset; accusavit eum ad Imperatorem: à quo evocatus est ad Palatium Aquense; ut pro se causam diceret. Ille, sibi malè conscius, simulat quidem profectionem in Germaniam: sed cùm Gradum venisset, clàm nave aufugit in Dalmatiam; & à Johanne, Præfecto Jaderensi, Constantinopolim transmittitur: anno Domini 821. Post annos 3. cùm Michaël Imperator Legatos ad Ludovicum & munera, pro confirmandâ pace, misisset; cùm iis in Germaniam etiam Fortunatus venit: qui interrogatus de causis fugæ, responsum quidem non planè alienum à vero dedit. Sed Imperator eum ad Pontificem Romanum ire jussit; ut ab eo carnifice, & proditionum artifice, accuratiùs examinaretur. *Annales Francorum. & Annonius.* * Pontifex eum remisit in Franciam; & ut Polanæ ecclesiæ præficeretur, assensit: veruntamen Imperatorem monuit; ut eum cogat suum officium facere. nam eum parùm commendari ab aliis, præter eos, quos muneribus corrupisset: ut patet ex *Epistola Pontificis.* (* l. 4. c. 108 & 111.)

HILDEGARIUS.

Tridentinus episcopus 43. aram circa annum Domini 803. renovavit. *Valerius Philausius, Dialogo 3. de Tridentino Concilio.*

5. DOCTORES GALLICANI.

HAMULUS LUGDUNENSIS.

Vir Latinè & Hebraicè doctus, scripsit contra Judæos librum 1. ad Carolum Magnum. Claruit sub Ludovico filio ejus, anno Domini 830. *Spanheimensis de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

ARELATENSES.

JOHANNES.

Arelatensis archiepiscopus, cum Nedibrio Narbonensi, à Carolo Magno ad Synodum Arelatensem missus est: *ut patet ex Tomo 2. Concil.*

ROTLANDUS.

Arelatensis archiepiscopus, Cæsarii abbatiam à Ludovico Imper. non vacuâ manu adeptus, in Camariâ insulâ castellum extruxit: ad quod confugit, audito Saracenorum adventu. Verùm illi eum insecuti, trecentis interfectis de satellitio ejus, capiunt, & abducunt. Cùm autem pro eo redimendo 150. libræ argenti, & quædam alia hosti essent data: è vivis excessit; & mortuus ad suos rediit. *Annonius.* * (* lib. 5. c. 21)

FRECULPHUS.

Monachus Fuldensis, sectator Benedicti, olim discipulus Albini, episcopus Lexoviensis, in diœcesi Rotomagensi, factus est. Scripsit Historiam rerum gestarum ab initio Mundi, usque ad nativitatem Christi, *lib. 7.* ad Helisacharum. Et Quæstiones difficiliores Scripturarum explicavit, genere sermonis satis luculento. Donis ad functionem ecclesiasticam satis instructus fuit; & docendo, & concionando, ac piè-vivendo, suis auditoribus profuit: circiter annum Domini 840. sub Ludovico. *Trithemius.* Rabano familiaris fuit: ut patet ex libris ipsi dedicatis.

SENONENSES.

ANSEGISUS.

Abbas Lobiensis, sub larvâ Benedicti, circiter anno Domini 827. Postea Senovensis archiepiscopus designatus; fuit vir in sacris & profanis studiis exercitatus: disciplinæ ecclesiasticæ custos acer & diligens.

Scripsit *Statuta Ecclesiastica Caroli*, lib. 2.

Et *Leges mundanas ejusdem*, lib. 2.

Itèm *Statuta Ecclesiastica Ludovici*, lib. 2.

Et *Leges mundanas ejusdem*, lib. 2. & alia quædam.

Deos alienos veneratus est. Nam caput Gregorii Magni, & brachium Leonis Papæ, à Johanne IX. Pontifice accepit; & in ecclesiam Petri apud Senonas, cum magnâ superstitione recondidit: ut narrat *Erfordiensis sub Ludovico II.*

Mancipium Antichristi fuit: ac consensit, ut à Pontifice & Carolo Calvo, primas, seu pontificius vicarius super Gallicanas ecclesias, refragantibus aliis episcopis, constitueretur *Annonius.* * (* lib. 5. c. 33)

Claruit sub Lothario, circiter anno Domini 840. *Trithemius. Raynulphus* * eum refert ad tempora Johannis IX. Pontificis, qui circa annum Domini 873. sedit. cum quo *Erfordiensis* consonat. Unde colligitur, curriculum vitæ ejus fuisse satis prolixum. (* lib. 5 c. 3)

EBERHARDUS, ET WALTHARIUS.

Eberhardus Senonensis metropolitanus, moritur eo tempore, cùm esset urbs à Normannis obsessa, anno Domini 888. Waltharium, nepotem Walharii episcopi Aurelianensis, invitus successorem. *Regino.* * (* Lib. 2.)

REMENSES.

TURPINUS.

CAroli Magni amicus & secretarius, in sacris & profanis literis apprimè doctus, utroque genere styli exercitatus, Remorum episcopus designatus est.

Scripsit de Gestis Caroli Magni, lib. 2. & Epistolas ad diversos, lib. 1. *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Quantum ex fragmentis, quæ ex ejus libris *ab Erfordiensi & Vincentio* referuntur, conjicere possumus; pleraque stipulas hujus seculi in corde, quasi cristas in galeâ, gessit: quales sunt, de Salute per opera & traditiones humanas acquirendâ, de Sanctorum intercessione & adoratione, de Missificatione pro mortuis, de Reliquiis Sanctorum, & de Signis mendacibus.

Castra Caroli Magni secutus, contra Saracenos etiam manu suâ pugnavit.

Templum Galleciarum Jacobi, unà cum aliis novem episcopis, consecravit in Hispaniis: eamque Ecclesiam principem in omnes alias constituit. *Sabellicus.* * *Erfordiensis* *

* Enn. 8. lib 8.
* cap. 68.

Multis fabulis & nugis, Caroli Magni historiam defœdavit: qualis illa est, de expeditione ejus in terram Sanctã; quam plerique omnes scriptores mendacii coarguunt.

WULFARIUS.

Remensis archiepiscopus, jussu Caroli Magni Synodum Remis celebrat, anno Domini 813. Et ex decretis ejus colligi potest: ipsum, licèt non planè à stipulis istius seculi fuerit alienus; tamen de studio sacrarum literarum bene sensisse, nec corruptos mores monachorum & clericorum probâsse.

HINCMARUS.

Natus sub Carolo Magno, monachus Parisiensis ad S. Dionysium, eruditione, sapientiâ & facundiâ clarus, Philosophus, Poëta, & Theologus, Remensis archiepiscopus constitutus est; circiter annum Domini 854. sub Lotharii imperio. *Sigebertus.*

Scripsit ad Ecclesiam Ravennatẽ, nomine Caroli Calvi, *lib. 1.* Et Vitam Remigii. *lib 2.* Ad Walonem episcopum Metensem, *lib 1.* Epistolarum *lib 1.* Scripsit etiam Versus ad Hincmarum Laudunensem: item contra eundem *lib 1* *Trithemius.* Et libellum contra Liberum arbitrium; quem manuscriptum vidimus.

In suis scriptis citat, tum Ciceronem, Catonem, & alios Ethnicos scriptores; tum Pontificum decreta: ut Anacleti, Celestini Syricii, Gelasii, Gregorii, Hilarii, Bonifacii, Innocentii, Zepherini, Stephani, Vigilii. In libro adversus Laudunensem, tum Patres, Cyprianum, Hieronymum, Basilium, Cyrillum, Augustinum, Prosperum, Bedam, Isidorum; tum Historicos, ut Eusebium, Ruffinum, Liberatum, & similes; tum Acta Conciliorum, Nicęni, Africanorum, Arelatensium, & aliorum propemodum omnium.

Quid de singulis capitibus doctrinæ senserit; non est difficile ex Capite IV. suprà animadvertere. Non planè fuit ab omnibus stipulis hujus seculi mũdus; præsertim de Traditionibus humanis: quas, delusus autoritate Pontificis, Dei præceptis æquiparavit: *Non minùs in sanctarum traditionum sanctiones delinquitur, quàm in ipsius Domini injuriam prosilitur.* De Sanctis mortuis, nam Laudunensem obtestatur, per Mariæ virginis gloriam, & Remigii merita, ne faciat contra leges catholicas.

Non tantùm suæ, sed omnium ecclesiarum totius provinciæ, inspectorem egit: ut patet *ex epistolis ejus.* & Episcopos de suis officiis di[illegible] commonefecit, eorumque vitia reprehendit: ut Simoniam, avaritiam & tyrannidem. *in epistola ad Tornacenses.*

Ordinavit episcopos. nam Hincmarum, nepotem suum, Laudunensem consecrasse episcopum, & plures alios: ut ipse fatetur *in libro adversus Laudunensem, cap. 40.*

Inauguravit Reges: ut Carolum, & postea Ludovicum Balbum. *Annonius,* * & *Aventinus.* † Arbiter à Ludovico constitutus est, in inter se, & Carolum fratrem suum, unà cum aliis litem dirimeret. *Aventinus.* *

* lib 5 c. 28 & 36.
† lib 4
* ibid.

Fuit ei magna, diuturna & multiplex contentio, cum Hincmaro nepote suo, Laudunensi episcopo, de jure & privilegiis suæ diœceseos. Laudunensis enim sub ipso esse recusabat; & appellabat ad Romanum Pontificem: quam appellationem cùm non esset legitimè facta, noluit ei concedere; circiter annum Domini 870.

Deinde Rothardum, Suessionicæ urbis episcopum, damnavit; & depositum ab officio, in carcerem conclusit: quem Nicolaus Pontifex Romæ absolvit. *Liber Pontificalis, in vitâ ejus.*

Adrianus II Leò quòd Laudunensem vetuisset ad Romanam sedem appellare, & quòd non statim, ad suum præceptum, Nortmannum & Carolum Regem excommunicâsset, gravi & iracundâ epistolâ eum objurgat. Verùm ille respondet ei satis liberè: se non potuisse Nortmanni excommunicationem probare, quia fuerit injusta: & multò minùs posse Carolum Regem excommunicare; cùm se-se obtulerat ad rei legitimã cognitionem. Hincmarum se prohibuisse Romam proficisci, negat: ac monet Pontificem, ne tam temerè excommunicationes præcipitet; aut quibusvis mentientibus credat: sed patiatur causas diligentiùs in suis provinciis cognosci, & juxta Canones dijudicari, ut prolixiùs *in Capite de Schismatibus & Politiâ* diximus.

Obiit anno Domini 885. *Sigebertus.* Vitæ satis prolixo spatio usus est, indè à Carolo Magno, propemodum usque ad Arnulphum Imperatorem: in episcopatu annos triginta & unum exegit.

FULCO.

Sub Ludovico Pio abbas fuit, & cum Adrowaldâ Romam ab Imperatore est ablegatus. *Aventinus.* * & postea Remorũ archiepiscopus. Carolum Crassum inunxit Regem. *Aventinus ibidem.* A Winemaro, satellite Balduini Flandrentium Comitis, interficitur: eò quòd Vedasti Attrebatis abbatiam à Carolo accepisset; quam ipse aliquot annos possederat: anno Domini 990. *Sigebertus.*

* lib. 4.

AURELIANENSES.

THEODULPHUS.

Ex abbate Floriacensi, episcopus Aurelianensis factus est; eruditione & hypocrisi clarus; in utroque genere styli exercitatus. In dissidio intestino, inter Ludovicum Pium & filios ejus, secutus est partes filiorum; eosque contra Parentem incitavit: & depositionem Imperatoris sedulò promovit. Quamobrem Ludovicus, recuperatâ dignitate, eũ in carcerem Andegaviæ conjecit. In eo hymnum, *Gloria, laus, &c.* in die Palmarum composuit; & Imperatore prætereunte cecinit: atque ità gratiam ejus, liberationem, ac dignitatem episcopalẽ, consecutus est; anno Domini 843. *Sigebertus.* Scripsit Hymnorum lib. 1. *Spanheimensis. Annonius.* * *Raynulphus,* † *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, Crantzius in Metropoli.* *

* lib. 5. c. 10
† lib. 5. c. 30
* lib. 1. c. 27

JONAS.

Latinè & Græcè eruditus, ac in Patrum scriptis probè versatus, Aurelianensem episcopum, sub Ludovico Pio & Carolo II. agit.

Scripsit de Cultu imaginũ libros 3. contra excerpta, quæ ex Claudii Taurinensis epistolâ, ad Theodomirum abbatem, ipsi erãt a Ludovico Pio proposita. In iis passim Hieronymum, Origenem, Augustinum, Nazianzenum, Sedulium, Paulinum, Fulgentium, Bedam, & alios, citat.

De Peccato rectè sentit: omnes esse peccatores, & sępiùs delinquere, & ea, quæ prohibita sunt, facere. *lib. 2.*

De Servo arbitrio eleganter inquit: * *Quia enim a nobis nihil bonæ voluntatis nobis inesse, nihilq́ue virtutis nos habere posse, scimus (quia non est volentis, neq́ue currentis, sed miserentis est Dei) ad eum, à quo potiùs, cui unitis inniti, adhærere bonum est, à quo etiam & velle nobis inest, & posse existit: ab eo (inquam) his tantis roboris vires administrari non diffidimus, quibus exhilaratis & confortati post Dominum venire, nosmet-ipsos abnegare, crucemq́ue ejus tollere, eum sequi valeamus, quatenus illo digni esse mereamur.*

* lib 2.

Rectè dicit * sententiam illam, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, penè ab omnibus intelligi de fide & confessione, quæ præcesserat, *Tu es Christus, Filius Dei vivi.*

* lib 3.

De Pœnitentiâ perperam docet: * *Peccata, quæ post Baptismum committuntur, pœnitentia lacrymis, & eleemosynarum largitionibus, diluuntur.* [*lib. 1 sub finem.]

*Jejunia, & corporis extenuat abstinentiam gloriam præparare futuram æternámque satiet.nem.al erit.** [*lib. 3.]

Superstitiosam & perniciosam Imaginum adorationem non probat: sed fingit, eam, quâ tum profitebâtur & exercebant Pontificii, nô esse superstitiosam: &, ut maximè sit; tamen illos adoratores Imaginum, nullo pacto ab unitate fidei catholicæ defecisse, & ad idola se convertisse, credendum esse. ac illos, qui Imaginibus supplicant, negat idololatras appellandos esse; eò quòd fidem Trinitatis veraciter credant: concedit tamen, eos superstitiosè agere. *Lib. 1.*

Traditiones ecclesiasticas non vult cum scandalo reprehendi, aut aboleri, propter abusum; sed doctrina & institutione corrigi. *Ibidem.*

Negat, majores mortuos, etiamsi idola coluerint, esse arguendos & diffamandos.

De Sanctorum intercessione, & spe salutis per suffragia eorum, sic inquit: * *Salutem animæ nostræ à solo Deo dari, fideliter credimus: sed quia, cum meritis nostris præpedientibus, eam ab eo nancisci non meremur, si suffragiis cœlestium sive spiritualium creaturarum illius nos compotes fore, veraciter confidimus: nequaquam creaturæ, sed potiùs creatori servire, comprobamur. At si per Sanctorum suffragia salus animarum non adquiritur ut quid eorum intercessio, in Missarum celebrationibus, & cæteris supplicationibus, apud divinam majestatem flagitatur? Salus igitur animæ, scimus, quæ non nisi a Deo datur: sed fideliter credimus, quòd per eorum interventum nobis immeritis ab eo largiatur: & pro eo, quòd id credimus & speramus non creaturæ; sed creatori nostro servimus.* Et: * *Sanctam Dei-genitricem congruo honore veneramur, ejusque intercessionem apud divinam majestatem humiliter flagitamus.* Ita asserit, * *Sanctos mortuos meliùs posse intercedere pro nobis, quam viventes.* [*lib. 2.] [*lib. 3.]

Crucem Christi, ob recordationem redemtionis; sed non eo cultu & adoratione quæ divinitati debita est, colendam & adorandam esse concedit: *ac eo signo nobis omnia sanctificari.* Et in eam sententiam multa ex Patribus allegat. *Lib. 1.*

Reliquias Sanctorum honorandas esse, probat his rationibus.

I. Quia Ecclesia damnavit Vigilantium & Eustasium; qui eas asseruerunt non esse honorandas.

II. Quia Hieronymus dicit, ad sepulcra Sanctorum rugire dæmones.

III. Quia Gregorius Nazianzenus asserit, Sanctorum reliquias divinâ virtute, & gratiâ Spiritus Sancti auctas esse, & divini numinis claritate radiare.

IV. Quia multa miracula ab iis facta sunt.

V. Quia, juxta dictum Augustini, honor reliquiarũ Sanctorum redundat in Dominum, qui dixit: *Qui vos suscipit, me suscipit.* Et gravem dicã ei scribit, quòd reliquias pecorum, lapidum & lignorum similitudinem habere, dixit: & tamen ipse negat, eas adorandas esse. Sic enim inquit: *Corpora Sanctorum, &c. non adoranda adoratione divinitati debitâ, sed profunt amore amplectenda & honoranda, utpote Spiritus sancti templa sacrata.*

Peregrinationem ad limina Apostolorum, ad quærendum intercessiones eorũ, non ex verbo Dei probat, sed authoritate humanâ. & quòd Gregorius Papa scribat, quendam divinitùs admonitum esse, ne cessaret quotannis visitare limina Apostolorum: eò quòd mercedem meritorum suorum esset recepturus. Malè detorquet exempla Abrahæ, Populi Judaici, Davidis, Salomonis, & Heliæ. Garrit etiã, Apostolos propter templum sæpè Hierosolymam venisse: & tamen postea fatetur ipse, non esse summam perfectionis in eâ re sitam. *Lib. 4.*

Ignem purgatorium non obscurè fingit, quo levia peccata necesse sit deleri: ac dicit, Sanctorum intercessione, homines citiùs ab illo sublevari. *Lib. 4.*

Contra Claudium mortuũ, post multos annos scripsit: & in eo reprehendit, quòd superstitiosæ & perniciosæ imaginum adorationi, quâ plebs Taurinẽsis laborabat, non eo, quod debebat, modo restiterit, nimirum institutione, & veritatis demonstratione: sed scandalosa abolitione, & eradicatione imaginum, picturarum, & crucium. Sed non est credibile, Claudium non priùs verbis refutasse imaginum & statuarum adorationem; quàm eas ex templo ejecerit. Claudii epistolam ad Theodomirum, ut impudens calumniator Grammatic. in plerisque carpit: sed cùm ad rem debet respondere & contrariam sententiam defendere; nõ est domi quod vulgò dicitur. Nam non audet Imaginum adorationem apertè defendere, sed expressè inquit: * *Creaturam adorari, eique aliquid divinæ servitutis impendi, pronesas ducimus, hujusque sceleris patratorem detestandum, & anathematizandum, libera voce proclamamus.* Et Galliam dicit imagines quidem habere, sed eas non adorari. [*lib. 1.]

Magnum crimen ei impingit ex eo, quòd verba Cypriani adscripsit Claudius: & Dei præceptum, de furto, in eo violatum esse, ineptè somniat: & omninò postulat, ut in eũ sese errasse fateatur. Similis sycophantia est; quòd Claudius crucem asino comparaverit: cùm tamen ille tantùm dixisset, *Si omne lignum, schemate crucis factum, volunt adorare &c. adorentur etiam asini, quia asello insidens Hierosolymam usque pervenit. Lib. 1. & 2.*

Claudium subindè Grammatices imperitum esse, asserit: & tamen ipse sæpiùs Prisciani & Grammaticorum regulas violat. Nam inquit: * *Invenitis in eorum contumeliam debacchâsse, &c.* [*lib. 3.]

ARNULPHUS TULLENSIS.

In pago Aurelianensi, ex Patre Arnoldo, & matre Faminolâ natus, vicesimus-septimus episcopus Tullensis constitutus est. Fuit vir doctus & constans, gravis in dicendâ veritate, arguendisque sceleribus hominum. Nam, cùm Lotharius junior, repudiatâ uxore suâ Thietbergâ, Waldradam concubinam duxisset; & alii episcopi, partim timore, partim largitionibus corrupti, ad id scelus conniverent: ille, Dei timore & officii sui necessitudine excitatus, Regem adit, ac, ut par erat, de peccato suo commonefacit; & ad pœnitentiam eundem revocat. Quod eùm frustra esse vidit, sacris ei interdixit. Rex iratus, ipsum pro eâ fide, & curâ pastore dignâ, afflixit: & multa bona ab Ecclesiâ illâ, à majoribus donata, aliò transtulit; quæ vix post mortem ejus recuperata sunt. Præfuit annis 25. Successorem habuit Arnoldum: quem Lugdelinus, Drogo, & Gantzlinus, secuti sunt. *Acta Episcoporum Tullensium*

HALIDGARIUS.

Episcopus Cameracensis, vir doctus, in aulâ Ludovici Pii in precio fuit: & ab Imperatore, unà cum Ansfrido abbate Nonnatulæ, Constantinopolim ablegatus, à Michaële honorificè exceptus est: anno Domini 828. *Annales Francorum.*

HINCOMARUS LAUDUNENSIS.

In territorio Bavoniæ apud Atrebatentes natus, parentibus orbus, ab Hincmaro Remensi archiepiscopo enutritus, ac in literis profanis & sacris institutus, per gradus ad episcopatum Laudunensem, ab eodem, cum Regis Caroli assensu, adhibitus est. Fuit autem homo ab adolescentiâ elato animo, & jactabundus.

Scripsit aliquot Epistolas ad avunculum suum, in quibus etiam grammatica vitia committit: ut patet *ex Hincmari rescriptis.*

Ex Canonibus libellum consarcinavit, de appellationibus ad Romanam sedẽ: cui versus præmisit, qui nec ad Grammatices, nec ad Prosodiæ præcepta planè congruunt: ut avunculus ejus in responsione indicat.

Plenus fuit variis opinionibus. Nam cum Juliano, Pelagio, & Novato [illegible] Codet [illegible] aliis clericis, eum confert. *Hincmarus in epistolis* De Romani Pontificis principatu [illegible] sensit.

Suum munus malè administravit. Nam, cùm metueret, ne à Synodo provinciali & Carolo Rege prohiberetur appellare, & proficisci Romam: omnibus suis sacerdotibus, in Laudunensi diœcesi, sub pœnâ excommunicationis interdixit, ne quod omnium sacerdotis peragerent, sive docendo, sive baptizando, sive absolutionem & cœnam administrando, sive mortuos sepeliendo: antequam eũ de suam sententiam cognovissent, aut à Pontifice Romano aliquid rescriptum esset.

Abusus est etiam elava ligante, adversus Nortmannum quendam, prorsus immunem ab eo scelere, propter quod ipsum excommunicaverat.

Suo metropolitano, Hincmaro Remensi, debitam obedienciam & reverentiam præstare detrectavit: & Laudunẽsem ecclesiã, ab ejus jurisdictione abalienare, conatus est.

Mancipium Pontificum Romanorum egit; & ad eosdem appellavit; mendaciisque causam suam palliavit: ut patet *ex Hincmari epistolâ ad Adrianum.*

A' Synodo provinciali damnatus, in causâ planâ & perspicuâ, ad Pontificem appellavit. Sed cùm Synodus indicâsset, esse illegitimam provocationẽ; ac ille nihilominùs ab eâ non desisteret: Carolus Rex illum in vincula conjecit. Ille verò irâ commotus, suis sacerdotibus, omnibus officiis ecclesiasticis interdixit. Ecclasia & Sacerdotes Laudunenses, rem ad Hincmarum Remensem deferunt. Is, autoritate metropoleos, ad illum scribit; ac multis rationibus demonstrat, nõ rectè ab eo, ob causam privatam, ecclesiam ministerio à Christo instituto orbari: ac petit, ut ipse edictum suum aboleat. Quod cùm renueret: potestatem administrandi muneris Sacerdotibus Laudunensibus ipse, ut archiepiscopus, restituit. Laudunensis, ex carcere dimissus, scripto defendit suum factum; & de appellationis libertate, & jure suæ ecclesiæ, disceptat libro eâ de re scripto: quẽ Remensis prolixè refutat; & in Synodo ad villam Attiniacum ipsi & Patribus offert. Habitâ deliberatione, Synodus Laudunensi persuadet, ut suum delictum agnoscat; & suo chirographo testetur, se in-posterum Regi Carolo, & suo archiepiscopo, obedientiam debitam præstiturum: anno Domini 870.

Non ità multò pòst, ecclesia ejus contra ipsum litem movet, de malè administratis bonis. Ille rem ad Archiepiscopum refert, & petit sibi judices constitui. Quod cùm esset factum, mutat animum: & petit à Remensi, per literas & presbyterum; ut sibi impetret à Rege licentiam eundi Romam. Quod cùm non concederet Rex; ad Adrianum illum accusat: ut patet ex narratione, Hincmari scriptis inserta.

HADEBERTUS.

Sylvanectensis episcopus, successor Erpoini, familiaris fuit Hincmaro remensi; qui ad eum epistolam scripsit: in quâ ei, cum consensu Ludovici Imperatoris, munus visitatoris delegat: ut in ecclesiâ Beluacensi curet, legitimâ electione, episcopum à clero & populo designari.

ADALBERTUS.

Morinensis episcopus, ab Hincmaro Remensi ordinatus, fidei suæ professionem scripsit; & archiepiscopo suo debitam obedientiam ac reverentiam promisit: ut patet *ex epist. Hincmari.*

BITURICENSES.

SEGOLENUS.

Trigesimus nonus episcopus Bituricensis, tempore Caroli Magni vixit: quando, ejus Imperatoris autoritate, ritus ecclesiæ Gallicanæ aboliti sunt; & Romanus Baalismus institutus est. Præfuit annis 5. *Acta Bituricensium.*

HUMBERTUS.

Segoleno successit, à Carolo Magno constitutus. *Acta Bituricensium.*

STEPHANUS.

Quadragesimus-tertius Bituricensium episcopus, sub Ludovico Pio ecclesiam illam rexit. Commendatur à pietate & liberalitate in pauperes. Præfuit annis 8. *Ibidem.*

EREMBERTUS.

Successit Stephano: & approbator fuit novi festi omniũ Sanctorum; quod edicto Ludovici, de consilio Gregorii IV. per totam Galliam celebrari Calend. Novembris, præceptum est. Præfuit annis 5. & 3. diebus. *Ibidem.*

FROTARIUS.

Primùm Burdegalensis, & postea Pictaviensis episcopus, Interfuit Synodo ad S. Dionysium: in quâ Pontificis Romani Legati Ansegisum, Senonensem episcopum, præsente Imperatore Carolo Calvo, primatem super ecclesias totius Galliæ, frustrà aliis episcopis reclamantibus, declarabant, eâ conditione: ut vicem Pontificii mancipii obiret; & omnes causas graviores ad Romanam sedem referret; & ejus decreta, ac sententiam indè acceptam, Gallicanis proponeret. Cùm autem in eâ Synodo alii episcopi, præsertim Remensis, qui erat Hincmarus, nollet à privilegiis suarum ecclesiarum temerè discedere: (intelligebant enim, quid Pontifex moliretur; ac noverant, appellationem illam ad Romanam sedem multa mala ecclesiæ gubernationi adferre) bonus ille vir Frotarius, aucupans favorem Imperatoris & Pontificis, molliter respondit; & odium atque invidiam aliis conflavit. Quamobrem paulò pòst, cùm iterũ Synodus eâ de re ageretur, ab Imperatore & Pontificiis legatis; petiit sibi Bituricensem ecclesiam concedi: cùm propter Paganos tutus esse non posset. Ac licèt Episcopi contradicerent: tamen Imperatoris gratiâ fretus, illam sedem occupavit. quam cùm 3. annis & 14. diebus obtinuisset; & mortuo Carolo Calvo, Johannes Pontifex in Gallias venisset, ad Ludovicum Balbum: celebratâ Synodo, Pontificis sententiâ jussus est alii cedere; eò quòd inconsultâ sede Pontificiâ eam occupâsset. *Antonius,* * *Gaguinus,* † *& Acta Bituricensium.*

* li. 5 c. 19 † lib. 5.

JESSE.

Ambianensis episcopus, in magnâ autoritate fuit in aulâ Caroli Magni, propter Græcæ linguæ peritiam. Usus est Carolus ejus operâ, in legatione ad Irenem Imperatricem, de pace componendâ. *Antonius.* * Leo Pontifex Carolo suasit, ne ei nimiùm fideret. Unde colligi potest, ipsum Pontificiis artibus non fuisse admodum addictum.

* li. 4 c. 89.

LEODIENSES.

VASCANDUS.

Vascandus, seu Wachandus, successit Gerbaldo, in episcopatu Leodiẽsi, anno Domini 809. & fuit cultor deorum alienorum. Nam Huberti reliquias, translationes, superstitiosè veneratus est. Ad doctrinam dæmoniorum, & cultum Baalticum propagandum, in Ardannâ cœnobium Andagium construxit. Quamobrem Dominus illum, quarto anno suæ ordinationis, ex viventium numero exstirpavit: ut annotatum est *in Vitis Tungrensium. Sigebertus.*

PICARDUS.

Secutus est Vascandum, & præfuit ecclesiæ, temporibus Pontificum, Eugenii, Valentini, & Gregorii IV. usque ad annum Domini 923. *Acta Tungrensium.*

HIRCARIUS.

Præfuit annis 25. sub Sergio II. & Leone IV. ac Benedicto III. Obiit sub Lothario Imperatore.

NOTGERUS.

Natione Germanus, in cœnobio S. Galli monachus, & postea abbas; tandem Leodiensis episcopus, in senectute, sub Lothario, factus est. Philosophus, Poëta, Astronomus, Musicus, & Theologus celebris fuit.

Scripsit volumen Consequentiarum, ad Luitardũ Vercellensem episcopum *lib. 1.* De præcipuis Sacrarum literarum expositionibus *lib. 1.* ad Salomonem Constantiensem episcopum. De Musicâ & Symphoniarum modis, *lib. 1.* Epistolarum ad diversos *lib. 1.* Sermones & Homilias varias. Exposuit etiam aliquot libros sacræ Scripturæ. Scripsit multos hymnos, cantus, antiphonas, & responsoria: quæ hodie adhuc in ecclesiis cantari solent.

Nicolaus Pontifex hujus Hymnos approbavit; & ad Missas decantari præcepit. unde constat, istum bonum virum, mancipium Antichristi, & Baalismi fuisse promotorem.

Mortuus est circiter annum Domini 850. *Spanheimensis, Trithemius de Viris illustribus, & in Chronico Hirsaugiensi; Jacobus Wimphelingius.*

FRANCO.

Fuit vir insigniter doctus, Philosophus, Rhetor, Poëta, Musicus, Mathematicus, Astronomus, & Theologus.

Scripsit Sermones multos, & utiles, *lib. 1.* Epistolarum ad diversos *lib. 1.* Cantus, antiphonas, & responsoria, composuit dulci & justâ melodiâ. *Trithemius de Viris illustribus Germaniæ.*

Attribuit etiam ei librũ de Quadraturâ circuli, ad Hermannum Coloniẽsem, & librum de Computo ecclesiastico. Sed

co. Sed postea eosdem libros Franconi Scholastico, qui sub Heinrico III. vixit, adscribit, *in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Scriptis ejus destituti, minùs certò de doctrinâ ipsius judicium facere possumus. Non fuit immunis à Pontificiis corruptelis. Nam Baalismo summum Deo cultum præstari, somniavit; & pro fratre suo defuncto, monachos Fuldenses preces facere jussit: ut patet ex *epistolâ abbatis Fuldensis ad eundem.*

In Scholâ publicâ discipulos instituit, per multos annos.

Interfuit Synodo Coloniensi: ut patet ex Actis) & Francofordiensi: in quâ, unà cum aliis episcopis, in gratiâ Hermanni Coloniensis archiepiscopi, testatus est, Bremenses episcopos omnes hactenus agnovisse principatum Coloniensis: ut indicat Formosus Pontifex, in literis ad Adalgarium. *Crantzius in Metropoli.**

Carolo Lotharii regnum occupanti assensit: & Hildovinum Agrippinensibus, & Adventinum Trevirensibus, consecravit episcopos. *Aventinus.**

Bona ecclesiæ suæ auxit, abbatiâ Lobiensi, & præpositurâ Fossensi Præfuit annis 47. Mortuus est anno Domini 884. Idib. Maii. *Vita Tungrensium.* Sed *Sigebertus* assignat annum Domini 903.

* ODIBALDUS.

Trajectensis episcopus, interest Synodo Coloniensi: ut patet ex Actis: circiter annum Domini 871. Obiit anno Domini 899. *Regino.**

REMIGIUS.

Monachus Antisiodorensis, sub larvâ Benedicti, episcopus tandem ejusdem ecclesiæ fertur esse factus. Excelluit eruditione, & hypocrisi: & valuit utroque genere styli.

Scripsit In Cantica Canticorum, *lib. 1.* In totum Psalterium, *lib. 1.* quem alios Remigio Remensi adscribere *Platina in vitâ Formosi* indicat. In Evangelium Matthæi, *lib. 1.* In Canonem missæ, *lib. 1.* De Officiis divinis, *lib. 1.* De Festivitatibus Sanctorum, *librum 1.* Ad episcopum Eduorum, *librum 1.* Sermones plures, *lib. 1.* In epistolas Pauli. *Trithemius, & Bergomensis.**

In suis scriptis passim citat Patrum sententias: unde apparet, eum volumina ipsorum sedulò perlustrâsse. Nam Aratoris meminit *in Præfatione:* Augustini, *in Psalmum 1.* Hieronymi, *in 4. Psal.* Gregorii, *in 4. Psalmum.* Boëthii, *in 9. Psalmum.* Cassiodori, *in 52 Psal.* Isidori, *in 54. Psal.* Ambrosii, *in 58. Psal.* Et ex apocryphis Andreæ Apostoli scriptis, quædam *in 21. Psal.* allegat.

Interdum à rebus Physicis declarationes adfert. Sic Aspidis naturam describit, *Psal. 57.* & Cervorum, Serpentes ex cavernis extrahentium & devorantium, ac postea ad fontes ob sitim festinantium; *Psal. 41.*

Interdum confert translationes inter se-se, & cum Hebraico textu: nonnunquam etiam allegorias tractat. Sæpè eundem versum pluribus modis exponit.

Rectè de Justificatione *in Psalmum 39.* dicit: *Jesum Christum in eo ostendere, neminem posse justificari, nisi per fidem; non ex operibus legis, non ex libero arbitrio.*

Sed tamen habuit suas quasdam stipulas & opiniones. Nam, Mariam adorare, existimat non esse peccatum. Et peccata lacrymis & eleemosynis deleri putat. *In Psalm. 37.* Adam in quatuor partibus Mundi confusionem dissemināsse, ex literis ejus vocis colligendum: *ἀνατολή, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία*, ea inesse putat.

Tempora Mundi in octo ætates distinguit. Prima ætas, quasi prima dies, ab Adam usque ad Noë. Secunda ætas, quasi una dies, à Noë usque ad Abraham. Tertia ætas, quasi tertia dies, ab Abrahâ usque ad David. Quarta ætas, quasi quarta dies, à David usque ad transmigrationem Babylonis. Quinta, à transmigratione Babylonis, usque ad prædicationem Johannis. Sexta, à prædicatione Johannis usque ad finem Mundi. Septima, erit dormientium. Octava, resurgentium. In sextâ verò ætate, fundata est terra: quia genus humanum, per prædicationem Johannis, & cæterorum, in fide est fundatum; quod diffluxit per inobedientiam primorum parentum. *In 92. Psalmum.*

In propagandâ doctrinâ cœlesti, operam sanè egregiam sibi sumsit; & hæreses refutavit. Sic Donatistas, *in Psalm. 2.* infestat; & Porphyrium, *in 39. Psal.* ac eos, qui asserebant fidem catholicam interituram, *in Psal. 70.* & Manichæos, *in 80. Psal.* Apollinarem, *in 85. Psal.* & Judæos, *in 72. Psal.*

Discipulos instituit. nam Odonis præceptor fuit. *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Claruit sub Carolo Calvo, anno Domini 880. *Trithemius.* Sed *Palmerius* eum sub Arnulphum refert, ad annum Domini 894. *Sigebertus* annum unum addit. Sub Formoso Pontifice. *Bergomensis.**

ALTERGERIUS.

Carnotensis episcopus, cum Anfredo abbate, ex conventu Angelonensi, à Ludovico & Lothario, ad Michaëlem Constantinopolitanum missi, orant, ut ipse suas vires cum illis adversus Saracenos conjungat. *Blondus.**

PARISIENSES.

HERCHINRADUS.

Episcopus Parisiensis, interfuit Synodo Aquisgranensi, sub Pipino Rege, Ludovici filio: & unà cum aliis decreta, contra Bonorum ecclesiasticorum raptores, condidit: & tres libros, pro ejus sententiæ defensione, à Synodo scriptos, unà cum Alrico Cenomanensi episcopo, exhibuit Pipino. *Acta Concilii tomo 2. Conciliorum.*

GOZZOLINUS.

Ex abbate Vincentii, Parisiensis episcopus, suam urbem contra Nortmannos strenuè defendit. Moritur circa annum Domini 887. succedente Halchirico. *Regino.**

METENSES.

DROGO.

Filius Caroli Magni ex pellice, frater Ludovici, à patre monasticæ vitæ destinatus, episcopus Metensis à clero, cum assensu Ludovici, designatus est anno Domini 823. *Sigebertus, & Ado Viennensis.* Ac fuit Ludovici, & postea Lotharii, archicapellanus.

Ordinavit Ansgarium, Hamburgensem archiepiscopum, in Synodo Wormaciensi. *Crantzius in Metropoli.**

In dissidio illo intestino & bello, quod erat inter Ludovicum & filios ejus, cum Imperatore sensit: ac, cùm captus esset à Lothario, & episcopi consensissent in ejus solennem & publicam exautorationem; ipse Ludovicum Bojariæ Regem, & alios, instigavit, ad liberandum Imperatorem.

Probavit etiam proscriptionem Ebbonis, & aliorum episcoporum, qui contra Imperatorem conspiraverant.

Adfuit Ludovico morienti, unà cum Hettone Trevirensi, & Otgerione Moguntino, archiepiscopis: eumque hortatus est, ut hostibus suis ignosceret, quod & fecit. *Aventinus.**

Coluit deos alienos. Reliquias Cœlestis & Autoris, solenni pompâ, in cœnobium Mauri transtulit. *Bruschius in Chronologiâ.*

Romanis Pontificibus non satis æquus fuit, propter eorum insignem ambitionem. Cùm Gregorius IV. in Germaniam excucurrisset, ad augendum dissidium inter Ludovicum & filios ejus; & rumor esset, quòd venisset excommunicaturus Imperatorem, Drogo ait: *Si Romanus sacerdos nobis malè precaturus advenit; ipse quoque malè audiet, & dignè devotus abibit. Aventinus.**

Postea, tempore Lotharii, cùm Sergius Pontifex, Os porci antea dictus, inconsulto Imperatore electus & consecratus esset; & res ad defectionem spectare videretur: Lotharius Drogonem, & alios episcopos, ac filium suum cum exercitu, Romam misit: ut pontificem arguerent de suâ perfidia, & ipsum, ac Senatum Populumque Romanum, jurejurando fidem dare cogerent. In eo negotio se-se acrem Drogo exhibuit disputatorem, contra principatum Romani Pontificis: ac conflictus ille aliquot dies duravit. *Liber pontificalis, Continuator Damasi in vitâ Sergii, & Catalogus testium veritatis.* Facta hæc sunt circiter annum Domini 844.

Familiaris fuit Hettoni Trevirensi, & Otgero Moguntino, Willerico Bremensi, & Hiligando Verdensi: *Crantzius in Metropoli.** Gregorio Ravennati, Angelberto Mediolanensi, Josepho Eporediensi, Agino Vergonensi, Donato Fesolanæ, & aliis episcopis: cum quibus Romæ contra Eugenium disputavit; quòd Roma, Pontifex

& Sena-

& Senatus, [illegible] & potestate Imperatoris Lotharii. *Liber Pontif. alii.* A

RUTBERTUS.

Discipulus Rabani, & presbyter in Fuldensi cœnobio, postea Metensis episcopus, decreta Synodi Triburiensis probat, & subscriptione corroborat, sub Arnulpho. *Tomo 2. Conciliorum, Rabanus in epistola ad Eberhardum Comitem*

TREVIRENSES.

AMALARIUS.

B Amalarius Fortunatus, natione Germanus monachus Luxoviensis, vir Græcè & Latinè eloquentissimus, Trevirensis archiepiscopus fuit.

Scripsit de Ecclesiasticis officiis, *librum* 1. Et de eâdem re ad Lu[illegible]icum, *lib. 4.* De M[illegible] stetiis missæ, *lib.* 1. Epistolarum ad diversos, *lib. 1. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & Itinerarium, Aventinus.* * *Robertus Gaguinus.*

De Magistratu non satis commodè sensit: cùm Ludovicum Imperatorem, totius Christianæ religionis rectorem, quantum ad homines pertinet, constituit. *Balæus.*

C Carolus Magnus usus est eo Legato, ad Michaëlem Constantinopoli Imperatorem, ad amicitiam & pacem ineundam a[illegible] confirmandam. *Annonius,* * *Regino.* † Anno Domini 813. *Annales Francorum.*

Berno, in tractatu de Adventu Domini, eum vocat divinorum officiorum scrutatorem non-contemnendum: & multa citat ex ejus libris, in suo de jejunio quatuor temporum.

Cùm præfuisset annis 16. moritur, sub Ludovico Pio, anno Domini 813. *Acta Trevirensium.*

HETTO.

D Abbas Mediolanensis, episcopus Trevirensis designatur, anno Domini 814. Corruptelis Pontificiis fuit addictissimus. Ad doctrinam dæmoniorum, de prohibitione nuptiarum, propagandam, monasterium Canonicorum, in Confluentia, quadratis lapidibus exstruxit: &, ne deesset illi loco deus alienus à cacodæmone (quem Maternum putavit esse) admonitus in somnis, Castoris corpus de Cardonâ eò transtulit, & in ejus omniumque Confessorum honoré, ecclesiam [illegible] consecravit, [illegible] bus Dec[illegible] is, anno Lu[illegible] [illegible] & mortuus est anno sequenti. *Acta Trevirensium.* E [illegible] *Acta Reginonem.* * Domini 847. *Trithemius* vero assignat annum Domini [illegible]38. *in Chronico Hirsaugiensi.* Sepultus est ad S. Matthiam extra Trevirim.

THEIGANDUS.

Theigandus, seu Theodogutho, qui videtur abbas Epternacensis fuisse, ad Trevirensem episcopatum venit, *juxta Reginonē.* anno Domini 847. Fuit homo simplex, nec adeò in sacris literis eruditus; neque in canonicis sanctionibus, hoc est, in jure Pontificio, exercitatus: ut *Regino* cum inducit. F

Scripsit epistolam cum Guntherio episcopo Coloniensi, ad Nicolaum Pontificem, satis apertam & liberam: quæ exstat *in Aventino.* *

Quantum ex epistolâ illâ colligi licet: rectè sensit de Ecclesiæ potestate ejus, de Clavibus, ac de Ministris verbi. Romanum Pontificem agnovit Antichristum [illegible] que [illegible] [illegible] Ecclesiæ potestate, & dominatum affectatio, vehementes improbavit. Inquit [illegible] olaum: *Tu pontificis quidem personam præfers, at tyrannum agitas. Sub [illegible] lupum gentium. Titulus parentem mentitus au[illegible] Jo[illegible] esse [illegible] Cum sis servus servorum, dominus dominantium esse contendis [illegible] ibidine dominandi in præceps abiens quicquid [illegible] [illegible] [illegible] Christianus.* G

[illegible] Romam [illegible] se Babylonem, in [illegible] literis ut se[illegible] [illegible] inquit en[illegible] *vitas Dei no[illegible], cujus [illegible] spes [illegible], ad universos cul[illegible] pertinet [illegible] hæc quæ Babylonia a sacris [illegible] appellatur: ut quæ [illegible] usurpet, cælo se æquet [illegible] se æternam fore, neque un[illegible] [illegible] esse aut errare posse glorietur.*

H Interfuit [illegible] nodo Aquisgranē & Metensi: & unà cum a[illegible] [illegible] Th[illegible] conjugem Lothar[illegible] quam con[illegible] [illegible] testes [illegible] erant, [illegible] separ[illegible] [illegible] tem te[illegible] alteri nubendi, jux[illegible] *Mellus est nubere quam uri. Regino.* *

Grave certamen ipsi & aliis Belgicis [illegible] cum Nicolao Pontifice. Nam is eum, unà cum Guntherio Romam evocatos, ut rationem redderent de Actis Synodi Metensis & Aquisgrani, contumeliosissimè, neque auditos planè, neque de errato convictos, ab [illegible] io deposuit & excommunicavit: & ad omnes episcopos Galliæ scripsit epistolam, multis mendaciis refertam, quasi confessi essent, se [illegible] uico n Thietbergam [illegible] or finxisse: & i[illegible] peravit eis, ut ab istorum consortio abstinerent. Quod indignissimè ille cum suis tol[illegible] stulit: & de eâ injuria apud Imperatorem Ludovicum q[illegible] æstus est: asserens, in Imperatorem, & totam sanctam [illegible] tiam, eam redundare [illegible] nunquam auditum [illegible], vel [illegible] ipsos lectum [illegible] os Metropolitanus, sinè consensu [illegible] a Principis [illegible] alioru m Metropolitanorum, esset [illegible] egradatus. [illegible] * *Aventinum.* †

Der[illegible] ripsit epistolam ad Nicolaum, satis acerbam: in quâ ostendit, quam præposterè & violenter, præter omnem legitimam rationem, Romæ ab eo tractati sint: & Pontificis ambitionem & tyrannidem damnat, fulmenque excommunicationis in eundem retorquet: eò quòd contra edictum Christi, pacem Ecclesiæ turbet, &, ut ipsissima me[illegible] B[illegible] lonica, glorietur, se nunquam errasse, neque errare posse. *ut patet ex epistola.* Facta sunt hæc circiter annum Domini 863. *juxta Sigebertum.*

Actum est posteà cum eo & Guntherio, de reconciliatione cum Pontifice: & ter eam ob causam Romam adierunt. Verùm ejusmodi conditiones illis præscriptæ sunt, quas non potuerunt bonâ conscientiâ amplecti. Ab Adriano II. congruâ satisfactione præstitâ, absolutus scribitur, *in Libro pontificali.*

In Italiâ, apud Sebinos, peregrinus & exsul, cum Gunthero, à Pontificiis interfectus est. *Acta Coloniensium Episcoporum* Præfuit ecclesiæ suæ ad annos circiter 18. *juxta Reginonem*, aut 20 *juxta Acta Trevirensium.*

BERTULFUS.

Nepos Adventii, episcopi Metensis, & abbas Mediolanensis, a Carolo, Ludovici II. filio, archiepiscopus Trevirensis designatur, anno Domini 871. Interfuit paulò pòst Synodo Coloniensi: ut patet ex *Actis.* Privilegia ecclesiæ suæ summâ contentione defendit: nec literas Pontificis, eis contrarias, recipere voluit. Villam Mattiam suæ ecclesiæ adjecit, cum Regis assensu.

Coluit deos alienos. Nam reliquias & thesauros sacros in terram defodit, ne essent prædæ Nortmannis, ac ipse arma in hostes tulit, sed parum felicia, anno Domini 882. *Regino,* * *Acta Trevirensium. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, Aventinus* * Mortuus est anno Domini 883. *Regino.* †

RATBODUS.

Ex abbate Mediolanensi, à clero & totâ plebe, in Bertulfi locum deligitur. Fuit vir doctrinâ & prudentiâ clarus; mancipium avaritiæ: & plus operæ in bonis ecclesiæ amplificandis, quam in pascendo grege Domini verbo divino, posuit. Nam multa ab Imperatoribus dona & possessiones acquisivit.

Familiaris fuit Formoso Pontifici: & consecrationem ecclesiæ Hemerani, apud Reginoburgios, suâ præsentiâ ornavit.

R[illegible] ipertum episcopum Metensem ordinavit. *Regino.* Interfuit Synodo Triburiensi, sub Arnulpho Imperatore: ut patet *ex Actis.*

Præfuit annis 36. *Acta Trevirensium*, & *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

6. GERMANIÆ DOCTORES.

SALEBURGENSES.

ADOLRAMUS.

Adolramus à Ludovico Pio surrogatur Arnoni, in archiepiscopatu Saleburgensi, circiter annum Domini 82[illegible]. Is Venedis, Illyricum, Noricum Pannonias, Liburniam incolentibus Ottonem designavit episcopum. Moritur anno Domini 736. *Aventinus.* *

LEOPRAMNUS.

Imperatoris & Regis Bojorum assensu, successit Adalramo: & Venedis pastorem dedit Otvvaldum. *Aventinus.**

BALDRAMNUS.

Salcburgensis episcopus interest & subscribit Synodo Triburiensi. *Tomo 2. Conciliorum.*

RATISPONENSES.

ADELVINUS.

Episcopus Reginoburgensis, tempore Caroli Magni, interfuit Synodo Salisburgensi & dissidium inter monachos & episcopos, de Bonis ecclesiasticis, composuit. Moritur sub Ludovico Pio. *Aventinus.**

BATHRICUS.

Monachus Fuldensis, à Ludovico surrogatus est Adelvino: ac postea a Lothario archicapellanus constitutus est: atque egit strenuum, in ejus aulâ, patronum monachorum Fuldensium, ut patet *ex epistolâ eorum ad ipsum*. Colunt deus alienos. De reliquiis Hemerani aliquid impertivit Fuldensibus: oravit pro defuncto.

AMBORICUS.

Reginoburgensis episcopus, cum Carolomanno contra Bojemos & Moravos bellum gerit: & dum naves, in Histro flumine relictas, negligentiùs custodit, ab exercitu Suatebogi subitò obruitur: & amissis sex millibus Bojorum, aufugit. Sub Arnulpho moritur. *Aventinus.**

TUTO.

Ab Arnulpho Imperatore constituitur episcopus Ratisponensis, anno Domini 891. *Aventinus.** Idem Synodo Triburiensi interest: ut patet *ex Actis*. Et postea Pragæ templum Viti consecravit. *Aventinus.*

BATHAVENSES.

ANGELMARUS.

Bathavensis episcopus, moritur sub Arnulpho, anno Domini 899. *Aventinus.*

BITHINGUS.

Episcopus Moravorum, à Stephano V. Pontifice consecratus, à Suatebogo Magno Sclavis ulterioribus præfectus est, quos ad fidem coëgerat. Sed postea, cùm Suatebogus bellum contra Arnulphum moveret: ille bonus vir, ovibus suis desertis, ad Imperatorem fugit; & ab eo Bathaventem episcopatum impetravit. *Aventinus.*

FRISINGENSES.

HITTO.

Pontifex Fruxinensis, condidit ædiculam in honorem Stephani, in monte, qui proximus Fruxino imminet; & Aurelianis sacerdotibus tradidit, jussu Lotharii Regis Bojorum. *Aventinus.*

WALDO.

Frisingensis episcopus sub Arnulpho, interest Synodo Triburiensi: ut *ex Actis* patet, *tomo 2. Conciliorum.*

AUGUSTANI.

HANTO.

Hanto, Comes de Andechs, frater Rathardi sacerdotis, Pontifex Augustanus, inauguravit templum, sub Lothario Bojorum Rege. *Aventinus.**

HULDERICUS.

Huldericus. (& non Waldricus, seu Udalricus. Nam ille alius est, & inferiori seculo claruit) tempore Nicolai I. Papæ, Augustensis episcopus fuit: ut patet ex titulo Epistolæ ejus, quam ad Nicolaum scripsit, quæ passim exstat; cujus etiam *Hedio* meminit *in Ecclesiasticâ historiâ*.* Fuit homo eruditus, & verè pius; zeloque Dei præditus.

Sensit, conjugium Sacerdotum a Deo approbari, & nullo modo prohiberi debere, juxta dictum: * *Propter fornicationem unusquisque suam habeat uxorem*. Quod non tantùm de Laicis; sed etiam de Clericis intelligendum esse contendit.

Sensit etiam, Episcopos, & Ministros ecclesiæ, non debere verberibus suas oviculas laniare. Sensit etiam, Romanum Pontificem errare posse: ac licere illum errantem monere, & decreta ejus impia refutare, quod re-ipsa ille præstat in suâ epistolâ.

In eo tamen errat: quòd putat, illos, qui votum castitatis fecerunt, omninò cogendos esse; ut id observent.

Nicolaus I. suo quodam decreto, jussit Sacerdotibus adimi uxores, eosque ad cœlibem vitā adstringi. Id ubi Huldericus cognovit: ad Pontificem scribit, eumque redarguit, & Sacerdotum con[illegible]um defendit, his argumentis.

I. Quia Dominus, in veteri lege, Sacerdoti conjugium constituit: quòd illi postmodum interdixisse non legitur.

II. Quia Christus ipse testetur; * *verbum illud*, scilicet de castitate, *non omnes capere*. & Paulum dicere: * *De virginibus præceptum Domini non habeo, sed consilium*.

III. Quia propter fornicationem unusquisque debeat habere uxorem suam.*

IV. Quia clerici, archidiaconi, & episcopi, pro falsâ specie continentiæ, gravissima peccata committant. Patrum enim uxores illos subagitare; masculorum & pecudum amplexus non abhorrere.

V. Quia Paulus scribat de Episcopis & Diaconis, * quòd debeant esse mariti unius uxoris.

VI. Quia in regulâ Clericorum scriptum sit: *Clericus sit pudicus, aut certe unius matrimonii vinculo foederatus.*

VII. Quia in Canonibus Apostolorum sit scriptum: *Episcopus aut Presbyter, uxorem propriam nequaquam, sub obtentu religionis abjiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur: & si perseveraverit, dejiciatur.*

VIII. Quia Synodus Nicæna Paphnutii sententiam approbârit, & Sacerdotibus jus nuptiarū liberum reliquerit.

IX. Quia hæc sententia Pontificis, de prohibendo conjugio Sacerdotum, sit hæresis illa dæmoniorum, à Paulo ad Timotheum * prædicta: *In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere.* Hic est autem, si diligenter inspiciatur, totius eorum manipulus zizaniæ, totius conventus insaniæ: ut, dum Clerici licita unius mulieris consortia, Pharisaico devicti (quod absit) furore, relinquere coguntur; fornicatores & adulteri, & aliarum pravitatum turpissimi ministri, cum ipsis efficiantur. Qui hanc in Ecclesiâ Dei hæresin, sicut cæci duces cæcorum, machinantur: ut videlicet illud impleatur, quod Psalmus eis, utpote eorum præscius erroris, taliter imprecatur: * *Obscurentur oculi eorum, ne videant; & dorsum eorum semper incurva.*

Refutat etiam rationes contrarias, quales erant: I. Illud dictum, *Propter fornicationem unusquisque habeat propriam uxorem*, tantùm de laicis; & non de clericis, esse intelligēdum. Ergo nō licet Sacerdotibus ducere uxores. *Respondet:* Quod specialiter ad laicos pertinere, iidem mentiuntur hypocritæ: qui, licèt in quovis sanctissimo ordine constituti, alienis revera uxoribus non dubitant abuti. Et, quod flendo cernimus, omnes in supradictis sæviunt sceleribus. Hi nimirum non Scripturam rectè intellexerunt: cujus mammillam quia duriùs pressêre, sanguinem pro lacte biberūt. Nam illud Apostolicum, *unusquisque suam habeat uxorem*, nullum excipit verè; nisi professorem continentiæ, vel eum, qui de continuandâ in Domino virginitate præfixit.

II. Gregorius Magnus suo decreto Sacerdotibus uxores ademit. Ergo. *Respondet:* Horum temeritatem rideo; ignorantiam doleo. Ignorant enim, quòd periculosum hujus hæresis decretum, a S. Gregorio factum, condigno pœnitentiæ fructu postmodum ab eodem sit purgatum. Quippe cum die quâdam in vivarium suum propter pisces misisset, & allata indè plùs quam sex-millia infantum capita videret: intimâ mox ductus pœnitentiâ ingemuit; & factum a se de abstinentiâ decretū, tantæ cædis causam cōfessus, condigno illud, ut dixi, pœnitentiæ fructu purgavit. suoque decreto prorsus damnato, Apostolicum illud laudavit consiliū; * *Melius est nubere, quam uri*: addens ex parte suâ: *Melius est nubere, quam mortis occasionem præbere.* Hæc fortitan si ei orbitum si illi mecum legissent: nō tā temerè, credo, judicarent.

III. Honestius est, pluribus occultè implicari; quàm apertè in hominum vultu & conscientiâ ligari cum unâ. Ergo. *Respondet* Hoc profectò non dicerent, si ex illo & in illo essent, qui dicit: *Væ vobis Pharisæi, qui omnia facitis propter homines!* Et per Psalmistam: * *Qui hominibus placent,*

confusi sunt, quoniam Dominus sprevit eos. Hi sunt homines, qui potiùs deberent nobis persuadere: ut in conspectu ejus, cui omnia nuda & aperta sunt, erubescamus peccatores esse, quàm in conspectu hominum mundi esse.

W I T G A R I U S.

Episcopus Augustanus, moritur sub Carolo III. circa annum Domini 887. *Regino.**

*lib. 2.

A D A L B E R T U S.

Comes à Dillingen, vir genere & ingenii dotibus nobilis, Augustanum episcopatum post Witgarium sortitur. *Regino.* Ex filium Arnulphi Imperatoris, cui nomen Ludovici factum est, unà cum Hattone Moguntino episcopo, baptizavit. *Aventinus.** Interfuit Synodo Triburiensi, & subscripsit. *Tomo 2. Concil.*

MOGUNTINI.

R I C U L P H U S.

Riculphus Moguntinus episcopus, de quo in superiori Centuriâ diximus, etiam aliquot annos in hoc seculo exegit. Synodo Moguntinæ præfuit sub Carolo Magno: ut patet *ex Actis.* Constitutionem Caroli Magni, de distributione bonorum ejus, unà cum aliis approbavit. *Eginhardus in vitâ Caroli.*

Mancipium Antichristi fuit. Leoni Papæ munera misit, pro reliquiis Cælestinus patet *ex epistola Leonis.*

Mortuus est anno Domini 812. aut sequenti. *Marianus Scotus, Trithemius in Hirsaugiensi Chronico, & Schafnaburgensis.*

A I S T U L P H U S.

Successor præcedētis, præfuit Synodo ad Villam Theodonis; & multos Canones de Pœnitentiâ homicidarum cōdidit: ut patet *ex Actis.* Usus est Rabani operâ: quem Homilias jussit scribere, quibus uterentur in diebus festis, de Vitiis & Virtutibus præcipuis: ut patet *ex Rabani epistolâ ad Regnarium.* Præfuit annis 11. Mortuus anno Domini 825. *Schafnaburgensis, & Scotus.*

O T G A R I U S.

Abbas decimusquartus monasterii Albicastri, Moguntinus archiepiscopus designatur, post Aistulphum. Fuit vir in sacris literis apprimè eruditus: *teste Rabani epistolâ ad eundem.* In dissidio intestino Ludovici Pii & filiorum ejus, contra Imperatorem videtur sensisse. Nam Ludovicus, paulò ante mortem, cum eo in gratiam rediit. *Aventinus.**

*lib. 4.

Godeschalcum, Comitis Saxonis Berni filium, qui invitus votum monasticum fecerat, in Synodo, cum multis aliis episcopis, anno Domini 829. absolvit: ut testatur *Hatto abbas Fuldensis, in epistolâ ad eundem.*

Rabanus, & monachi Fuldenses, graviter cum eo postulant: quòd Suaringum monachum excommunicâsset, & sibi remisisset in carcere detinendum; nec decimas promissas dedisset: ut patet *ex epistola ad eundem.*

Contentio ei fuit cum Romano Pontifice, de quodam (ut videtur) divortio, quod approbaverat; cùm non esset legitimè factum. Quare Pontifex eum excommunicare instituerat. Hortatur eum Radulphus, presbyter Fuldensis, ut cum Papa colat pacem.

Adelhelmus, diaconus ejus, conatus est ipsum honore & dignitate ecclesiasticâ privare. sed cùm non in actum perducere potuisset, petiit delicti veniam: ac Rabanum impulit, ut pro se ad illum intercederet. *Epistola Rabani ad Otgarium.*

Otgario (ut videtur) in exsilium pulso, aut in carcerem conjecto clerus & plebs Moguntina ad Ludovicum intercedit, eumque remitti petit; ut officio suo fungi queat: ac eum fidelem, benevolum, humiliter subjectum, & benignum prædicant.

Deos alienos coluit: & Gregorio Papæ egregia munera misit, ut Sanctorum reliquias sibi communicaret: ut patet *ex epistolâ Gregorii.*

Præfuit ecclesiæ annis 22. & moritur anno Domini 847. *Chronicon Schafnaburgense, Marianus Scotus, Bruschius, Aventinus.*

R A B A N U S.

Rabanus, cognomine Magnentius Maurus, natione Scotus, ut *Baleus* vult; aut potius Germanus, Fuldæ natus: ut ipse testatur *in Epicedio suo, & in Epistolâ ad Leonem.* Albini auditor & discipulus, juvenis induis larvam Benedictinæ sectæ, in Fuldensi cœnobio: & in omni disciplinarum genere excelluit. Fuit enim Theologus, Philosophus, Astronomus, Rhetor, ac Poëta: nec habuit eo tempore Italia ei similem; nec Germania æqualem.

Achajus, rex Scotorum, eo usus est Legato ad Carolum, ad ineundum & confirmandum fœdus inter Scotos & Gallos. In Parisiensi Academiâ aliquamdiu Professorem egit; & magno ornamēto Scholasticis doctoribus fuit. Sub Ludovico Pio, abbas Fuldensis constitutus est: & ecclesiasticam dignitatē accepit ab Haistulpho, ut ipse fatetur. Quod munus cum bene administrâsset ad annos 20. archiepiscopatum Mogūtinum, cum magno favore Principum Francorum, & consentaneâ cleri & populi electione, (ut Hatto inquit in epistolâ ad Leonem) post Otgarium adeptus est, circiter annum Domini 846.

Ad Ecclesiæ & posteritatis utilitatem multos Commentarios edidit, ut:

In Genesin,	*lib. 4.*
In Exodum,	*lib. 4.*
In Numeros,	*lib. 4.*
In Leviticum,	*lib. 4.*
In Deuteronomium,	*lib. 4.*
In Josue,	*lib. 2.*
In Judicum.	*lib. 2.*
In Ruth Moabitidem,	*lib. 1.*
In Regum, ad Hilduinum,	*lib. 4.*
In Paralipomenon,	*lib. 4.*
In Esdram & Nehemiam,	*lib. 4.*
In Tobiam,	*lib. 1.*
In Judith,	*lib. 7.*
In Hester,	*lib. 1.*
In Jobum,	*lib. 1.*
In Psalmos,	*lib. 1.*
In Proverbia Salomonis,	*lib. 1.*
In Ecclesiasten,	*lib. 1.*
In Cantica Canticorum,	*lib. 1.*
In Sapientiam,	*lib. 3.*
In Ecclesiasticum,	*lib. 10.*
In Esaiam Prophetam,	*lib. 8.*
In Hieremiam,	*lib. 20.*
In Ezechielem,	*lib. 20.*
In Danielem,	*lib. 3.*
In Prophetas minores,	*lib. 12.*
In Machabæos,	*lib. 3.*
In Evangelium Matthæi,	*lib. 8.*
In Evangelium Marci,	*lib. 4.*
In Evangelium Lucæ,	*lib. 3.*
In Evangelium Johannis,	*lib. 1.*
In omnes Epistolas Pauli,	*lib. 15.*
In Epistolas canonicas,	*lib. 7.*
In Acta Apostolorum,	*lib. 1.*
In Apocalypsin Johannis,	*lib. 1.*
De laude Crucis,	*lib. 2.*
Ad Haymonem, de Universo.	*lib. 22.*
De universali Naturâ,	*lib. 1.*
De Divinis officiis,	*lib. 1.*
Ad Ludovicum Regem,	*lib. 1.*
Ad Herebaldum episcopum.	*lib. 1.*
De Quæstionibus canonum,	*lib. 1.*
De Proprietate verborum & rerum,	*lib. 22.*
De Institutione clericorum,	*lib. 3.*
De Computo dialogum,	*lib. 1.*
De Corpore & sanguine Domini,	*lib. 1.*
De rerum Naturis,	*lib. 5.*
De Prædestinatione,	*lib. 1.*
De Opere Christi,	*lib. 1.*
De Benedictionibus Patrum,	*lib. 1.*
De videndo Deum,	*lib. 1.*
De Puritate cordis,	*lib. 1.*
De Pœnitentiâ,	*lib. 1.*
De ortu & moribus Antichristi,	*lib. 1.*

Signa

Signa Nativitatis Domini, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1
Sermones plurimos, lib. 1
De Virtutibus Numerorum, lib. 1
De Omnibus sanctis Homilias. lib. 1.

Et alia, sinè certo numero. In suis [illegible] scriptis citat etiam ethnicos Poëtas: ut Virgilium, *libro 7. in Ecclesiasticū, capite 5.* & Persium, *capite 10.* Ovidium, *libro 4. in Ecclesiasticum, cap.* Et Oratores: ut Ciceronem de Amicitiâ, *l. 2. cap. 2. in Ecclesiasticū.* Et Scriptores ecclesiasticos: ut C[illegible]nū, P[illegible]nutium, *in Vitis patrum*, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, [illegible] ent[illegible] Leonem. item Canones Apostolorum & Conc[illegible] N[illegible]xeni, Africani, & similium. Ac ferè omnia sua [illegible]ta ex aliis superiorum ætatum authoribus collegit: ut [illegible] testatur *in præfatione ad Haistulphum*, de In[illegible]tutione [illegible]rum. *Nec per me quasi ex me, ea protuli sed au[illegible]ritate innitens majorum, per omnia illorum vestigia secutus sum, Cyprianum dico, atque Hilarium, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium Johannem Damascenum, Cassiodorum & cæteros nonnullos* Epistolas suas sæpè claudit versibus.

¶ Quid de singulis capitibus doctrinæ, vel bene, vel perperam docuerit; supra in Capite de Doctrinâ est expositum. Habuit etiam suas peculiares opiniones, non admodum bonas,

Gratiâ & operibus pietatis se salvari putat, *in Epicedio suo.*

Saltationes in nuptiis prorsus damnat.

Regalem potestatem non ex divinâ; sed humanâ authoritate esse, somniat, *in epistolâ ad Brunvvardum.*

Christum eâdem horâ, quâ resurrexit, ad judicium venturum opinatur, *lib. 5. cap. 8. de Proprietate sermonis.*

Doctrinam cœlestem voce & stylo propagavit indefesso studio, & labore longè maximo: ut patet ex monumentis ejus.

Hæreticos, eorumque opiniones erroneas, sedulò refutavit: ut Arianos, Sabellianos, Novatianos, Donatistas *lib. 10. in Ecclesiasticum, cap. 30.* & Anthropomorphitas; *lib. 2. in Jeremiam, cap. 2.* & Genethliacos, *lib. 10. in eundem.* Origenis opinionem, de salvandis diabolis & impiis, damnat, *lib. 4. cap. 10. de Proprietate sermonis.*

Discipulos instituit: inter quos recensetur etiam Serabus. *Raynulphus* * *in Polychronico.* & in Scholâ Fuldensi monachos plures, tam in artibus, quam in sacris literis, erudivit: qui, multis in locis, Ecclesiis & Monasteriis præfecti sunt. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Synodos celebravit. Nam multa eum utilia, ad ecclesiæ disciplinam, in Moguntinâ Synodo constituisse, anno Domini 848. *Sigebertus* scribit.

Ad quæstiones difficiles, ab Humberto, Reginbaldo, Bonoso, & aliis, propositas, de rebaptizatione, pœnitentiâ, de nuptiis, & de aliis rebus, respondit: ut patet *ex Epistolis ejus.* Vetat matrimonia temerè aut facilè dissolvere: etiamsi in consanguinitatis vel proximitatis regulas aliquid peccatum sit. *in epistolâ ad Humbertum.*

Architectum egit. Nam in mōte Petri & Johannis, prope Fuldam, ædificia extruxit. *Valentinus Muntzer in Chronologia refert.*

Fuit mancipium Romanorum Pontificum. Nam Leoni commendat monachos, ac rogat, ut eos ad pedes suos & benedictionis gratiam admittat. *in epistolâ.*

Godeschalcum in pueritiâ coegit monasticam vitam suscipere: ut patet *ex epistolâ Hattonis ad Otgarium.* Visitavit Nonnas. Collegit reliquias Sanctorum: ut patet *ex epistola ejus ad episcopum quendam.*

Traditiones humanas, de pœnitentiâ seu satisfactione sceleratorum, sæpè repetit & inculcat, in epistolis & Poenitentialibus. Homicidam jubet, desertâ seculari conversatione, in monasterium ire; & jejuniis atque orationibus Deum placare. *in epistolâ ad Humbertum.*

Orationi Romani Pontificis plus attribuit, pro acquirendâ veniâ apud Deum, quàm aliorum. *in epistolâ ad Otgarium.*

¶ Cum adhuc abbas esset: Godeschalcus eum in Synodo accusavit, quòd se invitum fecisset monachum. ac Synodus Godeschalcum absolvit. Sed Rabanus, contra eam sententiam protestatus, ad Ludovicum appellavit: anno Domini 829. *Epistola Hattonis ad Otgarium.*

Fuit etiam suum ei certamen cum Otgario; cujus presbyteri monachum suum injustè excommunicaverat: ut patet *ex epistola ad eundem.* Postea archiepiscopus factus, Godeschalcum hæreticum de Libero arbitrio, Prædestinatione, & de Sanguine Christi malè-sentientem in Synodo Moguntinâ refutavit: anno Domini 849. *Sigebertus. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Epistola Rabani ad Eberhardū Comitem, meminit Hæretici, malè de Libero arbitrio sentientis: sed an Godeschalcus fuerit, aut alius; non indicatur.

Pseudoprophetissam quandam, quæ ex instinctu presbyteri cujusdam, quæstus gratiâ, affirmabat instare diem judicii, ad mentem saniorem, & ad confessionem authoris illius opinionis, reduxit. *Sigebertus, anno eodem. Rabanus* dicit, * presbyterum illum, qui mulieri persuaserat, diem extremū instare, ex cap. 24. Matthæi, & collatione eorum, quæ a sacerdotibus & monachis fiebant, ratiocinatum esse.

Paschalis Pontifex, ejus epistolam, de Privilegio cœnobii Fuldensis, molestissimè tulit; & monachos eam offerētes incarceravit, ipsumque coram episcopis Franciæ vituperavit: & parum abfuit, quin Rabanum excommunicasset. ut ipse testatur, *in epistolâ ad Hattonem abbatem Fuldensem.*

¶ Imbecilli corpore fuit: ut *in epistolâ ad Otgarium*, & *in Epicedio suo* testatur. Multorum injuriis expositus fuit, cùm esset in cœnobio: adeò ut scribat ad Otgarium; nisi ab eo defendatur, se cum suis in ce[illegible] fugiturum. A' suis etiam discipulis & fratribus male tractatus, eò quòd, sacris studiis intentus, alias res negligentiùs curaret. Anno Domini 842. ad Ludovicum II. sese contulit: & licèt à monachis rogaretur, ut rediret, tamen id recusavit: mansitque apud Ludovicum, donec Otgarius moreretur. *Trithemius.*

Multorum insignium & celebrium virorum notitiam habuit: ut Albini, Heuenonis, (quem secutus, in juvenili ætate, non tantùm divinos libros, & Patrum commentarios, sed etiam Philosophica scripta legisse, *testatur, in epist. in libros de Proprietate sermonis*) & Haistulphi, à quo ordinatum se scribit, *in epistola ad eundem*: & Otgarii, cui quandam dedicavit: & Leonis Pōtificis, ad quem epistolas scripsit: Hilduini, quem cōsulit in negotio suo cum Godeschalco: Reginbaldi & Bonosi, quorum quæstiones dissolvit, in epistolis ad eosdem: & Ebbonis, & Simonis episcopi Sueonum; cui etiam munera misit, in epistolâ ad eundem.

Charus etiam viris politicis fuit: ut Ludovico Pio, Comiti Eberhardo, & aliis.

Commendant eum à sanctitate, & liberalitate in pauperes. Nam fame grassante, circiter annum Domini 851. multis benefecit. *Sigebertus.* Episcopum quendam exulantem in Germaniâ (videtur Ebbo fuisse) consolatus est; eique vestes misit.

Alios ad diligentiam, in officio ecclesiastico adhibendam sæpiùs adhortatur: ut patet *ex epistolâ ad Simonem, & ad Hadubrandum.*

Humilitatem passim in epistolis suis affectat: dum meliora-monentibus se cessurum promittit. Dissidentes magnâ diligentiâ studuit ad reconciliationem adducere: ut patet *ex epistolâ ad Otgarium*: quem rogat, ut monachis suis & Adelhelmo subdiacono ignoscat. Brunvvardum abbatem & monachos ejus monet, ut cum episcopo suo in gratiam redeant, ni velint æternas pœnas luere.

Cùm in archiepiscopatu annos 9. aut (ut alii volunt) 10. sedisset; obiit, anno Domini 856. sepultus in monasterio Albani, prope Moguntiam. *Sigebertus. Balaus, Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & de Viris illustribus.*

CAROLUS.

Dux Aquitaniæ, filius Pipini Regis, a Ludovico Moguntinus constituitur episcopus. *Aventinus.* * Theodo, abbas Fuldensis, scripsit ad eum epistolam: ac petiit, ut donationem quandam confirmaret. Præfuit annis 7. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* * Lib 4.

LUITPERTUS.

Luitpertus, seu Ludebertus, vir probitate vitæ, morum sanctimoniâ, & sapiêtiâ celebris, Moguntinus archiepiscopus factus est, tempore Ludovici Regis Germaniæ: anno Domini 863.

Romanum Pontificem sensit errare posse, & ab Imperatore, & aliis episcopis judicari & corrigi debere: ut patet *ex epistolâ ejus ad Ludovicum.*

Rembertum, episcopum Hamburgensem legitimè electum, cum assensu Ludovici Regis Germaniæ, consecravit. *Crantzius in Metropoli.** Et postea cum Alfrido, Hildesiorum episcopo, Willebertum Colonientibus ordinavit episcopum, invito Carolo Rege. *Aventinus.** *Regino*†

* lib. 2. c. 2 · * lib. 4. · † lib. 2.

Monachis benedixit: ut patet *ex epistolâ Sigehardi abbatis Fuldensis ad eundem.*

Ex Carolo juniore, filio Ludovici, quem ob consilium, de seditione in Parentem movendâ, Satanas obsederat, cacodæmonem illum sacrificiis & carminibus expulit. *Aventinus.** Anno Domini 873. *Sigebertus.*

* lib. 4.

Præfuit Synodo Coloniensi, anno Domini 871. in quâ episcopos & sacerdotes, vitiis deditos, partim correxit, partim deposuit; & Canones de disciplinâ ecclesiasticâ fecit. *Aventinus.**

* lib. eod.

Cùm esset dissidium inter Carolum & Ludovicum, de finibus dividundis: unà cum Alfrido arbiter, ex parte Caroli, constitutus est. *Aventinus.**

* ibid.

Ac postea, cùm Ludovicus, filius Ludovici Regis, côtra patrem conspirâsset, eò quòd ægrè ferret, sibi fratrem Carolomannum præferri: sedulò Luibertus id egit; ut filius ad patrem Wormaciam iret, eique reconciliaretur. *Idem ibidem.*

Tertiò, cùm Carolus mortui Lotharii occupâsset principatû, à Ludovico ad eûdem cû Alfrido missus, ut eis pacem aut bellum ei denuntiaret; graviter id fecit: & Carolum movit, ut in suum regnum recederet. *Idem.*

Bello etiam, côtra officii sui rationem, gessit. Nam cum incolis Rheni, & Lotharingis, per saltus Hercinios, in Bohemiam, manu ferroque viam aperiens, transiit: & quinque Reges Bohemorum sibi occurrentes cæcidit; regionemque illam prædando & inflammando peragravit; ac cum triumpho reversus est. *Idem.*

Mortuus est circiter annum Domini 889. sub Imperatore Arnulpho. *Aventinus.* cùm præfuisset Ecclesiæ annis 26.

SUNDECHOLDUS.

Sundecholdus, seu Sunzo, ab ineunte ætate in Fuldensi cœnobio enutritus, & in sacris literis probè institutus, Luitberti successor, consecravit Adalgarium Hamburgensem episcopum. *Crantzius in Metropoli.** Contra Nortmannos exercitum ducit; & gladium sibi divinitùs non-concessum usurpat, ideoque justam mercedê reportat. Dum enim incautiùs pugnat, apud Wormaciam cæsus est. Anno Domini 895. *Sigebertus, Aventinus,** *Regino,* †*Chronicon Saxoniæ* annum 899. annotat.

* lib. 2. c. 19. · * lib. 4. · † lib. 2.

ADELHELMUS.

Ab Orgario educatus, Diaconus ordinatur in Ecclesiâ Moguntinâ. Immemor verò beneficii, patrono & nutritori suo malam reddit gratiam, ac conatur eum honore & dignitate suâ per proditionem exuere. Quod cum malè successisset, pœnitentiam egit, ac pro eo Rabanus apud Orgarium in epistolâ intercedit, ut ipsi ignoscat.

WORMACIENSES.

BERNHARDUS.

Episcopus Wormaciêsis, cum Adalberto abbate Corbejêsi, Romam, ad Leonem Papam, a Synodo Aquisgranâ ablegatus, anno Domini 809. ut ejus sententiam, de Processione Spiritûs sancti, & aliis, cognoscerent. *Annales Francorum.*

ROTHADUS.

Rothadus, seu Rotaldus, episcopus Suessionicæ urbis, Rabano abbati Fuldensi fuit familiaris: ut patet *ex epistolâ ejus.* Hincmarus Remensis eû deposuit ab officio, & in carcerem conjecit. Cûm appellâsset Romanum Pontificem, ab eo absolutus est. *Liber pontificalis in vitâ Nicolai I.*

THEOTELANUS.

Ibidem episcopus sub Arnulpho, subscripsit Synodo Triburiensi. *Tomo 2. Conciliorum.*

HERBIPOLENSES.

ARNO.

Arno, vel Arneo, episcopus Herbipolensis, sub Ludovico II. duxit exercitum cum Rudolpho, Bojorû præfecto, & Sigehardo Fuldensi abbate, contra Bohemos. *Aventinus.** Schwartzachium cœnobium sibi subjecit, anno Domini 8.. *Bruschius in Chronologiâ.* Sed postea cum Poppone, Thuringorum Duce, contra Slavos progressus, occiditur: anno Domini 892. *Regino.**

* lib. 4. · * lib. 2.

RUDOLPHUS.

Vir nobilis; sed indoctus & iners, ope Cunradi & Gebehardi Comitum, Wirtziburgensis episcopus factus interfuit Synodo Triburiensi: ut patet *ex Actis.* Pulsus est ab Adelberto. *Regino.** Obiit anno Domini 908. *Urspergensis.*

* lib. eod.

REGINBALDUS.

Alicubi episcopus, commendatur a Rabano, à morum gravitate, honestate locutionis, humilitate habitûs, & hilaritate vultûs. Consuluit Rabanum de aliquot quæstionibus; quomodo pœnitentiâ mulctandi essent delinquêtes? ad quas binis literis respondet. Quantum conjici potest ex quæstionibus, doctrinam de verè pœnitentiâ ignoravit: & transgressiones traditionum humanarum, (ut si quis ante Pascha carnes comedisset) enormia scelera æstimavit.

HADUBRANDUS.

Presbyter familiaris fuit Rabano: qui eum monet in epistolâ, ne propter improbos, & odia, vocationem suam deserat. In alterâ verò epistolâ eundem graviter reprehendit; quòd decimas a Christianis exigat cum jurejurando, ne priùs ad communionem admittat, quàm eas solvissent: nec infantes alio, quàm Paschatis & Pentecostes tempore, velit baptizare.

HUMBERTUS.

Episcopus familiaris fuit Rabano; ac cum eo sæpè contulit de quæstionibus difficilioribus: ut patet *ex Rabani literis ad eundem.* Fuit homo literatus; & scripta Patrum sedulò legit.

Non planè vacuus fuit à stipulis hujus seculi; præsertim de cultu Reliquiarum & Sanctorum, ac de Traditionibus humanis. Nam de pœnitentium ritibus valdè fuit solicitus, somnians, iis expiari peccata.

Propagationem religionis Christianæ, doctrinâ & vitâ suâ promovit. Ecclesiasticorum fornicationes non probavit. Iterationem Baptismatis damnavit. Utrùm dies mortis singulis præstituta sit; an verò tantùm Dei voluntate, ignotis causis, vel vivat, vel moriatur homo, dubitavit: ideoque eâ de re Rabanum consuluit. qui per epistolam docet eum, singulis à Deo certum tempus mortis esse præfinitum ab æterno.

ERCHANBALDUS.

Eistettensis episcopus, Synodo Triburiensi sub Arnulpho subscripsit. *Acta, tomo 2. Conciliorum.*

BASILIENSES.

HAIDO.

Haido, seu Hatto, ex abbate divitis Angiæ, Basiliensis episcopus fit, vir ingenio & corpore insignis. A Carolo Magno, circiter annum Domini 811. Constantinopolim, ad Nicephorum, pacis confirmandæ gratiâ, ablegatur, cum aliisque quibusdam. *Annales Francorum, & Regino.** Scripsit de eo itinere commentarium. *Aventinus.**

* lib. 2. · * lib. 4.

FRINGUS.

Basiliensis episcopus, interfuit & subscripsit Synodo Triburiensi. *Tomo 2. Conciliorum.*

THEODULPHUS.

Episcopus Curiensis, eodem tempore sub Arnulpho vixit, & Synodum Triburiensem ornavit. *Tomo 2. Côciliorum.*

CONSTANTIENSES.

SALOMON.

Baro de Ransebvvag, Rhetus, Notgeri auditor, vir eruditus in Philosophicis & Sacris literis, utroq; genere styli exercitatus, ex monacho Sangallêsi, episcopus Con-

stantiensis factus est, circiter annum Domini 890. sub Lothario. *Trithemius de Viris illustribus.*

Scripsit de Septem artibus liberalibus *Lib. 1.* & Dictionarium, *Lib. 1.* Epistolarum *Lib. 1.* Sermones etiam multos, & alios quosdam tractatus. *Trithemius, & Bruschius de monasterio Sangallensi.*

Ludovicus II. usus est eo Legato ad Nicolaum Pontificem, pro Bremensi & Hamburgensi ecclesiâ uniendâ. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 1. c. 39.]

Docuit monachos octoginta in Sangallensi cœnobio. Interfuit Synodo Triburiensi: ut patet *ex Actis.*

Coluit deos alienos. Româ enim multas reliquias Sanctorum secum advexit; quas veneratus est.

Mancipium avaritiæ egit. Ab Arnulpho Imperatore duodecim prælaturas, (ut vocant) scilicet episcopatus & abbatias, emendicavit. *Bruschius.*

Interfectus est à Nortmannis, circiter annum Domini 890. *Regino.** [* lib. 2.]

¶ Salomon, abbas Sangallensis, ab Arnulpho constituitur episcopus Constātiensis, anno Domini 890. *Regino.** [* lib. 2.] Is capitur ab Arigenone, ann. Domini 916. & obiit anno 919.

COLONIENSES.

HATTOBOLDUS.

IN Coloniensi archiepiscopatu successit Hildeboldo, tempore Ludovici: ac præfuit annis 22. *Vita Coloniensium Episcoporum.*

GUNTHERIUS.

Vicesimus primus episcopus Coloniēsis, frater seu avunculus Waldradæ, pellicis Lotharii. Fuit vir in sacris literis apprimè doctus; & animo magno ac forti præditus, quare munus Archicapellani, in aulâ Lotharii Regis, ei commissum est.

Scripsit epistolam cum Thetgando ad Nicolaum Pontificem; quæ exstat *in Aventino.** [* lib. 4.]

Rectè sensit, Romanum Pontificem esse Antichristum, lupum, & tyrannum: ut patet *ex epistolâ.*

In Synodo Metensi, unà cum aliis episcopis, Thetbergam, Lotharii conjugem, (de quâ testes affirmabant, quòd confessa esset de incestuoso cum fratre suo concubitu) pronuntiavit jus matrimonii violâsse: ideoque eam ob ejus consuetudine abstinere in posterum debere; & pœnitentiam in Canonibus præscriptam agere. Deinde, in Synodo ad AquasGraneas, fecit Regi potestatem, aliam ducendi uxorem; citans sententiam Pauli: *Melius est nubere, quàm uri. Regino.** [* lib. 2.]

Propter approbatum divortium Lotharii, Nicolaus, Pontifex Romanus, eum cum Thetgando Romam evocat: & accapto libello eorum, de actis in Synodo, nihil cum eis loquitur, per integrum ferè mensem. Postea eos ad se in ædes accersit: & pessulo foribus obdito, contra fas, contra decreta majorum, sinè cœtu ecclesiastico; cùm nemo adesset archiepiscopus; nemo pontificum & symmistarum accessisset; neque de errore eorum quidquam disseruisset; nec ratione aliquâ, aut testimonio, aut scripto, aut argumētis ullis, quidquam probâsset: per Anastasium monachum de chartâ, sententiam depositionis & excommunicationis in eos promulgat. ut ipsi testatur *in epistolâ. Regino** [* lib. 2.] negatur, in Synodo eam depositionem esse factam. Ac scripsit Nicolaus ad omnes episcopos Galliæ; Guntherium esse confessum, quòd à Lothario inductus sit promissione, quasi vellet, Thietbergâ repudiatâ, Waldradam ejus neptē ducere in uxorem. Guntherius Pontificis depositionem nihil curat, sed eum ad Ludovicum accusat: & gravissimâ epistolâ ejus tyrannidem arguit; pluraque scripta contra eum passim invulgat. *Regino.*

Cùm Ludovicus & Lotharius se-se interposuissent; ac spes esset de reconciliatione cum Pontifice: Romam adiit, iterum, & tertiò. Verùm, cùm iniquas conditiones nō vellet, nec posset bonâ conscientiâ recipere: in æde sancti Petri, seu apud Sabinos, à Pontificiis interfectus est: sparso in vulgus commento, quòd, dum cōtumax divinum officium in eo templo usurpâsset, ab angelo Domini sacris vestibus exsutus, & ad altare occisus esset. *Acta Coloniensium & Trevirensium.*

Hincmarus, Remorum episcopus, Gūtharium, propter irrevocabilem suam pertinaciam, ab unitate catholicæ ecclesiæ præcisum esse, narrat *in libro contra Laudunensem.** [* cap. 40.]

WILLIBERTUS.

Vir doctus, presbyter Coloniēsis, communi cleri & populi consensu episcopus eligitur; & jussu Ludovici à Luitperto Moguntino episcopo consecratur, atque in cathedrâ locatur; contra voluntatem Caroli Calvi, qui Hilduinum abbatem ei Ecclesiæ destinaverat: circiter annum Domini 869. *Regino.** [* lib. 2.] Præfuit Synodo Coloniēsi, cui interfuit Luitpertus Moguntinus, Bertulphus Trevirensis, Adel[...]nus Juvaviensis, & alii episcopi: ac statuit, ut Sacerdotes sacris literis operam navarent, ovesque Christi rectè pascerent, neque eas malis exemplis trucidarent. *Aventinus.** [* lib. 4.]

Ebertum, Osnaburgensem episcopum, in recuperandis bonis ab Ecclesiâ suâ abalienatis, adjuvit: ut indicat *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 26.]

Ecclesiam majorem sancto Petro dedicavit, unà cū patribus & sociis, qui ad Synodum convenerant. quod Diabolus tam ægrè tulit, ut noctu (si tabulis credas) queribundâ & lamentabili voce expulsionem sui deploraverit; anno Domini 871. *Sygebertus.* Post annos 20. mortuus, & in basilicâ Petri sepultus est. *Vita Coloniensium.*

HERMANNUS.

Hermannus, qui Pii nomen accepit propter hypocrisin, surrogatus est Williberto, circiter annum Domini 889. *Regino.** [* lib. 2.] Autoritate in aulâ Arnulphi, & successorum ejus, multum valuit.

Ambitione inflatus, cum Adalgario Hamburgensi archiepiscopo, de Bremensis Ecclesiæ jure litigavit: & tādem obtinuit, ut Formosus Pontifex privilegia, à Ludovico Imperatore, & Gregorio & Nicolao Pontificibus ecclesiæ Hamburgensi concessa, aboleret: ac denuò Bremensem episcopum Coloniensis diœcesi subjiceret. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 19. 20. 21.]

Etsi autem Stephanus & Sergius Papa, actis Formosi damnatis, Hamburgensi archiepiscopo sua privilegia decreverunt integra esse debere: tamen Hermannus, aulæ potentiâ & assensu fretus, Pontificum conatus irrisit; & in Bremensem episcopum retinuit dominatum. *Idem.** [* lib. eod. c. 24.]

Præfuit annis 25. *juxta Vitas Coloniensium* Sepultus in templo Petri, circiter annum Domini 924.

DADO.

Virdunensis, interfuit & subscripsit actis Synodi Tribu[...]is. *Tomo 2. Concil.* Sub Arnulpho.

HOLLANDI.

JERON.

NAtione Anglus, presbyter, in Hollandiam excurrit, & Euangelium apud Nortwick docuit: mercedemque apostolicam recepit, à tyrannis occisus, circa annum Domini 849. *Cornelius Cornipotanus.** *Balæus.*† [* li. de Tempore. † Cent. 13 cap. 63.]

VERDENSES.

PATTO.

NAtione Scotus, abbas monasterii Amarbaricensis, à Carolo Magno, post Suidbertum, constituitur episcopus Verdensis.

Pontificias corruptelas, & humanas traditiones, strenuè propagavit voce & stylo. sed scripta ejus interciderunt. Claruit anno Domini 810. *Crantzius in Metropoli,** *Bruschius de Episcopis, & Balæus.** [* lib. 1. c. 21. * Cent. 14. cap. 34.]

TANCO.

Natione Scotus, in suâ patriâ, post Pattonem, Amarbaricensis abbas, sub larvâ Benedicti, fuit: ac deserto cœnobio, in Saxoniam excurrit, non tam (ut videtur) ob desiderium martyrii; quam ob opimiorem & splendidiorem cōditionem: quæ etiam ei contigit. Verdensis enim episcopus designatus est. Claruit anno Domini 820. *Crantzius in Metropoli,** *Balæus.*† [* lib. 1. c. 22. † Cent 14. cap. 36.]

NORTILA.

Scotus natione, quartus fuit Verdēsium episcopus; non admodum gratus Saxonibus: tum propter religionis novitatem; tum ob jugum Francorum, quod illi imputabant prædicatoribus istis exteris, malorum inventores eos vocantes. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 1. c. 28.]

CEVILO.

Ex Anglorum gente oriundus, Willehadi discipulus, quintus Verdensis episcopus, claruit anno Domini 822. *Bruschius, Balæus.* Crantzius in Metropoli.†*

CORTILA.

Scotus, aut Anglus, successit Ceniloni, sextus in ordine episcopus. Claruit anno Domini 826. *Balæus.**

ISINGERUS.

Anglus, Willehadi discipulus, successit Cortilæ; & claruit anno Domini 828. *Balæus,* Crantzius in Metropoli.†*

HARRUCHUS.

Scotus, abbas Amarbaricensis, octavus in Verdensi Ecclesiâ episcopus, claruit anno Domini 830.

HELIGANDUS.

Genere Anglus, Harrucho Scoto, octavo Verdensi episcopo, successit in ordine nonus. Interfuit ordinationi Anigarii, sub Ludovico Pio: ac consensit, ut, de Bremensis Ecclesiæ diœcesi, multa Hamburgensi subjicerentur archiepiscopo. *Crantzius in Metropoli.** Claruit anno Domini 833. *teste Bruschio & Balæo.* Crantzius in Metropoli.†*

ERLULPHUS.

Natione Anglus, successit conterraneo suo Heligando. Arma cum aliis quibusdam episcopis, & Duce Brunone, cepit contra Danos & Nortmannos, Saxoniam vastantes, circiter annum Domini 876. Verùm res adeò feliciter ei cessit: ut unà cum aliis multis, in Eppestorp, interfectus sit. *Crantzius in Metropoli.* Bruschius de Episcopis, Balæus.†*

WALTHERUS.

Natione Saxo, Erlulpho successit. Cætera desiderantur. *Crantzius in Metropoli.**

WIGBERTUS.

Ex Wedekindi posteritate natus, vir illustris, & bene nummatus, Verdensem episcopatum suscepit. Adalgario collega additus est à Sergio Pontifice, in propagatione verbi ad Danos. *Crantzius in Metropoli.** Verdensem ecclesiam suo patrimonio & mendicatione locupletavit, circiter annum Domini 890. *Idem.**

BADEBORNENSES.

HARIMARUS.

Natione Saxo, Wirciburgensis ecclesiæ Canonicus, à Burchardo institutus, factus est episcopus Badebornensis, anno Domini 795. & præfuit annis 9. *Crantzius in Metropoli.**

BADURADUS.

Saxo, unus ex obsidibus, qui Wirciburgi de Christianâ religione erudiebantur, præcedenti successit: ac deorum alienorum cultum strenuè adjuvit. Nam Liborii reliquias, de Cœnomanicâ ecclesiâ, Badebornam transtulit: & de signis mendacibus multa commentus est. *Crantzius.** Præfuit annis 48. *Crantzius in Metropoli.* & Erfordiensis.*

LUITHARIUS.

Seu Dudo, successit Badurado; ac eo tēpore, quo Nortmanni grassati sunt, vixit. & cùm annis 23. præfuisset, in pugnâ ad Eberstorp periit. *Crantzius in Metropoli.**

BISO.

Quartus Badebornensis episcopus, à Sergio Pontifice jussus est Adalgarium juvare, in propagando verbo Dei ad Danos. *Crantzius in Metropoli.** Sub Arnulpho Imp. præfuit ecclesiæ ad annos 23. & mortuus est circiter annum Domini 898. Interfuit Synodo Triburiensi. *Tomo 2. Concil.*

MEINULPHUS.

Ex Wichtrude, nobili fœminâ natus, in Badebornensi Ecclesiâ, sub Badurado, archidiaconi officio fungebatur. Superstitioni monasticæ nimis addictus, de patrimonio suo monasterium Dominarum in villâ Bodekem extruxit. & miraculis claruit: dum fortè steriles fœcundas fecit virgines. *Crantzius in Metropoli.**

MONASTERIENSES, SEU Mimigardefordenses.

GERFRIDUS.

Nepos Ludgeri, & successor in episcopatu, vir doctus & pius; miraculis etiam claruit. *Crantzius in Metropoli.**

ALFRIDUS.

Successit præcedenti; quem benè Ecclesiæ præfuisse scribunt. *Idem ibidem.*

BERTHOLDUS.

Vir hypocrisi sanctus, quintus fuit Monasteriensis episcopus. Peculiarem morbum, quo tùm laborabāt ejus subditi, nimirum tumorem linguarum, curavit, indicto jejunio, & celebratione litaniarum. Claruit sub Arnulpho Imperatore. *Crantzius in Metropoli.**

DRUOGO.

Mimigardefordensis episcopus, apud Coloniam, & postea apud Triburiam, interest Synodis, sub Arnulpho. *Tomo 2. Conciliorum.*

OSNABURGENSES.

MENGARDUS.

Mengardus, seu Meingerus, successit Wihoni: & interfuit Synodo à Ludovico convocatæ, in quâ regulæ pro Canonicis secularibus conscriptæ sunt. Præfuit annis 29. *Crantzius in Metropoli.**

GESUVINUS.

Tertius Osnaburgensis episcopus, conspirationis filiorum Ludovici adversùs patrem, non modò approbator, sed etiam adjutor fuit. Quare, cùm Ludovicus imperium recuperâsset, & in conjuratos passim animadverteret: is sibi malè conscius, in Fuldense cœnobium aufugit, ibique latitavit: nisi quòd aliquando clàm in suam diœcesin excurrit; & quæ potuit, constituit. Præbuit autem occasionem, ut res ecclesiæ à Gobbone Comite, partim Corbejensi, partim Herfordensi cœnobio, adscriberentur. Cùm præfuisset ecclesiæ annis 32. mortuus est, circiter annum Domini 866. *Crantzius in Metropoli.**

GOSBERTUS.

Gosbertus, seu Gaudbertus, nepos & discipulus Ebbonis, Sueonū episcopus, ab Ansgario consecratus, & Simeon dictus. *Crantzius in Metropoli.** Cùm aliquot annos isthìc prædicâsset Euangelium: ortâ persecutione, fugit ad Ansgarium, aut Rembertum Hamburgensem episcopum: à quo Cobboni Comiti commendatus, cum consensu Ludovici Regis Germanorum, episcopus Osnaburgensis designatur. Præfuit ecclesiæ ad annos 10. *Crantzius** illum à Nortmannis cæsum esse, in Ebberstorp, somniat, oblitus ejus, quod capite præcedenti de Drogone testatus est.

DROGO.

Drogo Osnaburgensis, in expeditione episcoporum contra Danos fuit, & unà apud Ebberstorp occubuit: anno Domini 876. *Crantzius in Metropoli.**

EGILMARUS.

Egilmarus sub Arnulpho interest Synodo Triburiensi. *Tomo 2. Conciliorum.*

MINDENSES.

HADUARDUS.

In episcopatu successit Herimberto: sed cujas fuerit, & quid egerit, non est in literas relatum. Mortuum in die Euphemiæ, Idibus Aprilis, *Crantzius* scribit *in Metropoli:** & lamentabiliter deplorat, quòd non sit locus annotatus, quo reliquiæ ejus quiescant. O damnum irrecuperabile!

THEODORICUS.

Tertius Mindensis episcopus, familiaris fuit Marquardo Hildesheimensi, Drogoni Osnaburgensi, Dudoni Badebornensi, Anfredo Trajectensi, Remberto Hamburgensi, Erlulpho Verdensi, & aliis episcopis.

Pontificiis corruptelis infectus existimavit, sibi licere utrumque gladium administrare. Quare, cùm eo tempore Dani & Nortmanni in Saxoniam sese effunderent, & Ecclesias eorum vastarent: ipse, cum aliis episcopis & ducibus, exercitum contra eos duxit. Sed collatis signis in Ebberstorp, qui gladium acceperat sine Dei voluntate, gladio

unà

unà cum aliis ecclesiasticis viris cæsus est. Cadaver ejus Mindenses inter mortuos dinoscere non potuerunt; aliàs reliquiis ejus divinum honorem impendissent circiter annum Domini 876. *Crantzius in Metropoli.** [* li.2.c.16.]

HILDESHEIMENSES.

GUNTHERUS.

A *Carolo Magno episcopus Aulicensis constitutus est, sed postea, circiter annum Domini 816. à Ludovico Pio, qui Hildesiç templum exstrui curavit, eò translatus est cum suâ ecclesiâ: cui præfuit annis 13. *Chronicon Saxoniæ, & Crantzius in Metropoli.** [* li.1.c.10.]

EREMBERTUS.

Successor Guntheri, anno Domini 835. paucos dies vixit: & prope Guntherum sepultus est. *Chronicon Saxoniæ, & Crantzius.** [* lib. eod. c. 27.]

EBBO.

Natione Gallus, Rhemensis archiepiscopus, à Paschali Pontifice, & Ludovico Pio Imperatore, ad propagandam Christi religionẽ, ad Danos missus, anno Domini 813. Sed tãtùm ad fines eorum accessit: & in æstate aliquot ad fidem venientes baptizavit: indeque in Galliam regressus est. *Annales Francorum.* Socium habuit Ansgarium & Gaudebertum; cui Simonis nomen in ordinatione fecit.

Intestinum dissidium inter Ludovicum & filios ejus, ipse cum aliis episcopis excitavit, & strenuè adjuvit: ac Ludovicum, ob connubium Judithæ. non modò excommunicavit; sed etiam ab imperio removit, unà cum aliis episcopis & proceribus Frãcorum. *Avẽtinus.** [* lib. 4.] Sed postea, cùm Ludovicus pristinam dignitatem recuperâsset, in conventu Ditenhofensi, Ebbonem, & alios conjurationis socios, ab officiis deponit; anno Domini 836. *Sigebertus, Aventinus. Regino** [* lib. 2.] annum Domini adsignat 839. Et captum illum in Fuldense cœnobium misit, ac custodiri in carcere jussit: eundemque, cùm fama increbuisset, quòd Lotharius eum conaretur in Italiam ad novas turbas evocare; & quòd ipse literas scriberet, quibus Ecclesiam & Rempub. denuò perturbaret: præcepit abbati. per Adalbertum legatum suum, ut eum diligentiùs & accuratiùs custodiret. ut patet *ex epistolis Abbatis ad Drogonem, & ad Marquardum Prumiensem, & ad Judithum.*

Ex Fuldensi carcere, sive dimissus, sive fugâ elapsus, ad Ansgarium venit: qui ejus misertus, cùm Hildesiorum antistes diem obiisset, effecit, ut ibi episcopus constitueretur. Assensit Ludovicus Imperator, propterea quòd in eo loco minùs sibi videretur obstiturus; & quòd propagationem verbi ad Danos, ex vicino loco, magis posset promovere. *Crantzius in Metropoli.** [* li.1.c.27. & 30.]

Cœnobium Hiriaugiense, unà cum aliis episcopis, consecravit, anno Domini 838. *Trithemius.*

Sed ille ad Danos non accessit; nec suam ecclesiam, ut par erat, gubernavit: verùm, ut homo turbulentus, Ludovico mortuo, inter filios ejus fratres cruentum concitavit bellum. Quare à Gregorio IV. Hildesheimensi episcopatu privatus dicitur; cùm præfuisset annos 12. *Crantzius,** [* li. eod. c. 30. & 31.] *& Chronicon Saxoniæ.* Romam adiit: & cùm Ludovicus, Lotharii filius, cum Drogone & aliis episcopis, isthic cum exercitu essent, & Os-porci in ordinem nonnihil redigerent; petiit reconciliari Imperatori. Sed Pontifex eum, unà cum Bartholomæo quodam, damnavit; & tantùm laicalem communionem iis reliquit. *Liber pontificalis.*

ALTFRIDUS.

Monachus Corbejensis, vir eruditus, & hypocrisi sanctus, quartus episcopus Hildesheimensis designatus, anno Domini 847. aut sequenti, non tam instituẽdæ plebi; quam exstruendo templo, operam navavit. Ex duabus turribus, quarum altera Salegẽstadii, altera in Asuede erat, duo cœnobia, hic virginum, isthic monachorum, fecit. Et postea, anno Domini 852. cœnobium Brunesshusu instituit: quod post annos 4. in Gandersheim transtulit; & Hatamodam, Ludolphi Saxonum Ducis filiam, primam abbatissam consecravit. Unde certò constat, corruptelis Pontificiis eum fuisse addictissimum.

Cum Luitperto Moguntino episcopo, à Ludovico Coloniam ablegatus, Willebertum consecravit episcopum, & Carolo Calvo bellum denuntiavit: ut narrat *Aventinus.** [* lib. 4.] Cùm præfuisset annis 28. mortuus est, anno Domini 875. *Erfordiensis in Lothario,** [* c. 72.] *Chronicon Hirsaugiense, Chronicon Saxoniæ, Crantzius in Metropoli.** [* li. 2. c. 10.]

MARQUARDUS.

Abbas Prumiensis, ut videtur, Altfrido successit. Cùm vix annum episcopatum rexisset; in bello adversus Nortmannos interfectus est. *Crantzius in Metropoli.** [* li. 2. c. 14.] *Chronicon Saxoniæ* adscribit annos 5. Sed cùm anno 875. ad ministerium accesserit; & anno sequenti clades illa in Ebbersdorp facta sit: non convenit numerus.

WIGBERTUS.

Hildesiensis episcopus, interest & subscribit Synodo Triburiensi, sub Arnulpho. *Tomo 2. Conciliorum.* Præfuit anno uno: successorem sortitus Walbertum. *Chronicon Saxoniæ, Crantzius in Metropoli.** [* li. 2. c. 28.]

HALBERSTADENSES.

TIAGRINUS.

Abbas in aliquo loco, mortuo Hildegrino, in Halberstadensi episcopatu successit, sub Ludovico Pio, circiter annum Domini 817. Præfuit ecclesiæ annis 24. sepultus in æde Stephani. *Chronicon Saxoniæ, & Crantzius in Metropoli.** [* li. 1. c. 25.]

TIAGRIUS.

Halberstadensis episcopus, interfuit consecrationi cœnobii Hiriaugiensis, anno Domini 838. *Trithemius.*

HAYMO.

Ex Anglosaxonum genere & populo oriundus, non frater; sed consanguineus Bedæ, *juxta Balaeum*: discipulus fuit in Angliâ Albini; & condiscipulus Rabani, ac contubernalis ejus in cœnobio Fuldẽsi: abbas Hirsfeldensis & postea Halberstadẽsis episcopus, circiter annum Domini 840. *juxta Chronicon Quedelburgense*, designatus est. Instructus autem ad istas functiones accessit, scientiâ Sacrarum & Philosophicarum literarum, & facundiâ, authoritate, sanctimoniæque opinione.

Scripsit *Commentarios in Genesin,*	*lib. 1.*
In Exodum,	*lib. 1.*
In Leviticum,	*lib. 1.*
In Numeros,	*lib. 1.*
In Deuteronomium,	*lib. 1.*
In Josue,	*lib. 1.*
In Judicum,	*lib. 1.*
In Ruth,	*lib. 1.*
In Regum,	*lib. 4.*
In Paralipomenon,	*lib. 2.*
In Thobiam,	*lib. 1.*
In Esdram & Nehemiam,	*lib. 4.*
In Judith,	*lib. 1.*
In Jobum,	*lib. 1.*
In Psalterium,	*lib. 1.*
In Cantica Canticorum,	*lib. 1.*
In Hester,	*lib. 1.*
In Esajam Prophetam,	*lib. 3.*
In Hieremiam,	*lib. 1.*
In Ezechielem,	*lib. 1.*
In Danielem,	*lib. 1.*
In minores Prophetas,	*lib. 12.*
In Matthæum,	*lib. 1.*
In Marcum,	*lib. 1.*
In Lucam,	*lib. 1.*
In Johannem,	*lib. 1.*
In Paulum ad Romanos,	*lib. 1.*
Ad Corinthios,	*lib. 2.*
Ad Galatas,	*lib. 1.*
Ad Ephesios,	*lib. 1.*
Ad Philippenses,	*lib. 1.*
Ad Colossenses,	*lib. 1.*
Ad Thessalonicenses,	*lib. 1.*
Ad Timotheum,	*lib. 2.*
Ad Titum,	*lib. 1.*
Ad Philemonem,	*lib. 1.*

Ad Hebræos, lib.1.
In epistolas Canonicas, lib.7.
In Acta Apostolorum, lib.1.
In Apocalypsin Johannis, lib.7. Hi editi sunt Coloniæ, ab Euchario, anno 1531. sed non videntur esse Haymonis Halberstadensis. Nam *in lib.2. cap.1.* citat dictum Ansberti Ambrosii; qui aliquot annis post eum vixit, sub Arnulpho Imperatore.

Homilias in Euangelia, lib.1.
Homilias hyemales, lib.1.
Homilias æstivales, lib.1.
De Varietate librorum, lib.3.
De Christianarum rerum memoriâ, lib.1.
De sanctâ Trinitate, lib.1.
De Amore cælesti, lib.1.
De Mundi voluptate, lib.1.

Aliosque tractatus & epistolas, sinè certo numero. *Balæus,* * *Trithemius de Viris illustribus.*

* Cant.13. cap.8.

Usus est, in exponendis Psalmis, mirâ brevitate, & simplicitate, & perspicuitate; juxta *Erasmi* censuram.

Collegit suos Commentarios ex aliis Patribus; quos etiam passim citat: ut Gregorium, *super 2. cap. Malachiæ:* Augustinum, *super cap. 14. primæ ad Corinth.* Julianum Pomerium, quem vocat tantæ prudentiæ virum; *cap.12. secundæ ad Corinth.*

¶ Etsi non prorsus fuit ab omnibus miraculis & nævis hujus seculi immunis: tamen de plerisque capitibus doctrinæ multò sincerius scripsit, quàm alii Pontificii, ut suprà in Capite IV. ostendimus.

Opiniones quasdam peculiares habuit. ut, dictum *Genes. 3.* * intelligit de muliere, conculcante caput serpentis: eamque conculcationem exponit, de abstinentiâ à vitiis. *In Psalm. 48.*

* vers. 15

Johannem Baptistam per discipulos suos quæsiisse; an debeat etiam in inferno agere præcursorem, & Messiæ adventum animabus denunciare? *In Euangelio Dominicæ 3. Adventus.*

Pœnitentiâ & bonis operibus somniat expiari peccata. *In 1. Corinth. 11.*

Tot homines salvari ait; quot Angeli in cœlo, post casum archangeli, remanserint. *lib. 2. super 5. cap. Apocalypsis.* & *lib. 7. cap. 21. Apoc.*

Martyres suo sanguine expiare peccata sua, nugatur. *in Psalm. 115.*

Platonem, Aristotelem, cæterosque Philosophos, fidem Domini suscepisse, & simplicem justitiam piscatorum doctrinamque sequi cœpisse. *In 3. cap. Jonæ.*

Parvulis in Baptismo, parentum sufficere fidem. *Super Euangelia.*

Judæos, per adventum Eliæ & Enoch, sub finem Mundi, convertendos. *In 11. cap. ad Rom.*

¶ Docendi & concionandi munere ipse perfunctus est: ut patet ex ejus Homiliis seu Concionibus ad populum.

Sacras etiam literas in Scholâ, suis Canonicis & discipulis interpretatus est.

Refutavit hæreses veteres: ut Pelagium, *in 6. cap. ad Rom.* & Priscillianistas, *in Euangelio de Magis.* Sed Hæreticorum sui temporis non meminit.

Annis 13. episcopatum gessit; mortuus anno Domini 853. Halberstadii in templo Stephani sepultus. *Chronicon Quedelburgense, Bruschius, Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

HILDEGRINUS.

Quartus Halberstadensis episcopus ordinatur, anno Domini 853. Præfuit annis 34. *Chronicon Saxoniæ, Crantzius in Metropoli.* *

* li. 2. c. 13

EVILPHUS.

Evilpus, seu Emundus, successit Hildegrino; & præfuit annis 9. Fuit vir gravis moribus, & sanctitate hypocritica. *Crantzius in Metropoli.* *

* li. 2. c. 30

SIGISMUNDUS.

Successit anno Domini 894. Interfuit Synodo ad Triburiam, sub Arnulpho. *Tomo 2. Conciliorum.* Præfuit annis 30. *Chronicon Saxoniæ.*

HAMBURGENSES.

HERIDAGUS.

Heridagus, seu Geridanus, presbyter, vir pius & doctus, a Carolo Magno Hamburgensi ecclesiæ præfectus est: ut in eo loco sacra doceret; & vicinos Danos ac Vandalos ad fidem Christi invitaret. Habuit Imperator in animo, eam ecclesiam metropolim constituere; eique omnes provincias Boreales Danorum & Sclavorum subjiceret: sed morte Heridagi, & bello Danico, impeditus est. Videtur autem Heridagus à Danis, Hamburgum vastantibus, interfectus, aut certè mœrore extinctus esse; circiter annum Domini 810. *Helmoldus de Sclavis,* * *Crantzius in Metropoli,* * *ex Annalibus Saxonum; Erfordiensis.*

* cap. 3
* li. 1. c. 7

ANSGARIUS.

Natione Gallus, monachus Corbejensis, cum aliis suis collegis, ex Franciâ in Saxoniam, ad novam Corbejam, ad Visurgum exstructam, à Ludovico Pio translatus est. Cùm autem in eo cœnobio, artium, linguarum, & sacrarum literarum traditione, præpararentur discipuli; qui ad Aquilonares gentes, Danos, & Suecones, propagarent religionem Christianam: ipse præ cæteris, ob bonam ingenii indolem, excelluit. *Crantzius.* *

* li. 1. c. 19

A Ludovico ex monasterio evocatus, & literis Paschalis instructus, cum Haraldo Rege in Daniam missus est, ad prædicandum Euangelium Paganis.

Deinde, in conventu Principum & Episcoporum Wormaciæ, anno Domini 833. à Ludovico Hamburgensis eligitur archiepiscopus, & consecratur a Drogone Metensi episcopo, Moguntino, Treverensi, Willerico Bremensi, & Helingando Verdensi: eique subjiciuntur omnes populi, qui sunt ultra Albim in Boream; Vandali, Dani, Suecones, Norici, usque ad finem terræ Aquilonaris.

Tertiò, cùm post annos 16. Hamburgensis ecclesia esset vastata à Danis; & Bremensis episcopus obiisset: Ludovicus Rex Germaniæ, cum Bremensi & Hamburgensi ecclesiæ simul jussit præesse. *Helmoldus.* *

* c. 4. & 5

Scripsit Epistolas plures, tum ad Episcopos suæ diœcesi subjectos; tum ad Reges Normannorum. Fragmentum epistolæ ejus ad episcopos, recitat *Crantzius* in Metropoli: * *Deprecor, ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio crescere & fructificare mereatur in Domino. Jam enim, Deo propitio, & apud Danos, & apud Suecones fundata est ecclesia Christi, & Sacerdotes, absque prohibitione, proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis piâ benevolentiâ participes, & in cælesti gloriâ Christo cohæredes.*

* li. 2. c. 41

Scripsit etiam Summas in Psalmos.

Doctrinam, pro hujus seculi ratione, non planè incorruptam habuit. Nam Pontificiis nævis addictus fuit: & deos alienos, Sanctos mortuos, coluit; nuptias prohibuit; humanisque traditionibus nimiùm tribuit: ut postea dicemus.

Munere docendi functus est, & fidem Christi etiam ad Transalbianos Saxones, Danos & Suecones, propagare, summo studio, non sinè periculo vitæ, contendit. Nã, cùm venisset cum Haraldo in Jutiam, ab exercitu ejus in interiora loca regni secessit; & concionando plures ad agnitionem Christi adduxit. At post menses aliquot, Corbejam reversus, plures socios sibi adjunxit; per quos passim Ecclesias instituit: & Sueciam usque excurrit, & in Byrcâ Præfecto Herigario converso, copiosam messem fecit, per integrum biennium. *Crantzius in Metropoli.* * Deinde, episcopus Hamburgensis factus, Danos & Suecones in fide confirmavit; ac subindè plures convertit. *Idem.* * Et Regem Danorum, Ericum, fecit Christianum. * Ac in Sueciam progressus, ab Olao Rege susceptus, in Byrcâ ecclesiam erexit; eamque Eremberto presbytero commendavit. * Ericum etiam juniorem idola instaurantem, & Christianos persequentem, convertit. *

* li. 2. c. 19
* lib. cod. 30.
* cap. 36.
* cap. 37
* cap. 41

Pravas consuetudines abrogavit. Nam Nordalbingos, Christianos vendentes, correxit: Frisios, die dominico laborare consuetos, emendavit. *Crantzius in Metropoli.* *

* li. 1. c. 41.

Clave ligante in contumaces usus est. *Idem.*

Sacramenta administravit. multos enim in Byrcâ baptizavit. *Crantzius.* *

* li. 1. c. 19. & 35.

A Ordinavit episcopos. Nam cum Ebbone Gaudebertum episcopum consecravit; eique nomen Simonis fecit; & in Sueciam ablegavit. * & postea alios prædicatores in Daniam misit, & in Sueciam Hargarium eremitam: ut persecutione destructas instaurarent ecclesias.* [* cap. 32. * cap. 34.]

Visitavit ecclesias Saxonum Transalbianorum & Danorum.* Et Nordalbingos, persecutione turbatos, in viam reduxit.* [* cap. 32. * cap. 34.]

Episcopos, tam voce, quàm literis, de suo officio monuit; & negligentes reprehendit.* [* cap. 42.]

B Operas monasticas, hoc est, scholasticas exercuit; & docendo, & instituendo, sibi idoneos præparavit, ad propagationem verbi, ministros. Idque non tantùm in Corbejensi cœnobio fecit, ante episcopatum; sed etiam postea. Nam Imperator ei monasterium Turboldense in Flandriâ concessit: quò tempore persecutionis, & aliàs sæpius, excurrit, fratresque visitavit atque instituit: indeque subsidium, ad sumtus peregrinationis, reportavit. *Crantzius.** [* lib. 1. c. 20. & 32.]

In Ramsolà Monachos fovit; & Bremis Canonicos, sub regulà monasticà viventes, erudiit; & Bramoniæ Virginum cœnobium instituit.* [* cap. 41.]

C Curam librorum habuit. Testantur enim Annales, cum Hamburgi ecclesiam, & claustrum, & bibliothecam, summo studio instructam, habuisse: sed à Danis, captâ urbe, combusta esse omnia.* [* cap. 18.]

Architectum monasterii in Ramsolà egit.* Et ecclesiam in Sliasvvick, oppido ad Sliam sito, erexit, cum consensu Erici Regis Danorum.* & postea aliam in Ripâ, quam Remberto commisit.* [* cap. 34. * cap. 36. * cap. 42.]

D Legatione etiam perfunctus est ad Regem Daniæ, Ludovici Cæsaris nomine. *Helmoldus.** [* cap. 5.]

¶ Notas Antichristi habuit. Nam Romani Pontificis mancipium egit: & à Paschali commendatitias literas, & potestatem colligendi ecclesiam in Septentrione, accepit: seque obstrinxit, ad Pontificios errores & ritus propagandos. Ac postea accepit à Gregorio IV. pallium, & à Nicolao: Legatusque ejus factus, ecclesias, Christo acquisitas, jugo Pontificio subjecit. *Crantzius.** Cultui etiam deorum alienorum, nimirum Mortuorum sanctorum, deditus fuit. [* lib. 1. c. 32.]

E Nam reliquias Sixti & Sinnitii, ex Remensi ecclesiâ, cum Ebbonis assensu, Hamburgum transtulit: easque postea, ut tutæ essent à Danis, secum in Ramsolam transvexit.* Willehadum in ecclesiam Petri transtulit.* [* cap. 30. * cap. 40.]

Satanæ doctrinam, de nuptiarum interdicto, re-ipsâ approbavit. Nam monasteria virorum & virginum constituit.* [* cap. eod.]

¶ Non est dubium, quin ei cum Paganæ superstitionis patronis multum fuerit certaminis: sed quo pacto expugnârit eos, non est in literas relatum. Orando & prædicando eum vicisse, *Crantzius.* *

F Deinde, parùm æquus ei fuit Ludovicus, Bremensis episcopus: qui illi, ad se venienti, non modò hospitium denegavit, sed etiam urbe illum expulit. Quæ autem fuerit tanta simultatis, non explicatur.* [* lib. 1. c. 29. * cap. 34.]

Certamen etiam illi fuit cum Guntbario, Coloniensi archiepiscopo. Is enim, quia Bremēsis ecclesia in suâ diœcesi esset, noluit ferre, ut archiepiscopi dignitate Anigarius poriretur. Sed re ad Nicolaum Pontificem relatâ, tandem pronuntiatum ab eo est: Hamburgensem & Bremensem

G episcopatus in unum redigi debere: at Anigarium archiepiscopum, & omnes ejus successores, legatos & vicarios sedis Apostolicæ constituit, omnibus gentibus Danorum, & Sueonum, & Vandalorum.* [* cap. 37. & 38.]

Notitiam habuit virorū, eâ ætate autoritate & doctrinâ excellentium, ut Gaudeberti, qui comes ei fuit peregrinationis ad Danos: & Gislemari & Wuthmari, quos secum in Daniam duxit: & illum Haraldo reliquit; alterū in Sueciâ Byrcensibus præfecit. *Crantzius in Metropoli.** Ebbonis Remensis episcopi; qui ei collega peregrinationis à

H Paschali adjunctus est: ut patet *ex epistola ejus.* Drogonis Metensis, Willerici Bremensis, & Heligandi Verdensis episcopi. Item Romanorum Pontificum: ut Paschalis & Gregorii IV. qui pallium ei misit; legatumque suum ad gentes Aquilonares designavit. *Crantzius.** & Nicolai, qui [* lib. 1. c. 32. * lib. eod. 30.]

A assensit, ut Hamburgensem & Bremensem ecclesiam conjunctim administraret.* Remberti; quem adoptavit in filium, & successorem fore prædixit.* [* cap. 37. * cap. 42.]

Charus etiam fuit Imperatori Ludovico Pio, & postea Ludovico filio ejus, Regi nimirum Germanorum; qui eū Bremensem fecit archiepiscopum: & Erico, Regi Daniæ, quem convertit; estque ab eo inter amicos & consiliarios adscriptus.* [* cap. 27.]

B Multas etiam miserias expertus est, ac aliquoties vix hostium manus effugit. Ecclesiam, claustrum, & bibliothecam ejus, Dani incenderunt. Turboldense cœnobium ei Carolus Calvus eripuit.* [* cap. 15.]

Sedulò sibi cavit, ne aliis præberet offendiculum. Cùm Ludovicus eum cogitaret præficere Bremensi ecclesiæ; diu reluctabatur: nec priùs assensit, quàm cōmuni omnium consilio eò vocatus esset: ne videretur, suo grege deserto, alienum occupare.* [* cap. 36.]

In pauperes peregrinantes, seu exsules, fuit beneficus. Nam Ebbonem, pulsum in exsilium, fovit.* [* cap. 30.]

C Xenodochia Bremis & in aliis locis instituit; captivos redemit; afflictos consolatus est, domesticos erudiit; Barbaris evangelizavit: foris apostolus, intus monachus, nunquam visus est otiosus.* [* cap. 41.]

Donum miraculorum etiam ei attribuunt. Nam aliqui ex Danis, cum essent ab eo baptizati, & animæ & corporis ægritudines deposuerunt: & ipse Bremis multos malè-habentes, in xenodochiis, verbo & contactu curavit.* [* cap. eod.]

Prophetico etiam spiritu illum prædixisse, Rembertum adhuc puerum sibi successurum, idem *Crātzius* autumat.* [* cap. 42.]

D Annos 34. in episcopatu exegit: nimirum septem Hamburgi; novem in Ramsolâ, & Bremis duodecim, ante impetratam Romæ, ecclesiarum unionem; & postea septem. Mortuus est 3. Nonas Februarias, anno Domini 865. ac sepultus Bremis, in basilicâ Petri, ad altare Mariæ. *Crantzius in Metropoli,** & *Chronicon Saxoniæ.* [* lib. 1. c. 42.]

REMBERTUS.

In Turboldensi cœnobio institutus, monasticum habitum non sumsit: sed indè ab Anigario, qui indolem ejus probabat, evocatus, in filium adoptatur.

E In Corbejensi cœnobio Scholam rexit, & monachorū magister fuit. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Postea presbyter ab Anigario ordinatus, præficitur ecclesiæ Ripensi. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 1. c. 32. & 41.]

Mortuo Anigario, à populo & clero successor eligitur, ac à Lutberto Moguntino episcopo cōsecratus, venit Corbejam; vestemque suscepit, cum professione monasticâ; ferulam pastoralem, seu investituram feudalem, à Ludovico Rege Germaniæ; pallium verò pontificale, à Nicolao accepit. Venit autem ad episcopatum, instructus eru-

F ditione & cognitione artium & Sacrarum literarum. *Chronicon Hirsaugiense.*

Epistolas diversas, & plerasq; ad virgines Vestales, scripsit: ac Gregorii Sententias de eleemosynis collegit. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 11.]

De sinceritate doctrinæ ejus, parum possumus dicere. Sed nævis & vanis opinionibus eum fuisse imbutum, ex historicâ narratione *apud Crantzium*, ex vitâ ejus depromtâ, constat. Nam jejunio animas defunctorum à tormentis liberari, à spectro delusus, existimavit, contra Scri-

G pturam.

Deinde traditiones humanas, somniavit esse cultus Dei; & vitam monasticam, & virginitatem, adeò extulit; ut nuptiarum interdictum approbaverit.

¶ Non tantùm in suâ ecclesiâ gregem Domini verbo Dei pavit: sed etiam studium propagandi doctrinam habuit ad gentes vicinas, suæ diœcesi pontificiâ autoritate subjectas. Nam tum ipse ad eas in Daniam sæpè excurrit, tum presbyteros ad eam rem idoneos ablegavit: qui docendo plures subindè lucrati sunt, & priùs-conversos & afflictos

H confirmarunt. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. 2. c. 8.]

Pro victoriâ Christianorum cōtra Nortmānos, in Frisiâ, ad pagū Norduidam, oravit: & effecit, ut decies mille, trecenti, & septuaginta octo, cæderentur.* [* cap. 10.]

Visitavit ecclesias suæ diœcesi subjectas: ut Slesvicēsē.* [* cap. 11.]

Bunis ecclesiæ bene præfuit: & de sacris vasis divenditis, captos à Danis & Vandalis redemit. * ac suo equo Barbaris dato quosdam redemit.*

Pauperum rationem habuit: & xenodochium Bremæ, ab Anfgario cœptum, auxit. ac dicere solitus est: *Non est hæsitandum cunctis subvenire jure pauperibus: quia, ut quo sit Christus, seu quando ad nos venit, ignoramus.*

¶ Non caruit notis Antichristi. Nam ad decreti diabolici propagationem, de nuptiarum prohibitione, monasterium in Bucken condidit: & virginitatem nimiùm commendavit.* Et pro animabus defunctorum oravit: egregiè delusus à spectro, quod ipsi apparens simulabat, se animã esse cujusdam presbyteri defuncti; & petebat, ut jejunio suo ad 40. se à tormentis Purgatorii liberaret. Non attendit iste bonus vir, quòd Abraham dixit;* non posse Lazarum aut Divitis animam redire, & concionari pœnitentiam fratribus; & quòd non sit veritas à mortuis sciscitanda.

Adictibunt ei etiam donum miraculorum: quòd oratione suâ sæpè maris procellosos fluctus composuerit; & ægro, impositione manûs, pro more confirmationis, visum restituerit; dæmoniumque à Regis Francorum filio expulerit: & quòd ipse Satan testatus sit de ejus sanctitate; quòd digniori illud opus exorcizationis committi non potuisset. *Crantzius.* * Christianos aliquot, à Danis catenâ illigatos, & captivos abductos, oratione liberavit, prope Slesevicum. Fracta enim catena est: & ipse suum equum, pro redemtione eorum, Barbaris dedit.

¶ In expugnandâ Gentilium superstitione, labores & dolores haud-mediocres cepit. Nam Normanni ejus ecclesias, utpote vicinas, subindè infestarunt: ac insignis illa clades in Ebberstorp, ejus tépore accidit, ann. Domini 876.

Notus fuit Adalgario Corbejensi abbati; & Lutberto Moguntino, & Theodorico Mindensi, & Nicolao Papæ; a quo pallium accepit. Collegam habuit Adalgarium: quẽ moriens Regi commendavit, ut successorem constitueret. Ludovico Regi Germanorum charus erat, aliisque Francorum Regibus. *Crantzius.*

Præfuit ecclesiæ annos 23. ac mortuus est 3. Idus Junii, anno Domini 888. *Crantzius in Metropoli.* * *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi*, tantùm novem annos ei archiepiscopatu Bremensi assignat: ac post mortem inter divos relatũ autumat, pro istius seculi superstitione papisticâ.

ADALGARIUS.

Monachus in Corbejensi cœnobio institutus, Remberti socius, & in senectute adjutor, tandem ei successit in episcopatu: & acceptâ ferulâ feudali ab Arnulpho Rege, pallio à Stephano VI. ordinatus est à Lindroldo Moguntino archiepiscopo. *Crantzius in Metropoli.*

De scriptis ejus posteritas nihil novit: quare nec de doctrinâ judicari admodum potest. Romanorum Pontificũ superbiæ, & dominatui, non videtur fuisse satis æquus. Nã à Formoso Romam vocatus, ad dicendam causam, de suo jure in Bremensem ecclesiam, non venit; neque legatum eo misit: ut patet *ex literis Formosi.* * *Crantzius.*

Studium habuit propagandæ religionis Christianæ, ad gentes Aquilonares. ad quem usum, Sacerdotum collegiũ aluit & instituit: unde idoneos presbyteros, ad ecclesias illas plantandas aut gubernandas, emisit. * Ipse etiam verbum Dei prædicavit; ecclesias visitavit; & episcopos ordinavit, dum ætate fuit integrâ: in senectute verò, per collegas suos, idem fieri suâ vice, curavit.*

In conversione gentium, non parum molestiarum & laborum cepit: ac, cùm Nortmanni eo tempore in suâ ecclesiâ tumultuarentur, multas vidit miserias. Sed auxit ei dolorem contentio, quam Hermannus Coloniensis archiepiscopus contra ipsum movit, de principatu, & de jure in Bremensem ecclesiam. Nam ad Synodum, Wormaciæ indictam, eum accusavit: quòd Bremensem ecclesiam, Coloniensi subjectam, invasisset, & sibi præter jus & fas rapuisset; nec vellet se agnoscere suum primatem. Adalgarius eò quidem venit; & privilegia suæ ecclesiæ, à Ludovico data, exhibuit, & defendit. Sed Hermannus non acquievit; verùm ad Pontificem rem detulit. Pontifex Moguntino episcopo vices suas delegat. Is in Synodo Francofordiensi rẽ inquirit: & ad Pontificem refert, omnes diœcesianos, Coloniensi archiepiscopo subditos, nimirum Franconem Tungrensem, Wodebaldum Trajectensem, Woselmum Mimigardefordensem, Drogonem Mindensem, Egelmarum Osnaburgensem, testari: nullum ex Bremensibus episcopis hactenus contemsisse Coloniensis principatum; sed omnes indè ab initio fuisse ei subjectos. Hoc domesticorum testimonio motus Formosus, Adalgarium Romam evocat ad judicium. quò cùm is non satis maturè venisset, nec legatum misisset; Pontifex sententiam pronuntiat: Ipsum quidem jam debere Bremensem ecclesiam obtinere; & non subjectione aliquâ, sed fraternæ charitatis affectu, si à Coloniensi archiepiscopo vocetur, accedere, aut legatos mittere, ad negotia expedienda. sed ubi Hamburgensis ecclesia, gentium conversione, fuerit locupletata; tùm ad Coloniensem debere redire jus ecclesiæ Bremensis. Hac sententiâ moti Patres in Synodo Triburiensi, cùm etiam Arnulphi accederet autoritas; privilegia à Ludovico & Nicolao Pontifice, de conjunctione Hamburgensis & Bremensis episcopatûs, aboleverunt. & Adalgarius, qui archiepiscopus advenerat, positus est in subsellio novissimus. *Annales, Crantzius.*

Adalgarius de hac sententiâ ad Stephanum Pontificem appellavit; cùm cognovisset, eum omnia acta Formosi rescindere. qui Fulconi Remensi negotiũ commisit, ut, Moguntì indictâ Synodo, eâ de re tractaret. Et postea Sergius, privilegia Hamburgensis ecclesię, à Gregorio & Nicolao concessa, renovavit & corroboravit. Sed Hermannus, Coloniensis archiepiscopus, in aulâ Imperatoris charus, facilè obtinuit, ne vim aliquam decreta illa acciperent.*

Cùm ob senectutem imbecillior esset, ad sustinendum onus gubernationis; Hogerum sibi adjunxit collegam: & Sergius ei Ernundum Halberstadensem, Wigbertum Verdensem, Bisonem Badebornensem, Bernarios duos, Mindensem & Osnaburgensem, socios dedit, ad colligendam ecclesiam in Aquilone.*

Præfuit Ecclesiæ annos 10. & mortuus est 7. Idus Maii, anno Domini 909. sepultus in basilicâ Michaëlis. * *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

LENDRICUS.

Natione (ut *Crantzio* videtur) Gallus, episcopatũ Bremensem Iniit, anno Domini 840. Fuit homo superbus & invidus. *Annales* in eo reprehendunt; quòd se aliquando custodem, aliquando pastorem gregis Bremensis, vocârit. *Crantzius in Metropoli.* * Erga Ansgarium exsulem se-se inhumanum præbuit: dum illum urbe suâ expulit. *Idem.*

Cùm annis 8. præfuisset; à Ludovico remotus est ab officio, ob superbiam: nec ità multò pòst mors eum consecuta est. *Chronicon Saxoniæ.*

HERBERTUS LINCOpiensis.

A Carolo Magno, ad Biornum Sueonum Regem, unà cum aliis viris doctis, & ad propagationem Christianæ religionis idoneis, missus, Lincopensis ecclesiæ, in Ostrogothiâ, fundamenta jecit: ibique primus episcopum egit, sub Carolo Magno. *Johannes Magnus in Gothicâ historiâ.*

6. ANGLIÆ DOCTORES.

ASSERIUS.

BRitannus, & conterraneus Johannis Scoti, ac discipulus. Scriba fuit Asserii senioris archiepiscopi; postea pædagogus filiorum Alfredi Regis: ac tandem archiepiscopus Schireburnensis factus.

Edidit *Aurearum sententiarum Enchiridion,* lib. 1.
Alfredi res gestas, lib. 1.
Annales Britanniæ, lib. 1.
Commentarios in Boëthium, lib. 1.
Homilias & Epistolas, lib. 2.
Quædam Anglico sermone reddidit.

Alfredo hortator fuit, ut Oxoniensem Scholam proventibus & stipendiis locupletaret.

A Claruit sub Alfredo, Anglorum Rege, circiter annum Domini 890. *Balam.** (* Cent. 2. c. 25.)

VEREFRIDUS.

Wigorniensis episcopus, jussu Regis Alfredi, transtulit Dialogos Gregorii Magni in linguam Saxonicam; ad propagandas opiniones fanaticas de Purgatorio. *Raynulphus in Polychronico.* * Mortuus est anno Domini 911. *Balam.** (* lib 6. c. 1. * Cent. 10. c. 29.)

VINTONIENSES.

ETELVVOLPHUS.

B Egberti Anglorum Regis filius, ab Helmostano episcopo Vintoniensi institutus, Suithunum, monachū eo tempore celebrem, ob eruditionem & hypocrisin, sortitur præceptorem: ejusque præstigiis fascinatus, monasticam vitam profitetur: & pro ejus sanctimoniâ, Adelstanū procreat spurium. Ac indè diaconus; & postea Vintoniensis designatur episcopus, anno Domini 837.

Mortuo parente ejus; cùm præter ipsum de regiâ stirpe nemo restaret ampliùs; Proceres regni communi consensu, regem illum expetunt. sed obstabat sacra initiatio. C Quare ad Pontificem Gregorium IV. munera feruntur; quæ dispensationi & indulgentiæ viam aperiunt. Eâ acceptâ, Suithunus fit episcopus: & Ethelvvolphus, administrator regni Osburgam ducit uxorem.

Scripsit *Leges vectigales*, lib. 1.

Et epistolam hæreditariam, lib. 1.

Corruptelis doctrinæ, de Principatu Romani pontificiis, deque ejus potestate figendi leges & refigendi pro lubitu, ac de traditionibus humanis, quasi essent cultus Dei, mererenturque vitam æternam, & similibus, fascinatus, ea fecit, D quæ mancipio Antichristi maximè conveniunt.

Nam decimo anno regni sui, voti causâ Romam adiit: & eas Insulæ partes, quas pater imperio acquisiverat, Pontifici Leoni V. vectigales fecit: imitatus exemplum Inæ & Offæ, majorum suorum.

Romam ingressus, Anglorū Scholam, Hospitale Thomæ dictam, incendio consumtam, instaurari curavit. Quotannis trecentas auri libras eò misit: quas in tres partes distributas, unam ad luminaria Petri, alteram ad Pauli, tertiā Pontifici, elargitus est. Decimam regni sui partem, pro E salute animæ suæ, sacerdotibus & monachis contulit: anno Domini 954.

Cùm in episcopatu & regno annos 20. exegisset, inter vivos esse desiit. *Balam.** (* Cent. 2. c. 20.)

SUITHUNUS.

In Scholâ Ventanæ ecclesiæ institutus, magnam sibi cōparavit eruditionis laudem. Ethelvvolphi Regis præceptor, monachus & episcopus Vintoniensis fuit. Mortuus est anno Domini 862. cùm 45. annos in episcopatu exegisset. *Balæus.** *Wilhelmus*, † *Raynulphus.** (* Cent. 10. c. 28. † lib 2 c 2. * lib. 5. c. 30)

F

DUNBERTUS, & DUNEVVOLPHUS.

Hi duo sibi invicem in Vintoniensi ecclesiâ, post Suithunum, successerunt; & postremus, ex subulco ab Alfredo Rege in scholas missus, vir doctus & episcopus evasit. *Raynulphus.** (* lib 5. c. 32. & lib. 6. c. 3.)

DE MONACHIS.

I. MONACHI ASIATICI.

G

GEORGIUS, & FELIX.

Georgius & Felix, monachi de Israël, a Thomâ, patriarchâ Hierosolymitano, munera offerunt Carolo Magno; & ab eodem ampla præmia reportant. *Annonius.** (* lib. 4 c. 93)

JOHANNICIUS.

In provinciâ Bithyniæ, in vico Marycati, ex patre Myritzicio, & matre Anastasiâ, natus; in pueritiâ pavit porcos: in juvenili ætate fit miles, & inter excubitores sortitur locum: & probat sententiam Iconomachorum, & damnat H Imagines.

Sub Irene & Constantino, constituitur dux exercitûs: & transiens per Olympum, à monacho quodam persuadetur, ut Imaginum cultum approbet.

Post annos sex, cùm Bulgari Thraciam popularentur; A & strenuè ille ac fortiter in bello se-se gessisset, Imperatorque eum in numerum suorum Procerum referre institueret: ipse, errore deceptus, quasi sibi peccatum illud, quòd Imagines contemsisset, expiandum esset vitâ eremiticâ & monasticâ, renunciat officio ac honori suo: & ex militiâ, in quâ annis 24. fuerat, discedit in solitudinem Olympi.

Cùm venisset ad Agaurorum monasterium: in consilium adhibet Gregorium abbatem, eique suum animum aperit, qui illum in monasteriū Urotelas ducit. In eo cùm B literas didicisset, ascendit ad Antidii cœnobium: ubi duos annos commoratus, didicit 30. Psalmos Davidis. Ac postea in vicum Hellesponti abiit: & tres totos annos in silentio exegit, à pastore quodam vicino, pane & aquâ nutritus. Indè Continiam venit: ubi cùm duodecim absolvisset annos: monitus à cacodæmone, abiit ad Erisle monasterium; ac induit habitum monasticum, sub Stephano abbate: & in Critamâ se-se ligat catenâ, sex ulnas longâ. Post annos tres, iterum enthusiasmo correptus, migrat ad Chelidonem: & sub Georgio edisicit totum Psalterium Davidis. Post anC nos tres, redit ad Antidii cœnobium: atque indè ad montes Prutensium abiit, & templum ac monasterium, in honorem Mariæ, condidit. ibique aliquādiu versatus, ut homo inquietus & superstitiosus, in montem Thricalicis commigravit, indè ad montem Corvi exspaciatus, tandem redit ad Antidii monasterium.

¶ Scripsit ad Methodium, eumque monuit, ne ad communionem admitteret eos, qui non veram orthodoxam amplecterentur doctrinam.

D Coluit deos alienos: adoravit Theophanis tabernaculum in Sigrianâ regione. Multa templa exstruxit & dedicavit. Enthusiasta & phantasta fuit: & Petrum quendam abbatem in cœlum ferri vidit.

Valetudinem suam jejunio læsit.

In montibus Prutensium, Gorias, qui ejus invidebat hypocrisi & honori, venenum illi propinat, quo necatus esset; nisi Eustathius martyr, seu Diabolus potiùs, in somnis illi apparens, opem tulisset.

Certamen ei fuit cum Antonio, de Imaginum cultu: ac tandem illum in suum errorem attraxit. Tempore MeE thodii, simili more multos cives Constantinopoleos imbuit.

Epiphanius monachus, ex invidiâ arbores inflammat; sperans eo incendio Johanniciū interiturum: sed ille, præscius futuri, recedit. Epiphanius, ad dicendam causam invidiæ suæ vocatus, virgâ acutâ, & ferro munitâ, ventrem illius verberat.

Donum propheticę etiam illi attribuitur. Narrant enim, illum Nicephoro prædixisse diem obitus. & de Stauratio interrogatus, num diu superstes futurus esset in regno? reF spondit: Res est in acie novaculi. Eustratio etiam, sciscitanti de Leonis vitâ, prædixit illius interitum. De Methodii etiam vaticinatus est episcopatu.

Et ejiciendi dæmones facultatem habuit. Nam mulierem quandam, ab iis vexatam, curavit: & in se-se dæmones irritavit, & vicit. Ac puerum, quem ad præcipitium noctu ducebant, iis eripuit: antraque quædam à dæmonibus purgavit.

Et curandi, & inferendi morbos, donum se habere finxit. Nam Senatoris filiam ægrotam sanat: & Imaginum G contemtorem oculis privat. Eustratium absentem, in somnis illi apparens, gravissimo morbo liberavit.

Multa mirabiliter illi accidisse, *Metaphrastes* fingit: ut, quòd sicco pede aquam transierit; quòd templum Johannis, apertis portis, illum spontè admiserit; quòd cogitationes libidinosas, à puellâ quâdam, collum ejus amplexante, in se-se derivârit; ac postea draconi se objecerit, cujus attactu ei ademtus sit omnis libidinum æstus: quòd lapidum acervos commoverit, recitatione Psalmorū Davidis; draH cones & serpentes occiderit: quòd orans, in altum elevatus, pependerit in aëre: quòd amissam virgam oratione impetrârit, per aërē ad se-se reverti: quòd captivos ex carcere liberârit: quòd invisibilem se-se reddiderit: quòd ad cognatum suum noctu in carcerem venerit, eumq; cum sociis eduxerit. Quæ quidē omnia testātur, eū fuisse magum.

Quinto anno Imperii Michaëlis,qui fuit Domini 861. tertio Novembris,obiit. *Metaphrastes in vitâ ejus.** [* Tomo 3.]

THEODORUS.

Frater Theophanis, in Moabitide, regione Palestinæ, alicubi natus,in monasterio Sabæ, à presbytero instituitur in artibus,& monasticis disciplinis: in quibus cùm profectum mediocrem fecisset, ordinatur presbyter in eodem cœnobio.

Edidit aliquot libros de Imaginum adoratione. Scripsit etiam Epistolam,de crudelitate Theophili in se & fratrem suum;quæ exstat *apud Metaphrasten in vitâ ejus.*

Imagines colere & adorare, censuit ingens opus esse pietatis,& indicium nostri in Christum desiderii, & confessionis de ejus humanâ naturâ.

Mariam in afflictione sua invocat,& ab ipsâ petit auxilium.

A' patriarchâ Hierosolymitano missus,Leonem Imperatorem graviter objurgavit: quòd imaginum adorationē prohibuisset. ac nugatus est, eam ob causam Saracenos potiri victoriâ adversùs Romanos:& conatur rationibus suā sententiam confirmare;& Imperatoris refellere. Sed cùm parum se proficere animadverteret; suis sævis dictis,& fulminibus verborum,Imperatorem protelare instituit.Quibus ille exacerbatus,eum,unà cum fratre ejus Theophane, flagris cædi,& in exsilium deportari jussit. Mortuo Leone, revertuntur Constantinopolim: ac à Michaële, & postea à Theophilo, iterum affliguntur, propter pervicacem defensionem idololatriæ imaginum; & in Aphusiam insulam deportantur. Sed indè revocatis in faciem Jambi inscribuntur; quibus falsæ doctrinæ & apostasiæ insimulantur: & denuò Apameam Bithyniæ reducuntur; ubi in carcere Theodorus exspirat. *Metaphrastes in vitâ ejus.*

II. MONACHI EUROPÆI.

PLATO.

Abbas Sacundionis, seu Saccidionis, fuit vir integer & constans in religione: & diligenter sibi cavit, ne communicaret peccatis alienis. Quare, cùm Tarasius Cōstantinum Imperatorem, qui,repudiatâ & in monacham attonsâ conjuge, aliam duxerat, recepisset ad communionem; & præcepisset Josepho cuidam abbati, ut suâ vice Theodaten,novam nuptam Constantini, coronaret Augustam: molestè ac acerbè tulit, ità labefactari disciplinam Ecclesiæ;&, loco suæ confessionis, à Tarasii communione recessit; apertè præ se ferens, non matrimonium esse Principis; sed adulterium. Accusatus ad Imperatorem, in carcerem Palatinum conjicitur: & collegæ ac monachi ejus in exsilium, Thessalonicam relegantur. Sed mater Imperatoris eum defendit,ne interficiatur. *Zonaras,** [* Tomo 3.] *& Paulus Diaconus,** [* lib. 23.] *in vitâ Constantini.*

Postea,cùm Nicephorus ad Imperiū venisset; &, mortuo Tarasio,creâsset patriarcham Nicephorum quendam, secretarium suum,hominem laicum: cœpit iterum,cum aliis suis sociis, se-se opponere electioni, propterea quòd contra Canones esset, neophytum & laicum, scientiâ rerū sacrarum vacuum, designare episcopum. Imperator, id ægrè ferens,congregat Synodum: quæ, in gratiam sui domini,damnat illum, & exsilio adjudicat: vim suam obtinente calumniâ, quòd ipse eam dignitatem affectâsset; ideoque,quia sibi non contigisset, turbas istas excitâsset. Verùm *Zonaras* negat,Imperatorem id decretum esse exsecutum.In carcerem tamen denuò abditus est, cum suis assessoribus;in eoque ad Michaëlis Rangabis Imperium detentus:ac tandem, factâ reconciliatione cum Nicephoro, dimissus est.*Zonaras.** [* Tomo 3.]

THEODORUS.

Abbas monasterii Studiensis, frater Josephi Thessalonicensis archiepiscopi, à Nicephoro Imperatore in carcerem conjectus, ob dissidium, de ordinatione Nicephori patriarchæ excitatum: tandem à Michaële liberatur, institutâ reconciliatione.*Zonaras.*

MONACHI ITALIÆ CASsinenses.

GISULPHUS.

Ex nobili familiâ Ducum Beneventanorum ortus, constituitur abbas Cassinensis, in ordine decimus-tertius,anno Domini 797.

Coluit Deum alienum Maosim. Nam,in Germani honorem,ecclesiam cōdidit:& Benedicto,Martino, Michaëli,& aliis fictitiis numinibus, altaria fecit.Monasterii ecclesiam renovavit; pluresque cellas exstruxit: in quibus ignavi & libidinosi porci saginarentur.

Doctrinam dæmoniorum, de interdictis nuptiis, non modò approbavit,sed re-ipsâ observavit.

Regna hujus Mundi, & gloriam ejus, ob adorationem Satanæ, accepit. Nam dementatos Reges & Nobiles Beneventanos, urbibus, agris, domibus, & aliis bonis, emunxit.

Cùm annis 21. præfuisset; abiit ad fratres suos,19. Calend. Januarii. *Hostiensis.** [* lib. 1. c. 19. & 20.]

APOLLINARIS.

Successit in abbatis munere, anno 818. ac ex gessit, quæ mancipium Antichristi decebant;superstitiones & errores propagando,doctrinam dæmoniorum exercendo,deos alienos colendo,ac regna hujus Mundi & gloriam ejus acquirendo.Hinc est,quod *Leo Hostiensis* commemorat; quæ bona ab Arniperto Compano,& aliis, hujus abbatis tempore, sancto Benedicto sint oblata.

Vidit Deum,per Saracenos in Siciliam irrumpentes, signa iræ suæ proponere adversùs idololatriam, & impuritatem monasticam:sed securus in utramvis aurē dormiit.

Radelchi Campano Comiti persuasit, ut in suo monasterio, catenâ cervice-tenus vinctus, cædem Grimoaldi expiare inciperet. ac finxit signum mendax, quasi Diabolus,illi pœnitentiam tam asperam invidens, noctu vociferaretur; *Heu heu Benedicte, cur me ità persequeris? non sufficit tibi, quòd hîc me expulisti? quòd & fideles meos tibi undiq; vendicare non desinis?*

Lirin fluvium,cùm nave careret, sicco pede miraculosè transiisse narratur.

Annis 11. præfuit,tempore Paschalis & Eugenii Pontificum.Obiit 5.Calend.Decembris. *Leo Hostiensis, in Chronico Cassinensi.** [* lib. 1. c. 21. 22. 23.] Post mortem, Diabolus, ejus larvâ abusus, apparuit Bassacio abbati. *Idem.** [* lib. eod. c. 29.]

DEUS-DEDIT.

Decimus-quintus abbas,Siconem Principem emunxit bonis suis,vana persuasione de salute per Benedictum. Sed filius ejus Siccardus, ut illa recuperaret, abbatem carceri inclusit:in quo etiam ille periit. *Leo Hostiensis,** [* lib. 1. c. 24.] *Bergomensis** [* lib. 11.] dicit, eum ob eruditionem clarum fuisse, & multa scripsisse.

Sortitus est successorem Ildericum: qui post dies 17. inter vivos esse desiit.

AUTPERTUS.

Decimus-septimus abbas, scripsit nonnulla opuscula & sermones. A' Lothario, Francorum Rege,impetravit confirmationem bonorum omnium, quæ hactenus cœnobio Benedicti superstitione & fraudibus erant acquisita. Persuasit etiam aliis quibusdam,ut ad cultum Dei Maosim sua bona profunderent.Præfuit annis 3.*Leo Hostiensis.** [* lib. 1. c. 25.]

BASSACIUS.

Decimus-octavus Cassinensis abbas, vestigia suorum majorum secutus, superstitione auxit bona sui cœnobii. A' Gontario, abbate Modesti, ecclesiam sanctæ Mariæ, cum bonis suis ab Autperto abalienatam, redemit. A' Nicolao Pontifice privilegium accepit.

Cultor deorum alienorum fuit. Nam,cùm à Saracenis immineret periculum monasterio ejus, cum monachis Benedictum invocavit: & in somnis ab Apollinari abbate oraculum tulit, de Benedicti præsenti auxilio.*Leo.** [* Lib. eod. c. 26. & 29.]

Ludovico Imperatori supplices libellos obtulit:quibus petiit, ut in Italiam veniret; & à Longobardorum Saracenorumque injuriis se & suos liberaret. Quod etiam impe-

travit,

travit, circiter annum Domini 851. *Idem.* * Ac postea, cùm iterum affligeretur à Saracenis Italia; in Franciam ad Ludovicum rediit: eumque exoravit, ut secundò hostes propulsaret. * Ecclesiam Salvatoris, & altaria, renovavit. * Præfuit annis 19.

BERTHARIUS.

Discipulus Bassacii, fuit homo doctus, & scripsit tractatus, sermones & versus, in laudes Sanctorum. Itèm *Antikeimenon*, de plurimis veteris & novi Testamenti quæstionibus. Et libros aliquot de Grammaticâ. Duos libros de Medicinâ collegit: & versus ad Angelbergam Augustam, aliosque amicos edidit.

Auro, argento, & hymnis, coluit deos alienos. Codicem Euangeliorum auro & gemmis ornavit. Calicem aureum & alia vasa sacra, fabrefieri curavit. Monasterium muro cinxit; & bona illa artificiis superstitionis auxit. Seodam, Saracenorum ducem, tribus millibus aureorum placavit *Hostiensis.* * Ludovicum, tertiò in Galliam evocatum, excepit cum pompâ, & emunxit argento. *

Certamen ei fuit cum Capuanis, & Pontifice Romano, de episcopo conjugato. *

A Saracenis, monasteriū occupantibus, ad altare Martini trucidatur, anno Domini 884. * cùm præfuisset annis 27. mensibus 7. tempore Nicolai, Adriani, & Johannis VIII. Pontificum. *

ANGELARIUS.

Ex Præposito fit abbas vigesimus. Is cum monachis suis Teanum fugit, cœnobio Casinensi à Saracenis direpto & incenso: ac post biennium, opera Stephani V. & Formosi pontificum, & Principis Beneventani auxilio, monasterium Salvatoris instaurat. *Leo.* * Mendicatione & superstitione bona quædam acquisivit suo cœnobio. * Tandem Theanensis episcopus designatus est: cùm præfuisset abbatiæ annis 6.

RAGEMPRANDUS.

Vicesimus-primus abbas, bona cœnobii auxit, infatuādo Nobiles, ut, spe vitæ æternæ redimendæ, in S. Benedictum essent liberales. Privilegium à Johanne IIX. Pontifice petiit, & accepit. Anno ejus septimo, Teanense cœnobium, justo Dei judicio contra superstitiones, conflagravit, unà cum regulâ Benedicti manu exaratâ, & privilegiis, & donationum formulis. *Leo.* * Præfuit annis 9. mensibus 10.

CONSTANTINUS.

Natione Afer, monachus Casinensis, Latinè, Græcè & Arabicè doctus, Philosophiæ & Medicinæ potiùs, quam Theologiæ, operam navavit, & scripsit Dietas universales, libris 5. Dietas particulares, libris 3. De Ponderibus medicinalibus, libro 1. De urinis, libro 1. Claruit circiter annum Domini 890.

MONACHI GALLIÆ.

HILDUINUS.

IN Philosophicis studiis exercitatus, versibus & solutâ oratione scribendis æquè industrius; vitæ monasticæ addictus, abbas ad S. Dionysium Parisiis factus, in aulâ Ludovici, Archicapellani officium sortitus est.

Scripsit ad Ludovicum utroque genere styli, versu & libero sermone vitam Dionysii, lib. 2. & alia quædam. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Erroribus pontificiis, de cultu reliquiarum, & humanis traditionibus, & de nuptiarum interdicto, plenus fuit.

Inspectorem plurium monasteriorum, ex Ludovici gratia, & avaritiâ suâ, egit: ut cœnobii Nobilis in prospectu urbis Suessonum, & Vincentii in suburbano Parisiorum. *Aimonius* *

In conventu Wormaciensi, Ludovici & episcoporum decretum promulgavit: quòd omnibus liceat, in universis [illegible]ochiis, titulos ad se pertinentes, cum episcopi assensu, [illegible]riis presbyteris commendare. *Epistola Rabani ad Otgarium.*

Fuit cultor deorum alienorum. Nam monachos ad Eugenium pontificem misit, & ossa Sebastiani martyris, amplis muneribus, ab eo redemit: quæ ad urbem Suessonum, in basilicam Medardi, reposuit; ut signis mendacibus superstitionem confirmarent: anno Domini 825. *Sigebertus, & Urspergensis.*

Interfuit consecrationi cœnobii Hirsaugiensis, anno Domini 838. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Clarus fuit Imperatori Ludovico: cui etiam dedicavit suos libros de Dionysio. Sed postea contra eundem filios ipsius excitavit, unà cum aliis. *Aventinus.* *

Rabanus ei Commentarios suos in 4. libros Regum inscripsit.

EBOLUS.

Ebolus, seu Ebulo, Gosino in abbatiâ Parisiensi successit. Bellator strenuus fuit: & in Aquitaniâ, in expugnatione castri cujusdam, lapide ictus, periit, anno Domini 893. *Regino.* * *Aimonius.* *

HILDUINUS II.

Defuncto Ebroino abbate, successit Hilduinus II. anno Domini 858. *Aimonius.* *

MILO.

Natione Gallus, monachus S. Amandi, larvam Benedicti gerens, scripsit carmine ad Carolum Calvum, de Sobrietate, *lib.* 1. & vitam Amandi, *lib.* 1. & Epistolas ad diversos, *lib.* 1.

Claruit sub Carolo Calvo anno Domini 879. *Sigebertus. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, Platina, Sabellicus.* *

HUCBALDUS.

Natione Gallus, nepos & discipulus Milonis, monachi ad S. Amandum, in Elnonensi cœnobio, larvam Benedicti induit: in Poësi, Philosophiâ, & Musicâ, exercitatus. Scripsit 136. versus, in quibus omnia verba ab unâ literâ C incipiunt, de laude calvorum, ad Carolum Calvum. & de Arte musicâ, *lib.* 1. Gesta Lebuini, *lib.* 1. Epistolarum, *lib.* 1. Vitas Sanctorum, & cantus in honorem eorum, dulci & regulari melodiâ composuit, circiter annū Domini 890. *Trithemius de Scriptoribus.*

Sigebertus meminit ejus, in anno Domini 879.

MICO.

Monachus Richarii, vir doctus, utroque genere styli valens, scripsit librum diversorum Grammatum, *lib.* 1. & Excerpta Poëtarum, & Ænigmata.

Claruit circa annum Domini 860. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

EPTERNACENSES.

ADO.

QUartus abbas Epternacensis, præfuit annis 20. sub Carolo Magno & Ludovico. Obiit anno 817.

RIGOALDUS.

Spoletinæ urbis episcopus, ex avaritiâ abbas etiam factus, annis 9. præfuit: & moritur anno 827.

THEODGANDUS.

Cùm quinque annis eam administrâsset functionem, Trevirensis archiepiscopus designatus est, ut videtur; anno Domini 831.

HETTINUS, & HIERONYMUS.

Hettinus, Trevirensis archiepiscopus, Epternacensi abbatiæ præfuit annis 6. sub Ludovico Pio, usque ad annum 838. Quem secutus Hieronymus, abbatem egit usque ad annum Domini [illegible]57.

ADELARDUS.

Comes Lotharingiæ, Canonicos introduxit: eisque præfecit Hilgerum Præpositum, & postea Guntrannum. Sedit annis 9. sub Lothario Imp. usque ad annum 856.

HATTO.

Simul episcopum & abbatem egit, annis 8. eo tempore, quo Lotharius fuit à Nicolao excommunicatus, & Theodogaudus depositus, anno 864.

REGINERUS, & CAROLOMANNUS.

Reginerus septem annis, & Carolomannus, Caroli Calvi filius, oculis ob desertionem vitæ clericorum privatus, itidem septem præfuit.

ADELARDUS II. & alii.

Comes & abbas undecim annis: & Robertus, Lotharingiæ Comes tribus annis: & Rabodo archiepiscopus Trevirorum, quatuor, usque ad annum Domini 896. præfuerunt. *Bruschius in Chronologiâ.*

CORBEJENSES.

PASCHASIUS.

PAschasius abbas Corbejensis, Græcè & Latine doctus, scripsit de Sacramento altari ad Ratbertũ Placidum *lib. 1.* Vitam Adelhardi, *lib. 1.* In Threnos Jeremiæ, *lib. 1.* & quædam Græca latina fecit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Ejus tempore mota est quæstio, à Fredevardo Equite aurato, de Cœnâ Domini: An verè corpus & sanguis Christi, quod ex Mariâ natum esset, & in cruce pependisset, & effusum esset, aut non verè, sed figuratè & typicè, in Cœnâ Domini exhiberetur? Ad hanc quæstionem respondet satis benè in suo libro: & demonstrat, juxta verba Christi, verè corpus & sanguinem exhiberi: sed tamen non physico more, ut Capernaitæ somniabant, verùm modo insensibili & spirituali. Inquit enim: * *Quapropter, ô homo, quotiescunque bibis hunc calicem aut manducas hunc panem, non alium sanguinem te putes bibere, quam qui pro te & omnibus effusus est in remissionem peccatorum: neq; aliam carnem, quam quæ pro te & pro omnibus tradita est, & pependit in cruce. quia sic Veritas testatur;* Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. *& de calice:* Hic enim sanguis meus est, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.

* cap. 23. & 44.

Videtur ergo Bertrami librum, qui eodem tempore ad eandem quæstionem responderat, legisse; & quædam ab ipso minùs-benè dicta quasi corrigere voluisse. *Balæus,* * *ex Tissingtono contra Wiclefum.*

* Cent. 2. c. 37 in Append.

Claruit circiter annum Domini 890. sub Carolo Calvo Imperatore.

BERTRAMUS.

Bertramus, monachus & presbyter alicubi in Galliis, vir ingenio & doctrinâ clarus.

Scripsit de Prædestinatione *lib. 1.* & de Corpore & sanguine Domini, *lib. 1.* Collegit sua ex aliis Patribus: ut ex Augustino, Isidoro, Ambrosio, Hieronymo, & Fulgentio; quos citat in libro de Corpore & sanguine Domini.

De doctrina ejus supra est dictum. Rectè sentit, in Cœnâ non fieri transsubstantiationem, ut vocant: sed panem & vinum manere, & cum iis in mysterio corpus & sanguinem Christi distribui: quæ non ratione & sensibus percipiantur, sed fide accipiantur.

Familiaris fuit Johanni Scoto: ut *Balæus* * indicat. Carolus etiam Calvus magni eum fecit. Quæstionem illam, de Cœnâ Domini motam, an verum vel typicum corpus & sanguis Christi exhibeantur? proposuit ipsi, ac responsum postulavit: ut patet ex *Præfatione ejus.*

* Cent. 8. c. 24.

Claruit sub Lothario & fratre ejus Carolo Calvo, circiter annum Domini 870. *Trithemius de Scriptoribus, & in Chronico Hirsaugiensi.*

CHRISTIANUS.

Christianus, qui & Druthmarus dicitur, natione Aquitanicus, sed conversatione Germanus, monachus & presbyter Corbejensis; Latinè & Græcè peritus.

Scripsit ad Monachos Stabulenses & Malmondarienses, in Euangelium Matthæi, *lib. 1.* Sermones & Homilias, *lib. 1.* & in alios Euangelistas.

Claruit sub Ludovico Pio, ut videtur; anno Domini 830. *Trithemius de Viris illustribus Germaniæ, & de Scriptoribus.*

HEINRICUS.

Heinricus, seu Ericus, monachus Antisiodorensis, aut ex viciniâ, heroico carmine vitam Germani, sex libris cõprehensam Carolo Imperatori obtulit, anno Domini 877. *Sigebertus.* Scripsit etiam Homilias, *lib. 1.* Sermones & Epistolas plures.

Claruit anno Domini 88[illegible] sub Carolo Calvo & Crasso. *Trithemius.* Notus fuit Walloni episcopo, *Idem in Chronico Hirsaugiensi.*

PRUMIENSES.

TANCRADUS, & MARCHARDUS.

TAncradus secundus abbas Prumiensis, obiit anno Domini [illegible] sub Ludovico. & Marchardus, vir astutiæ & hypocrisis clarus, successit præcepto Caroli, Ludovici filii: ut patet *ex epistola abbatis Fuldensis ad eundem. Regino.* *

* lib. 2.

WANDELBERTUS.

Natione Germanus, ingenio & eloquentiâ clarus. In [illegible] & Philosophia eruditus, utroque genere styli, versu scilicet & oratione, excellens, monachum & diaconum egit in Prumiensi [illegible] superstitionum [illegible] Scripsit [illegible] Marquardum abbatem de Vitâ Go[illegible], *lib.* [illegible] idem *lib. 1.* Martyrologium metricè, *lib.* [illegible]

Claruit sub Lothario anno Domini [illegible]. *Trithemius de Viris illustribus, & in Chronico Hirsaugiensi.*

EGIL.

Monachus Prumiensis, à Theotone Fuldensi abbate, missus est Romam, ad Nicolaum Pontificem; ut Damasi librum de Vitis Pontificum adferret: ut patet *ex epistolâ Theotonis ad Nicolaum.* Postea abbas in suo [illegible] ob[illegible] factus est, anno Domini 853. *Regino.* * Quod munus cùm aliquandiu [illegible] esset, sponte An[illegible]aldo resignavit, anno 860. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & Regino.*

* lib. 2.

ANSBALDUS.

Abbas Prumiensis, monasticâ disciplinâ frustra Deum colens, paucos ad Christum adduxit: mortuus est anno Domini 886. nactus successorem Sarabertum. *Regino,* * *Chronicon Hirsaugiense.*

* lib. 2.

ANGELOMUS.

Sectator Benedicti in cœnobio Luxoviensi, vir eruditus Latinè, Græcè & Hebraicè, jussu Drogonis, episcopi Metensis, scripsit in libros Regum, *lib. 4.* & in Cantica, *lib. 1.* De Divinis officiis, *lib. 1.* *Trithemius de Viris illustribus.* & in Genesin; ut ipse testatur, *in 5. cap. libri 2. Regum.* Scripsit versus de argumento sui Commentarii in libros Regum.

Stylus etsi non usque adeò purus est, ut ipse agnoscit in præfatione, & in calce libri; tamen non est prorsus barbarus.

Fuit homo multæ lectionis: ut apparet ex citationibus autorum. Nam passim meminit Ethnicorum scriptorum: tum Græcorum; ut Herodoti, *in 19. cap. lib. 4. Regum.* Homeri, Platonis, Socratis, *in 1. c. lib. 3. Regum.* tum Latinorum; ut Virgilii, *in 5. cap. lib. 3. Reg.* & Sedulii, *in 23. cap. lib. 4. Reg.* Et Scriptorum Ecclesiasticorum, ut Josephi, *cap. 32. libri 2. Regum.* Augustini, *cap.* [illegible] *libri 1.* Gregorii Papæ, *cap. 2. libri 1. Regum.* Hieronymi, *capite 1. lib. 3.*

Diligenter contulit exemplaria Bibliorum Græca & Hebraica: ut apparet *ex cap. 2. libri 1. Regum.* Et varias versiones: ut Aquilæ, *18. capite lib. 4.* Symmachi & Theodotionis, *in 20. cap. lib. 4. Regum.* Et trilinguis interpretis meminit, *in lib. 2. cap. 5. Regum.*

Occasionem scribendi, amici ei præbuerunt, & maximè Drogo: qui æstimarunt, ab aliis non esse plenè expositos libros Regum: & quosdam opinari, non alia in iis contineri, quàm prælia Regum, & historias: ut patet *ex Præfatione.*

De modo expositionis suæ, in Præfatione inquit: *Juxta pagitatem triplicis divisionis, studuimus primum historicam quæ gesta depromit, tangere: deinde allegoricam significationem, quæ fidem ædificat, pandere: ad extremum quoque moralitatem, quæ vitam honestam componit, subnectere.*

Pleraque ex aliis collegit, sicut in eâdem Præfatione fatetur: *Sciendum est, quia quibusdam in locis totam sententiam, prout à doctoribus est exposita, digessi. Quibusdam enim eorum sensum sequens, compendioso sermone multa inserui; & ex multis ad unum perduxi: quibusdam quoq;, quod in libris Tractatorum non reperi, sicut à magistro ante accommodante didici, propriis intulit verbis. Nonnulla quippe, licet pauca, quæ legentis patent, stipulata exemplis propria inserere præsumsi.*

[illegible] *lucem* [illegible]
[illegible] pa[illegible] profitentur
capite 18, lib. [illegible]

[illegible] ex ab [illegible] mutuatur. [illegible] ex Geometr[illegible] [illegible]neum mare [illegible] in gyro; cùm diameter [illegible] juxta re[illegible] *Omne circulus, quantum habet spatii in diametro,* [illegible] *gyro. Cap. 7 libri* [illegible]

